SC.15.P1.3.

Digitized by Google

37
23 E
8

R.P.D.F. IOANNIS
DA
SYLVEIRA
IN ACTA
APOSTOLORVM
COMMENTARIA


Dor FR IOANNES DA SYLVEIRA CARMELITA REGVLARIS OBSERVANTIÆ ANNO ÆTATIS SVÆ XXCII.
NON IVDICAVI ME SCIRE ALIQVID INTER VOS
NISI IESVM CHRISTVM ET HVNC CRVCIFIXVM.
1. Corinthi. Cap. 2

R.P.D.F. IOANNIS DA SYLVEIRA OLYSSIPONENSIS,

CARMELITÆ REGULARIS OBSERVANTIÆ SACRÆ THEOLOGIÆ Primarij Lectoris Jubilati,

COMMENTARIA IN ACTA APOSTOLORVM.

CVM QVADAM APOLOGIA CARMELITANA.

Nunc primùm prodeunt cum Indicibus neceſſarijs.

LUGDUNI,
Apud ANISSONIOS, ET JOAN. POSUEL.
M. DC. LXXXI.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

AMPLISSIMO

SANCTISSIMÆ TRIADIS SACRARIO

REGINÆ

ÆTERNÆ SAPIENTIÆ GENITRICI,

omniumque creaturarum Cœleſtium, ac terreſtrium illuminatrici, ac tutelari Patronæ.

CLAMAT Eccleſiaſtes: *Ad locum, unde exeunt flumina revertuntur,* Eccl. 1, n. 7.
per quæ flumina aptè D. Iſidorus intelligit Sacros Apoſtolos, Iſidor. apud Gloſſ.
qui ſua doctrina univerſam irrigarunt terram, ac fœcundarunt, Gen. 1.
quæ omnia à te Altiſſimo Divinitatis fonte ebiberunt, ut uber-
rimus Auctor eſt Carthuſian. & ait: *Tibi, ô Virgo tribuitur tota* Carthuſ. lib 4. de laudibus Mariæ 16.
corona duodecim Apoſtolorum; quoniam meritis tuis fuerunt vocati,
atque per tuam inſtructionem edocti. Per te fuerunt vocati, ut etiam ait Laurentius
à S.Richardo. *Tua prece, digni inventi ſunt, ut à filio tuo eligerentur Apoſtoli, ac totius* Richard. lib. 12.
Orbis terrarum conſtituerentur Principes. Per te inſtructi, & illuminati ſunt in
ſancta, & vera doctrina: *Tu es Magiſtra Apoſtolorum, Evangeliſtarum, Fidei, &* Rupert. lib. 1. de gloria filij homin.
Religionis Chriſtianæ, ut proclamat Rupertus Turonenſis; *Per te eorum ſonus exi-*
vit in omnem terram, & fideles omnes ad ſanctum Baptiſma pervenerunt, ut teſtatur
noſter D.Cyrillus Alexandrinus: *Per te fortes facti ſunt in bello, & everterunt* D.Cyril. homil 6. contra Neſt.
caſtra exterorum. Vt ſcribit Tuus doctiſſimus Idiota. Per te fulgentiſſimo glo- Idiota cap 7.
riæ diademate refulgent in Patria, ut D.Ephrem ait: *Aut Domina Sceptrum glo-* D.Ephr. orat. de laudibus Mariæ.
riæ tuis impetrans. In tam præclariſſima, ac Illuſtriſſima Acta nunc prodit hoc
noſtrum exiguum, ac tenue Commentarium tuis auſpicijs initiatum, nunc
etiam ad Te revertitur tuam opem, protectionemque poſtulans; huc transfero
id, quod dixit B.Albertus Magn. *O ſplendidiſſimum ſurgentis Auroræ lumen, de-* Albert. ſuper Miſſus.
pelle tenebras noctis, diſſipa caligines, deſtrue horrores nocturnos. Exurge ô fulgen-
tiſſimum divinæ Auroræ lumen, depelle tenebras ignorantiæ meæ, diſſipa ca-
liginem meæ ruſticitatis, averte horrores inimicorum: *Tu es Domina mea, Do-* D.Ildephon. de Virginitate Mariæ.
minatrix mea, Dominans mihi, Advocata mea, Patrona mea, Auxiliatrix mea,
ut jam dixi iterum dico, & centum millies dicam, ſi quid tam in hoc opere,
quam in cæteris meis libris apte, & bene compoſitum invenitur tibi omnium
datrici referatur; ſi quid verò ſylveſtre, rude, ac ruſticum reperiatur, mihi
omnium minimæ Creaturæ Fr. Ioanni da Sylveira adſcribatur.

CENSVRA R. ADMODVM P. Fr. GREGORII à IESV Conimbricenſis Doctoris, Magiſtri Iubilati, ac ſtudiorum Regentis, olim Vlyſſiponenſis Prioris, ſemel atque iterum Definitoris primi, cauſarumque Fidei Qualificatoris in ſacro Inquiſitionis Senatu Luſitaniæ.

CElebertimos inter hujus ſæculi Scriptores nunquam ſatis laudatus Sylveira noſter in lucem prodit denuo laudandus ſuis *in Apoſtolorum Acta Commentarys.* Siſtere nequit calamus, cujus vita Scriptura eſt, otium interitus. Ejus indefeſſus ſcribendi labor, etſi ſemper ſpiritu & materia ad Dei gloriam verè Apoſtolicus, hinc maximè. Si enim teſte Cornelio fine argumenti in Apoſtolorum Acta, in D.Luca & per Lucam, qui Acta Apoſtolorum ſcripſit, completum eſt illud Pſalmi 18. *In omnem terram exivit ſonus eorum* ; quænam eſt pars terræ Catholicæ, ubi cum magno profectu doctrinæ Evangelicæ & Apoſtolicæ ſcripta Sylveiræ non ſint ſonora? Clament Typographi editione multiplici librorum ejus: hoc jam complet denarium numerum, qui Univerſitatis eſt ſignum; & jure hoc denarium decantari poteſt velut Univerſitas, quæ teſte Pereira in ſua Republica litteraria diſp.1.q.1. idem valet atque Academia, ex qua Divini Verbi Præcones diſcipuli, exeunt Magiſtri Univerſi.

Denarium etiam dicitur primus numerorum terminus & complementum, ultra quod non numeratur, niſi redeundo ad caput ſeu denarium, ut atteſtatur ipſe Sylveira tom.4. in Evangelia cap.51.n.10. Novum non plus ultra Lectoribus erit Sylveira denario ſuorum voluminum omnibus numeris completo & abſoluto; & ſi denarium eſt caput ad quod reditur, omnes redire debent ad capita ſuorum operum inclinantes capita pro debito reverentet, ut caput extollant doctrina tanti Magiſtri laureati. Cum illa, auxiliante Deo, poterunt etiam, quod plus intereſt, conformes fieri imagini Filij ſui; nam ſi numiſma quo erat depicta imago Cæſaris denarium vocabatur, opera Sylveiræ jam ſunt denarium, cujus literis Evangelicis & Apoſtolicis ut in pretioſiori numiſmate depicta eſt imago Dei.

Tria in hoc volumine continentur: explanatio textus, Apologia pro Carmeli Ordine, & Officium immaculatæ Conceptionis Deiparæ. In primo tali facundia exaratæ ſunt literæ Geſtis Apoſtolicis, ut potiori jure ei adaptetur velut ſors, quod de Aratore, celebrante ligata oratione Acta Apoſtolica, dixit Venantius Fortunatus in Bibliotheca Sanctorum Patrum tom.6 p.2.

Sortis Apoſtolicæ quæ Geſta vocantur & Actus,
Facundo eloquio Vates ſulcavit Arator.

In ſecundo veritati & juri Religionis noſtræ ita modeſtè ac religioſè ſatisfacit ſine ullius offenſione, ut pro illo videatur loqui, quod locutus fuit Iacobus de Caſtro circa Deciſiones Sapientiſſimi Gamæ D. Luſitani epigrammate ad Lectorem.

Non hic invenies mendaci condita luſu
Vlla, nec impuros, Lector amice, ſales.
Quin reſoluta feras non fuco jura ſuperni
Fulta, ſed eximia religione Dei.

In tertio pro coronide non ſatiatus Epiſtolis dedicatorijs omnium ſuorum operum Dei parenti, ejus immaculatæ Conceptionis Officium ponit clarioribus Sanctorum Patrum teſtimonijs mira arte, & ſtudio, majorique devotione, & cordis affectu compoſitum taliter ut Inſcriptum de Joanne Doctore ſubtili pro opinione pia, de noſtro Carmelitano Doctore Joanne Sylveira pro tanto Officio inſcribi valeat.

Eſſe dedit puram Chriſtus: da Doctor haberi,
Et ſciri decus hoc debeat illa tibi.

Hoc meum votum, ut lucem videat Orbi lucem daturus liber iſte ad Carmelitarum decus, Dei, ejuſque Sanctiſſimæ Parentis honorem. Carmelo Ulyſſiponenſi 10.Octob.1679.

Fr. Gregorius à Jesu.

CENSVRA

CENSVRA P. Fr. FRANCISCI A NATIVITATE, OLIM Artium Lectoris, deinde nunc Theologiæ Veſperarij, ac in ea Præſentati.

VNdecimo in univerſi Theatrum exit univerſi ſplendor, dum decimum ſuæ lucis ra-
dium emittit Sylveira noſter decimum in lucem proferens ſplendidum hoc ſyntag-
ma, Commentarium ſcilicet in Acta Apoſtolorum; opus ædepol, in quo nihil ſyl-
veſtre, ac inſubidum, ſed totum cœleſte, ac pergratum; nihil expunctioni ſubjectum, ſed
compunctionis objectum; nihil ſpongiæ obnoxium, ſed admirationis illicium; nihil tandem
faſtidij cauſam, ſed mulcedinis ac oblectamenti motivum, ſolus ille non inveniet, qui cæcul-
tet, aut brupeſcat. Imo in illo omnia ita ad amuſſim compoſita, & (ut ita loquar) cothurnata,
ita concinne appoſita, & appoſite concinnata, ut omnis qui miretur, demiretur; qui aſpiciat,
ſuſpiciat; & qui videat, invideat; nullum in eo eſt inſtans lectionis, quod non ſit electionis;
nullum tempus legendi, quod non ſit etiam colligendi. Libros animæ eſſe liberos Clemens Clem.
atteſtatur Alexandrinus, dum ait: *Filij quidem corporum; animæ autem liberi ſunt ſcripta*; de- Alex.
cimus igitur eſt animæ hujus Auctoris liber liber iſte, qui ſi auctorem ſuum recognoſcit ut Init. lib.
Patrem, novem alios auctoris libros ut liberos agnoſcit germanos; & ſi Iudas Machabæus 1. ex hom.
inter reliquos vocatus decimus plus alijs ſui temporis univerſali plauſu conclamatur, æquum Machab.
eſt etiam, ut hic decimus Tomus inter cæteros generali conclamatione applaudatur. Duos 2. cap. 5. n. 25.
Cherubim conſtruxit Salomon in Oraculo decem cubitos altitudinis continentes; eſt Che- 3. Reg. cap. 6.
rubim *plenitudo Scientiæ*. Qui igitur noſtri Auctoris Scientiæ altitudinem ſcire cupiat, de- n. 23.
cem cubitos, ſeu decem Tomos ſpeculetur, & in ipſis altitudinem cum profunditate, ſcien-
tiam cum plenitudine confitebitur. In hepate eſt vena quædam, quæ dividitur in decem,
& ſi hepar (teſte Brechorio) humorem à ſtomacho receptum convertit in diverſos humores, Brechor.
(illud enim quod eſt calidum, & humidum efficitur ſanguis; quod eſt calidum, & ſiccum, in reduct. mo-
cholera; quod frigidum, & ſiccum melancholia; quod frigidum, & humidum phlegma) ral.
hujus myſtici Eccleſiæ corporis me hercle poteſt noſter hic Auctor vocitari, ab illo enim de-
cem eloquentiæ venæ, id eſt decem tomi derivantur, ab illo Prædicatores ſcientiam hau-
riunt non in unum, ſed in multa verborum genera converſam; aliquando ſanguinem in
dulcedine benignæ monitionis; aliquando choleram in fervore aſperæ reprehenſionis; ali-
quando melancholiam in terrore triſtis comminationis; aliquando tandem phlegma in fluore
eloquentis collocutionis. Decem panes miſit Iſai per filium ſuum ad fratres ſuos, qui erant 1. Reg.
in exercitu; & in bello; quidnam aliud, quæſo, ſunt Divini Verbi Præcones, quam fratres, cap. 17.
qui vitia debellantes cœleſti militiæ adſcribuntur? ad hos ergo mittit Sylveira noſter de- n. 17.
cem panes, quibus ſint fortes in bello, & pugnent cum antiquo Serpente. In Pſalterio de- Pſal. 32.
cem chordarum Cantica Deo Regius Vates intonabat, ut laus ejus eſſet in Eccleſia San- n. 2.
ctorum; in Pſalterio decem chordarum Regalis hic Carmeli incola Cantica Deo intonuit,
è quibus egregiæ quidem laudes, tam Sanctorum in panegyricis, quam ipſius Dei in mo-
ralibus decerpuntur. Tandem hi decem Tomi arguunt in ſuo Auctore decem illa Evange- Matth.
lij talenta; ſunt decem conchæ, quibus exhauriuntur aquæ ſapientiæ, ſunt decem menſæ, 25. n. 28.
in quibus apponuntur ſpiritualia cibaria; & ſunt decem candelabra, tota aurea, tota lu-
cida, tota ſplendida, quæ in Sacræ Paginæ, ſeu potius Eccleſiæ Templo per novum hunc 2. Para-
Salomonem poliuntur, conſtruuntur, incenduntur Circa decimum meum nunc præ- lip. c. 4.
ſtolatur placitum; ſed quid dicam de Sylveira? dicat Sylveira de ſe ipſo tom. 4. in Evang. n. 6. 7. & 8.
c. 51. q. 2. n. 10. *Denarius numerus eſt perfectus, & primus terminus numerorum; itaque ultra non
proceditur numerando, niſi redeundo ad caput, ſeu denarium.* Si ergo in denario non plus ultra
proceditur, quid de hoc denario dicam? Non plus ultra. Ita cenſeo in hoc Liſbonenſi
Carmelo die 11. Octobris 1679.

Fr. FRANCISCUS à NATIVITATE.

Facultas R. P. Provincialis Carmelitarum in Luſitania.

MAgiſter Fr. Thomas à Conceptione, in ſupremo Sanctæ Inquiſitionis Tribunali Qua-
lificator, ac humilis Prior Provincialis Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte-
Carmelo, in his Portugalliæ Regnis ac Dominijs, &c. Ex commiſſione Reverendiſſimi Pa-
tris noſtri Mag. Fr. Æmilij Jacomeli totius noſtri Sacri Ordinis antiquæ Obſervantiæ Vi-
carij Generalis, Facultatem præbeo admodum Reverendo P. noſtro, noſtrorumque om-
nium digniſſimo ac meritiſſimo Magiſtro Fr. Joanni da Sylveira, ut Tomus ab ipſo non
minus

minus indefeſſo calamo compoſitus, cui titulus eſt, *Commentaria in Acta Apoſtolorum*; typis mandari poſſit, utpote jam approbatus ac reviſus à Viris doctis noſtri Sacri Ordinis, quorum judicio ac examini illum commiſimus, librumque & Authorem pro tot libris totque talentis digniſſimum judicarunt; Præbeo igitur facultatem & ſi neceſſe eſt, præcipio litteratiſſimo noſtro Sylveira, digniſſimoque Authori, ut poſſit, imò ut faciat dare prælo librum iſtum, opus uno verbo, ſuum. Dat. in hoc Conventu noſtro Ulyſſip. die 10. Octobris 1679.

Fr. THOMAS à CONCEPTIONE
Provincialis.

SVMMA PRIVILEGII
Regis Chriſtianiſſimi.

LVDOVICI XIV Galliæ & Navarræ Regis auctoritate ſancitum eſt, ac patentibus literis cautum, ne quis in Regno ſuo, aliiſque ditioni ſuæ ſubjectis intra proximos annos viginti à die primæ Editionis cujuſque Tomi abſolutæ inchoandos, excudenda, vendendaque quovis modo, & ratione curet, *Commentaria in Acta Apoſtolorum*, R. P. D. Fr. IOANNIS DA SYLVEIRA, Vlyſſiponenſis Carmelitæ Regularis Obſervantiæ, præter LAURENTIUM ANISSON Bibliopolam Lugdunenſem, aut illos quibus ipſe jus ſuum ceſſerit. Prohibitum inſuper eadem auctoritate Regia omnibus ſubditis eundem Librum extra Regni ſui limites typis edendum curare vel quemquam ubicumque fuerit ad id agendum impellere & excitare; citra prædicti Laurentij Aniſſon conſenſum: idque ſub confiſcatione librorum, aliiſque pœnis in originali diplomate expreſſis contra delinquentes. Datum S.German. in Laya die 14. Septembris 1662.

De mandato Regis,

Signatum MABOVL.

Deſijt prælum primæ Editionis prædicti Tomi die 24. Martij 1681.

SERIES

SERIES CAPITUM QUÆSTIONUM
hujus Libri in Acta Apoſtolorum.

CAPUT PRIMUM.

Aſcendens Chriſtus in Cœlum, & eligitur Mathias.

QUÆST. I. CUr ſit Theophylus, & quare Evangeliſta, hic non optimum appellat, ſicut in exordio ſui Evangelij. pag. 4.

2 Quare Divus Lucas ſuum Evangelium non vocat Evangelium ſed ſermonem, ſeu verbum. ibid.

3 Quomodo Divus Lucas dicat ſe ſermonem facere de omnibus, quæ cœpit Ieſus facere, & docere. Cum Ioannes dicat quòd ſi per ſingula ſcriberentur, totum mundum libros capere non poſſe? 5

4 Quare Chriſtus Dominus per quadraginta dies appares ſuis diſcipulis, & non per plures, nec pauciores? 7

5 Quare Chriſtus Dominus per quadraginta dies appares ſuis diſcipulis; non vere per ipſoſmet dies, cum eis ſemper aſſiſtit, & perſeveras? ibid.

6 Qualis fuit hæc Chriſti Domini comeſtio? 8

7 Quare Chriſtus Dominus antequam aſcenderet in Cœlum comedit cum ſuis diſcipulis? 9

8 Quare potius Ieroſolyma, quam alius locus deſignatur à Chriſto Domino ad adventum Spiritus ſancti? 10

9 Quare Divinus Spiritus dicitur promiſſus à Patre, non vere ab ipſomet Chriſto Domino? pag. 11

10 Quare Chriſtus hic promittit ſuis Apoſtolis baptizandos eſſe ab Spiritu ſancto? ibid.

11 Quare Chriſtus Dominus non dixit non eſt noſtrum, ſed non eſt veſtrum noſſe tempora? 12

12 Quare Chriſtus Dominus non reſpondet ad quæſita Apoſtolorum, ſed tacitè eos reprehendit? pag. 13.

13 Quare Chriſtus Dominus non deſignat ſuos diſcipulos ſuorum operum teſtes, niſi poſt acceptam virtutem Spiritus ſancti? 14

14 Quare Chriſtus Dominus conſtituit ſuos diſcipulos teſtes ſuæ reſurrectionis, potius quàm ſuæ paſſionis, ac mortis? 15

25 Qualiter facta fuerit admirabilis Chriſti Aſcenſio? ibid.

16 Quare Chriſtus aſcendit in Cœlum videntibus ſuis diſcipulis? 17

17 Quare Chriſtus Dominus aſcendens in Cœlum miniſterio nobis utitur? ibid.

18 Quare Chriſtus Dominus aſcendit in Cœlum per nubem cum venturus ſit ad judicandum in nubibus Cœli? 18

19 Quare duo Angeli hic apparentes dicuntur Viri, & non Angeli? 19

20 Quare Angeli hic in Aſcenſione apparentes dicuntur Viri, cum in reſurrectione exprimantur Angeli? 20

21 Quare iſti duo Viri non loquuntur cum ſanctiſſima Virgine Maria, ſed cum diſcipulis, quos Galilæos vocant? ibid.

22 Quare per modum increpationis dicitur Apoſtolis, quid hic ſtatis aſpicientes in Cœlum, cum laudabile ſit oculos habere defixos in Chriſtum? 21

23 Quare Sacri Apoſtoli tantum ſtabant aſpicientes, & nec unum verbum dicunt, nec loquuntur? 22

24 Quare ſacri Apoſtoli cum Chriſtus aſcenderet in Cœlum, nullum dant ſignum triſtitiæ ut fecit Eliſæus cum videret ſuum Mag. Eliam aſcendentem? 23

25 Quare Chriſtus Dominus aſcenderit benignus, & clemens, & venit ad judicium, ſeverus, & aſperus, dicitur quod ſic veniet quemadmodum vidiſtis aſcendentem? ibid.

26 Quare duo Angeli venientes ad Apoſtolos brevi ſermone habito ſtatim volant recedunt? 24

27 Explicantur dies, & locus Aſcenſionis & iter Sabbati, ac Cœnaculum in quo manebant Apoſtoli. 25

28 Quare ſacri Apoſtoli cum mulieribus tanta inſtantia erant perſeverantes in oratione? pag. 26

29 Quare Sanctiſſima Maria omnium principaliſſima perſona ſcribitur poſt Apoſtolos & mulieres? 27

30 Quare Divus Petrus cum eſſet caput Eccleſiæ ad electionem faciendam alios vocat, quos fratres dicit? 29

31 Quare Iudas ex ſuprema ſorte Apoſtolatus ſic ruit, ut à ſe ipſo, & non ab alio tortore ſuſpendatur? 30

32 Quare cum Iudas ſuſpenditur diffunduntur omnia viſcera ejus? ibid.

33 Quare Divus Petrus agens de pœna Iudæ, etiam Iudæorum pœnam commemorat? 32

34 Quare tam ſollicitus eſt Divus Petrus, ut eligatur alius Apoſtolus? 33

35 Quare ad electionem Apoſtolatus non vocat Divus Petrus Viros Sanctos, & ſapientes; ſed cognitos, ac notos? 34

36 Quare Divus Petrus Apoſtolorum Coriphæus, qui ſermonem fecit de electione per ſe ſolum non eligit? 35

37 Quare ſi Apoſtoli & diſcipuli orantes ſtatuunt duos ad Apoſtolatum; cur ex ipſis duobus non eligunt unum? 36

38 Qualiter Apoſtoli intendebant quod Deus ex his duobus oſtenderet electum ad Apoſtolatum? pag. 37

39 Quare dicitur quod Iudas abijt in locum ſuum? pag. 38

40 Quare ſacri Apoſtoli per ſortes eligunt, & quomodo ſors cecidit ſuper Mathiam? ibid.

41 *Quare ſore cecidit ſuper Mathiam ; & ipſe electus eſt in Apoſtolum?* 39

Cap. II.

Spiritus ſanctus adveniens, & prædicat Petrus.

Quæſt. I. *Quare Divinus Spiritus venit in die Pentecoſtes?* pag. 41
2 *Quare poſtquam Chriſtus Dominus aſcendit in Cœlum non ſtatim miſit Spiritum ſanctum, ſed poſt tranſactos decem dies?* 42
3 *Quare divinus Spiritus venit cum tam vehementi, ac forti ſono?* 43
4 *Quare cum divinus Spiritus multis, & variis figuris apparuiſſet, hic tamen mirabilius ſuper omnes?* 44
5 *Quare divinus Spiritus venit in figura linguarum ſuper Apoſtolos?* 45
6 *Quare Spiritus deſcendit ſuper Apoſtolos linguis igneis?* 46
7 *Quare de ſono dicitur quod repleverit totam domum, non ſic vero de igne?* 48
8 *Quare facto vehementi ſonanti ſtrepitu fulgurantibus linguis igneis non timent Apoſtoli?* ibidem.
9 *Quare divinus Spiritus deſcendens in igne venit clara die, & non potius nocte, ut magis reſplendeſceret?* 49
10 *Quare lingua ignea apparens in capite, & non potius in ore; vel alia corporis parte?* ibid.
11 *Quare Spiritus veniens in linguis igneis ſedit ſuper capita Apoſtolorum?* 51
12 *Quare hic tam alta, & ſublimia myſteria proponuntur, quæ hic per ſequentia notabilia explicantur?* 52
13 *Quare Deus in ſuis Apoſtolis tot, & tantas linguas ordinavit?* 54
14 *Quare Apoſtoli repleti Spiritu ſancto quid loquebantur?* ibid.
15 *Quare iſti maligni dicunt Apoſtolos ebrios per contumeliam; cum diverſo, & altiori ſenſu à divino Spiritu dicantur ebrii?* 57
16 *Quare iſti improbi ſtantes audientes Apoſtolos magno miraculo in omnium linguis loqui dicunt ebrios?* 58
17 *Quare Divus Petrus refutat calumniam Iudæorum, ac inimicorum?* 59
18 *Quare Divus Petrus ad defenſionem Apoſtolorum tertiam diei horam eſſe proponit?* 60
19 *Quare D. Petrus contra hos maledictos; dico maledicos; aliquam rigidam pœnam non fulminat, ut fecit Eliſæus contra pueros illudentes, ſed modeſtè cum ratione reſpondet?* 61
20 *Quare D. Petrus ad confutandam calumniam iniquorum nunc poſt rationes Scripturam proponit?* 62
21 *Quare poſt varias expoſitiones circa literam textus Ioelis ultimam de judicio finali amplectitur?* 63
22 *Quare D. Petrus in die tam feſtivo, ac ſolemni commemorat diem judicii univerſalis?* ibid.
23 *Refutantur deliramenta Hæreticorum prævaricantium in præſentem textum.* 65
24 *Quare D. Petrus per tam altiſſima media probat Chriſtum Dominum verum eſſe Meſſiam promiſſum in lege, verumq; eſſe filium Dei.* ibid.
25 *Quare Chriſtus dicitur reſurgens ſolutis doloribus inferni & quid per tales dolores Inferni intelligatur?* 66
26 *Quare corpus, & caro Chriſti dicenda eſt ſancta, explicatur, quid ſit Sanctum?* 67
27 *Quare tantus eſt Chriſtus in præſenti, in referendis, ac recenſendis beneficiis à Deo Patre acceptis?* 68
28 *Quare referens D. Petrus Davidis magnalia de ejus ſepulchro facit mentionem?* 69
29 *Quare D. Petrus, tam reverenter loquitur de Davide.* 70
30 *Quare Chriſtus D. dicitur Dei Patris dextera exaltatus in ſua paſſione?* 70
31 *Quare Chriſtus D. dicitur dextera Dei exaltatus in ſua reſurrectione?* 72
32 *Quare Chriſtus D. dicitur ſedere ad dexteram Dei?* ibid.
33 *Quare D. Petrus non rigidè, ſed blandè, ac ſuaviter ſe habet cum circunſtantibus pro graviſſimo peccato mortis filii Dei?* 74
34 *Quare D. Petrus annuntiat die Iudæis gentium converſionem, quot maximè in odio habebant?* 74
35 *Quare participatio corporis Chriſti dicitur concentio?* 76
36 *Expenditur vivendi modus ſpiritualis in Eccleſia primitiva.* 77
37 *Quare in primitiva Eccleſia tanta erat obſervantia communis vita, de illius excellentia agitur?* 79
38 *Quare in iſtis primitiva Eccleſia tanta erat perfectio?* 80

Caput III.

Sanatur Claudus, & Petrus demonſtrat Ieſum Chriſtum eſſe verum Meſſiam.

Quæſt. I. *Quare ante miraculum Claudi deſcribitur oratio Petri, & Ioannis?* 81.
2 *Expenditur hujus hominis ſumma calamitas, ac miſeria.* 82
3 *Quare ante orationem Petrus, & Ioannes dant ſalutem Claudo?* 83
4 *Quare primum miraculum, quod de D. Petro ſcribitur, ſanitas eſt hujus Claudi?* 84
5 *Quare tam celeriter huic Claudo datur ſanitas perfecta?* ibid.
6 *Quare cum ſolus Petrus loquatur, non ait Claudo reſpice in me, ſed reſpice in nos?* 85
7 *Quare in hoc Claudo depingunt Sancti Patres malos Eccleſiæ Miniſtros?* 86
8 *Quare Divus Petrus antequam Claudum à ſua miſeria ſublevaret teſtatur ſe aurum & argentum non habere?* ibid.
9 *Quare D. Petrus ait ſe non habere argentum, & aurum; cum ad ejus pedes agrorum pretia quotidie à Chriſtianis afferebantur?* 87
10 *Quare cum D. Petrus dixiſſet Claudo reſpice in nos ſimul ipſum Petrum, & Ioannem, tamen ſolus Petrus operatur miraculum, & ait ſurge, & ambula?* 88
11 *Quare primum miraculum, quod legitur factum ab Apoſtolis eſt?* ibid.
12 *Expenditur ſumma D. Petri paupertas, illiuſque eximia charitas.* 89
13 *Quare poſtquam D. Petrus dixit Claudo ſurge, & ambula, apprehenſa manu elevat eũ?* ibid.
14 *Quare in hoc Claudo tanta Dei dona reſplenduerunt?* 90
15 *Quare D. Petrus in hac ſecunda concione majora mirabilia prædicat de Chriſto Domino, quam in prima?* 92
16 *Quare D. Petrus negat ſua virtute aut poteſtate ſanaſſe*

ſanaſſe Claudum, cum Chriſtus D. dederit ei poteſtatem ſanandi infirmos? ibid.
17 *Quare tantus eſt D.Petrus in præſenti in ſublimanda præſtantia virtute, ac efficacia fidei?* 94
18 *Quare D.Petrus non ait quod iſte Claudus ſanatus ſit virtute potentia Iſſa, ſed exprimit in nomine Ieſu?* ibid.
19 *Quare cum D.Petrus dicat quod Iudæi per ignorantiam occidiſſent Chriſtum, eos tamen ad pœnitentiam exhortatur?* 96
20 *Quare dicitur quod Chriſtus ſit in Cælo uſque in diē judicij, cū ſæpè apparuerit in terris?* ibid.
21 *Quare Moyſes prophetizavit de Chriſto eſſe Prophetam ſui ſimilem?* 97

Caput IV.

Apoſtoli recluduntur in Carcerem, & prædicant ſolùm in nomine Ieſu eſſe ſalutem.

Quæſt. 1. *Quare Magiſtratus templi dabatur?* pag. 100
2 *Quare in prima concione convertit Divus Petrus tria millia, in hac vero quinque millia?* 101
3 *Quare Magiſtratus interrogat Apoſtolos de operato miraculo Claudi, cum valde notum eſſet fuiſſe factum in nomine Ieſu Nazaræi?* 102
4 *Quare Caiphas tam leniter, ac ſuaviter ſe oſtendit, modò cum Apoſtolis cum tam crudeliter, ac tyrannicè ſe habuiſſe cum Chriſto ſua paſſione?* 103
5 *Quare D.Petrus tā profundè & altiſſimè reſpondet, eorum nequitiā arguens, & caſtigans?* 104
6 *Quare Chriſtus D. dicitur lapis angularis in capite anguli?* 105
7 *Quare tam aſſeveranter, ac firmiter ait D.Petrus, quod in ſolo ſanctiſ. nomine Ieſu ſit ſalus?* 106
8 *Quare Petri, & Ioannis conſtantia in tanta admiratione erat coram tota Synagoga?* 107
9 *Quare auditis Petro, & Ioanne magiſtratus Iſraëliticus tam perplexus, ac timidus eſt?* 108
10 *Quare contra verba Apoſtolorū ſapientes Scribæ, Seniores, nec reſpondent, nec dant aliquam rationem?* 109
11 *Quare ſacri Apoſtoli coram toto pleno Concilio contentis ejus mandatis, & minis conſtanter affirmant ab ipſis nomen Ieſu, & ejus opera eſſe prædicanda?* 110
12 *Quare ad verba Petri, & Ioannis Senatus Iudaicus minas jactat ab illis ſe devictum manifeſtat, ac declarat?* 110
13 *Quare ſacri Apoſtoli ipſoſmet adverſarios judices appellant?* 111
14 *Quare tanta fuit cæcitas, & malitia in Regibus, ac Principibus, ut contra Deum, ac Chriſtum inſurrexerint, ac ſtarent?* 112
15 *Quare in his, quæ pertinent ad ſalutem generis, non ſolum Dei conſilium, ſed etiam ejus manus decreverant facere?* 112
16 *Quare poſt orationem Apoſtolorum motus eſt locus in quo erant?* 113
17 *Quare modo dicuntur Apoſtoli repleti Spiritu S. cum jam ipſi fuiſſent repleti in die Pentecoſtes?* 114
18 *Quare in primitivis Chriſtianis tāta erat unitas, ut non in eis eſſet anima una, cor unum, & nullum aliquid ſibi propriam habebat?* 115
19 *Quare primitivi Chriſtiani tam avidè paupertatem amplectebantur & terrena contemnebant?* 116
20 *Quare primitivi Chriſtiani omnia ſua, non ad manus ſed ad pedes Apoſtolorū ponebant?* 117
21 *Quiſnam eſſet iſte Barnabas de quo hic ſit mentio.* ibid.

Cap. V.

Ananias, & uxor ejus Saphira morte plectuntur à Petro, & Apoſtoli pro Chriſti nomine multa patientes gaudent.

Quæſt. 1. *An Ananias habuerit votum paupertatis, & quando illud emiſerit?* 119
2 *Quare Ananias defraudavit de pretio agri?* 120
3 *Quare D.Petrus arguit Ananiam de tentatione Satanæ, non vero de conſenſu ſuæ voluntatis, in quo extitit peccatum?* 121
4 *Quare cum hoc peccatum Ananiæ fuiſſet occultum inter ipſum, & ſuam uxorem tamen notum, ac manifeſtum factum eſt?* ibid.
5 *Quare mendacium Ananiæ dicitur ſpecialiter commiſſum contra Spiritum S.* 122
6 *A quo tam rigida mortis pœna Ananiæ inflicta eſt?* 123
7 *Quare tam rigida mortis pœna Ananias punitur?* ibid.
8 *Quare non leute, ac charitativè admonet D.Petrus Ananiam, ut Ioſue ſe habuit erga furti reum?* 124
9 *An Ananias, & Saphira ſint in æternum damnati?* 125
10 *Quare in ſpatio trium horarum nullus extitit, qui nuntiaret Saphiræ terribilem ſui mariti mortem?* 126
11 *Quare Saphira mortua cecidit ad Petri pedes?* ib.
12 *Quare D.Petrus umbra facit miracula?* 128
13 *Quare D.Petrus umbra ſanat, magnum dat omnibus Prælatis documentum?* 129
14 *Quare D.Petrus ſanat umbra quod à Chriſto D. non legitur factam?* ibid.
15 *Quare tempore Chriſti Apoſtolorum tot, & tanti erant poſſeſſi à Dæmone?* 130
16. *Quare Deus permittit ut Diabolus ingrediatur in humanum corpus?* ibid.
17 *Quare Principes Sacerdotum replentur zelo non contra latrones, ac homicidas, ſed contra ſanctiſſimos Apoſtolos?* 131
18 *Quare Diabolus non valet liberare ſuos veneficos à carcere, ut modo Angelus liberavit Apoſtolos?* 132
19 *Quare ſacri Apoſtoli valde diluculo tendunt in templum?* 133
20 *Quare Gamaliel tali modo loquitur in Concilio, & quiſnam eſſet?* 136
21 *Quare Theodas tam cito periit, & quiſnā eſſet?* 137
22 *Quare Iudas Galilæus, & ſui adhærentes graviter perierunt?* ibid.
23 *Quare ſacri Apoſtoli flagellati in Concilio non ibant triſtes, & lugentes, ſed gaudentes?* 139
24 *Quare Apoſtoli gaudent in pœnis, ac flagellis, Chriſtus filius Dei in illis triſtatur?* ibid.
25 *Quare Apoſtoli pati, & flagellari pro Chriſto habent pro magna dignitate?* 140

Caput VI.

Eliguntur ſeptem Diaconi ad quotidianum miniſterium.

Quæst. I. *Quare creſcente numero diſcipulorum exoritur murmur, & querela?* 141
2 *Quare non de adoleſcentibus, ſeu uxoratis excitatur querela, ſed tantum de viduis?* 142
3 *Quare ſacri Apoſtoli volunt ſe abſtinere à menſis, ac earum miniſterio?* 143
4 *Quare Apoſtoli proponant viros plenos Spiritu S.*

& ſapientia; cum ſapientia ſit unum ex donis Spiritus S. 144

5 *Quare Diaconi deputantur ad negotium viduarum; Apoſtoli ſibi reſervant orationem, & prædicationem?* ibid.

6 *Explicantur qui, & quales fuerint iſti ſeptem Diaconi?* 145

7 *Quare ſacri Apoſtoli imponunt manus ſuper hos Diaconos?* 147

8 *Quare non dicitur quod Iudæi diſputantes cum Stephano erant ex Ieruſalem; ſed ex varijs Orbis partibus, quæ hic explicantur?* 148

9 *Quare modo poſt electionem, & non antea dicitur D.Stephanus plenus fortitudine?* ibid.

10 *Quare tanta multitudo diverſarum nationum contra unum Stephanum ſtat?* 149

11 *Quare tanta ſapientum multitudo uni Stephano non poterat reſiſtere?* ibid.

12 *Quare numerus teſtium, qui ſurrexerunt contra D.Stephan. nō exprimitur, nec declaratur?* 151

13 *Quare iſti dicuntur falſi teſtes cum multa vera dixiſſent?* ibid.

14 *Quare facies D.Stephani tamquam Angeli reſplendebat?* 152

15 *Quare fulgente facie Stephani iniquitas aſtantiū in Concilio non reformatur, ac miteſcit?* 153

Caput VII.

Divus Stephanus apparens tamquam Angelus, amplam facit prædicationem.

Quæſt. 1. Q*Uare D.Stephanus loquens prius vocat fratres poſtea Patres cum è contrario videbatur dicendum?* pag. 156

2 *Quare D.Stephanus ſuos accuſatores, ac carnifices vocat fratres, ac Patres?* ibid.

3 *Quare cum Deus hic apparet Abrahamo dicitur Deus gloriæ?* 157

4 *Quare dicitur mandatum Abrahæ exire de terra ſua, cum hoc videatur executioni datum à Patre ejus Thare?* ibid.

5 *Quare cum Abrahamus eſſet in Meſopotamia mandat ei Deus exire de terra ſua, ac cognatione ſua?* 158

6 *Quare dicuntur Hebræi per quadraginta annos fuiſſe in captivitate Ægypti?* 159

7 *Quare Deus mandavit Abrahamo circumciſionem in pueris, & in tali membro, & occulto, ac brevi carnis particula?* 160

8 *Quare Deus Abrahamo, ac poſteris ejus dedit circumciſionem?* 161

9 *Quare D.Stephanus tantus eſt in præſenti in referenda hiſtoria Abrahami Ioſeph, & aliorum?* 162

10 *Quare D.Stephanus facit hic tam amplam mentionem de Ioſeph?* 163

11 *Quare Ioſeph tanto tempore extitit in Ægypto abſque eo, quod mœrentem Patrem de ſe certiorem faceret?* 164

12 *Quare Rex Ægypti tam crudeliter, ac durè perſequebatur Hebræos?* 166

13 *Quare tot, & tantis calamitatibus opprimebantur Hebræi ab Ægyptijs?* 167

14 *Quare cum illi boni patres ſua providentia potuerint abſcondere puerum Aaron, ne periret in flumine, non valent abſcondere puerum Moyſem?* 168

15 *Quare filia Pharaonis Moyſem puerum vagientem adoptavit in filium?* ibid.

16 *Quare Moyſes occidit Ægyptium an in hoc facto peccaverit?* 170

17 *Quare Moyſes videns duos rixantes ſe intromittit ad illorum pacem?* 171

18 *Quare modo Moyſes de afflictione populi agit, & non antea?* 172

19 *Quare D.Stephanus tantum hic dilatatur in rebus, ac laudibus Moyſis?* 173

20 *Quare D.Stephanus ait in præſenti quod Moyſes præ timore Pharaonis fugit cū Apoſtolus dicat, quod ipſe non eſt veritus Regis potentiā?* ibid.

21 *Quare Deus apparet Moyſi in flamma ignis?* 174.

22 *Quare rubus ardebat, & non comburebatur?* ibid.

23 *Quare Deus mandat Moyſi ſolvere calceamenta pedum ſuorum?* 177

24 *Quare D.Stephanus Luciferum appellat Rempham, ſtellam obſcuram, & tenebroſam?* 180

25 *Quare Divus Stephanus tam acriter invehitur in Iudæos, cum valde lenis extiterit in exordio prædicationis, ac fine ut pro eis etiam exoraret?* 181

26 *Quare dum D.Stephanus præſentes Iudæos arguit, eorum nequiſſimos parentes commemorat?* 182

27 *Quare lex dicitur data per diſpoſitionem Angelorum?* 183

28 *Quare D.Stephanus nec attendit in ſe; nec in ſuos perſecutores, ſed ſolum in Cœlum?* 184

29 *Quare ait D.Stephanus, video Cœlos apertos, cum alibi ſolum dicatur cœlum, & cœlum apertum?* ibid.

30 *Quare D.Stephanus de ſe teſtatur quod viderit gloriam Dei, & quando vidit, & quomodo vidit dico?* 185

31 *Quare D.Stephanus ante certamen abſolutum, & mortem guſtatam gaudet ſupremo felicitatis præmio?* 186

32 *Quare D.Stephanus primo dicit Ieſum, deinde ſecundo filium hominis?* ibid.

33 *Quare D.Stephanus vidit Ieſum non ſedentem; ſed ſtantem à dextris Dei?* 187

34 *Quare D.Stephanus ſuam viſionem non tacet, ſed publicat, & prædicat?* 188

35 *Quare miſeri Iudæi claudunt aures ſuas cum Stephanus loquitur?* 189

36 *Quare D.Stephanus tot, & tantis circumſtantijs reſplenduit in ſuo martyrio?* ibid.

37 *Quare D.Stephanus lapidatur à Iudæis?* 190

38 *Quare D.Stephanus pro ſe orans ſtat, pro inimicis gena flexo orat?* 191

39 *Quare D.Stephanus pro ſe primo orat, deinde pro inimicis, cum Chriſtus D. prius oraverit pro inimicis, deinde ſecundo pro ſe?* 192

40 *Quare D.Stephanus clamans voce magna rogat pro inimicis, & dat Spiritum?* ibid.

41 *Quare mors D.Stephani dicitur obdormitio?* 193

Caput VIII.

Mortuo Stephano magna perſecutio in Eccleſia: Simon Magus graviter increpatur à Petro: Eunuchus Reginæ Candacis baptizatur.

Quæſtio 1. Q*Uare mortuo Stephano tam dura, & crudelis perſecutio exorta eſt contra Eccleſiam?* 195

2 *Quare exorta perſecutione, tot, tantique fideles diſperſi?* ibid.

3 *Quare D.Stephanus lapidatus à Iudæis, valde honorificè ſepelitur?* 196

4 *Quare Viri pij, ac devoti S.Stephanum ſepelierunt, & cum planctu magno?* 197

5 Quare

5 *Quare Simon Magus tanta nequitia repletus extiterit, & quiſnam eſſet?* 199
6 *Quare Simon credit, & baptizatur cum hoc non ex corde haberet?* ibid.
7 *Quare Philippus inſinuavit Apoſtolis, ut in Samariam mitterent operarios, & miſſi ſunt Petrus & Ioannes.* 201
8 *Quare Apoſtoli imponendo manus dabant Spiritum ſanctum; agitur de Sacramento Confirmationis.* ibid.
9 *Quare cum olim manus impoſitio eſſet ſignum condemnationis ad mortem; Apoſtoli imponentes manus dabant vitam?* 202
10 *Quare Apoſtoli imponebant manus facientes ſignum Crucis in fronte?* ibid.
11. *Quare Simon commiſit peccatum ſimonia, & quam grande illud crimen ſit?* 203
12 *Quare Simon cum videret Apoſtolos contemptores divitiarum audet offerre pecuniam pro emendis divinis donis?* 204
13 *Quare D.Petrus tam rigidè ac acerrimè inſurgit in Simonem, ac ejus pecuniam?* 205
14 *Quare Ananias, & Saphira ſtatim rigidè mortis ſententia à D.Petro puniuntur, non ſic Simon Magus cum gravius deliquiſſet?* 206
15 *Quare Simon poſtulat ab Apoſtolis orationem, quam Rex Ninive non petivit à Iona Propheta?* 207
16 *Quare Æthiops Eunuchus venit adorare in Ieruſalem, & quiſnam eſſet?* 209
17 *Quare Eunuchus cum eſſet valde magnus tam avidè poſtulat à Philippo illuſtrari, ac doceri?* 210
18 *Quare Chriſtus D. ducitur ſicut ovis ad occiſionem, & quaſi Agnus coram tondente?* ibid.
19 *Quare cum Propheta teſtatur, quod Chriſtus D. de anguſtia judicij ſublatus ſit, ſtatim adjungit generationem ejus eſſe inenarrabilem?* pag. 211
20 *Quare non viſis miraculis nec portentis Eunuchus tam citò credidit, & tam firma fide ſuſcepit baptiſmum?* 213
21 *Explicatur quanam Civitates ſint Azotus, & Caſarea de quibus agitur in præſenti.* ibid.
22 *Quare tam citò Angelus rapuit Philippum à præſentia Eunuchi?* 214

Caput IX.

Admirabilis Pauli converſio.

Quæſt. 1. *Quare iſte illuſtriſſimus dictus eſt Saulus, & poſtea Paulus?* pag. 216
2 *Quare Saulus à Summo Pontifice non poſtulat mandata, ſed epiſtolas?* ibid.
3 *Quare Paulum tam crudeliter ſævientem Deus vocat ad lumen Eccleſiæ ſuæ?* 217
4 *Quare Chriſtus D. tot, & tanta interpoſuit ad converſionem Pauli?* ibid.
5 *Quare hac illuſtriſſima Pauli converſio non contigit nec in via, nec in Damaſco, ſed in propinque ad Civitatem?* 218
6 *Quare lux de Cælo circumfulſit Paulum in ſua vocatione?* 219
7 *Quare Saulus fulgente ſplendida luce cadit in terram?* 220
8 *Quare cum Saulus adhuc eſſet peccator, Chriſtus D. eum proprio nomine vocat?* 221
9 *Quare non dixit Chriſtus quid meos perſequeris; ſed me perſequeris?* 222
10 *Quare Chriſtus Dominus non ait ego ſum Deus, vel filius Dei, ſed Ieſus tantum?* 223
11 *Quare ad viſionem, ac vocem Chriſti Paulus factus eſt ſtupens, ac tremens?* 224
12 *Quare D.Paulus tam alte, ac ſublimi verbo reſpondet: Domine quid me vis facere?* ibid.
13 *Quare Dominus mittit Paulum ad Ananiam?* pag. 226
14 *Quare Paulus obcecatur tanta luce circumfuſus?* ibid.
15 *Quare D.Paulus per triduum neque manducavit, neque bibit?* 227
16 *Quare Paulus in ſua converſione omnibus facultatibus corporalibus privatur?* ibid.
17 *Quiſnam eſſet Ananias?* 228
18 *Quare Ananias admonetur in vigilia; Paulus autem in ſomnis?* 229
19 *Quare ad Paulum futurum Eccleſiæ Doctorem inſtruendum non deſtinatur aliquis ex magnis Apoſtolis ſed Ananias?* 230
20 *Quare Ananias cum audiat à Chriſto Paulum orare, & eſſe jam converſum, ipſe tamen eum adhuc reputat infidelem, & perſequutorem?* ibid.
21 *Quare Chriſtus D. ait de Paulo vas electionis eſt mihi?* 231
22 *Quare inter tot millia millium Sanctorum, unus Paulus dicitur inſigniter deſignatus, ut ſit vas electionis?* 232
23 *Quare inſigniter, ac peculiariter datum eſt Paulo portare nomen Ieſu?* 233
24 *Quare cum Paulus dicatur vas electionis, non dicitur tamen plenum?* 234
25 *Quare mandatur D.Paulo ferre nomen Domini inter denſas gentium, Regum, ac filiorum Iſrael tenebras?* ibid.
26 *Quare ut Paulus viſum recipiat Ananias ei imponit manus?* 235
27 *Quare Ananias non dixit Paulo, Dominus, qui te obcæcavit, ſed qui tibi apparuit?* 236
28 *Quare ab oculis Pauli ceciderunt quædam pellicula, ut ſquama?* ibid.
29 *Quare D.Paulus converſabatur cum gentibus, ac Græcis, à quibus multa inſidia in eum machinabantur, ob quas fugit in varias terras?* 238
30 *Quare D.Petrus non interrogavit hunc Paralyticum: vis ſanus fieri; ut Chriſtus interrogavit illum alium in piſcina?* 240
31 *Quare noſter Sacer Evangeliſta exponit nomen Thabita, qua dicitur Dorcas, id eſt, Caprea?* pag. 241
32 *Quare non cum infirmatur Tabitha, ſed tantum cum ipſa mortua eſt mittunt diſcipuli ad Petrum?* ibid.
33 *Quare cum Petrus adveniret nullus eum rogat pro ſuſcitanda Tabitha; ſed tantùm oſtendunt veſtes, & tunicas, quas illa eis faciebat?* pag. 242
34 *Quare D.Petrus non voce, ſed etiam manu extenſa hanc fœminam ſuſcitat, eam vocans nomine ſuo?* 243
35 *Quare tam citò Deus exaudit orationem Petri pro Tabitha; cum ipſe dicat ſe non exauditurum Noe, Iob, Danielem orantes pro populo?* ibid.
36 *Quare Magnus Parens Eliſæus ad ſuſcitandum filium Sunamitidis multa adhibet, non ſic Petrus ad revocandam Tabitham, in vitam?* pag. 244
37 *Quare D.Petrus non apud aliquem Principem, vel apud Tabitham hoſpitatur, ſed apud Simonem Coriarium?* ibid.

Caput X.

Centurio vocatur, & Petrus admirabili viſione confortatur.

Quæſt. 1. *QVare cum de converſione gentium agere aggredimur à Sanctiſſima Virgine Maria ſit incipiendum?* 246

2 *Quis eſſet Cornelius, & qualis eſſet ejus fides antequam ipſe veniret ad D. Petrum?* 247

3 *Quare tantus eſt D. Lucas in referendis, ac ſcribendis virtutibus Cornelij, & quot illa fuerint?* 248

4 *Quare de Centurione non dicitur ſolum quod timebat Deum, ſed etiã cum tota domo ſua?* ibid.

5. *Quare ad Cornelium illuminandum in fide non mittitur aliquis diſcipulus, Diaconus, ſed Angelus?* 249

6 *Quare cum Angeli ante Deum offerant noſtras orationes, & opera; tamen orationes V. Maria tali Angelorum miniſterio non indigent?* 250

7 *Quare Centurioni mandatur non quærere Petrum, ſed eum ad ſe advocare, & de Petro nihil ei magnum dicitur?* 251

8 *Quare Angelus non explicat Cornelio quid ab eo faciendum ſit?* 252

9 *Quare D. Petrus ad orandũ aſcendit ſuperiora?* 253

10 *Quare D. Petrus ad orandum potiùs eligit horam ſextam, quam quamlibet aliam?* 254

11 *Quare hora ſexta Chriſtus ſitit, Petrus vero eadem hora eſurit?* ibid.

12 *Quare linteum deſcendit de Cœlo, & quid ſignificet?* 255

13 *Quare in hoc linteo apparent quadrupedia, ſerpentia, & volatilia?* 256

14 *Quare cum in hoc linteo ſint animalia terreſtria, & volatilia, non tamen aquaria, ut piſces?* 257

15 *Quare ſanctiſſima Virgo Maria omnino ac totaliter eſt ſeparata ab hoc linteo: agitur de illius immaculata Conceptione?* 258

16 *Quare cibus immundus dicitur purificatus?* 259

17 *Quare cibus immundus dicitur communis?* 260

18 *Quare D. Petrus cum eſſet obedientiſſimus ter reſpondet ac recuſat comedere illa animalia à Domino oblata?* 261

19 *Quare Petrus cum eſſet hoſpes in domo Simonis Cortarij, hos Cornelij nuncios excipit hoſpitio tamquam in domo propria?* 262

20 *Quare D. Petrus tam confidenter converſabatur cum his hominibus gentilibus, cum olim ſtans cum illis ceciderit, ac negaverit?* 263

21 *Quare Cornelius cum expectaret adventum Petri convocat ſuos intimos amicos ac familiares;* 264

22 *Quare D. Petrus prohibet adorationem, quam ei exhibebat Cornelius?* ibid.

23 *Quare ſicut Angelus recuſat adorationem Ioannis, ſic & Petrus Cornelij, & in quo major humilitas?* 265

24 *Quare Cornelius tam ſublimi, & alto modo ait, quod ipſe, & omnes aſtantes ſint parati audire Petrum?* 266

25 *Quare cum Chriſtus D. omnia cœleſtia dona ſecũ adduxerit peculiariter de pace ſit mentio?* 268

26 *Quare D. Petrus incipiens referre Chriſtum, ait ſuam prædicationem exortam fuiſſe à Galilæa, de quo Iudæi formant accuſationem?* ibid.

27 *Quare D. Petrus dum prædicat Chriſtum plenum oleo divinitatis adjungit ejus beneficentiam in omnes?* 269

28 *Quare dicitur Chriſtus Iudex vivorum, ac mortuorum?* 270

29 *Quare cum Chriſtus dicitur Iudex conſtitutus, ſtatim ſubditur, ut per ipſum accipiatur remiſſio peccatorum?* 271

30 *Quare Cornelius cum ſuis ſocijs primus ex gentilitate converſus, tantis ſignis condecoratur?* p. 272

Caput XI.

Mittuntur ad Antiochiam Barnabas, & Saulus.

Quæſt. I. *QVare D. Petrus tam ſolliciter ac efficaciter deſtruit murmurationes contra ſe exortas?* 274

2 *Quare, qui obmurmurabant, & loquebantur, auditis verbis Petri tacent, & obmuteſcunt?* 275

3 *Quare omnes tamquam ex uno ore Deum glorificabant?* ibid.

4 *Explicantur Civitates Phœnicia, Cyprus, Antiochia, & agitur de Patriarchalibus Eccleſijs.* 276

5 *Quare Apoſtoli audientes tantum credentium numerum augeri in Antiochia non venerunt ad illos, ſed miſerunt Barnabam?* 277

6 *Quare D. Barnabas tam vehementer exhortabatur Antiochenos, ut in propoſito cordis permanerent?* ibid.

7 *Quare D. Barnabas vocat ad ſe D. Paulum?* 278

8 *De exordio magni nominis Chriſtiani, ac de ejus alta, ac ſublimi magnificentia?* 279

9 *Quanta obligatio nobis imnineat ex Chriſtiani nomine?* ibid.

10 *Quiſnam eſſet Agabus?* 280

11 *Quare tam dira, ac crudelis fames à Deo emiſſa eſt in Orbem?* ibid.

12 *Quare hoc famis tempore fideles ex Antiochia mittunt ſubſidium ad fratres in Iudæa?* 281

Caput XII.

Petrus incarceratur ab Herode, & mirabiliter ab Angelo liberatur.

Quæst. I. *QVare Herodes Agrippa tam crudeliter inſaniuit contra Chriſti fideles, & quiſnam eſſet?* 282

2 *Quare Herodes occidit Iacobum qui primus omnium Apoſtolorum dat vitam ad magnam ejus gloriam?* 283

3 *Quare D. Iacobus gladio occiditur?* 284

4 *Quare præ cæteris Apoſtolis intentavit Herodes occidere Petrum?* ibid.

5 *Pro multis difficultatibus reſolvendis ponitur Chronotaxis Apoſtolorum?* 285

6 *Quare Petrus ponitur in Carcere & quam rigida, & acerba pœna ſit?* 286

7 *Quare D. Petrus tanta cuſtodia tenetur in vinculis, ac carcere?* ibid.

8 *Quare Deus tam ſublime, ac magnificè Petri catenas honoravit?* 287

9 *Quare D. Petrus inter milites ac catenas tam placidè dormiebat?* 288

10 *Quare Petrus, qui multa mirabilia operabatur, non ſeipſum liberat à carcere, ſed ad hoc venit Angelus & quiſnam eſſet?* 289

11 *Quare à reſplendente Angelo excitatur Petrus percuſſo latere, & non potius apprehenſa manu vel pede?* 290

12 *Quare cum Angelus dixiſſet Petro ſurge velociter, ſtatim catenæ ceciderunt de manibus ejus?* ibid.

13 *Quare Angelus ſuadet D. Petro ut calceet caligas ſuas?* 291

14 *Quare D. Petrus dum Angelum exiſtimat eſſe viſionem,*

viſionem; non agnovit eum, niſi poſtquam diſceſſit? 292
15 Quare bona puella, cum audit, & agnoſcit Petrum pulſantem ad oſtium, non ſtatim illud aperit, ſed cucurrit intus ad diſcipulos nuntia ferens? 293
16 Quare diſcipuli, qui erant intus in domo dicunt pulſantem ad oſtium non eſſe Petrum, ſed Angelum ejus. 294
17 Quare D. Petrus magnalia, quæ Deus erga eum fecit mandat denunciare Iacobo, ac alijs Patribus? 295
18 Quare cuſtodes ſepulchri Chriſti bene habent apud Pilatum, cuſtodes Petri malè apud Herodem? 297
19 Quare tam peſtiferè acclamatur Herodes, ut ejus voces non dicantur hominis, ſed Dei? 298
20 Quare Angelus tam crudeli plaga percuſſit Herodem? ibid.
21 Quare tam crudeli, ac extraordinario ſupplicio perijt Herodes? 299
22 Quare ſolus Herodes tam rigidè punitur, & non etiam illi qui applaudentes dicebant illius voces non eſſe hominis, ſed Dei? ibid.

Caput XIII.

Paulus, & Barnabas mittuntur Ieroſolymam cum ſubſidio eleemoſynarum, & Spiritu ſancto in pectore.

Quæſt. 1. De nominibus contentis in quinque prioribus verſibus. 301
2 Quare jejunantes imponunt manus ſuper Saulum, & Barnabam, & quid ſit illa manuum impoſitio? 302
3 Quare Saulus dicitur Paulus ex Sergio Paulo baptizato, & aliqua de ipſo Sergio notãtur. 303
4 Quare D. Paulus Ælimam magum potius percutit cæcitate, quam alia pœna? 304
5 Quare tam cito, ac feſtinanter pœna cæcitatis apprehendit hunc miſerum? ibid.
6 Quare Apoſtoli Simonem Magum ſolum verbis reprehendunt, at Paulum Ælimam Magum non ſolum verbis, ſed etiam cæcitate? 305
7 Quare D. Paulus percutiens Ælymam Magum, ait ei, manus Domini ſit ſuper te? 306
8 Quare à Paulo advena poſtulant Principes Synagogæ verba exhortatoria? 307
9 Quare David dicitur vir ſecundum cor Dei? ibid.
10 Quare D. Paulus hic agẽs de reſurrectione Chriſti adducit locum Pſalmi: ego hodie genui te? 308
11 Quare ob filiorum Iſrael obdurationem ipſis relictis prædicandum eſt Evangelium gentibus? 310
12 Quare præordinati credunt, & non depravantur malo exemplo, ac perſecutione aliorum? 311

Cap. XIV.

Paulus vocatur Mercurius, & Barnabas Iupiter.

Quæſt. 1. Quare Iudæi primo excitant gentiles contra Apoſtolos, poſtea gentiles cum primoribus currunt ad lapides ac contumelias? 312
2 Quare iſti Cives clamant, quod Dij ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad eos? 313
3 Quare iſti gentiles Barnabã Iovẽ appellãt? p. 314
4 Quare D. Paulus dictus, ac appellatus eſt Mercurius? 315
5 Quare Gentiles offerebant Dijs ſuis victimas coronatas? 316
6 Quare iſti Lycaonenſes volunt aris & ſacrificijs colere Apoſtolos tamquam Deos? ibid.
7 Quare ſacri Apoſtoli tanto impetu ac vehemẽtia prohibẽt, ne eis fiant ſacrificia, & altaria? 317
8 Quare per multas tribulationes ac labores intrandum eſt in Regnum Cœlorum? ibid.
9 Quare ſacri Apoſtoli dicuntur traditi gratiæ Dei? 318

Caput XV.

Primum conſilium Apoſtolorum agitur de Circumciſione.

Quæſtio 1. Quare iſti, qui excitarunt quæſtiones contra Apoſtolos non nominantur, ſed dicuntur quidam? 321
2 Quare hæc diſſenſio, ac controverſia contra Apoſtolos tam multipliciter crevit? ibid.
3 Quare Paulus plenus ſapientia cum Barnaba venit Ieroſolymam, ut conſuleret Apoſtolos ſuper poſitam quæſtionem? 322
4 Lex vetus valde dura multum oppreſſa pondere præceptorum, ac difficultatum? ibid.
5 Lex Evangelica benigna ſuavis ac levis. 323
6 Sanctiſſima Virgo Maria totam quæſtionem decidit, ac reſolvit. 324
7 Quare Chriſtus ablata Circumciſione dedit nobis baptiſmum? 325
8 Quare D. Iacobus præcipit abſtinendum ab animalibus ſuffocatis cum ſanguine? ibid.
9 Quare Sacri Apoſtoli tam celeriter congregant Concilium ad determinandam quæſtionem, ejuſq; reſolutionem mittunt in Antiochiã? 326
10 Quare Sacri Apoſtoli dicunt viſum eſſe Spiritui ſancto, unde ejus vocem audierunt, & cognoverunt? 327

Caput XVI.

Circumciſus Timotheus.

Quæſt. 1. Quare magnus Paulus acerrimus circumciſionis impugnator circumcidat Timotheum? 329
2 Quare cum Timotheus & Titus eſſent diſcipuli D. Pauli, Apoſtolus circumcidit Timotheum, & noluit circumcidere Titum? 330
3 Quare Paulus, & Silas prohibiti ſunt prædicare Evangelium in Aſia? 331
4 Quare vigilanti Paulo mandatur, ut non prædicet in Aſia, dormienti ut prædicet in Macedonia? 332
5 Quare D. Paulus tam diligenter per mare navigat, & venit Macedoniam? 333
6 Quare Dæmones laudant Apoſtolos, homines verè eos criminantur, & opprobrijs afficiunt? pag. 334
7 Quare D. Paulus dolet, & non vult audire voces diaboli laudantis? 335
8 Quare hæc puella divinando multas pecunias comparabat, Propheta multa prædicendo nihil lucrabantur. ibid.
9 Quare Domini Puellæ ob Dæmonẽ expulſum tam durè, & acriter inſurgunt contra Paulum, & Silam? ibid.
10 Quare cum ſemper Paulus verſatur in oratione, ac contemplatione Dei inſigniter fit mentio de ejus oratione in carcere media nocte? 337
11 Quare cum in carcere ſolvuntur Pauli, & Silæ catenæ, ſolvuntur etiã aliorum vinctorũ? ibid.
12 Quare cum januæ carceris ſint apertæ, Paulus tamen & Silas non egrediuntur. 338

Cap. XVII.

Ara conſecrata ignoto Deo.

Quæſtio 1. *QUare Paulus ingrediens Synagogas totum ejus ſtudium erat diſſerere, & explicare Scripturas?* pag.341
2. *Quare turba Civitatis circunſtat domum Iaſonis, & quiſnam eſſet ille?* 341
3 *Quare, qui primi receperunt fidem dicuntur nobiles?* 343
4 *Quare iſti Athenienſes dicebant Paulum hominẽ ſemiverbum, ſeu loquacem, & garrulum?* 344
5 *Quare Epicuri, & Stoici adverſabantur D.Paulo, & quinam eſſent illi?* ibid.
6 *Quare iſti homines vocabant D.Paulum annunciatorem novorum demoniorum?* 345
7 *Quare D.Paulus ducitur ad Areopagum?* 346
8 *Quare Ara conſecrata conſiſtebat ignoto Deo?* 347
9 *Quare D.Paulus vocat Athenienſes ſuperſtitioſos, cum ſub ignoto Deo adorarent verum numen.* ibid.
10 *Quare D.Paulus cum Athenienſibus incipit ſermonem à Deo ignoto?* 348
11 *Quare ait Apoſtolus, quod Deus non habitat in manu factis templis?* 349
12 *Quare Apoſtolus ait, quod in Deo vivimus? movemur, & ſumus?* 350
13 *Quare D.Paulus confirmat ſuam doctrinam dicto Poëtarum, explicatur.* ibid.
14 *Quare tam inſigniter Dionyſius Areopagita ſcribitur à D.Luca?* 351

Caput XVIII.

Peragratur Paulus per varias nationes, & fidem Chriſti diſſeminat.

Quæſt. 1. *QUis eſt Aquila iſte de quo in præſenti agitur.* 353
2 *Quare Claudius Imperator excluſit Iudæos à Roma?* ibid.
3 *Quare D.Paulus in illa arte ſcenofactoria exercebatur?* 354
4 *Quare D.Paulus arti ſcenofactoriæ potius operam dabat, quàm alteri?* ibid.
5 *Quare Paulo cogitanti, & anxio apparet Chriſtus ad ejus conſolationem, & levamen?* 355
6 *Quare ſuadens Chriſtus D.Paulo in ultimo loco proponit, quod ei ibi multus ſit populus?* 356
7 *Quare Chriſtus D. non ſolum ait Paulo, quod erit ejus protector; ſed etiam quod erit cum illo?* ibid.
8 *Quare Gallio non reprehendit percutientes Pontificem, & quiſnam eſſet?* 357
9 *Quare Soſthenes verberatur, & quiſnam eſſet?* pag.358
10 *Quare D.Paulus modo totundit caput?* ibid.
11 *Quare D.Paulus toties repetit Ieroſolymam?* 359
12 *Quare Apollo cum dicatur vir doctiſſimus dicitur tamen de eo ſciens tantum baptiſma Ioannis, & quiſnam eſſet?* 360

Caput XIX.

Paulus multis miraculis ſuam doctrinam confirmat, & malefici à dæmone deſtruuntur.

Quæst. I. *QUare ſignum militiæ Chriſti, eſt ſpirituale, & explicatur differentia inter baptiſmum Chriſti, & Ioannis?* 362
2 *Quare Chriſtus D. tantum elevavit ſuum baptiſmum ſuper Ioannis baptiſmum?* 363
3 *Quare Tyrannus in domo ſua habebat Scholam?* pag.364
4 *Quare D.Paulus fervens zelo animarum tanto tempore commoratur Epheſi?* 365
5 *Quare per veſtimenta Pauli tot, & tanta miracula operabantur?* ibid.
6 *Quare per exorciſma appellantur dæmones, & tamen aliquando non ſtatim exeunt?* 366
7 *Quare diabolus tam crudeliter ſe habuit in hos duos miniſtros, & ſervos ſuos?* 367
8 *Quare modo multi credentium veniebant confitentes peccata ſua?* ibid.
9 *Quare iſti fideles credentes combuſſerunt ſuos libros?* 368
10 *Quare illi tantum combuſſerunt libros Magicos, alios vero apud ſe retinuerunt?* ibid.
11 *Quare Deus permiſit tam magnificum templum Dianæ ædificari & quanam illa eſſet?* 369

Caput XX.

Vocat Paulus majores natu Eccleſiæ.

Quæſt. 1. *QUare tot, & tanti Viri comitati ſunt Paulum & quinam illi?* 372
2 *Quare tanta lampadarum copia hic commoratur; cum de eis nulla fiat mentio quando Petrus nocte venit in domũ Mariæ Marci.* 375
3 *Quare tanta lampadarum copia erat modo in Cœnaculo?* ibid.
4 *Quare Apoſtolus vocat ad ſe majores natu; & non alios?* 375
5 *Quare Paulus ait, quod eis ſerviebat etiam cum lachrymis?* ibid.
6 *Quare Apoſtolus antequam vinculis tyrannorum eſſet alligatus, jam ipſe ſe alligatum Spiritu agnoſcebat?* 376
7 *Quare D.Paulus ait: non facio animam meam pretioſiorem, quàm me?* 377
8 *Quare dicitur quod Dominus acquiſivit Eccleſiam ſanguine ſuo; cum illam ſemper habuiſſet ſub ſuo dominio?* 378
9 *Quare D. Paulus ad comprimendos Prælatos Epheſinos in ſuo debito munere non eis proponit, quæ Deus dedit; ſed quæ paſſus eſt?* ibid.
10 *Quare D.Paulus commovens ſuos diſcipulos contra Hæreticos advenientes, non cõmendat eis ut fortiter pugnent; ſed tantũ ut vigilent?* 379
11 *Quare Moyſes, & Samuel oſtendunt ſuam puritatem, quod nil de animalibus acceperint; Paulus vero quod nullum aurum, & argentum concupierit?* 380
12 *Quare dum Samuel teſtificatur ſuam innocentiam cœlum dat ſignum, non vero cum Paulus eandem demonſtrat?* ibid.
13 *Quare dicitur quod melius eſt dare, quam accipere?* 321
14 *Quare in diſceſſu Pauli tantus erat omnium fletus?* 382

Caput XXI.

Paulus veniens Ieruſalem, perſuadente Iacobo purificatur in Templo.

Quæſt. I. *EXplicatur quales nam eſſent illæ Civitates, Cous, Rhodus, Patara.* 384
2 *Quare Agabus zona Pauli ligat ſibi manus, & pedes?* ibid

3 Quare

3 *Quare D.Paulus ad Cœlum rapitur, ad vincula, & carceres feſtinus tendit?* 385
4 *Quare Paulus videns ſuorum lachrymas tam vehementer affligebatur.* ibid.
5 *Quare Manaſſon, ſeu Iaſon adducitur à Paulo à ſocijs in Ieruſalem?* 386
6 *Quare D.Paulus intrans Ieruſalem ſtatim viſitat, ac ſalutat cum ſocijs Iacobi?* 387
7 *Quare D.Paulus aſtat in templo orans, ac jejunans veſte humili, ac tamquam habitu pœnitentiæ?* 388
8 *Quare Iudæi trahebant Paulum extra templum?* 389
9 *Qualis eſſet iſte Ægyptius, de quo Tribunus hic agit?* 390
10 *Quare Paulus ſe dicit natum in Tharſo urbe celeberrima?* ibid.
11 *Quare Paulus alligatus catenis tam pedibus, quam manibus prædicat, & manu ſilentium indicat?* 391

Caput XXII.

Paulus juſſus flagellari ſe Civem Romanum dicit.

Quæſt.I. *Quare Paulus in exordio ſermonis ſe dicit nutritum in hac Civitate Ieruſalem?* pag.392
2 *Quare D.Paulus ſe dicit eruditum ad pedes Gamalielis?* 393
3 *Quare tantus eſt Paulus in explicanda educatione ſua puerilia?* ibid.
4 *Quare Paulus videns ſuorum lachrymas tam vehementer affligebatur?* 394
5 *Quare Chriſtus mandat tam velociter exire Paulum de Ieruſalem?* 395
6 *Quare iſti Ieroſolymitani projiciebant veſtimenta ſua jactantes pulverem in aërem?* 396
7 *Quare D.Paulus cum natus eſſet Tharſo Cilicia dicitur Civis Romanus?* ibid.

Caput XXIII.

Apparet Deus Paulo confortans eum.

Quæst.I. *Quare Divus Paulus dum introducitur in Conſilium eſt attendens in aſſiſtendo?* pag.398
2 *Quare D.Paulus ſummum Sacerdotem appellat parietem dealbatum?* 399
3 *Quiſnam eſſet iſte Ananias ſummus Sacerdos?* pag.400
4 *Quare D.Paulus ait ſe non agnoviſſe ſummum Sacerdotem?* ibid.
5 *Quare D.Paulus, quod ſit Phariſæus de ſe teſtatur?* 401
6 *Quare tribunus timet ne à tumultuante turba Paulus diſcerpatur?* ibid.
7 *Quare Chriſtus D. prædicit Paulo quod ut cum teſtificatus fuerit Ieruſalem, ſic oportebat eum Romæ teſtificari?* 402
8 *Quare iſti iniqui faciunt votum non manducandi, nec bibendi donec interficiant Paulum?* pag.403
9 *Quare iſti impij non ullam ſibi pœnam imponunt, niſi tantum cibi, & potus.* ibid.
10 *Quare tam crudeli odio Iudæi necem Pauli procurabant?* 405
11 *Quare D.Paulus tam magnifico comitatu tendit in Cæſaream?* ibid.
12 *Quiſnam eſſet iſte Felix præſes.* 406

Cap. XXIV.

Paulus ſuam cauſam defendit, & Felix tremens factus eſt.

Quæſt.1. *Quare Summus Pontifex & Seniores Iudæorum eligunt Tertullum, ut pro eis cauſam patrocinetur, & agat?* 407
2 *Quare Tertullus laudat præſidem Felicem de ſua providentia in gubernatione.* ibid.
3 *Quare tam fervidè Iudæi procurabant mortem Pauli, cum ille omnibus viribus intendat illorum ſalutem?* 408
4 *Quare Iudæi tanta opprobria contumelioſa congerunt contra Paulum?* 409
5 *Quare Paulus in Conventu malignantium tam imperterritus generosè adſtat?* 410
6 *Quare nefandi, ac execrabiles homines ſanctam Religionem Chriſtianam, dicebant hæreticam?* ibid.
7 *Quare Apoſtolus ait coram præſide ſe habere ſpem in Deum?* ibid.
8 *Quare Paulus tam confidenter ſtat in Conſilio deſpiciens oblatrantium voces?* 411
9 *Quare D.Paulus Proconſuli maximè commendat caſtitatem, eumq; de illa commonefacit?* 412
10 *Quare Felix præſidens frequenter vocabat Paulum, & loquebatur cum?* 413

Caput XXV.

Paulus à Cæſare appellat.

Quæſt.1. *Quare Feſtus tam celeriter ac feſtinanter venit de Ieruſalem, & ſtatim vocat Paulum ad tribunal.* p.414
2 *Quare cum Feſtus præſidens agnoſceret innocentiam Pauli; ipſum tamen volebat tradere ad mortem?* 415
3 *Quare cum Feſtus ſe offerat Paulo judicem in ſua cauſa, Paulus rejicit, & recuſat dicens: Cæſarem appello?* 416
4 *Quare D.Paulus non vult judicari in Ieruſalem, ſed tribunal Cæſaris requirit?* ibid.
5 *Quare D.Paulus, qui vehementer optabat mortem, nunc occaſione illius data mortem differt?* 417
6 *Quiſnam eſſet Rex Agrippa, & Bernice?* 418
7 *Quare Feſtus ait quod non ſit conſuetudo Romanis aliquem inauditum condemnare, cum hoc ſit de jure gentium?* ibid.
8 *Quare Feſtus tractans de Chriſto Domino, ait quod Paulus loquebatur de quodam Ieſu defuncto?* 419
9 *Quare tam imprudenter loquitur Feſtus de Ieſu ſanctiſſimo, veluti de uno defuncto?* 419

Caput XXVI.

Paulus exorat coram Præſide, & Rege Agrippa.

Quæst.1. *Quare D.Paulus cum tanta rerum diſpoſitione loquitur?* p.422
2 *Quare D.Paulus refert ſuam perſecutionem quam faciebat contra Chriſti Eccleſiam?* 422
3 *Quare D.Paulus tam latè proponit ſuam mutationem ex perſecutore in defenſionem Chriſtianum?* ibid.
A verſu 12. uſque ad 23. narrat & quomodo cum iret Damaſcum vocatus eſt à Chriſto, & quomodo ejus ſanctiſſimum nomen prædicaret, quod eſt explicatum ſupra ad cap.9.

4 Quare

4 *Quare Feſtus vocat Paulum inſanum?* 423

5 *Quare Agrippa occultè fuerit Chriſtianus?* pag. 424

6 *Quare D. Paulus optabat, ut omnes eſſent ſicut ipſe?* ibid.

7 *Quare D. Paulus vult ſecum omnes habere in eadem diſciplina, excipiendo tamen, vincula ſua.* ibid.

CAPUT XXVII.

Paulus navigando remittitur Romam cum Centurione Iulio.

Quæſtio 1. *Quare Paulus mittitur Romam?* pag. 426

2 *Quare Iulius Centurio dat facultatem Paulo eundi ad ſuos amicos?* 427

3 *Quare dicitur quod jejunium jam erat tranſactum?* 428

4 *Quare cùm Paulus ſuadeat non eſſe ultrâ navigandum; omnes ferè ſtant in contrariam ſententiam?* ibid.

5 *Quare ventus Typhonicus tam vehementer exurgit contra hanc navim?* 429

6 *Quare tot, & tanta adhibent nautæ ad evitandum navis naufragium?* 430

7 *Quare omnes Nautæ ex ſibi Paulo aſſociato ſalvi fiunt?* ibid.

8 *Quare non in principio tempeſtatis, ſed jam in fine apparet Angelus confortans Paulum annuntians omnium ſalutem?* 431

9 *Quare omnes qui erant in Navi dicuntur ſalvari ob gratiam Pauli; cùm Paulus dicat, quod ſi nautæ exirent omnes, peribunt?* 432

10 *Quare Paulus tam vehementer exhortat omnes ad manducandum?* ibid.

11 *Quare Paulus adhuc in medio periculi dat Deo gratias coram omnibus?* 433

CAPUT XXVIII.

Pervenit Paulus Romam ubi vivere prædicat.

Quæſt. 1. *Quare Meliteſium charitas tantum laudatur, & ſublimatur?* 435

2 *Quare D. Paulus Melitenſibus magnum gratiarum cumulum dedit?* ibid.

3 *Quare vipera mordens Paulum nullum nocumentum ei dedit?* 436

4 *Quare Vipera excuſſa è manu Pauli non cadit in terram, nec in campum, ſed in ignem?* ibid.

5 *Quare cum Vipera dependet è manu Pauli, adſtantes judicant Paulum hominem homicidam, ac facineroſum eſſe?* 437

6 *Quare Meliteſes citò Paulum moriturum credebant, & ſtatim eum eſſe Deũ acclamant.* ibid.

7 *Quare morſus viperæ in nullo læſit Paulum, nec in corpore, nec in opinione?* 438

8 *Quiſnam eſt iſte Publius?* ibid.

9 *Explicantur nomina in his verſibus contenta.* 439

10 *Quare D. Paulus per tot, & tanta regna prædicans Evangelium Chriſti peregrinatur.* ibid.

11 *Quare Paulus videns fratres Romæ multam fiduciam accepit?* 440

12 *Quare ad exprimendam obſtinatam Iudæorum obdurationem, adducit Paulus citatum Iſaiæ locum?* 441

13 *Quare D. Paulus in tanta veneratione fuit Romæ?* ibidem?

COMMENTATORIA AD LECTIONES

BEATISSIMÆ VIRG. MARIÆ

DE MONTE-CARMELO.

Quæſt. 1. *Omnia quæ ab Eccleſia Dei ponuntur in officio Divino magna reverentia recolenda ſunt ab omnibus fidelibus?* 446

2 *Lectiones B. Virginis Mariæ de Monte-Carmelo, multa auctoritate Apoſtolica eminens illaque ſunt roborata.* ibid.

3 *Magnus Elias fundator, ac inſtitutor Ordinis Carmelitarum.* 447

4 *Referuntur aliquæ opiniones ſi dici poſſunt opiniones, & impugnantur cũ ſua objectione.* 449

5 *Ex tanta perſiſtentia diſciplina in filijs Eliæ colliguntur in eis vota.* ibid.

SECTIO II.

Tria vota in Elia, ac filijs ejus aſtruuntur ex propria ſententia. 450

SECTIO III.

Ex verbis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ probatur, & confirmatur noſtra ſententia. 453

SECTIO IV.

Probatur noſtra ſententia auctoritate magnorum Patrum, ac graviſſimorum Doctorum. 454

SECTIO V.

Probatur noſtra reſolutio ex duplici decreto diffinitivo ſanctæ Inquiſitionis, & etiam auctoritate Magiſtri ſacri Palatij. 455

SECTIO VI.

Præoccupatur objectio de Voto Virginitatis Sacratiſſimæ Deiparæ. 456

7 *Sanctiſſima Maria Virgo habet excellentiæ principatum ſuper omnes puras creaturas in omnibus operibus, & actionibus ſuis.* 457

8 *Oſtenditur quod noſtra ſententia de Voto in lege veteri non ſic repugnat Chriſto D. Beatiſſimæ Deiparæ, nec ſacris Apoſtolis, nec legi Evangelicæ, nec veteri, nec Sanctis Patriarchis aliarum religionum.* 458

9 *Solvuntur alia argumenta.* 460

10 *Solvuntur alia quatuor argumenta.* 461

11 *Explicatur differentia inter vota legis novæ.* 462

12 *Succeſſio hæreditaria abſque ulla interruptione perſeveravit in familia Carmelitana ab Elia uſque ad Chriſtum Dominum.* 464

Quæſt. 7. *Qualiter Carmelitæ ſe habuerunt tempore Chriſti, ac Apoſtolorum quorum fuerunt Coadjutores.* 46[illegible]

8 *Oſtenditur continuata Series Carmelitarum abſque ulla interruptione à tempore Chriſti uſque præſens.* ibid.

9 *Oſtenditur regula Alberti valde ſublimis, & perfecta.* 467

Quæſtio 10. *Conſideratur ſumma felicitas eorum, qui digni habiti ſunt Sanctiſſimam Virginem Mariam videre, & audire.* 468

11. *Qualiter ſe habuit Sanctiſſima Virgo Maria cum ſuis devotiſſimis Carmelitis, & ipſi erga eam ſupremam Reginam.* 469

12 *Expenditur viſio Eliæ in Monte-Carmelo.* 470

13 *Circa ſacellum in Monte-Carmeli arguitur quorumdam dicendi modus.* 471

14 *Firmo, ac ſtabili veritatis fundamento aſtruitur ſacellum in Monte-Carmelo Deiparæ conſecratum & veriſimile ſub titulo Conceptionis.* p. 472

15 *Carmelitæ primi omnium ædificaverunt templum in honorem Beatiſſimæ Virginis.* 473

16 *De Auguſtiſſimo, & magnificentiſſimo nomine Virginis Mariæ de Monte-Carmeli.* 474

17 *Arguitur, & reprobatur quidam fabuloſus dicendi modus de origine nominis fratrum Virginis de Monte-Carmelo.* 475

18 *Quàm ſublime, ac magnificum ſit nomen dici fratres Ordinis Beatiſſimæ Virginis de Monte-Carmelo.* 476

19 *De indulgentia conceſſa ab Urbano VI. nominantibus Ordinem Carmelitarum, vel fratres Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmeli.* 477

20 *De multis, ac magnis mirabilibus, quibus Sacratiſſima Virgo ſe præbuit Matrem, ac tutelarem Carmelitarum.* 478

21 *De circumſtantijs quibus ſacrum Scapulare fuit datum, ac receptum à Sancto Simone, ac de nomine Scapularij.* 479

22 *Suprema Regina Carmeli in ſacro Scapulari nobis adminiſtrat divinum cibum, cæleſtem veſtem ac victricem trophæum de inimicis.* p. 480

23 *Sub auſpicijs Reginæ Carmeli omnia feliciora, & proſpera.* 482

24 *Sacrum Scapulare ſignum amoris fidei, ac ſalutis.* ibidem.

25 *Sacrum Scapulare ſignum amoris Virginis Mariæ.* 483

26 *Quomodo intelligenda ſint illa verba: in hoc moriens æternum non patietur incendium.* pag. 484

27 *Sanctiſſima Virgo Maria vehementer exorat, ac intercedit pro animabus Purgatorij.* ibidem.

28 *De magno, ac inſigni adjutorio animarum Purgatorij, erga Carmelitas.* 485

29 *Quare hoc tantum Virginis patrocinium animabus Purgatorij dicitur præcipuè in die Sabbato?* 486

30 *Quæ conditiones requirantur ad has indulgentias lucrandas?* ibid.

31 *Proponantur aliqua obſequia ex parte Religionis Carmelitanæ erga ſacratiſſimam Virginem, quæ omnia dimanant ex ejus ſingulari auxilio, & gratia, ac patrocinio.* 487

SVMMA

SVMMA
CONCIONUM AD ADVENTUM,
Septuageſimam, & totam Quadrageſimam.

Litera c. Caput, n. Numerum, p. Paginam deſignat.

Dominica I. Adventus.

Luc. 21.

E*RUNT ſigna in Sole, & Luna.* In hac prima anni Dominica nobis proponit Eccleſia memoriam judicij univerſalis, quæ maximè inſervit ad ſalutis negotium. c.2.n.193 195.196. p.63

Erunt ſigna in Sole & Luna. Deus ante ſupplicium dat ſigna, ut fugiamus ejus iram. c.21.22.23. p.384

Erunt ſigna. Adhuc in die tantæ iræ, & furoris reſplendet Divina pietas, dum nos admonet, ut ab illius rigore fugiamos. c.7.n.243 244. p.182

Erunt ſigna in Sole, & Luna. Quia deſcendit Deus; ad Dei præſentiam omnia timore concutiuntur. c.4.n.119. p.113

Areſcentibus hominibus. Deus permittit has preſſuras, & anguſtias in hominibus, ut aperiant oculos, & reſipiſcant. c.5.0.72. p.127. & c.9.n.7. & 8. p.216

Videbunt filium hominis. Non ait, filium Dei, quia quales fuerint ei homines, talis erit eis filius hominis. c.7.n.183.184.185. p.175

Cum majeſtate, & poteſtate. Ad puniendum, & inferendum ſupplicium. c.12.n.157.158. p.299

Cum majeſtate, & poteſtate magna. Ut ita in multa reverentia, ac veneratione ſit omnibus. c.2. n.75 76.77. p.50

Videbunt filium hominis. Non filium Dei; nam filius Dei maximè manifeſtatur in humilitate, ac paſſione. c.2.n.253.254.255. p.71

Statuet oves ad dexteram, hædos ad ſiniſtram. Conſequenter videbatur dicendum capreas, & non hædos: tamen hædos dicit, qui ſunt infœcundi, & tales infœcundi in maledictionem veniunt à Deo. c.18.n 88. p.460

Non dediſtis, mihi manducare. Optimus judex ſuarum actionum ac condemnationis dat rationem. c.11.n.8. p.274

Dominica II. Adventus.

Matth. 11.

C*Um audiſſet Ioannes in vinculis.* Vincula pro Deo fortiſſima, & glorioſa ſunt. c.16.n.81. 82.83. p.437

Cum audiſſet opera Chriſti. Non ait: Cum audiſſet verba, ſed opera, quæ multo magis movent, quam verba. c.9.n.247 248.249. p.142

Tu es, qui venturus es. Bene cum Ioannes agnoſcebat, quod ipſe eſſet verus Meſſias pro ſalute mundi moriturus, cum eum innocentem Agnum prædicaverit, ut notat D.Chryſoſt. c.25.n.7. p.415

Tu es, qui venturus es. Ioannes habebatur ut magnus Magiſter; *exibat ad eum omnis Ieroſolyma,* Matth.3. & tamen non erubeſcit interrogare. c.8.n.147.148.149.150. p.210

Tu es, qui venturus es. Bonus Magiſter volebat omnes ducere ad Chriſtum, ac ſecum eſſe participes illius donorum. c.2.0.314. p.79. & c.3.n.3. pag.81

Dicite Ioanni, quæ vidiſtis; cæci vident, claudi ambulant. Nonne Phariſæi hæc opera calumniabantur: *In Belzebub Principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* Sic ſæpe contingit, quod juſtis eſt Dei virtus, iniquis eſt maledictio. c.10.n.210. 211.212. p.269

Cæpit dicere de Ioanne Baptiſta. Magnus Dominus ſervos ſuos vult extollere, & honorare. c.1. n.126. p.19. & cap.20.n.82. p.378

Præparabit viam ante faciem. Quomodo hoc dicitur peculiariter de Baptiſta, cum omnes Prophetæ ad hoc miſſi ſint, ut notat D.Chryſoſt in Imperfecto homil.27. quia Ioannes præ cæteris venit Chriſti radios participans. c.6.0.107. p.152

Dominica III. Adventus.

M*Iſerunt Iudæi à Ieroſolymis.* Non à quocumque loco, ſed à Ieroſolymis, ubi erat magnum Concilium Sacerdotum, quia cum res eſſet valde magna, magno conſilio agenda. cap.4. expoſit.2. & cap.1.0.109. p.29

Sacerdotes, & Levitæ. Cum res eſſet valde magna, eliguntur Legati viri valde magni, & cogniti. cap.1.n.248.249.250. p.34

Tu quis es. Magna præexcellentia Ioannis, quod cum multi viri magni aſſent tunc in Republica Iudaica, ſic prælucebat, ut reputaretur Meſſias, & tantam dignitatem offerrent. c.2.n.65.66.67. pag.49

Confeſſus eſt, quia non erat Chriſtus. Ex quo D.Auguſt. ſerm.23. de Sanctis, maximè celebrat Ioannis magnitudinem, nil majus in homine, quam ſe contineri intra ſe, & non rapi ſupra ſe. cap.1. n.169.170.171. p.14

Non ſum Chriſtus. Auguſt. citatus: dum ita ſe incurvat, ac deprimit, inde maximè exaltatur. c.10. n.179.180. p.265

Ego vox clamantis. Non ait, ego ſum Angelus, Propheta, & pluſquam Propheta, ſed ait tantum, ſum vox, quæ eſt velut aër tranſiens: Valde magnificum manifeſtare infirmitatem, abſcondere dignitatem. c.14 n.17.18. p.314

Cur ergo baptizas. Ipſi miſſi fuerant, ut quærerent à Ioanne quis eſſet, an eſſet Meſſias: ipſi vero ultra interrogant de poteſtate baptizandi, ad quod non erant miſſi, excedentes ſuam commiſſionem. c.10.n.53.54. p.252

Vox clamantis. Non ait: Vox clamans, tamquam à ſe ipſo clamans, ſed *clamantis*, nempe Dei, quia quidquid in ſe habebat, totum à Deo acceptum

ceptum

ceptum referebat. cap.3.num.94.95.96. p.90

Quid ergo baptizas. Eadem conſtantia, qua ut Meſſias veneratus, & interrogatus, reſpondit; eadem, ut reus accuſatus, in tam diverſo eventu idem. c.12.n.52.53.54. p.283

Dominica 4.

A*Nno quinto decimo.* Deſcribitur Reſpubl Iudaica diviſa in tantis principibus, ut inde ejus ruina denotetur, quæ à diviſione naſcitur. c.15.n.11.12.13. p.341

Sub Principibus Sacerdotum. Sub tam iniquis Principibus depravatus notatur totus populus. c.8. n.94. p.204

Sub Principibus. Iniqui erant, & cum potentia iniquitas armata omnia deſtruit. c.12.n.8.& 9.p.283

Sub Principibus. Quamvis iniqui, & peſſimi eos Evangeliſta honorat nomine *Principum Sacerdotum* valde honorifico. c.2.n.75.76.77. p.50

Factum eſt Verbum Domini. Antequam Ioannes doceret, prius factum eſt in eo verbum per illuſtrationem, ac illuminationem: Doctor, antequam doceat, diſcat. c.8 n.147.148.149. p.210

Factum eſt Verbum. Verbum cum ſit vox, potius dicitur, quam fit, ſed tum rectè fit, cum opere adimpletur. c.3.n.69. & c.8.n.68.69. p.90

Filium Zachariæ. Quia in illo ſui parentis virtutes reſplendebant. c.7.n.67.68.69. p.162

In remiſſionem peccatorum. Valde opportunè manifeſtatio filij Dei incipit à remiſſione peccatorum. c.7.n.161.162.163. p.173

Septuageſima.

Matth.20.

E*Xijt primo mane.* Deus maximè vigilat, & conſurgit diluculo in ſuorum ſalutem. c.8. n.18.19. p.196

Primo mane. Deus in ſe oſtendit formam, quam vult in ſuis eſſe. c.2.n.38. Suos vult vigiles, ipſe vigilat. c.10.n.35.36. p.45.250

Conducens operarios in vineam ſuam. Omnia opera noſtra ad Deum, & ad ejus gloriam. c.3.n.94. 95.96. & c.4.n.98. p.93.111

Conventione facta. Non imperat, nec conſtringit, ſed ſuaviter ſuis donis allicit. c.9.n.29. & c.13. n.56.57. p.218.307

Conventione facta. Suo genio vult eos attrahere ex emolumento comparato. cap.17. n.81.82.83. & c.12.n.104.105. p.348.293

Conventione facta operandi ad præmium obtinendum; ſine operibus non obtinetur cœleſtis beatitudo. c.4.n.54.55.56. p.105

Ex denario diurno. Ex denario diei, & lucis, quia cœleſtis beatitudo, ad quam lucrandam operatur, totum in illa eſt dies clara, quæ explicari non poteſt. c.1.n.155.156. p.13

Non facio tibi injuriam. Querimoniæ prudenter, & pacificè ſunt evitandæ. c.1.n.267. p.37

Dominica Sexageſimæ.

Luc. 8.

E*Xijt, qui ſeminat.* Et cur non exprimitur, quis ſit iſte ſeminator, qui tam largè beneficia ſui ſeminis diffundit, magnus benefactor, qui benefecit, & ſe benefactorem abſcondit. cap.5.n.89. 90.91. p.128

Exijt, qui ſeminat ſemen ſuum. Ut per id, quod impendit, recipiat fructum, ac emolumentum. c.9. n.259.160.262. p.243

Exijt, qui ſeminat. Semel, & iterum dicitur ſeminare: in opere bono, & ſancto perſeverandum. c.2.n.294.295. p.77

Aliud cecidit inter ſpinas. Magnæ, & excellentis virtutis eſt ſua bona, ac digna omnibus communicare. cap.4.n.147.148. & cap.18. n.87.88.89. p.116.203

Natum aruit, quia non habebat humorem. Divina gratia, ac cœleſtia dona requirunt noſtram cooperationem. c.14.n.68.69. p.319

Exorta ſpinæ ſuffocaverunt. Divitiæ in peccatoribus non ſinunt creſcere fructum juſtitiæ, ſecus vero in bonis. c.10.n.19.20.21. p.248

Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei. Quæ ſunt myſteria fidei, & ſacram Scripturam, quæ eſt clavis regni cœlorum. c.8.n.176. p.213

Semen eſt Verbum Dei. A quo omnia bona proveniunt; unde grande nefas, illud contemnere, & non audire. c.17.n.40.41. p.344

Dominica Quinquageſimæ.

Luc. 18.

A*Sſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos ſecretò.* Notat D.Marc. cap.10. *Et præcedebat illos Ieſus.* Cum iret ad mortem, & paſſionem præcedebat ſuos diſcipulos, at in honoribus, & dignitatibus volebat, ut ſui eum præcederent. c.20.n.82. p.378

Præcedebat eos. Quia Chriſtus valde promptus, & ſollicitus ad hominum ſalutem. cap.7. n.190. 291.193. *Præcedebat eos*, quia ibat ad implendum, ac ſatisfaciendum muneri ſibi commiſſo à Patre. c.20.n.68 69.70. p.187.3-6

Tradetur gentibus & illudetur, & flagellabitur. Valde latè agit Chriſtus de ſua paſſione, quia in ipſa ignominia paſſionis maximè manifeſtatur ejus divinitas c.2.n.253.254.255. p.71

Tradetur gentibus. Tam latè agit de ſua paſſione, ut diſcipuli firmiter eam memoria tenerent ad faciliter tolerendos omnes labores, & perſecutiones. cap.7.n.280.281.282. p.186

Tertia die reſurget. Si eos contriſtat memoria ſuæ mortis, ac paſſionis, etiam eos recreat gaudio reſurrectionis. c.2.n.257.258.259. p.72

Ieſu fili David. D.Auguſt. ut cognovit, quod tranſibat, Ieſus clamat *miſerere mei*, timebat, quod ipſe infirmus, & cæcus remaneret. Bona occaſio non omittenda. cap.8. n.167. & c.12. n.16. p.212. 394

Ieſu fili David. Jeſum ſanctiſſimum nomen dicit, in quo eſt tota ſalus, & vita; pro quo vide multa in ſymbolario nomine Jeſu.

Ieſu fili David. Qui fuit valde pios, & miſericors. Glorioſum eſt præclaros majorum mores æmulari, eorum veſtigijs inhærere. cap.7. n.67.68.69. p.162

Pro Quadrageſima Feria 4. *Cinerum.*

Matth.6.

N*Olite fieri ſicut hypocritæ.* Virtutis ſimulatio valde peſtifera, & lethalis. cap.23.n.61.62. 63. Vera virtus abſcondenda. cap.7. num.45. p.404.160

Exterminat facies tuas. D.Hieronym. Mittunt extra terminos naturæ humanæ, ut per vanitatem fiant mancipia diaboli.cap.5.n.21.22.23.24. p.121

Exterminant facies ſuas. D. Hieronym. *Exterminantur exules* ab omni gratia, & favore divino trahentes ad ſe omnia ſupplicia. cap.12. n.151. 152. Ideo omnis vana gloria vitanda. cap.10. n.172.173 174. p.299.264

Exterminant facies ſuas. Ut videantur homines mortui, & quoddam cadaver vivum. c.9.n.267. 268. p.244

Tu autem cum jejunas. Inter omnes virtutes nobis commendatur perfectum jejunium, quod nobis dat alas in cœlum. cap.21.n.56.57.58. & inde voracitas ciborum deteſtanda, quæ ſecum importat omne malum. cap. 1. num. 237. p.384.33

Nolite thezaurizare vobis in terra. Evacuanda eſt anima terrenis, ut cœleſtibus impleatur. cap.9. num.103. 104. & cap.7.num.17.18.19. & n.199. & n.261.262.263. p.216

Nolite thezaurizare vobis in terra. Et tamen hoc frequenter faciunt homines,qui ob lucrum comparandum potius volunt habere ſecum diabolum, quam Deum. cap.16. num.66. 67. 68.69. pag.336

Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Deus noſtra obſequia largè, & ample remunerat. cap.7.num.47. & cap.10. n.215.216.217. p.160. 269

Memento homo.

Memoria mortis valde utiliſſima ad mortem non timendam,ac vincendam,& cum Chriſto vivendum. Vide multa in ſymbolario. Verb. *Mors.*

Feria 5. Cinerum.

Matth 8.

C*Um intraſſet Ieſus Capharnaum, acceſſit Centurio.* Optimè cohærent omnia Capharnaum, Centurio: Capharnaum interpretatur ager pœnitentia. *Centurio eſt in fructu centeſimo.* Ait D. Chryſolog. ſerm 102. quia ubi eſt pœnitentiæ, magnus eſt juſtitiæ fructus. c.13. n.63.64 65. p.308

Acceſſit ad Ieſum. Preſſus infirmitate pueri ſui, nam labores aperiunt oculos, ut quæramus ſubſidium, ac remedium. cap.9. num.107.108. p.227

Puer meus jacet. Maximè torquetur Centurio de infirmitate pueri, & erat pronoſticum multæ felicitatis de pueri ſanitate, & de ejus fide laudata. c.7.n.38.39.40. p.159

Puer meus jacet. Proprium principis de ſua familia agere, & providere. cap.14. n.12. 13. 14. 15. pag.418

Iacet, & malè torquetur. Deus dat labores ad majorem ſervorum ſuorum gloriam, & ad magis honorandam, & oſtendendam fidem Centurionis. c.18.n.56.57.58. p.354

Domine non ſum dignus. Dum ſe per humilitatem indignum judicat, inde fit dignus, & extollitur. c.10.n.179.180. p.165

Homo ſum ſub poteſtate conſtitutus. Prælatus eligitur, ut ſuo filio, ac ſuis ſerviat, de eorumque bono agat. cap.1.n.240.241.& c.20.n 68.69.70. p.33.377

Homo ſum ſub poteſtate conſtitutus. Unde in Centurione tanta ſapientia, bonitas, ac humilitas? quia ſe hominem agnoſcebat. cap.10. num.173. pag.265

Feria 6. Cinerum.

Matth. 5.

E*Go autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros.* Dilectio inimicorum virtus propria filij Dei. cap.7. n.338. generat floridam, & ſuavem mortem. cap.7. n.347. amor inimicorum omnes virtutes ſecum importat. ibid. num.348. p.192.193

Diligite inimicos veſtros. Chriſtus id quod mandat in ſe executus eſt. cap.7. num.154. 155. p 172

Diligite inimicos veſtros. Injurias remittere, & de illis obliviſcere magna Dei virtus.c.12.n.50. p.287

Orate pro perſequentibus vos. Perfecta charitas omnia ſua bona cum alijs intendit communicare. cap.2. num.314.315. & cap.4. n.147.148. p.79.116

Orate pro perſequentibus. Non commendat Dominus hic, ut unuſquiſque oret pro ſe, ſed pro perſequentibus vos. Juſtus magis ſollicitus de bono proximorum, quam de ſuo. cap.18.n.36.37. 38.39. p.356

Ut ſitis filij Patris veſtri, qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos,& malos. Deus per ſuam beneficentiam oſtenditur, & manifeſtatur. cap.10. n 215. 216.217. p.269

Cum facis eleemoſynam. Vide in ſymbolario verbo *Eleemoſyna.*

Sabbatho poſt Cineres.

Marc. 6.

E*Rat navis in medio maris, ipſe ſolus in terra.* D.Hieronym. *Tandiu imminens naufragium perſeverat, quandiu Ieſus veniat.* Abſentia prælati magnum naufragium ſubditis. c.26.n.114. p.382

Vidit eos laborantes. Erant juſti, & ſancti,inde non mirum,quia labor,& ærumna hos ſolet frequenter perſequi,& vexare. c.2.n.233.234.235. p.68

Vidit eos laborantes. Cur non ſtatim ſubvenit, ſed in 4.Vigilia? quia perſeverantia in bono opere ad cœleſte auxilium. cap.2. n.294. 295. & c.11. n.36 37.38. p.77.277

Laborantes in remigando. Proprijs nempe manibus, quia ſalus noſtris operibus quærenda, ac ſollicitanda eſt.c.7.n.182.& c.4.n.54.55.56. p.155.105

Laborantes in remigando. Si laborant, cur Magiſtrum non invocant, & ejus opem implorant? quia eorum deſiderium,ac affectus ſine voce maximè clamabat.c.9.n.60.61.62. p.222

Venit ad eos quarta Vigilia. Deus non ſinit ſuos juſtos multo tempore vexari in laboribus,ſed cito ſubvenit. c.16.n.91.92.93. p.338

Cogitaverunt eſſe Phantaſma. Cur non cogitant eſſe Magiſtrum, cujus potentiam viderant in multis miraculis,& quod ſuper mare ambulavit. Matth. 18. n.48. & c.9. per totam. n.141. p.230

Quarta Vigilia venit ad eos. Per Vigiliam univerſa cuſtodiuntur, & omnia bona veniunt. c.16. n.35.36. p.332

Dominica

Dominica 1. Quadrageſima.

Matth. 4.

DUctus eſt Ieſus in deſertum. Ducitur D. Jeſus in deſertum, & frequenter in deſertum ibat ad noſtrum documentum ad contemplandum animo ſeparato ab omni tumultu, cap. 9. num. 103. 104. cap. 7. n. 199. & q. 25. q. 28. n. 161. 162. 163. p. 226. 177. 184

Cum jejunaſſet quadraginta diebus. Contemplationi in noſtrum documentum adhibet jejunium ad vincendas omnes tentationes. c. 21. n. 56. 57. 58. & c. 10. n. 67. p. 388. 253

Poſtea eſurijt accedens tentator. Tempore nempe famis, quæ eſt congeries omnium malorum, & homines, ac regna deſtruit, cap. 11. num. 67. 68. 69. p. 180

Dic ut lapides iſti panes fiant. Per terrena, ac temporalia patat diabolus ingreſſum in homine. c. 5. n. 20. p. 121

Si filius Dei es. Cum adulatione acceſſit, quæ inter omnia eſt valde execrabilis, & maximè fugienda. cap. 8. n. 58. 59. & c. 12. n. 143. 144. 145. p. 200. 298

Dic ut lapides panes fiant. Diabolus multos proponit; Chriſtus unum ſolum; *Non in ſolo pane vivit homo*, & alibi: *Si petieris panem* Chriſtus neceſſaria, diabolus ſuperflua. c. 1. n. 145. & c. 5. n. 44. 45. p. 21. 124

Scriptum eſt: non in ſolo pane. In tribus tentationibus Chriſtus ſacra Scriptura ſe defendit, quia ipſa fortiſſima eſt ad omnes tentationes ſuperandas c. 2. n. 179. 180. p. 62

Mitte te deorſum. Diabolus non audet eum emittere, ſed provocat, ut ipſe ſe præcipitet; at Iudæi voluerunt eum præcipitare. Luc. 4. n. 29. Miniſtri diabolo pejores. cap. 14. num. 6. 7. 8. pag. 312

Si filius Dei es, mitte te deorſum. Non ait; ambula ſuper nubes. Exploravit inimicus Chriſti ingenium eſſe ad humile, & ideo provocat ad deſurſum. Diabolus unumquemque vult ſua inclinatione expiſcari. c. 17. n. 81. 82. 83. p. 348

Feria 2. à Dominica 1.

Matth. 21.

CUm ingrederetur Ieſus Ieruſalem, commota eſt omnis civitas. Unde tanta commotio? Ad ingreſſum magni viri maximè ſuperbi commoventur, ac perturbantur. c. 8. n. 53. 54. Vel etiam invidi. c. 5. n. 119. 120. p. 199. 132

Quis eſt iſte? Per contemptum ſic loquuntur tanquam de homine ignoto, ac nullius conſiderationis, & inde Dei judicio multum ſunt depreſſi, & humiliati. cap. 3. num. 172. 173. 174. pag. 137

Ejiciebat de templo. Valde execrabile, & abominabile peccare contra reverentiam templi. c. 21. n. 66. 67. 68. p. 389

Menſas nummulariorum. Hoc faciebant homines contra Dei legem ob comparandum lucrum temporale, cujus ratione magis volunt homines ſecum habere diabolum, quam Deum. c. 16. n 66. 67. 68. p. 339

Menſas nummulariorum evertit, & columbarum. Non tamen nummos perdidit, nec columbas occidit: ea eſt Dei manus, quod etiam in ipſis plagis dat ſigna pietatis, ac protectionis. cap. 7. n. 171. 172. 173. p. 174

Cathedras columbarum evertit. Valde mirum, quod tam rigide ſe habeat Chriſtus in hos templi prophanatores, cum modo magno ſacrilegiorum turba impune garriat in templis; tamen timeant, quod ſimiles in peccatis ſimilis pœna comprehendet. c. 1. n. 234. 235. 236. p. 38

Acceſſerunt ad eum cæci, & claudi. Cum videret menſas nummulariorum, & columbarum, evertit, quia nihil aliud quærebant niſi ſolum Jeſum, in quo ſunt omnia bona: vide multa Sanctiſſimum nomen Ieſus.

Feria 4. à Dominica 1.

Matth. 12.

MAgiſter volumus à te ſignum videre adulando dicunt Magiſtrum, ut ab eo valeant obtinere, quod intentant ad calumniandum. c. 8. n. 58. 59. & c. 11. n. 143. 144. 145. p. 196. 298

Volumus à te ſignum videre. Non ratione moventur, ſed cæca voluntate, ac indomita potentia, & indè depravatè, ac inique agunt. c. 2. n. 64. & c. 7. n. 146. p. 48. 171

Volumus ſignum videre. Maximè notandum, quod juxta textum Matth. num. 38. quod poſtquam Chriſtus D. ſanavit dæmoniacum cæcum, & mutum, tunc reſpondentes. *Volumus à te ſignum videre.* D. Hieronym. quaſi quæ viderant, ſigna non fuiſſent; odium obcæcabat eos, ne illa viderent, ac intelligerent. cap. 6. num. 118. pag 153

Volumus à te ſignum videre. Iſti viſa Chriſti miracula deſpiciebant, & rationem tentandi arripiebant; alij mirabilia Chriſti prædicabant, quia Propheta magnus ſurrexit in nobis; quia Deus viſitavit plebem ſuam. Odium, & amor de eadem re tam differentes effectus producunt. c. 10. n. 210. 211. 212. p. 269

Generatio mala, & adultera. Non ſolum mala, ſed etiam adultera, quod pejus eſt. Semper unum peccatum aliud gravius ſecum importat. cap. 7. n. 244. 248. 249. 250. p. 182

Niſi ſignum Iona Propheta, quod eſt ſignum ſuæ diviniſſimæ Paſſionis, in qua Chriſtus oſtenditur verus Deus & efficaciter attrahit noſtra corda. Vide in indice verb. *Paſſio.*

Viri Ninivitæ ſurgent in judicio converſi ad prædicationem Ionæ, qui ſolum prædicavit verbo, & Chriſtus verbo, & opere, in quo reſplendet magna excellentia Prælati. cap. 8. num. 67. 68. 69. pag. 201

Surget Regina Auſtri ex affectu ad ſcientiam naturalem venitur ad ſcientiam ſupernaturalem. c. 17. n. 121. 122. p. 358

Feria 5. à Dominica 1.

Matth. 15.

MUlier Chananæa clamabat. Maximè laudanda hæc mulier, quæ educata inter idololatras Chananæos tanta fide reſplenduerit. c. 13. n 9 10. p. 301

Ieſu fili David. Hujus dicit filium, qui fuit valde pius, & miſericors: filij debent tenere, & imitari ſuorum parentum virtutes. c.7. n.67.68.69. pag.165

Miſerere mei. Non ait miſerere filiæ meæ, ſed *miſerere mei*, quia bonus paterfamilias, ac Prælatus ſuorum labores proprios reputat. cap.18. n.154. 155. & c.10. q 4. n.22.23. p. 248

Miſerere mei. Clamat, & orat. Oratio omnia impetrat. Vide in ſymbolario verb. Oratio.

Non ſum miſſus. Quamvis illa repulſa, adhoc non deſiſtit, ſed adhuc fortiter inſtat, & perſeverat. c.2. n.294. 295. p. 77

Non ſum miſſus, niſi ad oves Iſrael, cum ipſe ſit etiam miſſus ad gentes. Zach. 2. n.8. Dicitur autem ad illas miſſus per ſuos Apoſtolos. Chriſtus idem cum ſuis miniſtris. cap.9. num.64.65. pag. 222

Etiam catelli. Mulier de fide venit ad orationem, & de oratione ad perſeverantiam, nunc etiam de perſeverantia ad humilitatem. Semper juſtus de una virtute tendit ad aliam, & ſemper creſcit.

O mulier! magna eſt fides tua. Quod nec oratio, nec perſeverantia, ac humilitas obtinent, fides aſſequitur, quæ eſt efficaciſſima ad impetrandum. c.3.n.97.98.99. p. 93

Feria 6. à Dominica 1.

Ioan. 1.

H*Ebraïce Bethſaïda*, id eſt domus miſericordiæ, quam Deus maximè oſtendebat cum miſeris in ea jacentibus: nomen loci à beneficio accepti. c.3.n.27.28.29. p.303

Spectantium aquæ motum. Vbi eſt firma ſpes in Deo omnia obtinentur. c.14.n.45.46.47. p 411

Angelus Domini deſcendebat, ac unus ſanabatur; at Chriſti dona in omnes ſe diffundunt, omnéſque ſanant. c.3.n.76.77. p 90

Angelus Domini. Angeli propenſi, & maximè ſoliciti pro hominibus. c. 10. n.36.37.38. & c.12. n.115.116. p.250.295

Qui prior deſcendebat: ad noſtram ſalutem requiritur noſtra operatio. c.2. n.182. p.62

Vis ſanus fieri Agebatur non ſolum de ſalute corporis, ſed etiam animæ, quæ non fit niſi interventu voluntatis. c.7.n.114. p.167

Hominem non habeo. Ille valde miſer, qui patronum, ac auxiliatorem non habet. c.4.n.32.33. 34. p.103

Tolle grabatum tuum. Qui à peccato exurgit, ſemper ſecum fert pœnalitates, & onera. c.5.n.125. 126.127. p.138.

Et ambula. De una virtute progrediendum in aliam. c.4.n.128.129. p.114

Sabbato à Dominica I. Vt in Dominica ſequenti Dominica II.

Matth. 17.

A*Sſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum.* Aſſumpſit Jeſus cognatos, & conſanguineos Jacobum Joannem, & Petrum extraneum, & hunc in primo loco. Dona Dei ad omnes ſe communicant, & extendunt. c.3. n.76. 77. & c.5. n.12. p.90. 120

Duxit illos in montem. David dicebat: *quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montes.* David montes quærebat; Chriſtus montem, quia in ſuis maximè vult viſionem. c.8. n.208. 209. & c.4.n.139. p. 29.116

Transfiguratus eſt. Non dicitur ſe transfiguravit, ſed paſſivè *transfiguratus eſt*. Humilis, & digni non quærunt dignitates, ſed ipſæ eos quærunt. c.10.n.179.180

Hic eſt filius meus dilectus ipſum audite: quæ vox etiam ſonuit in Iordane, non tamen auditum eſt, ut modo *ipſum audite*, quia modo apparebat in magna gloria, qua omnes convocabat ad ipſum audiendum. cap. 8. num. 68. 69. p.201

Apparuerunt cum eo Moyſes, & Elias. Lucas addit: Viſi in majeſtate. Deus ſuos ſervos, ac miniſtros maximè extollit, ac facit venerabiles. cap.20. num.75.76. 77. & cap.1. num.258.259. pag.378. 35

Viſi in majeſtate. Chriſtus in transfiguratione ſibi aſſumit gloriam, quam etiam ſuis ſervis communicat. c.1. n.115. quod nullo modo faciunt homines. c.1.n.243.244 245. p. 18. 34

Reſplenduit facies ejus, ut Sol. De ſponſa dicitur in Cant. *Pulchra, ut Luna*, at Chriſtus dicitur, ut ſol, qui ea ſe habet omnem lucem divinitatis, non vero, ut Luna, quæ ab alio mutuatur. c.1.n 209.210.211. p. 66

Nubes lucida obumbravit eos. Vide cap 9. n.188. & c.2. n.27. & c.5. n.34. p.236. 44. 8

Feria 2. à Dominica 2.

Ioan. 8.

E*Go vado* per Crucem, & Paſſionem meam ad gloriam æterni Patris. cap.2. n.233.234.135. pag.68

Quæretis me? Poſt Chriſtum elevatum in cœlum tot, tantiſque miraculis viſis, Iudæi non quieſcunt, ſed perfidè alium Meſſiam quærunt. Invidia nullis miraculis frangitur. c.5.n.119. 120. p.132

In peccatis veſtris moriemini, ut illis implicati æternas pœnas patiemini. c.5.n.125.126.127. pag.132

Quo ego vado, vos non poteſtis venire. Summa hominis miſeria inter fontes ſalutis oblatas perire. c.7.n 309. 310. p. 189

Quo ego vado, vos non poteſtis venire. Et ideo in peccato veſtro moriemini; & ideo, qui recedunt à Ieſu in omne malum incidunt, cujus præſentia affert ſecum omne bonum. c.17.n.104. 105.106. p.257

Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum. Chriſti Paſſio maximè manifeſtat ejus divinitatem. c.2.n.253.254.255. & cap.20. n.8. p.71. 372

Feria 3. à Dominica 2.

Matth. 23.

S*Uper cathedram Moyſis ſederunt Scribæ.* Valde abominabile ſedere in cathedra, & non facere fructum illius. cap. 23. num. 15. 16. 17. pag.399

Super

Super cathedram Moyſis. Quia, ut ait D.Chryſoſt. apud D. Thom. locus oon ſanctificat hominem, ſed homo locum. Dignitas ſine meritis non eſt ad honorem. cap.1. num.276.277.278. pag.36

Dicunt, & non faciunt. Quod valde alienum eſt à prædicatore pleno charitate & amore Dei. c.2. q.14. p.57

Alligant onera, & digito nolunt movere iſta. Arguuntur Prælati, qui ſibi indolgent, & ſubditos premont. c.7.n.254.255. p.184

Dicunt, & non faciunt. Obliviſcentes ſui muneris, cui ante omnia ſatisfacſendum eſt. cap.10.n.68.69.70. Verba operibus conjungenda. cap.8. n.68.69. p.377.101

Ut videantur ab hominibus, dilatant phylateria. Oſtendunt ſuam virtotem in veſtibos, non vero in operibus. c.6.n.113.114.115. p.153

Feria 4. à Dominica 2.

Matth.20.

ACceſſit mater filiorum Zebedæi. Audivit Chriſtum diſſerentem de ſua morte, ac reſurrectione, quæ certo ſciebat eſſe ad majorem promotionem ſuorum. c.1.n.117. & c.2.n.314.316. p.15.79

Adorans, & petens. Ambiens officia omne vile adorat, & veneratur. cap.16.num.66.67.68.69. p.336

Unus ad dexteram, alter ad ſiniſtram. Ita ut majora majoribus, minora minoribus dentur. c.6. num.16. p.143

Unus ad dexteram, alter ad ſiniſtram. Quis ex filijs ſit ad dextram, vel ſiniſtram non determinat. Valde periculoſum dividere honores.cap.6. n.10.11

Non eſt meum dare vobis. Dignitates non ex voluntate, ſed ex meritis conferuntur. c.4.n.14.15. 16. & c.7.n.198. p.101.177

Quem ego bibiturus ſum. Paſſionem Chriſti conſideret, omnis noſtra ſuavitas.cap.7.n.280.281.282. pag.186

Feria 5. à Dominica 2.

Luc. 16.

ERat quidam dives. Summa miſeria, qood divitiæ, quæ multis inſerviunt ad ſalutem, huic miſero fuerunt occaſio ad ruinam. cap.10. n.19.20.21. p.248

Epulabatur quotidie. Nullum malum hujus hominis deſcribitur, niſi qood eſſet guloſus, quod ſecum affert omnia mala. c.1.n.233. p.32

Et nemo illi dabat. In quo denotatur fames, quam Lazarus patiebatur, quæ eſt omniom graviſſimom tormentum. c.11.0.67.68.69. p.280

Vulneribus plenus. Tanta miſeria ſignum magnæ felicitatis eventæ. c.7.n.38.39.40. p.159

Factum eſt, ut moreretur. Dives ſepultos eſt in inferno. Terrenorum affectus parat diaboli ingreſſum. c.5.0.20. p.121

Portantur ab Angelis. Deus non ſinit per moltum tempus ſuos joſtos laboribus opprimi, ſed ſtatim eos recreat. cap.16. oum.91.92.93. p.338

Vulneribus plenus. Semper labores catenatim veniunt. c.3.n.13. p.83

Portantur ab Angelis. De miniſterio Angelorum. Vide multa verb. *Angelus.*

Feria 6. à Dominica 2.

Matth.21.

HOmo quidam plantavit vineam. Com multa & alta providentia in omnibus neceſſarijs. cap.2.n.12.13.14.15. p.42

Sepem circumdedit ei. Id eſt, cuſtodia Angelorum. Vide verb. *Angelus*; vel circumdedit gratia, & auxilio ſuo. c.14.n.68.69. p.319

Fodit in ea torcular. Id eſt, Sanctorum Prophetarum preſſus moltis laboribus, quibus maximè fœdatur Eccleſia. cap.4.n.18.19. & c.17.0.67.68.69. p.101.349

Locavit eam agricolis. Non uni, ſed pluribus, quibus Dei dona communicantur. c.2.n.314.315. pag.79

Locavit eam agricolis. Ut ex ſuis operibus mercedem, & fructum recipiant. cap.1.n.130.131. pag.20

Cum autem appropinquaſſet tempus fructuum. Sciant miniſtri, quod de bonis acceptis redditori ſunt rationem. c.1.n.167.168. p.24

At illi ſervos occiderunt. Qoi ſimiles fueruot in delicto, ſimiles in pœna. cap.1.0.234.235.236. pag.32

Hic eſt heres, filium occiderunt. A quo tanta bona acceperunt; eorum furor nullo quieſcit. cap.6. n.116.117.118. p.153

Occiderunt eum. Et quid magis durum, quam in benefactorem inſurgere. c.9.n.7. p.216

Auferetur vobis regnum. Peccator ſecum affert ſupplicia. c.5.0.125.126.127. p.19

Sabbatho à Dominica 2.

Luc. 15.

HOmo quidam habuit duos filios. Iuſti pauci, iniqui molti; aſſumpſit ſeptem ſpiritus, Luc.11. c.6.n.79.80.81. p.147

Da mihi portionem. Per talem affectum terrenorum paravit ſibi ingreſſum diaboli ad omne malum. c.5.0.20. p.121

Da mihi portionem, quæ me contingit. In hoc rectè ſe habuit, quod noluit aliquid alienum, ſed tantum id, quod ad ſe pertinebat. cap.1. n.159. 160.161. p.23

Vivendo luxurioſè. Luxuria vires frangit.c.7.n.117. Loxuria magis dementat, quam vinom, & ebrietas. c.24.n.58. p.168.412

Adhæſit uni civium. Qoi erat diabolus, cujus peccator fit ſervus, & ſubditus. c.5.n.108.109.111. & c.19.n.56. p.131.367

De ſiliquis, & nemo illi dabat. Sicut in domo patris non voluit aliquid de alieno, ſed de ſua portione, ſic in hac miſeria eandem generoſitatem retinet, ut de alieno nil ſumat. c.12. n.52. 53.54. p.188

Vidit illum pater à longe. Antequam ille loqueretur, pater occurrit, & ſubvenit, ipſa miſeria ſuper omnes voces clamabat. c.9.0.227.228. p.240

Peccavi in cœlum. Quod in Deum peccaverit, facile intelligitur, ſed quomodo in cœlum? ipſum adorando honore indebito. c.7.n.222.c.1.n.276. 278. p.180.38

Dominica III.

Luc. 11.

ERat Ieſus ejiciens dæmonium. Multa inſtantia, quæ erat neceſſaria ad remedium peccatoris, inventa erat. c.7.n.141. 181

Ejiciens dæmonium mutum, cæcum, & ſurdum, ut alij Evangeliſtæ exprimunt. Qui ſanè mala in homine cauſat, ideo rigidè exterminandus. c.1. n.46.47.48. 9

Ejiciens dæmonium. Per ſe ipſum, præſens, & aſſiſtens, ut liberaret ſubditos, laborabat. c.5.n.92. 93. 129

Ejiciens dæmonium. Et à quo mutus eſt? ut vanus Prælatus ab ipſa ſubditi neceſſitate. c.9. n.246. pag.142

Locutus eſt mutus. Sanctæ confeſſionis verba, quod eſt initium ſalutis. Vide multa verb. *Confeſſio.*

In Belzebuth ejicit dæmonia. Lingua maledica ex re ſancta ſemper arripit occaſionem ad maledicendum, ac calumniandum. c.2.n. 149.150.151. pag.58

In Belzebuth Principe dæmoniorum. Proprium iniquorum, cum ſe vident rationibus convinci, ad opprobria, & maledictiones confugiunt. cap.4. n.90 91.92. 110

Si fortior ſupervenerit. Sunt Angeli Sancti ad noſtram cuſtodiam. c.10.n.36.37. 250

Feria II. à Dominica III.

Luc. 4.

QUanta audivimus facta in Capharnaum, fac, & dic in patria tua. Chriſtus Dominus non in uno continebatur, ſed per varia loca peregrinabatur in obſequium Dei. cap.9. n.210. 211. pag.218

Fac, & dic in patria tua. Ob varios hominum affectus, ac propenſiones, varij effectus producuntur. c.10.n.100.201.202. 268

Fac in patria tua. Capharnaitæ reverenter recipiebant Chriſtum; at Patricij, Nazareni invidia, & odio tabeſcebant in eum, & qualis homo Deo, talis Deus illi. cap.7.n.183.184.185. pag.175

Fac, & dic. Non ſolum poſtulant opera, ſed verba: ſciebant Dei vocem eſſe efficaciam ad omnia operanda. c.2.n.36. 45

Nemo Propheta in patria ſua. Quia invidia fratrum in fratres crudeliſſima. cap.7. n.133. 134. p.170

Nemo Propheta in patria ſua. Dat Dominus rationem, ob quam non facit miracula in patria ſua, quia cum ibi regnet, invidia nullis miraculis miteſcit. c.5.n.119.120. 132

Niſi ad mulierem viduam. Quia Deus ſponſus eſt viduarum, & de eis curam agit. c.6.n.13.14.15. p.142

In Sarepta ad mulierem viduam. Et cur potius ad hanc, quam ad aliam? quia colligebat duo ligna in typo ſanctæ Crucis, ſub quo omne bonum. Vide *Crux.*

Voluerunt præcipitare. Quod diabolus non eſt auſus; miniſtri diaboli peiores diabolo. c.14.n.7. pag.313

Feria 3. à Dominica 3.

Matth 18.

SI peccaverit in te frater tuus, corripe eum. Quod intelligitur dummodo ſit capax correctionis. c.9.n.53. 216

Corripe eum. Quæ reprehenſio ſit lenis, & ſuavis. c.7.n.135. & n.145. 170.171

Inter te, & ipſum ſolum. Nam defectus aliorum, etiamſi videantur publici, maximè tacendi, & non publicandi. c.5.n.68.69.70. & c.8. n.118. 119.120. 126.207

Corripe eum. Ne de uno peccato in aliud gravius ruat. c.7.n.248.249. p.182. & ideo peccata in initio ſunt amputanda. c.5.n.10. 120

Lucratus es fratrem tuum. Quod eſt magnum Dei obſequium. c.2.n.146.148.150. p.58

Corripe eum. Non ejus culpas exaggerando, ſed potius minuendo, ut facilius trahatur. cap.5. n. 111.112.113.114. 131

Corripe eum. Nam perfecta charitas maximè dolet de aliorum peccatis. c.20.n.51.52.53. 372

Adhibe duos, vel tres teſtes, & ſi te non audierit, ſit tibi ut ethnicus. Maximè damnandus peccator, qui inter probos non emendatur. c.5.n.51.p.129

Feria 4. à Dominica 3.

Matth. 15.

QUare diſcipuli tui tranſgrediuntur. Arguunt diſcipulos, quia ſciebant, quod Chriſtus volebat eſſe in multa æſtimatione, utpote miniſtros ejus. cap.1.n.258.259. & c.2.n.73.76.77. p.32.50

Quare diſcipuli tui. Iniquorum vitium in humiles, ac parvulos inſurgere, ac opprimere. c.12.n.8. & 9. 282

Quare diſcipuli tui. Iniquitas Phariſæorum, aliorum defectus manifeſtare, ac publicare. c.5.n.68. 69.70. 126

Non lavant manus. Iuſti non curant de traditionibus, ac rebus inutilibus, ſed de his, quæ pertinent ad ſalutem. c.7.n.333. p.192 Vide *Salus.*

At ille reſpondet. Nullus ex Apoſtolis occurrit, & reſpondet, ſed ſolus Ieſus, nam injuria illata in ſervos Dei in ipſum Deum refunditur. c.9.n.60. 61.62. & c.13.n.42.43.44. 312

At ille reſpondet. Latè, & profundis rationibus, quia ſcandalum, ac illius occaſiones maximè evitandæ ſunt. cap.11.n.32.p.230. & c.16.n.14. p.277

De corde exeunt cogitationes. Ex quibus Deus laudatur, ac maximè glorificatur. c.17.n.94.95.96. pag.349.

Feria 5. à Dominica 3.

Luc. 4.

SUrgens de Synagoga introivit in domum Simonis. Surgit de Synagoga, in qua erat in odio, & introivit in domum Simonis, in qua diligatur ſecundum noſtros affectus adeſt præſens Ieſus. c.7.n.77.78. p.164

Socrus autem Petri tenebatur magnis febribus. In quibus D. Ambroſ. & alij denotant aliqua vitia, ut avaritia, luxuria, ob quæ vexabatur magnis febribus, quia & ſi Deus in magnis peccatoribus diſſimulet multa peccata, non ſic in juſtis,

quos

quos maximè vult expolire. c.8.n.118.119.120. pag.207

Rogaverunt pro ea. Benignus Deus volebat eam ſanare, ad quid exprecat rogatores? ſæpè non vult dare. c.9.n.266.267. p.144. Vide *Oratio.*

Rogaverunt pro ea. Et cur Petrus non rogat pro ea? Erat Prælatus, & non debuit apparere aliquis affectus carnis, & ſanguinis. c.7.n.100. p.177

Sanavit eam. Deus non ſinit ſuos juſtos diu verberari, & affligi. c.16.n.81,82.83. p.337

Sanavit eam. Ex eo quod quis aliquid accipit à Deo totum habet: cum ipſum accepiſſet in domo. c.2.n.300.301. p.78

Serviens. Miniſtrabat oſtendens ſuam gratitudinem non ſolum verbis, ſed operibus. c.3.n.69.70. p.90

Cum occidiſſet Sol, omnes, qui habebant infirmos, adducebant illos ad eum. Quod ſine dubio ex nutu Ieſu veniebat, ut fieret beneficium, & ipſe benefactor occultaretur, quod eſt magna excellentia. c.5.n.89.90.91. p.128

Feria 6. à Dominica 3.

Ioan. 4.

I*Eſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic.* Ex multa celeritate, qua properavit ad convertendam mulierem. c.8.n.17.18. p.196

Sedebat ſic. Petrus act.10. ait, quod *Ieſus pertranſit benefaciendo, & ſanando, hic vere ſedet:* in alijs ſpectabat temporalia, in Samaritana ſpiritualia, ad quod Deus maximè attendit, & ideo ſedet. c.10.n.214. p.269

Venit mulier haurire aquam. Ad cujus miniſterium frequenter ſolebat mulier accedere ad puteum. Unuſquiſque trahendus ſua inclinatione. cap.7.n.24.25. & cap.16.num.10.11.12.13. pag.158

Da mihi bibere. Petit parum aquæ, ut multa dona conferat; nam Deus pro parvo multum largitur. c.7.n 47. p.160

Da mihi bibere. Petit aquam temporalem, ut det aquam ſpiritualem, ut non ſitiat ampliùs in æternum, per quod fit obſequium, & beneficium recipitur. c.9.n.259.260.261. p.243

Da mihi bibere. Per aquæ dulcedinem mulierem curavit. Peccatores ſuaviter ſunt adducendi. cap.2.n.272.273.274.275. p.74. & cap.3. num.111.112.113.114. p.82. & cap.18. n.36. 37.38. 356

Scio quia Meſſias jam venit. Etſi mulier eſſet multis luxurijs fœdata, cum haberet notitiam Scripturæ, quæ eſt utiliſſima, meruit illuminari. c.8.n.174.175.176. p.210

Levate capita veſtra. Explicat Auguſt. quia omnium ſpiritualium primitiæ offerendæ ſunt Deo. c.2.n.6.7.8. p.41

Mirabantur diſcipuli, quod cum muliere loqueretur. Exemplum Eccleſiaſticis, quod à mulierum colloquio fugiant. cap.9.n.274.275.276. pag.245

Sabbato à Dominica 3.

Ioan. 8.

P*Errexit Ieſus in montem Oliveti.* Ut pro nobis oraret, dans exemplum Prælatis, ut pro ſuis ſubditis orent. cap.10.n.71.72.73. p.254

Deprehenſa in adulterio. Non vero adulter, ſed mulier utpote paupercula omnibus gravis, & moleſta. c.3.n.13.14. p.83

Mulier deprehenſa in adulterio. Cur non adducitur alius criminoſus latrocinio, vel homicidio, ſed adulterio? quia luxuria inter omnia vitia maximè abominatur à Deo. c.7.n.44. pag.16

Mulier deprehenſa. Cur non exprimitur ejus nomen, ut Suſannæ, Daniel.13. quia peccator apud Deum non habet nomen. cap.9.n.33. p.221

Qui ſine peccato. Illi adducunt mulierem peccatricem, Chriſtus eis objicit, ſimilibus peccatoribus ſimiles pœnæ. cap.1. num.334. 335. 336. pag.32

Qui ſine peccato eſt. Peccator multis ſubditur miſerijs, ac inſervit, & inde nihil audet. cap.10. n.133.134.135. p.26

Unus poſt unum exibat, & nunquam quieſcit. c.1. num.36. p.8

Noli amplius peccare. Perſeverandum in bono opere, & in pœnitentia incæpta. cap.2. n.244. 245. p.70

Dominica 4.

Ioan. 6.

A*Bijt Ieſus trans mare Galilææ.* Ut Phariſæorum iræ locum daret. cap.18. num.51. 52. pag.357

Abijt Ieſus. Mæſtus, & dolens de morte ſui Baptiſtæ; nam bonus Princeps vult ſuos ſervos honorabiles, & de eorum injurijs dolet. cap.1. num.158.239. p.35

Cum ſublevaſſet oculos, & vidiſſet, quod turba multa veniret ad eum. Elevat oculos non ad diſcipulos ſedentes cum eo, ſed ad turbas fameſcentes. c.5.n.88. p.128

Unde ememus panes, ut manducent hi. Solus Ieſus agit de providendo pane, & nullus rogat. Optimo prælato incumbit, & ſufficit videre neceſſitatem. c.9.n.24. p.218

Unde ememus panes. Bonus Prælatus dat doctrinam, & alimentum. c.4.n.16.17. p.101

Unde ememus panes. Suprema ſapientia Dei ad conſilium vocat, ut nos diſcamus magna conſilio agere. c.1.n.209. p.29

Sedere facite homines, erat ibi multum fœnum. Deus valde delectabiliter communicat ſua dona, ut ſuaviter trahat homines. c.13.n.56.57. p.307

Gratias agens. In omni opere bono Deo danda eſt gloria, ac gratiarum actio. cap.3.n.94.95.96. pag.93

Diſtribuit diſcumbentibus. Nam panis Eccleſiaſticus fameſcentibus eſt dandus. cap.3. n.62.63. pag.89

Colligite, quæ ſuperaverunt fragmenta. Dona Dei ampliſſima, & abundantiſſima. c.3.n.76.77.p.90. & c.5.n.12. 120

Feria 2. à Dominica 4.

Ioan. 2.

I*Nvenit in Templo vendentes, & ementes.* Ob lucrum, omne cœleſte, ac divinum contemnitur ab hominibus. c.16.n.66.67.68. p.336

Vendentes, & ementes. Res ſacras, quæ ad ſacrificia pertinebant. Valde deteſtabile ex rebus ſacris lucrum quærere. c.8.n.103.104. p.205

Cum feciſſet flagellum: Non ſolum verbo, ſed verbere, ac flagellu ejicit, & merito ita exarſit in eos; erant Sacerdotes, & non de ſpirituali, ſed de lucro agebatur. c.3. n.36. 37. p.86

Fecit flagellum, & eos ejecit de templo. Quia erant Sacerdotes, qui cum haberent ſua ſtipendia à templo, adhuc illis non contenti alia per avaritiam quærebant. cap. 8. num. 102. & n. 94. pag. 105

Fecit flagellum. Maximè dolendum cum Eccleſia polluitur, ac profanatur. c.4. n.10. 11. 12. 13. pag.100

Nummulariorum effudit æs. Quod illi, qui intrant in templum, debent contemnere terrena, ac pecunias, ut cœleſtia quærant. c. 10. 0.65. 66. & cap.7. 0.161. 162. 163. p. 253. & 184

Feria 3. à Dominica 4.

Ioan. 1.

AScendit Ieſus in templum, & docebat. Frequenter Ieſus orationem, & alia pia opera omittebat, ut doceret, ac prædicaret, quod omni alij bono operi præferendum. cap.6. n.16. 17.18. p.143

Doctrina mea non eſt mea: ſed Patris: Vbi ſuam doctrinam acceptam refert ad Patrem, & inde conſequens eſt aliis communicare: nam juſti volunt omnes ſuorum donorum eſſe participes. c.2.n.314. 315. & c. 3.n.73. p.79. 90

Doctrina mea non eſt mea, ſed Patris. Inde ei maxime glorioſum, quod totum refert Deo Patri. c.3.n.94.95.96. & c.4.n.98. p.93. 111

Doctrina mea non eſt mea, ſed Patris. Cum ipſe eſſet à Deo datus omnium doctor, ac magiſter, ſuam doctrinam dicit acceptam à Patre. Diſcant Doctores ab aliis illuminari, ac doctrinam accipere non erubeſcant. c.8.n.147. 148.149.150. pag.210

Si quis voluerit voluntatem eius facere cognoſcet. De doctrina ejus. c.2.n.14. 15. quia ſolum ex divino afflatu hoc venit. p. 45

Qui miſit illum. Solum ipſe debet intendere, & omnia terrena dimittere. cap.9. num.103. 104. pag.226

Ille verax eſt. Multa de veritate. Vide *Veritas.*

Feria 4. à Dominica 4.

Ioan. 9.

QVis peccavit, hic, aut parentes ejus? Peccato tribuunt hominis cæcitatem; nam peccatum multa mala ſecum involvit. c.1.n.125.126.128. pag.132

Vt manifeſtentur opera Dei; Vt in præſenti manifeſtatur Dei bonitas, & magnificentia. cap.10. 0.215.116.217. p. 269

Fecit lutum, inſerviit ad homiois formationem, & etiam ad reſtaurationem. Quod tibi utile ſequendum. c.13.n.33.34.35. p.304

Linivit lutum ſuper oculos. Quod maxime inſervit ad cæcitatem, Dei potentia per contraria media ſalutem operatur. c.7.n.118. 119. p.168

Vade ad natatoria Siloe, ut ita tanti beneficij occultaret auctorem, quod eſt quid divinum. c.14.n. 17.18. p. 314

Vade ad natatoria: ad percipienda divina beneficia requiritur cooperatio ex parte noſtra. c. 9. n.99. pag.226

Lavit, & venit videns. Per lavacrum pœnitentiæ mandantur, & lavantur cicatrices peccatorum. c.13.0.63. vel lacrymarum.c.21.n.27.28.29.30. pag. 308. 385

Si cæci eſſtis crederetis. Claudantur oculi à terrenis, ut valeant percipi, ac intelligi divina. cap. 9. n.103. 104. p. 226

Abiit, lavit, & vidit. Facit mandatum, & non diſcutit; quomodo cum luto videat. Perfectus obediens implet mandatum, & non diſcutit. c.10. n.55.56.57. p.252

Feria 5. à Dominica 4.

Luc. 7.

CVm appropinquaret Ieſus portæ civitatis, defunctus efferabatur. Non mirum, quod ex civitate, in quam non intraverat Jeſus, defunctus efferatur; quia ſolum à Jeſu vita, & omnia bona. c.4.n.57. 58. 59. p.106

Filius unicus Matris. Filius viduæ, & patrem non habebat, ut ejus directione regeretur, ac ejus virtutes imitaretur. cap.7.n 67. 68. 69. p. 162

Et hæc vidua erat, & inde Chriſti clementiam maximè ſolicitabat, quia Deus ſponſus eſt viduarum. c.6.0.13.14.15. p. 142

Turba multa cum illa, utpote ex urbanitate virorum civitatis. c.22.n.7. & 8. p.392

Defunctus efferebatur, in quo peccator repreſentabatur, qui eſt homo mortuus. c.9. n. 167. 168. pag.244

Tetigit loculum. Jam inde tota hominis felicitas erat, quia qui aliquid accepit, jam totum habet. c.2. n. 300. 301. p.78

Tradidit illum Matri ſuæ. Feliciores nos, qui tradimur ſub patrocinio Beatiſſimæ Virginis Mariæ ut piiſſimæ Matris. Vide verb. Maria.

Accepit omnes timor. Cum potius eſſet ratio gaudendi, timebant, quia ſe judicabant indignos Chriſti præſentia. Iniquitas timida. c.4.n.75.76. 77.p.108. Vel ex divino afflatu, cum ipſo timore ſe præparabant ad recipiendam Chriſti doctrinam. c.4. n.123. 124.125. p.114

Feria 6. à Dominica 4.

Ioan. 11.

ECce quem amas infirmatur. Non petunt, ut veniat, ſed tantum exponunt neceſſitatem, quia optimo Prælato ſatis eſt videre, ut ſubveniat. c.9. n.246. p.242

Infirmitas hæc non eſt ad mortem. Quia id, quod inimicus fabricavit ad mortem, Deus convertit ad ſalutem. c.7. n.118.119. p.168

Lazarus amicus noſter dormit. Cum re vera eſſet mortuus, ut ipſe ſtatim explicavit, tamen dicit ſomnum, quod eſt umbra mortis, per quam venitur ad vitam, quam volebat dare. cap. 20. n.61. 62.63. p. 376

Venit ad eum, ad Jurdanem, in quo tunc erat Chriſtus, multi conveniebant, & hos reliquit, & vadit ad Lazarum, quia ſic ſolicitus eſt de uno, ac de omnibus. cap. 17. n.102. 103. 104. pag. 350

Thomas autem, & moriamur cum eo. Alij diſcipuli divertebant, ne iret, Thomas oſtentans ſuum amorem in Chriſtum vult mori cum eo. Valde diverſimode Chriſtus ab hominibus æſtimatur. c.7.n.76.77.78. p.164

Qui

Qui credit in me, etiamſi mortuus, vivet. Qui fidem habet, ſecurus eſt ad omnia impedimenta ſuperanda. c.3. n.98.99. p.93

Abiit, & vocavit Mariam, ubi concepit ſpem de vivificando fratre, quia ſub umbia Mariæ omnia dona complentur, & perficiuntur. Vide verb. *Maria.*

Tollite lapidem, quia ad id, quod naturaliter fieri poteſt, non eſt requirendum miraculum. cap.9. n.242.243.244. p.241

Prodit, qui fuerat mortuus ligatus manus, & pedes. Dum vivus prodit, ſecum fert funeralia. Qui vult vivere ſecum habet memoriam mortis. c.20. n.60.61.62. p.376

Sabbato à Dominica 4.

Ioan. 8.

EGo lux mundi. Modo ſe dicit lucem, cum ſe dicat lumen de lumine: lucem, quam habet acceptam, aliis communicat, quod eſt ſpiritus divini. cap.2. num.314.315. & c.4. n.147.148. pag.79.116

Ego ſum lux. Lux ſe in nocte abſcondit; ſic Chriſtus favores ſuorum in nocte laborum abſcondit, ut paſſuris exerceantur. c.7. n.321. & c.18. n.36.37.38. p.190.358

Ego ſum lux. Lux oritur in mundo, ut homo tendat ad operandum. *Ortus eſt ſol, & homo exivit ad operationem ſuam.* Deus vult noſtram cooperationem. c.9.n.99. p.226

Ego ſum lux mundi. Lux omnium diſpoſitionum, apparet ſubjectum album, nigrum, viride: Prælatus, ut proficiat, accommodet ſe unicuique. c.16. n.10.11.12. p.330

Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Qui ſequitur Chriſtum, ut ejus luce fruatur, debet ipſum imitari. cap.4. n.144. & c.11. n.55.56.57. pag.116.279

Hæc verba locutus eſt Ieſus in Gazophylacio, in quo reponebantur eleemoſynæ, quæ multum conducunt, ut quilibet de Chriſti luce gaudeat. cap.9.n.238.239. p.241

Dominica 5. Paſſionis.

Ioan. 8.

QUis ex vobis arguet me de peccato. Hæc dixit non ex gloria, laude, ſed cum eſſet prædicator, ac omnium rector, ut rectè ſuo muneri ſatisfaciat, oſtendit ſuam puritatem. c.24. n.60. 61.62. p.412

Quis ex vobis arguet me de peccato. Nullum majus innocentiæ, ac puritatis teſtimonium, quam ipſos adverſarios vocare in judices, ac teſtes. c.3.n.92.93.94. p.111

Si veritatem dico vobis. Tria ſunt in Evangelio veritas, blaſphemia, & lapides, & hæc maximè cohærent, nam uni veritati illa certiſſimè reſpondent. cap.12. n.133.134.135. p.297

Si veritatem dico vobis. Et quo motivo probat Chriſtus ſe dicere veritatem, quod veritatem dicat, nam veritas eſt comprobatio ſui ipſius & modo dicendi comprehenditur. cap.6. n.100. p.131

Dæmonium habes. Proprium iniquorum, cum ſe vident convictos, & non habent, quid valeant reſpondere, ad blaſphemias confugere. c.4. n.90. 91.92. p.110

Dæmonium habes. O falſum, & execrabile teſtimonium, quod ingenuo viro eſt durius ſuper mortem. c.22. n.49.50.51. p.396

Dæmonium non habeo. Non ſe negat Samaritanum, quia (ut ait Auguſt.) idem eſt, *ac cuſtos*: ipſe enim eſt cuſtos, defenſor, ac auctor omnium bonorum. c.9. n.31. c.16. n.81.82. & c.17. n.14. 15. pag.218. 337. 342.

Ego honorifico Patrem meum. Merito Deum ſuum Patrem vocat, quia in omnibus operibus ipſum imitabatur. cap.7. n.67.68.69. p.162

Feria 2. à Dominica 5.

Ioan. 7.

MIſerunt Phariſæi miniſtros, ut apprehenderent Ieſum. Non quieſcunt Judæi adverſus Jeſum, ſed quotidie novis modis ferveſcunt. Invidia numquam quieſcit, & moderatur. c.5. n.119.120. p.132

Ut apprehenderent Ieſum. Mittuntur miniſtri, ut apprehendant Ieſum, & ipſi veniunt ejus laudatores. Deus noſtrum malum vertit in bonum. c.7.n.118.119. p.168

Quo hic iturus eſt. Chriſtus locutus fuerat de ſua morte, ac paſſione, illi verba mutant, & dicunt abitionem, quia quæ ſunt Chriſti ſolum à mundiſſimis capiuntur. c.7.n.43. p.160

Quæretis, & non invenietis. Bona occaſio non omittenda, ſed accipienda. c.18. n.167. & c.22. n.26. p.393

Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Comparat ſe Chriſtus fonti aquarum, quæ eſt valde patens, ac ſuavis, & dulcis omnibus. c.1. n.161. & c.7. n.324.325.326. p.23.198

Flumina fluent de ventre ejus. A Chriſti lavacro baptiſmi, vel pœnitentiæ tanta gratiarum abundantia, ut in alios redundet. c.19. n.16.17.18. pag.367

Quare non adduxiſtis illum? Reſponderunt, numquam ſic locutus eſt homo. Ecce magna miſeria Phariſæorum, habebant miniſtros, ſed miniſtri dominabantur eorum. c.5. n.94.95.96. p.129

Feria 3. à Dominica 5.

Ioan. 7.

NOn enim volebat in Iudæam ambulare, quia volebant eum Iudæi interficere. Etſi Chriſtus vehementer deſideraret mortem, tamen retardabatur videns Judæorum peccata, quorum occaſio in proximis vitanda. cap.10. num.51.52.53. pag.375

Ambulabat in Galilæa. Non ſedebat, quia Chriſtus in negotio noſtræ ſalutis non quieſcebat, ſed ſemper pergebat, ac laborabat. c.18. n.36. 37.38.39. p.356

Ambulabat in Galilæa, tanquam declinans à morte. D. Auguſt. ait: *futurum erat, ut aliquis fidelis ejus abſconderet ſe, ne à perſecutoribus inveniretur; & ne illi pro crimine objiceretur latibulum, præceſſiſſet in capite, quod in membro conformaretur.* Verus, & magnus princeps ſuorum ſtatum, & utilia in ſe ſuſcipit, ut illis conformetur, ne cadant in opprobrium. c.8. n.154. 155. p.210

Manifeſta te ipſum hominibus. Mundiales homines Chriſto perſuadebant, errantes ſpiritu vanæ gloriæ, quæ eſt in omnibus vitanda. c.10. n.172. 173.174. p.263

Nemo

Nemo in occulto quidquam facit. Magnorum virorum eſt ſua magnalia abſcondere. cap.14. n.17. & 18. p.314

Me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo veritati, quæ ſemper apud mundiales, odium parit. c.12.n.133.134.135. p.297

Feria 4. à Dominica 5.

Ioan. 10.

FActa ſunt encænia in Ieroſolymis, & ambulabat. Encænia, id eſt, innovare, ambulabat Ieſus, non quieſcebat, quia in virtute ſemper eſt innovandum de una in aliam. cap.4. n.128. 129. pag.114

Hiems erat; tempeſtuoſum, ac pluviale tempus, quia ad renovandam amicitiam cum Deo debet fieri cum luctu lacrymarum, ac mortificatione. c.7.n.42. Vide lacrymæ. p. 160

Hiems erat, in quo multæ furientes tempeſtates debacchantur, quia qui innovantur in virtute, fortiter debent ſuſtinere multas contradictiones tentationum, ac adverſariorum. c.2. n.316.317. 318. p.80

Ambulabat Ieſus, ut ex omni parte peccatum deſtrueret, & peccatores ad ſe vocaret. c.7.n.161. 162.163. p.173

Circumdederunt eum Iudæi. Vnus virtutis aſſecla ſuperior omnibus mundialibus. c.6.n.79.80.81. pag.149

Loquor vobis. Deus ita benignus, ut etiam perditis, & malis hominibus communicet ſua dona. c.10.n.213.216.217. p 269

Ego vitam æternam do eis. Non ait, dabo, ſed do de præſenti, quod enim à Deo ſperatur, idem eſt, ac ſi jam habeatur. cap.24. num.45.46.47. pag.411

Vitam æternam do eis. Deinde quid factum eſt! *tulerunt lapides*, ut eum lapidarent, qui eis dabat vitam æternam. Nil magis durum, ac abominabile, quam in benefactorem inſurgere. c.9. n.75. & c.24.q.3. p.123

Feria 5. à Dominica 5.

Luc. 7.

ERat mulier in civitate peccatrix. Nomen illius non exprimitur, quia peccatores non habent nomen apud Deum. c.9.n.53. p.221

Ut cognovit. Non moras interponit, ſed ſtatim, ac ſine dilatione tendit ad Chriſtum pœnitentia feſtina, ac fervida. cap. 13. num.63.64.65. pag.308

Ut cognovit. Alibi mittit ad Chriſtum pro ſalute temporali fratris, modo ipſa vadit pro recuperanda gratia, quæ requirit noſtram cooperationem. c.14. n 68.69. p.319

Cœpit lacrymis rigare pedes. Benigniſſimè Dominus Ieſus dat ſuos pedes: nam peccatores denuo converſi multum affabiliter ſunt tractandi.

Lacrymis cœpit rigare pedes, & capillis tergebat, & oculis fovebat, & manus miniſtrabant, totum in Dei obſequium impendebat. Deus integro corde ſerviendus. c.17.n.78.79 80 81. p. 347

Stans retro. Non ſtatim ſe offert in præſenti, ſed retro ſtat. Non ſtatim ſumma, & alta petit, ſed paulatim eundo. c.9.n.105.106. & c.12. n.106. 107.128. p.226. 294

Lacrymis cœpit rigare. Suam mortificationem oſtentans. c.7.q.7.n.42. Oſtentans intrinſecum dolorem animi, qui per lacrymas vaporatur. c.8.n. 33. p.197

Lacrymis rigabat. Oratio cum lacrymis valde efficax. c.20.n.50. p. 375

Cognoſceret, quia peccatrix eſt. Pœnitentem videt, & peccatricem vocat. Iniquus, ut detrahat, non cogitat præſentia, ſed præterita. cap. 9. n.142.143. p. 231

Feria 6. à Dominica 5.

Ioan. 11.

FEcerunt conſilium adverſus Ieſum. Semper innocentia in mundo obnoxia eſt multis malis. c.7.n.321. p.190

Collegerunt Pontifices, & Phariſæi adverſus Ieſum. Hoc faciunt primates populi, ut omnes convocarent contra Jeſum, nam minores ſequuntur conſilia majorum. c.20.n.46.47. p.375

Quid facimus quia hic homo multa ſigna facit. Dum conſpirantur contra Jeſum, ejus virtutem, ac excellentiam fatentur; dum condemnatur innocens, ejus innocentia prædicatur. c.25.n.7. & 8. p.415

Multa ſigna facit, multa miracula, ex quibus debebant Chriſtum venerari, inde contra eum inſurgunt. c.9.n.7. p.216. & c.24.n.22. p.408

Venient Romani. Nequitia ſemper timida. cap.1. n.36. & c.4.n.75.76.77. p.8.108

Tollent locum noſtrum, & gentem. Ipſi ſua nequitia ad ſe advocant ſupplicium infligendum per Titum Veſpaſianum. Peccator ad ſe advocat pœnam. c.5.n.125.126.127. p.132

Multa ſigna facit. Non de ſalute animæ agunt, cum de illa maximè deberent eſſe ſolliciti. c.7. n. 333. p.192

Prophetavit cum eſſet Pontifex. Cum eſſet nequiſſimus prophetavit, quia ob officium fuit honorandus. cap.2. n.75.76.77. & etiam ex malo Prælato Deus loquitur. c.7.n.105. p.50.166

Vos neſcitis quidquam, quia Paſſionem, ac Crucem Chriſti ignorabant, à qua eſt omne bonum. c.19.n.16. p.363

Sabbato à Dominica 5.

Ioan. 12.

COgitaverunt Principes Sacerdotum, ut Lazarum interficerent, ſed non interfecerunt. Non permittit Deus, ut inimici omnem ſuam rabiem exerceant in juſtos. c.17.n.14. & 15. pag. 342

Ut Lazarum interficerent, & ex tali cogitatione devenerunt ad mortem Chriſti. Semper unum peccatum aliud majus ſecum trahit. c.7.n.248. 249.250. p 182

Ut Lazarum interficerent. Ex ipſis inſidiis, quæ machinantur in Lazarum, parat Deus magnam oſtentationem victoriæ cuſtodiens Lazarum. c.23. n.85.86.87.88. p.406

Cogitaverunt, ut Lazarum interficerent. Illi, qui Lazarum mortuum planxerunt, vivum cogitant interficere ob invidiam operum Chriſti. cap.3. n.119.120. p.132

Vel etiam armati odio in Chriſtum volunt Lazarum eripere. c.6.n.118. p.153

Vel volunt interficere, quia in eo teſplendebat virtus Chriſti, vel etiam quia Lazarus ſuis virtoribus micabat publicans Chriſti magnalia, & cum virtus fulget omnes armantur contra illam. c.7.n.116.117. p. 167

Vel cogitant interficere. Quæ major ſtultitia? Qui potuit mortuum ſuſcitare, poterit & occiſum vivificare? ſed ſuperbus exiſtimat ſe poſſe contra Deum ſtare. c.8.0.53.54. p.199

Dominica Palmarum.

Matth. 21.

I*Nvenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea.* Ad qoid pullus, qui potetat eſſe impedimentum? in eo dettotandum novella virtus, quæ multum valet ad ſuperandos hoſtes, ad quos vincendos Chriſtos ibat. cap.2. n.317.318.319. pag.80

Dicite filia Sion. Matth. loqoitut in plurali *filia Sion.* Ioan. 12. in ſingulari. *Noli timere filia Sion*: nec mitum, qoia omnes juſti per unionem, ac charitatem in Chriſto onum ſunt, c.4. n.136.137.138. pag.115

Ecce Rex tuus, ac ſi ipſe ſolus intuendus. Qui Chriſtum volt tenere, dimittat terrena, & ſolum Chriſtum contempletur. cap.7.n.261.262.263. pag. 184

Dicite filia Sion. Non ait, filij, qui ſexu, ac conditione ſunt ſuperiores, ſed filiæ, quæ ſunt inferiores, ac minores. cap 24.num.12.13.14.15. pag.408

Venit tibi, nempe ad tuam otilitatem, ac commodum. Rex creatur, ut ſuis, & oon ſibi ioſerviat. c.1.n.240.241. p.33

Manſuetus. Cum in hac die palmarum Chriſtus, ut Rex excipitot, ſtatim manſuetus acclamatur, & benignus, quod eſt proprium Regum. c.7. n.13.14.15. & illa magis vincitot, quam potentia. c.2. n.164.165.166. & n. 174. pag.136. 61.74

Benedictus, qui venit. Apod Marc.12. n. 9. *Benedictus in excelſis*, quia qui contemplatur Chriſtum demiſſis terrenis, ipſe vere eum agnoſcit. c.7.0.261.262.263. pag.184

Benedictus, qui venit. Ingrediebatur Dominus non in equo furibundo, ſed in miti, ac pacifico animali dans pacem, & inde beoedictus acclamatur. c.10.n.203.206.207. p.264

Straverunt veſtimenta ſua. Tunc magis ſua, quando ea ad obſequiom Chriſti expendunt. cap.4. n.149.130.131. p.117

Feria 5. In Cœna Domini.

Ioan. 13.

S*Ciens quia venit hora ejus.* Paſſionis horam vocat ſuam, quia in ea maximè manifeſtavit ſuam divinitatem. c.2.n.253.254.255. p.71

Ut tranſeat ad Patrem. Inde omnia pericula, ac mortem contemnebat, quia ad Patrem tranſibat. c.2.n.51.52. p.47

Omnia dedit ei Pater in manus. Hic inſigoiter dicitur ei omnia à Patre donata, quia in hac cœna magna, & multa myſteria oſtentavit, quæ omnia accepta à Patre denotat. c.4.n.57. 58.59. p.106

In finem dilexit eos, ita ot in cruce videretur tanquam amore divino ebrius. c.2.n.144. p.58

Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, deponit veſtimenta ſua. Cum ſit omnium Dominus præſtat humile ſervitium. Valde ſublime manifeſtare humilitatem, & abſcondere dignitatem, & magnitudinem. c.14.n.17.18. p.314

Surgit à cœna, ponit veſtimenta. Cum ſurgit à cœna Euchariſtica, deponit terrena veſtimenta, ot nos ita faciamus, ut in nobis floreat fructus ejus. c.2.n.287.288.290 291. p.76

Cœpit lavare pedes diſcipulorum. Quod factum juxta communiorem ſententiam ante inſtitutionem ſacræ Euchariſtiæ, ut eam mundo corde reciperent. c.1.0.224.223. p.31

Ait Petrus Domine non tantum pedes, ſed & manus & caput. Petrus ſupra dixerat: *non lavabis mihi pedes in æternum*, modo ad Chriſti vocem mutat ſeotentiam, & ſe ſubjicit, quod eſt prudentis viri, c.8.n.147.148.149.150. p.210

Domine non tantum pedes, ſed & manus, & caput. Totum quantum in ſe erat, committit, & ſubjicit Chriſto. c.17.n.78.79.80.81. p.347

De Paſſione, vide *Paſſio Chriſti*.

Oratio in horto. cap.10. num. 207. & c.7. n.317. pag.268. 190

Petrus flens. c.8. n.120. Vide *Lacryma*. p.207

Bonus Latro. c.5.n.8.9. & c.19 n.72. p.120, 369

Sepultura Chriſti. c.2. n.143. & c.17. n.2. p.70. pag.340.

Reſurrectio Chriſti.

Marc. 16.

M*Ulieres emerunt aromata.* Pro Chriſti obſequio omnia contemnont. c.10.n.63.64. pag.253

Ut venientes ungerent Ieſum. Veniunt, ut onguento recrearent Corpus Jeſu, & occurrit eis Jeſus recreans eas ſua præſentia, per id, quo fit obſequium, recipitur beneficium. c.9.n.259.260. 261. p.243

Ungerent Ieſum. Non diſcipuli veniunt, ſed mulieres; erat enim illud officium pietaos, & inde maximè ad mulieres pertinebat, & inde alij non ſibi illud aſſumunt. c.3 n 47. p 87

Ieſum crucifixum quæritis? ſurrexit. Per viam mortis ingreſſa eſt gloria reſurrectionis. cap.1. n.111.112. p.54

Surrexit. Prios dixit eis Angelus, quod ſurrexit, & venientibus apparet Chriſtus ſuſcitatos: & cur noo apparuit, quando ibant, ſed poſt acceptum nuntium Angeli? quia paulatim ad gloriam reſurrectionis fuerunt diſponendæ; quia tam ampla eſt, quæ ſi ſubito illis fieret, obſtupeſcerent. c.12.n.106.107.108. p.194

Reſurrexit. Chriſti reſurrectio ingenti gloria, gaudio, ac lætitia pleos. cap.2.n.157.258.239. pag.72

Reſurrexit. Tota Chriſti gloria ab ejus reſurrectione cœpit declarari, ac maoifeſtari. cap.13. n.71.72. p.309

Reſurrexit. Solet Eoclefia Chriſtum ſuſcitatum depingere cum cruce io manu: à cruce omnis victoria, ac triumphus. cap.8. n 82.83. 84. pag.105

INDEX
LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ,
quæ in hoc opere continentur.

Littera C. indicat capitulum , Q. quæſtionem. N. numerum. A. Apologiam. P. paginam.

VETUS TESTAMENTUM.

Ex Libro Geneſis.

CAPUT I.

Num.1. IN principio creavit Deus cœlum , & terram. cap. 3. q. 11. n.60. p 88. c.13. q.3. n.29. p.304
4. Diviſit lucem à tenebris. c.27.q.2.n.16. p 427
7. Formavit Dominus hominem. cap. 1. q. 25. n.168. p.24
16. Fecit Deus duo luminaria magna. c.17. q.6. n.53. p.345
17. Creavit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem. c.17. q 3.n.29. p.343
22. Dixit Deus producant aquæ volatile ſuper terram. cap.10. q.9.num.66. p. 253. & c.15. q.7.n.33. p.323
26. Faciamus hominem ad imaginem , & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris. c.1.q.37.n.265. p.36. & c.6. q.1.n.9. p.142. & c.9.q.4.n.24. & 25. p.218

CAP. II.

Num.2. Requievit Deus ab univerſo opere , quod patravetat. c.4.q 6.n.56. p.107. & c.17.q.13. n.110. p.352
16. De omni ligno , quod eſt in paradiſo comede. c.2.q.21. n.195. p.64
18. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adjutorium ſimile ſibi. cap.6. q.1. n.9. pag.142

CAP. III.

Num. 2. Præcepit nobis Deus, ne comederemus, ne tangeremus. cap.5.exp 4.n.62. p.125
3. Nequaquam morte moriemini; ſcit enim Deus quod in quocumque die comederitis; eritis ſicut Dij. c.5.q.3.n.22. p.121

CAP. IV.

Num.8. Cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis ad auram poſt meridiem abſcondit ſe Adam. cap.5.q 21.n.174. p 137
9. Creavit Deus Adam , & dixit ubi eſt. cap. 9. q.8.n.55. p.221
14. Quia feciſti hoc maledictus eris inter omnia animantia. c 16.q.3.n.24. p.333
16. Multiplicabo ærumnas tuas , & conceptus tuos in dolore paries. c.5.q.24.n.193. p.149
24. Flammeus gladius ante portas paradiſi.cap.2. q.6.n.46. p.46

CAP. V.

Num. 1. Adam cognovit uxorem ſuam Evam & concepit , & peperit Cain. cap.14. q.1.n.8 pag.311
Num.4. Reſpexit Dominus ad Abel ; & munera. cap.12.q.8.n.48. p.287
9. Vbi eſt Abel frater tuus. cap.5. q.11. num.75. pag.127
12. Cum operatus non dabit fructus. cap. 21. q.11. n.66. p.280
14. Qui invenerit me , occidet me. c.7.q.13.n.113. pag.167
Num. 26. Qui cœpit invocare nomen Domini. c.2. q.31. n.264. p.73

CAP. VI.

Num.24. Tulit eum Dominus , & non apparuit. cap.1.q.35.n.249. p.34

CAP. VII.

Num.3. Erunt dies illius centum viginti annorum. c.2.q.4.n.25. p. 44

CAP. VIII.

Num.16. Et incluſit eum Dominus deforis. c.22. q.12 n.79. p.292

CAP. IX.

Num.11. At illa venit ad veſperam portans ramum olivæ. cap.9.q.24 n.169. p.234

CAP. X.

Num.3. Omne quod movetur,& vivit , erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia. c.2.q.23.n.235. p.68
4. Excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis. c.15.q.8.n.56. p.125
15. Non erunt ultrà aquæ diluvij ad delendum univerſam carnem ; eritque arcus meus in nubibus. c.1.q.11. n.236. p.33

CAP. XI.

Num. 9. Ipſe cœpit eſſe potens in terra , & erat robuſtus venator coram Domino. c.22.q.2. n.9. p.283

CAP. XII.

Num.4. Venite faciamus nobis civitatem , cujus culmen pertingat ad cœlum.c.1.q.35.n.236. pag.33.

CAP.

CAP. XIII.

Num.1. Egredere de terra tua, & cognatione tua. c.1.q 35.n.249.p.34.&c.7.q.5.n.24.p.158. & c.9.q.19.n.210. p.238

11. Dixit ſorori ſuæ Sarai, novi quod pulchra ſis mulier, & quod cum viderint te Ægyptij dicturi ſunt. c.11.q.12.n.75. p.581

CAP. XIV.

Num. 18. Movens tabernaculum ſuum Abram, venit, & habitavit. cap.18. quæſt.4.n.54. pag.355

CAP. XV.

Num.13. Nuntiavit Abram Hebræo. c.18.q.4.n.23. ibidem.

18. Melchiſedech Rex Salem, proferens panem,& vinum benedixit ei, & ait: benedictus Abram Deo excelſo. cap.3. q.9. n.51. p.87

22. Levo manum meam ad Dominum Deum, quod à filo ſubtegminis non accipiam. ibidem. n.53. p.88

Num. 23. A filo ſubtegminis uſque ad corrigiam caligæ. c.12.q.13.n.81. p.291

CAP. XVI.

Num.12. Horror magnus, & tenebroſus invaſit Abram, cap.15.quæſt.4 n.32. p. 322

13. Peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubjicient eos ſervituti. cap.7. q.6.n.34.37.p.159.&c.13.q.14.n.98. p.193

CAP. XVII.

Num.7. Cumque inveniſſet eam Angelus juxta fontem aquæ in ſolitudine. cap.17.q.12.n.75. pag.349

CAP. XVIII.

Num.11. Circumcideris carnem præputij veſtri, ut ſit ſignum inter me, & vos. cap.7.q 8.n.51. & 56. p.161

21. Pactum meum ſtatuam in Iſaac. cap.17.q.3.n.58. pag.343

CAP. XIX.

Num. 2. Apparuerunt ei tres viri ſtantes apud eum, quos cum vidiſſet cucurrit. c.9.q.31. n.138. p.241

3. Si inveni gratiam in oculis tuis ne tranſeas ſervum tuum. c.10. q.7. n.51. p. 252

13. Quare riſit Sara. cap.13.q.9.n.64. p 308

16. Abraham gradiebatur deducens eos. c.13. q.3. n.26. p.322

CAP. XX.

Num.15. Si habes hic quempiam tuorum generum, filios aut filias. c.9. q 31.n.539. p. 241

17. Lot ſedebat. c.22.q 1.0.12. p.393

18. Quæſo Domine quia inveni coram te.c.16 q.7. n.31. p.334

19. Declinate in domum pueri veſtri, & lavate pedes veſtros. c.10.q.24..0.189. 266

24. Dominus pluit ſuper Sodomam ſulphur, & ignem à Domino de cœlo. c.7. q.16.n.249. pag.183

CAP. XXI.

Num.17. Vocat eam Angelus de cœlo. c.1.q.20. n.135. p.20

33. Abrahamus plantavit nemus in Berſabee.c.10. q.19.n.153. p.261

CAP. XXII.

Num. 2. Tolle filium tuum, quem diligis Iſaac offer eum in holocauſtum. c.1. q.35. n.249. pag.34

4. In locum, quem monſtravero tibi. cap.7. q 23. n.103. p.177

7. Pater mi ecce ignis, & ligna, ubi eſt victima holocauſti. c.1.q.17.n.119. p.18

CAP. XXIII.

Num.2. Venit Abraham ut plangeret, & fleret eam. c.8. q 4.n.33. p.197

CAP. XXIV.

Num.14. Puella cui ego dixero inclina hydriam tuam, ut bibam, & illa reſponderit, bibe. c.7.q.7.0.48.p.160. & c.13.q.4.n.35. p.304

16. Ecce Rebecca egrediebatur puella decora nimis, virgoque pulcherrima incognita viro. c.7.q.15.n.129. p.169

22. Protulit vir inaures aureas appendentes ſiclos. cap. 14. q.3. n.27. p.315

CAP. XXV.

Num.1. Abraham aliam duxit uxorem Ceturam. c.21.q.12.n.90. p.392

18. Iſmael coram fratribus ſuis obiit. cap. 8. q.4. n. 58. p.197

23. Reſponſum accepit: duæ gentes ſunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo dividentur. c.13. q. 1. num.10. p.302

CAP. XXVII.

Num.22. Vox quidem, vox Jacob eſt, ſed manus, manus ſunt Eſaü. c. 14 q 13. n.26. p.315

30. Vox Iſaac ſermonem impleverat, & egreſſo Jacob foras. cap.10. q. 20.n.166. p.264

41. Dixit in corde ſuo venient dies luctus patris mei, occidam Iacob fratrem meum. cap. 6. q.14.n.115. p.153

CAP. XXVIII.

Num.11. Tulit de lapidibus qui jacebant in loco, & ſupponens capiti ſuo, dormivit. cap. 10. q.30.n.243. p.272

12 Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum. cap. 16. q 1. n.11. p.330

CAP. XXXII.

Num. 24. Traductis omnibus, quæ ad ſe pertinebant, manſit ſolus & ecce vir luctabatur cum eo uſque mane. cap.7. q.52. n. 184. pag.175

26. Dimitte me, quia jam aſcendit aurora.c.1.q.18. 0.150. p.22

28. Ait Angelus nequaquam appellabitur nomen tuum Jacob, ſed Iſrael. cap.10. q.14 n.107. pag.258

CAP. XXXIII.

Num.18. Jacob autem tranſivit in Salem urbem Sichimorum. c.11.q.2.n.13. p.275

CAP. XXXIV.

Num.25. Ingreſſi ſunt urbem confidenter interfectis omnibus maſculis. cap.21. q 4. n.16. pag.394

CAP. XXXV.

Num. 18. Vocatur filius doloris. cap.9. q.1.0.9. pag.216

CAP. XXXVII.

Num.2. Accuſavit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo. c.2. q.13.n.150. p.59

3. Iſrael autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos. c.1.q.37.n.268. p.37

7. Dixit Ioſeph fratribus ſuis vidi per ſomnium, putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare. c.4. q.2.n.17. p.105

14. Vade, & vide ſi cuncta ſint proſpera erga fratres tuos,& pecora.c.9.cap.10.n.227.p.259

28. Extrahentes eum de Ciſterna, vendiderunt Iſmaelitis viginti argenteis. cap.7.q.10.n.75. p. 163

35. Deſcendam ad filium meum lugens in infernũ. c.2.q.14.n.218. p.66.& c.4.q.10.n.81. p.109

CAP. XXXVIII.

Num. 26. Juſtior me eſt, quia non tradidit ei filium meum. cap.10.q.16.n. 129. p.260

CAP. XL.

Num. 56. Ne conſumetur populus terræ fame. cap.11.q.11.n.69. p.180

CAP. XLI.

Num. 1. Aſcendebant ſeptem boves pulchræ, & craſſæ nimis. cap.7.q.15.n.113. p.167

42. Tulit annulum de manu ejus & dedit in manu ejus. c.12.q.8.n.47. p.287

CAP. XLII.

Num. 21. Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem noſtrum. c.5.q.11.n.71. p.127

25. Tollenſque Simeon,& ligans illis præſentibos juſſit miniſtris ut implerent. c.7. q.2. o.15. pag.157

28. Obſtupefacti, turbatique mutuo dixerunt: quidnam eſt hoc,quod fecit nobis Dominus. c.5. q.12.n.91. p.128

38. Deducetis canes meos cum dolore ad inferos. c.2.q.24.n.218. p.66

CAP. XLIII.

Num.23.Nolite timere Deus veſter & Deus Patris veſtri dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris. c.5. q.12.0.91. p.128

30. Videns fratrem ſuum commota ſunt viſcera ejus. c.7. q.6. n.143. p.171

34. Major pars venit Benjamin ita ut quinque. c.9. q.7.n.46. p.220

CAP. XLIV.

Num.5. In quo Dominus meus bibit, & in quo augurari ſolet. c.9.q.21.n.157. p.238

17. Qui furatus eſt ſcyphum, ipſe meus ſervus. c.7.q.17.n.147. p.171

CAP. XLV.

Num.4. Ego ſum frater veſter Joſeph. cap.7.q.17. n.147. ibidem.

8. Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum.cap.2. exp. 23. n.198. p. 64. & cap.5.q.19.0.112. p.95

CAP. XLVI.

Num. 56. Revixit ſpiritus ejus. c.4. q.10.n.81. p.109

CAP. XLVII.

Num. 9. Dies peregrinationis meæ centum, & triginta. c.5.q.23. p.121

CAP. XLVIII.

Num. 14. Cancellatis manibus benedixit eis. c.1. q.15.n.101. p.16

CAP. XLIX.

Num.24. Diſſoluta ſunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Iacob. c.12.q.14.n.96. p.293

27.Benjamin lupus,manè comedet prædam,veſpere dividet ſpolia. c.9.q.1.n.8. p.216. & q.17. num. 128. p.229

29. Inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael.cap.7. q.2. 0.14. p.156

Ex libro Exodi.

CAP. I.

Num.22. PRæcepit Pharao omni populo ſuo dicens; quidquid maſculini ſexus natum fuerit in flumen projicite. c.7. q.13. n.109. p.166. & cap.17.q.2. n.14. p 342

CAP. II.

Num.2. Videns eum elegantem aſpectu, abſcondit tribus menſibus. cap.2.q.10.n.77. p.50. & cap.7. q. 14. & 117. p.168

10. Quem filia Pharaonis adoptavit in filium. c.7.q.15.n.123. p.168

11. Poſtquam creverat Moyſes egreſſus eſt, ad fratres ſuos. c. 12.q.9.n.52. p.288

12. Percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo. cap.9. q.5.n.26. p.217

CAP. III.

Num.2. Rubus ardebat, & non comburebatur. c.2.q.10.n.75. p.50. & cap.7. q.21. n.169. p.174. & q.22.n.174. ibidem. & cap.8.q.9. n.77. p.202

3. Vadam, & videbo viſionem hanc magnam. cap.7.q.n.156. p.172

14. Ego ſum qui ſum. c.2.q.29.0.153. p.71

15. Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. cap.1.q.36.n.260 p.56

CAP. IV.

Num. 10. Obſecro Domine non ſum eloquens. cap.2.q.14.n.115. p.55. & cap.7. q.9.n.67. p.163

12. Ego ero in ore tuo. cap.2.q.16.n.137. p.60

13. Quis ſum ego ut vadam ad Pharaonem.cap.14. q.7.n.48. p.317

14. Aaron frater tuus erit in occurſum tuum. c.9.q.21.n.152. p.232

18. Vadam, & revertar ad fratres meos. c.1.q.30. n.209. p.19

20. Tulit uxorem, & filios & reverſus eſt in Ægyptum. c.18.q.3.n.18. p.354

23. Volebat autem Angelus interficere. c.8.q.14. 0.119. p.207

CAP. V.

Num.2. Quis eſt Dominus, ut audiam vocem ejus, & Iſrael dimittam. c.9.q.14.0.108. p.227. & cap.8. quæſt.5. n.53. p.199

4. Extende manum tuam, & apprehende caudam ejus. c.10.q.10.n.165. p.164

7. Nequaquam ultra dabitis paleas populo. cap. 7. q.6.n.39. p.160

CAP. VI.

Num.6. Redimam in brachio excelſo & judiciis magnis. cap.5.q.4.n.30. p.122

CAP. VII.

Num.1. Ecce conſtitui te Deum Pharaonis. cap.7. quæſt.25.n.244. p.182. & cap.11.q.6.n.41. pag.278

17. Ecce percutiam virga, quæ in manu mea eſt; aquam fluminis. c.12.q.3.n.25. p.284

CAP. VIII.

Num.8. Orate Dominum, ut auferat ranas à me, & à populo meo. c.9.q.14.n.108. p.227

CAP. IX.

Num.23. Dominus dedit tonitrua & grandinem, ac diſcorrentia fulgura. cap.21. q.2.n.13. p.385

CAP. X.

Num.4. Si reſiſtis, & non vis dimittere populum. ibidem.

CAP. XII.

Num.6.Servabitis eum uſque ad quartam decimam diem menſis hujus, immolabitque univerſa multitudo filiorum Iſraël. c. 4. q. 7. n.60. pag.106

12. Tranſibit Dominus percutiens Ægyptios, & cum viderit ſanguinem in ſuperliminari. c.8.q.9.n.76. p.202

37. Profecti ſunt filij Iſrael de Ramaſſe in Socoth. cap.23.quæſt.10.n.81. p.406

CAP. XIII.

Num.19. Tulit quoque Moyſes oſſa Ioſeph. cap.8. q.3.n.25. p.190. & q.4.n.36. p.197

CAP. XIV.

Num.15. Ait illi Deus quid clamas ad me? cap.9. q.30.n.227. p.240

25. Clamavit Moyſes ad Dominum, & oſtendit lignum. c.9.q.32.n.243. p.245

CAP. XV.

Num.9. Dixit perſequar, & comprehendam, & dividam ſpolia, & implebitur anima mea. c.1.q.31.n.217. p.30

17. Plantabis eos in monte. c.18.q.7.n.40. p.356

CAP. XVI.

Num.6. Veſpere ſcietis quod Dominus eduxerit vos de Ægypto, & manè videbitis gloriam ejus. cap.5.q.19.n.137. p.134

16. Colligat unuſquiſque ex eo quantum ſufficiat ad veſcendum: Gomor per ſingula capita. c.2. q.10.n.7. p.42

29. Maneat unuſquiſque apud ſemetipſum & non egrediatur de loco ſuo, die ſeptimo. cap.1. q.27.n.182. p.26

CAP. XVIII.

Num.18. Stulto labore conſumeris. c.22.q.4.n.24. p.394. & c.5.q.13.n.94 p.129

21. Provide viros potentes, & timentes Dominum. c.25.q.3.n.21. p.416

CAP. XIX.

Num.16. Cœperunt audiri tonitrua, micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem. c.7.q.17.n.255.p.183.& c.19.q.1.n.13.p.363

17. Cumque eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum. c.9.q.11.n.79. p.224

CAP. XX.

Num. 5. Ego ſum Deus fortis, zelotes viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem. c.2.q.7.n.60. p.48

18. Cunctus autem populus videbat voces, & lampades. c.1.q.41.n.291. p.40

20. Nolite timere ut enim probaret vos, venit Deus; ut terror illius eſſet in vobis. c. 10. q.3.n.15. pag. 248

CAP. XXIV.

Num.15. Cum aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem, & habitavit gloria Domini. cap. 1. q.17.n.115. p.18

CAP. XXV.

Num.3. Hæc ſunt, quæ accipere debetis aurum, & argentum, & æs. c.2.q.13.n.110. p.54

CAP. XXVI.

Num.1. Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. c.7.n.218.p.179

CAP. XXVIII.

Num.3. In rationali doctrina & veritas. cap. 5. q.13.n.93. p.129. & c.11.q.6.n.138. p.277

6. Facient ſuperhumerale ex auro hyacintho, & purpura coccoque bis tincto, & byſſo retorta. c.6. q.7.n.57.58. p.147

8. Applicabitur ad Deos. c.25.q.3.n.23. p.416

16. Quadrangulum erit & duplex: menſuram palmi habebit: nomina filiorum Iſrael. cap.11. q.6. n.37. p.277

28. Stringatur rationale annulis ſuis. cap.6.q.4. n.25. p.144

CAP. XXIX.

Num 4. Aaron, ac filios ejus applicabis ad oſtium tabernaculi; cumque laveris eos. cap.19.q.2. n.18. p.363

CAP. XXXII.

Num. 7. Vade, deſcende peccavit populus tuus. c.1.q.22.n.149. p.22

19. Accepit duas tabulas ſcriptas opere Dei. c.9. q.13.n.99. p.226.

CAP. XXXIII.

Num. 11. Joſue filius Nun, puer, non recedebat. cap.22. q.2.n.14. p.393

12. Novi te ex nomine, & inveniſti gratiam coram me. c.5.exp.4.n.60. p.125

19. Oſtende mihi faciem tuam. cap.25. q.5.n.32. pag.417

CAP. XXXIV.

Num. 3. Ponebat velamen ſuper faciem ſuam. c.6.q.14.n.110.111 p.152

27. Præcide tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum. c.9.q.13.n.99. p.226. & c.15.q.5.n.36. pag.323

Ex libro Levitici.

CAP. I.

Num.4. POnetque manum ſuper caput hoſtiæ. c.6.q.7.n.56. p.147

CAP. V.

Num.11. Offeret pro peccato tuo ſimilæ partem Ephi decimam. c.2.q.2.n.14. p.43

CAP. VI.

Num. 25. Sacerdos, qui offert comedet eam in loco ſancto, in atrio tabernaculi. c.5. q.10. n.68. p.126

CAP. VIII.

Num.23. De ſanguine ejus tetigit extremum auriculæ ejus. cap.25.q.9.n.57. p.419

CAP. IX.

Num.7. In conſecratione Aaron ſacrificium.

CAP. X.

Num.1. Offerentes ignem alienum percuſſi ſunt à Domino. c.5.q.7.n.43. p.124

CAP. XIX.

Num.22. Quando ingreſſi fueritis terram & plantaveritis ligna pomifera, auferetis præputia eorum; poma quæ germinant. c.14 q.5.n.38. pag.319

CAP. XX.

Num. 9. Qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur. c.15.q.5. n.35. p.323

CAP. XXIV.

Num.14. Ponant manus ſuas ſuper caput ejus. c.8 q.9.n.74. p.102

Ex Numeris.

CAP. II.

Num. 2. PEr gyrum tabernaculi fœderis. c.4. q.1.n.10. p.100

CAP. XI.

Num.14. Non poſſum ſolus ſuſtinere hunc populũ, quia gravis eſt mihi. c.1.q.34.n.246. p.34

Num.16. Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis, cap.1.q.136. num.259. pag.36

CAP. XII.

Num.6. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. c.2.exp 15.n.170. p.62

CAP. XIII.

Num. 3. Mitte viros, qui conſiderent terram ſingulos de ſingulis tribubus. cap. 17. q.3. n.30. p.348

CAP. XIV.

Num. 29. Omnes, qui numerati eſtis à viginti annis. c.17.q.3.n.31. ibidem.

CAP. XV.

Num.32. Colligens ligna in Sabbatho lapidatur. c.5.q.7.n.43. p.124

CAP. XVI.

Num.15. Nec aſellum unquam accepi. c.20. q.12. n.104. p.385

43. Poſtquam ingreſſi ſunt operuit nubes,& apparuit gloria Domini, c.2.q.26.n.236. p.68

CAP. XVII.

Num. 5. Quem ex his elegero germinabit virga ejus, & cohibebo à me querimonias filiorum Iſrael, c.1.q.38.n.270. p.37

8. In amygdalas.cap.20.q.10.n 97.

10. Refer Virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij. c.14.q 6.n.45. p.317

CAP. XXI.

Num. 6. Miſit Dominus in populum ſerpentes ignitos. c.1.q.32.n.223. p.31

9. Fecit Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno. c.5.q.7.n.47. p.124

CAP. XXIII.

Num. 5. Dominus autem poſuit verbum in ore ejus. c.4. q.16.n.125. p.114

CAP. XXIV.

Num.17. Erat autem ſpecies gloriæ Domini quaſi ignis ardens. cap.7.q.36.n.270. p.185

CAP. XXV.

Num.4.Tolle cunctosPrincipes populi,& ſuſpende eos contra Solem in patibulis. c.5.q.6.n.39.p.123

7. Arrepto pugione ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitam in lupanar,& perfodit ambos ſimul,virum ſcilicet,& mulierem.c.5.q.8.n.53. p. 124

CAP. XXVII.

Num.18. Tolle Joſue filium Nun, virum in quo eſt ſpiritus Dei, & pone manum tuam ſuper eum. cap. 9. q.34. n.260. p.243

CAP. XXXII.

Num. 30. Locutus eſt Moyſes ad populum peccatum grande. c.13.q.9.n.62. p.308

Ex Deuteronomio.

CAP. IV.

Num.24. DEus noſter ignis eſt.c.7.q.21.n.170. pag.174

CAP. XI.

Num.24. A fluvio magno Euphrate,uſque ad mare occidentale. c.7.exp.1. n.3. p. 155

CAP. XVI.

Num. 18. Judices,& magiſtros conſtitues in omnibus portis. c. 11. q 1. n.10. p.274

CAP. XVIII.

Num. 15. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi Dominus, ipſum audies. c.11. q.5.n.33. p.277

CAP. XXVII.

Num. 9. Ait Moyſes, audi Iſrael. c.10. q.24.n.187 pag.260

CAP. XXIX.

Num.18. Ne fortè ſit inter vos radix germinans fel,& amaritudinem. c.8.exp.6.n.109. p.206

CAP. XXXII.

Num.13. Oleum de ſaxo duriſſimo. c.4.q.6.n.52. pag.105

33. Fel draconum vinum eorum. ibidem.

39. Videte quod ego ſim ſolus, & non eſt alius Deus. c.9.q.7.n.45. p. 220

CAP. XXXIII.

Num.12. Benjamin amantiſſimus Domini habitabit confidenter in eo,quaſi in thalamo. c.9. q 8. n.57. p.221

17. Cornua rhinocerotis, cornua illius. c.19. q. 2. num.16.

CAP. XXXIV.

Num. 6. Sepelivit eum Dominus. cap.19. q.5.n.55. pag.367

Ex Ioſue.

CAP. II.

Num. 1. QVi pergentes ingreſſi ſunt domum mulieris meretricis.c.9.q.4.n.170. pag.234

CAP. III.

Num.16.Steterunt aquæ deſcendentes in loco uno, & ad inſtar montis. c.16. q.3.n.25. p.422

CAP. IV.

Num.5.Lapides in medio fluminis.c.7.q.37.n.322. pag.190

CAP. V.

Num.2. Fac tibi cultros lapideos, & circumcide filios ſecundo Iſrael. c.7.q.37.n.325. p.191

15. Depone calceamenta. c.7. q.23.n.196. & 201. pag.177. 179

CAP. VII.

Num.19. Fili da gloriam Deo Domino Iſrael,confitere,atque indica mihi quid feceris, ne abſcondas,responditq; Achan Joſue.c.5.q.8.n.48. p.124

24. Tollenſque Joſue Achan filios quoque & filias ejus. c.21. q. 4.n.30. p.386

Ex libro Iudicum.

CAP. V.

Num.26. SIniſtram manum miſit ad clavum, & dexteram ad fabrorum malleos. c.8. q.50. n.83. p.203

CAP. VII.

Num. 19. Lampades habentes. cap.7. q.29.n.268. pag.185

CAP. IX.

Num 18. Conſtituiſtis Regem Abimelech filium ancillæ. c.7.q.13.n.126. p.169

CAP. XV.

Num. 15. Inventam unam maxillam id eſt mandibulam aſini, quæ jacebat arripiens. c.19. q.3. n.41. p.366

CAP. XVI.

Num.19. At illa eum dormire fecit ſuper genua ſua, & in ſinu ſuo reclinavit. cap.9. q.37. n.276. p.245

30. Moriatur anima mea cum Philiſthiim concuſſiſque fortiter columnis cæcidit domus ſuper omnes. cap. 8. q.18.n.169. p.211

Ex libro Ruth.

CAP. IV.

Num.7. SOlvebat calceamentum ſuum. cap.7. q.23.n.205. p.178

Ex libro primo Regum.

CAP. I.

Num. 10. AMaro animo oravit ad Dominum flens largiter. cap.10. q.6.n.40. pag 250

CAP. II.

Num.6. Dominus mortificat, & vivificat. c. 9 q.7.n.45. p.220

CAP. III.

Num. 5. Cucurrit ad Heli, & dixit: ecce ego: vocaſti enim me. c.9. q.13. n.97. p.226. & c.10.q.8.n.55. & 56. p. 252

9. Ecce ego vocaſti enim me, intellexit Heli quia Dominus vocaret puerum.c. 2.q.10.n.77. p.50

18. Dominus eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis faciat. cap.2. q 33.n.266. p.73

CAP. V.

Num.2. Tulerunt Philiſthiim arcam Domini, & intulerunt eam in templum Dagon. cap.7. q.5.n.27. p.158

CAP. VIII.

Num. 7. Audi vocem populi,& conſtitue ei regem, non enim te abjecerunt ſed me, ne regnem ſuper eos. cap.4.q.3.n.30. p.105

CAP. IX.

Num.8. Ecce inventa eſt in manu mea quarta pars ſtateris argenti domus homini Dei. cap.8. q.12.n.98. p.204

CAP. X.

Num.1.Vnxit te Dominus in principem ut liberes populum ſuum. c.19. q 4.n.31. p.364

6. Inſiliet in te Spiritus Domini & prophetabis. c.4.q.17.n.128.p. 114. & c.6. q.1.n.11. p.142

24. Certè videtis quem elegit Dominus quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo. cap.1. q. 37.n.166. p. 37

CAP. XII.

Num. 3. Loquimini de me coram Domino ac Chriſto ejus utrum bovem. c.20.q.11.n.89. & 102.104. p.379

CAP. XIII.

Num.14. Inveni hominem ſicut cor meum.cap.23. q.9.n.64. p.404

CAP. XV.

Num. 9. Abjecit te Deus ne ſis Rex. cap.9. q.8. n.54. p 221

CAP. XVI.

Num.12. Erat autem adoleſcens rufus, & pulcher aſpectu. c.6.q.14.n.114. p.153

13. Surge, & Vnge eum, tulit Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrum ejus. cap.9. q.38.n.272. p.144

CAP. XVII.

Num. 51. Cum non haberet gladium cucurrit ſuper Philiſthæum; & tulit gladium ejus. c.12.q.3.n.21.p.284. & c.27.q.7.n.11. p.426

54. Aſſumens caput Philiſthæi, attulit illud in Jeruſalem,arma vero poſuit in tabernaculo ſuo. c.7.q.16.n.142. p.171

CAP. XVIII.

Num.11.Fugit David à facie Saül c.7.q.25.n.167. pag.174

CAP. XIX.

Num. 9. Factus eſt Spiritus Dei malus in Saül. c.5.q.16.n.108. p.131

CAP. XX.

Num.31.Omnibus diebus,quibus filius Iſaï vixerit ſuper terram non ſtabilieris tu,neque regnum tuum.c.7.q.12 n.106. p.166. & c.2.q.33.n.219 pag.67

CAP. XXIV.

Num.18. Juſtior tu es,quam ego,tu mihi tribuiſti bona,ego autem reddidi tibi mala. c.2. q.33. n.279. p.75

CAP. XXVIII.

Num. 14. Vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio. c.1.q.15.n.105. p. 16

Ex Libro ſecundo Regum.

CAPVT I.

Num. 20. NOlite annuntiare in Geth. neque annuntietis in compitis Aſcalonis. cap.5.q.10.n.69. p.126

CAP. II.

Num. 10. Sola domus Juda ſequebatur David. c.4.q.6.n.50. p. 105

CAP. VI.

Num. 6. Calcitrabant boves, & declinaverunt eam.cap. 15. q.4.n.31. p.323

7. Cum recalcitrarent boves, Oza tenet arcam & moritur. cap.5.q.9. n 57. p.125. q.11. n. 72. pag.127. c.21.q.6.n 45. p.387

CAP. XII.

Num.4. Cum autem peregrinus quidam veniſſet ad divitem,parcens ille ſumere de ovibus, & de bobus ſuis. c.1.q.33.n.250. p.35

5. Iratus autem indignatione David dixit ad Nathan: vivit Dominus qui fecit hoc. cap.7. q.17.n.14. p.171

Num. 16. Deprecatus eſt David pro parvulo, & jejunavit David jejunio,ingreſſus eſt ſeorſum, & jacuit ſuper terram.c.2.q.28.n.247. p 70

CAP. XVI.

Num.7. Spargebat lapides dicens; vir Belial, vir ſanguinum. c.1.q.9.n.74. p.108

CAP. XVII.

Num. 1. Dixit ad Abſalom eligam mihi duodecim millia virorum, c.2. q.1.n.9. p. 42

CAP. XXIII.

Num.8. Sedens in Cathedra ſapientiſſimus princeps inter tres,ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus. c.6.q.11.n.84. p.149

CAP. XXIV.

Num. 16. Sufficit: nunc contine manum tuam, cap.4. q.1.n.11. p.101

Ex libro tertio Regum.

CAP. II.

Num.6. NOn deduces canitiem ejus pacifice ad inferos.c.2.q.24. n.218. p.55

19. Surrexit Rex in occurſum ejus.c.7. q.33. n. 295. p.187.

CAP. III.

Num.9.Dabis ſervo tuo cor docile.c.8.q.17.n.148. pag.210

12. Feci tibi ſecundum ſermones tuos,dedi tibi cor ſapiens. c. 19.q. 11.n.85. p.370

CAP. VI.

Num.27. Poſuit Cherubim in medio templi interioris,extendebat autem alas Cherubim, & tāgebat ala una parietē.c.8.q.20.n.187. p.214

29. Fecit illius pavimentum intrinſecus,& extrinſecus eſſet ex auro. c.2.q.13.n.110. p. 54

CAP. VII.

Num.13. Finxit etiam duas columnas æreas.cap.2. q.13. n.110. ibid.

CAP. VIII.

Num. 12. Dominus dixit ut habitaret in nebula. c.2.q 6.n.48. p.46

CAP. IX.

Num.3.Sanctificavi domum hanc, quam ædificaſti. c.17. q. 11. n.96. p.349

CAP. X.

Num.20.Duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc,atque inde. c.2.q.18.n. 166. p.61

CAP. XI.

Num.5. Colebat Salomon Aſtarthen deam Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum. c.10.q.17.n.174. p.265

11. Scindam regnum tuum,& dabo illud ſervo tuo. c.17. q.9.n.79. p.347

30. Apprehendens Ahias pallium ſuum novum quo coopertus erat,ſcidit in duodecim partes. c.13. q.2.n. 12. p 321

CAP. XII.

Num.11. Pater meus cæcidit vos flagellis.c.7.q 12. n.103. p.166

14. Pater meus cæcidit vns flagellis; ego autem cædam vos ſcorpionibus. c.16.q.22.n.17. pag.331

CAP. XIII.

Num.14. Decipitur Propheta ab alio, occiditur à leone. c.5.q.9.n.57. p.125

CAP. XIV.

Num. 6. Ingredere uxor Jeroboam. cap.5.exp.4. n.67. p.126

CAP. XVII.

Num.10. Da mihi paululum aquæ, ut bibam & affer buccellam panis in manu tua. c.6.q.2. n.15. p.142

14. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Hydria farinæ non deficiat, & lecythus olei non minuetur. c.9.q.34.n.261. p.243

CAP. XVIII.

Num.15. Vivit Dominus Deus Iſrael in cujus conſpectu ſto. c.2.q.4.n.39. p.46

40. Apprehendite prophetas Baal, & nec unus quidem effugiat ex eis. c.5.q.8.n.50. p.124

CAP. XIX.

Num. 2. Hæc mihi faciant Dij, & hæc mihi addant, niſi hac hora cras poſuero animam tuam, ſicut unam ex illis. cap.4.q.4.n.33. pag.103

6. Surge comede, & ecce ad caput ejus ſubcinericios panis. c.18.q.5.n.34. p.355

20. Quod meum erat feci tibi. cap.1. q.26.n.171. pag.25

CAP. XXI.

Num. 10. Submittite viros filios Belial & contra eum falſum teſtimonium dicant. c.6. q.12. n.96. p.151

CAP. XXII.

Num.22. Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum. cap. 12. q.18.n.34. pag.286

Ex libro quarto Regum.

CAP. II.

Num.10. Tulit palliom ſuum, & dedit illi. c 1.q.36.n 259. p.36

12. Pater mi currus Iſrael, & auriga ejus & non vidit eum amplius, & ſcidit veſtimenta ſua in duas partes. c.1.q.24.n.157. p.23

13. Currus Iſrael, & auriga ejus. c. 20. q.7. n.68. p.377

15. Videntes filij prophetarum, quod ſpiritus Eliæ requievit ſuper Eliſæum venientes in occurſum ejus adoraverunt proni in terram. c.10.q.22.n.171. p.164

24. Aſcende Calve, egreſſi ſunt duo urſi & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros. c.2.q.18.n.163. p.61

CAP. IV.

Num.21. Collocavit puerum ſuper lectulum hominis Dei. c.9.q.33.n.248. p.242

34. Incubuit ſuper puerum, poſuitque os ſuum ſuper os ejus; & oculos ſuos ſuper oculos ejus. c.9.q.36.n.264. p.244

CAP. V.

Num. 25. Unde venis Giezi? cap. 5. exp.4. n.64. p.126

CAP. VI.

Num. 31. Juravit si non ſtaret eo die caput Eliſei ſuper ipſum. c. 12. q.3.n.19. p.284

CAP. VII.

Num. 1 Hæc dicit Dominus, eras modius ſimilæ ſtatere uno, & duo modij hordei ſtatere uno. c.7. q.6. n.40. p. 160

CAP. XIII.

Num.15. Affer arcum, & ſagittas, & dixit Eliſæus jace ſagittam, & jecit, & ait Eliſæus ſagitta ſalutis Domini contra Syriam. c. 6. q.16.n.85 p.150

Ex 1. libro Paralipomenon.

CAP. XXI.

Num.30. Videns gladium Angeli Domini.c 4. q.1.n.1. p.100. & c.21.q.8.n.68. pag.389

Ex libro ſecundo Paralipomenon.

CAP. VI.

Num.30. Tu ſolus noſti corda filiorum hominum. c.1. exp.12.q.n.254. p.35

CAP. IX.

Num.18. Duo altrinſecus brachiola. c.2.q.18.n.166 pag.61

CAP. XXII.

Num. 11. Erat filia Regis Joram Uxor Jojadæ Pontificis. c.11. q. 1.n.11. p.274

Ex libro Iudith.

CAP. V.

Num.5. Achior reverenter loquitur ad Holophernem. c.1.q.18.n.146. p.70

CAP. VIII.

Num.18. Et dixerunt illi Ozias, & Presbyteri, omnia quæ locuta es vera ſunt. cap.4.q.8. n.67. p.107

CAP. IX.

Num. 3. Domine Deus meus ſubveni mihi viduæ. c.6.q.2.n.13. p.142

13. Capiatur laqueo oculorum meorum, & percutiea eum ex labiis charitatis meæ. c.26. q.1.n.7. p.411

CAP. X.

Num.10. Cum in faciem ejus intendiſſet adoravit eum proſternens. c.2.q.18.n.146. p.70

CAP. XIII.

Num.19. Ecce caput Holofernis principis militiæ Aſſyriorum, & ecce conopeum illius. c.7. q.16.n.142. p. 171.

CAP. XVI.

Num.16. Obtulit illius conopeum in anathema oblivionis. c.9.q.5.n.30. p.218

Ex libro Eſther.

CAP. IX.

Num. 18. Iſti ſunt dies, quos nulla unquam delebit oblivio: & per ſingulas generationes cunctæ in toto orbe provinciæ celebrabunt. c.1.q.2.n.13. p. 43

CAP. XIV.

Num. 13. Tribue ſermonem compoſitum in ore meo, in conſpectu Leonis. c.2.q.14.n.114. pag.54

Ex libro Tobiæ.

CAP. III.

Num.24. In tempore exauditæ fuerunt preces amborum in conſpectu ſummæ gloriæ Dei; & miſſus eſt Angelus Domini. c.1.q.28.n.191. p.27

CAP.

CAP. VIII.

Num.5. Filij ſanctorum ſumus, & non poſſumus ita conjungi, ſicut gentes quæ ignorant Deum. c.7.q.9.n 67. p.162

CAP. XI.

Num.13. Sumens Tobias de felle piſcis, linivit oculos patris ſui, & ſuſtinuit quaſi dimidiam horam. c.9.q.81.n.193. p.237

CAP. XII.

Num.7. Opera Dei revelare, & confiteri honorificum. c.12.q 17.n.12. p.283

12. Ego obtuii orationem tuam Domino. c. 10. q.5.n.33. p.249

Ex libro Iob.

CAP. I.

Num.5. Conſurgens diluculo offerebat ſacrificia. c.5.q.19.n.132. p.133

6. Cum veniſſent filij Dei, ut aſſiſterent coram Domino. c.12.q.17.n.123. p.296

12. Dixit Dominus ad Satan, univerſa quæ habet in manu tua ſunt. c.7. q.39.n.335. p.192

20. Scidit veſtimenta ſua, & tonſo capite adoravit. c.10.q.13.n.113. p.381

CAP. II.

Num.5. Mitte manum tuam, & tange os ejus. c.16.q.12.n.96. p.339

5. Mitte manum tuam, & tange cor, & carnem. c.7.q.21.n.172. p.174

11. Eliphaz Themanites. c.22. q.1.n.7. p.392

CAP. V.

Num.23. Cum lapidibus regionum pactum meum, & ſcies. c.7.q.37.n.316. pag.191

CAP. VII.

Num.11. Non parcam ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei; & fabulabor. c.2.q.6. n.39. p.46

CAP. VIII.

Num. 17. Super acervum petrarum, radices ejus denſabuntur, & inter lapides commorabitur. c.7.q.37.n.323. p.191

CAP. IX.

Num. 16. cum invocantem exaudieris me non credo quòd audierit vocem meam, c.7. q.12. n.82. p.164

CAP. XII.

Num. 12. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia, apud ipſum eſt ſapientia, & fortitudo. c.6.q.9.n.75 p.148

CAP. XVII.

Num.13. Infernus domus mea eſt. c.2. q.24.n.218. pag.66

CAP. XXVIII.

Num. 25. Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in menſura. c.10.q.29.n.231. p.271

CAP. XXX.

Num. 12. Ad dexteram orientis illico calamitates meæ inſurrexerunt c.8.q.18.n.157. p.211

CAP. XXXVII.

Num.4. Tonabit Dominus voce magnitudinis ſuæ, tonabit, & faciet opera. cap.8.q.7.num.69. pag.201

22. Ab Aquilone aurum venit. cap.17. q.7.n.69. pag.346

CAP. XXXIX.

Num.9. Numquid volet Rhinoceros ſervire tibi, aut morabitur ad præſepe tuum. c.9.q.5.n.33. pag.219

21. Exultat audacter in occurſum pergit armatis, & contemnit pavorem. c.9.q.10.n.74. p.223

CAP. XL.

Num.1. Reſpondens autem Dominus Job de turbine, c.1.q.17.n.113. p.18

CAP. XLI.

Num.23. Æſtimabit abyſſum, quaſi ſeneſcentem. c.5.q.18.n.132. p.133

CAP. XLII.

Num. 7. Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos; non eſtis locuti coram me rectum.

Ex libro Pſalmorum.

PSAL. I.

Num. 5. Non reſurgent impij in judicio. c.10. q.18.n.226. p.278

PSAL. II.

Num. 7. Ego hodie genui te. cap.13.q.6. n.67.68, pag.308

12. Apprehendite diſciplinam. cap.12. q.3.n.19. pag.184

13. Cum exarſerit in brevi ira ejus, beati, qui confidunt in eo. c.3.q.17.n.97. p.93

PSAL. III.

Num. 6. Ego dormivi, & ſoporatus ſum exurrexi quia Dominus ſuſcepit me. cap.4.q.5.n.47. pag.105

PSAL. IV.

Num.7. Quis oſtendit nobis bona, ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui. c.4. q.7.n. 59. & q.18.n.6. p.106

8. A fructu frumenti, vini, & olei multiplicati fideles, in pace in idipſum dormiam. cap.4. q.18. n.138. p.115

PSAL. V.

Num. 3. Manè aſtabo tibi, & videbo. cap.5.q.19. n.132. p.133

5. Non Deus volens iniquitatem, tu es. c.2. q.21. n.22. p.44

10. Cor eorum vanum eſt; ſepulchrum patiens eſt guttur eorum. c.1.q.32.n.222. p 31

PSAL. VI.

Num. 6. In inferno quis confitebitur tibi. c.2.q.24. n.218. p.66

PSAL. IX.

Num.5. Scuto circumdabit te veritas ejus. cap.4. q.8. n.65. p.107

7. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. cap.2. exp. dico q.29. n. 132. pag.59

15. Qui exaltas me de portis mortis. cap.2. q.26. n.234. p. 68

PSAL. X.

Num. 5. Dominus in Cœlo ſedes ejus. cap.7. q.29. n.264. p.184

6. Oculi Domini in pauperem reſpiciunt. cap.3. q.8.n.44. p.87

PSAL. XII.

Num. 4. Illumina oculos meos ne unquam obdormiam. c.2. q.10. n.72. p.50

PSAL. XVI.

Num.14. A paucis de terra divide eos. cap.6. q.10. n.82. p.149

PSAL. XVII.

Num. 5. Circundederunt me dolores mortis & dolores inferni circumdederunt me. c.2.q.24. n.217. p.66

34. Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum, & ſuper excelſa ſtatuens me. cap.4 q 6.n.55. pag.106

35. Poſuiſti ot arcum æreum brachia mea. cap.9. q.26.n.184. p.136
45. In auditu auris obedivit. c.10.q.8.n:57. p.252
46. Filij alieni mentiti ſunt mihi. c.10.q.24.n.198. p.267

PSAL. XVIII.

Num.6. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. cap.1. q.13.n.99.p.16. & c.2.q.9.n.66. p.49
6. In Sole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. c.1.q.34.n.244. p.34

PSAL. XX.

Num.1. Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. c.10.q.8.o.57. p.152
4. Poſoiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo. c.7.q.36.n.313. p.189
4. Deſiderium cordis ejus tribuiſti ei, præveniſti eum in benedictionibus dulcedinis. cap.9. q.30.n.226. p.140

PSAL. XXI.

Num.4. Tu autem in Sancto habitas Deus Iſrael. c.1.q.11.n.84. p.51
7. Ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum. c.7.q.10.n.78. p.164

PSAL. XXII.

Num.5. Calix meus inebrians quàm præclarus eſt. c.1.q.14.n.140.142. p.57

PSAL. XXIII.

Num.4. Qui non accepit in vano animam ſuam, nec juravit in dolo proximo ſuo. cap.5.q.3. o.21. p.121
7. Attollite portas Principes veſtras. cap.2. q.27. n.241. p.69
8. Tollite portas Principes veſtras, & introibit Rex gloriæ. c.1.q.12.n.147. p.22
10. Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ. cap.7. q.23.n.208. p.178

PSAL. XXIV.

Num.15. Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos. cap.1.q.16.n.110. p.17. & c.6.q.14.n.114. p.153

PSAL. XXVII.

Num.7. In ipſo refloruit caro mea. c.3 q.11.n.56. p 88
8. Ne fiant ſicut Patres eorum, generatio prava, & exaſpera, quæ non direxit cor ſuum. c.7. n.234. p.181

PSAL. XXVIII.

Num.9. Vox Domini præparantis Cervos. cap.2. q.5.n.36. p.45

PSAL. XXX.

Num 16. In manibus tuis ſortes meæ. cap.1.q.41. n.287. p.39

PSAL. XXXI.

Num.10. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domioe, quam abſcondiſti timeotibus te. c.5.q.23.n.189. p.139

PSAL. XXXII.

Num.12. Populus quem elegit io hæreditatem ſibi. c.9 q.21.n.14-. p.231

PSAL. XXXIII.

Num.1. Semper laus ejus in ore meo. cap.11. q.3. o.17. p.275
11. Divites eguerunt, & eſurierunt. c.8.q.13.n.102. p.205
16. Aures ejus in preces eorum. cap.2.q.28.n.247. pag.71

PSAL. XXXIV.

Num.13. Ego autem cum mihi moleſti eſſent induebar cilicio, humiliabam io jejunio animam meam. cap.7. quæſt.7. n.10. p.156

PSAL. XXXV.

Num.9. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. c.2.q.14.n.140. p.57

PSAL. XXXVI.

Num.25. Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi juſtum dereſictum, nec ſemen ejus quærens panem. c.5.q.2.n.11. p.120

PSAL. XXXVII.

Num.10. Inimici mei vivunt, & confirmati ſunt ſuper me. c.7.q.12.n.110. p.167

PSAL. XXXVIII.

Num.1. Dixi: Cuſtodiam vias meas. cap.20.q.6. n.63. p.377

PSAL. XXXIX.

Num.2. Eduxit me de lacu miſeriæ, ac de luto fæcis, ſtatuit pedes meos. c.4.q.7.n.58. p.106
11. Noo abſcondi veritatem tuam à conſilio multo. c.12.q.16.o.117. p.295.
18. Mendicus ſum, & pauper. cap.4.q.19.n.144. p.116

PSAL. XL.

Num.1. Beatus, qui intelligit egenum & pauperem. c.11.q.12.n.75. p.281

PSAL. XLIV.

Num.8. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea unxit te Deus oleo lætitiæ. c.2. q.30.n.257. p.72
10. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato. c.10.q.15.n.111. p.258

PSAL. XLVII.

Num.3. Latera Aquilonis Civitas Regis magni. c.17.q.7.n.68. p.346
8. In ſpiritu vehementi conteres naves Tharſis. c.10.q.29.n.231. p.271
13. Secundom nomen tuum. Sic laus tua. cap.1. q.40.n.289. p.39

PSAL. XLVIII.

Num.13. Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus. c.10. q.23.n.178. p.265

PSAL. XLIX.

Num.16. Peccatori autem dixit Deus; quare tu enarras juſtitias meas. cap.9. q.23. n.164. p.233

PSAL. LIII.

Num.1. Deus in nomine tuo ſalvum me fac. c.3. q.18.o.110. p.95

PSAL. LIV.

Num.7. Quis dabit mihi pennas ſicut Columbæ. cap.1.quæſt.10.n.69.p.11. & c.18.q.6.n.39. p.356

PSAL. LXI.

Num.10. Vani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris. c.4.q.10.n.79. p.109
11. Semel locutus eſt Deus. cap.6.quæſt.13.n.102. p.152

PSAL. LXII.

Num.2. Deus Deus meus ad te de luce vigilo. c.5. q.19.n.132. p.133
3. In terra deſerta, invia, & inaquoſa: ſic in ſancto apparui tibi. c.13.q.2 n.16. p.302

PSAL. LXIII.

Num.3. Tempeſtas demerſit me. cap.6.q.12.o.98. p.151

PSAL. LXV.

Num.10. Igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum. c.2.q.7.n.51. p.47

PSAL. LXVII.

Num.6. Pater Orphanorum, & judex viduarum. c.6.q.2.n.13. & 14. p.142

14. Si

14. Si dormiatis inter medios Cleros pennæ Columbæ. c.7.q.22.n.176. p.175

14. Poſteriora dorſi ejus in pallore auri. c.1. q.18. n.185. p.19

26. Prævenerunt Principes conjuncti pſallentibus, benedicite Deo Domino de fontibus Iſrael. c.3.q.9.n.59. p.87

27. In Eccleſijs benedicite Deo Domino de fontibus Iſrael, ibi Benjamin adoleſcentulus in montis exceſſu. c.9.q.18.n.133. p.229

32. Æthiopia præveniet manus ejus Deo. cap.8. q.16.n.140. p.209

PSAL. LXVIII.

Num.25. Effunde ſuper eos iram tuam. c.8. q.13. n.101. p.205

26. Fiat habitatio eorum deſerta, & non ſit, qui habitet in ea. c.1.q.33.n.233. p.32

PSAL. LXXI.

Num.6. Deſcendet ſicut pluvia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. c.2. q.32. n.274. p.74

9. Coram illo procident Æthiopes. c.8.q.16.n.141. p.209

PSAL. LXXII.

Num.20. Imagines ipſorum ad nihilum rediges. c.20.q.4.n.49. p.375

25. Quid mihi eſt in Cœlo? & à te quid volui ſuper terram? c.2.q.10.n.73. p.50

PSAL. LXXIII.

Num.5. Poſuerunt ſigna ſua, ſigna; & non cognoverunt. c.18.q.2.n.14. p.354

PSAL. LXXVI.

Num.20. In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis, veſtigia tua non cognoſcentur. c.2. q.9.n.66. p.49

PSAL. LXXVII.

Num.23. Januas Cœli aperui, & pluit illis manna ad manducandum, panem Cœli dedit eis. c.3.q.5.n.25. p.84

27. Pluit ſuper eos carnes, ſicut arenam maris volatilia pennata adhuc eſcæ erant in ore eorum; & ira Dei aſcendit ſuper eos. c.5. q.7.n.45. p.124

55. Qui habitare facit unius moris in domo. c.1. q.28.n.190. p.27

PSAL. LXXVIII.

Num.1. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam. c.4.n.9. p.100

PSAL. LXXIX.

Num.15. Reſpice de Cœlo vide, & viſita vineam iſtam. c.1.q.6.n.30. p.85

PSAL. LXXX.

Num.7. Manus ejus in Cophino ſervierunt. c.12. q.8.n.47. p.287

PSAL. LXXXI.

Num.1. Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat. c.7.q.33.n.292. p.187

PSAL. LXXXIII.

Num.10. Protector noſter aſpice Deus. c.13. q.6. n.29. p.302

PSAL. LXXXV.

Num.14. Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me, & Synagoga potentium quæſierunt animam meam. c.11.q.1.n.8. p.282

PSAL. LXXXVIII.

Num.13. Thabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt. c.8.q.7.n.66. p.201

PSAL. LXXXIX.

Num.9. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. c.1.q.32.n.226. p.31

PSAL. XC.

Num.6. Et à dæmonio meridiano. c.10.q.10.n.73. p.254

PSAL. XCII.

Num.1. Dominus regnavit decorem indutus eſt, induit Dominus fortitudinem & præcinxit ſe. c.4.q.5.n.48.p.105. & c.14.q.3.n.21. p.314

PSAL. XCIII.

Num.19. Secundum multitudinem dolorum meorum, conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam. c.5.q.23.n.189. p.139

Num.2. Nubes, & caligo in circuitu ejus. cap.1. q.17.n.113. p.17

PSAL. XCVII.

Num.1. Salvavit ſibi dextera ejus. cap.9. q.21. n.147.p.231

PSAL. CI.

Num.12. Dies mei declinaverunt. c.7.q.12.n.185. p.176

PSAL. CII.

Num.20. Facientes verbum illius ad audiendam vocem ſermonum ejus. c.9.q.12.n.89. p.225

PSAL. CIII.

Num.21. Catuli leonum rugientes, ut rapiant, & quærant eſcam ſibi. cap.4.q.17. num.130. p.115

4. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem. cap.12.quæſt.16.n.115. p.295

5. Fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur. c.15.q.9.n.70. p.326

PSAL. CIV.

Num.19. Eloquium Domini inflammavit eum. c.9.q.5.n.109. p.227

22. Ut erudiret Principes ejus ſicut ſemetipſum & ſenes ejus prudentiam doceret. c.13. q.3. n.15. p.322

PSAL. CV.

Num.2. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus. cap 9. q.4. n.21. p.217

37. Immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs. c.7.q.26.n.24. p.182

PSAL. CXIII.

Num.7. A facie Domini mota eſt terra. c.4. q.16. n.119. p.113

7. Montes exultaſtis ſicut arietes. ibid.

17. Non mortui laudabunt te Domine; ſed nos qui vivimus. c.10.q.14 n.104. p.253

PSAL. CXVII.

Num.11. Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. cap.4.q.5.n.44. p.104

18. Caſtigans caſtigavit me Dominus. cap.5. exp. n.15. p.120

PSAL. CXVIII.

Num.62. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. c.5.q.19.n.133. p.133

97. Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea eſt? c.5. ibid.

PSAL. CXXIV.

Num.3. Non relinquet Dominus virgam peccatorum. c.16.q.12.n.94. p.339

PSAL. CXXVII.

Num.3. Uxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. c.7.q.8.n.55. p.161

PSAL. CXXVIII.
Num.1. Sæpè expugnaverunt me à juventute mea, etenim non potuerunt mihi. cap.10. q.14. n.168. p.264

PSAL. CXXX.
Num. 1. Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei. c.15. q.9. n.60. pag.508

PSAL. CXXXI.
Num.18. Inimicos ejus induam confuſione: ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea. c.4 q.5.n.46. p.105

PSAL. CXXXVIII.
Num.11. Et nox illuminatio mea in deliciis meis. c.8.q.19.n.166. p.212
22. Perfecto odio oderam illos. cap.7.q.25.n.240. pag.182

PSAL. CXXXIX.
Num. 8. Obumbraſti caput meum in die belli. c.2.n.71. p.49

PSAL. CXL.
Num. 10. Singulariter ſum ego donec tranſeam. c.7.q.32. n. 286. p.187

PSAL. CXLV.
Num. 9. Pupillum, & viduam ſuſcipiet. c. 6. q.1. n.13. p.142

PSAL. CL.
Num. 3. Laudate eum in ſono tubæ, laudate eum in pſalterio, & cithara. cap. 15. q.9. n.71. pag. 527

Ex Proverbiis.

CAP. III.
Num.24. SI dormieris, non timebis, quieſces, & ſuavis erit ſumnus tuus. cap.7. q.41.n.546. p.193

CAP. VIII.
Num. 17. Mane vigilare. cap.5.q.19.n.132. p.135
23. Ab æterno ordinata ſum. cap.10. q.15.n.214. pag.258

CAP. IX.
Num.1. Sapientia ædificavit ſibi domum immolavit victimas, miſcuit vinum, propoſuit menſam ſuam, miſit ancillas ſuas. cap.2. q.31.n.265. p.75. & q.35.n.299. & c.6.q.9. num.77. p.148

CAP. XI.
Num.27. Benè conſurgit diluculo qui quærit bona. c.5. q.19.n.132. p.153

CAP. XII.
Num. 19. Labium veritatis firmum erit, qui autem teſtis eſt repentinus concinnat linguam mendacij. c.6.q.13.n.101. p.151

CAP. XX.
Num. 17. Dulcis eſt panis mendacij. cap.12. q 18. n.155. p.297

CAP. XXII.
Num. 29. Vidiſti virum velocem in opere ſuo coram regibus ſtabit. cap. 12. q.12. n.76. pag.290

CAP. XXVIII.
Num.1. Juſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit. c.4.q.8. n.65. p.107

CAP. XXX.
Num.19. Venit Coluber ad petram. c. 10. q.15. n.113. p. 258

CAP. XXXI.
Num.23. Nobilis in portis vir ejus quando ſederit. c.7.q.25.n.125. p.169
29. Multæ filiæ congregaverunt divitias: tu ſupergreſſa es univerſas. cap.7. q.23. n.207. pag.178

Ex Eccleſiaſtes.

CAP. II.
Num. 1. FIli accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia, & timore, propera animam tuam. c.2. q.31.n.294.
14. Sapientis oculi in capite, ſtultus in tenebris ambulat. c.9.q.28 n.294. p.137
14. Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni, Columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ.cap.3 q.14.n.76. p.90

CAP. III.
Num. 19. Vnus interitus eſt hominis, & jumentorum. cap.10. q.25.n.178. p.265

CAP. V.
Num.7. Excelſo excelſior eſt alius.c.4.q.16.n.122. pag.114

CAP. VII.
Num. 8. Calumnia conturbat ſapientem. cap.22. q.7.n.52.
10. Ne ſis velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. cap.7.q.12.n.107. p.166
15. Sicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia. c.10. q.3.n.16. p.148

CAP. VIII.
Num. 8. Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum, nec habere poteſtatem in die mortis. c.1.q.32. n.227. p.52

CAP. X.
Num.17. Beata terra, cujus Rex nobilis eſt. c.7. q.15.n. 125. p.169
20. In cogitatione tua Regi ne detrahas. c.2.q.28. n.245. p.70

CAP. XI.
Num. 1. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt tempora multa invenies. c.4.q.20.n.150. p.127

Ex Canticis.

CAPVT I.
Num. 1. OSculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt ubera tua vino fragrantia. cap.2. q.35.n.500. p.78
3. Trahe me poſt te, curremus in odorem unguentorum tuorum. c.2.q.56.n.314. p.79
3. Introduxit me Rex in cellaria ſua, exultabimus, & lætabimur in te memores uberum tuorum. c.4.q.19.n.147. p.116
6. Indica mihi ubi cubes, ubi paſcas in meridie. c.10.q.10.n.75. p.254
8. Equitatui meo in curribus Pharaonis, aſſimilavi te amica mea. c.2. q.8.n.64. p.48
13. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi.c.2.q.7. n.57. p. 48

CAP. II.
Num. 2. Ego flos campi. cap. 2. exp.13.n.196. & pag.64
5. Sub umbra illius fructus dulcis gutturi meo. cap. 15. q.5.n.34. p.513
4. Introduxit me Rex in cellam vinariam, fulcite me floribus. cap.7 q.41. n 54. p.193
4. Stipate me malis. cap.20. q.6.n.62. p.376
7. Ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam quoad uſque ipſa velit.c.9.q.36.n.257. p.241

8. Ecce

8. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. c.5.q.5.n.26. p.84
9. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras proſpiciens per cancellos. c.7.q.19.n.162. p.173
10. Surge propera amica mea formoſa mea columba mea. c.7.q.19.n.163. p.173

CAP. III.

Num.4. Tenui eum, nec dimittam donec introducam illum. c.17.q.9.n.80. p.248
6. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus. c.7.q.28.n.208. & c.18.q.11.n.76. p.178
9. Ferculum fecit ſibi Rex Salomon columnas argenteas, reclinatorium aureum. c.1.q.40.n.285. p.39
11. Egredimini filiæ, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater ſua. cap.1.q.22.n.136.p.20. & c.10.q.9.n.60.p.25. & c.11.q.3.n.19. p.275

CAP. IV.

Num.3. Sicut vita coccinea labia tua. cap.13.q.8.num.57. p.307
4. Collum tuum ſicut turris David, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. cap.5.q.4.n.26. pag.122
6. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. c.8.q.15.n.123. p.207
6. Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli. cap.3.q.6.n.36.p.86. & c.5.q.2.n.12. pag.110
8. Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano. c.7.q.5.n.26. p.158
13. Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus. c.2.q.7.n.57.p.48
15. Puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano. c.16.q.1.n.8. p.329
16. Surge Aquilo, & veni Auſter. c.10.q.29.n.231. pag.27

CAP. V.

Num.1. Comedite amici, & inebriamini chariſſimi. c.2.q.14.n.140.141.142. p.37
10. Dilectus meus candidus, & rubicundus. c.2.q.19.n.254.p.71. & c.13.q.8.n.56.p.307. & c.18.q.12.n.89. p.362
11. Caput ejus aurum optimum. cap.3.q.8.n.43. pag.86
16. Dilectus meus totus deſiderabilis. cap.4.n.57. p.206
22. Ego dormio, & cor meum vigilat. c.9.q.18.n.131. p.229

CAP. VI.

Num.1. Venit dilectus in hortum ſuum, ut paſcatur in hortis. n.94.
9. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa, ut Sol. c.1.q.29.n.200. p.28
9. Terribilis ut caſtrorum acies ordinata. cap.2.q.3.n.24. p.44

CAP. VII.

Num.13. Omnia poma nova, & vetera ſervabit tibi. c.17.q.6.n.55. p.346

CAP. VIII.

Num.1. Quis mihi det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deoſculer te. c.7.q.28.n.250. p.172
6. Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum. cap.7.q.8.n.56. p.161
6. Fortis eſt ut mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio. c.7.q.30.n.273. p.186
8. Soror noſtra parva, & ubera non habet quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt. c.5.q.25.n.196. p.140
10. Ego murus, & ubera mea turris. c.2.q.8.n.65. pag.48
14. Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnuloque cervorum. c.9.q.31.n.255. p.241

Ex Libro Sapientiæ.

CAPUT VI.

Num.17. QUoniam dignos ſe ipſa circuit quærens, & in vijs oſtendit ſe illis hilariter. c.9.q.19.n.138. p.230

CAP. VII.

Num.1. Sum ego quidem mortalis homo ſimilis omnibus ex genere terreni. cap.10.q.25.n.179. p.265

CAP. IX.

Num.1. Sapientia ædificavit ſibi domum, miſcuit vinum, & poſuit menſam. cap.19.q.5.n.31. pag.364

CAP. XVI.

Num.21. Subſtantia enim ſua dulcedinem tuam, quam in filios habes oſtendebat. c.10.q.27.n.216. p.269

CAP. XVII.

Num.10. Cum ſit timida nequitia dat teſtimonium condemnationis. cap.4. quæſt.9.n.75. pag.108

CAP. XVIII.

Num.24. In veſte poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum. c.9.q.6.n.38. p.219

Ex Eccleſiaſtico.

CAP. VI.

Num.16. AMicus fidelis medicamentum vitæ. c.21.q.50.n.41. p.386

CAP. XV.

Num.14. Deus ab initio conſtituit hominem & reliquit illum in manu conſilij ſui. cap.9.q.12.n.82. p.224

CAP. XXVI.

Num.21. Sicut Sol oriens mundo in altiſſimis Dei, ſicut mulieris bonæ ſpecies. c.15.q.6.n.51. p.325

CAP. XXXI.

Num.27. In omnibus operibus tuis eſto velox & omnis infirmitas non occurret tibi. c.12.q.12.n.76. p.292

CAP. XLIII.

Num.3. Sol vas admirabile opus excelſi. c.9.q.21.n.156. p.232

CAP. XLV.

Num.8. Beatificavit illum in gloria Sanctorum. c.6.q.7.n.59. p.147

CAP. XLVII.

Num.3. Cum leonibus luſit quaſi cum agnis & in urſis ſimiliter fecit. c.7.q.20.n.167. p.174

CAP. XLIX.

Num.3. Ipſe eſt directus divinitus in pœnitentiam gentis. c.3.q.19.n.120. p.96

CAP. L.

Num.10. Quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo. c.9.q.21.n.153. p.232
19. Ut ſalvos faceret multos populos. c.2. exp.13.n.198. p.64

Ex Iſaia.

CAPUT I.

Num.2. Filios enutrivi, & exaltavi; Væ genti peccatrici. c.7.q.9.n.69. p.163

26. Et reſtituam judices tuos, ut fuerunt prius, & conſiliarios tuos ſicut antiquitus. c.15.q.5. n.24. p.322

CAP. II.

Num.3. Ibunt populi multi & gentes, & dicent: Venite & aſcendamus ad montem Domini. c.11.q.18. p.275

20. In illa die projiciet homo idola argenti ſui & ſimulachra auri ſui, quæ fecerat ſibi, ut adoraret. c.4.q.10 n.80. p.109

CAP. III.

Num.1. Ecce dominator Dominus exercituum auferet à Ieruſalem, & à Iuda validum & fortem omne robur panis, & dabo pueros Principes eorum. c.6.q.1.n.81. p.149

CAP. V.

Num.3. Nunc ergo habitatores Ieruſalem, & Viri Iuda, judicate inter me, & vineam meam, quid eſt, quod ultra debui facere vineæ meæ, & non feci ei. c.4.q.13.n.94. p.111

11. Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem. cap.5. q.19.n.135. p.134

Num.18. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. c.8.exp.6.n.175.

CAP. VI.

Num.4. Et domus repleta eſt fumo. c.2.q.6.n.50. pag.47

5. Et dixi: Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum. c.7.q.34.n.305. p.188

8. Ecce ego mitte me. c.14.q.7.n.48. p.317

CAP. VII.

Num.14. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium & vocabitur nomen ejus Emanuel. c.2. q.23. num.211. p.66

CAP. VIII.

Num.16. Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis. c.1.q.10.n.209. p.29

CAP. IX.

Num.3. Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam. c.6.q.1.n.7. p.142

6. Parvulus datus eſt, cujus imperium ſuper humerum ejus. c.4.q.15.n.111. p.113

11. Levabit Dominus hoſtes Raſin ſuper eum, & inimicos ejus in tumultum vertit. c.19.q.9. n.68. p.368

CAP. X.

Num.27. Computreſcet jugum à facie olei. cap.9. q.25.n.273. p.234

CAP. XI.

Num.2. Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, ſpiritus Sapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis. cap.4. q.11. n.88. p.110

3. Replebit Spiritus timoris Domini. c.2.q.6.n.52. pag.47

10. In die illa Radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum. c.8.q.10.n.84. p.203

CAP. XVI.

Num.1. Emitte agnum Domine dominatorem terræ de petra deſerti. cap.1. quæſt.15.n.113. p.258

11. Venter meus ad Moab, quaſi cithara ſonabit. cap.1.q.21.n.143. p.21

CAP. XVIII.

Num.1. Ite Angeli veloces ad gentem convulſam. c.2.q.14.n.139. p.57

CAP. XIX.

Num.18. In illa die erunt quinque Civitates in terra Ægypti: Civitas Solis vocabitur una. c.11.q.7.n.47. p.278

CAP. XXII.

Num.12. Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum. c.21.q.7.n.57. p.388

CAP. XXVI.

Num.9. Mane vigilabo ad te. cap.5.q.19.n.132. p.133

10. Miſereamur impio, & non diſcet juſtitiam in terra Sanctorum. c.21.q.8.n.66. p.389

17. Sicut quæ concipit cum appropinquaverit ad partum dolens clamat. cap.9. q.11. n.79. p.214

17. Facti ſumus à facie tua Domine, concepimus, & quaſi parturivimus, & peperimus ſpiritum. c.4.q.16.n.124. p.114

CAP. XXVIII.

Num.16. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum angularem. c.4.q.6.n.49. p.105

CAP. XXX.

Num.26. Erit lux Lunæ ſicut lux Solis, & lux Solis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum. c.7.q.1.n.18. p.157

CAP. XXXI.

Num.9. Cujus ignis eſt in Sion, & caminus ejus in Ieruſalem. c.21.q.10.n.84. p.390

CAP. XXXII.

Num.18. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. c.18.q.2.n.13. p.354

CAP. XXXIII.

Num.17. Regem in decore ſuo videbunt oculi tui. c.14.q.4.n.35. p.315

CAP. XXXV.

Num.4. Dominus ipſe veniet, & ſalvabit vos, tunc aperientur oculi cæcorum & aures ſurdorum patebunt. c.2.q.23.n.207. p.65

CAP. XLII.

Num.5. Hæc dicit Dominus Deus, creans cœlos, firmans terram, & quæ germinant ex ea. c.1.q.10.n.70. p.12

CAP. XLV.

Num.1. Hæc dicit Dominus Cyro Chriſto meo. c.19.q.11.n.84. p.370

CAP. XLIX.

Num.2. Poſuit os meum quaſi gladium acutum, in umbra manus ſuæ protexit me. cap.13.q.5. num.38. p.305

CAP. LIII.

Num.4. Verè languores noſtros ipſe portavit & dolores noſtros. c.10.q.12.n.85. p.255

7. Sicut ovis ad occiſionem ducetur, & ſicut agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. c.8.q.18.n.154. p.210

8. De anguſtia, & de judicio ſublatus eſt, generationem ejus quis enarrabit? c.8.q.19 n.161. p.211

CAP. LX.

Num.8. Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant, & tamquam Columbæ ad feneſtras ſuas. c.2.q.14. n.138.p.57. & c.1.q.22.n.120. p.18

16. Mamilla regum lactaberis. c.5.q.2.n.12. p.120

CAP. LXI.

Num.10. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo. c.9. q.9. n.62. p.222

CAP. LXII.

Num.2. Vocabitur tibi nomen novum. c.11.q.8. n.55. & 52. p.279

CAP.

CAP. LXIII.

Num.1. Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? c.7.q.38.n.331. p.192

2. Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum. c.1. q.15.n.103. p.16

CAP. LXVI.

Num.1. Cœlum ſedes mea eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum, c.7.q.10.n.78. & 230. pag.181

20. Et adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus in equis, & in quadrigis. cap.10. q.5.num.36. p.250

Ex Ieremia.

CAP. I.

Num.11. Virgam vigilantem ego video.cap.18. q.9.0.5.p.359.& c.10.q 29.n.229. pag.271

18. Ego dedi te in Civitatem munitam, & in columnam ferream. c 1.q.2.n.145. p.21

CAP. II.

Num.4. Audite verbum Domini domus Jacob,& omnes cognationes domus Iſrael; hæc dicit Dominus quid invenerunt patres veſtri in me iniquitatis. c.4.q.13.n.94. p.111

CAP. III.

Num.3. Prohibitæ ſunt ſtillæ pluviarum, & ſerotinus imber non fuit: amodo vocas me. c.11.q.11.n.69. p.280

CAP. XVII.

Num.1. Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtyllo ferreo in ungue adamantino, exaratum ſuper latitudinem cordis. c.5.q.18.n.127. p.133

10. Pravum eſt cor hominis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? ego Dominus ſcrutans cor. c.1.cap.12.n.254. p.35

CAP. XIX.

Num.5. Ædificaverunt excelſa Baalim, quæ non præcepi, nec locutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum. c.2.q.22.n.202. p.65

CAP. XXIII.

Num.5. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & ſuſcitabo David germen juſtum, & regnabit Rex; & ſapiens erit. cap.7.quæſt.17.n.146. p.171

24. Cœlum, & terram ego impleo. c.7.q.10.0.79. p.164

CAP. XXV.

Num.3. De nocte conſurgens. c.5.q.19.num.132. p.133

CAP. XXVI.

Num.5. Quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens. c.8.q.2.n 18. p.196

CAP. XXVII.

Num.2. Fac tibi vincula, & catenas, & pone eas in collo tuo, & mitte eas ad regem Edom. c.12.q.12.n.78. p.291

CAP. XXXI.

Num.15. Vox in excelſo audita eſt lamentationis, & fletus Rachel plorantis filios ſuos. c.7. q.13.0.113. p.167

CAP. XLIV.

Num.17. Sacrificemus Reginæ Cœli, & libemus ei libamina. c.16.q.9.n.69. p.336

CAP. LI.

Num.7. Calix aureus Babylon inebrians. cap.19. q.9.n.69. p.368

46. Iniquitas in terra, dominator ſuper dominatorem. c.5.q.13.n.95. p.129

Threni.

CAP. I.

Num.1. Aleph quomodo ſedet. cap.10. q.14. n.106. p.257

CAP. II.

Num.8. Cogitavit Dominus diſſipare murum filiæ Sion. c.10.q.29.n.230. p.271

Num.11. Effuſum eſt in terra jecur meum. cap.21. q.4.n.29. p.385

CAP. III.

Num.6. In tenebroſis collocavit me quaſi mortuos ſempiternos, & circumædificavit adverſum me, ut non egrediar. c.12.q.6.n.40. p 277

CAP. V.

Num.6. Ægypto dedimus manus. c.8.q.16.n.140. p 209

10. Pellis noſtra exuſta eſt à facie tempeſtatum famis. c.11.q.11.n.68. p.280

Ex Ezechiele.

CAP. I.

Num.12. Ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur, nec revertebantur cum ambularent. cap.5.q 13.n.96.p.129. & c.13. q.12.n.93. p.311

14. Ibant,& revertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis. c.6.q.5.n.28. p.144

CAP. III.

Num.1. Comede volumen iſtud, & loquere ad filios Iſrael. c.2.q.5.n.38. p.45

CAP. XI.

Num.19. Auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo eis cor carneum. c.2.cap.11.n.168. pag.61

CAP. XIV.

Num.19. Si peſtilentiam immiſero ſuper terram illam, & effudero indignationem meam ſuper eam in ſanguine. c.9.q.35.n.262. p.243

CAP. XVII.

Num.9. Non in brachio grandi, neque in populo multo,ut evelleret eam radicitus. cap.5.q.4. num.30. p.122

CAP. XXI.

Num.26. Hæc dicit Dominus Deus aufer cidarim, tolle coronam. c.1.q.31.n.216. p.30

CAP. XXIII.

Num.33. Ebrietate, & dolore repleberis; Calice mœroris, & triſtitiæ. c.5.q.24.n.193. p.140

CAP. XXXVII.

Num.4. Dicit Dominus vaticinare de oſſibus iſtis: & dices eis, oſſa arida audite verbum Domini. c.9.q.36.n.268. p.244

Ex Daniele.

CAP. III.

Num.21. Confeſtim viri illi vincti cum braccis ſuis, & tiaris, ac calceamentis. c.7.q.17.n.120. p.168

24. Ambulabant in medio ignis ardentis laudantes Deum. c.9.q.36.n.266. p.144

49. Fecit ventum roris. c 18.q.5.n.35. p 356

37. Benedicite omnia opera Domini Domino.c.16. q.10.n.79. p.337

91. Ecce video quatuor viros ambulantes in medio ignis, c.1.q.13.n.91.p.15. & cap.2.q.4. n.30.p.44. & c.5.q.25.n.19. p.140

CAP. IV.

Num 2. Cogitationes meæ in ſtrato meo, & viſiones capitis mei. c.12.q.9.n.53. p.288

9. Folia ejus pulcherrima, & fructus ejus nimius. c.5.q.25.n.179. p.138

10. Succidite arborem, & diſſipate illam attamen germen radicum ejus in terra dimittite. c.18 q.10.n 65. p.559

28. Vox de Cœlo ruit: tibi dicitur Nabuchodonoſor rex: regnum tuum tranſibit à te.c.12. q.20.n.152. p.299

CAP. V.

Num.12. Impoſuit ei nomen rex Balthaſar. c.14. n.34. p.315

CAP. VII.

Num.9. Antiquus dierum ſedit, & capilli capitis ejus quaſi lana. c.14.q.3.n.20. p.314

9. Thronus ejus flammæ ignis accenſus, & millia millium miniſtrabant ei. c.2.q.9.n.68. p 49

CAP. IX.

Num.3. Et poſui faciem meam ad Dominum rogare, & deprecari in jejunio ſaccu,& cinere. c.3.q.3.n.19. p 83

CAP. XIII.

Num.34. Presbyteri in medio populi poſuerunt manus ſuper caput ejus.c.8.q.9.n.74. p.202

41. Credidit eos multitudo quaſi ſenibus, & judicibus. c.12.q.8.n.50. p.187

45. Suſcitavit Deus Spiritum ſanctum pueri junioris, cujus nomen Daniel & exclamavit voce magna; mundus ſum à ſanguine hujus. c.1.q.8.n.66.

CAP. XIV.

Num.18. Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te, & domum tuam. cap.6.q.15. o.218. p.153

35. Apprehendit eum Angelus Domini in vertice ejus, & portavit eum capillo capitis ſui. c.3.q.2.n.15. p.83

39. Erat Daniel ſedens in medio leonum. cap.20. q.14.n.114. p.382

Ex Oſea.

CAP. II.

Num. 15. DAbo vobis vinitores ex eodem loco. c.6. exp.2.n.19. p.143

15. Loquar ad cor ejus, & dabo ei vallem Achor ad aperiendam ſpem. c.2.q.1.n.9. p.42

CAP. IV.

Num.11. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. c.24 q.9.n.68. p 42

CAP. XII.

Num.3. In utero ſupplantavit fratrem ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo. c.10.q.40.n.107. p.158

5. Rogavit, & flevit ad eum. cap.1.q.18. n.150. pag.22

CAP. XIII.

Num.9. Perditio Iſrael tantommodo in me auxilium tuum. c.2.q.22.n.202. p.65

CAP. XIV.

Num.9. Ex me fructus tuus inventus eſt. c.10 q.15. num.112. p.258

Ex Ioel.

CAPUT I.

Num.4. REſiduum locuſtæ comedit bruchus & reſiduum bruchi comedit rubigo. c.18 q.2.n.33. p.354

CAP. II.

Num.28. Erit in noviſſimis diebus dicit Dominus: effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri. c.2.exp.11.p.62. & q.20.n.189. p.183

Ex Amos Propheta.

CAP. IV.

Num.4. AFferte mane victimas veſtras. cap.5. q.19.n.132. p.133

Num 8. Qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ.c.9.q.25.0.174. p.234

25. Numquid hoſtias, & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto. c.7.n.214.215. p.179

CAP. VII.

Num.15. Vade Propheta ad populum Iſrael. c.12. q.1.n.9. p.392

CAP. VIII.

Num.7. Iuravit Dominus in ſuperbiam Iacob; ſi oblitus fuero uſque in finem omnia opera eorum. c.7.q.9.n.68. p.163

Ex Iona Propheta.

CAP. I.

Num.9. DOminum Deum Cœli ego timeo, qui fecit mare, & aridam. cap.4.q.11. num.89. p 110

CAP. II.

Num.1. Præparavit Dominus piſcem grandem ut deglutiret Ionam. c.5.q.13.n.68.p.50. & c.9. q 24.n.171. p.234

1. Erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus,& tribus noctibus oravit ad Dominum. c.2.q.15. n.301. p 78

CAP. III.

Num.4. Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur. c.7.q.26 n.249. p.183

8. Operiantur ſaccis homines, & jumenta, & clament ad Dominum in fortitudine. c.7.q.38. 0.525.p.191. & c.17.q.11.n.97. p.349

Ex Michæa.

CAP. II.

Num.11. STillabo tibi in vinum, & in ebrietatem. c.2.q.14.n.14. p.54

CAP. III.

Num.11. Prophetæ ejus in pecunia divinabant propterea cauſa veſtri Sion quaſi ager arabitur. c.8.q 13.n.105. p.205

CAP. V.

Num.2. In Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus.

CAP. VI.

Num.2. Audiant montes judicium Domini & fortia fundamenta terræ, quia judicium Domini cum populo ſuo & cum Iſrael dijudicabitur. c.4.q.13.n.94. p.111

Ex Habacuc.

CAP. I.

Num.13. MUndi ſunt oculi tui, ne videas malum; & reſpicere ad iniquitatem non poteris. cap.1. quæſt.25. 0.202. pag.65

16. Super hoc lætabitur, & exultabit, propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo. c.8.q.12.n.95. p 204

CAP.

CAP. III.

Num.3. Deus ab Auſtro veniet, & Sanctus de monte Pharan. c.18.q.3.n.33. p.355

14. Maledixiſti Sceptris ejus, capiti bellatorum ejus. c.23.q.5.n.40. p.401

Ex Sophonia.

CAP. I.

Num.4. DIſperdam de loco hoc reliquias Baal. c.23.q.1.n.57. p.399

Ex Aggæo Propheta.

CAP. II.

Num.7. COmmovebo Cœlum, & terram, & movebo omnes gentes. c.4.q.18. num.120. p.114

Ex Zacharia.

CAP. II.

Num.8. HÆc dicit Dominus exercituum poſt gloriam miſit me ad gentes quæ ſpoliaverunt vos. c.7.q.14.n.124. p.168

CAP. III.

Num.3. Erat Jeſus indutus veſtibus ſordidis, ſtabat ante faciem Angeli. c.12.q.16.n.18. pag.295

4. Aufette veſtimenta ſordida ab eo, & dixit ad eum: ecce abſtuli à te iniquitates tuas. c.12. q.16.n.118.p.195. & q.20.n.149. p.298

9. Super lapidem unum ſeptem oculi ſunt. cap.10. q.11.n.96. p.380

CAP. V.

Num.2. Video volumen volans. c.25.q.11.n.56. pag.419

4. Educam illud dicit Dominus exercituum & veniet ad domum furis, & ad domum jurantis in nomine meo mendaciter. cap.5. q.4. num.29. p.122

CAP. XI.

Num.7. Aſſumpſi mihi duas virgas, unam vocavi decorem, & alteram vocavi funiculum. c.7. q.15.n.128. p.169

15. Sume tibi vas paſtoris ſtulti. c.12.q.19.n.143 p.198

Ex Malachia.

CAP. II.

Num.7. SAcerdos Angelus Domini eſt. c.5.q.13. n.93. p.129

CAP. IV.

Num.2. Orietur vobis timentibus nomen meum Sol juſtitiæ, & ſanitas in pennis ejus. c.9. q.26.n.183. p.135

5. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus. c.24.q.9. n.71. p.413

Ex Libro primo Machabæorum.

CAP. IV.

Num.57. ORnaverunt templum coronis aureis. c.14.n.35. p.316

CAP. VI.

Num.13. Ecce pereo triſtitia magna in terra aliena. c.5.q.24.n.193. p.140

CAP. XII.

Num.9. Habentes ſolatio ſanctos libros. cap.19. q.10.n.71. p.368

Ex ſecundo Machabæorum.

CAP. IX.

Num.5. PErcuſſitque eum Dominus inſanabili, & inviſibili plaga, apprehenditque eum dolor dirus viſcerum, & internorum tormenta. c.1.q.32.n.221. p.31

EX NOVO TESTAMENTO;

Ex Matthæo.

CAPUT I.

Num.8. IOram genuit Oziam. cap.17.q.4.n.40. p.344

21. Quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt, pariet autem filium, & vocabis nomen ejus Jeſum. c.2.q.24.n.210. p.66

22. Ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. c.2.q.23.n.211. ibid.

25. Non cognovit eam, donec peperit filium ſuum primogenitum. c.2.exp.15.n.15. p.71

CAP. II.

Num.2. Ecce Magi, ubi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum. c.16.q.1.n.12. p.330

3. Vidimus ſtellam ejus in Oriente. cap.9. q.14. n.106. p.227

13. Fuge in Ægyptum, & ſto ibi dum dicam tibi. c.16.q.4.n.35. p.332

14. Qui conſurgens, accepit puerum, & matrem ejus nocte, & ſeceſſit in Ægyptum. cap.13. q.5.n.39. p.305

16. Turbatus eſt Herodes, & iratus eſt valde. c.4. q.9.n.76. p.108

16. Interfecit omnes pueros. c.17.q.2.n.15. p.342

CAP. III.

Num.11. Ego quidem baptizo, vos in aqua pœnitentiam, qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt cujus non ſum dignus calceamenta portare. c.5.q.10.n.68. p.116

16. Vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, venientẽ ſuper ſe. c.2.q.4.n.26.p.44

17. Apparuit Spiritus ſanctus, & vox Patris audita eſt. c.9.q.9.n.63. p.222

CAP. IV.

Num.3. Si Filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. c.2.q.19.n.179. p.62

5. Si Filius Dei es: mitte te deorſum. cap.14.n.17. p.314. & c.17.q.10.n.84. p.348

9. Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me. c.8.q.12.n.97. p.204

18. Vidit duos fratres Simonem, & Andream, & vocavit eos. c.11.q.1.n.9. p.274

18. Cœpit Ieſus prædicare, pœnitentiam agite, appropinquavit regnum Cœlorum. c.19. q.1.n.12. p.363

19. Venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum. c.18.q.1.n.21. p.354

21. Vidit alios duos fratres filios Zebedæi & vocavit eos, & ſequuti ſunt eum. cap.12. q.2. n.14. p.183

CAP. V.

Num.1. Cum ſediſſet acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus, & docebat eos. c.2.q.11.n.82 p.51. & q.16.n.154. p.59

3. Beati pauperes. c.20.q.13.n.111. p.381

9. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.

16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Cœlis eſt. cap.3.q.16. num.96. p.93

43. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros. c.1.q.30.n.209. p.19

CAP. VI.

Num.1. Attendite ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis. c.3. q.16.n.96. p.93

9. Sic orabitis : Pater noſter, qui es in cœlis ſanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum. c.3.q.1.n.8. p.82

10. Pater noſter, qui es in Cœlis, adveniat regnum tuum. c.4.q.17.n.129. p.114

CAP. VIII.

Num.9. Homo ſunt ſub poteſtate conſtitutus habens ſub me milites.

20. Vulpes foveas habent, & volucres Cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi reclinet caput. c.4 q.19.n.144.p.116. & c.8. q.13.n.104. p.205

22. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. c.13. q.9.n.58. p.403

23. Aſcendente Chriſto in naviculam ſecuti ſunt eum diſcipuli. c.7.q 5.n.29. p.158

26. Dicit eis : modicæ fidei ? quid timidi eſtis? c.3.q.17.n.106. p.94

28. Habentes dæmonia de monumentis exeuntes, ſævi nimis, itaut nemo poſſet tranſire per viam. c.5.q.15.n.103. p.130

29. Exclamaverunt dicentes, quid nobis, & tibi, Jeſu fili Dei ? Veniſti huc ante tempus torquere nos. c.5.q 15.n.104. ibid.

34. Ecce tota Civitas exijt obviam Jeſo, & viſo eo rogabant, ut tranſires à finibus eorum. c.16.q.9.n.61. p.336

CAP. IX.

Num.9. Vidit hominem Matthæum nomine ſedentem in Telonio. c.. q.3.n.17. p.217

9. Et dixit illi ſequere me. c.2.q.50.n.40. p.46

CAP. X.

Num.10. Calceamenta nolite portare. cap.7.q.23. n.201.p.177. & c.12.q.13.n.82. p.291

16. Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum. c.5 q.10.n.57. p.126

22. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. c.14.q.6.n 44. p 316

27. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis prædicate ſuper tecta. c.8.q.1 .n.80. p.202

CAP. XI.

Num.3. Tu es, qui venturus es, cap.25. q.1.n.7. p.415

10. Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam. c.6.q 14.n.107. p.152

25. Confiteor tibi Pater Domine Cœli, & terræ. cap.8.q.19.n.164. p.212

CAP. XII.

Num.41. Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam. c.11.q.5.n.35. p.277

CAP. XIII.

Num.11. Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei. c.5.q 12.n.77. p.128

CAP. XV.

Num.24. Non ſum miſſus, niſi ad oves, quæ perierunt domus Iſrael. c.9.q 9 n 63. p.222

28. O mulier magna eſt fides tua fiat tibi ſicut tu vis. cap.1.quæſt.28.n.195.p 47. & c.3 q.17. n.105. p 94

CAP. XVI.

Num.16. Tu es Chriſtus filius Dei vivi. c.5.q.14. n.99. p.130

17 Beatus es Simon Barjona, quia caro, & ſanguis non revelavit tibi. c.5.q.14.n.97. p.129

18. Beatus es Simon Barjona, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram. c.1.q.41.n.290. p.39

21. Exinde cœpit Jeſus oſtendere diſcipulis ſuis quia oporteret ire Iſrael pati. c.12.q.4.n.23. p.284

CAP. XVII.

Num.4. Domine bonum eſt, nos hic eſſe ; ſi vis faciamus tria tabernacula. c.9.q.27.n.188. p.236

4. Si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unũ, & Eliæ unum. c.5.q.5.n.34.p.122

5. Ecce nubes lucida obumbravit eos. cap. q.4. num.27. p.218

5. Adhuc loquente Petro : ecce nubes lucida obumbravit eos. c.5.q.52.n.90. p.128

26. Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit tolle. c.12.q.13.n.85. p.292

26. Eum piſcem, qui primus aſcenderit tolle, & aperto ore ejus invenies ſtaterem, illum ſumens, da eis pro me, & te. c.10.q.11.n.79. 80.81. p.254

CAP. XVIII.

Num.2. Advocans Jeſus parvulum, ſtatuit in medio eorum. c.4.q.17.n.127. p.114

19. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re, quamcumque petierint fiet illis à Patre meo. c.5.q.1.n.9. p.82

CAP. XIX.

Num.28. Cum ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis, & vos. c.1.q.34.n.243. pag.34

CAP. XX.

Num.13. Amice non facio tibi injuriam, volo huic dare ; ſicut & tibi, aut non licet mihi quod volo facere. c.1.q.37.n.265. p.37

24. Vocavit Ieſus ad ſe, & ait : ſcitis, quia Principes gentium dominantur eorum. cap.4.q.3. n.31. p.103

CAP. XXI.

Num.2. Ite in Caſtellum, quod contra vos eſt, & invenietis aſinã alligatam, & pullum cum ea : Solvite, & adducite mihi. c.2.q.37.n 118.p.55

9. Benedictus, qui venit in nomine Domini. c.10. q.25.n.206 p.268. & c.7.q.28.n.263. p.184

33. Plantavit vineam, & ſepem circumdedit ei & fodit ei torcular. c.8 q.10.n.82. p.202

38. Hic eſt hæres, venite occidamus eum. c.3.q.19. p.111. p.96

41. Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis. c.4.q.13 n.95. p.111

CAP. XXII.

Num.11. Intravit rex ut videret diſcumbentes vidit hominem non veſtitum veſte nuptiali. c.7.q.8.n.58. p.161

12. Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem. c.5.q.7.n.41. p.123

13. Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. c.12.q.16.n.118. p.295

17. Dic nobis, quid tibi videtur? an liceat tributum dare Cæſari. c.8.q.6.n.59. p.200

18. Quid me tentatis hypocritæ? c.7.q.21.n.173.p.174

21. Quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. c 5.q.21.n.178. p.138

30. In reſurrectione non nubunt, neque nubentur. c.6.q.14.n.111. p.153

CAP. XXIII.

Num.15. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi, qui circuitis mare, & aridam, ut faciatis proſelytom. c.14.q.1.n.6. p.312

15. Circuitis mare, & aridam, c.23.q 8.n.55.p.403

CAP. XXIV.

Num.5. Dic nobis quando hæc erunt, & quod ſignum adventus tui, & conſummationis ſæculi ? c.4 q.1.n.12. p.101

6. Audituri eſtis prælia, & ſeditiones. c.10.q.25. n.206. p.268

27. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret uſque ad Occidentem; ita erit adventus filij hominis. c.4.q.13.n.96. p.111

Num.29. Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, virtutes Cœlorum commovebuntur. c.7.q.5.n.18. p.157

CAP. XXV.

Num.18. Abſcondit pecuniam Domini ſui, & fodit in terra. c.1.q.39.n.276. p.38

33. Statuet oves à dextris, hædos à ſiniſtris. c.18. q.12.n.88. p.360

42. Eſurivi, & non dediſtis mihi manducate; ſitivi, & non dediſtis mihi potum.c.11.q.1.n.8. pag.274

CAP. XXVI.

Num.12. Mittens hæc unguentum hoc in corpus meum ad ſepeliendum me fecit. cap.8.q.4. num.31. p.197

25 Numquid ego ſum Rabbi.c.5.q.10.n.70. p.126

33. Reſpondens Petrus ait: & ſi omnes ſcandalizati fuerint in te; ego numquam ſcandalizabor in te. c.5.q.21.n.173. p.137

39 Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me Calix iſte. c.10 q.27.n.217. p.270

45. Dormite jam, & requieſcite: Surgite eamus. c.6.q.9.n.78. p 149

64. Videbitis filium hominis venientem in nubibus Cœli. c.8.q.18.n.155. p.211

CAP. XXVII.

Num.5. Projectis argenteis in templo receſſit; & abiens laqueo ſe ſuſpendit. cap.3.q.6.n.33. pag.85

5. Abiens laqueo ſe ſuſpendit. cap.1. q.32. n.219. pag.30

12. Cum accuſaretur Jeſus à Principibus Sacerdotum, & Senioribus, nihil reſpondit. c.14. q 3.n.23. p.314

28. Milites præſidis ſuſcipientes Jeſum chlamidem coccineam circumdederunt ei,& plectentes coronam de ſpinis. c.20.q.9.n.86. p.379

40. Salva temetipſum, ſi filius Dei es. c.7. q.40. num.338. p.192

45. A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram. c.1.q.17.n.116. p.18

53 Multa corpora Sanctorum ſurrexerunt. cap.2. q.27.n.241. p.69

54. Centurio autem, & qui cum eo erant. c.25. q.4.n.27. p.417

54. Verè filius Dei erat iſte. c.3.q.13.n.91. p.92

Num.56. Et Maria Jacobi, & Joſeph mater. cap.1. exp.12.n.252. p.55

65. Habetis cuſtodiam; ite cuſtodite, ſicut ſcitis. c.4.q.1.n.8. p.100

CAP. XXVIII.

Num.1. Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrum. c.9.q.34.n.158. p.243

4. Exterriti ſunt Cuſtodes,& facti ſunt velut mortui. c.7.q.35.n.310. p.189

5. Angelus dixit mulieribus: ſcio enim quod Jeſum, qui crucifixus eſt, quæritis. c.4.q.15. num.112. p.113

11. Ecce quidam de cuſtodibus, venerunt in Civitatem, & nuntiaverunt Principibus Sacerdotum. c.5.q.17.n.120. p.132

13. Dicite quia diſcipuli ejus nocte venerunt & furati ſunt eum nobis dormientibus. cap.6. q.15. n.117. p.153. & cap.12. q.18. n.133. pag.297

18. Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo & in terra. c.5.q.12.n.79. p.127

19. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. c.2.q.12.n.94.p.52. & c.1. q.10.n.65. p.11

Ex D. Marco.

CAPUT I.

Num.24. Quid nobis, & tibi Jeſu Nazarene veniſti perdere nos? ſcio qui ſis ſanctus Dei. c.10.q.14.n.191. p.267

27. Quidnam eſt hoc, & quænam doctrina hæc nova. c.17.q 6.n.52. p.345

CAP. III.

Num.13. Vocavit ad ſe pueros, quos ipſe voluit. c.1.q.30.n.212. p.40

15. Dedit illis poteſtatem curandi infirmitates, & ejiciendi dæmonia. c.1. q.51.n.214.p.30. & c.5.q.18.n.123. p.132

17. Impoſuit eis nomina Boanerges.c.12.q.2.n.15. pag.283

21. Cum audiſſent ſui exierunt tenere eum dicentes in furorem verſus eſt. cap.28. q.5.n.24. pag.437

CAP. V.

Num.5. Clamans,& concidens ſe lapidibus. c.19. q.7.n.54. p.367

9. Non enim ſciebat quid diceret? cap.9. q.17. n.188. p.236

CAP. VI.

Num.17. Putaverunt,dico Herodes tenuit, ac ligavit Ioannem in carcere.c.12.q.7.n.42.p.286

Num.50. Putaverunt eſſe phantaſma. c.10.q.18. n.138. p.261

CAP. VIII.

Num.2. Miſereor ſuper turbam. c.10. q.27. n.226. p.269

CAP. X.

Num.31. Erant in via aſcendentes Ieroſolymam,& præcedebat illos Jeſus & ſtupebant. c.20. q.8.n.82. p.378

CAP. XI.

Num.24. Omnia quæcumque orantes petitis, credite, quia accipietis. c.3.q.17.n.103. p.94

CAP. XIII.

Num.32. De die autem illo, vel hora, nemo ſcit neque Angeli in Cœlo, neque filius hominis. c.1.q.11.n.74. p.12

CAP. XIV.

Num.56. Multi falſum teſtimonium dicebant adverſus eum,& convenientia teſtimonia non erant. c.6.q.12.n.95. p.151

CAP. XV.

Num.38. Jeſus emiſſa voce magna expiravit, videns autem Centurio, qui ex adverſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet. c.7.q 40. n.339. p.193

43. Audacter introivit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu. c.17.q.3.n.27. p.343

CAP. XVI.

Num.5. Viderunt juvenem ſedentem à dextris ſuper lapidem. c.2.q.27.n.242. p.69

14 Exprobravit incredulitatem eorum. c.5.q.25. n.194. p.140

17. Signa autem eos, qui crediderint,hæc ſequentur,in nomine meo dæmonia ejicient. cap.3. q.11.n.59. p.88

19. Et Dominus quidèm Ieſus poſtquam locutus eſt eis aſſumptus eſt in cœlum. cap.1.q.15. n.96.p.15. & c.7.q.29.n.264. p.184.

Ex Divo Luca.

CAP. I.

Num.5. VXor ejus Eliſabeth de filiabus Aaron. cap.11. q.1.n.11. p. 274

19. Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum, & miſſus ſum loqui ad te. cap.1. q.26.n.170. pag.25

28. Ingreſſus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena. c.10.q.6.n.40. p.250

31. Vocabis nomen ejus Ieſum, hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. c.3 q.18.n.103. pag.94

34. Quomodo fiet iſtud. c.9.q.20.n.141. p.230

35. Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. c.9.q.8.n.58. pag 251

41. Exultavit infans in utero meo, & repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth; & exclamavit voce magna. c.7.q 4.n.22. p.158

56. Manſit Maria ibi menſibus tribus. c.8. q.22. n.187. p.214

CAP. II.

Num.9. Angelus Domini ſtetit juxta illos. cap.12. q.15.n.107. p.294

12. Invenietis infantem pannis involutum & poſitum in præſepio. c.7.q.11. n.76. p.164

52. Jeſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia. cap.7.q.10.n.74. p.163

CAP. III.

Num. 21. Jeſu baptizato, & orante apertum eſt cœlum. c.7.q.29.n.264. p. 184

CAP. IV.

Num. 9. Voluerunt eum de monte præcipitare. c.5 q.7.n.42. p.323

29. Duxerunt illum uſque ad ſupercilium montis ſuper quem civitas illorum erat. c.14.q.1. n.7. p.333

CAP. V.

Num.16. Ipſe autem ſecedebat in deſertum. cap.9. q.37.n.272. p.244

26. Repleti ſunt omnes timore. c.2.exp.17. n.283. pag.76

CAP. VII.

Num.3. Miſit ad eum ſeniores Judæorum. cap.14. q.3.n.20. p.314

4. Dicunt quia dignus eſt, ut hoc illi præſtes diligit gentem noſtram, & Synagogam ipſe ædificavit nobis. c.3.q.21.n.132. p.97

16. Propheta magnus ſurrexit in nobis. cap. 3. q.21. n.129. p.97

39. Si hic eſſet propheta ſciret quæ, & qualis eſt mulier, quæ tangit eum. c.9.q.20.n.143. pag.231

CAP. VIII.

Num.5. Aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cœli comederunt illud. c.3. q.2.n.12. p.83

11. Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei. c.8.q.20. n.177. p.215

27. Occurrit illi vir quidam, qui habebat dæmonium jam temporibus multis & veſtimento non induebatur. c.13. q.7.n.48. p.306

33. Exierunt dæmonia ab homine, & intraverunt in porcos. c.5.q.16. n.110. p.131

CAP. IX.

Num.11. Semper loquebatur de regno Dei. c.1. q.12.n.80. p.13

51. Factum eſt dum complerentur dies aſſumptionis, firmavit faciem ſuam ut iret in Ieruſalem. cap. 8. q.10.n.81. p 202

54. Domine vis dicimus, ut ignis deſcendat de Cœlo, cap.12.q.2.n.12. p.283

CAP. X.

Num. 1. Miſit illos binos. c.3. q.1.n.5. p.81

42. Maria optimam partem elegit. c.6.q.5.n.30. pag.144

CAP. XI.

Num.5. Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes. c.1.q.35. n.250. pag. 35. & c.16.q.10.n.78. p.337

22. Si autem fortior ſuperveniens, vicerit eum, univerſa ejus arma auferet. c.10.q.5.n.37. pag.250

CAP. XII.

Num.13. Ait ei quidam de templo, Magiſter dic fratri. cap.15.q.1.n.8. p. 325

13. Dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem. cap.1. q.30.n 208. p.29

17. Cogitabat inter ſe dicens: quid faciam? quia non habeo quo congregem fructus meos. c.5.q.3. n.20. p.121

CAP. XIII.

Num. 7. Succide ergo illam, ut quid terram occupat? c.5 q.8.n.52. p.124

27. Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. cap.2. q.22.n.201. p.65

CAP. XV.

Num. 15. Adhæſit uni Civium regionis illius. cap.5. q.16. num. 109. p.131. c.19. q.7. n.56. pag.367

20 Cum adhuc à longè eſſet, vidit illum pater ipſius; & miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit. c.9.q.30.n.228. p.240

80. Pater peccavi in cœlum, & coram te. cap. 7. q.24.n.212. p.180

CAP. XVI.

Num.20. Erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus ulceribus plenus. c.3. q.5.n.13. p.83

22. Mortuus eſt Lazarus, & cum portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. cap. 3. quæſt.2. n.15. ibidem,

CAP. XVIII.

Num.2. Judex iniquus. c.25. q.4.n.26. p.416

CAP. XIX.

Num. 4. Quia domui huic ſalus facta eſt à Deo quia filius Abrahæ eſt. cap.10.quæſt.3. n.20. p.248

33. Solventibus illis dixerunt Domini ejus ad illos c.10. q.17.n.133. p.260

39. Quidam de turbis Phariſæorum, dixerunt Magiſter, increpa diſcipulos tuos. c.10.q.26. num.211. p.269

41. Videns Jeſus civitatem flevit ſuper illam. c.14. q.3.n.24. p.314

45. Ingreſſus in templum, cœpit ejicere vendentes. c.8. q.12.n.94. p.204

CAP. XXI.

Num.3. Vidit Ieſus quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo. cap.7. q.7.n.49. pag.161

8. Multi venient in nomine meo dicentes; ego ſum. c.11.q.9.n.58. p.279

CAP. XXII.

Num.31. Tu aliquando converſus, confirma fratres tuos. c.12.q.4.n.26. p.285

44. Factus

44. Factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. cap.7. quæſt.36.n.317. pag.190
52. Dixit autem Ieſus ad eos, qui venerant ad ſe, principes Sacerdotum, & Magiſtratus templi, & ſeniores. c.4. q.1.n.8. p.100
62. Egreſſus foras flevit amare. cap.8.q.15. n.124. pag.107

C A P. XXIII.

Num. 34. Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. c.7. q.39. n.332. p.192. & c.13. q.9.n.61. p.308
42. Domine memento mei. cap.19. quæſt.1n. n.73. pag.369
46. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. c.21.q.8.n.85. p.389

C A P. XXIV.

Num.1. Vna autem Sabbathi valde diluculo venerunt ad monumentum portantes, quæ paraverant aromata. cap. 9. q. 34. n.258. pag.243
9. Egreſſæ à monumento nuntiaverunt hæc. c.13. q.6.n 52. p.325
19. Qui fuit vir propheta. cap.3. quæſt.21. n.124. pag.97
34. Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. cap.12.q.4. n.26. p.285
35. Cognoverunt eum in fractione panis. cap. 2. q. 29. n.253. p.71
38. Conturbati verò, & conterriti exiſtimant ſe ſpiritum videre. c.2.q.16.n.156. p.60
48. Vos autem teſtes eſtis horum, & ego mitto promiſſum Patris mei. cap.1. q.13.num.88. pag.14
50. Eduxit eos foras in Bethaniam, & elevatis manibus ſuis benedixit eis. cap.1.q.13.n.96. pag.15
51. Ipſi adorantes regreſſi ſunt in Jeruſalem cum gaudio magno. c.7.q.16.n.108. p.167

Ex D. Ioanne.

C A P. I.

Num. 1. IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum. c.10.q.6.num.45. p.251
12. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus, qui non ex ſanguinibus. c.1.q.34.n.245. p.34
42. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. cap.10. q. 11. num. 85. p. 235
46. A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe. c.3. q.11. n.57. p.88
51. Videbitis Cœlum apertum, & Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes ſupra filium hominis. cap.7.q.29.n.254. p.264

C A P. II.

Num.11. Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ. c.3 q.11.n.60. p 88

C A P. III.

Num.8. Spiritus ubi vult ſpirat, & vocem ejus audis. c.13.q.10.n.74. p.327
9. Reſpondit Jeſus; tu es Magiſter in Iſrael & hæc ignoras. c. 10. q.24.n. 180. p.266
14. Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto; ita exaltari oportet filium hominis. cap. 4. q.15. n.109. p 112
18. Qui non credit, jam judicatus eſt. c. 10. q.28. n.226. p.272

C A P. IV.

Num. 2. Quamquam Ieſus non baptizaret cap.6 q.3.n.17. p.143 & c.1 q 10.n.66. p.11
6. Jeſus autem fatigatus ex itinere ſedebat ſic. cap.11. q.27. n.214. p.269
20. Vos dicitis quia Jeroſolymis eſt locus ubi adorare oportet. c.7.n.228. p.185
25. Scio quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus, cum ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia. cap.8.q.20.n.176. p.213
27. Mirabantur quia cum muliere loquebatur. c.9.q 37.n.275. p.243
35. Levate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt jam ad meſſem. cap.2. q.1.n.7. pag.42

C A P. V.

Num.17. Pater meus uſque modo operatur, & ego operor. c.17.q.14.n.112. p.351
34. Ego ab homine teſtimonium non accipio. c.1. q.13.n 86. p.14
39. Scrutamini ſcripturas, quæ teſtimonium perhibent de me. cap.17.q.1.n.8. p.348
46. Si crederetis Moyſi, forſitan, & mihi crederetis. c.2.q.19 n.182. p.63

C A P. VI.

Num.5. Cum ſublevaſſet oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum. cap.5.q.12.n.88. p.128
11. Accepit ergo Ieſus panes, diſtribuit diſcumbentibus, ſimiliter ex piſcibus quantum volebant. cap.3. q.12.n.64. p.89
69. Reſpondit Petrus, Domine ad quem ibimus vitæ æternæ verba habes. cap. 10. q. 26. n.212. p.269

C A P. VII.

Num. 38. Qui credit in me flumina fluent. cap.19. q. 2. n.17. p.363

C A P. VIII.

Num.28. Cum exaltaveritis filium hominis tunc cognoſcetis; quia ego ſum. c.2.q.29.n.253. pag.71
42. Ego ex Deo proceſſi. c.2.q.11.n.81. p.51
44. Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur. cap.16.q.7.n.39. p.333
45. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi. cap.4.q.11.n.92. p.111
46. Quis ex vobis arguet me de peccato. cap. 4. q.13.n.95. ibidem

C A P. IX.

Num.6. Expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos ejus.
41. Si Cæci eſſetis, non haberetis peccatum. c.9. q.14.n.104. p.226

C A P. X.

Num.22. Facta ſunt Encænia in Ieroſolymis, & hiems erat. c.2.q.36.n.317. p.80

C A P. XI.

Num.15. Gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi. cap.17.q.12. n.103. & 105. p.130.
16. Ait Thomas; eamus, & moriamur cum eo. cap.7.q.10.n.77. p.164
39. Tollite lapidem. c.9.quæſt.32.n.244. p.242
44. Statim prodiit, qui fuerat mortuus. cap.20. q.6. n.61. p.376

C A P. XII.

Num.6. Fur erat, & loculos habens. c.6.q.3.n.18. pag.143
12. Clarificavi, & iterum clarificabo. cap.1. q.13. n. 86. p.14

32. Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. cap.1.q.39.n.27. p.38

CAP. XIII.

Num.2. Cum diabolus jam miſiſſet in cor ut traderet eum Iudas. c.1.q.32.n.225. p.31

3. Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus.

33. Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum. cap.3. q.19.n.119. p.96

33. Quò ego vado, vos non poteſtis venire. c.5. q 14 n.200. p.130

34. Mandatum novum do vobis. cap.19. q.4.n.36. pag.365

CAP. XIV.

Num.12. Qui credit in me, opera, quæ ego facio, ipſe faciet, & majora eorum faciet. cap.5. q.14.n.98. p.129. c.20.q.8.n.82. p.378

23. Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus. cap.2.quæſt.12.n.96. p.52

26. Paraclitus autem Spiritus ſanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. c.2.q.2.n 12.15. p.42

27. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. c.10.q.25.n.205. p.268

28. Non turbetur cor veſtrum, neque formidet: audiſtis quia ego dixi vobis vado, & venio ad vos. c.1.q.24.n.159. p. 23

CAP. XV.

Num.27. Ille teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis de me. c.5. exp.9.n.152. p.135

CAP. XVI.

Num.6. Hæc locutus ſum vobis, triſtitia implevit cor veſtrum. c.2.q.2.n.12. p.42

12. Multa habeo vobis dicere; ſed non poteſtis portare modo, ſcietis autem poſtea cap.3. q.15.n.88. p.92

13. Mittam vobis ſpiritum veritatis. c.5.q 5.n.33. pag.122

CAP. XVII.

Num. 11. Pater ſancte ſerva eos in nomine tuo, ut ſint unum, ſicut & nos. c.4.q.18. n.136. pag.115

17. Pater ſanctifica eos in veritate. c.23. q.9. n.59. pag.404

22. Ego claritatem quam dediſti mihi, dedi eis. c.1.q.34.n.289. p.76

24. Pater quos mihi dediſti, volo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum. cap. 13. quæſt. 9. n.62. pag.308

CAP. XVIII.

Num. 30. Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. c.2.q.13.n.109. p.54

38. Quid eſt veritas? cap.2. q.31. n.295. p.77

CAP. XIX.

Num.5. Portans coronam de ſpinis. cap.7. q.12. pag.175

10. Neſcis, quia habeo poteſtatem crucifigere te. cap.10. quæſt.19. n.228. p.271

19. Jeſus Nazarenus Rex Judæorum. cap.9. q.10, n. 68. p.125

24. Dixerunt inter ſe milites ad invicem non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cujus ſit. cap.12.q.13.n.84. p.291

25. Stabant autem juxta crucem. c.21.q.4.n.18. p.385

29. Dixit Ieſus ſitio. cap.10.q.11.n.78. p.254

30. Ieſus cum accepiſſet acetum, dixit conſummatū eſt. cap.8.q.22.n.186. p.214

34. Exivit ſanguis, & aqua. cap.2.q.35.num.298. pag.77

CAP. XX.

Num.11. Magdalena autem ſtabat ad monumentum foris plorans. cap. 7. quæſt.28.n.261. p.184

19. Cum ergo die illo fores eſſent clauſæ, ubi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum. cap.4.q.11.n.87. p.110

22. Inſufflavit, & dixit eis: accipite Spiritum ſanctum. c.2.q.5.n.42. p. 46

25. Niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam manum meam. c.2.q.14. n.93. p.15

CAP. XXI.

Num.7. Tunica ſuccinxit ſe, & miſit ſe in mare. c.21 q 6.n.46. p.387

8. Alij navigio venerunt. c.7.q.10.n.77. p.164

25. Quæ ſi ſcribantur per ſingula, ipſum mundum libros capere non poſſunt. c.2.q.23.n.208. pag.65

Ex Actis Apoſtolorum.

CAPUT I.

Num.11. QUemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum, ſic veniet. cap.2. q.20. n.193. p.63

14. Perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria Matre Ieſu. c.2.q.8. n.62. p.48

CAP. II.

Num.3. Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tamquam ignis; seditque ſupra ſingulos eorum. c.9.q.6 n.41. & 42. p.219

22. Viri Iſraelitæ audite verba hæc: Ieſum Nazarænum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigiis, & ſignis. c.2.q.13. n. 109. p.54

38. Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum. cap 8.exp. 9. n.169. p.212

CAP. III.

Num.6. Quod autem habeo, hoc tibi do. cap.12.

CAP. IV.

Num.34. Quotquot enim poſſeſſores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia. c.3.q.9 n.46. p.87

CAP. V.

Num.1. Ananias, & Saphira cap. 8. q. 14. n.114. pag.206

3. Cur tentavit Satanas cor tuum. c.1.q.37.n.262. pag.36

CAP. VI.

Num.15. Intuentes eum omnes, qui ſedebant in concilio, viderunt faciem ejus, tanquam faciem Angeli. cap.7.q.14 n.118. p.168

CAP. VII.

Num.24. Fecit ultionem percuſſo Ægyptio. cap.7. quæſt.18.n.148. p.172

CAP. VIII.

Num.1. Facta eſt in illa die perſecutio magna in Eccleſia. c.7.q.4.n.23. p.158

CAP. IX.

Num.1. Saulus ſpirans minarum ibat in diſcipulos Domini. c.6.q.8.n.73. p.148

CAP. X.

Num.11. Vidit cœlum apertum, & deſcendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis ſubmitti de cœlo. c.12.q.10.n.65.p.289

38. Ieſus

38. Ieſus à Nazareth, qui pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo. c.2. q.23.n.208. p.65

CAP. XII.

Num.12. Venit Petrus in domum Mariæ Matris Joannis. cap.4.n.141. p.116

CAP. XIV.

Num.11. Dixerunt Paulum eſſe Mercurium; quia ipſe erat dux verbi. cap.11. quæſt.7.n.45. pag. 278

CAP. XV.

Num. 28. Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis.

CAP. XVI.

Num. 9. Vir Macedo quidam erat ſtans, & deprecans eum dicens: tranſiens in Macedoniam, adjuva nos. cap.9. q.8.n.129. p.229

25. Media autem nocte Paulus, & Silas orantés laudabant Deum. c.5.q.29.n.133. p.133

CAP. XX.

Num. 28. Epiſcopos, quos Spiritus ſanctus poſuit regere Eccleſiam Dei. cap.3.q.5.n.31.p.122

CAP. XXI.

Num. 8. Intrantes in domum Philippi. c.4.exp.1. n.141. p.116

CAP. XXVIII.

Num. 17. Vinctus ab Jeroſolymis, traditus ſum in manus Romanorum.c.12.q.7.n.43. p.287

Ex Epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Romanos.

CAP. I.

Num.5. AD obediendum fidei. cap.6. exp.3. n.36. p.145

CAP. II.

Num.1. In quo enim judicas alterum, te ipſum condemnas. c.18. q.12.n.91. p.361

CAP. IV.

Num.18. Qui contra ſpem in ſpem credidit. c.17. q.5.n.47. p.345

25. Reſurrexit propter juſtificationem noſtram. c.7.q.14.n.122. p.168

CAP. V.

Num.5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris c.2.q.12.n.95. p.52

CAP. IX.

Num.3. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. cap.9.q.7.n.50. pag.228

CAP. X.

Num. 13. Omnis quicumque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit. c.10.q.3.n.16. p.248

CAP. XI.

Num.33. O altitudo divitiarum ſapientiæ. cap.17. q.5.n.46. p.345

CAP. XII.

Num.10. Honore invicem prævenientes. c.3.q.6. n.33. p 85

CAP. XIII.

Num.1. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. c.5.q.22.n.178. p.137

14. Induimini Dominum Jeſum Chriſtum. cap.11. q.9.n.56. p.279

Ex epiſtola I. B. Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

CAP. I.

Num. 12. HOc autem dico quod unuſquiſque veſtrum dicit.c.20.q.9.n.85.p.379

17. Non miſit me Chriſtus baptizare, ſed evangelizare. c.6.q.5.n.17. p 143

24. Chriſtus Dei virtus; Deique ſapientia. cap.11. q.9.n.55. p.179

CAP. II.

Num.4. Sermo meus, & prædicatio mea non eſt in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ. c.17. q.5.n.45. p.344

8. Si enim cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. c.3.exp.8.n.190. p.94. & c.7.q.3.n.16. p.157

CAP. III.

Num. 3. Cum enim ſit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales eſtis. c.15.q.1.n.9.p.321

10. Secundum gratiam Dei, quæ data eſt mihi ut ſapiens architectus. c.9 q.16.n.117. p.228

CAP. IV.

Num.21. Quid vultis? in virga veniam ad vos. c.2.q.21.n.194. p.63

CAP. V.

Num.6. Juxta Syriacum parum fermenti totam maſſam fermentat. c.2.q.34. n.188. p.76

11. Is, qui frater nominatur inter vos. cap.1. q.30. n. 206. p.29

CAP. VI.

Num. 12. Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. c.9.q.32.n.241. p.241

CAP. VII.

Num.5. Ne tentet vos Satanas. c.5.q.3.n.57.p.128

CAP. IX.

Num.13. Qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt, & qui altari deſerviunt, cum altari participant. c.3.q 7.n.38. p.98

20. Factus ſum cum Judæis tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrarer, iis qui ſub lege ſunt.c.16. q.1.n.10. p.330

CAP. X.

Num.4. Petra autem erat Chriſtus. c.4. q.6. n.52. pag.105

33. Ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi eſt utile. c.9.q.23 n.166. p.233

CAP. XI.

Num.18. Audio ſciſſuras eſſe inter vos. c.15. q.2. n.11. p.321

20. Iam non eſt Dominicam cœnam manducare. c.2.q.34.n.192. p.76

CAP. XV.

Num.17. Si Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra, adhuc enim eſtis in peccatis.c.7.q.14. n.122 p.168

32. Pugnavi ad beſtias Epheſi. cap.10. q 13.n.100. pag.257

54. Abſorta eſt mors in victoria. c.7.q.31.n.285. p.187

Ex epiſtola II. B. Pauli Apoſt. ad Corinthios.

CAP. III.

Num.13. NOn poterant filij Iſrael intendere in faciem ſuam.c.6.q.14.n.103. p.152

CAP. V.

Num.14. Charitas Chriſti æſtimantes, quoniã unus pro omnibus mortuus eſt c.2.q.17.n.162. p 60

16. Si cognovimus ſecundum carnem Chriſti, jam non novimus.c.2.q.30.n.158. p.72

CAP. VI.

N.6. In jejuniis multi fame, & ſiti.c.5.q.15.n.115 p...

16. Vos eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Deus: inhabitabo in illis.c.18.q 7.n.40. p.356

CAP. VII.

Num.4. Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.c.5.q 23. n.188. p.139

CAP. VIII.

Num.1. Notam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data eſt in Eccleſiis. c 4.q.20. n.152. p.117

CAP X.

Num.5. Redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. c.6.exp.3.n.36. p.145

CAP. XI.

Num.6. Nam & ſi imperitus ſermone. c. 14. q.4. n.29. p.315

CAP. XII.

Num.3. Audivi verba arcana Dei. c.9.q.7.n.47. p 210

10. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in perſecutionibus, in contumeliis, in anguſtiis pro Chriſto: cum enim infirmor, tunc potens ſum. c.4.q.21.n.15. p.101

Ex epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Galatas.

CAP. I.

Num.12. EGo ab homine Evangelium non accepi, ſed per revelationem Ieſu Chriſti. c.9.q.13 n.95. p.256

18. Veni Ieroſolymam videre Petrum.c.8.q.17.n.153 pag.210

CAP. II.

Num.2. Contuli cum illis evangelium. c.15. q 3. n.23. p.322

3. Sed neque Titus, qui mecum erat, cum eſſet gentilis, compulſus eſt circumcidi. c.16. q.2.n.13. p. 330

19 Chriſto crucifixus ſum cruci; vivo autem jam non ego: vivit in me Chriſtus. cap.9. q 22. n.160. p.233. & c.9. q.12.n.84. p.224

CAP. III.

Num.17. Poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex.cap.7.q.6.n.34. p.159

CAP. IV.

Num.27. Lætare ſterilis, quæ non paris, erumpe, & clama. cap.10.q.30.n.241. p.272

CAP. V.

Num.22. Fructus autem Spiritus eſt: Charitas gaudium, pax. cap.7. q.37. n.326. p.191. & c.8.exp.9.n.172. p.213

CAP. VI.

Num.17. Ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. cap.9.q.23.n. 165. p.233

Ex Epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Epheſios.

CAP. II.

Num. 20. SUperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. c.4. q.6.n.49. p.105

CAP. III.

Num.17. Deus habitat per fidem in cordibus veſtris. cap.2.q.11.n.84. p.51

Num.1. Obſecro vos, ego vinctus in Domino. c.12.q.10.n.69. p.290

10. Qui deſcendit ipſe eſt, & qui aſcendit. c.9.q.7. n.51. p 221

19. Tradiderunt ſe impudicitiæ.

CAP. V.

Num.16. Redimentes tempus. cap. 22. q.4. n.23. pag.394

CAP. VI.

Num. 19. Vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere myſterium evangelij.c.12.q.7. n.44. p.287

Ex Epiſtola B Pauli Apoſtoli ad Philippenſes.

CAP. I.

Num.7. SIcut eſt juſtum mihi ſentire pro omnibus vobis; eo quod habeam vos in corde, & in vinculis meis. c.5.q.23.n.189. pag.139

12. Scire autem vos volo fratres. c.16. q.11. n.82. pag.338

20. Magnificabitur Chriſtus in corpore meo. c.9.q.6.n.42. p.220

23. Coarctor autem è duobus. c.18.q.6.n.38. p.356

CAP. II.

Num.10. Donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. c.3.q.18.n.108. p.94

11. Omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. cap.2.q.13. n.109. p.54

CAP. III.

Num. 20. Noſtra autem converſatio in cœlis eſt. c.12.q.10.n.68. p. 290

Ex epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Coloſſenſes.

CAP. I.

Num.6. VErbum Dei creſcit in vobis.c.6.exp.3. n.34. p.145

12. Qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine. c.8.exp.6.n.105. p.206

16. Super poteſtates, & thronos. c.13. q.3. n.28. pag.304

CAP. III.

Num.1. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus inhabitat.c.7.q.27. n.262. p.184

Ex epiſt. B.Pauli Apoſt. ad Theſſalonicenſes.

CAP. III.

Num.8. NVnc vivimus, ſi vos ſtatis in Domino. c.2 q.36.n.315. p 80

CAP. IV.

Num.16. Nos qui vivimus, qui reſidui ſumus rapiemur cum illis in nubibus in aëra obviam Chriſto. c.2. q.37.n.316. p. 80. & c.8. q.18.n.154. p.211

Ex epiſt. I. B.Pauli Apoſtoli ad Timotheum.

CAP. I.

Num.15. IEſus Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſalvos facere.c.9.q.8.n.56. pag.221

CAP. III.

Num.2. Oportet Epiſcopum eſſe doctorem. cap.8. q.17.n.152. p.210

2. Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe unius uxoris virum. c.10.q.19. n.152. p.262

Ex epiſt. II. B. Pauli Apoſt. ad Timotheum.

CAP. II.

Num.4. NEmo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus. c.2.q.3.n.23.p.44

10. Omnia ſuſtineo propter electos. c.9.q.12.n.85. pag.224

CAP. IV.

Num.3. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros.c.6 q.10.n.82. p.149

Ex epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Titum.

CAP. III.

Num.1. ADmone illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe. c.5.q.22.n.178. pag.137

Ex

Ex epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Philemonem.

CAPUT I.

Num. 1. PAulus vinctus Chriſti Jeſu. c.16.q.11. n.83. p.338

Ex epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Hebræos.

CAPVT I.

Num. 4. TAnto Angelis melior eſt effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit. cap.11.q.8.n.50. p.179

5. Cui Angelorum dixit: filius meus es tu; ego hodie genui te. cap.13. q.10. n.67. p.309

14. Omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus in miniſterium miſſi. c.10.q 5.n 38. p.250

CAP. II.

Num. 9 Videmus Jeſum propter paſſionem mortis, gloria, & honore coronatum c.5.q.25.n.194. pag.140

17. Debuit per omnia ſimilari fratribus. c.20.q.7. n.69. p.377

CAP. V.

Num. 5. Chriſtus non ſemetipſum clarificavit, ut pontifex fieret. cap 13.q.10.n 68. p.309

7. Qui in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationeſque ad eum. c.6.exp.2.n.23. p 143

7. Qui poſſit illum ſalvum facere à morte. cap.9. quæſt.33.n 249. p.142

CAP. VI.

Num. 17. In quo abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis hæredibus, immobilitatem conſilij ſui interpoſuit jusjurandum.

CAP. VII.

Num. 3. Melchiſedech aſſimilatus filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum. cap.2. q.31. n.264. pag.73

CAP. IX.

Num. 27. Statutum eſt hominibus ſemel mori. cap.10.q.28.n.124. p.170

CAP. XI.

Num. 13. Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas ſalutantes. cap.9.q.29 num.211. p.139

26. Majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti. c.4.q.20.n.149. pag.157

36. Alij vero ludibria, & verbera experti; inſuper, & vincula, & carceres. c.12 q.6.n.41. p.186

37. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis egentes, anguſtiati. cap.6.q.14.n.108. p.152

CAP. XII.

Num. 24. Melius loquentem quam Abel. c.7.q.40. n.140. p.193

29. Deus noſter ignis eſt. cap.7. q.21.n.170. p.174

CAP. XIII.

Num. 13. Exeamus ad eum extra caſtra improperium ejus portantes. cap.7. n.304. p.188

Ex epiſtola Catholica B. Iacobi Apoſtoli.

CAPVT I.

Num. 2. OMne gaudium exiſtimate fratres mei; cum in tentationes varias incideritis. cap.5. q.23.n.187. p 139

9. Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua, dives autem in humilitate ſua. c.10. q.3. n.21. p.148

12. Beatus vir qui ſuffert tentationem. cap.5. q.3. n.18. p.121

13. Nemo cum tentatur dicat, quod à Deo tentatur, ipſe intemtator malorum eſt, ipſe autem neminem tentat. cap.1. q.21.n.202. p.65

CAP. III.

Num. 8. Lingua inquietum malum plena veneno mortifero. c.2.q.10.n.71. p.49

CAP. V.

Num. 16. Multum enim valet deprecatio juſti aſſidua. cap. 5. quæſt. 28. n.193. p.27

Ex epiſtola prima B. Petri Apoſt.

CAP. II.

Num. 13. SUbjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive Regi quaſi præcellenti c.2.q.18.n.246. p.70

23. Qui cum malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur. c.8. exp.8. n.144. p.210

Ex epiſtola ſecunda B. Petri Apoſt.

CAPVT I.

Num. 14. VElox eſt depoſitio tabernaculi mei. cap.2 quæſt.3.n.23. p.44

19. Habemus firmiorem propheticum ſermonem. cap. 2. q. 19. n. 180. p.62

CAP. III.

Num. 7. Igni reſervati in diem judicij, & perditionis impiorum hominum. c.5.q.20.n.189. p 63

Ex epiſtola prima B. Ioannis Apoſtoli.

CAP. III.

Num. 12. NOn ſicut Caïn, qui ex maligno erat & occidit fratrem ſuum.

CAP. IV.

Num. 18. Perfecta charitas foras mittit timorem. cap.4. quæſt.11. n.87. p.110

CAP. V.

Num. 8. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, & in Cœlo; Pater, Verbum, & Spiritus. c.2.q.12.n.94. p.52

Ex epiſtola tertia B. Ioannis Apoſtoli.

Num. 3. GAviſus ſum venientibus fratribus. cap.1.q.30.n.206. p.19

Ex Apocalypſi B. Ioannis Apoſt.

CAP. I.

Num. 13. INter candelabra aurea, veſtitum podere, præcinctum ad mamillas zona aurea. c.1. q.11. n.76. p.13

CAP. II.

Num. 17. Vincenti dabo manna abſconditum. c.5. quæſt.23.n.189. p.139

CAP. III.

Num. 9. Ecce dabo de Synagoga Satanæ. cap.23. q.10.n.81. p.405

10. Servabo te ab hora tentationis. c.5. q.3.n.18. pag.121

11. Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. cap.2.q.35. n.294. p.77

12. Scribam ſuper eum nomen Dei mei. c.11.q.9. n.54. p.279

19. Quos amo, arguo, & caſtigo. c.8. q.14.n.115. pag.206

CAP. IV.

Num. 2. Fui in ſpiritu, & ecce ſedes poſita erat in cœlo, & ſupra ſedem ſedens. c.2. q.11.n.84. pag 51.

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

5. De throno procedebant fulgura, voces, & tonitrua. cap.15.q.6.n.50. p.324

8. Requiem non habebant, die ac nocte dicentia. cap.5.exp.12.n.186. p.138

CAP. V.

Num.5. Vnus de ſeniotibus dixit mihi, ne fleveris. c.3.q.10.n.54. p.88

5. Ecce vicit leo de Tribu Iuda, aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus. c.7.q.8.n.57. pag.161

6. Vidi agnum in medio throni habentem cornua ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei. c.10. q.5.n.35. p.250

6. In medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnum ſtantem. c.2.q.18. n.165. p.61

13. Omnes audivi dicentes ſedenti in throno & agno, benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum. cap.2.q.30. n.259. p.72

CAP. VII.

Num.9. Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & populis. cap.10. quæſt.1. num.6. pag.246

CAP. VIII.

Num.4. Aſcendit fumus incenſorum de manu Angeli; qui ſunt orationes ſanctorum. c.10. q.5.n.33. p.249

CAP. IX.

Num.7. Facies earum, tanquam facies hominum. c.16.q.3.n.23. p.331

CAP. X.

Num.1. Angelus deſcendit de Cœlo amictum nube, & iris in capite ejus, & facies ejus erat ut ſol. c.11 q.7.n.45. p.278

CAP. XI.

Num.3. Prædicabunt diebus mille ſexaginta ſex. cap.5.q.23.n.190. p.139

4. Hi ſunt duæ olivæ, & duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes. c.1.q.13.n.89. pag.14

CAP. XII.

Num.5. Mulier pepetit filium maſculum qui recturus erat omnes gentes, & raptus eſt filius ejus ad Deum,, & ad thronum ejus. cap.2.q.37.n.316. p.80

14. Datæ ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ ut volaret in deſertum. c.6.q.5.n.29. p.144

CAP. XIII.

Num.3. Admirata eſt univerſa terra, & adoraverunt draconem. c.16 q.9.n.67. p.336

CAP. XVII.

Num.3. Vidi mulierem ſuper beſtiam coccineam, & mulier circumdata erat purpura, & byſſo. c.7.q.20.n.168. p.174

14. Hi pugnabunt cum agno. cap.4.q.14.n.105. pag.112

CAP. XVIII.

Num.9. Cum viderint fumum incendij ejus. c.2. q.20.n.189. p.63

CAP. XIX.

Num.6. Gaudeamus, & exultemus, quia venerunt nuptiæ agni. c.4.q.19.n.148. p.117

10. Vide; ne feceris; conſervus tuus ſum. cap.10, q.23.n.177. p.265

13. Veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine. c.1.q.15. n.104. p.16

16. Rex regum, & Dominus dominantium. cap.4. q.4.n.34. p.103

CAP. XX.

Num.12. Vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu throni. cap.10. q 28.n.227. p.271

CAP. XXI.

Num.9. Veni, & oſtendam tibi ſponſam uxorem Agni; & ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum. c.7.q.23.n.207. p.178

13. Ab oriente portæ tres, ab Aquilone portæ tres, & ab Auſtro portæ tres. cap.2.q.13.n.108. pag.54

CAP. XXII.

Num.17. Qui audit, dicat veni. c.1.q.22.n.146. pag.22

R. P. D. F.

R. P. D. F. IOANNIS DA SYLVEIRA, COMMENTARIA IN ACTA APOSTOLORVM.

PROLOGOMENVM.

1. QUOD ad hanc Præfatiunculam ſpectat jam in noſtris Opuſculis tractavimus opuſcul. primo reſolut. 5. quæſt.8. Quæ ibi diximus etiam aliquibus additis hic repetemus.

De Nomine.

2. Diſputant hic communiter Interpretes cum Vala, An hic liber nominandus ſit *Acta*, ſeu *Actus* Apoſtolorum, & quæſtio parvæ eſt conſiderationis; nam utroque modo tàm à Patribus, quàm à magnis Authoribus dicitur, ac nuncupatur, tamen in Biblijs emendatis, & correctis, quodque etiam Eccleſia in officijs utitur, non dicitur de Actis Apoſtolorum, ſed de Actibus, ut communiter cum Budæo in Commentario linguæ Græcæ notant Commentatores. Vala. Budæus.

3. Syrus pro titulo præfixit: *Hiſtoria Apoſtolorum*, D.Chryſoſt. in limine hujus libri nuncupat: *Dogmata Spiritus ſancti.* Oecumenius: *Evangelium Spiritus ſancti*; ſicut enim dicitur Evangelium Ieſu Chriſti ſecundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Joannem; quia in eo ſacri Evangeliſtæ narrant, quomodo Chriſtus D. deſcendens de Cœlo, apparuit in forma humana, in qua multa mirabilia facta, geſta, verba operatus eſt in ſalutem humani generis, oſtendens viam directam in cœlum, aperiens nobis abdita arcana Patris à conſtitutione mundi; ſic poſt Chriſti aſcenſum in Cœlum, Spiritus S. viſibiliter deſcendit de Cœlo in linguis igneis Apoſtolos ſuis donis adimplens, ut Chriſtum veram ſalutis viam prædicarent, ejuſque altiſſima myſteria aperirent, & explicarent; ſicque dicitur de Apoſtolis Actor. 2. n 4. *Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis.* Simulque Spiritus ſanctus deſcendit in omnes, qui ipſorum Apoſtolorum doctrinam recipiebant, ut dicitur Actor.10.n.44. *Adhuc loquente Petro verba hac cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant Verbum.* Syrus. D.Chryſoſt. Oecumenius. Actor. 2. Act.10.

4. Tamen liber ſimpliciter dicitur Actorum Apoſtolorum, quia quamvis eorum geſta, opera, verba, dictante, & ſpirante Spiritu ſancto, fuerint facta, tamen exterius, & viſibiliter per Apoſtolos fiebant, & operabantur, ſicut dicitur Evangelium ſecundum Matthæum, vel Joannem, quia quamvis illa Evangelia fuerint dictata ab Spiritu ſancto, viſibiliter, & exteriùs ſunt ſcripta à D.Matthæo, vel Joanne, & ſic de cæteris ſcriptoribus Canonicis.

5. Hic liber nuncupatur Actorum Apoſtolorum, quia eorum opera, non omnia, ſed magis principalia, quoad Evangelij promulgationem refert: Unde à cap. 2. uſque ad 12. narrantur appoſita fundamenta fidei, ac Catholicæ Eccleſiæ per Apoſtolos in Judæa, & Samaria juxta Chriſti D. mandatum Actor. 1. n.8. *Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudaa, & Samaria, & uſque ad ultimum terra.* Quod ipſi Apoſtoli adimpleverunt prædicantes Chriſti Evangelium per totum Orbem, ut narrat in præſenti D.Lucas cap.13. & præcipuè, quæ ad D.Paulum pertinent, cujus ipſe erat indiviſus comes, & ſuis oculis viderat. Actor.1. Act.13.

Author hujus libri.

6. D. eſt Lucas Evangeliſta, ut tenet Eccleſia Sancta Catholica, & etiam affirmant omnes Patres, tam Græci, quàm Latini, & ſequuntur ſine ulla differentia Authores, & etiam fatentur Hæretici, & ideo Syriacus huic libro hunc appoſuit titulum: *Liber Actuum, hoc eſt,* Syrus.

Hiſtoria Apoſtolorum Beatorum, quam collegit Sanctus Dominus meus Evangeliſta. Qnis, & qualis eſſet D.Lucas natione, arte, ingenio, ſapientia, mira, & admirabili, ferventique charitate, ac de multis alijs ejus excellentijs jam tractavi tom. 1. in Evangelia in Prolog. cap. 5. tom. 1. in Apocalypſim cap. 4. q. 33. & in Opuſcul. opuſc. 1. reſol. 5. q. 8.

7. Et quamvis D.Lucas ſcripſiſſet ſuum Evangelium Theophylo ſuo amiciſſimo, illuſtriſſimo Senatori Viro, vel Principi, ſeu Præſuli alicujus Provinciæ, vel Epiſcopo, ut alij tenent, Antiocheno, tamen non omnia uno in volumine coadunavit, ſed ſeparatim ſcripſit, juxta varia argumenta: Evangelium agit de admirabilibus Chriſti operibus; Acta vero de magnis Apoſtolorum factis per octo ſupra viginti capita.

Quo idiomate ſcriptus eſt Liber.

8. Nemo Græco idiomate dubitat D.Lucam ſcripſiſſe, ſed omnes fatentur, ut teſtatur D.Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & *epiſt.* 145. in quo erat peritiſſimus, utpote patris ſermone utens, nec obſtat, quod ubi Conſtantino Imperatore ad annum Chriſti 327. vel 370. ut refert Baronius *Annal. tom.* 3. ex D Epiphanio *hæreſi* 30. in quodam Gazophylacio repertus fuit hic Liber Actorum ſcriptus Hebraïco idiomate; nam facile fieri poterit, quod aliquis in gratiam Gentis Hebrææ ex Græco in Hebræum tranſtulerit, ſicut ex Græco tranſlatus eſt in Latinum.

D.Hier. Baron. D. Epiphan.

Quo anno, ac loco, hic Liber ſcriptus ſit.

9. D.Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ait: *Lucas aliud quoque edidit volumen egregium, quo titulo Acta Apoſtolorum prænotantur, cujus hiſtoria uſque ad biennium Romæ commorantis Pauli pervenit, id eſt uſque ad quartum Neronis annum, ex quo intelligimus in eadem Vrbe librum, eſſe compoſitum.* D.Lucas initium dedit huic libro ab Aſcenſione Chriſti in Cœlum, quæ contigit 34. ejuſdem, & narrando pervenit uſque ad annum quartum Neronis juxta D.Hieronymum, & Chriſti ſexageſimum, Baronius contendit ad annum quintum Neronis, ſexageſimum primum Chriſti D. ſive ſit hoc anno, ſive illo hæc hiſtoria Actorum Apoſtolorum, ut patet *ex cap. ultimo verſ.* 30. pervenit uſque ad biennium carceris D. Pauli, quo completo noſter Evangeliſta D.Lucas, ex D.Pauli mandato, ac perſuaſione, ut refert D.Epiphanius *hæreſi* 51. profectus eſt ad prædicandum Evangelium per varias mundi partes.

D.Hier. Baron. D Epiphan.

Liber iſte Canonicus.

10. Multa falſa, iniqua, ac apocrypha prodierunt ab Hæreticis circa geſta Apoſtolorum, quod partim amore Pauli, partim odio naſcentis Eccleſiæ, cujus incunabula hic viſuntur; partim ut arrogantia, & ſiniſtra, & falſa uſurpatione nominis Spiritus ſancti ſuis erroribus patrocinarentur, & Sanctam, & Apoſtolicam doctrinam labefactare conarentur; quos omnes errores damnat, & condemnat Gelaſius Papa, *diſt.* 15. *cap. Sancta Romana Eccleſia*; & communiter Sancti Patres, D.Auguſtin. D.Epiphan. D.Athanaſ. D.Cyril. Ieroſolym. Tertull. Euſeb. & alij, quos refert Barboſa *ad citat. cap.*

Gelaſ. Barboſ.

11. Sancta ac Apoſtolica fides tenet, hunc librum eſſe Sanctum, verum, ac Canonicum, in multis Concilijs: Carthaginenſi tertio, Florentino, ac Tridentino; *Seſſ.* 4. *de libris Canonicis*: & præclariſſimi Patres, magna in eo dederunt commentaria, & paſſim ab omnibus Sanctis Patribus hic liber citatur, ac refertur, utpote magnæ authoritatis, & ut infallibilis, ac Canonicæ veritatis.

Concil. Carthag. Florent. Trident.

Magna dignitas, ac utilitas hujus Libri.

12. Pro hac re audiendus D. Hieron. in ſua Epiſtola ad Lætam, præcepta dans pro filiola Paula, ut Apoſtolorum Acta, & Epiſtolas, toto corde imbibat voluntate, nam hæc pia, & ſancta Hiſtoria, magno fructu eſt abundans; nam ex ea magna conſiliorum forma, & uſus colligitur; Sacramentorum frequentia exhortatur; terrenorum contemptus admonetur: fortitudinis, ac patientiæ, in toleranda morte pro Chriſto; ac tribulationibus tolerandis præclariſſima exempla proponuntur; Eccleſiæque perſecutorum multiplices modi, ac technæ deteguntur; & multa, ac magna documenta pro ſancta fide Catholica confirmanda traduntur; ex quo admonet D.Chryſoſt. hom. 1. in Acta ait: *Reliqua Scripturæ lectio frequentanda, ſed hujuſmodi*, ſcilicet Actorum, *in primis, & Evangeliorum, quæ cum doctrina utilitate hiſtoriæ ſuavitatem conjunctam habent*; & valde indecens eſt majorum res geſtas ignorare, quanto magis indignum eſt ſacrorum Apoſtolorum, qui ſunt Patres, ac conditores Eccleſiæ, ac primi progenitores generis Chriſtiani, præclariſſima facta contemnere, ac & digniſſimum eſt ea ſemper præ oculis habere. Vide citatum, *primum reſol.* 5. *q.* 8.

D.Hier. D.Chryſoſt.

CAPVT I.

1. *Primum quidem ſermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Ieſus facere & docere.*

2. *Vſque in diem, qua præcipiens Apoſtolis per Spiritum ſanctum, quos elegit aſſumptus eſt.*

3. *Quibus, & præbuit ſeipſum vivum poſt paſſionem ſuam*

ſuam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.

4. *Et conveſcens præcepit eis ab Ieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem Patris, quam audiſtis* (inquit) *per os meum.*

5. *Quia Ioannes quidem baptiſavit aqua, vos autem baptiſabimini Spiritu ſancto non poſt multos hos dies.*

6. *Igitur qui convenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael?*

7. *Dixit autem eis: Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.*

8. *Sed accipietis virtutem ſupervenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa & Samaria, & uſque ad ultimum terræ.*

9. *Et cum hæc dixiſſet, videntibus illis, elevatus eſt: & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.*

10. *Cumque intuerentur in Cœlum euntem illum, ecce duo viri aſtiterũt juxta illos in veſtibus albis,*

11. *Qui, & dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.*

12. *Tunc reverſi ſunt Ieroſolymam à monte, qui vocatur Oliveti, qui eſt juxta Ieruſalem, Sabbati habens iter.*

13. *Et cum introiſſent in Cœnaculum, aſcenderunt ubi manebant Petrus & Ioannes, Iacobus, & Andreas, Philippus, & Thomas, Bartholomæus, & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi.*

14. *Hi omnes erant perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu, & fratribus ejus.*

15. *In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit (erat autem turba hominum ſimul ferè centum viginti.)*

16. *Viri fratres oportet impleri ſcripturam, quam prædixit Spiritus ſanctus per os David de Iuda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Ieſum.*

17. *Qui connumeratus erat in nobis, & ſortitus eſt ſortem miniſterij hujus.*

18. *Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpenſus crepuit medius: & diffuſa ſunt omnia viſcera ejus.*

19. *Et notum factum eſt omnibus habitantibus Ieruſalem, ita ut appellaretur ager ille, lingua eorum, Haceldama, hoc eſt, ager ſanguinis.*

20. *Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum: fiat commoratio eorum deſerta & non ſit qui habitet in ea: & Epiſcopatum ejus accipiat alter.*

21. *Oportet ergo ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore, quo intravit, & exivit inter nos Dominus Ieſus.*

22. *Incipiens à baptiſmate Ioannis uſque in diem, qua aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectionis ejus nobiſcum fieri unum ex iſtis.*

23. *Et ſtatuerunt duos: Ioſeph, qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt Juſtus, & Mathiam.*

24. *Et orantes dixerunt: Tu Domine qui corda noſti omnium, oſtende, quem elegeris ex his duobus unum:*

25. *Accipere locum miniſterij hujus, & Apoſtolatum, de quo prævaricatus eſt Iudas, ut abiret in locum ſuum.*

26. *Et dederunt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Mathiam, & annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis.*

ARGVMENTVM.

CAPUT hoc in duas partes dividitur: in prima narratur admirabilis Chriſti D. Aſcenſio in Cœlum aſpicientibus Apoſtolis: In ſecunda refertur electio D. Mathiæ in Apoſtolatum per ſortem deſignatam ab Spiritu ſancto.

Verſ. 1. Primum quidem ſermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Ieſus facere, & docere.

Verſ. 2. Uſque in diem, qua præcipiens Apoſtolis per Spiritum ſanctum, quos elegit, aſſumptus eſt.

VERSIONES.

Verſ. 1. Syriacus. *Scriptum primum*, &c. *quæ cæpit Ieſus Dominus noſter miſſa facere.*

Quidam ex Græco. *Primum ſane certè verbum feci.*

Æthiopicus. *Librum primum* ſcripſi, &c. *quæ cæpit Ieſus & nuntiare, & docere.*

Vatablus. *Superiore quidem volumine diximus.*

Arabicus. *Primum quidem conſcripſi de rebus.*

D Chryſoſt. *Quæ fecit Ieſus, & docuit.*

Verſ. 2. Syriacus. *Uſque in diem illum, quo aſcendit, poſtquam præcepiſſet Apoſtolis per Spiritum ſanctitatis.*

Alter Syriacus. *In diem illum, poſtquam ſublatus eſt*, &c. *quo cohortatus eſt.*

Arabicus. *Aſcendit in altum ſe ferens.*

Æthiopicus. *Uſque in diem in qua aſcendebat, præcipiens Apoſtolis ejus, quos elegerat.*

Idacius lib 3. contra Varimond. *In die qua Apoſtolos elegit per Spiritum ſanctum prædicare Evangelium.*

EXPOSITIO I.

PRimum. In præſenti non eſt adverbium, ſed adjectivum, & connectitur cum ſermone, id eſt primum *ſermonem*; Syriacus vertit *librum*. Vatabl. *volumen*, alij *verbum*; & refertur, ad Evangelium ab ipſomet Evangeliſta D. Luca conſcriptum. 1.

Quidem. Juxta Theſaurum linguæ Græcæ, Salmeron. & Lorin. ſua radice Græca, idem valet, ac *certè, ſanè*; tamen ſtando cùm noſtra vulgata, idem valet, ac *autem*; & in exordio ſermonis, multam indicat illius majeſtatem, ac ſublimitatem, & implicitè priorem cum poſteriori adnectit, ac colligit, ac ſi dicat: Primum quidem ſermonem feci de vita, ac operibus Chriſti in Evangelio; nunc vero, tanquam poſteriorem, ac ſubſequentem de vita, ac geſtis Apoſtolorum ipſius Jeſu Chriſti. Theſaur. Salmer. Lorin.

O Theophile. Vir ſane illuſtriſſimus, ac clariſſi- 2.

mus, & intimus amicus oostri ſacri Evangeliſtæ. *De omnibus*; noo quod intendat D.Lucas ſe ſcripſiſſe omnia Chriſti opera, ſed ait: *de omnibus*. Præcipois Chriſti myſterijs, ſed quantum ſufficiens erat ad Chriſti fidem ſeminandam, ac ejus admirabilem vitam, & doctrinam explanandam; *quæ cœpit Ieſus facere, & docere*; non ait ſe ſcribere omnia, ſed quæ
Caietan. *cœpit*, ut ex Cajetano notandum, *facere, & docere*; prius facere, poſtea docere.

3. *Uſque in diem, qua præcipiens Apoſtolis per Spiritum ſanctum*, maximè dubitatur, ad quid pertineat illod *per Spiritum ſanctum*, an ad *præcipiens*, an ad *elegit*, an ad *aſſumptus eſt*; & quod ad *aſſumptus eſt*, referatur videtur durum, nam interjicit *quos elegit*. Aptius tamen videtur referri ad quos elegit per Spiritum ſanctum, ut ſignificetur mirabilem electionem Apoſtolorum, non humano nutu, ſed divino
D. Chryſoſt. ſpiramine fuiſſe factam: vel cum D. Chryſoſtom. pertinet, ad *præcepit*; ac ſi dicat præcepta, quæ dedi vobis ad prædicandum Evangelium per torum mundum, Matth. & Marc. oltimo; doctrinam, quam dedi ad juſtificationem, & ſanctitatem vitæ fuiſſe per Spiritum ſanctum, utpote juſtificationis, ac noſtræ ſanctitatis actorem; ſic de Chriſto dicitur;
Math. 3. quod *baptiſabat in Spiritu ſancto*. Matth.3.n.12. ſic ipſe Chriſtus D. ait de ſe: *Spiritus Domini ſuper me; propter quod miſit me Evangelizare pauperibus*,
Luc. 4. Loc.4. n.18. & D.Paulus ait: Chriſtus D. per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculato Deo.
Hebr. 9. Hebræ.9. num.14.

QUÆSTIO I.

Quis ſit Theophylus, & quare Evangeliſta hic non optimum appellat, ſicut in exordio ſui Evangelij.

4. S.Salv. IN hoc Theophyli nomine multiplex eſt opinio. Primo S.Salvianus Epiſt. ad Salonium, *Theophylum* vertit, ac pro eo legit: *Dei amorem*, tanquam, ac ſi ſuum librum dedicaſſet, ac conſecraſſet amori Dei, qui eum excitaverit ad ſcribendum. Secundò. Alij exiſtimant Theophyli non eſſe nomen proprium alicujus, nec certum aliquem virum ſignificare, ſed omnem fidelem, ac pietatis cultorem. Ita
Origen. D.Ambr. D.Epiphan. Boſtren. *Origenes, D.Ambroſ. in cap.1.Evangel.Lucæ, D.Epiphanius hæreſi* 51. Nam Theophilon, Græcè idem eſt, ac: *diligens Deum*: & ut ait Origenes idem eſt, ac *dilectus à Deo, Deoque gratus*. Tertio. Titus Boſtrenus exiſtimat huoc librum ſcriptom fuiſſe à D.Luca certæ ac determinatæ perſonæ; tamen dubitat, ao Theophyli nomen ſit proprium alicujus perſonæ, ſed eſſe nomen commune cuicumque fideli, ac pietatis viro, ut exiſtimat.

Quarta, & vera ſententia eſt, Theophyli non eſſe nomen commune, ſed certæ, ac determinatæ perſo-
D.Chryſoſt. Euthym. Caietan. Beaux. næ ſingularis, ita D Chryſoſt. Theophyl. Euthym. Caietan. & in Lucam Toletus noſter, Beauxam, & alij; & optimè probatur ex text. D Luc.cap.1.Evangel. Vbi ait, *ex ordine tibi ſcribere, Optime Theophile, ut cognoſcas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem*. Illud: *Optime*: Græcè habetur: *Potentiſſime*: quod non dicitur de quolibet homine valde particulari. Deinde illa verba in ſingulari:
Nomen certa perſona. *Tibi ut cognoſcas*: ſingularem, & particularem hominem indicant; deinde illud: *de quibus eruditus es*: non cuilibet homini fideli adaptatur cum ſit verbum præteriti temporis.

6. *Quis Theophylus.* Dubitatur tamen, quis fuerit iſte Theophilus? Occumenius, Euthymius exiſtimant fuiſſe Principem, vel Præſidem, ſeu Præfectum ordinis Senatorij, hoc videtur indicare illud epithetum, apud Occum.
Evangelium D. Lucæ: *Optime Theophile*: Illud: *optime*: Græcè habetur: *Potentiſſime*: quod Principi, aut præfecto Senatorij ordinis convenit. Hinc à D.Paulo Felix, & Fauſtus præſides vocantur optime; *Optime Felix*. Actor.24. n.3. *& optime Fauſte*. Act. Act. 24.
26. n.25. Nicephorus lib.3 cap.25. & Lira hoc loco Act. 26.
exiſtimant Epiſcopum fuiſſe Aſiæ; & in conſtitu- Niceph.
tionibus Clementis lib.7. cap 47. ſit mentio cujuſ- Lyra.
dam Theophyli Epiſcopi; & hac opinione ſuppoſita poteſt conjecturari, cur D. Lucas in Evangelio eum vocat *optimum*: quia nomen dabatur præſidi, cujus munus tunc gerebat, nunc vero Epiſcopus fa- *Cur hic nõ optim.*
ctus Chriſti humilitatem ſectabatur, & ideo modo in Actis tale Epithetum omiſit, vel io Evangelio tanquam io primo opere, tanqoam benevolentiæ, ac venerationis gratiâ, cum *optimum*: id eſt, præſtantiſſimum appellat, oon vero ounc in Actis, ne tanta repetitione nominis adulari videretur; Lucas in hoc Chriſti D. ſecutus exemplum, qui ſemel Petrum dixit beatum; Matthæi 16. ſemelque Joannem, & Ja- Math. 16
cobum vocat: *Boanerges*, id eſt filios Tonitrui.

Dubitat vero D. Auguſt.lib.4.de conſenſ Evangel. 7.
cap.8. an iſte Theophylus ſit idem, ac ille, cui Evan- D.Aug.
gelium ſcripſerit; tam certum videtur eſſe, ut hoc denotare videatur D.Lucas com in exordio hujus libri Actorum mentionem faciat de Evangelio à ſe ſcripto. *Primum quidem ſermonem feci, ô Theophile*, &c.

QUÆSTIO II.

Quare D. Lucas ſuum Evangelium non vocat Evangelium, ſed ſermonem, ſeu verbum?

AIt D.Lucas: *Primum quidem ſermonem feci*, 8.
ſeu, ut alij legunt: *Primum quidem verbum*: *Alia lectio.*
Intelligens ſuum Evangelium à ſe conſcriptum, cur non ipſum ſuo proprio nomine, vocat Evangelium? ſicut D.Marcus fecit in ſuo exordio dicens: *Initium Evangelij Ieſu Chriſti filij Dei*. Marc.1.n.1. Marc.1.

Reſpondet primo D.Chryſoſt. hoc loco, & ait: 9.
Non dicit prius Evangelium, quod evangelizavi, ſed D. Chryſoſt.
priorem quidem ſermonem feci; nimirum Evangelij prædicationem, magnificentiùs quidem eſſe ducens, quam pro ipſius *dignitate, aut viribus. Et tamen Apoſtolus ornat hoc titulo, cujus laus eſt in Evangelio*: ſciebat noſter Evangeliſta, quod nomen Evangelij, eſt quid ſublime, & altum, illo quidem uſi ſunt Angeli in ſacra Nativitatis nocte ad Paſtores: *ecce evangelizo vobis gaudium magnum*, Luc.2. *Vnde D.*
n.10. inde modeſtiæ cauſa non audet tantum nomeo *Lucas*
ſuo operi apponere; illudque tam magnificentius *ſe hu-*
nobilitare, inde divinâ providentiâ factum eſt, ut noo *miliat.*
ſolum Apoſtolus Paulus nomine Evangelij valeat *inde ma-*
ipſum ipſius opus illuſtrare, ſed ut inter cætera Evan- *ximè ſu-*
gelia tam magnificentius ſublimare, & extollere, ut *blimatur.*
peculiariter de Lucæ volumine adſtruatur, cujus laus, magnificentia, ac excellentia eſt in Evangelio. Co- Cor.2.
rinth.2.cap 2.n.18.

Secundò. Non dicit D.Lucas Evangelium, ſed ſer- 10.
monem, ſeu verbum, quia cum in Evangelio ſcribantur Chriſti D. virtutes, opera, doctrinæ documenta, quæ ob ſuam multitudinem, magnitudinem, amplitudinem tot, & tanta ſunt, ut quidquid dicatur tam paucum, ac ſtrictum videtur, ut unum verbum, unos ſermo dicatur, inde Apoſtolus Roman.9. n.28. referens locum Iſaiæ 10.n.23. ait: *Verbum abbreviatum faciet Dominus ſuper terram*: Quod de verbo Evangelico, ac fidei doctrina interpretatur Origenes,

Origen. Evangelium videtur unum verbum reſpectu tàtorum Chriſti operum. D. Aug. Anſel. D. Dion.

nes ad locum, ait : *Poteſt verbum abbreviatum dici fides ſymboli, quę credentibus traditur, in qua totius myſterij ſumma, paucis nexa ſermonibus continetur.* Idem docent D. Auguſt. Oecumen. Anſelm. Unde dicebat S. Bartholomæus Apoſtolus, ut de eo ſcribit S. Dionyſ. Areopagita de myſtica Theologia cap. 1. *Theologiam eſſe magnam & parvam, atque Evangelium eſſe amplum & grande, ſimul breve, & conciſum ſcilicet, breve verbis, ac literis; amplum rebus, myſterijs, documentis, ac omnium virtutum genere.*

11. Occum. 2. Tim. 2 Tertio Oecumenius hoc loco, ſic ait. *Sermonem priorem librum dixit, non Evangelium, cum Paulus ſuum vocat Evangelium,* 2. Timoth. 2. Ubi ait: juxta Evangelium meum. Nam arrogantiam ubique fugiunt : Lucas ex modeſtia ſuum librum non vocat Evangelium ; Paulus vero ex humilitate Evangelium dicit, quia altam doctrinam, quam ibi dabat de Chriſti reſurrectione ex ſemine David innuens ex Evangelio Lucæ eſſe deſumptam, potius quam à ſe prolatam ; *Ubique arrogantiam fugiunt*; unus non dicens ſuum librum Evangelium ; alius vero ſuam doctrinam non dicens Evangelium, ſed ex Evangelio alterius ; & inde ſub diverſis actionibus dum unus negat ſuo operi nomen Evangelij, & alius affirmans profert, nitet ſumma humilitas ; *Ubique arrogantiam fugiunt.*

Sub diverſis actionibus eadē virtus.

12. Cum Jacob laſſus in itinere jaceret : *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlos ; Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes ſuper eam, & Dominum innixum ſcalæ,* Gen. 28. n. 12. Ad quæ verba D. Auguſtin. in Catena apud Lipom. probans Chriſti divinitatem ſic ait: *Quod Iacob per figuram viderat, hoc de ſe Dominus prædicat*; videbitis, inquit, cœlos apertos, & Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes ad filium hominis, Ioan. 1. n. 51. *Si ad filium hominis Angeli deſcendebant, quia in terris erat, quomodo ipſi Angeli, aſcendebant ad filium hominis, niſi quia in cœlis erat.* Angeli venerantes Chriſti D. divinitatem aſcendunt, & deſcendunt ſuper filium hominis, & quomodo hoc fieri poteſt tam diverſis, ac repugnantibus actionibus? nam aſcenſus opponitur deſcenſui ; & vice verſa? quomodo illi divinitatem Chriſti venerantur, & prædicant? *Aſcendunt, & deſcendunt ſuper filium hominis*; Aſcendunt, eum agnoſcentes in cœlo ; Deſcendunt, recognoſcentes eum in terra ; Ac ubique Deum eſſe confitentes : *Ad filium hominis Angeli deſcendebant, quia in terris erat ; quomodo ipſi Angeli aſcendebant ad filium hominis, niſi quia in cœlis erat.*

Gen. 28. D. Aug. Ioan. 1.

QVÆSTIO III.

Quomodo D. Lucas dicat ſe ſermonem facere de omnibus, quæ cœpit Ieſus facere, & docere. Cum Ioannes dicat quod ſi per ſingula ſcriberentur, totus mundus libros capere non poſſet.

13. Ioan. 21. ITa ſcribit D. Ioan. Evangeliſta c. 21 n. 25 loquens de Chriſti operibus, ait, *quæ ſi ſcriberentur per ſingula, nec ipſe mundus capere poſſet eos, qui ſcribendi ſunt libri :* ex quo clare patet, quod omnes Evangeliſtæ ſimul juncti, multa de Chriſto D. ſiluerunt ; & ſolum ſcripſerunt ea, quæ ſufficiebant ad fidem Chriſti reconciliandam, ac ad ejus doctrinam, vitamque explicandam.

14. Reſpondeo primo ad quæſtionem juxta communē ſententiam SS. Patrum, D. Hieron. D. Auguſt. Origen. & aliorum, quos retuli tom. 6. in Evangelia ad cap. 1. Lucæ, q. 11. per totam quod propoſitiones univerſales in ſacra Scriptura non ſignificant omnimodam univerſalitatem, ſed magnam partem, ut illud 2. Reg. 15. n. 13. *Toto corde univerſus Iſrael ſequitur Abſalon.* Et tamen cum David, erat Joab, Abiathar, & ſexcenti viri. Ibid. n. 18. vide citatum locum, ubi multa de hac re. Ac proinde cū D. Lucas ait de omnibus, id eſt de multa parte eorum, quæ cœpit Jeſus facere & docere.

2. Reg. 15

15. Caietan. Secundò, præclarè reſpondet Caietanus, & ait : *Primum quidem ſermonem feci, quæ cœpit Ieſus facere, & docere,* &c. non ait : *quæ fecit Ieſus, & docuit, ſed quæ cœpit facere, & docere.* Inſinuat Evangeliſta, ſe non recenſere omnia per ſingula quæ Ieſus fecit, & docuit, ſed tantum intendit proponere, auguſtiſſimum ſuorum operum, ac verborum exordium, ut ex tam magnifico initio, quot & quanta mirabilia operatus ſit, auſpicari valeat ; & ita mirabili narrationis compendio alta & ſublimia perſtringit Evangeliſta. Orans Chriſtus D. in Cœnaculo, ait : *Pater, ego te clarificavi ſuper terram, opus conſummavi, quod dediſti mihi, ut faciam.* Ioan. 17. n. 4. Quomodo ait Chriſtus *opus conſummavi.* Cum adhuc reſtaret crucis mors in qua redemptionis opus completum eſt, & inde ipſe jam moriturus in cruce clamat : *conſummatum eſt*, quo ergo ſenſu ante mortem teſtificat ſe omnia conſummaſſe. Theophylact ait: *quia fecit, quod maximum omnium & radicem bonorum omnium ſubminiſtravit, Dæmone victo, & ſe objecto voraciſſimæ beſtiæ.* Objecit ſe Chriſtus vehementiſſimo deſiderio morti, idem valet, ac ſi jam ſpiritum morte exhalaſſet, & inde rectè ait : *opus conſummavi :* eodem verbo utens, ac quando pendens in cruce dixit *conſummatū eſt*; nam in viro præexcelſo, idem eſt operis inchoatio, ac illius conſummatio, ac illius ſumma perfectio.

Cū narratur operis inchoatio, illius cōſummatio innuitur. Ioan. 17. Theoph.

16. Anſelm. Tertiò. Anſelmus Laudun. in Gloſſa ait : *Quæ cœpit Ieſus facere, & docere ; quia omnia, quæ fecit, & docuit, inceptio quædam fuit, eadem poſtea Apoſtolis facientibus, & docentibus, & eorum ſequacibus*; non ait Evangeliſta ſe ſcribere de omnibus, quæ Ieſus fecit, & docuit, ſed de his, quæ *cœpit*; nam, etſi Chriſti D. operatio in ſemetipſa perfectiſſima ſit, tamen *inceptio quædam fuit*; ut poſtea Apoſtoli eorumque ſequaces Chriſtum imitantes faciant; nam Chriſtus D. ſuâ doctrinâ, ſuo exemplo, ſuâ gratiâ in nobis incipit opus bonum, ut nos cooperando illud perficiamus ad meritum, ac ſalutem. Præpotens ille homo, qui peregrè proficiſcens, pecuniam impertijt per ſervos ſuos, ad famulum deſidem, ac inutilem, qui talentum ſibi traditum abſcondit, & nihil lucratus eſt, ait Dominus. *Oportuit te committere pecuniam meam nummularijs, & veniens ego recepiſſem, utique quod meum eſt cum uſura.* Matth. 25. n. 27. ex talento dato, quænam eſt hæc uſura, quam Chriſtus D. tam avidè expetit, negotiatio nempe noſtri operis ex talento, dono gratiæ accepto, quod Deus largitur, non ut otiosè deſides ſimus, ſed ut multiplicato talento magnum negotium faciamus, ad meritum, ac ſalutem. Theophilus Antioch. lib. 1. in Evang. *Recepiſſem utique quod meum eſt, cum uſura, unde ſciendum eſt, quia ſpiritualis pecunia uſura, exercitium eſt boni operis, exercitium boni operis uſura eſt, ex dono accepto ex Gratia Dei.*

Deus incipit in nobis opus bonum, ut noſtra cooperatione perficiatur. Matth. 25. Thoph.

17. Occum. Quartò. Valde communiter notatum eſt : *Cœpit facere, ac docere*; quod prius dicitur facere, quam docere, facta dictis præcurrebant. Graviter tamen Oecumenius exponit locum, & ait : *Cœpit facere, & docere ; Quoniā Ieſus per ea, quæ operabatur, admonebat.* Multa alta & ſublimia Chriſtus aperiens os ſuum docebat, tot, & tam præclariſſimis ſermonibus, ut habentur in Evangelio, ac efficaciſſimâ Chriſti doctrinâ, quæ cunctis Chriſtianam virtutem perſuadebat, Altè, & profundè inquit D. Chryſolog. ſerm. 158. qualiter Chriſtus D. Magis, quos ex Oriente ducebat, voluit perſuadere virtutem, ſanctitatem, & rerum contemptum. Scribit D. Matth. 2. n. 11. Intrantes domum, *invenerunt puerū cum Maria matre ejus.*

Ad quæ verba ſic ait præfatus Chyſolog. *Sæpe quærimus, quare ſic mundum intrat Chriſtus, at veatos experiatur, anguſtias, partus patiatur injuriam, ſuſtineat vincula pannorum, canabula teleret imbecillia, lachrymis uberum nutrimenta diſquirat, ætatam gradus, neceſſitateſque præſentias.* Conſidera ſequentia: *& qualiter venire debuit, qui voluit apportare gratiam, timorem pellere, quærere charitatem.*

Magis perſuadet vita bona, quam doctrina Doctorum.

Valde mirum, quod Magi in idololatria enutriti intrantes domum adorantes Chriſtum, in agreſti præſepio fiunt præclariſſimi Sancti, in omni virtutum genere valde conſpicui, & quis tantarum virtutum, fuit Doctor, ac Magiſter? ipſa viſa humilitas Chriſti, paupertas, terrenorum contemptus, ſumma ejus charitas, quâ de cœlo deſcendit, documenta præbuit, ut eos in omni virtute, juſtitia, ac ſanctitate informaret, ac ſolidaret; & ideo cum Chriſtus veniret, tanquam gratiæ, ac ſanctitatis bajulus, inde tot anguſtias nativitatis in abjectiſſimo ſtabulo patitur. *Qui voluit apportare gratiam, timorem pellere, quærere charitatem.*

18. Scribens D.Petrus ſuis diſcipulis ait: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus.* Vult Apoſtolus ſuos inducere in viam ſalutis, eoſque in omni juſtitia, ac ſanctitate continere, ac informare; proponit ut ſequantur Chriſti viſtigia ejus admirabilis vitæ, humilitatis, paupertatis, charitatis, tolerantiæ, patientiæ. *Qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur*, 1.Petr.2. n.21.22.23. (1.Petr.2.) cur Apoſtolus non proponit ſuis diſcipulis admirabilem Chriſti doctrinam, de qua teſtificati ſunt ejus adverſarij; nunquam *ſic locutus eſt homo*. Ioan.7. (Ioan.7.) cur de ejus veſtigijs in vita facit tantùm mentionem.

Vita exempla fortiſſimum motivũ ad alliciẽdum.

Cum Petrus intenderet efficaciſſimo medio ſuos allicere, ac trahere ad viam ſalutis, ac ad obſequium Dei, eis ante oculos objicit Chriſti viſtigia, utpote ſuper omnia fortiſſimum motivum ad animos ſubjiciendos, ac devincendos; ſic Chriſtus D. ait de ſe; Ioan.14. (Ioan. 14.) n.6. *Ego ſum via veritas, & vita:* tanquam primum omnium, ac præcipuum ait de ſe quod *ſit via* per exempla, ac documenta vitæ ſuæ; (D. Cypr.) D.Cyprianus lib. de bono patientiæ, ait; *Ipſe eſt ſalutis noſtra via, qui Chriſtum veſtigijs ſalutaribus ſequimur, & per Chriſti exempla gradimur*; (D.Cyril.) & noſter D.Cyrillus ad citat. Joannis locum, ait: *Chriſtus nobis eſt via per vita actionem, veritas, per fidei rectitudinem, vita per ſanctificationem.*

Cap.1.n.3. Quibus & præbuit ſeipſum vivum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.

N.4. Et conveſcens præcepit eis ab Jeroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem Patris, quam audiſtis (inquit) per os meum. Quia Joannes quidem baptiſavit aquâ, vos autem baptiſabimini Spiritu ſancto, non poſt multos hos dies.

VERSIONES.

Syrus n.3. Quibus oſtendit ſe etiam eis cum viveret, poſt quam paſſus eſt ſignis multis.

Græcus. Quibus ſe repræſentavit ex morte redivivum.

Arabic. Argumentis certis multis, eumque viderunt manifeſtum & ſermonem habentem.

Æthiopic. Se vivum poſt mortem, &c. confirmans eos in verbo.

Syrus n.4. Et cum comediſſet cum eis panem: quod audiſtis ex me.

Aliqui ex Græc. Cumque ſale comediſſent.

Arabic. Cumque ſe collegiſſet cum eis in eodem loco.

Æthiopic. Et prandens cum eis.

Græcus. Converſans cum eis in eadem aula, ſeu hoſpitio.

Pagnin.Vat. Congregans eos in idem loci.

Syrus n.5. Baptiſabimini in Spiritu ſanctitatis.

Arabic. Non poſt multos ab his diebus.

Æthiopic. Poſt modicum tempus, quod non fuit longum.

D.Hilar.lib.8.de Tri. Vos autem Spiritu ſancto tingemini.

Quidam apud Rab. Vos autem ungemini Spiritu ſancto.

EXPOSITIO II.

Quibus. Nempe ipſis Apoſtolis, quos elegit per 19.
Spiritum S. *Præbuit ſe ipſum vivum*, à morte (Verſ.3.) reſuſcitatum, propria virtute, ut verus Deus, quâ & aſcendit in cælum, in multis argumentis, id eſt per multas manifeſtationes, ac comprobationes, quibus confirmabat ſuam reſurrectionem, qualia fuerunt, tot ejus apparitiones, manducationes, locutiones, cicatrices, oſtendens eis eandem eſſe ſui corporis formam, ac effigiem, eandem eſſe ſuam vocem, eundemque modum actionum; unde diſcipuli apud Emmaüs cognoverunt eum in fractione panis; Luc.24. n.31. (Luc.24.) Aperiens illis ſenſus, ut intelligerent Scripturas. Ibidem n.45. multa coram eis operans miracula; jannis clauſis ingrediẽs ad eos, & ſubito evaneſcens, Joan 20.n.19. (Ioan.20.) Cum eſſet in littore de improviſo paratus ignis, piſcis, & panis, Ioan.21.n.9. (Ioan.21.) tot ac tantorum piſcium concluſio in rete. Ibid.n 11. nec hæc obſtant eum vera fide, quæ eſt omnibus certior cum ſit *argumentum non apparentium*, Rom.8.n.24. (Rom 8.) quia fuerunt, quædam manuductiones, ac præparationes ad credendum, ut notant D.Ambroſ. *lib.1. de fide*, (D.Ambr.) cap.5. D.Gregor *homil.16. in Evangelia.* (D. Greg.)

20. *Per dies quadraginta*, non continuè, ſed per vices, ac interpolativè: *Loquens de regno Dei:* nempe de ipſa cæleſti beatitudine, in qua Deus regnat per gloriam ſuam, quæ eſt ultimus finis hominis: *de regno Dei:* de ipſa Eccleſia militante, in qua Deus regnat per fidem. *Simile eſt regnum decem Virginibus*, Matth 20. Ac proinde *loquens de regno Dei*, de ipſa, nempe Eccleſia militante, quoad prædicationem Evangelicam, ritus ac formas Sacramentorum, invocationem Sanctorum, ac Ipſius Eccleſiæ gubernationem, & ordinationem; & inde ipſa Eccleſia militans, dicitur quædam inchoatio Eccleſiæ triumphantis, ac cœleſtis.

21. *Et conveſcens.* Variæ ſunt lectiones in præſenti, ut dicam infra q.5. ſed retinenda eſt lectio noſtræ Vulgatæ cum D.Chryſoſt.Oecumen.Theophilacto: (D.Chryſoſt. Oecum. Theoph.) *Conveſcens:* Antequam Chriſtus aſcenderet in cœlum comedit cum ſuis diſcipulis, Luc.24. n.43. (Luc.24.) tum ad oſtendendam veritatem ſui corporis, tum in ſignum magnæ benevolentiæ, præcepit *ab Ieroſolymis ne diſcederent:* quia ibi tanquam in capite totius Regni erant adimplendi Spiritu ſancto, *ſed expectarent*, ut ita in eis magis excitaretur deſiderium advenientis Spiritus. *Promiſſionem Patris* id eſt, Spiritum ſanctum promiſſum à Patre, *quem mittet Pater*

in

Ioan.14. *in nomine meo.* Ioan 14.n.16. modeſtiæ cauſa, vocat
promiſſionem non ſuam, ſed Patris; ſicut & paſſim
omnis opera ſua referebat ad Patrem; Quia Pater
eſt primus fons & origo totius Trinitatis; & ad
majorem energiam, & ad magis explanandum, ut
Eſtius. notat Eſtius ponitur, *inquit*, & ſubditur *per os meum*;
hoc eſt ex me, ſeu ex ore meo, qui ſemper locutus
ſum vobis vera.

22. *Quia Ioannes quidem baptiſavit aquâ*; ſolummo-
do, nam ejus baptiſmus non conferebat gratiam, ſed
erat tantum, quædam diſpoſitio, ac præparatio ad il-
lam. *Vos autem baptiſabimini Spiritu ſancto*; id eſt
magnis ac extraordinarijs illius donis, qualia hacte-
Occum. nus non accepiſtis ut inquiunt Occumenius, Theo-
Theoph. philact. Beda, Lyran. Caietan. Infuſionem autem
Beda. Lyran. Spiritus ſancti vocat baptiſmum, nempe myſticum,
Caietan. quia inſtar baptiſmi longè tamen excellentius ſan-
ctificat, purgat, roborat, ac magnis donis replet ani-
mam. *Non poſt multos hos dies*; decimo ſcilicet ab
hoc die, noluit Chriſtus tamen certum diem deſigna-
D.Chry- re, ut ſemper eſſent vigilantes, ac parati; ut notat
ſoſt. D. Chryſoſt.

QUÆSTIO IV.

Quare Chriſtus D. per quadraginta dies apparet ſuis diſcipulis, & non per plures, nec pauciores.

23. Text. AIt Text. *per quadraginta dies apparens.* Quia
tot dierum numerus ſufficiens fuit ad ſuos diſ-
cipulos adfirmandos, ac inſtruendos de veritate ſuæ
reſurrectionis, & ſuæ veræ carnis, de myſterijs fidei,
ac de his, quæ pertinebant ad Eccleſiam Triumphan-
tem, ac militantem, ut dixi in expoſitione. Cur
vero præciſè tot dies?

24. Reſpondeo primò. Nam hic numerus, eſt maximè
Quaternarius. perfectus, & quadratus, cœleſtis Ieruſalem ob ſuam
Apoc.20 perfectionem, in quadro poſita eſt. Apocal.20.n.16.
Iſteque numerus, eſt valde ſacer, ac celebris, in Scri-
ptura; ſacratuſque eſt jejunio Moyſis, Eliæ, ac
Chriſti Domini.

25. Secundò; Chriſtus D. poſt quadraginta dies à
ſua nativitate, ſe præſentavit ſuo Æterno Parenti in
Luc.2. templo Luc.2.n.1. præbens magnam conſolationem
Sancto Simoni; ſic ergo poſt reſurrectionem, quæ
Chriſtus eſt altera nativitas, ſe præſentat ſuo æterno Parenti
magnam in cœlo, oſtendens ei pretium noſtræ redemptionis,
reverentiam Pa- ingerens ſuâ præſentiâ cœleſtibus ſpiritibus, eandem
tri exhi- reverentiam, quam ſuo divino Parenti exhibuit in
bet. corpore mortali, eandem in corpore glorioſo oſtẽdit.

26. Tertiò. Ut figura correſpondeat figurato. Deus
ſe præſentem exhibuit Moyſi per quadraginta dies,
dans legem, & præcepta populo illi antiquo, Exod.
Exod.32. 32. Decens ergo fuit ut Chriſtus D. verus Deus in-
carnatus in Sion totidem diebus cum Petro, ac cæ-
Figuratũ teris Apoſtolis ageret, tanquam novis legiſlatori-
figurato bus, eiſque legem Evangelicam traderet, ac expli-
reſpõdet. caret, & ea, quæ ad ſuam Eccleſiam, ac gubernatio-
nem pertinebant, nec plures dies erant neceſſarij,
cum eſſent ab Spiritu ſancto illuminandi, Ioan.14.

27. Quartò. Quadragenarius numerus maximè
electus ad emundandum, ac purificandum, ſic ad
Ezech.4. emundationem Iſraëlis dicitur Ezechiel. cap.4. n.6.
*Dormies ſuper latus tuum dexterum ſecundo, & aſſu-
mes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus.*
Sic Ninivitis quadraginta dierum tempus datum eſt
Ioann 3. ad pœnitentiam, Ioan.3.n.4. de quo latè D.Auguſt.
D.Aug. tom.9. tract.17. ad cap.5. Ioan. ſic & Chriſtus D.
quadraginta dies deſignavit ad emundanda corda
ſuorum diſcipulorum, quibus exprobravit increduli-
tatem, ac duritiem cordis, quia ijs, qui viderant
eum reſurrexiſſe, non crediderunt, Marc.16.n.14. Mat. 28.

Quintò, Gloſſa. Abſentiam quadraginta hora- 28.
rum, totidem dierum præſentia recompenſavit. Gloſſa.
Chriſtus expiravit in feria ſexta horâ nonâ; glorio- *Quot ho-*
ſè reſurrexit in Aurora diei Dominicæ, proindeque *ras Chri-*
à morte uſque ad reſurrectionem interjecerunt qua- *ſtus mor-*
draginta horæ, quibus anima fuit in Inferno, ſeu *te fuit abſens,*
ſinu Patrum: corpus autem tantummodo 36. horis *tot die-*
jacuit; tranſactis tribus horis poſt mortem in ſepul- *bus præ-*
chro poſitum eſt, ut tenet communis ſenſus Eccle- *ſens.*
ſiæ, & docet D.Auguſtin. Dialog. ad Oroſium 65. D Aug.
quæſtionum q.26.

Ecce quanto Deus ſit liberalior, ac largior in 29.
conſolationibus, ac gaudijs, quam in pœnis & deſo-
lationibus, ac pœnis infligendis; nam pro 40. horis
triſtitiæ, ac doloris ex Chriſti abſentia in ſua morte,
largitus eſt diſcipulis quadraginta dies lætitiæ, &
gaudij ex ſua præſentia; pro una hora doloris, unum *Deus li-*
integrum diem lætitiæ conceſſit. Hic videtur adim- *beralior*
pletum, quod vaticinavit Iſaias 54.n.7. *Ad punctum* *in conſo-*
in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis *lationi-*
congregabo te; In modico, nempe tempore mortis *bus, quã in pœnis*
dereliquit Chriſtus ſuos diſcipulos, at vero tempore *infligen-*
reſurrectionis eos congregavit in Cœnaculo, ac *dis.*
monte Oliveti in magnis miſerationibus gaudiorum, Iſai.54.
ac conſolationum, ac cœleſtium donorum; ſic &
Sapien.3.n.6. *In paucis vexati, in multis bene diſpo-* Sap.3.
nentur, & Paulus 2.Corinth.4.n.17. *Id quod eſt in* 2.Cor. 4.
præſenti momentaneum, & leve (ſeu ut alij legunt
breve) *tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimi-
tate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

Valde mirum quod inter omnes (Virg. Maria ex- 30.
cepta) Magdalena eſſet prima, quæ Chriſti præſentiâ
reſuſcitati gauderet; quid habuit hæc mulier ut in Ioan.20.
tanto dono haberet primatum? Ipſa præ cæteris
maximè doluit de corpore Chriſti, non invento in
ſepulchro, ut pro aliquo tempore in lachrymas pro- *Breves*
rumperet ita ut ei diceretur: *Mulier quid ploras?* *lachry-*
Ioan.20.n.13. Illa plus cæteris doluit, ac magnâ af- *ma pri-*
flictionis anguſtiâ oppreſſa eſt effuſis lachrymis, in- *matum*
de promeruit ut eſſet prima, in perenni, ac æterno *in peren-*
reſurrectionis gaudio. Perbelle Divus Paſchaſius *ni gau-*
lib.12.in Matthæ. *Breves mulieris lachrymæ, ad ſe* *dio.* D.Paſch.
attraxerunt ut cito reſurrectionis gaudio exultaret.

Adhuc inhæreo Magdalenæ, quæ ingreſſa domum 31.
Phariſæi ſtans retro ſecus pedes Chriſti: *Lachrymis
cœpit rigare pedes ejus.* Luc.7. n.38. & tunc ab ore Luc.7.
Chriſti illud ſupremũ beneficium & donum accepit:
remittuntur tibi peccata tua, vade in pace; ibid.n.48. *Vna la-*
hoc eſt cum lætitia, & gaudio; maximè notandum, *chryma gaudium*
quod non dicitur rigaſſe, fleviſſe, ſed quod *cœpit ri-* *ſempiter-*
gare, ut ſuo loco notavi, ac ſi ipſa prima lachryma *num im-*
effuſa promeruiſſet ſempiternum donum, ac gaudium: *petrat.*
Remittuntur peccata tua, vade in pace; S.Eucherius S.Euch.
lib.2. Reg. *Gutta lachrymarum cadit in terram, &
venia delictorum deſcendit de Cœlo.*

QUÆSTIO V.

Quare Chriſtus D. per quadraginta dies, apparet ſuis diſcipulis, non vero per ipſoſmet dies, cum eis ſemper aſſiſtit, & perſeverat.

PEr quadraginta dies apparet Chriſtus D. ſuis 32.
diſcipulis, non continuè, ſed interpolativè, ut ait D Chry-
D.Chryſoſt. *Non verſans cum hominibus ut ante* ſoſt
mortem, ſed multoties per hos quadraginta dies, à *Vbi Chri-*
ſuis diſcipulis abſens erat. Ubi Chriſtus tunc adeſ- *ſtus per*
ſet, inquirunt hic communiter expoſitores, hanc *quadra-*
quæſtionem jam tractavi tom 5. in Evangelia lib 9. *ginta dies.*

cap. 10. de Aſcenſione Chriſti, q. 1. quod per hos dies frequenter agebat, ac converſabatur cum ſanctiſſima Virgine Maria, cum ſacro Parente Elia, & Moyſe, ac cum Sanctis Patribus, quos de inferuo eduxerat.

33. Ad quæſtionem reſpondeo primo. Ut Chriſtus reſurrexit, non ſtatim aſcendit in cœlum, nec ſemper per ipſos quadraginta dies cum ſuis diſcipulis aſſiſtit, ſed aliquando eis præſens adeſt, aliquando ſit abſens, ut paulatim, ac ſenſim aſſueſiant ſuam abſeutiam corporalem ſuſtinere; ſuavis eſt modus agendi, dum non ſubito, ſed ſenſim res diſponitur. Vide multa in meis libris. Verb. Paulatim.

Paulatim agend.

34. Occum. Secundò. Occumenius; ſic ait. *Per dies quadraginta; non dixit in diebus quadraginta: neque enim continuè, cum diſcipulis verſabatur, quemadmodum ante paſſionem, ſed differenti modo: ſimul quidem, & deſiderabiliorem eis reddens ſuam apparitionem: ſimul quoque, & ſublimiorem, magiſque divinum ſe ipſum oſtendens*; in quibus duas rationes nobis aſſignat magnus Pater. *Simul quidem, & deſiderabiliorem eis reddens ſuam apparitionem.* Magna, ac valde delectabilia, quæ aliquando à nobis ſeparantur, ac removentur, vehementiſſunum ſui deſiderium in nobis excitant, quod etiam dixit D. Iuſtin. q. 84. ad Orthod. *Ut ſuorum deſiderium magis acueret.*

Abſentia dilecti maximè deſiderium ſui excitat.

D. Iuſtin.

35. Occum. Tertiò, expende præclaram Patris rationem. *Simul quoque, & ſublimiorem, magiſque divinum ſe ipſum oſtendens.* Si per ipſos quadraginta dies perenniter cum diſcipulis ageret, inde ipſa continua familiaritate minus venerandus haberetur; At vero cum modo ſe eorum oculis objicit, modoque ab eorum conſpectu ſe removet, iude fit, ut reſurgentis gloria ipsâ abſentiâ magis æſtimetur, magis ſublimior, ac excelſior videatur. *Simul quoque & ſublimiorem, magiſque divinum ſe ipſum oſtendens.* Ac ſi non tam divinus, ac ſublimis judicaretur, ſi in illa glorioſi corporis forma, *continuè cum diſcipulis eſſet converſatus.* Receſſus, ac abſentia auctoritatem comparat; familiaris aſſiſtentia ipſam reverentiam. minuit, ex ſeparatione; multam venerationem conciliat majeſtas, quam familiaris conjunctio diluit, ac corrodit.

Ex abſentia reverentia, quã frequens præſentia minuit.

36. Cum Moyſes multam moram faceret in monte, tunc congregatus populus Iſraëliticus clamat ad Aaron dicens. *Surge fac nobis Deos, qui nos præcedant, Moyſi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit*; Exod. 32. n. 1. Valde inconſequens hæc poſtulatio, pro Moyſe abſente, qui eos eduxit de Ægypto, quærunt ducem, & ductorem, & ad hoc poſtulant *Deos, qui nos præcedant.* Moyſes quidam erat homo inter eos natus, pro ejus abſentia alius bomo, qui eſſet dux, & princeps erat poſtulandus, ad quid non bominem, ſed Deos flagitant, & non unum Deum, ſed multos Deos; *fac nobis Deos.* Abulen. q. 8. *Nullus talis ut Moyſes videbatur inveniendus, viſum ergo fuit eis, quod nullum ſufficientem directorem habere poterant, niſi Deus eſſet.* Quandiu Moyſes erat inter eos, multum deſpectui habebatur, ut frequenter obmurmurant, contraque eum ſe volebant erigere, imò & lapidare; at vero cum ab eis abſens, & ſeparatus iu monte moras trahit, ex ipſo receſſu, ac longiori diſtantia, tam ſoblimis, & excelſus reputatur, ut ejus abſentia, ac adminiſtratio, non per hominem, ſed per Deum, & non unum Deum, ſed per plures ſuppleri poſſit; *nullum ſufficientem ductorem habere poterant, niſi Deus eſſet*; ex abſentia auguſtior majeſtas, quam frequens præſentia maximè deprimit.

Exod. 32.

Abſentia reverentiã, præſentia contemptum conciliat.

Abulenſ.

37. Maximè ponderatione dignum, quod naſcens Chriſtus in Bethleem, donis oblatis adoratur à Paſtoribus, veneratur à Magis apertis theſauris ſuis; veniens vero in Nazareth patriam ſuam, ibi contemnitur, ac minus habetur, ita ut dicerent: *Unde huic ſapientia hæc & virtutes? Nonne, hic eſt filius Fabri? Nonne mater ejus dicitur Maria; & ſorores ejus apud nos ſunt* Matth. 13. n. 55. Unde tanta diſquiparantia? Loquens Propheta Mich. 5. n. 2. ut refert D. Matth. 2. n. 6. ait: *Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda; ex te exiet dux, qui regat populum meum Iſrael*; ad quæ verba appoſitè Theophylactus ſcribit, *ex te enim egreſſus eſt dux. Rectè egreſſus eſt, inquit, non in te manebit. Non enim manſit Chriſtus in Bethleem, ſed ex ea poſtquam natus eſt, exijt, & in Nazareth frequenter converſatus eſt*: Ecce tota ratio differentiæ, etſi natus fuit in Bethleem; *non ibi manſit Chriſtus; ſed ex ea poſtquam natus exijt.* Poſtquam natus eſt parvam moram traxit, ſed confeſtiu egreſſus eſt. *At in Nazareth frequenter converſatus eſt.* In Bethleem, ubi parva mora, tanquam pertranſiens Chriſtus erat, ibi maximè reſplendores divinitatis reverebantur, illiuſque majeſtas recolitur; At vero in Nazareth frequenter verſans civium vitio contemnitur, & debitus honor deperit, & corroditur; ideo ait Theophylactus ad citatum locum, Math. 13. *Conſuevimus, ea contemnere, quæ valde familiaria ſunt; ſemper magis attendentes alienis, & inſolitis.* Idem ferè ait D. Thomas ad cap. 40. Ioan. Vide quæ dixi tom. 2. in Evang. cap. 10. q. 7. n. 44. & tom. 4. cap. 40. q. 8. circa hos quadraginta dies aliam rationem dabo quæſtione ſequenti.

Mich. 5.
Math. 2.
Math. 13.
Theoph.

Parva præſentia venerationem adducit, quam diuturna diminuit.

Theoph.

QUÆSTIO VI.

Qualis fuit hæc Chriſti D. comeſtio,

Ait Text. *Et convescens præcepit eis.* Circa quæ verba variæ ſunt lectiones, nam multi ex Græco legunt. *In ſale communicans*, ut etiam legunt Theophylact. Oecumen. Sal in menſa apponebatur, & cum eo panis comedebatur, Eſdræ. 1. cap. 4. n. 14. *Memores ſalis, quod in palatio comedimus.* Sal ſymbolum fœderis, ac amicitiæ eſt, Levit. 2. n. 13. Circa quod multa hic congeruut doctè Lorinus, ac Cornel. Alij, ut Eraſmus, Caietan. *Commorans, ſeu congregans.* D. Auguſt. lib. cont. Ep. Fund. cap. 9. *Converſatus eſt.* Æthiopicus, *prandens cum eis*; Syrus, *cum comedeſſet cum eis.* At noſtra vulgata habet *convescens*; ac ita legunt D. Chryſoſt. Euthym. D. Hier. Beda, D. Auguſt. & omnes codices Latini. 38.

Theoph.
Occum.
Eſdr. 1. cap. 4.
Levit.
Lorin.
Cornel.
Eraſm.
Caietan.
Æthiop.
Syrus.

Qualis fuit hæc Chriſti comeſtio hic inquiritur. 39.
Actor de mirabilibus ſacræ Scripturæ lib. 3. cap. 14. apud D. Auguſt. & Durand. q. 3. diſt. 2. putat non fuiſſe veram comeſtionem, ſed apparentem, qualis fuit Raphaëlis Tobiæ 12. n. 19. dicentis: *Videbar quidem vobiſcum manducare, & bibere, ſed ego cibo inviſibili, & potu, qui ab hominibus videri non poteſt, utor.* Hæc comeſtio, ſicut & Angelorum apud Abraham, Gen. 18. non fuit vera, & realis; Quia vera comeſtio eſt actio vitalis, & fit ab anima informante corpus, cujus vi trajicitur cibus in ſtomachum, ſed fuit extrinſeca, & apparens comeſtio facta in corpore aëreo, quæ in aërem convertebatur.

Qualis comeſtio.
D. Aug.
Durand.
Tob. 2.
Gen. 18.

At Chriſti reſuſcitati comeſtio fuit vera & realis, ſicut ejus locutio, auditio, viſio, inſuflatio in Apoſtolos, fractio panis, nam Chriſtus poſt reſurrectionem, aſſumpſit verum corpus, quod ab anima verè, ut antea informabatur, indeque tales actiones Chriſti fuerunt veræ, & vitales; ſicut & comeſtio, nam Chriſtus habebat verum corpus, verum os, ac dentes, verumque ſtomachum, in quem cibus trajiciebatur, non tamen convertebatur in corpus Chriſti, nam corpus glorioſum, nec ali, nec creſcere, aut decreſcere poteſt; eſt enim impaſſibile, & inalterabile, 40.

Chriſti comeſtio vera, & realis.

D.Aug. bile, nam ut ait Auguſt. epiſtol. 49. q. 1. & ex eo Beda: *Aliter aquam abſorbet terra ſitiens, aliter Solis radius cadens: Illa indigentiâ, iſte potentiâ.* Ille ergo cibos, qui à Chriſto ſumebatur, vel ejus divina virtute anihilabatur, vel in aërem convertebatur; ita

Suarez. Suarez tom. 1. ad 3. diſp. 47. ſect. 5.

QVÆSTIO VII.

Quare Chriſtus D. antequam aſcenderet in cœlum comedit cum ſuis diſcipulis?

41. CONveſcens, ſeu vt habet Æthiopicus *prandens*; Chriſtus in Cœnaculo comedit, ſeu prandium fecit cum ſuis diſcipulis, quod frequenter fit meridiano tempore, tunc duxit ſuos diſcipulos in montem Oliveti, & in hujus rei memoriam, illa hora, quæ eſt à meridiano, uſque ad primam ſequentem in die Aſcenſionis, in multis partibus, ac in toto hoc regno Portugaliæ, & ejus ditionibus maximè recolitur, & veneratur muſicorum cantu, ac multo luminum apparatu.

Qua hora Chriſtus aſcendit.

42. Cur autem antequam aſcenderet in cœlum comedit? Inquirit præſens quæſtio. Reſpondet, primo Chryſoſt. *Ne ipſum ſpectrum, & phantaſma putarent.* Secundo, Chriſtus D. antequam aſcenderet, ſuos reprehendit: *exprobravit incredulitatem eorum.* Marc. 16. Comedere autem ſignum eſt eximiæ benevolentiæ, ac amicitiæ. *Homo unanimis, dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos.* Pſal. 54. n. 14. Rigorem ergo reprehenſionis tantæ benevolentiæ, ac amicitiæ ſignis voluit Chriſtus mitigare, ac commiſcere; pro quo vide multa, verb. Benignitas.

D.Chryſoſt.

Marc. 16.

Rigor eſt benignitate mitigandus.

43. Tertio. Chriſt. D. per quadraginta dies, & noctes abſtinentia eum ſeparavit ab hominum conſortio jejunans. Math. 4. n. 2. totidem ad numerum dies poſt reſurrectionem, cum hominibus converſatur, & manducat, *per quadraginta dies apparens, & conveſcens*; quod notavit D. Hilar. cant. 3. in Matth. ubi de tentatore ſic loquitur: *Licet eſurientem videres, quadraginta tamen dierum in eo jejunium pertimeſcebas, qua rerum ratione, indicat poſt quadraginta dierum converſationem, quibus poſt paſſionem in ſæculo erat commoraturus, eſuritionem ſe humanæ ſalutis habiturum; quo in tempore expectatum Deo Patri munus, hominem, quem aſſumpſerat, reportavit.* Chriſtus cum eſſet in mortali corpore abſtinentia quadraginta dierum eum ſequeſtravit ab hominum conſortio; totidem vero dies poſt reſurrectionem recompenſat converſans, & manducans cum hominibus; & ſi cum adhuc mortalis eſſet exiſtens, abſtinentia quadraginta dierum non manducans, nec bibens eum quodammodo immortalem indicabat, nunc vero reſurrectione immortalis jam, tamen manducans & bibens, ſe mortalem ſimulat; O quantus Dei amor, ſic ſe contrahit, ac dimittit hominibus, ut homines ad ſe alliciat ac trahat; ſic ipſe Dominus de ſe erga bonos ſervos; *cum venerit Dominus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis*; Luc. 12. num. 37.

Math. 4.

D.Hilar.

Chriſtus ſe contrahit pro hominum ſalute.

Luc. 12.

44. Quartò, expende mentem D. Hilar. citati: *Quibus poſt paſſionem in ſæculo erat commoraturus, eſuritionem ſe humanæ ſalutis habiturum*; maximè ponderatione dignum; cur Chriſtus D. poſt reſurrectionem cum ſuis diſcipulis manducat, ac de cibo agit ſic in præſenti *conveſcens præcepit eis.* Ioan. 21. n. 5. *Pueri, nunquid pulmentum habetis.* Et Luc. 24. n. 42. *Obtulerunt illi partem piſcis aſſi, & favum mellis*, & iterum Luc. 24. n. 35. *Cognoverunt eum in fractione panis.* Ad quid cum immortali vita (qua nec cibo, nec potu utitur, nec indiget) tanta eſcarum repetitio? ſub illa metaphora, ac affectu temporalis comeſtionis, cujus expers erat, indicabat eſuritionem ac deſiderium humanæ ſalutis, quo æſtuabat: *Quibus eſuritionem humanæ ſalutis habiturum.* Unde ipſe Dominus ait apud Joannem 4. n. 34. *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem Patris mei.*

D Hilar.

Chriſtus eſurit hominũ ſalutem.

Ioan. 4.

45. Quintò. Abiturus Chriſtus facit hoc convivium cum diſcipulis ſuis, ut per typum, & figuram daret quandam prælibationem cœleſtis convivij, juxta illud, quod ipſe dixit Luc. 22. n. 29. *Ecce ego diſpono vobis regnum, ut edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo:* Nam ſicut terrenus Rex ſuis Principibus familiariſſimis in ſignum ſuæ benevolentiæ eis concedit ſuæ menſæ communionem, ſic Chriſtus ſuum declarans amorem erga ſuos diſcipulos, ac Principes, eos facit participes ſuæ menſæ, ut ſub hac metaphora explicetur illius ineffabilis ſupremæ celſitudinis dulcedo, ac magnitudo, ut ex Tito Boſtren. Euthym. Theophylacto notavi tom. 5. in Evangelia lib. 7. cap. 8. q. 6. n. 40.

Cœleſtis Beatitudo hoc exprimitur.

Luc. 22.

Boſtren.

46. Sextò, multi graves Doctores hoc Chriſti convivium referunt ad cœleſte poculum divinæ Euchariſtiæ, quam Chriſtus in hoc ultimo vale, cum ſuis diſcipulis communicavit, ut dolor de ejus abſentia mitigaretur, & ut eos in ſpe cœleſtium donorum firmaret, & in adverſis corroboraret, ſuoque exemplo inſtruerentur, quod enutriti hoc cœleſti pabulo, ſtatim in cœlum feruntur, & volant. Richardus Victorinus lib. 1. de Emmanuele cap. 16. ſic fatur: *Attendite quod dicitur conveſcens præcepit eis ab Ieroſolymis ne diſcederent,* & paucis interjectis additur, *videntibus illis elevatus eſt. Ecce quia comedit, aſcendit;* ut tanto documento nobis inſinuaret, quod qui hoc cœleſti pabulo paſcuntur, ſtatim cœlum penetrant; Ecce quia comedit, aſcendit.

Euchariſtiâ elevantur homines in cœlum.

Richard.

47. Frequenter in ſacra Scriptura homines reptilibus comparantur, quæ ſunt animalia, quæ toto corpore gradiuntur ſuper terram. Ezech. 8. n. 10. *Ecce omnis ſimilitudo reptilium.* Oſeæ 2. n. 18. *Et percutiam fœdus in die illa cum beſtia agri, & reptili terræ.* Et tamen à Chriſto D. homines vocantur aquilæ: *Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.* Matth. 24. n. 28. Unde tanta diſquiparantia. Si homines comparantur cum reptilibus, quomodo aquilæ dicuntur? Etſi homines tamquam reptilia degant ſuper terram, tamen, cum Chriſti odore ad ſacratiſſimum ejus corpus accedunt tamquam velociſſimæ aquilæ terram relinquentes, in ſublime, ac cœlum volant. D. Chryſoſtom. homil. 24. in 1. ad Corinth. ſic ait: *Ad hoc nos inducit ad ſacrificium illud formidandum, & admirabile, quod jubet nobis, ut aquilæ in hac vita ad ipſum evolemus, vel potius ſuper cœlum; ubi enim, inquit cadaver, illic aquilæ.*

Ezech 8.

Oſeæ 2.

Math. 24

Odore corporis Chriſti homines in cœlũ ut aquilæ evolant.

D Chryſoſt.

48. Septimò. Guillelmus apud Titelm. in allegor. ponderat præſentem Textum: *Conveſcens præcepit eis, ut expectarent promiſſionem Patris, baptiſabimini Spiritu ſancto*, tunc ſic ait citatus Guillelmus: *Effudit enim de Spiritu ſuo ſuper omnem carnem, poſtquam remeavit ad Patrem, neſcio an carne, an ſpiritu magis prodigus, ut quos caro ſatiaverat, ſpiritu inebriaret.* Conveſcens Chriſtus cum diſcipulis ſuis, ſtatim omnia dona in eis accumulavit, promiſſionem Patris, Spiritum ſanctum, quod connexum habuit illud convivium cum tanta Dei largitate, exhibita fuit in illo convivio Chriſti caro, inde tanquam in pignore, omnem Dei amplitudinem, ac ipſum divinum Spiritum cum omnibus ſuis donis illis conceſſit. *Ut quos caro ſatiaverat, ſpiritu inebriaret.*

Guillel.

Caro Chriſti pignus omnium donorũ.

Ait

49. Ait divina Sponſa : *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt ubera tua vino fragrãtia unguentis optimis.* Cantic.1 n.1. Tantum Dei labia felia anima cupit attingere, agnoſcens Dei ubera eſſe omnium donorum unguentis pretioſiora ; cur non poſtulat ipſa Dei totis, & tantis donis redundantia, cur ſolum labia deſiderat, & tantùm, ut illa attingat. Agnoſcebat bona Dei amatrix, quod ſi aliquid Dei etiam leviſſimum illius carnis tactum habeat, ſtatim Deum ipſum, tota cum plenitudine donorum accipiet. D.Ambroſ. lib.de Iſaac, & anima cap.3. ait : *Illa oſculum poſcit, Deus verbum ſe ei totum infundit, & nudavit ei ubera ſua.* Illa aliquid de Deo poſtulat, quo obtento, licet tantillum ſit, ſtatim totum Deum habebit : *Deus verbum ſe ei totum infundit, & nudavit ei ubera,* ut de illis bibat, & inebrietur.

Cant.1.

Qui aliquid de Deo habet totũ Deum habet.

D.Ambr.

QUÆSTIO VIII.

Quare potius Ieroſolyma, quam alius locus deſignantur à Chriſto D. ad adventum Spiritus ſancti.

50. TExtus: præcepit Chriſtus *ſuis diſcipulis ab Ieroſolymis ne diſcederent*, ſed ibi expectarent adventum Spiritus S. cur hæc civitas præ quocumque alio loco ad tantum adventum eligitur ? Prima ratio ; quia ſic erat prædictum in Prophetis Iſai.2.n.3. *De Sion exibit lex, verbum Domini de Ieruſalem.* Spitito S adveniente Apoſtoli ipſo repleti ſtatim cœperunt prædicare legem Evangelicam in Jeruſalem, & in toto Orbe.

Iſai.2.

51. Secundò. Jeruſalem erat caput totius regni, ex illaque dimanabant leges in cæteras regni partes tamquam in ſua membra, inde convenitns fuit, ut Apoſtoli Spiritu ſancto afflati inciperent ibi prædicationem Evangelicam, quæ divulganda erat per totum Orbem, & cum Jeruſalem eſſet præclara Civitas caput totius regni ad illam coofluebant omnes gentes, quæ ſub cœlo ſunt, inde divina Providemia factum eſt, ut eſſent teſtes ipſius prædicationis Evangelicæ, illiuſque magni miraculi, quod prædicantibus Apoſtolis in Hebræo audiebat eos *unuſquiſque lingua ſua loquentes magnalia Dei.*

A Ieruſalem tamquã à capite incepit prædicatio Evãgelica.

52. Tertiò. In Jeruſalem vaticinari ſunt frequentet Prophetæ, ad illamque dirigebant ſuum ſermonem, in ea Chriſtus D. docuit, elegit Apoſtolos, eoſque miſit prædicare, ſuamque Eccleſiam fundavit, ac inſtituit ; inde conveniens fuit, ut ibi adveniret D. Spiritus Apoſtolos illuminans in Chriſti doctrina, vaticinijs Propbetatum, ac prædicatione Evangelica, ad quam ipſe Spiritus eos erat ducturus per totum Orbem, ipſamque Eccleſiam in toto mundo firmavit, ac cortoboravit.

Vbi Chriſti doctrina, ibi advenit Spiritus ſanctus.

53. Quartò. Jeruſalem interpretatur *Viſio pacis*, inde ibi advenit Spiritus ſanctus, quia ipſo adveniente pax Chriſtiana videnda, & agnoſcenda foret, in toto Orbe, quam Rex noſter Chriſtus Ieſus Princeps pacis attulit toto mundo, *faciens utraque unum.*

54. Quintò. D. Leo ſerm. de Paſſ. notat, quod Bethlehem locus parvulus eligitur ad nativitatem, Ieruſalem, Civitas magna ad paſſionem ; nam gloriam ſuam, qua radiavit in præſepio voluit abſcondere, ignominias paſſionis maximè publicare, & manifeſtare, inde alto conſilio Æterni Patris mittitur D. Spiritus in Ieruſalem, ut ingentem gloriam ac celſitudinem Chriſti D. declaret, ac manifeſtet ; ait Chriſtus D. Ioan.14. n.26. *Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo.* Illud *in nomine meo.* Gloſſa *in laude mea*, ubi præceſſit ignominia, ibi Spiritus divinus in laude Chriſti.

D.Leo.

Chriſtus manifeſtas ignominias, Pater declarat ejus gloriam.

Ioan 14.

Gloſſa.

Sextò. Jeruſalem civitas erat valde celebris in mundo ſua magnitudine, & amplitudine, civium multitudine, ac frequentia omnium nationum, admirabili templi ſtructura, ædificiorum innumerabili multitudine, turrium altitudine, murorum latitudine, magnaque divitiarum opulentia ; in hac ergo civitate deſcendit Spiritus ſanctus, quo repleti ſacri Apoſtoli omnia iſta temporalia contemnunt, omneſque eorum Principes, ac Magiſtratus parvi pendent, magnoque animi robore reſiſtunt, cum enim divina, ac cœleſtia apparent, ſtatim omnia terrena, diſparent, ac pro nihilo habentur ; dicitur Pſal.36. n.35. *Vidi impium ſuper exaltatum, & elevatum ſicut cedros Libani, & tranſivi, & ecce non erat.* Quo tranſivit David, ut tam cito, tot amplitudines, ad nihilum redigerentur ? tranſivit mente ad contemplandam Dei gloriam, & ut mente etiam à longè illam præcepit, omnia mundialia, & ſi magna videantur, ſtatim evaneſcunt, ac ſi nihil eſſent, habentur. Elias Cretenſ. orat.3. Nazianz. ſic ait : *Quid illud eſt, quod tranſit juſtus, ut iſta ceſſet elatio ? cum videmus extolli impios, & in nimiam ſuperbiam creſcere, tranſeamus, & nos mente, & intellectu ab ijs, quæ videntur, & temporalia ſunt, & transferamus intellectum noſtrum ad æterna ; & tunc omnis mundialis altitudo corruit tanquam in nihilum.* 55.

Temporalia diſparent Dei gloria apparente.

Pſal.36.

Cretenſ.

Septimò. Valde mirum eſt, quod parvulus grex Chriſti, cogatur ab Jeroſolymis non diſcedere, ubi tanta rabies Judæorum, erat in eos. Cur Domine non magis times gregi tuo in Jeroſolyma ? Non ne ibi flagellatus, ac crucifixus fuiſti ? Ea tamen erat Chriſti gloria, ac potentia, quod in loco adeo ſibi infenſo, ibi ſui nominis vexillum triumphale erigeret, & inimicorum tyrannidem ſopiret. Theophylact. hic, & ait : *Apud illos ipſos, qui eadem fecerant, qui crucifixerant, qui ſepeliverant, in ipſa urbe, in qua nefarium facinus committere auſi fuerunt argumenta, ac ſigna proferunt, quæ non poterant refelli.* Valde glorioſum eſt Deo in loco hoſtili, in quo tot acceperat injurias, ſplendidam ſuam virtutem magno trophæo oſtentare. 57.

Dei gloria ibi de hoſtibus triũphat, ubi injuriam accepit.

Theoph.

Plaga magna minatur Deus Iſrael ob ſuam idololatriam per Jerem.19.n.15. *Sic conteram populum iſtum, & civitatem iſtam, ſicut conteritur vas figuli, quod non poteſt ultra inſtaurari : & in Topheth ſepelientur.* Maximè notandum ſignate dici, quod in Topheth altaria erigebant idolis Iſraëlitæ, ibi Dei poteſtatem contemnebant, ibi Moloch ſacrificabant filios ſuos, inde ut rectè ponderat M. Didacus de Baëza lib.18. de Chriſto figurato §.32. Non timet ſibi Deus à loco tam infenſo, ſed eo ipſo invadet hoſtes ſuos, quibus occiſis, glorioſum erigit ſibi inſigne triumphi. 58.

Ierem.19

Vbi Dei offenſa ibi eius victoria.

Baëza.

De Chriſto D. ait Regius Vates, Pſalm.67. n.5. *Qui aſcendit ſuper occaſum Dominus nomen illi.* In occaſu potius eſt deſcenſus, quam aſcenſus, quis ergo poterit per occaſum aſcendere ? niſi ſolus Dominus Ieſus, quia per occaſum, ac defectionem quam ſibi inimici intulerunt ; inde magis ſuas glorias oſtentavit, ſuum nomen exaltavit, ac ſuæ divinæ virtutis trophæa erexit ; ſic Beda ad cap.5. Lucæ : *Super occaſum quippe Dominus aſcendit, quia ubi in paſſione occubuit, inde majorem ſui gloriam reſurgendo manifeſtavit.* 59.

Pſal.67.

Ex morte Chriſti maior victoria ſplendor.

Beda.

QUÆSTIO IX.

Quare divinus Spiritus dicitur promiſſus à Patre, non vero ab ipſomet Chriſto Domino?

Euthym. Theoph. *Spiritus promiſſus.* Iſai. 44. Ioel. 2.

60. AIt, præcepit ſuis diſcipulis *ut expectarent promiſſionem Patris*, & ſtatim quæritur ubi Pater hoc promiſit; Euthymius, Theophylactus, ad caput ultimum Lucæ docent hanc promiſſionem factam fuiſſe à Patre in Sctiptura Iſai. 44. n. 3. effundam ſpiritum meum *ſuper ſemen tuum.* Ioël. 2. n. 28. *Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ*, ut exponit D. Petrus Actor. 2. n. 28.

Ioan. 15. Ioan. 14.

61. Secundò. Quamvis ipſe divinus Spiritus, à Patre, & Filio ejus Jeſu Chriſto ſit promiſſus, ut ipſe ait: *Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis, Spiritum veritatis.* Ioan. 15. n 26. Tamen Chriſtus D. modeſtiæ cauſa, vocat eum, non promiſſionem ſuam, ſed Patris, ſicut apud Ioann. 14. n. 16. vocat eum non donum ſuum, ſed Patris; *ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis*; & iterum n. 26. *Paraclitus autem Spiritus, quem mittet Pater in nomine meo.* Pater enim eſt primus fons, ac origo totius Trinitatis; ab eo enim habet filius ſuam communicatam divinitatem, & conſequenter vim ſpirandi, ut ſcilicet cum Patre ſpiret, & producat Spiritum ſanctum. Deinde Chriſtus D. omnia ſua ſemper ad Patrem refert; ut conſtat ex Ioan. 14. 25. 16. 17.

Qui expectat promiſſionem à Patre iam iudicat.

62. Tertiò. Oecumenius ſic fatur in præſenti. Expectarent promiſſionem Patris, *& ubi Pater promiſit? dicimus ergo quod per defectum oportet hoc dictum intelligi, ut ſubaudiatur propoſitio, ſitque ſenſus; expectarent à Patre promiſſionem.* O magnæ ſpei vires! Idemque eſt, *expectare promiſſionem Patris, ac à Patre promiſſionem expectare.* Qui expectat Patris promiſſionem, non promiſſionem ipſam, ſed rem promiſſam expectare putatur; qui autem à Patre promiſſionem expectat, non tam rem ipſam promiſſam, quam promiſſionem expectare cenſetur, nam tanta animoſitate fertur ſpes ad obtinendam rem promiſſam à Patre, ac ad impetrandam promiſſionem à Patre, ac ſi ipſa promiſſio idem valeat, ac res jam obtenta & poſſeſſa; tanta ſpes fiduciâ divinæ beneficentiæ animatur, ut idem reputet aſſequi gratiam promiſſam, ac illius promiſſionem, *expectare promiſſionem Patris, ſitque ſenſus, expectare à Patre promiſſionem.*

Apoc. 4. *Id quod à Deo ſperatur, eſt tanquam in poſſeſſione.* Richard.

63. Apocalip. 4. n. 4. oſtenditur Ioann. thronus Dei, in cujus circuitu erant *viginti quatuor ſeniores, circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus coronæ aureæ.* Per hos ſeniores denotantur Sancti, qui in hoc mundo, indefeſſe adſtant Deo, ſervientes inter multa certamina, ac adverſa; illud tamen maximè ponderandum, quod corona non datur, niſi poſt finitum certamen, ac hujus vitæ militiam; quomodo ergo illi, qui adhuc militabant, jam coronantur. Richard. Victor. lib. 2. in Apocalip. p. 2. cap 1. ait: *In capitibus habent coronas, in mundo, ſperando, in cælo poſſidendo gloriam.* Et ſi Sancti in patria erant habituri coronas, cùm illas à Deo ſperarent jam in hac vita, quaſi in capitibus poſitas habebant.

64. Ait Apoſtolus ad Rom. 12. n. 12. *Solicitudine non pigri: Spiritu ferventes Domino ſervientes, ſpe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes.* Videbat Apoſtolus ſuos diſcipulos undique inimicorum exercitu circundatos, tribulationibus, carceribus, flagellis oppreſſos, bis admonet, ut ſint patientes, ſpiritu ferventes, domino ſervientes, orationi inſtantes, *ſpe gaudentes*; inter tot, ac tantas tribulationes poterunt habere gaudium; nam gaudium tranſactis laboribus advenit, quomodo ergo habebunt gaudium? maximè in ſpe; gaudium enim cœleſtis patriæ jam in hac vita guſtatur, & de illo participatur.

QUÆSTIO X.

Quare Chriſtus hic promittit ſuis Apoſtolis baptiſandos eſſe ab Spiritu ſancto.

MUlti Authores multa hic congerunt circa baptiſmum: hodie communis ſententia tenet, 65.
Baptiſmum inſtitutum fuiſſe à Chriſto D. ante ſuam mortem, Matth. 3. n. 13. Ioan. 3. n. 5. Ut docent communiter Doctores cum D. Thom. 3. p. q. 66. art. 2. Poſt reſurrectionem vero ab ipſo Domino magis eſt explicatus, ac declaratus, *præcipiens gentes baptiſari in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.* Math. ultimo. Poſtea vero in die Pentecoſtes à D. Petro Actorum 2. n. 38. eſt promulgatus, ut neceſſarius ad remiſſionem peccatorum.

Math. 3. D. Tho. Math. 28. Actor. 2.

Evodius primus poſt Petrum Epiſcopus Antiochenus in Epiſtola, cujus titulus eſt *Lux* docet Chriſtum D. baptiſaviſſe D. Petrum, Andræam, ac filios Zebedæi & hi baptizaverunt alios Apoſtolos, ut etiam tenent Clemens Alexandrinus, D. Auguſt. D. Greg. & quod Chriſtus baptiſaverit Ioannem baptiſantem, affirmant Clemens Roman. Nazianz. Chromat. D. Hieron. D. Thomas, noſter Beauxan; & idem dicunt de Beata Virg. Euthym. Albertus, Turrectemata, Lindan. Caniſ. Nicephor. Bellarm. omnes iſti apud Lorin in præſenti; nec obſtat, quod Ioan. dicat 4. n. 2. Ieſum non *baptiſaviſſe*, hoc eſt vulgariter, & communiter, nam hoc faciebat per diſcipulos ſuos. 66.

Qui ſunt baptiſati à Chriſto. Evodius. Ioan. 4. Lorin.

Quod maximè inquirendum eſt in præſenti, cur infuſio Spiritus ſancti dicitur baptiſmus? ad quod reſpondet primo D. Cyril. Hieron. Catecheſi 17. & ait: *ut enim is, qui aquâ mergitur, & baptiſatur, undique ab aquis circundatur, ſic & illi à Spiritu baptiſati ſunt perfecti.* Qui baptiſatur, mergitur in aquis, & ab illis abſorbitur, ac circundatur; ſic ſuper quem deſcendit Spiritus ſanctus, totus mergitur, abſorbetur, & circundatur ab ipſius donis, ut jam nihil in eo temporale, ſed totum ſpirituale, quod totis viribus quærit & intendit ille. 67.

D. Cyril. *Totus homo donis Spiritus repletur.*

Secundò, & maximè ad literam, infuſio Spiritus ſancti dicitur baptiſmus ſumpta metaphora ab ipſo baptiſmo, qui ſicut exterius mundat corpus, abſtergitque illius maculas, ſic multo ſublimius Spiritus ſanctus adveniens, illuminat, & ſanctificat animam, & illam in divino amore incendit, ex quo patet, quanto hæc infuſio diſtet à Ioannis baptiſmo, ut ipſemet dixit, Math 3. n. 11. *Ego quidem baptiſo vos in aqua in pœnitentiam, qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cujus non ſum dignus, calceamenta portare, ipſe vos baptiſabit in Spiritu ſancto, & igne.* Ego ait tanquam homo exterius baptiſo vos aquâ tanquam per diſpoſitionem, ac præparationem ad pœnitentiam, ille vero ut fortior, ac potentior me utpote verus Deus. *Baptiſabit Spiritu ſancto*: ſuis nempe donis, mundans vos à peccatis, replens animas gratiâ, ac ſanctitate; *& igne*, vos illuminans, purificans, ac inflammans ad cœleſtia, & comburens, quidquid eſt terrenum conſumens, ita D. Hier. Chryſoſt. Euthym. D. Thomas. 68.

Infuſio divini Spiritus baptiſmus. Math. 3. D. Hier. D. Chryſoſt. Euthym. D. Tho.

Clamat Regius Vates Pſal. 54. n. 7. *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ.* Affectabat magno deſiderio à carnalibus cupiditatibus, ac laqueis evolari; cur non poſtulat alas aquilæ, quæ velociſſimæ ſunt 69.

Pſal. 54.

inter

Concul-caro ter-rena à Spiritu Dei. D.Ambr.

inter cætera volatilia. Unde magni milites ut velociores aquilæ comparantur, 2.Reg.1. ſed tantum alas columbæ deſiderat; columba adumbrat divinum Spiritum, à quo ſolum venit ut carnalia ſuperentur, ac contemnantur, D.Ambroſ.lib 1. de Virg. ſic monet: *Sume igitur alas Virgo, ſed Spiritus, ut pervoles vitia, ſi contingere cupis Chriſtum*, expende quas alas cupit ſumere, Spiritus nempe, ad hoc, *ut pervoles vitia.*

70. Iſai.42. Ait Iſaias 42. n.5. *Hæc dicit Dominus Deus creans cælos, firmans terram, & quæ germinant ex ea, dans flatum populo, qui eſt ſuper eam, & Spiritum calcantibus eam.* In duplici differentia conſiderantur homines à Propheta, quidam ſunt, qui accipiunt communem flatum, id eſt, animam; alij vero ſunt, quibus conceditur, conculcare terrena. Qui vero communem flatum, ſeu animam, quod omnibus eſt datum, & ſunt *de populo, qui ambulant ſuper terram*; At vero conculcare illam, non omnibus datur, ſed illis, qui Spiritum accipiunt, à quo ſolum venit terrena deſpicere, & carnales concupiſcentias expuere. D.Ireneus lib.5.cap.12. poſt adductum locum Iſaiæ ſubdit. *Afflatum communiter omni, qui ſupra terram eſt, populo dicens datum; Spiritum autem propriè his, qui conculcant terrenas cupiditates.*

Spiritus Dei deſpicienti-bus ter-rena. D.Iren.

Actor.1.n.6 Igitur qui convenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael.

Num.7. Dixit autem eis: non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.

VERSIONES.

Syrus n.6. Cum autem illi eſſent congregati, Domine noſter.

Arabic. Illi autem accedentes ad eum, &c. Num in hoc tempore reſtituetur regnum Iſrael.

Multi ex Græc. Reſtituis regnum Iſraëli.

Syrus n.7. Noſſe tempus, &c. In poteſtate ſui ipſius.

Arabic. Non pertinet ad vos noſſe annos, aut tempora, quorum cognitionem poſuit Pater.

Oecumen. Noſſe temporum opportunitatem.

Æthiopic. Temporum opportunitates.

Arias. Poſuit Pater propria ſua auctoritate.

EXPOSITIO III.

71. IGitur, *qui convenerant*, non ſolum Apoſtoli, ſed etiam alij diſcipuli, coram quibus Chriſtus aſcendit; Syrus legit: *Cum eſſent illi congregati* tanquam uno ore interrogantes. Arabicus: *Illi ergo accedentes.* Ut majori vehementia, ac conatu interrogarent: *Domine.* D.Chryſoſt. *Honorificè compellunt, ut reſponſum facilius eliciant*; maximè obſervandum, quod ante paſſionem diſcipuli appellabant Chriſtum Magiſtrum, ut patet paſſim ex toto Evangelio; nunc vero Dominum dicunt; nam poſt viſam reſurrectionis majeſtatem crevit reverentia erga illum. *Si in tempore hoc*, nempe tuæ reſurrectionis.

Syrus. Arabic. D.Chryſoſt. *Pro ſtatu creſcit reverentia.*

72. *Reſtitues regnum Iſrael*, ſeu ut alij legunt: *Iſraeli*; putabant enim, quod regnum ad Herodé Idumæum, ac alienigenam & Romanos tranſlatum, erat per Chriſtum reſtaurandum; & cum Apoſtoli eſſent adhuc imperfecti, ut notant Caietan. & Hugo, myſteria Chriſti plenè non intelligebant, de quibus fuerunt illuminati ab Spiritu ſancto, & verba Chriſti de regno temporali intelligebant, valde mirum quod cum Chriſtus immediatè anteà dixiſſet: *baptiſabimini Spiritu ſancto*, nempe ſua gratia, & ſanctitate; Diſcipuli de regno temporali loquantur, facile unuſquiſque ſermonem, quem audit, retorquet ad ea, quæ mente cogitat, illi autem de regno temporali erant ſollicit.

Caietan. Hugo. *Amor patriæ vehemens.*

Non eſt veſtrum. D. Chryſoſt. *repellit curioſam quæſtionem gravi quamvis benigniore reſponſo*; & eorum inſcientiam, non durè & aſperè reprehendit, ſed paulatim eos diſponit ad veram intelligentiam, in qua perfectè erant illuminandi à Spiritu ſancto; *noſſe tempora*; temporum, ac rerum eventus, *vel momenta*; Græcus Vatabl. *opportunitates temporum.* Deus omnia opportuno, ac convenienti tempore, ac occaſione operatur. Vulgata habet: *momenta.* Momentum, Grammatici deducunt à verbo *moveo*; & aliquando ſumitur pro brevi, & inſtantaneo motu, aliquando vero pro motu magni ponderis; unde res graves, dicuntur momenta magni ponderis, & utroque modo hic poteſt ſumi. *Quæ Pater poſuit in ſua poteſtate* ſapientia, nempe & providentia; & quamvis Chriſtus D. cum ſuo Patre, & Spiritu ſancto omnia ordinet, ac diſponat, tamen omnia, ex ſua modeſtia refert ad Patrem, ut jam dixi. Deinde dicit hoc ad Patrem pertinere; & diſſimulat etiam eſſe ſuum, ut ipſi ulterius non perquirant, ut ex D.Chryſoſt. dicam infra q.12. 73.

D.Chryſoſt. Græc. Vatabl. *Quid ſit momentum.*

QUÆSTIO XI.

Quare Chriſtus D. non dixit non eſt noſtrum, ſed non eſt veſtrum noſſe tempora?

CUm Chriſtus D. loqueretur cum ſuis diſcipulis de die judicij in ipſo non cognoſcendo ſe aſſociat cum hominibus, dicens: *De die autem illo, vel hora, nemo ſcit, neque Angeli in cælo, neque filius hominis, niſi Pater*, Marc.13.n.32. Matth.24.n.42. non ſic autem ſe habet in præſenti, ſed in ipſa cognitione, ſe ab hominibus ſeparat. Unde non dixit non eſt noſtrum, ſed *non eſt veſtrum, noſſe tempora.* 74.

Mar. 13. Math.24

Quod præclarè notavit D.Baſil. Epiſtol.141. ubi ſic ait: *In Evangelijs ſolum Patrem dicit, ſe ipſum adnumeravit ignorantibus, propter multorum, ut dixi, infirmitatem, in Actis vero Apoſtolorum, tanquam perfectis ſeorſim differens, per ſui exceptionem dixit: non eſt veſtrum ſcire tempora.* Quod etiam obſervant D.Athanaſ.orat.4. contra Arrian. D.Hieron.cap.24. in Matth. Cum Chriſtus D. eſſet in vita mortali, in ſcientia in externa apparentia, ac multis alijs, ſe accommodat cum hominibus mortali vita agentibus, non vero poſt reſurrectionem, cum jam eſſet in alio ſtatu, & glorioſo. Deinde diſcipuli ante mortem Chriſti erant valde impoliti, & imperfecti, non ſic jam vero poſt reſurrectionem, tunc enim aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas, Luc.24.n.45. Inde Chriſtus D. pro ratione ſui ſtatus, ac conditione diſcipulorum, diverſo modo loquitur cum eis, antea, ac poſt reſurrectionem; D.Athanaſ. citatus. *Neque per id tempus dixit, neque filium quid ſcire, quemadmodum antea dixerat. Iam enim caro illius ſurrexerat, depoſuerat mortalitatem, ac deificata eſſet, non decuit eum carnaliter reſpondere, utpote in cælum aſcendentem.* 75.

D.Baſil. D.Atha. D.Hier. *Pro diverſitate ſtatus diverſimodè agendum.* D.Ath.

In auguſtiſſima nativitatis Chriſti nocte apparens Angelus Paſtoribus ait illis: *Invenietis infantem pannis involutum poſitum in præſepio*, Luc.2. n.12. Aliter ſe oſtentat Chriſtus Ioanni in Apocalyp.1 n.13. *Inter candelabra aurea, veſtitum podere,* 76.

Luc.2. Apoc.1.

præcinctum

Proprio ſtatui accommodandum.

præcinctum ad mamillas zona aurea. Veſtis illa erat valde magnifica pompoſa, & magnæ, & ſublimis majeſtatis; Cur, qui tam humilis ſe exhibuit paſtoribus vilibus, & abjectis pannis involutus, quomodo tanto apparatu, ac majeſtate Joanni apparuit. Unde tanta diverſitas, cum venit humilis & pauper in mundum, ad vilitatem, ac parvitatem pannorum ſe dimittit; cum vero glorioſus in cœlo regnat, ſupremam, & altam majeſtatem oſtentat in omni fulgido apparatu, qui antea in paupertate ſordidum habitum elegit. D.Fulgentius ſerm. de Epiphania, ait: *Parvulus in præſepio, immenſus in cælo, vilis in pannis, pretioſus in ſtellis*, & cum ex alta Dei providentia conveniens fuerit, ut Chriſtus adhuc degens inter homines oſtentaret ſplendorem ſuæ majeſtatis in transfiguratione ſtatim præcepit ſuis Apoſtolis, *ut nemini dicerent viſionem illam, donec filius hominis à mortuis reſurgat*, Math.17.n.9. Tanta enim majeſtas non conveniebat cum mortalitate, ſed cum gloria reſurrectionis.

D.Fulg. Math.17

QUÆSTIO XII.

Quare Chriſtus D. non reſpondet ad quæſita Apoſtolorum, ſed tacite eos reprehendit.

77. Difficultas quæſtionis.

DIxerunt Apoſtoli: *Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael*; quibus ipſe ait. *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.* Cur ad propoſitam interrogationem, de regno Iſrael, non reſpondet Chriſtus? multo majora ſecreta cum ſuis diſcipulis pertractavit, illis enim dixit: *Vobis datum eſt, noſſe myſterium regni Dei*; Math.13.n.11. Marc.4. n.11. & iterum: *Quæcumque audivi à Patre meo nota feci vobis*, Ioan.15.n.15. Cur ergo hanc reſtitutionem regni Iſrael, non eis revelat, ſed abſcondit?

Math.13. Marc.4. Ioan.15.

78. Reſpondeo primo. Apoſtoli hoc in loco erant ſoliciti de temporali reſtitutione regni Iſrael, ut docent Oecumen. D.Chryſoſt. in præſenti, Beda & Gloſſa D.Iuſti.quæſt.112. D.Irenæ.lib.5.cap.34. ideo Chriſtus D. non reſpondit ad quæſitum; imò eorum curioſitatem nimiam tacitè reprehendit, cum ait: *Non eſt veſtrum noſſe tempora*: utpote prætereuntes à veſtro proprio negotio, quod erat agere de regno Dei; ipſi autem omittentes proprium negotium ad alienum tranſibant agentes de regno temporali, quod ad eos non pertinebat. Unde D. Baſilius. In regulis moralibus. Regula 9. cap. 2. hoc exemplum apponit, contra tractantes, quæ ad ſe non attinent. Lyran. hic. *Quaſi dicat Dominus, non pertinet ad vos, hoc ſcire, & quærere, ſed illud, quod ſequitur, ad vos pertinet, cum ſubditur ſed accipietis virtutem ſupervenientis Spiritus ſancti in vos.* Non reſpondet ad regnum temporale, ſed eorum mentes elevat ad regnum ſpirituale, ac virtutem Spiritus ſancti, quod erat negotium ad eos pertinens, cætera vero, quæ ad eos non expectabant, omittit.

D. Chryſoſt. Oecum. Beda. Gloſſa. Quilibet agat de his, quæ ad ſe pertinēt. D. Baſil. Lyran.

79. Secundò. Reſpondet Chriſtus; & maximè confirmatur ſuperior doctrina. *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.* Qualis eſt hæc excuſatio, ut Chriſtus non reſpondeat ad interrogata diſcipulorum? Chriſtus Dominus omnia optime ſciebat. *Omnia dedit ei Pater in manus*, Ioan.13. num.3. *Et data eſt illi omnis poteſtas in cælo, & in terra*, Math.28. n.18. Cur ergo recurrit ad Patris poteſtatem in hoc negotio? Chriſtus in præſenti diſſimulat ſuam poteſtatem, & tantum dicit hoc eſſe Patris; Ut cum diſcipuli audiant illud non ad Chriſtum, ſed ad Patrem ſpectare, deſiſtant ab interrogatione, & non ulterius urgeant inquirendo à Chriſto illud quæſitum, quod D.Chryſoſt. optima ſimilitudine explicat homil 2. in Acta, & ait: *Quemadmodum; cum videmus infantem plorantem ſemper cupientem aliquid à nobis accipere, quo nihil illi opus eſt; tunc occultato quod concupiſcit, oſtendimus illi manus vacuas, dicentes: ecce non habemus. Itidem ille fecit Apoſtolis*, &c. Ut videntes quod illud non ad Chriſtum, ſed ad Patrem ſpectare, ab interrogatione quieſcerent, & amplius non requirant.

Ioan. 13. Math 28 Prudens imperitinēt quæſitum à ſe rejicit. D. Chryſoſt.

Tertiò. Cum diſcipuli agerent de regno temporali: *Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael*; eorum aviditatem compreſſit, ut bene notat Mendoza tom.2.lib.1.Reg.cap.3.ad verſ.19.n.11.dicens: *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta.* Docens ſuo exemplo, qui ſemper *loquebatur illis de regno Dei*, Luc.9.n.11. Ut & ſui diſcipuli, non de regno temporali, ſed de regno Dei haberent ſermonem, non de rebus temporalibus, ſed ſpiritualibus loquerentur, illi, quibus novum diſcipulorum ſtatum, novumque ſpiritum dederat, novos haberent ſermones, ſuumque novum ſpiritum novis verbis oſtenderent, ac declararent; ſic de illis, qui divinum Spiritum erant accepturi, dicitur *linguis loquentur novis*, Marc.16.n.17. Ut illa nova locutio ex ora manans patefaciat latentem gratiam, ac ſpiritum in animo latentem. Clemens Alexand. lib.2. Pædag. cap.5. *Oportet novos eſſe illorum ſermones, qui novi verbi fuerunt participes.* S.Bernardus ſerm.2.in octava Paſch. ait: *Novum ſuperveniſſe ſpiritum, certiſſimè converſatio nova teſtatur.* 80.

Mendoz. Luc.9. Converſatio, & ſermo oſtendit animum cuiuſqu. Marc.16. Clem. Alex. D.Bern.

Quartò. Apoſtoli indebitè, ac inutiliter interrogaverunt: *Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael.* Inde Dominus non reſpondet ad quæſita de regno temporali, ſed ad altiora, vertit ſermonem: *Accipietis virtutem Spiritus ſancti ſupervenientis in vos.* Quæ à Deo inconvenienter petuntur etſi petitio ex ſimplici animo aliquando proveniat; valdè utiliter, & appoſitè negantur, & etiam à Deo ob ſuam bonitatem, in melius vertuntur. 81.

Negat Chriſtus petita, & in melius vertit.

De ſe ait Iob.9.n.16. *Cum invocantem exaudiveris me, non credo, quod audierit vocem meam.* Repugnantiam videtur in his verbis latere, nam ſi ſe auditum dicit, quomodo ſtatim ſubditam, non auditam fuiſſe *vocem meam*; Optimè omnia cohærent, cum clamat ex corde, quæ ad profectum conveniunt, tunc ſe exauditum agnoſcit; at vero cum exteriùs vocem profert, quæ temporalia, & non proficua ſonant, ſe non auditum fatetur. Vox Patriarchæ ad utilia admittitur, ad inutilia ex miſericordia rejicitur, ac repellitur, quod optimè explicat D.Thomas lect 3. in Iob, & ait: *Contigit, quod Deus hominem exaudit, non ad votum, ſed ad profectum: ſicut Medicus non exaudit infirmum ad votum poſtulantem amovere medicinam amaram: exaudit tamen ad profectum, quia per hoc ſanitatem inducit, quam maximè infirmus deſiderat.* 82.

Iob.9.

In magna David poſitus tribulatione ac oppreſſus ait de ſe: *Clamabo per diem, & non exaudies*, Pſ.21. n.3. Quomodo fieri poteſt, quod ſanctus Rex vexatus magna tribulatione clamans per totum diem non exaudiatur, cum de juſto dicatur. *Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum.* Pſal.33.n.16. ob promptitudinem, ac velocitatē, qua ſuos juſtos exaudit, ac eis ſubvenit; ut explicant D.Ambroſ. D Hier. noſter Incognit. Quomodo ergo ſanctus Rex per totā diē clamat, & non exauditur, cum juſti convenientia petunt convenienter voti compotes efficiuntur, cum vero inutilia, utilius repulſam patiuntur. D.Aug. ad citat. Pſ.21. ait. [Multi clamāt in tribulatione, & non exaudiūtur; ut intelligat homo, Medicū eſſe Deum & 83.

Pſal.21. Pſal.33. D.Ambr. D Hier. Incogn. Deus, ut medicus audit ad ſanitatē, non ad voluntatem.

tribulationem medicamentum eſſe ad ſalutem, non pœnam ad damnationem, ſub medicamento poſitus ureris, ſecaris, clamas: non audit Medicus ad voluntatem, ſed audit ad ſanitatem.

Actor.1.n.8. Sed accipietis virtutem ſupervenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Judæa & Samaria, & uſque ad ultimum terræ.

VERSIONES.

Syrus. Supervenientis ſuper vos Spiritus ſanctitatis, &c. inter Samaritanos.
Arabicus. Verum accipietis robur, &c. imò, & ad extremum terræ.
Caietan. Recipietis potentiam.
Pagnin. Fortitudinem.
Æthiopic. In omnibus extremitatibus terræ.
D.Chryſoſt. Ad extrema terræ.
Aliqui. In totam terram.
D.Ambroſ.lib. de Spir.ſanct.cap.7. Accipietis virtutem ſupervenientem Spiritum ſanctum.

EXPOSITIO IV.

84. Hugo. *Accipietis virtutem*; Alij legunt *potentiam*, robur, fortitudinem Spiritus ſancti, ut ait, Hugo, quod non poteſtis *ex infirmitate, poſſitis ex virtute Spiritus ſancti*, quæ valde, & maximè apparuit in Apoſtolis, qui cum eſſent pauperes, & humiles ad fidem Chriſti ſubjugarent, Reges, Tyrannos, Gen- D.Ambr. tes barbaras, feras, & indomitas, de S.Ambroſ. ad c.6. Lucæ, *virtute ſupervenientis Spiritus ſancti*; ſic ad Mariam Virg. dixit Angelus: *Spiritus ſanctus ſupervenies in te.* Luc.1.n.4. non ait, veniet, ſed *ſuper-* D.Bern. *veniet*, qui ut vult D.Bernard. ſerm.1. de Spiritu ſancto art.1.cap.2. denotat adventum Spiritus ſancti cum magna copia, ac abundantia gratiarum.

85. Luc.24. *Eritis mihi teſtes.* Sic & ipſe Chriſtus ſuis Apoſtolis, Luc 24. n.48. *Vos autem teſtes eſtis horum.* Teſtes eritis eorum quæ vidiſtis oculis veſtris meæ vitæ, prædicationis, miraculorum, mearumque actionum. *In Ieruſalem.* Sic etiam mandavit ſuis Apoſtolis, Luc.24.n.47. quod prædicarent incipientibus à *Ieruſalem*, ubi maximus diſcipulorum timor de Judæis, qui eum crucifixerunt. Ibi lex Chriſti primo debuit prodire, & triumphare. *(Divina virtus triumphat inter inimicos.)* *Virgam virtutis tua emittet Dominus ex Sion dominare in medio inimicorum tuorum.* Pſalm.109. n.3. (Pſal.109) *Et in omni Iudea.* Per quod denotatur totum regnum. *Notus in Iudea Deus.* Pſalm.75.n.1. (Pſal.75.) *Samaria*, quæ erat valde propinqua, & intima cum Judæa; *uſque ad ultimum terra.* Juxta illud Pſalm.18.n.5. (Pſal.18.) *In omnem terram exivit ſonus eorum.*

QUÆSTIO XIII.

Quare Chriſtus D. non deſignat ſuos diſcipulos ſuorum operum teſtes, niſi poſt acceptam virtutem Spiritus ſancti.

86. ORdinat Chriſtus D. ut ſui diſcipuli ſint teſtes ſuorum operum: *eritis mihi teſtes*, quomodo hoc cohæret cum his, quæ ipſe dixit Ioan.5. n.34. (Ioan.5.) *Ego ab homine teſtimonium non accipio*; nullius enim teſtimonium ei erat neceſſarium, nam ejus vita, opera, ac miracula & ſcripturæ abundantiſſimè dabant teſtimonium de eo, tamen uſus eſt teſtimonio Joannis, Apoſtolorum, & etiam aliorum hominum, propter nos; accommodando ſe ad mores, ac *(Prædicatores neceſſarij.)* captum noſtrum, ſic cum vox de cœlo intonaſſet, *& clarificavi, & iterum clarificabo.* Ioan 12.n.29. (Ioan.12.) Ipſe tunc dixit n 30. *Non propter me hæc vox venit, ſed propter vos.* Ut latè explicavi tom.3.cap.2.n.87. Tamen poſt Chriſti Aſcenſionem, maximè neceſſarij fuerunt Chriſti teſtes, prædicatores & annuntiatores; nam ut ait Paulus Rom.10.n.17.& 14. (Rom.10.) *Fides ex auditu. Quomodo autem audient ſine prædicante? Quomodo vero prædicabunt, niſi mittantur.*

87. Tamen ad noſtram quæſtionem ait Chriſtus in præſenti ſuis diſcipulis: *Accipietis virtutem Spiritus ſancti ſupervenientis in vos, & eritis mihi teſtes.* *(In teſte ſumma virtus requiritur.)* Poſt acceptam virtutem Spiritus ſancti, tunc conſtituit eos ſui teſtes, & prædicatores, qui enim tanta virtute erant corroborati, ac induti, nulla in eis poterat ſubeſſe falſitas, ac dolus, ſed ſumma veritas, ac ſinceritas, & inde Chriſtus appellat Spiritum ſanctum; *Spiritum veritatis*, Ioan.14.n.17. (Ioan.14.) quia infundebat & communicabat omnem veritatem in illis ſuper quos veniebat. D.Bernard. ſerm.8. in Cant. ait: (D Bern.) *Indutum virtute ex alto, nulla vis, nulla fraus, nulla jam illecebra poterit, vel ſtantem devincere, vel ſubjicere dominantem.*

88. Ad hujus rei ſenſum, Luc.24.n.48. Ait Chriſtus D. ſuis Diſcipulis. (Luc.24.) *Vos autem teſtes eſtis horum; Et ego mitto promiſſum Patris mei in vos; Vos autem ſedete in civitate, quoad uſque induamini virtute ex alto.* Eos conſtituit ſuorum operum teſtes, mandat tamen ut quieſcant à teſtimonio proferendo ſedentes in civitate, quoadusque ſuperveniente Spiritu ſancto induantur, ac replcantur ejus virtute, qua corroborati, ac illuminati, idonei, ac locupleti teſtes ejus erunt; in cap.16. Euthym. ait: (Euthym.) *Immiſſurus erat Spiritus ſanctus intellectum diſcipulis, & tunc omnibus publicari volebat, divinitatis, & paſſionis ſuæ myſterium.* *(Vir illuminatus teſtificat.)*

89. Multus eſt Spiritus ſanctus in explicandis, ac declarandis magnis virtutibus ac excellentijs ſanctiſſimi Patentis Eliæ, ac Henoch, Apoc.11. à n.3. (Apoc.11.) *Prophetabunt amicti ſaccis. Hi ſunt duæ olivæ, & duo candelabra, in conſpectu Domini terræ adſtantes: habent poteſtatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipſorum, & convertendi aquas in ſanguinem.* Ad quod tantas eorum virtutes declarat ſacer Text. quod erunt in ſumma pœnitentia, ac temporalium contemptu. *Amicti ſaccis*: quod fulgeant, ac reſplendeant omni virtute, ac ſanctitate, eximia charitate: *Duæ olivæ, & duo candelabra in conſpectu Domini*; & quod emineant magna poteſtate ac dignitate in cœlo & in terra: *Habent poteſtatem claudendi cœlum, & convertendi aquas in ſanguinem.* *(Solus probus idoneus teſtis.)* Ex quo declaratur eximia eorum probitas, qui tantam, & talem poteſtatem meruerunt habere, & quod tam alta, ac ſublimia eis committerentur. *Claudendi cœlum.* Ad quid tam magna de eis manifeſtantur? dicitur de eis: *Dabo duobus teſtibus meis.* Quos teſtes conſtituit, omni virtute exornat, ut eorum teſtimonium irrefragabile habeatur, & undique omni exceptione majus, quos tanta virtus exornat, falſitas, & mendacium non poterat obfuſcare. Anſbertus Abbas ad citatum (Anſbert.) locum Apoc. ait. *Quos teſtes dederat hos ſancti Spiritus gratia repleverat, ut eſſent duæ olivæ, & duo candelabra in conſpectu Domini.*

90. Secundò, committitur diſcipulis, ut in omni populo ſuprema Dei myſteria teſtificent, ſed non conceditur talia dare teſtimonia, niſi poſtquam receperint in ſe virtutem divini Spiritus, ejuſque donis fuerint repleti. *Accipietis virtutem ſupervenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes.* *(Certitudo in rebus magnis non venit niſi ex habitu Dei.)* Et cur prius erant induendi Spiritu ſancto, quam teſtimonia proferrent de Chriſto? Ut fieret evidens, quod tanta certitudo cum tanta efficacia, ut Principes, ac Reges devinceret,

devinceret, & ad ſe traheret, non aliunde provenire poterat, niſi à præſentia, ac aſſiſtentia ipſius Dei, qua induti erant, & ſecum habebant.

91. Cum tres illi ſancti pueri miſſi eſſent à Nabuchodonoſore in ardentem fornacem, inter cujus ardentes flammas, erant illi ſancti pueri illæſi ambulantes, cujus tanti miraculi fama pervenit ad impium Regem, cucurrit impius Rex, ut videret quomodo flammæ puerorum ſanctitatem ſtuperent, & accedens ad os fornacis, totus admirabundus clamat. *Ecce video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei*, Daniel. 3. n. 92. In quo duo acciderunt miracula: Unum quod ignis non tangeret ſanctos pueros nec contriſtaverit, quod fuit manifeſtum omnibus; Alterum vero quod ſimilis filio Dei cum eis adeſſet, quod tantum uni Regi notum fuit; & cur præter voraces flammas omnibus conſpicuas, impio Regi ſimilitudo filij Dei oſtenditur? Ut Rex inſanus ſuum malum affectum contra ſanctos pueros deponeret, & contra illum crederet eos in ardenti fornace eſſe incombuſtos, neceſſe fuit, ut ibi appareret aliquid divinum, ac ſimile filio Dei; D. Chryſoſt. homil. de tribus pueris, ſic ait: *Patitur ſe Deus cum pueris in ſupplicio numerari, & poteſt Dominum videre ſacrilegus, ſed non permittitur noſſe, ut creſcat gloria puerorum, regis enim mens in ſuis flammis parum crederet fortaſſe, niſi talem diſceret defenſorem.* Et ſi omnes teſtificarent pueros inter Regis flammas eſſe incombuſtos iniquiſſimus Rex non crederet, niſi tunc ſuis oculis ibi aliquid ſublime, ac divinum adeſſet. *Suis flammis parum crederet fortaſſe.*

Daniel. 3.
Reges difficiliter credunt ea quæ ſunt contra ſua aſſectum.
D. Chryſoſt.

QUÆSTIO XIV.

Quare Chriſtus D. conſtituit ſuos diſcipulos teſtes ſuæ reſurrectionis, potius quam ſuæ paſſionis, ac mortis.

92. AIt Chriſtus D. in præſenti ſuis diſcipulis: *Eritis mihi teſtes in Jeruſalem & in omni Iudæa.* Et cujuſnam rei erunt Apoſtoli teſtes, an ignominiæ paſſionis, mortis, flagellorum, ac ſpinarum, quas Dominus pertulit, an ſuæ glorioſæ reſurrectionis? Cardinalis Hugo ibi. *Eritis mihi teſtes reſurrectionis, verbo, & exemplo, vel ſignis.* Et cur non ſuæ paſſionis, ſed reſurrectionis quærit teſtes? facilis eſt ſolutio, opprobria mortis, & paſſionis facile omnes crederent, aliter vero & difficiliter gloriam, ac majeſtatem reſurrectionis. Humanum ingenium eſt aliorum ignominias, ac decora prompto animo excipere; difficiliter tamen aliorum excelſa, & ſublimia credita haberi, & ideo Chriſti reſurrectio fuit teſtificanda ab Apoſtolis verbo, exemplo, ac miraculorum ſignis omnibus adhibitis.

Aliena laus incredibilis homini, ſecus ignominia.

93. Poſtquam Chriſtus reſurrexit, valde glorioſa, ac pompoſa majeſtate ſuis diſcipulis apparuit abſente Thoma, cui dixerunt cæteri Apoſtoli, vidimus Dominum; quibus ait D. Thomas: *Niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus non credam* Ioan. 20. n. 25. D. Thomas pro certo habuit in manibus, ac latere Chriſti eſſe vulnerum ſigna, & ipſe non vidit Chriſtum D. pendentem in cruce, & tamen ait: *Niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum.* Ipſe Chriſtum D. non vidit talibus ſignis. Unde ergo habuit pro certo tales clavorum notas in manibus Chriſti. Reſpondent communiter Doctores, ex teſtimonio nempe diſcipulorum. Si ergo ex diſcipulis teſtificantibus agnovit ex Chriſti morte ſigna clavorum in ejus manibus, cur etiam ex eorum teſtimonio non credidit ejus triumphantem reſurrectionem? Innata hominum conditio valde promptè ignominiam mortis, ejuſque ſigna credidit, valde tamen pertinaciter diſcredit quæ decorem indicabat. Unde Thomas, qui acquievit mortis celaturis, vehementer tamen reſurrectionis triumpho reluctat, & ait: *Niſi videro non credam* De hoc multa tom. 1. in Evangelia lib. 3. cap. 4. q. 21. n. 87. 88. & tom. 4. cap. 58. n. 99.

Ioan. 20.
Thomas credidit morti Chriſti, repugnat ejus reſurrectioni.

Act. 1. n. 9. Et cum hæc dixiſſet videntibus illis elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.

VERSIONES.

Arabic. Sublatus eſt, & opertus eſt.

Æthiopic. Exaltatus eſt & proſpectantibus illis, ſubſtractus fuit.

Pagnin. In altum ſublevatus.

Syrus. Nubes excepit eum, & operuit ab oculis eorum.

Tertull. lib. 5. contra Mar. cap. 8. In ſublimitatem elevatus eſt.

EXPOSITIO V.

ET *cum hæc dixiſſet.* Quæ modo ſuperius ſunt relata, & alia, quæ referunt ſacri Evangeliſtæ, de quo q. ſequenti. *Videntibus illis:* ſuis, ſcilicet, diſcipulis? ut ait Gloſſa Interni. ut ſicut erant teſtes reſurrectionis, eſſent & Aſcenſionis; *Elevatus eſt*; non ſubito raptus, ut Parens Elias & Enoch, ſed propria ſua virtute agilitatis elevatus eſt, ſenſim, ac paulatim, ut notat D. Bernard. de gradibus humilit. cap. 1. Vt diutius paſceret, ac delectaret oculos intuentium diſcipulorum. Recte de monte Oliveti aſcendit Chriſtus in cœlum, ut ubi fuerat initium paſſionis, eſſet & gloriæ exordium. 94.

Gloſſa.
D. Bern.

Et nubes: Vera & realis, ac maximè fulgens, ac reſplendens, ut tanto triumpho conveniens erat, aut de novo creata, aut miniſterio Angelorum in obſequium ſui Domini, ac glorificatoris compoſita; *ſuſcepit eum ab oculis* intuentium diſcipulorum; & hæc nubes, non prius interjecta eſt, ac oppoſita, niſi cùm Chriſtus aſcendens amplius videri, aut non voluit, aut non potuit ab ipſis intuentibus: de his latius in quæſtionibus. 95.

QUÆSTIO XV.

Qualiter facta fuerit admirabilis Chriſti Aſcenſio?

DE hoc magno, ac præclariſſimo myſterio multa dixi tom. 5. in Evang. lib. 9. cap. 10. per totum, & tom. 6 Additum ad cap. ultimum D. Marci, tamen hic aliqua prælibabo; de hoc admirabili arcano agit D. Marc. c. ult. n. 19. & ait: *Dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei.* Et D. Luc. c. 24. n. 50. *Eduxit autem eos* foras in Bethaniam, & elevatis manibus ſuis, benedixit eis, & factum eſt cum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cœlum, & ipſi adorantes regreſſi ſunt in Jeruſalem cum gaudio magno. Hæc habetur ex ſacris Evãgeliſtis cum noſtro præſenti text. 96.

Marc. 16.
Luc. 24.

Poſtquam Chriſtus D. locutus fuiſſet cum ſuis diſcipulis, quæ habentur in hoc cap. 1. Actor. & ſcribunt ſacri Evangeliſtæ Matth. ult. & D. Marcus, & Lucas citati, finito prandio ut patet ſupra ex hoc cap. n. 4. *& converſcens*, quod apud veteres fiebat meridiano, tempore, eduxit de cœnaculo, nõ ſolùm ſuos Apoſtolos, ſed etiam alios diſcipulos ferè centum & viginti, ut patet ex hoc cap. n. 15. eoſque tulit Dominus per 97.

medium Jeruſalem cernentibus, & ſtupefactis Judæis divina virtute cohibitis, ut tenet D.Bernard. ſerm.1.art.1. cap.3. ducens eos in montem Oliveti, & in itinere divertit in Bethaniam in latere ipſius montis ſitam, ut conſtat ex D.Luca cap.24. n.50. ut vale diceret Magdalenæ, Marthæ, & Lazaro, & ut intimos amicos ſecum aſportavit, ut eos ſuæ Aſcenſionis viſione nobilitaret. (D.Bern. Luc.24.)

98. Quot fuerint ſuaviſſima, ac dulciſſima, & ultima colloquia Chriſti cum ſanctiſſima Maria Virgine, Apoſtolis, diſcipulis, ac ſanctis mulieribus, quot, & amplexus potius eſt contemplandum, quam ſcribendum, de quo latè Sancti Patres, D.Auguſt.ſerm.2. de Aſcenſ. qui eſt de temp.179. & ejuſdem homil.ſept. D.Cyprian.Epiphan. S Leo,D.Chryſolog.in ſermonibus de hac feſtivitate. (D.Aug. D.Cypr. D.Leo. D.Chryſolog.)

99. *Elevatus eſt* propria agilitate fortè ſecum ferens Patres de Limbo eductos, qui corpore in cœlum Chriſti comites migraverunt; *captivam duxit captivitatem*, ut tenent Arator Carmi.lib.1.in Acta. D.Bern.ſerm.1. de Aſcenſ.art.1.c.1. *elevatus eſt*. Non ſubito, ac repente tranſlatus, ut Elias 4.Reg.2.n.11. vel Enoch. Gen.5. n.22. ſed ſenſim, ut decens erat tantæ majeſtati; & notat D.Bernard. de gradibus humilitatis cap.1. & ait: *non ſubito raptus, non furtim ſublatus, ſed videntibus illis elevatus eſt.* Ut ſimul delectaretur ipſe ſuos videndo, & ſui eum videndo. Notat Caietan. quod elevatus eſt ſimul totus; non movendo gradatim pedem poſt pedem; *& elevatus eſt*; non ad ſolem, ut Manichæi, & alij Hæretici dixerunt juxta illud Pſalm.18.n.1. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*; ſed ad cœlum Empyreum eſt elevatus, ut conſtat ex D.Marco; *ſedet a dextris Dei.* (Pſal.67. Arator. D.Bern. 4 Reg.2. Gen.5. Caietan. Pſal.18. *Qualiter aſcendit.*)

100. *Elevatis manibus*; Ut Deum Patrem pro nobis exoraret, & ex hoc, ut notat Durandus in Rituali, in ſacrificio Miſſæ ferè ſemper Sacerdos adſtat elevatis manibus, & elevatio manuum ſignum orantis eſt antiquiſſimum, ut ex multis probat Apuleius lib. de mundo, ſic ait: *ab antiquo habitus orantium hic eſt, ut manibus extenſis ad cœlum precemur*; Et Moyſes extenſis manibus oravit; Exod.17.n.11. & hunc modum orandi maximè commendat Petrus Damian. Epiſt.5.cap.50. per hunc enim modum extenſis manibus maximè declaratur noſter eximius affectus in Deum. (Durand. *Elevatio manuū.* Apuleius. Exod.17. Damian.)

101. *Benedixit eis.* De manu dextera extenſa efformando crucem; vel tranſverſim, & cancellatis manibus, ut de Jacob explicat Gloſſa, Gen.48.n.14. ut ita efformaret ſignum crucis, ex quo manavit conſuetudo in Eccleſia, ut Sacerdos tam in publicis, quàm privatis actionibus ſigno crucis benedicat, & hoc eſſe traditionem Apoſtolicam teſtatur D.Baſil. lib.de Spiritu ſanct. cap.37. ut ita tali ſigno crucis bonam, & divinam protectionem deprecando, ut ait Gretterus lib.3.de cruce cap.16. vel deprecando merita Chriſti crucifixi, ut communiter docent Sancti Patres, D.Niſſenus orat. in Octava, D.Hieron. de vita Moyſis, Tertullian.orat. contra Judæos cap 10. D.Cypr. Orat. de cruce, ac in exhortatio. ad Mart. Theodoret.de error. profan.cap.12 & alij. (*Qualis benedictio.* Gen 48. Gloſſa. D.Baſil. Gretter. D.Nyſſ. D Hier. Tertull. D.Cypr.)

An Chriſtus D. nudus, vel veſtitus aſcenderit.

102. Quæſtionem tangit D.Auguſtinus Epiſt.146. in partem affirmativam videtur propendere, eam tamen non diffinit; Abulen.Paradox.5. cap.34. tenet Chriſtum D. poſt reſurrectionem nullas veſtes induiſſe, cum ejus corpus eſſet glorioſum, & aliàs vulnus lateris non potuiſſe oſtendere D.Thomæ, & tangendum exhibere; facile reſpondetur veſtes glorioſas Chriſti taliter eſſe diſpoſitas, ut facile ejus vulnera poſſint videri, & tangi. (*An Chriſtus veſtitus aſcenderit.* D.Aug. Abulenſ.)

103. Alij cenſent Chriſtum D. veſtitum aſcendiſſe, in forma hortulani apparuit Magdalenæ, & peregrini diſcipulis euntibus in Emaüs, Fredericus Nauſea in Catechiſmo cap.16. ait in veſte rubra, & purpurea aſcendiſſe, & probat ex illo Iſaiæ 63. n.2. *Quare ergo rubrum eſt veſtimentum tuum.* Apocalipſ.19.n.13. *Veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine*; ut ſignificaretur cruenta Chriſti victoria. Alij tenent Chriſtum aſcendiſſe in veſte candida, nam in Transfiguratione veſtimenta ejus facta ſunt alba ſicut nix; Math.17. Beati viſi ſunt à Joanne veſtibus, ſeu ſtolis albis; Apoc.7.n.9. & byſſino candido; Apoc.19.n.14. (Frederic. Iſai.63. Apoc.19. Math.17 Apoc.7. Apoc.19.)

104. Dicendum tamen, quod Chriſtus D. poſt reſurrectionem ſuis diſcipulis apparuit ea veſte, vel ſimili, qua in vita mortali utebatur; ſi enim Chriſtus D. ut ſuis diſcipulis oſtenderet ſe ipſum eſſe eundem, qui mortuus fuerat & reſurrexerat eiſdem actionibus utebatur coram ſuis diſcipulis eadem familiaritate, eadem voce, & converſando, & comedendo, ac panem frangendo; ergo etiam eadem veſte, ut omnibus modis idem cognitus à ſuis. Poſtulat Saul à Pithoniſſa, ut ſuſcitet Samuelem quæ ait: *Vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio*, 1.Reg. cap.28. n.14. Inde intulit Saul ipſum eſſe Samuelem; & unde hoc intellexit? Abulenſis ibi; quia veniebat amictus pallio, veſte, qua utebatur, cum viveret; ergo etiam Chriſtus D. ut agnoſceretur reſuſcitatus idem à ſuis diſcipulis in eadem veſte apparebat, maximè tamen nitente, ac fulgente radijs gloriæ, in eademq; veſte aſcendit in cœlum, ut tenet pictura univerſalis Eccleſiæ, & veſte violacea in hoc myſterio Aſcēſionis. (*Chriſtus aſcendit in ſua propria veſte.* 1.Reg.28. Abulenſ.)

105. Idem dicendum de beatis in gloria, nam beati reſurgent, & erunt in gloria, ſuo nativo, & naturali colore. Æthiopes, ſua naturali nigredine omnibus imperfectionibus ſublatis, ut cum multis Doctoribus, tenet Ægyd. Luſitan. tom.3. de beatitud. lib.3. q.6. art.21.n.10. fol.263. Unuſque juxta complexionem ſui proprij corporis, ergo etiam erunt in ſua propria veſte, multi Sancti in ipſa cœleſti gloria, viderunt ipſos beatos in ſuo proprio habitu, vel Pontificali, vel Carmelitano, vel Dominicano, ſeu Franciſcano; cum hoc tamen ſtat quod docet Soto in 4.diſt.49. in fine, quod dos claritatis in beatis erit varia. In martyribus, purpurea, in virginibus candida, in Doctoribus viridis, pœnitentibus violacea. (*Beati in gloria propria colore, ac veſte.* Ægid. Luſit. Soto.)

106. Aſcendit Chriſtus ad cœlum Empireum concomitantibus tot milliaribus Sanctorum, quos de Limbo ſecum eduxerat, & omnibus Angelis honoris cauſa, Dño Regiq; ſuo occurrentibus & ſervientibus, loquēs de Chriſti Aſcenſione David, Pſal.17.n.11. *Aſcendit ſuper Cherubim.* Ponderat D.Chryſoſt.homil. de Aſcenſ. quod olim Deus *collocavit ante Paradyſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium*, Gen 3.n.2. Ut cuſtodiret Paradiſi ingreſſum homini, nunc præſtat obſequium Chriſto aperienti, ſic in Chriſto mutantur omnia in noſtrum obſequium. Chryſoſt. citat. ait: *Natura cujus cauſa Cherubim ſervabat Paradiſum, à Cherubim ſummo cum honore ſuſcepta eſt.* Cum magna gloria, & honore. (D.Chryſoſt. Gen.3. *Serviunt Angeli Chriſto aperienti cœlum.*)

107. Ait D Marcus ſedet à dextris Dei. Dicitur Math. 25.n.33. *Statuet quidem oves à dextris, hædos autem à ſiniſtris.* Ideo Chriſtus aſcendens in cœlum, eligit locum à dextris, ut tanquam dux, & princeps noſter nobis præpararet locum cum multa magnificentia, & honore, D.Ambroſ. tom.5. in Pſal.119. ait: *Ideo ad dexteram ſitus, quia ſecundum Evangeliſtam ad dexteram oves, ad ſiniſtram vero conſtituuntur hædi. Neceſſe eſt ergo partem ovium primus agnus obtineat: & ſecuturo immaculato gregi locum dux immaculatus anticipet.* (Math.25. *Aſcendit in cœlum ut nobis præparet locum.* D.Ambr.)

QUÆSTIO XVI.

Quare Chriſtus aſcendit in cœlum videntibus ſuis diſcipulis?

107. Gloſſ. PRima ratio, & ad literam, ut jam dixi ex Gloſſa ſic habet ut ſuæ Aſcenſionis eſſent teſtes, ſicut & ſuæ reſurrectionis erant. Secundo ea magna triſtitia, & gaudio: ex triſtitia ob vehemens deſiderium ex ejus abſentia: ea gaudio ob viſam tantam gloriam, ac triumphum ſui divini Magiſtri; & ſic ſcribit D.
Luc. 24. Lucas 24. n. 51. quod poſtquam viderunt Chriſtum aſcendentem in cœlum, ipſum adorantes, *reverſi ſunt in Ieruſalem cum gaudio magno.*

108. Perpende ordinem ſacri Textus. *Accipietis virtutem ſupervenientis Spiritus ſancti in vos, & vos eritis mihi teſtes in omni terra; videntibus illis elevatus eſt.*
4. Reg. 2. Quodnam ſignum datur, quodnam meritum requiritur, ut accipiant ſupremum donum, virtutem nempe Spiritus S. ſupervenientis? nempe, *videntibus illis*, nempe quod videant, & oculos habeant defixos in Jeſum. Eliſæo conceditur duplex ſpiritus Eliæ, ex eo quod videt ſuum Magiſtrum Eliam rapi in cœlum 4. Reg. 2. n. 10. At ſanctis Apoſtolis cum videât Chriſtum aſcendentem in cœlum, in eumque obtineant oculorum aciem intentam, non datur eis duplex ſpiritus Eliæ, ſed ingens copia, ac abundantia omnium cœleſtium ſpirituum, ac donorum cum ſuperveniente Spiritu S. & ut inter impios, ac crudeles Reges, ac
Oculi in Ieſum ſagena bonorũ, & ſcutũ ab omni malo. tyrannos ſint validiſſimi, ac imperterriti teſtes; ut enim oculi diſcipulorum, ſic Domino erant intenti, ut à Jeſu noluerint ſeparari, inde proveniebat, eis, virtus, ac fortitudo, qua totaliter fierent inexpugnabiles; ad hæc ait D. Bern. ſer. 4. de Aſcenſ. *Nihil eſt, quod habeant perdere, vel debeant alumni tui, Domine Ieſu,*
D. Bern. *quia videntibus illis elevatus es in cœlum, & deſiderantibus oculis te ſecuti ſunt, gradientem in multitudine fortitudinis tuæ.* Qui oculos habet in Jeſum nullam ruinam patitur, qui ſic evigilat in Jeſum, ut minimè, velit ab eo oculos ſeparare, ipſa oculorum intentio eſt ſagena omnium bonorum, & ſcutum ab omni malo.

109. Regius Vates Pſ. 24. n. 15. *Oculi mei ſemper ad Do-*
Pſal. 24. *minum, quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos.* D.
D. Hier. Hieron. *Educet de rete pedes meos.* Qui habet ante
Oculi intenti Domino cuſtodiunt ab omni periculo. oculos poſitum laqueum, vel rete, ad ipſum evitandũ oculos cum magna intentione objicit, ne incidat in foveam. Cur ergo David agnoſcens laqueum ante pedes ſuos poſitum, non oculos intendit ad evitandum periculum? pro certo habebat, quod magis declinandus erat laqueus intentione oculorum in Deum, quã
Caſſiod. ex propria vigilantia ad pedes dirigendos. Caſſiodor. *Qui ante pedes ſuos, laqueos non intuentur, in fovearum hiatus incidunt, quod ſi ad Dominum jugiter oculos elevemus, per illum reſpectum ab omni nos offenſione reddit alienos.*

110. Ter invenimus Magdalenam totam impenſam in Chriſti obſequio: Apud Simon, dum ejus pedes lavat,
Luc. 7. irrigãs lachrymis, & capillis tergens, Luc. 7. n. 39. Iterum apud Bethaniam, cum alabaſtro unguenti pretioſi, ungit caput Jeſu, Matth 26. n. 7. Tertio dum in
Math. 26 domo ſedens ſecus pedes Domini, divina colloquia audiebat, Luc. 10. n. 39. In his omnibus Magdalena
Luc. 10. habet impugnatores, & patitur contradictiones: Simon, eam peccatricem notat; Bethaniæ diſcipuli nimiam ejus prodigalitatem damnant; Domi Martha
Oculi intenti in Deũ habent propugnatorem, ac defenſorem. de illa queritur; & tamen inter tantas impugnationes ſancta mulier tacet, nec minimum verbum dicit; ſolũ totis viribus erat intenta Domino, omnes adverſitates deſpiciebat, & ſolum Jeſum in mente fixum habebat, quod inde factum, ut Ieſus illius eſſet propugnator, ac defenſor eam magnis laudibus ſuper cæteros extollens. Apud Simonem, celebrat de obſequio, quod ab ipſo Simone, nõ fuit impẽſum, & laudat ejus fidem dimiſſis peccatis, *fides tua te ſalvam fecit, dimittuntur tibi peccata tua.* In Bethania ſummopere commendatur ita ut ejus factum, *in toto mundo dicoretur in memoriam ejus* In domo Marthæ optimã partem elegiſſe teſtatur Dominus; D. Bern. ſer. 3. in Aſc. D. Bern.
Vide, ait, prærogativam Mariæ, quem in omni cauſa habeat advocatum. Indignatur ſiquidem Phariſæus, conqueritur ſoror, etiam diſcipuli murmurant: ubique Maria tacet, & pro ea loquitur Chriſtus: Ecce excellentia oculorum, qui maximè ſunt intenti in Deum, quales fuerunt Magdalenæ, qui nullam timent impugnationem, cum Deum habeant propugnatorem, ac defenſorem, qualis fuit Chriſtus Magdalenæ.

QUÆSTIO XVII.

Quare Chriſtus D. aſcendens in cœlum miniſterio nubis utitur?

CIrca hanc nubem aliqua ſunt prælibanda. Abu- 111.
lenſ. Paradox. 5. c. 9. exiſtimat hanc nubem fuiſſe Abulenſ.
Chriſto D. inſtar throni, & ſedis, in qua tanquam in ſella geſtatoria aſcendit, communiter hæc ſententia rejicitur, quia Chriſtus D. directus, & non ſedens aſcendit, ut habet communis pictura totius Eccleſiæ; & nubes ad hoc eſt adducta, ut corpus Chriſti velaret ne amplius à diſcipulis videretur; ita dicitur. *Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum*; ex quo etiam non placet *Qualis fuerit nubes.*
ſententia Caiet. hoc loco, & Medinæ 3. p. q. 58. art. 4. Caietan. Medina.
qui exiſtimant nubem hanc non fuiſſe veram nubem, ſed ſplendorem, quem corpus Chriſti ex ſe mittebat, cum cœlo appropinquaret; ſed aliud eſt ſplendor, aliud nubes, ſplendor, eſt clarus, & ſubtilis, nubes vero obſcura, & denſa.

Fuit ergo hæc nubes vera & realis; ut tenent Suar. 112.
tom. 2. ad 3. p. diſp. 52. ſect. 2. & hoc loco Lorin. Cornel. & alij. Valde tamen glorioſa, & reſplendens, ad hoc adducta, vel producta, ut corpus Chriſti tegeret ab oculis diſcipulorum, ſimulq; Chriſti majeſtatem declararet, ut notat D. Chryſoſt. juxta illud Pſal. 103. n. 3. *Qui ponis nubem aſcenſum tuum.* Hinc de ſanctis in gloria dicitur. *Rapientur in nubibus obviã Chriſto in aera,* 1. Theſ. 4. n. 17. ſimulque cum Chriſtus aſcendit in ſuo circuitu aſportat nubem ut ſe oſtendat eſſe æqualem ſuo Æterno Parenti de quo dicitur. Nubes, & caligo in circuitu ejus. Pſalm. 96 n. 1. *Chriſtus æqualis ſuo Æterno Parenti.* Pſal. 96.

Secundo Oecumenius ſic ait. *Incarnatus quidem* 113.
Deus, nube tanquam vehiculo uſus eſt, nam Dominus erat, Elias vero igne. Ille enim tanquam Dominus univerſi, propria aſcendens virtute, terrenum quiddam, & quod deorſum fertur, ad aſcẽſum aſſumit, nec magis ductus, quam reducens ipſe vehiculum: Elias ſeruus erat, ideoque ſurſum ferente vehiculo egens, & equis, qui velocitatem itineris illi pararent. Idcirco etiam de hoc dictum eſt. Aſcendit Elias in turbine tanquã in cœlum, de Domino vero: eunte illo in cœlum. Aſcendunt in cœlum Chriſtus, & Elias magno tamen diſcrimine: Elias ut ſervus, habet in miniſterium *velocitatem equorum igneorum*; ignis ex ſua natura ſemper ſolet ſurſum ferri; At Chriſtus, ut naturæ, ac omniũ rerum Dominus aſſumit nubem ex terrena materia compoſitam, & ideo ad ima propendit; *terrenum quiddam, quod deorſum fertur,* ad aſcenſum aſſumit Chriſtus ut omnium Dominus valet naturas rerum mutare, & id, quod inſerviebat ad deorsũ deſcendendũ, ita diſponit ut per illum ad ſurſum aſcendat, ut ita comprobaret, ſua propria virtute aſcẽdere, cum ſecũ aſportaret tanquã vehiculũ, id quod ex ſua gravitate ad deorsũ agit. *Chriſtus ut Dominus vehiculo deorſum agente aſcendit in cœlũ.*

Tertiò. Cæſarius Nazianzeni frater Dialog. 1.

Cæſarius ſic fatur. *Nubes enim ſubit ſub pedibus ejus*, non adjuvans aſcenſionem, ſed ut oſtenderetur, illum eſſe, qui per turbinem & nubes olim quidam ad Jobum; poſt ipſum vero ad Moyſem locutus eſſet. Ad quid nubes in die Aſcenſiunia Chriſti, ac tam pompoſæ majeſtatis Deus ad ſoblimandos, ac condecorandos ſuos ſervos nubib' uſus eſt; ſic *enim aſcēdiſſet Moyſes, operuit nubes montem, & habitavit in gloria Domini*. Exod. 24. n. 15. ſic & de Iob ſcribitur 40. n. 1. *Reſpondens autem Dominus Iob de turbine*; Septuaginta legunt: *de nube*. Ad gloriam & axaltationem ſuorum ſervorum nubem elegit Deus, eandem ad triumphum, ac ſplendorem ſuæ glorioſæ Aſcenſionis ſibi aſſimit; nam ſui honoris, ac decoris ſuos participes facit, & cum illis communicat.

Id quod Chriſtus aſſumit ad ſui decorem communicat ſuo. Exod. 24. Iob. 4. Septuag.

115\. Quartò. De primo Chriſti adventu in mundum loquens Iſaias 19. n. 1. juxta communem ſententiam Patrum noſtri D. Cyril. D. Hieron. D. Athanaſ. Procopij, ac aliorum ait, *Dominus aſcendit ſuper nubem levem*. In primo ingreſſu venit ad nos per nubem, tunc vero regrediens in cœlum per nubem aſcendit, *& nubes ſuſcepit eum*: Quod bene notavit Theophyl. hic, & ait. *A nube Virginis in nubem venit, ac per nubem aſcendit, ubi prius erat.* Divinæ diſpoſitionis eſt, non dimittere bonum in fine, quod in principio apprehendit, ſed ſemper illud conſervatum tenere.

Iſai. 19. *Divinæ virtutis eſt conſervare bonum, quod arripuit à principio.*

116\. De ultimo dia judicij ſcribit D. Math. 24. n. 29. *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum; ſtellæ de cœlo cadent, & tunc apparebit ſignum filij hominis.* Si Dominus venit cum tanta celſitudine, ac majeſtate ad judicium, cui cœleſtia lumina ſic obtenebrantur, potius magno ſplendore deberent ſuo Domino venienti applaudere? Cum primo Crux apparuit: *à ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram, uſque ad horam nonam.* Matth. 2·. n. 4ſ. Cum Crux primo apparuit, tenebras immiſit in faciem terræ, quibus cœleſtia lumina ſunt obſcurata; ſic & cum ultimo appatet cœleſtia lumina obfuſcantur, quod præclarè notavit Origenes homil. 30. in Matth. & ait: *Sicut enim in diſpenſatione Crucis Sole deficiente tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram: ſic & ſigno filij hominis apparente, in cœlo deficiet Solis lumen, & Luna adhuc, & ſtellarum, quaſi conſumptum à multa virtute ſigni illius.* Divinæ virtutis eſt non deponere in fine bonum, quod in principio apprebenderat; ex quo magnum documentum habeant Crucis alumni, quod ſplendorea mundiales, quos in principio à ſe abjecerunt illos uſque in finem à ſe repellentas perſeverent.

Math. 24. Math. 27. Origen. *Abjectio terrenorum in principio ſit, & in fine.*

117\. Quintò. D. Chryſoſt. homil. 2. in Acta ait: *Ad illum miſſum eſt regale vehiculum, ne quid triſte loquerentur: ne idem illis accideret, quod accidit Eliſæo, qui magiſtro aſſumpto in cœlum, dilaceravit tunicam ſuam.* Videns Eliſæus ſuum magiſtrum ferri in cœlum ex ingenti dolore, apprehendit veſtimenta ſua, & ſcidit illa in duas partes, 4. Reg 2. n. 12. Na quid ſimile eveniret diſcipulis cum Chriſtus abiret, venit nubes lucida, & teſplendens, quæ Chriſtum ſuſcepit, & inde viſa tanta gloria ſui magiſtri magno gaudio diſcipuli ſunt profuſi, & ita ſcribit D. Lucas 24. n. 51. quod poſtquam Chriſtus aſſumptus eſt in cœlum. *Ipſi regreſſi ſunt in Ieruſalem cum gaudio magno*; quod etiam notavit D. Auguſt. ſtatim dandus; Deus non patitur in ſuis triſtitiam, ſed eos vult hilares.

D. Chryſoſt. 4. Reg. 2. *Deus vult ſuos ſervos hilares.* Luc. 24.

118\. Cum Abrahamus, & Iſaac pergerent ad perficiendum ſacrificium, ait Iſaac: *Pater mi; Ecce ignis, & ligna, ubi eſt victima holocauſti, reſpondit Abrahamus, Dominus providebit*, Gen. 22 n. 7. Cur Pater non aperit filio totam rem, & quod ipſe ſit ſacrificandus timuit bonus pater, ne filius in itinere cogitabundus triſtaretur, ac aliquo animi angore prĕmeretur, ut advertit D. Ephrem oration. in Jo. *Non myſterium revelavit Abrahamus, ne illo triſtitia affecto, ipſius donum inquinaretur.* Deus vult ſuos ſervos hilares, & oblatio illi facta animo triſti multum de ſuo decore perdit.

Gen. 22. *Oblatio Deo facta animo triſti diminuitur.* D. Ephr.

119\. Sextò. D. Auguſt. homil. 7. de Aſcenſ. ſic ait: *Apparuit nubes, intravit in eam, qui educit nubes ab extremo terræ, ut oblectaret oculos eorum nubis amenitas & irroraret eos aſcendentis de cœlo ſuavitas, ne ſola deſiderantium in animis remaneret anxiata.* Ab oculia diſcipulorum, nubes occultat Jeſum, quæ ex ſua conditione irrorat in terram, ut fieret manifeſtum quod ſic abſcondebatur Jeſus per nubem, ut ſuavem omnium cœleſtium donorum rorem, ac copiam mitteret in ſuos diſcipulos; ex quo ſanctiſſimorum virorum innata conditio, ut etiam poſt ſuum diſceſſum, ſuo interventu multa dona irrorent in nos.

D. Aug. *Chriſtus & ſi abſcōditur ſui cœleſtem rorem mittit.*

120\. Ait Iſaias 60. n. 8. *Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant, & tanquam columbæ ad feneſtras*, de ſanctis Apoſtolis eſt ſermo, qui volatu veloci terram relinquentes in altum, ac cœlum volant; ſed cur potius tunc nubibus comparantur; quæ ſimilitudo illia cum nubibus, appoſitè D. Ambroſ. lib. de fuga ſæculi cap. 9 ait: *Sic igitur volate, ut dicatur de vobis, qui ſunt iſti, qui ut nubes volant? ut nebula veſtra rorent juſtitiam & ſimplicitatem columbæ*; nebulæ & ſi fugiant ab oculis aſpicientium, tamen ſuo rore terram fœcundant ut multa germina producat; ſic & juſti, & ſi per eorum diſceſſum ab intuentium oculia recedant, tamen ſuis precibus in nos cœleſtem rorem diſtilant ad multos virtutum fructus. Vide multa in meis libris verb. Charitas.

Iſai. 60. *Sancti etiā poſt diſceſsū beneſici in ſuos.* D. Ambr.

QUÆSTIO XVIII.

Quare Chriſtus D. aſcendit in cœlum per nubem cum venturus ſit ad judicandum in nubibus cœli?

121\. ET nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum; Non omittam hic notare, quod aliqui hic conſiderant, quod dum Chriſtus in hoc ſuæ Aſcenſionis triumpho, ſub nube abſconditur, quamdam ſacræ Euchariſtiæ figuram exprimere; nubes enim candida, & alba eſt, dum Chriſtus ſub illa tegitur, ſe ipſum repræſentat, obvelatum, & abſconditum ſub ſpeciebus Sacramentalibus; ac ſi gloria, & majeſtas Chriſti nequeat oſtentari, ac manifeſtari, abſque notia, & ſignis ſacræ Euchariſtiæ, in qua maximè tota ejus majeſtas nitet, ac reſplendet.

Chriſti maieſtas cum ſignis Euchariſtiæ oſtenditur.

122\. Quæſtio præſens eſt, quod cum Chriſtus aſcenderet in cœlum una nubes eſt ei in miniſterium, cum tamen in ultimo adventu venerit ad judicandum apparebit in nubibus cœli; ſic ait Chriſtus D. Math. 24. n. 3. *Videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum virtute multa & majeſtate.*

Ratio difficultatis. Math. 24.

123\. Reſpondet primò Abùlenſis ad hanc quæſtionem, quam ipſe excitat ad cap. 24 Matthæi q. 180. & ait: *in adventu Chriſti non ſolum deſcendet una nubes, ſed multiplex, ut major honor ſit deſcendentis, eo quod tunc omnibus hominibus manifeſtandus: nunc vero ſolis diſcipulis, & credentibus alijs viſus eſt.* Æqualis poteſtas eſt Domini aſcendentis in cœlum, ac venientis ad judicium? Cur ergo in præſenti una tantum nubes, in judicio multiplex venit in miniſterium? Quamvis æqualis eſſet poteſtas, inæqualis erat ratio; Dominus nunc aſcendens in cœlum videbatur à paucis & amicis, qui potentiam ſuæ ſupremæ majeſtatis venerabantur. *Nunc vero ſolis diſcipulis, & credentibus alijs viſus eſt*, At vero in judicio veniet coram omnibus hominibus, & multis ini-

Abulenſ. *Non inimici, ſed ſolum amici agnoſcūt ſuas laudes.*

micis

micis & contrarijs, qui eum contempſerunt; *Ut majer honor ſit deſcendeatis, eo quod tunc omnibus hominibus manifeſtandus.* Amicis, ac benevolis ſpectantibus, ſat erat quod una nubes daret obſequium, ut ab eis ejus majeſtas agnoſceretur; At vero coram negantibus multiplea conveniens fuit famulatus, ut inde ejus ingena gloria, & majeſtas ab eis revereretur; Vide quæ dixi tom. 1. in Evang. lib. 2. cap. 6. n. 60. & lib. 3. cap. 3. q. 1. n. 6.

Secundò. *Nunc nubes ſuſcepit eum.* In judicio in
124. nubibus cœli; tunc enim *apparebit ſignum filij homi-*
Math. 24 *nis.* Scilicet Crux; ô Alta divinaq; Providentia, quod
Chriſtus ſanctiſſima Crux ſit in tanta veneratione, ac reve-
plus vult rentia; quod ſi ad obſequium Chriſti, intervenit
venerari una nubes, quæ ſuſcepit eum in cœlum; At vero ad
ſuā cru- famulatum ſanctæ Crucis pro ſua ingenti majeſtate,
cem, quā ſe. omnes in miniſterium convocentur nubes. Tota
Chriſti gloria, & majeſtas in cruce conſtituta eſt.
Valde inſtanter poſtulat Moyſes à Deo: *Oſtende*
Exod. 33. *mihi gloriam tuam*; Exod. 33. n. 18. annuit Deus di-
rens: *Poſteriora mea videbis.* Ibid. n. 23. & quænam
ſunt hæc poſteriora Dei, in quibus conſtituta eſt to-
ta gloria Dei, & omne bonum, poſteriora Dei, ſunt
Pſal 67. nempe ejus Crux, in qua tota Dei gloria, & majeſ-
D.Bern. tas eſt. D.Bernard. ſerm. 61. in Cant. ait: *Poſteriora
dorſi ejus in pallore auri, quæ fuſcum crucis non erubuit.* Inde ipſa columba, quæ divinitatem repræſentat maximè deaurata, ac reſplendens apparuit in poſteriore dorſi ejus in cruce nempe ſua.

Tertiò. Chriſtus eum deſcendit ad judicium, om-
125. 1.Theſ. 4 nes Sancti ejus venient cum eo, & ſi quando aſcen-
dit una nubes ſuſcepit eum, inde eum venit cum
Sanctis ſuis, tunc apparebit in nubibus, ita Chriſtus
exaltatur, ac glorificatur in Sanctis, & ita vult eos
Maximè exaltari, ac ſublimari, ut major oſtentoſus, ſolem-
vult nis majeſtatis apparatus exhibeatur, dum Sanctis
exaltari comitatus apparet, *in nubibus cœli*, quam eum ipſe
ſuos Sanctos. ſolus magno triumpho aſcendit. *Suſcepit eum nubes.*
De ſe ait Chriſtus D. *Ego flos campi*, Cant. 2. n. 1. ac
de Sanctis ſuis, quos Deus dedit in ſua Eccleſia, di-
citur: *Emiſſiones tua Paradiſus malorum punicorum.*
Cant. 4. Chald. Cant. 4. n. 14. ſeu ut legit Paraphraſis Chaldaïca:
Iuvenes tui ſicut aromata optima horti voluptatis. Ipſe ſolus eſt flos, ac vero cum Sanctis ſuis eſt paradiſus, ac hortus voluptaris cum omnibus arboribus, ac aromatibus & quamvis Deus ſit ſemper idem, & immutabilis, & nihil de novo creſcat, ita tamen exaltatur in Sanctis, ac glorificatur in eis, ut qui antea dicebatur flos campi, jam vero cum ſuis Sanctis ſit paradiſus, ac hortus omnium pomorum, ac aromatum.

Actor. 1. *n.* 10. Cumque intuerentur in cœlum euntem illum: Ecce duo viri aſtiterunt juxta illos in veſtibus albis.

Num. 11. Qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Hic Ieſus: qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.

VERSIONES.

Syrus n. 1. Dum ipſe abſens eſſet, inventi ſunt duo viri.

Arabic. Dum ipſi attente conſiderarent abceſſum ejus in cœlum: Ecce duo viri in ſindone candida.

Græcus. Cum ipſi intendentes, & intenti defixis oculis euntem illum.

D. Ambroſ. ſerm. 60. Cum ipſi ſuſpenſi intuerentur.

Æthiopic. Duo viri veſtiti erant fulgore.

Pagni. Amicti veſtibus albis.

Syrus n. 11. Quid ſtatis, & ſuſpicitis eum ſcandentem in cœlum.

D. Epiph. Aſſumptum in cœlum.

EXPOSITIO VI.

C*Umque intuerentur.* Fixis oculis in tantam 126.
Chriſti gloriam ut ait D. Ambroſ. ita ut oculi D.Ambr.
non poſſent ſatiari, ac quieſcere à tanta majeſtatis
viſione. *Ecce*, rem valde magnam, & novum notat,
quæ magnam requirit attentionem, ut notat D. Atha- D Atha.
naſius ſerm. de Deipara, *duo viri.* Communis vox *Quare*
Patrum, ac interpretum eſt, quod erant Angeli, aſ- *veſtis alba.*
ſumpta forma, ac ſpecie virorum, maxima tamen
ſplendida, ac eleganti: *In veſtibus albis.* Ut ipſa
veſte alba magis ſolemnitas appareat feſtivitatis.
2. Ipſorum virorum puritatem, ac candorem, ut ad-
vertit D. Epiphan. oratione de Aſcenſ. & ideo de D Epiphan.
Beatis Chriſtum ſequentibus dicitur Apocalipſ. 19. Apoc. 19
n. 14. *Exercitus, qui erant in cœlum veſtibus albis*;
ut ibi dixi 3. ut veſte alba denotaretur Chriſti aſcen-
dentis majeſtas D.Gregor. homil. 49. in Evang. ait: D. Greg
*Chriſto naſcente non legi candidatos Angelos apparuiſſe; qui in nativitate apparuit Deus, humilis; in
aſcendente oſtenſus eſt homo ſublimis*; ut volunt D. D.Chryſoſt.
Chryſoſt. & Beda hoc loco, *ut candore veſtis exhi-* Beda.
larent aſtantium oculis.

Qui & dixerunt. Ait Caietanus: *Non uterque,* 127.
ſed alter nomine utriuſque, ſed non videtur repugna- Caietan.
re, quod uterque ſaltem viciſſim locutus eſſet, *viri Galilæi*, eos ſic compellentes, ut eos magis attentos reddant: & Galilæos dicunt, quia Apoſtoli ſaltem majori ex parte erant oriundi ea Galilæa, quæ erat
pars Judææ, ut advertit Lyranus. *Quid ſtatis aſpi-* Lyran.
cientes. Syrus. *Quid ſtatis, & ſuſpicitis* attentis, & fixis oculis: *Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis* ſua propria virtute aſcendens in cœlum, *ſic veniet* ſua propria virtute formâ humanâ, veniet ad judicandum.

QUÆSTIO XIX.

Quare duo Angeli, hic apparentes dicuntur viri, & non Angeli.

COnveniunt omnes, quod iſti duo viri Angeli 128.
erant, quorum proprium eſt Dei mandata, or-
dinationes ad homines perferre; Dicuntur tamen
viri. Primo reſpondet D. Epiphanius orat. de Aſcenſ. D Epiphan.
ait: *Viri dicuntur, ut animo robur diſcipulorum con-*
firment. Duo, qui veritati fidem faciant. Dicuntur *Viri dicuntur*
viri ab effectu, quia venerant, ut darent animum for- *ab effectu, quem*
tem, & virilem diſcipulis; & duo, quia in ore duo- *præſtabant.*
rum, vel trium eſt omne verbum.
Secundo Oecumenius, in præſenti ſic loquitur. 129.
Ecce duo viri, &c. Angeli apparentes propter opera- Oecum.
tionem, viri appellantur, juxta viſionis cognationem. *Quilibet*
In veritate, ac natura Angeli erant, tamen viri no- *ex ſua*
minantur, quia virorum formam, ac operationem *apparentia,*
præſtabant. Angelus ſpiritu multum diſtat ab homi- *ac actioni-*
ne corporeâ naturâ, tamen cum formam hominis *bus.*
apparenter induit, *juxta viſionis cognationem*, ſecundum formam, non Angelus, ſed homo dicitur, & judicatur; valde familiare eſt, ut unuſquiſque habeatur, ac cognoſcatur, ea eo quod apparet, ac ex operationibus quas quilibet, exercet, ac agit.

130. Juxta Dei mandatum cum eſſent coram Pharaone Moyſes, & Aaron; *Aaron tulit virgam coram Pharaone, & ſervis ejus, quæ verſa eſt in colubrum.* Exod.7.n.10. ad cujus æmulationem, vocat Pharao ſapientes, ac veneficos, & per cantationes Ægyptiacas *projecerunt ſinguli virgas ſuas, quæ verſa ſunt in dracones.* Ibidem n.12. Ecce dicitur coluber, & draco, & tamen magna differentia erat inter utrumque; nam coluber prodiens ex virga Aaronis erat verus, & legitimus; at dracones ex virgis maleficiorum, erant ficti & apparentes, ut tenent Origenes, D. Auguſtin. D. Ambroſ. Ruper. Abulenſ Lyranus; & tamen ex apparentia de re vera, ac fictitia, ut vulgo habetur; idem dicitur, ac creditur, ut notavit D. Auguſtin. q.21. in Exod. poſtquam hanc quæſtionem pertractat ſic ſubdit. *Cur ergo ex utraque parte, & virga dicuntur, & dracones, ut de figmentis illis nihil differat modus loquendi.* Ecce coluber eſt verus, ficti dracones, & tamen judicium æquale eſt in utraque parte, *Ut de figmentis illis nihil differat loquendi modus.* Imo ex Aaronis virga prodit coluber verus; ex virgis Magorum fictitij dracones, quæ ſunt multo majora, & ferociora animalia, quàm coluber, ut notat Pierius Hierogly.lib.16. & valde frequenter, id quod fictum, ac falſum eſt, majus creditur, ac videtur, quam id, quod eſt verum, ac ſolidum.

Exod.7.
Falſum ex apparentia verum indicatur.
D.Aug. D.Ambr. Origen. Rupert. Lyran. Abulenſ.
Perius.

QVÆSTIO XX.

Quare Angeli hic in Aſcenſione apparentes, dicuntur viri; cum in reſurrectione exprimantur Angeli?

131. D. Matthæus ſcribens myſterium Reſurrectionis Chriſti D. cap.28 n.5. ait: *Quod Angelus Domini deſcendit de cælo, erat autem aſpectus ejus ſicut fulgur, & veſtimentum ejus ſicut nix. Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus, ſcio quod Ieſum quæritis,* &c. Ecce in reſurrectione apparens dicitur Angelus, & hic in myſterio Aſcenſionis cum eſſent Angeli non dicuntur Angeli, ſed viri: *Ecce duo viri aſtiterunt.*

Difficultas quæſtion.
Math.28

132. Reſpondeo primo, quod etiam in reſurrectione Angeli apparuerunt in ſpecie virorum, nam ſic ſcribit D. Marcus cap.16. n.5. de mulieribus: *Et introeuntes in monumentum, viderunt juvenem ſedentem in dextris*; & etiam D. Lucas agens de ipſis mulieribus, ſic ſcribit cap.24.n.4. *Ecce duo viri, aſtiterunt circa illas in veſte fulgenti.* Et in his nulla eſt contrarietas, nam D. Marcus, & Lucas narrant ſecundum apparentiam, quam exterius exhibebant, quæ erat virorum, D. autem Matthæus ſcribit, ſecundum naturam in qua conſiſtebant, quæ erat Angelica, ut ſuo loco dixi.

Marc.16.
Luc.24.

133. Secundo; in reſurrectione exprimitur Angelus, qui dicebat & teſtificabat reſurrectionem, non ſic vero hic in Aſcenſione; Quia in reſurrectione perſuadenda, ac credenda major fuit difficultas, & aliqui obdurati, & increduli aſtiterunt, & ita Chriſtus D. *exprobravit incredulitatem eorum, & duritiem cordis, quia ij, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt.* Marc.16.n.14. At in Aſcenſione, talis incredulitas, & durities cordis non eſt inventa, nam Chriſtus D. ipſis aſpicientibus, qui erant ferè centum viginti aſcendit in cœlum. Cum ergo in animo acceptandæ reſurrectionis magis extitiſſet cordis obduratio, inde gravior, ac ſublimior teſtis fuit adhibendus, ut non videretur ex hoc ſæculo, ſed Angelus deſcendens de cœlo cum tanto fulgore, ac majeſtate in quo nulla poterat ſuſpicari falſitas.

Marc 16.
Ubi major obduratio, ibi gravior teſtis requiritur.

134. Tertio, & moraliſſime. Angeli, dicuntur in præſenti, viri: *Ecce duo viri:* loquebantur cum hominibus: *Viri Galilæi:* At in reſurrectione ſermo erat cum mulieribus, & inde dicuntur Angeli. *Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus.* Ut inde hauriatur magnum documentum, quod mulier pia, & ſancta, ſic debet vitare conſortium, ac colloquium virorum, ut videatur non habere ſermonem, cum homine de hoc ſæculo, ſed cum Angelo Dei veniente de cœlo.

135. Veniunt ad Abraham tres viri, Gen.18.n.2. qui juxta omnium ſententiã erant tres Angeli, ſicut & ille vir, qui luctabatur cum Jacob. Gen.32.n.24. Angelus erat; & tamen dicuntur viri. At vero Agar Abrahami ancilla ejecta ab ejus domo cum filio ſuo Iſmaële, in magna aquæ penuria cum eſſet vocat eam Angelus de cœlo, Gen.21.n.17. Ad matrem Samſonis apparet Angelus de cœlo, qui dixit ad eam ſterilis es, ſed concipies; Iudic 13.n.3. Quid eſt hoc, quod cum Angeli veniunt ad homines, apparent in ſpecie virorum; & viri dicuntur, cum vero ad mulieres conveniunt, ut Angeli apparent, & Angeli dicuntur; Quid in hoc nobis divinus Spiritus innuit, niſi quod homines cum hominibus habeant ſermonem; At mulier, non cum altero, ſed tantum cum Angelo de cœlo verba faciat, ac colloquetur.

Gen.18.
Gen. 32.
Gen.21.
Iudic.3.
Non cum homine ſed cum Angelo ſermo.

136. Et ſi neceſſe fuerit mulieri loqui cum homine ſic breviter, & tanquam occaſionaliter, ut placeat Deo, & ejus colloquio fruatur. Sponſa ſancta ſui divini Sponſi amore vulnerata, valde ſollicita eum quærebat, & dicebat: *Surgam, & circuibo civitatem per vicos & plateas quæram, quem diligit anima mea; quæſivi illum, non inveni; invenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt civitatem. Num quem diligit anima mea vidiſtis? Paululum, cum pertranſiſſem eos, inveni.* Cant.3.n.4. Valde mirum, quod illa, quæ tam vehementer, exoptabat ſuum dilectum; incidens in cuſtodes civitatis, tanquam ex officio tenebantur ſcire, omnia, quæ in civitate agebantur, ab illis tantum uno verbo ſciſcitatur; *Num quem diligit anima mea vidiſtis?* cur non longiores trahit ſermones, cur non amplius immoratur, an ſcirent, quo divertiſſet, ad quem locum ſe recepiſſet, quo abiret, cur non magis immoratur cum cuſtodibus, an ex aliquibus ſignis poſſit inveſtigare aliquid ad inveniendum ſuum dilectum; & quod magis, cur interrogatione facta, nullum expectat reſponſum, ſed ſtatim cito volat, & recedit, divina Sponſa cum eſſet pura, & ſancta ſciebat quam periculoſum ſit virginibus colloqui cum hominibus, & ideo uno verbo facto in tranſitu, ſtatim fugit, & declinat. Gilbertus Abbas ſer.7. in Cant. ait: *Bonum eſt, ut ſis ad quærendum ſedulus, non tamen aſſiduus; Nam & ſponſa, non tam ex ſtudio, quam ex occaſione cuſtodes interrogat, & id in tranſitu,* & notat quod ex brevi ſermone cum cuſtodibus eſt. *Paululum cum pertranſiſſem eos inveni quem diligit anima mea.* Volunt mulieres habere Deum, & invenire Deum, pauca, & tanquam ex neceſſitate commiſceant cum hominibus verba, ac cum eis loquantur.

Can 3.
Mulier ex brevi colloquio cum hominibus invenit Deum.
Gillibet.

QUÆSTIO XXI.

Quare iſti duo viri non loquuntur cum ſanctiſſima Virgine Maria, ſed cum diſcipulis, quos Galilæos vocant.

Aderat in præſenti ſanctiſſima Virgo Maria, quæ erat prima, & principaliſſima omnium perſona. 137.

perſona, cur cum ipſa non loquuntur, ſed totus eo-
rum ſermo eſt cum Apoſtolis? & optimè ſane; Quia
Virgo illa, quæ Angeli dicebant diſcipulis, quod Chriſtus
Maria abiret in cœlum, & quod eadem majeſtate venturus
optimè eſſet ad judiciom, præclariſſime ſanctiſſima Virgo
omnia *ſciebat.* ſciebat per altiſſimam, & clariſſimam ſcientiam, ac
cognitionem omnium myſteriorum, ac rerum, quæ
data ei fuit in primo inſtanti ſuæ immaculatæ con-
D.Chryſoſt. ceptioois, inſuper, ut docet D.Chryſoſt. ſerm.6. de
Aſcenſione habito in 6.tom. Chriſtus D. in hoc ul-
timo diſceſſu cum ſanctiſſima Virgine Maria habuit
multa colloquia de magnis, & altiſſimis myſterijs,
& cum illa tam amplam, ac profundam haberet om-
nium cognitionem, oon fuerunt cum illa tractanda,
quæ alijs erant ignota.

Dicunt Angeli: *Viri Galilai.* Vitos Galilæos di-
138. cunt iu genere maſculino, qui ſermo non excludit
Pſal.1. mulieres, quæ aderant, ut dicitur Pſalm.1. *Beatus*
vir; ſed ut advertit Lorinus honorationis ſexus men-
tio habetur, & notandum quod doplex erat Galilæa.
Uoa in Paleſtina in tribu Nephthalim, dicta gen-
tium, nam majori ex parte à gentibus habitabatur;
D.Hier. Altera coofinis Judææ in tribu Zabulon circa Ti-
beriadem, & ſtagnom Genezareth; ut tradit Hiero-
nymus de locis Hebraicis, quæ fuit patria multorum
Galilai diſcipulorum Chriſti, & quamvis aliqui ex Apoſto-
apatria. lis eſſent ex tribu Juda, qui dicti ſuot fratres Domi-
ni, vel etiam de alia tribu, quia communiter habi-
tabant in Galilæa, Galilæi dicti ſunt, ſicut & cap.ſe-
quenti n.7. ſicut & Chriſtus D. cùm natus eſſet in
Math.2. terra Juda, Nazaræus dicebatur Math.2.n.23. Atque
Luc.23. etiam Galilæus dicebatur, Luc.23.n.6. quis ibi ha-
Ioan.4. bitaverat, quia libentius excipiebatur à Galilæis,
quam à Iudæis, Joan.4.n.45.

Secundò. D.Chryſoſt. & Hugo dicunt. Quod
139. D.Chryſoſt. Angeli vocant eos Galilæos honoris cauſa, tanquam
dignitate præeminentes, ut ita honorifico titulo diſ-
Hugo. cipulos magis ad ſe alliciant, & attentiores faciant,
nam ut ait Hugo, Galilæi erant viri ſapientes, & in-
Ioſeph. genioſi; & de Galilæis ſcribit Joſephus de bello Jo-
Deus daico lib.3. cap.2. *Gens ingentis animi, roboriſque*
ſuos mi- *corporis erat, pugnax ab infantia & formidinis ex-*
niſtros *pers, ex tali gente Chriſtus ſuos Apoſtolos elegit,*
vult for- *nam Deus ſuos miniſtros non ſenes, ac deſides; ſed*
tes. *acres, ac alacres eſſe vult.* De ijs dictum eſt 1 *Eſtote*
fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente; &
Hebr.11. Hebræ.11.n.34. *Fortes facti ſunt in bello.*

140. Tertiò. Galilæi apud Judæos habebantur in con-
temptum, ac ignominiam, ſic de Nicodemo dixerunt.
Numquid tu Galilaus es; Vide quod de Galilaa
Ioan.7. *Propheta non ſurgit:* Ioan.7.n.52.& per contemptum
Math.26 Chriſtus D. dicitur Galilæus, Math.26.n.69.& Io.7.
Ioan.7. n.41. & optimè ſanè nonc Angeli Apoſtolos Gali-
In digni- læos vocant, quia cum eſſent in tanta dignitate con-
tate co- ſtituti utpote Chriſti præcones, & teſtes expectan-
gnitio tes in ſe ipſis divinum Spiritum in tanto apice di-
propria gnitatis ſcirent, & haberent ante oculos principia
vilitatis. ſuæ homilitatis, ac vilitatis.

Sic & Abrahamus, cum eſſet in ſuprema dignita-
141. te ut ambularet cum Deo, cumqoe eo haberet larga
colloquia, eſſetque Dei Secretarius; *num celare po-*
Gen.18. *tero Abraham, qua geſturus ſum.* Gen.18.n.17. cum
à Deo accepiſſet illud magnum donum, quod in eo
eſſent benedicendæ omnes gentes, quod eſt Chriſtus;
Abrahamus ſe tunc de ſe ait: *Loquar ad Dominum meum cum ſim*
cognoſcit *pulvis & cinis:* Ibidem n.27. Quanto major fuit di-
pulverẽ. gnitas, tanto major extitit in eo propria cognitio
Peluſi. ſuæ humilitatis, ac abjectionis, D.Iſidorus Peluſiota
lib.3.epiſt.188. ait: *Abraham divino colloquio fruens,*
ſe terram, ac cinerem appellat.

Quartò. Alluſio facta ad ſignificatum nominis,
142. rectè Apoſtoli dicuntur Galilæi ex Hebraica voce
idem eſt, ac *tranſmigratores*, qui enim ſunt diſcipuli
Chriſti, ac fixis oculis ipſum ſequuntur, debeot à
terra io cœlum mente, ac vitâ traoſmigrare. Unde
ingenioſè D. Bernardus ſerm.1. de Paſch. negat *rite,* D.Bern.
rectèque ſolemnitatem Paſchalem celebraſſe, qui in
Galilaa non viderint Chriſtum ſuſcitatum, qua tranſ-
migrationem ſignificat. Præcipua ſolemnitas à Deo
inſtituta in popolo extitit Paſcha, id eſt tranſitus ſe-
cundum ſuum ſignificatum, perbellè ait D Bernard.
non beoe celebratur, niſi in Galilæa cum novitate
vitæ, quando de temporali, ac terrena tranſmigratur
in ſpiritualem, ac cœleſtem patriam.

Ait Dominus Ieremiæ 1.n.18. *Ecce dedi te hodie*
in civitatem munitam, & columnam ferream, & in 143.
murum æreum. Iſa.16.n.11. dicebat de ſe, *venter meus* Ieremi.1. Iſai.16.
ad Moab, quaſi cithara ſonabit, & viſcera mea ad
murum coctilis lateris. Quæ verba ſic leguntur à Ni- Nicæta.
cæta io Nazianzen.orat.43. *Venter meus ſuper Moab,*
quaſi cithara ſonabit & praecordia mea quaſi murus,
quem innovaſti, ecce magna fortitudo Ieremiæ ex-
primitur cum dicitur murus æreus; at de Iſaia non
dicitur murus æreus, ſed innovatus. An, minor eſt *Renova-*
fortitudo, ac gloria in uno, quam in altero? mioime, *tio in*
nam eam celſitudinem, ac magnitudinem, quam *vita ju-*
unus habet in ſua fortitudine, quod ſit murus æreus, *cundiſſi-*
obtinet alius in ſua puritate, quod ſit innovatus mu- *ma Deo.*
rus; taota enim fortitudo reſplendet in juſto in per-
ſeverantia, ac in illo, qui ionovatur; ſic ait Nazian- D.Naz.
ze. citat.orat. *Innovatur apud alium Prophetam mu-*
rus areus, hoc eſt ni fallor, anima firma, & aurea
menſque ad pietatem compuncta. Taotum enim ani-
mi robur, ac fortitudo declaratur, cum reſiſtitur ini-
quitati, ac eum abjicimr, ac demittitur, & cum ipſe
murus eſt iunovatus, ait Propheta, *venter meus quaſi*
cithara ſonabit. Suavi, ac delectabili ſono coram
Deo.

QUÆSTIO XXII.

Quare per modum increpationis dicitur Apoſtolis, quid hic ſtatis aſpicientes in cœlum, cum laudabile ſit, oculos habere defixos in Chriſtum.

CUm Chriſtus aſſumptus eſſet in cœlum, ſta- 144.
bant ſacri Apoſtoli, fixis oculis, fixoque pede, *Difficul-*
ac corpore intuentes eum; tunc ecce duo Angeli di- *tas quæ-*
xerunt: *Viri Galilai, quid ſtatis aſpicientes in cœ-* *ſtion.*
lum; quæ admonitionis verba, ſpeciem reprehenſio-
nis ſubolent, & quæ in hac re objurgationis nota;
Cum nil videretur magis laudabile, quam Chriſtum
Deum, eorum amantiſſimum Magiſtrum, ab eis diſ-
cedentem, intentius aſpicere, & ab eo nec mente,
nec oculis ſeparari; Cur ergo per modum increpa-
tionis eis dicitur: *Quid ſtatis*, ſeu ut habet Syriacus, Syriac.
ſuſpicitis.

Reſpondeo primo juxta ſeriem Text. Chriſtus D. 145.
aſſumptus eſt in cœlum, & ejus diſcipuli ſtabant in-
tuentes eum, & *nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.*
Tunc cum Ieſus eſſet abſconditus ab oculis eorum;
adveneruut Angeli, & dicunt: *quid ſtatis aſpicientes* *Quod eſt*
in cœlum. Ac ſi dicerent quandiu Chriſtus à vobis *ſuperva-*
viſu percipiebatur, tunc conveniens erat, oculos de- *caneum*
fixos habere in eum, at modo cum ipſe jam diſpa- *obiurgandum.*
ret, ac occoltatus eſt à vobis, *ad quid ſtatis cœlum*
aſpicientes; ſupervacaneus eſt veſter aſpectus, quia
ipſe in hoc mundo non eſt videndus, niſi cum ve-
nerit ad judicium; ac proinde cum ille intuitus
eſſet ſupervacaneus, alicujus obiurgationis notam
non effugit, ſic cum Martha hoſpitio exciperet Chri-
ſtum, & in multis præparandis eſſet occupata, ſic
per modum reprehenſionis, ei dixit Chriſtus D.
Martha,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Martha, Martha ſollicita es, & turbaris erga pluri-
Theoph. *ma; porro unum eſt neceſſarium.* Luc.10.n.41. Theo-
phylactus ibi ſic loquitur: *uno nobis opus eſt, nempe*
ut comedamus qualitercumque, non varijs.

146. Secundò. D Athanaſ. orat. in Aſcenſ. ait: *Quid*
D.Ath. *ſtatis ſiſpicientes in cœlum? Quid ſtatis? mundo mi-*
raculum hoc prædicate. Ac ſi eis dicatur: quid hic
conſumitis tempus aſpicientes in cœlum, ſurgite de
hoc loco adimplentes munus veſtrum Apoſtolicum,
Salus quo vobis commiſſum eſt, prædicare Evangelium,
proximo- & agere de ſalute proximorum, quod maximè hau-
rum ma- ritur, ac participatur ex Chriſti intuitu, ac ejus man-
ximè dato, & voce. Apocalip.22.n.17. dicitur *Qui audit,*
quæren- *dicat:* veni qui audit Dei vocem vocantis, ipſe etiam
da à alios advocet, & adducat D.Gregor. homil.14. in
prædica- Ezech. *Cui enim jam vox vocantis Dei efficitur in*
tore. *corde, neceſſe eſt, ut proximis per prædicationis offi-*
Apoc.22 *cium, erumpat in voce, & idcirco alium vocet, quia*
D.Greg. *ipſe vocatus eſt.*

147. Tertiò. D.Epiphanius orat. in Aſcenſ. ſic loquitur
D Epi- Apoſtolis: *Quid cœlum oculis defixis intuemini eum*
phan. *potius, qui cœlum condidit veſtra mentis luminibus*
uſurpate, atque ſtupendam illius clementiam, animi-
que demiſſionem, ſummi miraculi loco ducite. Ac ſi
Summa dicat: Quamvis vos in magnam admirationem ra-
Chriſti piat tanta gloria, ac majeſtas Chriſti aſcendentis in
clemen- cœlum, tamen inter tantas ejus glorias, atque tan-
tia, ac quam ſummum miraculum magis debetis admirari
humili- *ſtupendam ejus clementiam*, tanquam quid illius ſu-
tas. premum, ſicut animi demiſſionem. Aſcendente Chri-
ſto per admirationem clamant cœleſtes Spiritus. *At-*
tollite portas Principes veſtras, & introibit Rex glo-
Pſal.23. *riæ, & dicunt, quis eſt iſte Rex gloriæ.* Pſalm.23.n.7.
Regem gloriæ clamant ob ſtupendam ejus clemen-
tiam, qui cum eſſet ſupremus Rex, gloriam condi-
dit non ſibi, ſed ſuis creaturis, etiam admirantes
ſuam humilitatem, quòd in tanta gloria ſecum fert
ſigna vulnerum, ac ſuæ demiſſionis, ut meditantur
D.Auguſt. Rupert. infra q.25.

148. Quartò. Oecumenius ibi. *Per hoc autem, quod*
Oecum. *ait: quid ſtatis? admonet illos, ut relicta cura de hac*
re Ieroſolymam redirent; juxta Domini præceptum,
quo dixerat ab Ieroſolyma ne diſcederent, & rurſus:
eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, &
Samaria, uſque ad ultimum terræ. Erant Apoſtoli
toti impenſi omnibus viribus in contemplatione, ac
meditatione glorioſæ Aſcenſionis Chriſti, & aliunde
habebant mandatum à Chriſto D. ut eſſent Jeroſo-
lymis, & ibi eſſent teſtes, & prædicarent ejus admi-
randa myſteria. Inde Angeli per modum increpatio-
Gratius nis dicunt: *Viri Galilæi,* quid ſtatis aſpicientes, cur
Deo de non facitis, quod vobis præceptum eſt ne à Jeroſo-
aliorum lymis diſcederent, & ibi eſſent teſtes, quod bene in-
ſalute a- telligentes ſacri Apoſtoli, ut dicitur numero ſequen-
gere, quã ti: *reverſi ſunt Ieroſolym.* Et ſi Deus multum delec-
orare. tetur noſtra contemplatione, ac meditatione, maxi-
mè tamen ei perjucundum eſt ut quiſque de ſuo of-
ficio intendat, ac de proximorum ſalute agat, ac pro
illa totis viribus incumbat.

149. Cum Moyſes eſſet in monte in altiſſima, & fervi-
da oratione cum Deo; Tunc populus peccavit pec-
cato grandi adoratione Vituli; quod cum continge-
ret, ait Deus Moyſi: *Vade deſcende, peccavit populus*
Exod.32. *tuus,* Exod.32.n.7. Quid eſt, quod ex eo quod po-
pulus peccavit, mandat ad populum, cum multa em-
Magis phaſi dicitur: *populus tuus:* cujus tu es dux, guber-
vigilan- nator, cum ergo tuus ſit terminum orationi impone.
dum in Ac ſi ei dicat Deus, totam curam pone in ſalutem
ſalute populi, ejus delicta puniendo, ipſumque ad pœni-
populi, tentiam diſponendo, ut à tanto peccato exurgens co-
quam in ram Deo miſericordiam inveniat; non alienus ab
oratione. hoc ſenſu eſt Philipp. Abbas lib.2. in Cantica cap.4.
Cant.
Philipp.

ad illa verba Sponſi ad Sponſam, paſce hædos tuos,
Cant.4. Ut eos tanquam ſuos paſcat; ſic ait. *Ut cu-*
ram illorum ampliorem ingerat, qua eiſdem curandis
invigiles, & ad ſtatum provehat meliorem, ſicut Moyſi
dixit; deſcende, peccavit populus tuus.

Totam integram noctem cum luctamine cum An- 150.
gelo conſumpſir Jacob, tandem Angelus dixit ei:
Dimitte me, jam enim aſcendit aurora, Gen.32.n.26. Gen. 32.
Angelus fortior erat Jacob; cur poſtulat, ut ab eo
dimittatur; & valde mirabilem rationem aſſignat;
quia aſcendit aurora: ſeu quia dies jam eluceſcit, ſi
lucta per totam noctem perduravit, cur etiam per
diem non perſeverabit: Hanc luctam exponit Pro-
pheta Oſeas de Oratione cap.12.n.5. *Rogavit & fle-* Oſeæ.12.
vit ad eum: Inde ait Angelus Jacob: *Dimitte me*
jam aſcendit aurora. Jacob erat paterfamilias, & *Paterfa-*
quamvis tota nocte perſeveraſſet in oratione cum *milias*
Deo, cum tamen jam dies clareſceret, conveniens eſt *dimittat*
ut Jacob poſito termino ſuæ orationi, conſulat ſuo *orationẽ,*
muneri, humaniſque negotijs vacaret, ac ſuæ fami- *ut fami-*
liæ invigilare deberet, Dionyſ. Carthuſ. ſic ait: *Di-* *liæ con-*
mitte me, quaſi dicat, hora jam imminet, in qua te *ſulat.*
oportet, circa temporalia occupari. Carthuſ.

QUÆSTIO XXIII.

Quare ſacri Apoſtoli tantum ſtabant aſpicientes,
& nec unum verbum dicunt, nec
loquuntur?

QVid hic ſtatis aſpicientes. Quamquam, verbum ſ55.
ſtare in Scriptura, idem valeat, ac adeſſe; Ut
Math.16.n.28. *Sunt quidam de hic ſtantibus, qui non* Math 16.
guſtabunt mortem, Ioan.1.n.26. *Medius autem veſ-* Ioan.1.
trum ſtetit. Cum hæc ita ſe habeant; exiſtimo ta-
men quod rectè dicitur de Apoſtolis, *quid ſtatis,* quia
non ſedentes, ſed pedibus, recto corpore (ut habet
communis pictura Eccleſiæ in hoc myſterio) omni
animo, & affectu ſtabant tanquam volentes ſequi,
& concomitari Chriſtum.

Quæſtio præſens eſt, cur in tam admirabili ar- 152.
cano Apoſtoli ſemper tacent, & nullum verbum di- *Difficul-*
cunt, nec loquuntur tam inter ſe, quam cum Ange- *tas quæ-*
lis, & aliquid dicunt, & reſpondent, cum in tam ad- *ſtionis.*
mirabili myſterio multa eſſet materia loquendi.

Reſpondeo primo. Quod ſacri Apoſtoli, nullm 153.
verbum dicebant, tum dolore magno ex abſentia ſui
Magiſtri, tum ex gaudio tantæ ejus gloriæ, ac ma-
jeſtatis, vehemens dolor ſæpè vocem adimit: Juxta *Dolor, ac*
crucem ſtabant Maria mater ejus, & Ioan.19.n.25. *triſtitia*
& tamen non loquebantur, ut ponderat D Bernard. *non ſinit*
de lamentatione Virginis, & ait: *Tacebant illi duo* *loqui.*
martyres, & præ nimio dolore loqui non poterant. Et Ioan. 19.
de D Petro ait Ambroſ. ſerm.48. *Petrus prorumpit* D.Bern.
ad lachrymas, nil voce precatur; ſic & amici Job Math.26
cum veniſſent ad eum viſitandum, ſederunt cum eo D.Ambr.
ſeptem diebus, & ſeptem noctibus, & nemo loque- Ioan.6.
batur ei verbum: *videbant enim dolorem eſſe vehe-*
mentem. Cap.2.n.13.

Sic & ſæpe vox intercluditur ex gaudio, quod non 154.
ſinit loqui. Reſuſcitatus Dominus apparuit ſuis diſ-
cipulis cum eſſent congregati, & oſtendit eis manus, *Gaudiũ*
& latus; *Gaviſi ſunt diſcipuli viſo Domino:* Ioan.20. *intercluſ-*
n,20. Luc.14.n.41. Valde mirum, quod videntes diſ- *dit voceſ.*
cipuli ſuum Dominum ſuſcitatum cum tanta gloria, Ioan.20.
ac ſplendore, nulla verba gratulatoria proferunt, Luc.24.
ſuumque gaudium, ac jubilum nullo verbo oſten-
dunt. Beda ait: *Admirati, ac obſtupefacti in tanta* Beda.
lætitia neſciunt loqui. Et fortè ex hac cauſa Suna-
mitides accipiens filium ſuum ſuſcitatum à Parente
noſtro Eliſæo gratulabunda *corruit ad pedes ejus.* 4.Reg.4.

4 Reg.

4.Reg.4. 4.Reg.4. num.5. ſuperabundans gaudium non ſinebat eam loqui.

155. Secundò, meritò D.Chryſoſt. ponderat ſerm.4. de
D. Chryſoſt. Aſcenſ. Quod in monte Thabor; *Petrus cum magna fiducia reſpondit: bonum eſt nos hic eſſe: Nunc vero, nec loqui quidem potuit aliquis diſcipulorum; nec os aperire.* In vertice Thaboris exhibuit Ieſus, quandam umbram, ac oſtentationem ſuæ gloriæ, *reſplenduit facies ejus ſicut Sol, veſtimenta ejus facta ſunt alba ſicut nix*, vox Patris de cœlo intonuit hic eſt filius meus dilectus, tunc Petrus loquitur, & audet
Math.17 dicere: *bonum eſt nos hic eſſe.* Math.17.n.4. ex vehementi impulſu tanti gaudij. At vero nunc, cum Dominus glorioſè aſcendit, & portæ cœli tunc primum reſerantur, & tota cœleſtis Angelorum curia
Cœleſtis gloria nō poteſt explicari verbis. obviam venit ſuo Domino, & Angeli deſcendunt de cœlo ad Apoſtolos admirantes, & dicunt: *Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum.* Cur Apoſtoli tunc nec loquuntur, nec reſpondent, ſed tacent? Ut olim Petrus dixit in Thabor. *Bonum eſt nos hic eſſe:* & ſi ad umbram, & ſimilitudinem gloriæ homo loquatur, tamen à magnificentia, ac celſitudine veræ, ac propriæ gloriæ ita mens obruitur, ac obſtupeſcit, ut nec unum verbum valeat proferre, ſed cum ſubmiſſione, videre, ac contemplari.

156. Ait divina Sponſa. *Egredimini filiæ Sion, & videte regem veſtrum Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in*
Cant.3. *die lætitiæ cordis ejus.* Cant.3.n.11. ubi juxta multos Patres apud Cornelium, ſermo eſt de corona gloriæ, quam Chriſtus D. habet in cœlo, juxta il-
Hebr.2. lud Pauli Hebræ.2.n.6. *Vidimus Ieſum per paſſionem gloria, & honore coronatum.* Tamen merito dubitabis quare non exprimitur quale ſit hoc diadema, an ex auro, vel argento, ut maximè declaratur de ejus ferculo: *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum, media charitate conſtra-*
Cant.3. *vit.* Cant.3.n.9. & 10. ſi tantus eſt ſermo in explicando ferculo, cur nec unum verbum de diademate?
Philipp. Philippus Abbas lib.3. in Cant. *Quale ſit diadema an ex auro, vel argento non dicitur, ut de ferculo, ſed contemplatione habetur.* Ferculum eſt geſtatorium in
Cœleſtis gloria nō dicenda, ſed contemplanda. via, & per hoc denotatur gloria, quam Chriſtus habet in ſua Eccleſia militante, ejus Libani perduratione argentea veritate doctrinæ Doctorum, aurea fidelitate miniſtrorum aſcenſu purpuris innumerabilium martyrum, eximia charitate qua à ſuis ſervis diligitur, & amatur, ſermone explicari poteſt, at gloria, & honore, quo in cœlo coronatur, *non dicitur, ſed contemplatione habetur.* Vide tom.2. Apoc.cap.21. quæſt.16.n.135. 136. 137.

QUÆSTIO XXIV.

Quare ſacri Apoſtoli, cum Chriſtus aſcenderet in cœlum, nullum dant ſignum triſtitiæ, ut fecit Eliſæus cum videret ſuum Magiſtrum Eliam aſcendentem?

157. CUm Eliſæus vidiſſet ſuum Magiſtr. Eliam aſcendentem in cœlum, voce magna clamat: *Pater mi, Pater mi, currus Iſrael, & auriga ejus, & non vidit eum amplius: apprehendit veſtimenta, & ſcidit*
4.Reg.2. *illa in duas partes.* 4.Reg. cap.2. n.12. Cor Eliſæus tot verbis, ac doloris ſignis oſtendit ſui animi angorem in diſceſſu ſui Magiſtri Eliæ, non vero ſic Apoſtoli, nec tale ſimile faciunt, an minus amabant, quam Eliſæus? abſit, & multo magis amabant; cur ergo talia ſigna non exhibent?

158. Præclarè reſpondet D.Chryſoſt.ſerm.de Pentecoſt. *Nec hoc faciunt Apoſtoli, quod Eliſæus feciſſe docetur; conſcidit veſtimentum, cum Magiſtrum viderat elevatum ad cœlum; Non enim habuit præſentem Angelum, qui Eliam promitteret adventure; Ne igitur iſti hoc faciant, ideo Angeli ſtabant, & animos eorum, triſtitiæ ſolatium relevantes.* Ploret, & luctum habeat Eliſæus, qui abeuntis amici, ac Magiſtri; non certificatur de reditu; non vero Apoſtoli lugeant, nec ſigna triſtitiæ oſtendant, ſed magnam conſolationem accipiant, cum de ſui Domini reditu cum magna gloria, & majeſtate certi facti ſunt; & ideo miſſi ſunt Angeli, ut ſacris Apoſtolis darent tantum levamen cum reiterato adventu ſui Magiſtri. D.Chryſoſt. *Qui de amicò reditu eſt certus non lugeat.*

In ultima cœna erant ſacri diſcipuli maximè triſtes, ac conturbati de morte Domini, & ait illis Chriſtus: *Non turbetur cor veſtrum, neque formidet; audiſtis quia ego dixi vobis, vado, & venio ad vos.* Joan.14.n.28. Ac ſi dicat: Non anxietur, ac affligatur cor veſtrum, quia ſi ego per meam mortem vado à vobis, ita etiam per meam glorioſam reſurrectionem, veniam ad vos. Noſter D.Cyrill. Alexand. ad citatum locum ſic ait: *Quoniam non abiturum ſolum, ſed rediturum me affirmavi, cur quod mærorem afferre poteſt, animo ſolvitis, & quod lætitiæ cauſa eſt, non recordamini.* Magnam conſolationem dat Chriſtus ſuis diſcipulis, ut dolor acceptus ex ejus morte, mitigaretur certa ſpe reſurrectionis; vult enim Chriſtus, ut ſui non ſint mærore confecti, ac depreſſo animo. Vide ſupra q.17.n.118. & 119. 159. Joan. 14. *Chriſtus vult ſuos diſcipulos hilares, & nō triſtes.*

QUÆSTIO XXV.

Quare cum Chriſtus D. aſcenderit benignus, & clemens, & veniet ad judicium ſeverus, & aſperus: dicitur quod ſic veniet quemadmodum vidiſtis aſcendentem.

SIc veniet, inquiunt Angeli, nempe ad judicium, & de ipſo ultimo adventu eſt ſermo, ita communiter Patres, Tertull. lib.de carne Chriſti cap.24. & lib.de Reſurr. cap.51. D.Ignat.epiſt.ad Smirn. D.Leo, D.Cyprian. D.Epiphan. in ſermonibus de Aſcenſ. D.Auguſt. ſerm. de Aſcenſ. & de tempor.180. hoc loco, D.Chryſoſt. Beda, Carthuſ. & alij. 160. Tertull. D.Ignat. D.Leo. D.Epiphan. D.Cypr. D.Chryſoſt.

Ex quo inſurgit grandis quæſtio quomodo dicitur ſic veniet, quemadmodum aſſumptus, Chriſtus aſcendit in cœlum totus benignus, & clemens, veniet terribilis, & ſeverus, quomodo ergo ſic veniet, quemadmodum aſſumptus, Quid habet clementia cum duritia? benignitas cum ſeveritate? 161. *Difficultas quæſtionis.*

Reſpondet primo D.Auguſt. ſerm.179. de tempore, & ait: *Sic veniet clavorum vulnera illæſa demonſtrans, & foraminum cruenta monilia vobis filijs ſponſi cum coronam exhibebit cœleſtis imperij, crucis vulnera non mutabit, quia ſignum filij hominis fulgebat.* Nota verba Text. *Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis,* ſic veniet vobis, aſcendit portans vulnerum ſigna, afferens illa ſuo Æterno parenti: ſic veniet oſtendens eadem vulnera, ac ſignum filij hominis nempe crucem ſuam oſtendens quibus, & talibus ſignis, præparavit vobis ſponſi filijs coronam gloriæ, quæ vobis præparata eſt à conſtitutione mundi. *Vobis filijs ſponſi exhibebit coronam cœleſtis imperij.* 162. D.Aug. *Chriſtus ſuavis ac benefícus ſuis.*

Secundò, Galfridus apud Tilmannum in Allegorijs ad cap.21. Lucæ. *Nec modo, ait, adventus ejus poſterior à priore longè alius erit, ſed ipſa ejus qualitas valde diſſimilis, ſiquidem turbulentiſſimo ſæculi tempore veniet ejus reparare ſtatum cujus pacatiſſimo tempore, venit prædicare contemptum. Occultum ſe præbuit in ſæculi gloria, ſed manifeſtabitur in ruina. Væ qui apparere in proſperis, latere cupit in adverſis,* 163. Galfrid.

nec

In proſperis modeſtia, in adverſis animoſitas.

nec caput dimittant inter proſpera humiles, nec levant inter adverſa ſecuri. In primo adventu venit Chriſtus humilis, abſconditus, & pacificus. In ſecundo veniet manifeſtus, glorioſus, & ſeverus. Unde tanta adverſitas? Hanc ipſe non fecit, fecerunt tempora. In primo adventu, toto orbe in pace compoſito, omnia multa ſuavitate, ac quiete florebant. At in ſecundo adventu omnia terribilia, *exurgent prælia, & ſeditiones, & terræmotus magni erunt per loca, & peſtilentia, & fames*; Luc.21.n.9. Chriſtus D. veniens inter proſpera, & pacifica exhibuit, ac declaravit ſuam ſuavitatem, ac modeſtiam; Inter ſeditiones, ac oppreſſiones, & prælia, oſtentabit ſuam magnitudinem, ac potentiam ſuæ fortitudinis, ac animoſitatis.

Luc.21.

164. Galfrid. Quod confirmat citatus Galfridus dicens: *His autem fieri incipientibus terra ſcilicet motibus, confuſione ſonitus maris & fluctuum ſignis, in Sole, & Luna, & Stellis, levate capita veſtra. Non expectemus, ut mundus nos obruat, quia neceſſe eſt ruat; Dimittamus in proſperis capita, ne vanitatis aura nos capiat; levemus in adverſis capita ne nos torrentis mergat unda, vel trahat; levandum eſt caput, & reſilendum his, qui dicunt incurvare.* Ponderat Mag Doctor.

Luc.21. Eccleſia. Quod dicitur Luc.21.n.28. *His autem fieri incipientibus reſpicite, & levate capita veſtra.* E contra Eccleſia clamat. *Humiliate capita veſtra Deo*: Si humiliandum eſt caput, quomodo elevandum. Humiliandum in proſperis, ne ex tanta felicitate *vanitatis aura vos capiat*; tempore vero tribulationis, ac contradictionis, animosè levandum eſt caput ad ſubſiſtendum; *Levemus in adverſis capita, ne nos torrentis mergat unda, vel trahat.*

Humilitas in proſperis, animoſitas in adverſis.

165. D.Aug. Tertiò. D Auguſt ſerm.7. de Aſcenſ. ait: *Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum; non veniet vobis terribilis; ſic veniet in ipſo corpore, vobis in amore, impijs in terrore; beati quibus dicitur, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum; nunquid ſic veniet oculis peccatorum? erit ipſa veritas, ſed non erit ipſa ſecuritas. Dies erit timendi judicij, deſcenſus Angelorum.* Sic veniet vobis electis, & dilectis, terribilis, & durus, & terribilis maximè cum veniat cum miniſtris: *deſcenſus Angelorum:* Deus cum miniſtris maximè timendus; nam ubi Deus ſolus, ibi pietas, ex adjunctis creaturis ibi ſeveritas, & rigor, ut ponderavi tom.4. in Evang. cap.27. de Prodigo q 18 n.139.141.141. ſolus ut clemens aſcendit, veniet ſeverus, & terribilis cum miniſtris.

Chriſtus ſolus clemens, cū miniſtris ſeverus.

166. Rupert. Quartò. Rupertus lib. de timore cap.8. ait. *Qualem viderant euntem in cœlum? viderant euntem cum forma ſervi, viderant in manibus ejus, & pedibus ejus fixuram clavorum, viderant latus ejus lancea vulneratum, & talem ſuſceperant nubes ab oculis eorum. Grande, & dulce gaudium intuentium, quia talis elevatus eſt, & grandis timor, ac tremor expectantium, quia talis ſic veniet, nempe ad judicium*; Viderant euntem Dominum cum forma ſervi, & cum ſignis clavorum, talem videbunt, & venientem ad judicium. *Grande, & dulce gaudium intuentium* electorum, qui tantum, & talem habuerunt Dominum, qui pro eorum ſalute tot, & talia pertulit. *Grandis timor, ac tremor expectantium* iniquorum ſupremum Regem, qui tanta in ſuo corpore pro ipſis lucrandis pertulit, & ipſi in omnibus contemnentes grandia crimina commiſerunt.

Vulnera Chriſti gaudium eulis, timor iniquis.

167. Quinto. Ponderatione digniſſimum. Cur in die tantæ ſolemnitatis, ac feſtivitatis Aſcenſionis Chriſti, objicitur ante Apoſtolorum oculos horribile, ac tremendum judicium; paulo antea ſupra n.8. promiſerat eis Chriſtus D. ſupremum munus advenientis Spiritus ſancti, & inſuper, *eritis mihi teſtes in Ieruſalem, Samaria, ac univerſa terra.* Conſtituerat eos Doctores, ac Magiſtros in univerſo mundo, ideo eis proponitur finale judicium; ſciant quod quamvis ſint elevati in tanto dignitatis apice, quod adveniet judicij tempus, in quo de tanto munere commiſſo redituri ſint rationem. Ultimo apparens Chriſtus ſuis Apoſtolis: *exprobravit incredulitatem eorum, & duritiem cordis.* Marc.16.n.14. & poſtea ſubdit: *euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ.* In quo eos conſtituit Principes in univerſo Orbe; tamen prius increpavit eos, ſciant quod adeſt ſupremus Dominus, qui valet judicare, & diſcernere inter unum, & alterum, bonum laudare, ac præmio afficere, malum reprobare, ac increpare, & etiam pœna mulctare.

Marc.16. *Sciant miniſtri quod ſint redituri rationē.*

In prima orbis conditione, dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux; dixit Deus fiat firmamentum; dixit Deus producat terra herbam virentem; dixit Deus fiant luminaria magna; dixit Deus producant aquæ reptile animæ viventis. At cum ad creandum hominem devenitur diverſa forma verborum utitur. *Formavit Dominus Deus hominem.* Gen.1.n.7. In alijs rebus condendis, dicitur Deus tantum, at vero in creatione hominis, non dicitur ſolum Deus, ſed *Dominus Deus*; quod optimè notavit Tertullianus lib. adverſus Hermo.cap.5. *In principio fecit Deus cœlum & terram, & dixit Deus, fecit Deus, vidit Deus, nuſquam Dominus; at ubi univerſa perfecit, ipſum quoque vel maximè hominem, qui propriè Dominum intellecturus erat, Dominus etiam appellatur; ac inde Dominus, qui retro Deus tantum.* Cur ergo dum creatur homo, non dicitur ſolum Deus, ſed Dominus Deus? conditus fuit homo, *ut præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli: Dixitque ei Deus creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubjicite eam, & dominamini piſcibus maris.* Ibid. n.17. Creatus eſt homo ut eſſet princeps, ac dominator totius terræ, ideo in ejus formatione omnium creator dicitur *Dominus Deus*. Ut in tanto rerum faſtigio cautus ſit homo certo ſciens, & agnoſcens, quod habet ſuperiorem, ſupremum Dominum, qui cuncta eſt diſcuſſurus, quia ſicut ab eo accepit omnia, ſic ab eo de omnibus eſt judicandus, de omnibus reddenda ratio. 168.

Gen.1. Tertull. *Miniſtri habent Dominū cui dabunt rationem.*

QVÆSTIO XXVI.

Quare duo Angeli venientes ad Apoſtolos, brevi ſermone habito ſtatim volant, & recedunt.

VEnerunt duo Angeli cum ſtolis albis pro ſolemnitate tantæ feſtivitatis, & ſimul ut conſolationem darent Apoſtolis, cur ergo brevi verbo dato ſtatim recedunt; Quod ponderavit Tilmannus in Allegorijs, & ait: *Mirum, & inquiſitione dignum videtur, cur tam pauci miſſi ſunt? Cur tam pauca loquenti, cum & rei dignitas atteſtantium poſceret multitudinem, & Apoſtolorum deſolatio non modica conſolatione indigeret.* Nota ſequentia verba: *Idcirco tam pauci venere, ne tam feſtis deeſſent ſolemnibus, & venere, regreſſu celeri novis gaudijs ſe ſe admiſcuerunt, quia ſufficiebant ad tantam diei ſolemnitatem, ſicut & in die reſurrectionis duo Angeli venerunt,* Luc.24. n 4 Tam pauca locuti ſunt, & ſtatim quia illa brevis locutio ſufficiens erat ad erudiendum Apoſtolos; ac ad eorum mæſtos animos conſolandum, ſuo officio fideliter peracto, ſtatim celeriter ad cœleſtem contemplationem remearunt. Optimi miniſtri, munere ſibi commiſſo expleto, in nullo alio ſe emiſcent, ne ſordeſcant. 169.

Boni miniſtri nō excedunt ſuā commiſſionē.

Cum Zacharias eſſet offerens in templo, apparet ei Angelus Gabriel, & cum multa prænunciaſſet, de 170.

nativitate

nativitate Baptiſtæ, ſubdit Angelus: *Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum, & miſſus ſum loqui ad te, & hac tibi evangeliſare*; Luc. 1. n. 19. duo dicit Angelus de ſe, quod ſit aſtans ante Deum, deinde quod *miſſus eſt loqui ad te, & hac tibi evangeliſare*; hoc ſecundum ſofficiebat, ad quid addit, quod eſt Angelus aſtãs ante Deũ; tam familiare eſt miniſtris aliquid de ſuo addere, vel dicere, quod, ut crederetur Gabrielẽ ſincere dicere, & evangelizare ea ad quæ miſſus erat, fuerit neceſſarium exprimere, quod erat Angelus, & unus ex primarijs, qui aſtat ante Deum; D. Chryſoſt. io Caietan. ait: *Ut cum audias à Deo miſſum fore, nihil humanum exiſtimes ex his, qua tibi dicuntur, neque ex me loquor, ſed mittentis relata denuntio. Hac eſt enim nuntij bonitas, ut nihil ex ſe referas.*

Luc. 1. — Solum miniſter de cælo non addit aliquid de ſuo. — D. Chryſoſt.

171. De Dei mandato parens Elias unxit Eliſæum Prophetam pro ſe, miſſo pallio in eum; tunc Eliſæus ait: oſculer, oro patrem meum, & matrem meam, & ſic ſequar te; cui ait Elias, *quod meum erat, feci tibi*, & vade, 3. Reg. 19. n. 20. Quid eſt quod cùm Eliſæus poſtulat facultatem ab Elia oſculandi, ac ſalutandi parentes ſuos, Elias reſpondet: *Quod eſt meum feci tibi*: Ac ſi diceret, quod mihi eſt commiſſum, ac quod mei muneris eſt, feci, à reliquo abſtineo, & non me intromitto, ſed quæ ad te ſpectant, tu age. Abulenſ. ibi q. 26. ait io perſona Eliæ: *Quod meum erat, id eſt, quod mihi erat juſſum à Deo fieri, jam feci, nunc ſupereſt ſolum, ut tu agas, quod ad te pertinet.* Vide tom. 3. in Evang. cap. 18. deſignantur ſeptuaginta n. 9. & 10.

3. Reg. 19. — Dei miniſter ſolum agit, quæ ei iubentur. — Abulenſ.

Actor. 1. *n.* 12. Tunc reverſi ſunt Jeroſolymam, à monte, qui vocatur Oliveti, qui eſt juxta Jeruſalem, Sabbati habens iter.

Num. 13. Et cum introiſſent in Cœnaculum, ubi manebant Petrus & Joannes Jacobus & Andræas, Philippus, & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Jacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Judas Jacobi.

Num. 14. Hi omnes erant perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Jeſu, & fratribus ejus.

VERSIONES.

Syrus n. 12. Qui vocatur domus olivarum, qui eſt juxta crepidinem, &c. & diſtat ab ea ſeptem ſtadijs.

Antiquus Codex. A monte trium luminum.

Arabicus. Regreſſi ſunt de monte nuncupato, monte Olivarum proximo Jeruſalem ſpatio itineris Sabbati.

Æthiopic. Qui remotus eſt ſpatio curſus viri, quod eſt iter primi Sabbati.

Syrus n. 13. Aſcenderunt in Cœnaculum, in quo degebant Petrus, & Joannes.

Arabic. In quo morabantur.

D. Chryſoſt. In quo erant permanentes.

Oecumen. Manſitabant.

Syrus n. 14. Erant perſeverantes in oratione una anima; erant aſſidui pariter in oratione, & ſupplicatione.

Caetan. In deprecatione, & obſecratione.

EXPOSITIO VII.

Verſ. 12. TUnc reverſi ſunt Ieroſolymam, adimplentes Chriſti D. mandatum,

172. quo præceperat, Luc. 24. num. 49. *Vos autem ſedete in civitate, quouſque induamini virtute ex alto,* & hic etiam ſupra num. 4. *Convescens præcepit eis ab Ieroſolymis ne diſcederent*: & ſequitur Text. *à monte Oliveti*; ex quo bene infertur Chriſtum ex monte Oliveti aſcendiſſe in cœlum. *Sabbati habens iter*: non quod Chriſtus aſcenderit io cœlum die Sabbati, ut putavit D. Chryſoſt. & deſignatur diſtantia, quanta erat à monte Oliveti uſque ad Urbem, quæ licebat Judæis per iter agi, ut permittebatur Judæis in die Sabbati; nam Judæi multa religione Sabbatum obſervabant.

Luc. 24. — D. Chryſoſt.

173. Verſ. 13. *Et cum introiſſent in Cœnaculum, aſcenderunt*; ſic habet Romana editio: ſed juxta radicem Græcam disjungendum eſt. Cum introiſſent, ſcilicet, in urbem, vel domum: *In Cœnaculum aſcenderunt*: in ſuperiorem domus partem, quod factum ex duplici cauſa, ut notant Gloſſa, Lyranus, Hugo; & prima, ut eſſent ſecretiùs propter timorem Judæorum, quia adhuc non erant Spiritus gratiâ roborati; Secunda, ut ibi vacarent libentiùs, ac quietius orationi.

Editio Romana. — Gloſſa. Lyran. Hugo.

Petrus, tam hic quam paſſim in Evangelio primus nominatur, ut prima perſona Eccleſiæ, ac caput Apoſtolorum. *Iacobus Alphai*: ſcilicet, ejus filius, qui dicitur minor ad differentiam alterius Jacobi, & fuit primus Epiſcopus Jeroſolymorum: *Simon Zelotes*: ſeu Cananæus, ita dictus Hebraicè Cananæus, id eſt, Zelotes, alij, quia erat ex Cana Galilææ; *& Iudas Iacobi*: id eſt frater Jacobi minoris, & etiam filius Alphæi, erant iſti quatuor fratres ſanctiſſimi; Jacobus minor, ſeu Alphæi, frater Domini appellatus; Joſeph, Simon Zelotes, & Judas, Matth. 13. num. 55. Marc 6. n. 3. omnes ſunt cognati Chriſti, ex quibus tres elegit in Apoſtolos, ſcilicet Jacobum, Simonem, & Judam. Alta, & divina Providentia D. Lucas hic expreſsè ponit nomina omnium Apoſtolorum, quia tempore Paſſionis, omnes Apoſtoli, relicto eo, fugerunt, Math. 26. n 56. Marc. 14. n. 50. Ut ita apertè cognoſcatur, quod tempore Aſcenſionis omnes erant jam congregati, & uniti cum Chriſto: de excellentijs Sanctorum Apoſtolorum latè tom. 2. in Apoc. cap. 21. à q. 24. & deinceps. 174.

Math. 13. Marc 6.

175. Verſ. 14. *Hi omnes erant perſeverantes in oratione*; ſeu ut legit Arabic. *aſſidui pariter*. Text. *unanimiter*. Syrus: *Una anima*: In his denotatur magna excellentia orationis, tum ex aſſiduitate, ac perſeverantia, tum ex unitate cordium, ac animorum, ut notant Beda, & Hugo: *Cum mulieribus*: de quibus fit mentio Matth. 27. n. 56. *Et Maria matre Ieſu*: quæ erat prima, & principaliſſima perſona, & ut mater; *& fratribus ejus*: id eſt, cognatis, ſeu diſcipulis, ſeu viris ejuſdem religionis, de quo latius infra q. 30.

Arabic. Syrus. — Beda. Hugo. Math. 27

QUÆSTIO XXVII.

Explicantur dies, & locus Aſcenſionis, & iter Sabbati, ac Cœnaculum, in quo manebant Apoſtoli.

QUatuor in hac quæſtione ſunt notanda. Primo dies Aſcenſionis Chriſti. Quo die Chriſtus D. mortuus ſit, jam tractavi tom. 5. in Evang. lib. 8. c. 14. q. 4. Communis ſententia eſt, quod mortuus, ac crucifixus eſt die 25. *Martij*, quo die eſt incarnatus, ita Tertull. lib. contra Judæos cap. 8. D. Chryſoſt. ſer. de nativit. S. Ioan. Bapt. D. Aug. lib. 18. de Civit. cap. ult. D. Tho io c 2. S. Ioan. & multi alij Doctores, & hanc ſententiam tenet Eccleſia in Martyrol. die 25. Martij, ita habet: *Ieroſolymis commemoratio S. Latronis, qui in cruce Chriſtum confeſſus eſt ab eo meruit audire hodie mecum eris in Paradiſo.* Mortuus noſter Salvator die 25. Martij, reſurrexit die 27 Martij, aſcendit in cœlum die 5. Maij. Miſſus eſt Spiritus S. die 15. Maij. 176.

Quo die Chriſtus aſcendit. — Tertull. D. Chryſoſt. D. Aug. D. Tho. Martyrol.

Lucius Dext. Idemque docer Lucius Dexter in ſux Chronica eo-
dem die. De bora vero qua Chriſtus aſcendit jam
dixi ſupra q.7.n.41.

Locus Aſcenſionis.

177. Extitit mons Oliveti & pater ex præſenti text. n.
12. De ſacris Apoſtolis poſt Chriſtum aſſumptum in
Cœlum dicitur, *Reverſi ſunt Ieroſolymam à monte*
Ludulph. *Oliveti.* Ludulphus 2. p. de vita Chriſti cap. 82. ex
Cur Chriſtus de monte Oliveti aſcendit. antiqua editione legit: *à monte trium luminum*: quia
mons Oliveti de nocte, inquit, ex parte Occidentis
illuminabatur igne templi; mane ex parte Orientis,
radiis Solis, quibus ſtatim fulgebat; tertio ex copia
Olei, qua abundabat; quæ trix conveniunt Eccleſiæ,
Gloſſa. ut inquiunt Gloſſa, Rabanus, Hugo. Habet lumen
Raban. doctrinæ inter tenebras errorum Hæreticorum; ha-
Hugo. bet lucem ſolis in adminiſtrxnda juſtitix, habet &
copiam oleï, ſcilicet, puritatem conſcientiæ in mul-
ta charitate.

178. Mons Oliveti, qui ſic dicebatur à multis Olivis,
quibus conſitus, ac fertilis erat ab hoc monte Chri-
ſtus aſcendit in cœlum. Primò quia ibi extitit ini-
tium Paſſionis Chriſti, ibi à Judæis comprehenſus
eſt, conveniens fuit, ut ibi eſſet initium Chriſti
gloriæ. Secundò Chriſtus frequenter ibi oravit ad
Luc. 21. Patrem ac pernoctavit; Luc. 21. n. 38. & cap. 22.
Luc. 22. n. 39. & aliis locis.

179. Tertiò; oleum ſeu Olivetum, ſignificat, miſericor-
diam, quam Chriſtus nobis dedit, & ſecum aſporta-
Solum Chriſti nomine iter ad cœlum. vit in cœlum. *Oleum effuſum nomen tuum* Cant. 1. n. 2.
Quartò Olivæ referunt, ac denotant Chriſti nomen,
quod ab unctione derivatum eſt, & ideo de nota, ac ſi-
gno ſui nominis xſcendit in cœlum, & denotaretus
quod de Chriſti nomine habebimus, ut felicia itinera
Arator. ſequamur ad gloriam, ut Arator. lib. 1. in Acta cecinit.

Divinus commendat odor, cum deſuper auctos
Abluit interius Chriſti de nomine Chriſma.

180. Quintò. Hugo & alij cum Gloſſa. Inde aſcendit
Gloſſa. Chriſtus in cœlum, unde Antichriſti Sathanas morte
Hugo. inflicta ab Angelo eſt caſurus in infernum. Sextò:
Vallis Ioſaphat ſubjacet monti Oliveti, & exiguum
ſpatium interjacet ex eo ad urbem Ieruſalem, ex ipſo
monte Chriſtus in cœlum aſcendit in quo in fine
mundi eſt venturus judicare, ut Iudæi, & infideles, qui
noluerunt guſtare dulciſſimum mel ſuæ doctrinæ,
experiantur amariſſimum fel ſuæ ſententiæ damna-
tionis æternæ.

181. De tribus miraculis, quæ uſque hodie etiam inter
Turcas perſeverant, quod ibi ſint Chriſti veſtigix
tanquam in cera impreſſa, quæ nunquam potuerunt
deleri. Secundum, quod locus ille nunquam paſſus
Tria miracula. fuit tegi, marmore, vel alia re. Tertium, quod ibi ædi-
ficato templo, illa pars, per quam Chriſtus aſcendit,
nunquam potuit tegi: Hoc latius trxctavi tom. 5. in
Evangelia lib. 9. cap. 10. q. 15.

Iter Sabbati.

182. Id eſt diſtans à Ieruſalem tanto ſpatio, quanto li-
citum erat Iudæis agere in Sabbato, quod erat mo-
dicum ſpatium. In hac re multiplex Auctorum ſen-
tentia, & multis miſſis, de quo commentatores latius
D.Hier. agunt, breviter ſententiam D.Hieron. ſequor Epiſt.
151. xd Algaſiam q. 10. ubi ex Rabbinis iter Sabbati
definit eſſe ambulationem bis mille pedum. Bis mil-
le pedes faciunt 400. paſſus; & hæc ſententia mihi
Lorin. placet, & Lorino, ac aliis recentioribus, quix Iudæis
in Sabbato ſolum licitum erat agere modicum iter;
Exod 16. ut patet Exod. 16. n. 29. ubi mandatur: *Maneat unuſ-*
quiſque apud ſemetipſum, ne egrediatur de loco ſuo die
ſeptimo. Proindeque 400. paſſus parum plus quam
quartam partem unius milliarij explent.

Joſeph lib. 6. de bello Iudaic. cap. 5. à radice mon- 183.
tis Oliveti uſque ad Jeruſalem numerat 625. paſſus, Ioſeph.
à cacumine mõtis ex quo Chriſtus xſcẽdit numerat
paſſus 750. qui efficiunt dimidium milliare Itali-
cum. Torrens autem Cedron interjacet inter mon-
tem & Ieruſalem, & hæc ſententia etiam eſt pro-
babilis, & eam tenent Cornelius à Lapide, & alij. Cornel.

Cœnaculum.

Antiqua fuit conſuetudo apud veteres Hebræos ac 184.
Romanos, ut ex multis Auctoribus, ac etiam ex jure
civili teſtatur Titaquellus in Alexandrum ab Ale- Tiraq.
xandro l. 5. c. 14. In ſuperiore parte domus amplas au-
las habere, ad cõvivia, & cœnas, ac cœtus celebrãdos.

Cujus autem hoc cœnaculum, ſeu domus fuerit, & 185.
in hoc multx eſt Auctorum varietas. Nicephor. lib. 1. Niceph.
Hiſtoriar. cap. 53. Cedrenus in ſuis Aunalibus, exiſti- Cedren.
mant fuiſſe Ioannis Evangeliſtæ; Theophyl. in c. 26. Theoph.
Math. putat fuiſſe Simonis Leproſi. Euthym. Maldo- Euthym.
na. Noſter Beanxan. ad citatum cap. 26. Math. tenent Maldon.
fuiſſe Joſephi xb Arimathia, vel Nicodemi, vel alte- Beaux.
rius viri divitis ex Chriſti diſcipulis occultis.

Probabilius eſt, ut ex multis probavi tom. 5. in 186.
Evangelia lib. 7. cap. 4. q. 3. n. 28. fuiſſe domum Mariæ
matris Ioannis, qui cognominatus eſt Marcus, fuit
conſobrinus Barnabæ, in cujus domum Petrus è car-
cere liberatus ſe recepit; Actor. 12. n. 11. Atque in ip- Actor. 12.
ſo reſurrectionis die Chriſtus xpparuit diſcipulis; In
illaque ipſa die Pentecoſtes Spiritus Sanctus miſſus;
in illaque ultimam cœnam cum ſuis Apoſtolis cele-
bravit, in ea Petrus è carcere eductus cæteros Apo-
ſtolos ad preces collectos invenit. In cujus rei me-
moria conſecrata eſt Eccleſix in monte Sion, ut te-
ſtatur D.Hieron. Epiſt. 27. Beda de locis ſanctis c. 23. D.Hier.
qui etiam addunt, quod ibi repoſita eſt columna, ad Beda.
quam Chriſtus alligatus, flagellatus eſt.

QUÆSTIO XXVIII.

Quare ſacri Apoſtoli cum mulieribus, tanta inſtan-
tia erant perſeverantes in oratione?

ERant perſeverantes Apoſtoli *unanimiter in ora-* 187.
tione cum mulieribus; Una eadem domo, ac loco, *Multum*
erant Apoſtoli ſimul cum mulieribus, nec ab illis *diſtant*
erant ſeparati; & quando tunc Apoſtoli erant ſimul *mores*
cum mulieribus, cur modo tanta in Eccleſia caute- *huius temporis*
la, ut mulieres maximè ſint ſeparatæ à virorum loco, *à primitiva Ec-*
rem optimè explanat D.Chryſo. Homil. 74. in Math. *cleſia.*
& xit: *Apoſtolorum etiam tempore, unà viri, & mu-* D. Chry-
lieres orabant; & mulieres, vera mulieres; viri ſimiliter ſoſt.
veri erant; Nunc è contrario, mulieres quidem mere-
tricum ſibi mores aſſumpſerunt, viri autem furorem
equorum, imitantur. Hanc miſeram conditionem hu-
jus ſæculi, maximè deplorat ſanct. Sixtus Papa Epi- S.Sixtus.
ſtola de malis Doctoribus, ubi poſt multa ſic ait: *Væ*
miſero mihi, nondum ulla, ſeu virorum, ſeu feminarum
adhuc fuerat celebrata diviſio, & tamen illorum rudes
meliores erant, quam noſtri temporis perfecti.

Erant perſeverantes in oratione; In qua tria ſunt 188.
conſiderxnda. Primo, ipſa oratio quanti ſit valo-
ris; Secundo oratio multorum; Tertio aſſidua &
perſeverxns oratio, quæ tria hic in præſenti dantur,
& ad largos diſcurſus dant thema breviter.

Primo; Oratio valde efficax & multi valoris. Per 189.
decem dies ſtant ſancti Apoſtoli cum mulieribus,
& ſic diſponebantur, ut rorem divini Spiritus in ſe
recipiant. Oratio enim pignus eſt Spiritus Sancti;
præclarè D. Auguſtin. ſerm. 179. de temp. ſic loquitur: D.Aug.
Accepto

Accepto ergo Apoſtoli aſcendentis mandato deſuper venturo ſancti Spiritus pignore pretioſo, in templo orant unanimes collaudantes Dominum, ut una eos inveniret corona ignea advenientium gratiarum. In templo orant, fratres unanimes demoremur. Ecce ſancti Spiritus pignus, & illex oratio eſt; *Deſuper venturo ſancti Spiritus pignore.* Pignus rei promiſſæ, vel debitæ ſubſtitutio eſt, & communiter æquali pretio æſtimatur, ut ex valore rei pignoratæ, creditor in ſecuritate quieſcat; oratio remanet in Apoſtolis, pro Spiritus ſancti pignore, nam pluviam, ac abundantiam gratiarum, quam Spiritus ſanctus deſcendens largitur, ac communicat, hanc oratio ab ipſomet Spiritu ſancto impetrat, ac obtinet.

Oratio pignus Spiritus ſancti.

190. Ait Apoſtolus Rom.8. n.26. *Nam quod oremus, ſicut oportet, neſcimus*; ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus planum eſt, quod Spiritus nec gemat, nec oret, ſed quod ipſe facit fieri in nobis, dicitur ipſe facere; tanta eſt nobilitas, ac celſitudo orationis, ut ipſa oratio, habeat vices, ut ſit ſubſtitutus Spiritus ſancti, ac proinde id quod ipſa oratio obſecrat, & impetrat; ipſe divinus Spiritus, dicitur obſecrare, & poſtulare. D.Anſelmus ibi ſic ſcribit: *Nec enim, hoc ita fit de nobis, tanquam nihil facientibus nobis; Adjutorium igitur ſancti Spiritus ſic expreſſum eſt, ut ipſe facere diceretur, quod ut faciamus, facit.*

Rom.8. Oratio ſubſtitutus Spiritus ſancti. D.Anſel.

191. Secundò. Oratio multorum; D.Cyprianus ſerm. de oratione Domini ſic loquitur: *Hi omnes erant perſeverantes unanimiter in oratione. Perſeverabant in oratione unanimes, orationis ſuæ, & inſtantiam ſimul, & concordiam declarantes; Quia Deus, qui inhabitare facit unanimes in domo, non admittit in divinam, & æternam domum, niſi apud quos eſt unanimis oratio.* Deus habitat in ſuprema empyrea domo ſua, unde tamen homines luctuoſi, & exules effecti, poſſunt habere, ut in illam cœleſtem domum intrent; Quis illas cœleſtes portas aperire, ac reſerare poteſt una nempe unanimis oratio multorum. *Non admittit ad divinam, & æternam domum, niſi apud quos eſt unanimis oratio.* Et ſi clauſa ſit porta cœli, unanimis multorum oratio clavis eſt ad reſerandum; Et ſi ipſa porta cœli alta, & ſublimis ſit multum diſtans à nobis, unanimis oratio alios ſubminiſtrat ad volandum, ac penetrandum. *Qui habitare facit unius moris in domo*; id eſt, qui habitare facit unanimes & concordes in oratione, in domo nempe cœleſti; ita D.Hilar. D.Hier. D.Aug. noſter Incognit.

D.Cypr. Oratio unanimis multorum clavis eſt cœli. Pſal.67. D.Hilar. D.Hier. D.Aug. Incogn.

192. Frequenter Sanctus ſenior Tobias erat in oratione, cum eſſet multis calamitatibus oppreſſus, ſimiliter, & Sara cum eſſet maximè vexata à ſerviente Aſmodæo, ſic etiam ipſa, ut eſt probabile frequenter orabat, & nobis non conſtat quod eorum orationes fuiſſent exauditæ; contigit quod eodem tempore ſimul oraſſent, quid inde ſecutum eſt: *In illo tempore exaudita ſunt preces amborum in conſpectu gloriæ ſummi Dei; & miſſus eſt Angelus Domini S.Raphael, ut curaret eos ambos, quorum uno tempore ſunt orationes in conſpectu Dei recitatæ,* Tob.3.n.24.25. Ecce toto tempore antea preces Tobiæ, & Saræ fuſæ, non legimus quod optatum impetraverint, ut modo, ut amborum orationes ſortitæ ſunt ſuum effectum, & valde ſumptuosè, ut forte in Scriptura non inveniatur ſimile exemplum, tam facile, ut dicantur orationes recitatæ in conſpectu ſummi Dei, & Deus miſerit Angelum Raphaëlem, unum ex primatibus, ad medicinam amborum; Unde hoc? Ratio deſumitur ex contextu Arabico, ita habet: *In illo tempore exaudita ſunt preces amborum in conſpectu gloriæ ſummi Dei, & miſſus Angelus Domini, quoniam orationes acceptæ fuerunt uno tempore ante Deum.* Obſerva cauſalem illam, *Quoniam*: Et ſi oratio Juſti Tobiæ v.g. per ſe ſolum, vel Saræ per ſe ſolum, multum potens ſit apud Deum, tamen amborum oratio ex utriuſque unanimi conſortio multas vires acquirit. *In illo tempore exaudita ſunt preces amborum.* Una oratio alteri orationi ſimultaneæ dat adjuvamen, ut felicitatem impetrandi mutuetur.

Tob.3. Oratio ex aliorum conſortio multam vim habet.

193. Tertiò, aſſidua perſeverantia. Text. ait: *Erant omnes perſeverantes.* Arabicus legit: *Erant omnes aſſidui* unanimiter in oratione. Valde efficax, ac potens eſt oratio continua, & aſſidua; ſic ait Jacobus in ſua Canonica cap.4.n.16. *Multum enim valet deprecatio juſti aſſidua.* Cajetanus pro aſſidua legit: *Operans*: Vatablus: *efficax*: Potentia, ac efficacia orationis ab aſſiduitate, ac continuatione dimanat.

Arabic. Iacob.4. Caietan. Vatabl.

194. Ait Regius Vates. Pſalm.54.n.18. *Veſpere, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet vocem meam*: Unde Propheta tam confidenter dicit ſuam orationem exauditam? ab ipſa nempe ejus continuatione, ac aſſiduitate, quia per omnes temporum differentias perſeverat, incœpit à mane, & per meridiem uſque ad veſperam protenditur; Epiſcopus Janſen. ſic ait: *mane, meridie, & veſpere, omnique tempore, narrabo, & exponam Deo miſeriam meam, ac hoſtium meorum injurias, certoque confido, quod me aſſiduè illum orante, exaudiet orationem meam.*

Oratio efficax, ac potens. Pſal.54. Oratio aſſidua. Janſen.

195. Mulier illa Cananæa à finibus ſuis egreſſa fortiter clamat ad Chriſtum pro filiæ ſanitate; ob ejus multiplicatas preces, diſcipuli ad divinum Magiſtrum. *Rogabant enim dicentes: dimitte eam, quia clamat poſt nos.* Math.15. n.20. quas preces rejiciens Dominus ait: *Non ſum miſſus niſi ad oves Iſrael.* Mulier maximè afflicta, ad ejus pedes devoluta clamat: *Domine adjuva me*; & cum eam Dominus repelleret, panem filiorum non eſſe dandum canibus; illa adhuc inſtans perſeverat, *quod etiam catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa Domini*; Quod audiens Chriſtus dixit: *O mulier magna eſt fides tua fiat tibi ſicut vis*: Quod rogatio, ac intercesſio omnium Apoſtolorum non valuit impetrare, obtinuit unius mulieris aſſidua oratio. Origenes homil.7. ex diverſis ait: *Nihil proficiunt, neque ipſi Apoſtoli ſuggerentes; velox medicus differt magis curam, & poteſtatem ſuam, arte quadam excuſat, ut latentia panderet Sacramenta.* Ipſe Jeſus, qui eſt velox medicus ad noſtram ſalutem ſublimi quadam arte diſſimulat audire, *ut latentia panderet Sacramenta*; nempe magnam vim, ac efficaciam aſſiduæ orationis, qua mulier meruit obtinere, non ſolum optatam filiæ ſalutem, ſed etiam, ut ejus fides mirificè eſſet à Chriſto laudata: *O mulier magna eſt fides tua.*

Math.15. Quod Apoſtoli non obtinent, impetrat oratio aſſidua. Origen.

QUÆSTIO XXIX.

Quare ſanctiſſima Maria omnium principaliſſima perſona ſcribitur poſt Apoſtolos & mulieres?

196. Ait Textus, quod Apoſtoli cum mulieribus: *Erant perſeverantes in oratione cum Maria matre Ieſu*: Ecce ſanctiſſima Virgo omnium principaliſſima perſona ſcribitur ultimo in loco poſt Apoſtolos, ac mulieres, de quo multum admiratur D.Bernardus ſermone in ſignum magnum Apocalip.12. *Et ut mulierum ſe ultimam exhibebat, ut noviſſima omnium poneretur.* Quod ejus humilitati adſcribit Sanctus Doctor, ſic & omnes Commentatores, quos legi, dicuntque quod D.Lucas ſecutus eſt ingenium ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, quæ cum eſſet omnium prima, ſe omnium noviſſimam reputabat.

D Bern. Humilitas Virg. Mariæ.

197. Juxta quam ſententiam notavi tom.1. in Evangelia lib.8 cap.17.q.11. n.37. quod dum Chriſtus penderet in cruce, Ioan.19.n.24. ſcribitur: *Stabant juxta*

Ioan.19.

ta crucem Ieſu mater ejus, & ſoror matris ejus Maria Cleophe, & Maria Magdalena. Ecce juxta crucem nominatur Virgo Maria in principio, hic vero in ultimo loco; ex magno myſterio variatur caſus. Ubi ſermo eſt de crucis ignominia, quæ à filio in matrem derivabatur, prima Maria ſcribitur, quia præcipuè, ac prima opprobriorum ejus erat ipſa particeps, extra hanc occaſionem crucis, eximia ejus humilitas poſtremum elegit locum.

Maria prima in doloribus Christi.

198. Habita venia tot graviſſimorum Patrum, ac Doctorum, dico quod ſanctiſſima Virgo Maria non ponitur hic in ultimo loco, ſed opportuniſſimè in medio, conſidera Text. qui ait: *Hi omnes,* ſcilicet Apoſtoli, *erant perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu, & fratribus ejus.* Per fratres, non ſolum intelliguntur conſanguinei, ac cognati, ſed etiam diſcipoli, ac ejuſdem religionis, ut dicam infra verſ.16. ad illa verba D.Petri: *Viri fratres oportet:* ex uſo ſacræ Scripturæ, ac Sanctorum Patrum, loquitur D.Petrus ad illam ſacram Congregationem, quæ ut dicitur verſ. ſequenti, conſtabat *ex centum viginti perſonis,* quia non ſolum erant Apoſtoli, & mulieres, ſed etiam Domini diſcipuli, qui omnes unanimiter erant expectantes adventum Spiritus ſancti. Cum dicitor, quod ſtabant Apoſtoli cum mulieribus, & Maria matre Ieſu, & fratribus ejus, id eſt diſcipulis, in quibus erat Matthias; qui poſtea electus eſt Apoſtolus, Joſeph, qui dicebatur juſtus, & S.Stephanus, & alij.

Actor.1.

Fratres dicuntur viri ejuſdem religionis.

199. Erat ergo ſacratiſſima Virgo in medio, ex una parte erant à dexteris Apoſtoli, & mulieres, ex altera, veluti à ſiniſtris, ſtabant diſcipuli, qui ferè numerum centenarium expleverant, erat ergo ſacratiſſima Virgo in medio, ſicut & filius ejus Jeſus in medio ſuorum diſcipulorum ambulabat, ut ad illa verba, Luc.24. n.36. *Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum;* Notat Carthuſ. *Poſt reſurrectionem ſtat in medio,* ait, *ut ſe monſtraret eſſe eundem, qui ante paſſionem in medio eorum conſiſtere ſolitus erat;* ſic ſacratiſſima Virgo, cõſiſtit in medio hujus ſacræ Congregationis, ut ſua præſentia, ſua modeſtia, ſuis verbis, ac doctrina, ſuique odore, ac nomine Mariæ cunctos illuminaret, ac illuſtraret; Maria, ut tradit D.Hieronymus de nominibus Hebraicis, idem eſt ac *illuminatrix mea,* ſeu *illuminans.* Unde D.Bernard. ſerm.4. ſuper Miſſos eſt, eam dicit *illuminatricem Evangeliſtarum.* Rupert. lib.1. de gloria filij hominis, eam appellat *Magiſtram Magiſtrorum, omnium Prophetarum Prophetiſſam.* S.Ignat. epiſt.1. nuncupat: *noſtra Religionis Magiſtram.* B.Albertus Mag. ſuper miſſus eſt: *Lucerna accenſa, illuminans totam Eccleſiam.* Euchetius de Inſtruct. eam nuncupat *doctricem Apoſtolorum.*

Virgo Maria in medio, ut omnium illuminatrix.
Luc.24.
Carthuſ.
D.Hier.
Rupert.
D.Ignat.
D.Alb.

200. De ſanctiſſima Virgine Maria, de tanta luce, ac ſplendore decantant ſancti Angeli dicentes: *Qua eſt iſta, qua progreditur, quaſi aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol,* Cant.6.n.9. Quæ verba de ſanctiſſima Virgine Maria explicant Apponius, Lucas Abbas, Rupert. Hugo de S.Victore, D.Bernard. ſer.1. de Aſſump. & ait: *Glorioſa Virgo lampas ardentiſſima, ipſis quoque Angelis lucis miraculo fuit, ut dicerent, qua eſt iſta, qua progreditur.* Angeli ſuo perſpicaci intellectu conſiderantes ſanctiſſimam Virginem, ut lampadem ardentiſſimam mirabiliter fulgentem, ejus tantam lucem, ut magnum miraculum, ſunt venerati: *Ipſis Angelis lucis miraculo fuit.* Cunctos illuminat fideles ut Sol; Cathecumenus tanquam aurora in crepuſculo, inter errorum tenebras hæreticorum, ac infidelium, ut Luna in nocte per omnes temporum differentias ſemper Maria illuminat; nam ſi die deficiunt aurora, & Luna, Sol reſplendet, & ſi nocte Sol deficit, Luna lucet; & ſi in matutino, ac diluculo deficiunt Sol, & Luna ſcintillat aurora; Vide tom.2. in Apoc.cap.12.q.9.n.78. & q 17.n.146.147.

Cant 6.
Appon.
D.Luc.
Rupert.
Hugo.
D.Bern.
De tanta Virginis luce mirantur Angeli.

Actor.1.n.15. In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit (erat autem turba hominum ſimul, ferè centum viginti.)

Num.16. Viri fratres oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus ſanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jeſum.

VERSIONES.

Syrus n.15. Aſſurgens Petrus in medio.

Arabic. Erat autem ibi cœtus, quorum nomina, & voluntates conſentiebant in hac eadem opinione.

Æthiopic. Qui conſtituebant perſonas centum viginti.

Græcus. In medio diſcipulorum &c. turba nominum.

D.Cypr.lib.1.c.4. In medio diſcentium.

Syrus n.16. Iuſtum fuit ut impleretur, &c. quam antea dixit Spiritus ſanctitatis.

Arabic. Heus viri oportebat, ut finem aſſequeretur hæc Scriptura, quam protulit olim, &c. qui fuit ductor eorum.

Æthiopic. Verè oportet, ut impleatur verbum.

Pagnin. Dux itineris.

Vatablus. Commonſtrans viam.

EXPOSITIO VIII.

Verſ.15. IN *diebus illis:* Id eſt tempore illo medio inter Aſcenſionem, & Pentecoſtem. *Exurgens Petrus.* Chryſoſt. ut caput totius Eccleſiæ. Oecumen. *Cui cura, ac præſidentia diſcipulorum commiſſa erat:* Petrus debiti ſui officij vices agit. *In medio:* non in aliquo primario, velut ſuperexcellenti loco, ſed in medio, ut unus ex ipſis, perbelle D.Bernardus de cooſi. *Si ſis egregius, eſto quaſi unus ex grege.* Et in hoc ſecutus eſt D.Petrus exemplum ſui ſanctiſſimi Magiſtri Chriſti, qui dicebat de ſe: *Ego in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat:* Luc.22.n.27. *Fratrum:* ſub quo nomine intelligit, non ſolum Apoſtolos, ac diſcipulos Domini, ſed etiã diſcipolos ipſius Petri, ut multi volunt, de quo quæſtione ſequenti. *Turba hominum.* Græcus: *nominum:* id eſt capitum, ſeu hominum, Apoc.3.n.4. *Habes pauca nomina in Sardis,* id eſt hominum. 201.

D.Chryſoſt.
Oecum.
D.Bern.
Luc.22.
Græcus.
Apoc.3.

Ferè centum viginti. Spiritus ſanctus, qui D.Lucam gubernabat, optimè agnoſcebat, determinatum numerum, tamen ſcribit, *ferè,* ſeu *quaſi.* Lyran. *Non quod Spiritus S. dubitaverit, ſed in hoc ſervatur modus numerantium,* communem modum vult divinus Spiritus ut in omnibus teneamus. *Centum viginti;* tot annos, ut obſervat Rabanus habuit Moyſes ætatis Deut.ult. n.7. In hoc numero deſignantur prædicatores Evangelici Clem.Alex.lib.6.ſtromat. Petr.Bongus in ſuo opere; dicunt altitudinem Templi Salomonis 120. cubitorum, totidem talenta auri dedit Regina Saba Salomoni, 3.Reg.10.n.10. totidem talenta aurea prædicantium dat Deus ſuæ Eccleſiæ; 120.annos Deus præfixit Noë ad pœnitentiam. Gen.6.n.3. totidem prædicatores ad publicandam pœnitentiam in orbe Deus dedit, D.Aug.tr.2.in epiſt.Ioan. obſervat in hoc numero duplicatum eſſe numerum duodecim Apoſtolorum; multas alias allegorias adducũt Authores. 202.

Lyran.
Cur hic numerus.
Raban.
Clem. Alex.
Bongus.
3.Reg.10
Gen.6.
D.Aug.

Verſ.16. *Viri fratres:* de quo multa quæſtione ſequenti; *Impleri ſcripturam, quam prædixit Spiritus ſanctus,* de Juda proditore, *qui fuit Dux,* non ut Ca- 203.

pitanus,

Pagnin. Vatabl. pitantus, ſed dux viæ; unde Pagni. *dux itineris*: Vatabl. *commonſtrans viam*. Cur autem Chriſtus ad Apoſtolatum Iudam vocaverit, dixi tom. 3. in Evangelia cap. 5. quæſt. ult. ex quo habes, ut laiè, & multis exemplis probat D. Auguſt epiſt. 137. quod nulla eſt tam illuſtris familia, tam nobilis congregatio, quæ etiam non habeat ſuam fæcem, & ſuum nævum. D. Aug.

QUÆSTIO XXX.

Quare D. Petrus cum eſſet caput Eccleſiæ ad electionem faciendam alios vocat, quos fratres dicit.

204. *Magna ex multo conſilio facienda.* MAximè in præſenti prudentiam Sancti Petri laudat D. Chryſoſt. qui ad eligendum ſucceſſorem Iudæ in Apoſtolatu, alios vocat in conſilium; tum ob ſuam humilitatem, eo quod tantam rem non vult diffinire per ſe ſolum, ſed cum alijs; tum, ut electioni major authoritas, & reverentia reconciliaretur, tum, ut caput Eccleſiæ cunctis daret exemplum, quod res ponderis magni; non ſunt determinandæ niſi ex magno conſilio; & ideo ſanctiſſimi Romani Pontifices res magnas, & quæ ad fidem pertinent, non diffiniont, niſi ex conſilio, ac decreto Epiſcoporum, ac graviſſimorum virorum.

150. *Petrus in modo dicendi ſequitur Chriſtũ.* Ad hanc ergo electionem, vocat D. Petrus alios viros ſanctiſſimos, nempe alios Apoſtolos, ac diſcipulos Domini, & fortè etiam diſcipulos ipſius Petri, eoſque vocat fratres; non ſolum fratres dicuntur conſanguinei; ſed etiam diſcipuli ac viri ejuſdem congregationis, religionis, ac ejuſdem fidei, & in hoc modo loquendi imitatur D. Petrus Chriſtum D. qui ſuos dicebat fratres. In reſurrectione ait Chriſtus mulieribus. *Ite renunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam*. Math. 28. n. 10. & iterum: *Unus eſt enim Magiſter veſter, omnes vos fratres eſtis*. Math. 23. n. 8. Et extendens manus ſuper diſcipulos ſuos dixit: quicumque fecerit voluntatem Patris mei, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. Matth. 12. n. 5. Math. 28.

206. Rom. 4. 1. Cor. 5. Iacob. 1. Apoc. 1. Hunc dicendi modum Chriſti ſecuti ſunt omnes Apoſtoli; Paulus Rom. 4. n. 21. ſalutant vos, qui mecum ſunt fratres, 1. Cor. 5. n. 11. *Is, qui frater nominatur inter vos*. Iacobus Apoſtol. cap. 1. n. 2. *Exiſtimate fratres mei*. Ioan. 3. n. 3. *Gaviſus ſum venientibus fratribus*. Apoc. 1. n. 19. *Ego Ioannes frater veſter*.

207. Tertull. Clem. Alex. Hujus appellationis rationem aſſignat Tertull. in Apolog. cap. 30. fratres dicuntur, *qui eundem ſpiritum ſanctitatis biberunt*. Clemens Alexandrin. lib. 2. ait: *Fratres appellantur, qui ſunt regenerati, idque propter mutuam charitatem, ac benevolentiam*. D. Chryſoſt. lib. 1. de compunctione cordis, ſic ait: *Omnem hominem fratrem tuum judica, in Chriſto enim, neque Iudæus, neque Græcus, neque ſervus, neque liber, neque maſculus, neque fœmina, ſed omnes unum ſumus in Chriſto*. D. Baſilius homil. 21. in aliquos Scripturæ locos, ſic ſcribit: *Natura namque una eſt; homo hic, & ille, una in utriſque neceſſitas*; & ſtatim ſubdit: *Omnes fratres ex uno patre nati ſumus; ſi ſpiritualem quæris cœleſtis Pater eſt Deus; ſi terrena quæris, mater terra eſt; ex eodem luto omnes ſumus conſtructi; ex quo ſoror eſt natura ſecundum carnem; ſoror item generatio eſt ſecundum ſpiritum; eundem tecum ſanguinem habes, ex primo homine, eandem tecum à Domino gratiam habet*. D. Chryſ. D. Baſil.

208. D. Chryſol. Luc. 12. Ex quo pulchrè D. Chryſolog. ſerm. 162. arguit illum adoleſcentem, qui dixit Chriſto D. *Dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem*. Luc. 12. n. 13. Quomodo fratrem appellat, à quo bona vult diviſa; ſic ait S. Doctor: Cum dicit; Dic fratri meo, *præmiſit, quod charitatem moneat, quod interpellet naturam, quod pulſet affectum, cum vero ſubjicis; dividas, non poteſt dicere fratri, divide, qui per Prophetam docuit: Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum*, Pſ. 132. n. 1. Ac proinde in dictis adoleſcentis agnoſcit S. Pater contradictionem, nam cum dicit fratrem, denotat, id quod natura, & charitas poſtulat; cum vero dicit: *dividas*, negat fraternitatis, ac naturæ affectum. *Ubi diviſio nõ eſt fraternitas.* Pſal. 132.

209. Iſai. 8. D. Cypr. D. Iſid. De Chriſti lege vaticinatur Iſai. 8. n. 16. *Liga teſtimonium, ſigna legem diſcipulis meis*: quæ verba ſapienter exponit D. Cyprian. adverſus Iudæos cap. 9. *Claude, ait, legem Moyſis, aperi legem Chriſti Apoſtolis, & diſcipulis traditam*. Quod etiam ſimiliter explicat D. Iſidor. Hiſpalen. lib. 3. ſent. c. 12. liga legem Moyſis, ſecundùm malam expoſitionem, quam dabat antiqui de odio habendo inimico, quod lex nunquam præcepit, ut dixi ſuo loco, ſed ipſi malè ita interpretabantur, aperi legem Chriſti, Apoſtolis & diſcipulis ejus, quibus ipſe dixit: *Audiſtis, quia dictum eſt, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum; ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, ut ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt*. Matth. 5. n. 43. *Lex Chriſti omnes habet in fraternitatis amore.* Math. 5.

210. Exod. 4. *Magiſter bonus nõ intumeſcit.* Lippom. Hunc fraternitatis amorem erga alios ex odore Chriſti hauſit Moyſes, nã cum expoſuiſſet ſocero ſuo, ſe accepiſſe à Deo mandatũ repetendi Ægyptum, ait: *Vadam, & revertar ad fratres meos*. Exod. 4. n. 18. Valde miranda eſt Sancti viri moderatio: qui Deum viderat, cum Deo egerat, qui poteſtatem à Deo acceperat: *Portans virgam Dei in manu ſua, &c.* adhuc fratres appellat; & ſi humiles oppreſſos à Rege in operibus luti, & lateris, eos non contemnit, nec tanta dignitate accepta, ſuperbè erigitur, ſed eos fratres dicit, & agnoſcit; pulchre Lippom. *Non inflatur vocatione ſua, nec jactat dignitatem adverſus affines*; Moyſes virgâ potens magnus dignitate, humiles, ac viles vocat fratres.

Act. 1. n. 17. Qui connumeratus erat in nobis, & ſortitus eſt ſortem miniſterij hujus.

N. 18. Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera ejus.

VERSIONES.

Syrus n. 17. Qui annumeratus erat in nobis, &c. & erat portio ei in miniſterio hoc.

Arabic. Habuerat ſortem.

Æthiop. Et cum particeps hujus miniſterij eſſet.

Syrus 18. Acquiſivit fundum ex mercede peccati, & cecidit ſuper faciem ſuam ſuper terram, & diviſus eſt à ſui medietate, & effuſa ſunt viſcera.

Arabic. Poſſedit rus, &c. & cadens proſtratus.

Æthiop. Tunc emit vineam, & profectus fuit in terram in faciem ſuam, & diſruptum fuit latus ejus.

Arias. Et præceps factus eſt.

Græcus. Et ſtrangulavit ſe.

Oecum. Vatabl. Dejecto capite, & in terram prono ſuſpenſus.

EXPOSITIO IX.

Verſ. 17. QUi *connumeratus erat in nobis*. Unus nempe ex duodecim Apoſtolis; *ſortitus eſt ſortem miniſterij hujus*: nempe Apoſtolatus, & vocavit ſors, ut denotetur, quod hæc dignitas, non obvenit ex natura, vel genere, ſeu merito, ſed mera Dei gratiâ, ac ejus voluntate. *Hujus miniſterij*: Hugo, quod erat prædicationis ſignorum, ac miraculorum. 211. Hugo.

Verſ. 18. *Et hic quidem poſſedit agrum*. Propriè Iudas non poſſedit agrum, nam reddens argenteos 212.

laqueo

laqueo ſe ſuſpendit. Math.27. Dicitur autem poſſediſſe figurate quia poſſedit pretium, quo emptus eſt ager; vel, ut ait Gloſſa ex D.Gregorio: Poſſideri fecit agrum; *de mercede iniquitatis.* Venditionis Chriſti, quæ fuit ſumma omnium iniquitas: *& ſuſpenſus:* Græcus, *ſtrangulatus.* Vel Vatablus: *dejecto capite in terram prone ſuſpenſus.* Se ipſum laqueo ſuffocavit. *Crepuit medius?* Ipſe ſuſpenſus laqueo, cum eſſet ſuffocatus, ſic intumuit, ut ventre diſrupto effuſa ſint viſcera ejus.

Math.27. Gloſſa. D.Greg. Græcus. Vatabl.

QVÆSTIO XXXI.

Quare Iudas ex ſuprema ſorte Apoſtolatus ſic ruit, ut à ſe ipſo, & non ab alio tortore ſuſpendatur?

212. AIt D.Petrus in præſenti de Juda: *Sortitus eſt ſortem miniſterij hujus;* id eſt, ſorte accepis miniſterium hoc Apoſtolatus; non quod Chriſtus D. per ſortes elegerit Iudam, ac cæteros Apoſtolos, ſed metaphora ſumpta, quia ſors non reſpicit, naturam, dignitatem, aut meritum; ſic Chriſtus D. elegit Apoſtolos, non reſpiciens naturam, ut erat in primogenitis Aaronis, nec reſpexit dignitatem, aut meritum alicujus, ſed ex beneplacito ſuæ voluntatis eos elegit, & ſuâ gratiâ fecit eos idoneos ſui miniſtros; & ſic dicitur Marc.3.n.13. *Vocavit ad ſe quos voluit ipſe;* ex quo fit, quod ſors in ſcriptura ſumitur pro dono gratiæ, Coloſſenſ.1.n.12. *Qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine.* Epheſ.1. n.11. *Et in quo etiam, & nos ſorte vocati ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum ejus.* Similiter infra. Actor.8.n.21. & cap.26.n.18. 2.Petri cap.1.n.8.

Sors in Scriptura quid. Marc.3. Coloſſ.1. Epheſ.1. Actor.8.

Unde Clerici vocantur, qui ſegregati à laicis ob-
213. ſequio Domini deputantur, nam Clerus ex nomine Græco deductus, idem eſt, ac ſors, ut obſervavit D. Hieronym. ad Nepotianum, & ait: *Sic enim Clericus Græcè, ſors Latinè appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de ſorte Domini ſunt, vel quia ipſe Dominus ſors, id eſt, pars Clericorum eſt,* & ideo quia ipſi toti ſunt electi in partem Domini, ac ejus obſequio deputati, cum tonſuram Clericalem ab Epiſcopo accipiunt ab ipſo audiunt illud, Pſalmi 15.n.5. *Dominus pars hæreditatis meæ, & Calicis mei, tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi.*

D.Hieron. *Eccleſiaſtici vocantur Clerici.* Pſal.15.

Cum ergo D.Petrus in præſenti dicat de Juda,
214. ſortitus eſt ſortem miniſterij hujus, ſcilicet, Apoſtolatus, Judas, ſicut, & cæteri Apoſtoli, habuit miniſterium Apoſtolatus, evangelizavit, fecit prodigia, & miracula; nam eligens Chriſtus D. duodecim Apoſtolos, inter quos nominatur Judas, ſcribit D. Marc.3.n.5. *Dedit illis poteſtatem curandi infirmitates, & ejiciendi Dæmonia,* quæ poteſtas data fuit Judæ, ſicut & cæteris Apoſtolis, ut docent D.Auguſt. lib.2. contra literas Petiliani cap.55. D.Cyrillus Ieroſol. Catecheſ.7. D.Leo ſerm.16.de Paſſion. Noſt. D.Cyrillus Alexand. lib.4. in Ioan. cap.30. Tertull. lib.de Anima.c.4. An quando electus eſt à Chriſto eſſet bonus? dubitatur. Sententiam affirmativam, utpote communem Sanct. Patrum ſequutus ſum to.3. in Evang.cap.5.q.20. Ipſe verò poſtea ſua avaritia factus eſt malus.

Iudas fecit ſigna, & miracula. Marc.3. D.Aug. D.Cyril. Ieroſ. D.Leo. D. Cyril. Alexand. Tertull.

215. Ex tã ſupremo faſtigio, ac ſublimi ſorte Apoſtolat⁹ cadens Judas ad furcam tendit, & ſuſpenſus eſt, nõ ab alio tortore ſed à ſe ipſo, quod eleganter conſiderat S.Leo ſer.16.de Paſſ. ſic ait: *Tu impiiſſime homo ſemen Chanam, & non Iuda, nec jam vas electionis, ſed filius perditionis, & mortis... Unde facinus mercenarij tui, non ideo deteſtandum eſt, quia Dominum viliter æſtimaſti, ſed quia Redemptorem etiam tuum, ne tibi parceres, vendidiſti, & merito tibi ſua pœna eſt commiſſa, quia in ſupplicium tuum nemo ſævior potuit inveniri.* Judas ob ſuum graviſſimum crimen, & execrabile nefas ſupra omne nefas, quod ſuum Magiſtrum vendiderit, ad graviſſimum ſupplicium damnatur, & ad hoc crudeliſſimus miniſter deſignatur, & quiſnam iſte crudeliſſimus miniſter in Iudam? nullus crudelior in ipſum, quàm ipſemet; & ideo ipſe ſibi parat laqueum in gutture, ac arbore ligat, à qua ipſe ſe ſuſpendit: *& merito tibi tua pœna eſt commiſſa; quia in ſupplicium nemo ſævior potuit inveniri.*

D. Leo. *Nullus crudelior in peccatorem, quàm ipſemet.*

216. De profano, ac impio Sedecia loquens Deus per Ezechielem cap.21. n.26. ait: *Hæc dicit Dominus Deus, auſer Cidarim, tolle coronam.* Ecce Sedecias, privatus eſt utraque dignitate, & Pontificia dignitate, quam uſurpavit, & regia, quæ erat hæreditaria: & illud maximè notandum, quod cum utraque corona ab eo ſit auferenda, non aliorum manibus hoc committitur, ſed ſuiſmet dicitur tollite ab eo, ſed tu ô Sedecia à te *auſer Cidarim, tolle coronam,* ab utraque dignitate ſuis peccatis eſt privatus. Theodoretus ſic loquitur: *Tu autem impietati addictus, te ipſum corona privaſti.* Ipſe ob ſua grandia crimina crudeliter, ac ignominioſè expoliandus erat à corona, & ad hoc nullæ crudeliores manus ſunt inventæ, quàm ſui ipſius: *Auſer Cidarim, tolle coronam.*

Ezechiel. *Peccator ſupra omnibus crudelior in ſe ipſum.* Theodoret.

217. Cùm Iſrael ſtupendo miraculo mare diviſum tranſiret, Pharao cupiditate incenſus: *Dixit, perſequar, & comprehendam, dividam ſpolia, implebitur anima mea.* Exod.15.n.9. & multis placet, & latè explicat Ægidius Archiepiſcop. Bituricenſ. lib. de regimine Principis. Ipſe Pharao extitit totius populi excitator, ac provocator, & primus, qui laxis habenis velociter currens fuit, dux, ac primus, qui ingreſſus eſt per viam maris. Reges ſolent ante ſe apparitores, ac miniſtros ferre; cur ergo Rex tam potens, primus, & ad viam, & tam celeriter currens? Ibat impius Rex, ut ob ſuam obdurationem cordis, debito ſupplicio periret, ac, ut ſuffocatus demergeretur, & ad tantam ſui pœnam, ipſe erat, & nullus melior dux, quàm ipſe, qui propriis ſuis manibus habenas equorum regeret, eoſque verberibus ad velociter currendum provocaret, ac excitaret, Philo lib.de confuſione linguar. ait: *Ita eſt profectò inſipiens, non aliunde accipit, ſed ipſe ſibi quærendo mala invenit.*

Exod.15. Ægid. *Peccator ſupra omnibus ſibi mala comparat.* Philo.

QUÆSTIO XXXII.

Quare cum Iudas ſuſpenditur, diffunduntur omnia viſcera ejus?

218. DE omnibus, quæ ad Judam pertinent, & quod ipſe ſuſpenderit, ſuique ipſius fuerit tortor, ac omnia viſcera ejus fuerint effuſa, ſatis latè tractavi tom.5. in Evangelia lib.8. cap.5. *Suſpenditur Iudas.* Per octo quæſtiones, quæ ſunt videndæ, ſed ne hic Textus inſalutatus permaneat, breviter aliquid hic adnotabo.

219. Referunt multi Authores ex Papia Oecumenio, Euth. ad c.27.Math. & Oecumenius hic apud Gloſſam, quod Iudas rupto laqueo, adhuc Chriſto vivente ſupervixiſſet, & corpore magno tumore inflato, cùm ſe movere non poſſet, curru occurrente, ac tranſeunte fuerit obſtrictus, & diſcerptus: tamen, ut exiſtimo hoc non benè cohæret cum præſenti Textu, ait Apoſtolus hic: *Suſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera ejus.* Ac proinde juxta rigorem Textus, cùm eſſet ſuſpenſus *crepuit, ac diffuſa ſunt viſcera.* Sic & D.Math. cap.27. n.5. ait de Iuda. *Abiens laqueo ſe ſuſpendit.* Græcus *ſtrangulavit,* id eſt ſe ſuffocavit, & occidit.

Papias. Oecum. Euthym. *Iudas ſtrangulatus occubuit.* Math.27. Græcus.

Diffuſa

220. *Diffuſa ſunt viſcera ejus.* Similem mortem habuit perfidus Arrius, nam in latrina, ſubito laxato alveo, effuſis viſceribus occubuit, ut referunt Socrates lib. 1. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 25. Theodoret. lib. 1. cap. 15. Sozomen. lib. 2. cap. 18. D. Epiphan. lib. 2. contra Hæreſ. hæreſi 68. de utraque morte Judæ, & Arrij agens D. Ambroſ. lib. de fide cap. 9. ait: *Cui credemus, Ioanni in Chriſti pectore recumbenti, an Arrio inter effuſa ſe ſua viſcera volutanti, ut agnoſceremus ſimilem Judæ proditoris, Arrijque fuiſſe perfidiam, quem ſimilis pœna damnavit: effuſa ſunt enim, & Arrij viſcera, pudet dicere ubi. Atque ita crepuit medius proſtratus in faciem, ea, quibus Chriſtum negaverat, fœda ora pollutus.* Qui enim ſimiles fuerunt in delicto, ſimilem reportarunt pœnam, & ſupplicium.

Socrat. Theod. Sozom. D. Epiphan. D. Ambr.

Peccatores ſimiles in delicto, & pœna.

221. Impius ille Antiochus ob templum profanatum, & mala facta in Jeruſalem ſimilem ſuſtinuit pœnam, ut dicitur Machab. 2. cap. 9. n. 5. *Percuſſit eum Dominus inſanabili, & inviſibili plaga, apprehenditque eum dolor dirus viſcerum, & amara internorum tormenta.* Cœperunt vermes de corpore ejus, ut doloribus carnes defluerent, illius fætore gravabatur exercitus, ut eum ferre non poſſet, ibidem n. 9. Quod ſimile Judæ contigit, nam, ut refert Baronius tom. 1. Annal. anno Chriſti 34. ex Græcis Authoribus, ac ex Papia diſcipuli S. Ioan. Apoſt. ſanies, & vermes ex toto corpore Judæ contumelioſè fuiſſe confluentes, ita ut ſolum per ſola loca ſecreta egredi poſſent. Unde factum eſſe dicunt, ut locus, in quo ſepultus eſt Judas præ fætore non ſolum inhabitabilis, ſed etiam inacceſſibilis redderetur.

2. Machab. 9.

Baron.

Intolerabilis fætor ex corpore Judæ.

222. *Crepuit medius, & diffuſa ſunt viſcera ejus.* Non prodierunt, & abjecta ſunt ejus viſcera per latera, ut communiter dicitur, ſed per medium, ut, indicat Textus: In medio autem pectoris eſt cor, ac proinde cum ipſo corde, in quo tanta malitia, ac nequitia concepta fuit, ſimul effuſa ſunt omnia viſcera. Dicitur in Pſalm. 5. n. 10. *Cor eorum vanum eſt, ſepulchrum patens eſt guttur eorum.* Lorinus ex Hebræo legit: Viſcera eorum plena vanitate, & guttur eorum eſt tamquam ſepulchrum, quod eſt locus proprius fætentium cadaverum patens ad evomendum, ac projiciendum tam fætidam putredinem, quæ in corpore humano non poteſt capi, ſicut dicitur Eccleſiaſt 11. n. 32. *Eructans præcordia fætentium.*

Viſcera Judæ diffunduntur non per latera ſed per medium.

Pſal. 5. Lorin.

Eccl. 12.

223. Diffuſa ſunt viſcera ejus, mille ſuſpenduntur, ac ſtrangulantur quibus nunquam tale contigit, cur ergo in ſolo execrabili Juda? Drogo Hoſtienſis de Sacramento Paſſionis: *Quia per quæ peccaverit homo, per hæc punietur, ſuſpenſus crepuit medius, plenus erat venter, & ruptus eſt.* Judas guloſus erat, nummulos aſportabat, & impatiens Apoſtolicæ ſobrietatis, ipſos ſurripiebat, ex quibus furtiva prandia ſibi parabat, quibus impletus venter, non patiens tanta capere rumpitur, & viſcera foras proſiliunt: Tot enim mala parturit gula. Cum ignita voracitas Iſraëlitarum ventris cibos Ægyptios appeteret. *Miſit Dominus in populum ſerpentes ignitos*, Num. 21, n. 6. & quare immittuntur ſerpentes igniti? ut qui ex ignita ventris gula peccaverant, igne pereant, & per ſerpentes, ut cognoſcant, quod ex conſilio antiqui ſerpentis ex gula dato tota ruina generis humani eſt ingreſſa. D. Ephrem de Pœnit. *In ſerpentibus correpti fuere, & quare in ſerpentibus? quoniam primorum parentum ſenſum, conſiliumque præſumpſerant.*

Drogo.

Ventricola gula multa mala parturit.

Num. 21.

D. Ephr.

224. Secundo Petrus Cellenſ. lib. de Panibus cap. 4. ait: *Judas buccellam panis quidem azimi accepit, ſed medius crepuit. Vis enim magna diſcernens mundum ab immundo in pane illo, cum ſtercoribus avaritiæ non patitur commorari.* Auri cupiditas, & divini panis buccella, quam accepit Judas, Joan. 13. Non potuerunt ſimul in meo pectore retineri, ſed neceſſarium erat, ut diſrumperetur avarus, qui auri avaritia repletus auſus eſt divinum ſumere panem: Nam, ut ait citatus Drogo. *Effuſio viſcerum ſignificat, quod Judas, ſicut uter plenus cupiditate, aut vas contumeliæ minimè probatur in fornace à figulo*, crepuit ſicut vas luteum non bene compoſitum à figulo juxta ignem frangitur, ſic perfidus Judas vas luteum contumeliæ poſitum ad ignem divini panis, neceſſarium fuit, ut diſrumperetur, ita ut viſcera foras proſilirent.

Cellenſ.

Joan. 13.

Sacra Euchariſtia in corde avaro non perſiſtit.

Maximè ponderandum: Duo graviſſima crimina in præſenti occaſione commiſit Judas, unum, quod ſuum ſanctiſſimum Magiſtrum vendiderit, ac ſuis manibus pretium acceperit, & ipſum in manibus inimicorum tradiderit; Alterum, quòd omnium primus ſacram Euchariſtiam panem indigniſſimè acceperit, & tamen non punitur in manibus, in quibus pretium accepit, & Dominum Jeſum ad crucifigendum tradidit, ſed in viſceribus, in quibus impudicè auſus eſt illum cœleſtem panem intromittere, ac ſi execrabilius fuiſſet nefas tam venerandum Sacramentum indigniſſimè in viſceribus immundiſſimis recondere, quàm ſuis proprijs manibus Dominum Jeſum ad crucifigendum dare in poteſtatem ſuorum inimicorum; ſcribit Joan. 13. n. 2. *Cum Diabolus jam miſiſſet in cor, ut traderet eum Judas.* Solum dicitur, quod Diabolus ingreſſus eſt, ut Jeſum traderet, & cur etiam non ſcribitur, quod etiam, ut Satanas ingreſſus eſt ad cœleſte pabulum indignè ſumendum? Tam execrabile, ac horribile nefas eſt, quod Judas corpus ſui Magiſtri, qui præ amore ei ſe dederat in alimentum, pollutâ ſuâ turpiſſimâ animâ ſumeret: Ut moraliſſimè dicam, quodammodo exhorruit Diabolus, ut hoc de eo publicaretur. 225.

Maius peccatum indigna ſuſceptio Euchariſtiæ, quam venditio.

Joan. 13.

Tertio: Omnia adverſantur, & inſurgunt contra execrabilem Judam: Cœlum, à quo non ſolum eſt excluſus, ſed nec ei permittitur id aſpicere; legit Vatablus in præſenti: *Dejecto capite, & in terram prono ſuſpenſus.* Terra ab ejus pedibus fugit, quam ſuſpenſus non attigit. Aër eum deſeruit, cujus defectu perijt ſuffocatus: ſua met viſcera eum ferre non poſſunt, ſed foras erumpunt, & ipſe tamquam venenoſa aranea exviſceratus perijt, juxta illud Davidicum Pſalm. 89. n. 10. *Anni noſtri, ſicut aranea, meditabuntur.* Id eſt, tranſibunt, ut multi Patres apud Lorinum: Araneæ autem ſe exviſcerando, ut ſcribit Plinius, moriuntur, ſic & grandes peccatores ſolutis viſceribus occumbunt, 216.

Omnia contra Judam inſurgunt.

Pſal. 89.

Lorin. Plinius.

Pulchrè de morte magni peccatoris dicitur Eccleſiaſtes 8. n. 8. *Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum, nec habet poteſtatem in die mortis, nec ſinitur quieſcere ingruente bello.* In morte impij inſurgit duriſſimum bellum domeſticum, & extraneum ingruente bello, ab extraneo ſunt horribiles apparitiones, diri Miniſtri accuſantes, formidabiles exercitus, ut eum deferant ad judicium, & detrudant in Infernum, & carnificum copiæ invadentes, in toto corpore doloribus premitur: intus mens tremula, judicium perturbatum, ratio obſtupefacta, conſcientia accuſans, & ex nulla parte eſt ei auxilium, ut habet Chaldaïcum ad illa verba *Ingruente bello. Neque vaſa armorum auxiliantur in prælio.* Quæ omnia elegantiſſimè deſcribit D. Ephrem ſerm in eos, qui in Chriſto obdormiunt, & ſic ait: *Repente conſtringitur lingua, immutantur oculi, concutitur mens, quando Dominica copia, atque ſatellites advenerint, quando formidabiles exercitus invaſerint, atque apprehenderint, quando inexorabiles apparitores in judicium nos trahentes detulerint, &c.* Quod latius proſequitur Sanctus Pater. 217.

Eccl. 8.

Mors peccatoris terribilis.

Chald.

D. Ephr.

Act. 1. n. 19. Et notum factum eſt omnibus habitantibus

bitantibus Jeruſalem, ita ut ager ille appellaretur lingua eorum Haceldama, hoc eſt ager ſanguinis.

Num. 20. Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum fiat commoratio eorum deſerta, & non ſit, qui habitet in ea, & Epiſcopatum ejus accipiat alter.

VERSIONES.

Syrus n. 19. Lingua Regionis Haceldama, cujus interpretatio eſt.

Arabic. Factaque eſt fama ejus nota apud incolas Jeruſalem, ita ut rus illud vocetur, & quod exprimitur rus ſanguinis.

Æthiopic. Et audita fuit fama ejus, &c. & vocatum fuit prædium, & vocant illud idiomate proprio Phahiadin.

Oecum. Ita ut appellaretur prædium illud.

Syrus n. 20. Fiat habitaculum deſertum, & incola non ſit in ea, & miniſterium ejus accipiat alius.

Arabic. Fiat urbs ejus deſerta, principatum ejus accipiat alter.

Græcus. Fiat commoratio ejus deſerta.

Æthiopic. Fiat Civitas ſolitaria.

D. Aug. lib. 1. de actis. Fiat Villa illa.
contra Tel. cap. 4.

EXPOSITIO X.

228. *Notum factum eſt.* Id, quod Judæ contigit, ut appellaretur lingua eorum Haceldama, à lingua Syra verbum eſt derivatum; nam Judæi poſt reditum à captivitate lingua Syriaca corrupta multa loquebantur *Ager ſanguinis.* Hæc interpretatio non
Gloſſa. eſt appoſita à D. Petro, ut volunt Gloſſa Ordinaria, Hugo, & alij, nam Apoſtolus cum Syris Syricè loquebatur, non erat neceſſaria nominis interpretatio, ſed eſt addita à D. Luca, quia cum Græcis græcè ſcriberet, in lingua Græca vocem eſt interpretatus.

229. D. Chryſoſt. Theoph. Euthym. *Ager ſanguinis.* Judæi, ut notant D. Chryſoſtom. Theophyl. Euthim. neſcientes, ſicut *Caiphas neſciens quod diceret prophetavit*, Ioan. 11. Sic Judæi neſcientes alta Dei conſilia campum illud appellarunt *Ager ſanguinis*, ut ibi tamquam in perenni memoriali eſſet inculpata nequitia execrandis Judæ, quia pretio ſanguinis Chriſti emptus eſt. De hoc multa dixi ſupra citato loco tom. 5 lib. 8. cap. 5. q. 11.

230. *Scriptum eſt in libro Pſalmorum* ſuam doctrinam confirmat Apoſtolus auctoritate Pſalmorum: *Fiat*
Græcus. *commoratio eorum deſerta.* Græcus legit in ſingulari: *Fiat commoratio ejus deſerta*, & ad Judam videtur
D. Chryſoſt. referre D. Chryſoſt. ibi ſepultum, & ſic ait: *Quod enim deſertum eſſe poſſit ſepulchro*, pro quo facit id, quod ſupra retuli, quia ob Judam ibi ſepultum, tam intolerabilis fuit fætor, ut locus inhabitabilis red-
Gloſſa. Beda. deretur: Gloſſa, & Beda referunt ad Iudam in gehenna, nam ibi maximè deſertus eſt ab omni humano loco, & dignitate. Tamen hunc locum ex Pſ. 68.
Rupert. Lyra. Caietan. n. 16. de ſupplicijs Iudæorum interpretatur Rupert. Lyra, Caiet. & alij communiter, quia eorum Civitas Ieruſalem deſolata, ac deſtructa, ac deſerta facta eſt per Titum Veſpaſianum juxta illud Chriſti Do-
Math. 23. mini: *Relinquetur domus veſtra deſerta.* Math. 23. num. 32.

231. *Epiſcopatum ejus accipiat alter.* Qui locus deſumptus eſt ex Pſalmo 108. n. 8. alij, ut videbis ex verſionibus legunt pro Epiſcopatum, præfecturam, regimen, vel principatum: Nomen autem *Epiſcopus* deducitur à radice Græca, & idem eſt, ac inſpector, ac ſpeculator, qui quaſi inſpector vigilat ſuper aliquem. Hinc Azzi 2. Eſdræ cap. 11. n. 22. vocatur Epiſcopus, ſeu inſpector, de quo latius egi in opuſculis. *Epiſcopus unde dictus.*

In hoc prædicto Pſalmo 108. aliqui conſiderant triginta maledictiones fulminatæ in Iudam ob triginta argenteos, quibus Chriſtum vendidit. Prima *conſtitue ſuper eum peccatorem*, ver. 6. id eſt impium, & tyrannum judicem. Secunda, *Diabolus ſtet a dextris ejus.* Ut calumniator, & accuſator: Quarta, *Oratio ejus fiat in peccatum.* Oratio dãnati, & deſperabundi non eſt ad remiſſionem, ſed ad offenſionem in Deum, & homines, & ita Theodoret. ex Chaldæo vertit: *Oratio ejus ſit in condemnationem.* Quinta: *Fiant dies ejus pauci*, quia ſupra ſuam proditionem paucis horis ſupervixit laqueo ſe ſuſpendit. Sexta: *Epiſcopatum ejus accipiat alter*: Ejus nempe principatum Apoſtolatus ſeptima. Octava: *Fiant filij ejus orphani, & uxor ejus vidua.* Quia pro ipſis ſuſtentandis multum de rebus Apoſtolicis furabatur, ut notat ad citatum locum Pſalm. Lyra, quia Iudas fur, & latro erat Ioan. 13. & ſic de cæteris alijs maledictionibus. 232. *Triginta maledictiones in Iudam.* Chald. Lyra.

QUÆSTIO XXXIII.

Quare D. Petrus agens de pœna Iudæ, etiam Iudæorum pœnam commemorat?

Agens D. Petrus de pœna inflicta Iudæ ob ſuum grande peccatum, quomodo alius erat ſubrogandus in ejus locum Apoſtolatus conjunxit ex diverſis Pſalmis diverſa teſtimonia: *Fiat habitatio eorum deſerta, & non ſit, qui habitet in ea.* Pſalm. 68. n. 26. Quæ maledictio fulminatur in Iudam, ut dixi in Expoſitione. Alterum teſtimonium: *Epiſcopatum ejus accipiat alter*, Pſalm. 108. n. 8. quæ execratio Iudam percutit, de quo hic Apoſtolus agit, ad quid Apoſtolus commiſcet quod eorum regnum futurum eſſet deſerendum, quod ad Iudæos ſpectat cum de ſolo Iuda ſit ſermo. 233. Pſal. 68. Pſal. 108

Reſpondeo primo, Iudæi involvuntur cum Iuda in eodem crimine, & inde in eadem pœna; Iudas tradidit Dominum Ieſum ad comprehendendum, ac crucifigendum: Iudæi comprehenderunt, ac crucifixerunt: cùm ergo Iudas, & Iudæi eſſent in eodem crimine comprehenſi, ſimili pœna, & comminatione percutiuntur: Coré, Dathan, & Abiron multa loquuti ſunt contra Moyſen, ob quæ iratus Dominus: *Aperiens terra os ſuum, devoravit illos cum tabernaculis ſuis, & univerſa ſubſtantia eorum, deſcenderuntque vivi in infernum.* Numer 16. n. 32. Cur non ſolum ipſi, ſed etiam eorum filij, uxores, & adhærentes? D. Iſidor. relatus in Gloſſa ait: *Comburuntur non ſolum duces, ſed etiam omnes complices, & fautores in æterno igne parata ultione peribunt.* 234. *Similes in peccato, & in pœna.* Num. 16. D. Iſid.

Ad idem perbellè reſpondet Rupertus lib. 1. de intellectu cap. 1. & ait: Duo teſtimonia conjunxit, alterum de Pſalmo centeſimo octavo: *Epiſcopatum ejus accipiat alter. Alterum pluraliter de ſexageſimo octavo*: Fiat habitatio eorum deſerta. *Propoſuerat autem de uno ſingulari, ſed hoc addidit, & pluraliter, quid igitur niſi exortam in cordibus Apoſtolorum intellectus lucem, hoc dicto ſentimus. Iudam quidem, & infelices Iudæos, ſicut eodem ſcelere involutos, ſic & ſimili pœna ſignificat addictos; quatenus quod uni Iudæ contingebat, ut Epiſcopatum accipiat alter, idem & Iudæis contingeret; ut Epiſcopalis eorum habitatio deſerta fieret.* Ex diverſis Pſalmis Princeps Apoſtolorum 235. Rupert. *Iudæ, & Iudæorũ peccatũ ſimile eadem pœna caſtigatur.*

lorum conjunxit teſtimonia, unum, quod ad Iudam ſpectabat, de quo in præſenti agebatur, alterum quod ad Iudæos, & ex eo tantum adducit, quia erant ſimiles in crimine, & inde pœna, quæ cadit ſuper unum peccatorem, alios etiam eodem crimine irritos apprehendit: *Iudam quidem, & infelices Iudæos, ſicut eodem ſcelere involutos, ſic & ſimili pœna ſignificat addictos.*

236. Gen. 11. Tranſacto diluvio convenerunt Viri Magni, & proceres dicentes ad invicem: *Venite faciamus nobis civitatem, & turrim, cujus culmen pertingat ad cælum.* Geneſ. 11. n. 4. quod fecerunt alterius diluvij metu, ſi fortè veniret, ut vult Lyra, unde de eorum inſania multum admiratur D. Chriſoſt. Homil. 30. in Geneſim, & ait: *Vide in quantum invaluit materia, habentem autem recentem memoriam generalis diluvij in tantam interius inciderunt inſaniam.* Maximè, ut contendit Abulenſis, tunc adhuc erat vivus Noë, vel ſaltem filij ejus, à quibus erant edocendi, ac inſtruendi de verbo dato à Deo: *Non erunt ultra aqua diluvij ad delendam univerſam carnem, eritque arcus meus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis ſempiterni* Geneſ. 9. n. 15. ſi infallibilis divina promiſſio eſt facta, in cujus rei firmitatem arcus apparet in cœlo, cur adhuc timent diluvium? Videbant ſe iiſdem criminibus, ac peccatis, ut fuerunt antea illi, ob quæ inundatio diluvij venit, illaqueatos, ac fœdatos, inde ſibi ipſis ſimilem pœnam metuebant: & nullo verbo Dei dato, nec ſigno in Cœlo quieſcebant, ſed undique terrore diluvij conquaſſabantur, & ideo ad turrim fabricandam confugiunt. Philo Iudæus de confuſione linguarum ait: *Hi quamvis improbiſſimi, ultricem tamen ſcelerum ſuorum Dei juſtitiam præſagientes, dicunt: prinſquam diſſipemur ædificemus nobis turrim, &c.* Nota verba *præſagientes* ex propriis peccatis mala eventura.

Marginalia: Lyra. D. Chryſoſt. Gen. 9. *Peccator timidus, nec verbo, nec ſigno quieſcit.*

Act. 1. n. 21. Oportet ergo ex his viris, qui nobiſcum ſunt, congregati in omni tempore, quo intravit, & exivit inter nos Dominus Ieſus.

N. 22. Incipiens à Baptiſmate Ioannis, uſque in diem, qua aſſumptus eſt à nobis, teſtes reſurrectionis ejus nobiſcum fieri unum ex iſtis.

VERSIONES.

Syriac. n. 21. Neceſſe, ut unus, &c. qui fuerunt nobiſcum, per hoc totum tempus, quo introiit.

Arabicus. Oportet, ut eligatis.

Æthiop. Qui manſerunt nobiſcum.

Pagni. Qui nobiſcum verſati ſunt.

Vatabl. Vitæ conſuetudinem egit nobiſcum.

Syrus n. 22. Qui circuivit à Baptiſmo.

Arabicus. Uſque ad diem, quo elevavit ſe à nobis.

Oecum. Unuſquiſpiam conſtituatur teſtis reſurrectionis ejus nobiſcum.

EXPOSITIO XI.

237. Verſ. 21. O*portet ergo.* Allegata ſcriptura ad propoſitum conſequenter concludit D. Petrus interum ad integrandum numerum Apoſtolicum, *ne electio Magiſtri eſſet manca, & imperfecta* ait Oecumenius: *Qui nobiſcum ſunt congregatò in omni tempore*, Syrus vertit: *Qui fuerunt nobiſcum per totum tempus.* Solus ille bonus teſtis, qui optimè, ac aprimè agnoſcit rem; *quo intravit, & exivit.* Ingredi, & egredi Hebraicus eſt ſignificans totum vitæ curſum, ac converſationem, ac etiam actiones, ſic ait Moyſes Deutor. 31. n. 2. *Non poſſum ultra egredi, & ingredi.* Pſalmus 120. n. 8. *Dominus introitum tuum, & exitum tuum.* Similiter 1. Reg. 18. n. 16. & 3. Reg. 3. n. 7. & 2. Paralypom. 1. n. 11.

Marginalia: Oecum. Deut. 31. Pſal. 120. 1. Reg. 18. 2. Paralypom.

Inter nos. Nobiſcum eſt converſatus explicat Gloſſa interlinealis. *In ingreſſu locorum, & exitu ſemper exiſtens:* ſcilicet nobiſcum ſemper prædicando, ac ſanando. *Dominus Ieſus.* Cardinalis Hugo ait: *Bonus & fidelis ſervus, qui ut prius conſueveras Chriſtum Dominum vocare poſt Aſcenſionem etiam facit.* 238.

Marginalia: Hugo.

Verſ. 22. *Incipiens à Baptiſmate Ioannis.* Inde cœpit Evangelium, ac Chriſtum prædicare, prius cum Ioannes demonſtravit dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata Mundi. Ioan. 1 n. 29 Et Baptiſatus ab ipſo Spiritus Sãctus ſuper Chriſtum deſcendit, & *vox Patris audita eſt: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Matth. 3. n. 17.* & inde Chriſtus auſpicatus eſt ſuam prædicationem, & recte S. Petrus Apoſtolus teſtes geſtorum Chriſti requirit: *Incipiens à Baptiſmate Ioannis*; nam, ut obſervat D. Chryſoſt. quæ antea facta fuerant, nemo noverat, niſi edoctus ab Spiritu Sancto, aut Sanctiſſima Virgine Maria manifeſtante, & inde multa, quæ circumferebantur de Infantia Salvatoris, ut apocrypha damnat Gelaſius Papa. Cap. Sanct. Romana Eccleſia diſtinct 11. 239.

Marginalia: Ioan. 1. Math. 3. D. Chryſoſt. Gelaſius.

Teſtem Reſurrectionis. Ac reliquorum myſteriorum Vitæ Chriſti, quæ in reſurrectione, tanquam in ſuo fine, ac ſcopo, continentur; tum quia Iudæi, ac infideles de ea maximè dubitabant; tùm quia ex reſurrectione Chriſti maximam auctoritatem, & fidem reconciliabat Apoſtolorum prædicatio; tùm quia reſurrectione Chriſti tota ſpes noſtra firmatur: ex reſurrectione Chriſti infert Apoſtolus reſurrectionem noſtram 1. Corinth. 15. n. 13. 240.

Marginalia: *Cur potius de reſurrect.* 1. Cor. 15.

QUÆSTIO XXXIV.

Quare tam ſolicitus eſt D. Petrus, ut eligatur alius Apoſtolus.

RAtionem literalem hujus quæſtionis jam dedi in expoſitione, ut duodenarius numerus Apoſtolorum à Chriſto D. conſtitutus compleatur, ac perficiatur. Secundo in hoc oſtendit D. Petrus ſuum ſublime, ac divinum ingenium; quia in tanto apice Apoſtolico non vult eſſe ſolum, & paucos, ſed & multos: quia etſi ad ejus ſublimitatem magis pertineret eſſe paucos, tamen Eccleſiæ neceſſitas multos poſtulabat *Meſſis quidem multa operarij autem pauci.* Et Petrus, ut bonus, & Optimus Prælatus magis attendit ad bonum Eccleſiæ, ac ſuarum ovium, quam ad ſuam propriam auctoritatem, & commodum. 241.

Marginalia: *Petrus magis attendit ad commodum Eccleſiæ, quam ſui.*

In primo rerum molimine dicitur: *Plantaverat autem Dominus Paradyſum voluptatis, in quo poſuit hominem, quem formaverat, ut operaretur; & cuſtodiret illum*: Geneſ. 2. n. 8. In iſto Paradyſo abundabant flores, Lilia, & Roſæ valde odoriferæ, ex arboribus ſuaviſſima poma, dulces fructus: Nunquid homo ponitur in eo, ut floribus delitietur, & pomorum fructus comedat. Minimè, *ſed ut operetur, & cuſtodiat illum*, in quo, ut ait D. Ambroſ. in cap. 6. Apocalypſ. deſignantur Eccleſiæ præſules, qui non eliguntur, ut de bonis Eccleſiæ delitientur, ac illa comedant, ſed continuis laboribus operentur pro ſuarum ovium ſalute, ac perenni vigilia cuſtodiant; 242.

Marginalia: Gen. 2. *Prælatus eligitur non ad ſuam ſed ſuorum utilitatem.*

cuſtodiant ; ait Sanctus Pater : *Non ut comedant fructus , ſed ut operentur.*

243. Tertiò : In hoc maximè oſtenditur eximia Petri virtus , & ſanctitas , quod in dignitate non vult eſſe ſolus , quod eſt proprium hominis ingenium , ſed in dignitate , ac ſublimitate eligit , ac determinat ſecum habere conſortes , ac ſimiles , quæ eſt magna gloria , ac excellentia ipſius Dei : *Cum ſederit Filius hominis , ſedebitis & vos &c.* Matth.19.n.28.

Petrus admittit conſortes. Math. 19

244. Dicitur Pſalm. 18. n. 6. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum , & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* Si ipſe in tam ſublimi poſuit tabernaculum ſuum , cur non dicitur, quod procedit tanquam Rex regum , Dominus dominantium , ac Princeps univerſæ terræ , ſed tantum aſtruitur exiſſe ut ſponſus. Nam Rex , Imperarot , ac ſupremus Dominus non admittunt alium ſui conſortem , ac ſimilem , quod ſponſus , ex eo quod ſponſus ſecum involvit ſponſam ſui conſortem. Hinc dicitur : *Veni electa mea ponam in te thronum meum.* Multum diſtat ingenium Divinum ab humano , quod conſortium, in throno reſpuit , divinum verò maximè affectat , ac requirit. Hinc dicitur Apocalypſ. 3. n. 21. *Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo.*

Pſal. 15.

245. Sublimi , & alto ingenio ponderat D. Auguſt. tract. 2. in Joan. quod agens ſanctus Joannes de æterna Divini Verbi generatione , ac de ejus conſubſtantialitate cum Patre ſubnectit filiationem adoptivam hominum , & ait n.12. *Dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri his , qui credunt in nomine ejus , qui non ex ſanguinibus , neque ex voluntate carnis , neque ex voluntate viri , ſed ex Deo nati ſunt , & Verbum Caro factum eſt.* Valde mirum venit Chriſtus D. unigenitus Filius Dei , conſubſtantialis cum Patre , tamen ordinat , ac diſponit , ut homines per gratiam fiant Filij Dei adoptivi , cum apud homines adoptio fiat ex defectu filiorum naturalium , & cum Deus gaudeat perfectiſſimo filio naturali , adhuc eligit ut filios homines. Præclare Magnus Auguſtin. citatus ait : *Magna benevolentia , unicus natus , & noluit manere unicus* , id eſt ſumma , & infinita Dei Charitas , ac pietas , qui tantum homines dilexit , qui cùm tantum , ac talem haberet filium ejuſdem Divinæ naturæ cum ipſo , etiam ipſius Divinæ Filiationis voluit homines participes facere , ut Filij Dei dicerentur per gratiam , ac participationem : *Unicus natus eſt , & noluit manere , unicus.*

Ioan. 1. D. Aug. *Filiatio divina communicata hominibus.*

246. Quantum diſtat hoc ingenium Divinum ab humana conditione , quæ nullo modo patitur ſecum conſortes in officio , ac dignitate : Maximè gravatus , ac oppreſſus Moyſes regimine ſui populi ait ad Dominum : *Non poſſum ſolus ſuſtinere hunc populum , quia gravis eſt mihi , ſin aliter tibi videatur obſecro , ut interficias me.* Num. 11. n. 14. cujus petitioni ſatisfaciens Deus , ait illi : *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael , quos tu noſti... ut ſuſtentent tecum onus populi , ne tu ſolus graveris.* Moyſes , cum eſſet vir ſapientiſſimus , ac bene inſtructus in omni doctrina Ægyptiorum , facile hoc remedium bene poterat intelligere , & illud ſibi aſſumere , cum de illo jam fuiſſet admonitus à ſuo ſocero Iethap , quod conſtituiſſet centuriones ad populi cauſas judicandas , & alios præſtantiores ad graviores cauſas Exod.18. n.21. Si tantum hic gravatur populi onere , ut tæderet eum vivere , cur aliquos prudentes viros non ſecum aſſumit ad regimen populi , cùm remedium videretur promptum , & facile ? Tam innata eſt homini conditio , ut ipſe ſolus ſit in regimine populi ; quod quamvis multum ejus onere prematur , ac gemat , ut potius eligat mortem , quam habere conſortem in gubernaculo.

Num. 11. *Gubernator vult potius viſum perdere, quàm conſortes habere.* Exod. 18.

QUÆSTIO XXXV.

Quare ad electionem Apoſtolatûs non vocat D. Petrus viros ſanctos , & ſapientes , ſed cognitos , ac notos?

247. AD eligendum unum Apoſtolum, ait D. Pettus: *Ex his viris , qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore , ex quo intravit Dominus Ieſus , &c. teſtem Reſurrectionis fieri unum nobiſcum* ; ac ſi diceret , ad hanc electionem non ſunt vocandi ſanctiores , ac prudentiores , ſed ex his *qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore* ; ut caput Eccleſiæ dans formam , quod ad dignitates , ac prælaturas non ſunt eligendi , qui noviter , ac recenter venerunt , ſed illi , qui multo tempore conjuncti ſunt nobis, ac noſtri familiares , quorum mores , ac conditiones largâ experientiâ agnoſcimus.

248. Cum Moyſes maximè ſe agnoſceret gravatum regimine populi , ut ſolus non poſſet ſuſtinere pondus tantæ multitudinis, ait illi Deus : *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſraël , quos tu noſti , quod ſenes populi ſint :* Num. 11. n. 16. Mandat Deus eligere ad tantum negotium , ac ad regimen populi , non quoſcumque ſenes , Gloſſa : *Non ſenes ætate , & canitie , ſed prudentiâ , & moribus.* Et ſufficit ad hanc electionem , quod ſint ſenes ætate , & moribus. Minimè, ſed *quos tu noſti , quod ſenes ſint.* Cum electio committitur Moyſi aſſignatur forma eligendorum , *quos tu noſti quod ſenes ſint* longa experientia , diuturno tempore , quod ſenes ſint in integritate , ac probitate vitæ Sic ſcribit D. Hieronym. epiſt. ad Paulinum , & ait : *Electos a Moyſe presbyteros , quos ipſe ſciret eſſe presbyteros , utique non ævo , ſed prudentiâ judicandos.* Quod argumentum latè proſequitur Anacletus Papa , epiſt.2. refertur diſt.84. cap. Porro.

Num. 11. Gloſſa. *Iam diu cogniti ſunt eligendi ad dignitatem.* D. Hier.

249. Hoc nos docet , & illuminat infinita Dei ſapientia , cujus Providentia in ſui diſpoſitione non fallitur , cui ſunt omnia præſentia , præterita , & futura in noſtrum documentum , & doctrinam , nunquam aliquem ad alta , & ſublimia munia elegit , niſi in multis probatum , examinatum , ac cognitum. *Henoch , non apparuit , quia tulit eum Deus.* Geneſ. 5. n. 24. ut eſſet cuſtos , & defenſor Eccleſiæ tempore Antichriſti , tamen prius ſcribitur de eo: *Ambulavit cum Deo* Ibidem n. 22. hoc eſt juxta omnia Dei mandata. Noë eligitur ut eſſet ſeminarium, ac ſervator totius generis humani , tamen prius de eo affirmatur : *Noe vir juſtus , atque perfectus fuit , in generationibus ſuis cum Deo ambulavit.* Geneſ. 6. n. 9. Abrahamus deſtinatur , ut parens multarum gêntium, ac Pater Chriſti, *In quo benedicendæ erant omnes gentes.* Tamen prius tentatur, ut fidelis : *Egredere de terra tua , ac cognatione tua* *Geneſ.* 12. n. 1. Deinde præcipitur ei *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Iſaac , offer eum in holocauſtum.* Geneſ. 22. n. 2. Ioſeph antequam aſſumatur ad gubernaculum totius Ægypti prius opprimitur à fratribus , ab eis venditur. Geneſ. 37. n. 28. Deinde *tradidit eum Dominus in carcerem , ubi vincti Regis detinebantur.* Geneſ. 39. n. 20. Moyſes antequam conſtituatur Princeps, ac dux totius populi, ac Deus Pharaonis Exod. 7. n. 1. Prius tamen , *Negavit ſe eſſe filium Pharaonis , majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti.* Hebræo. 11. n. 26. Sic & Ioſue cap. 1. Antequam Dux populi prius expertus eſt fidelis ſervus Moyſis Gedeon vir fortiſſimus probatur Iudic. 6. n. 12. David antequam in ſolio regio ſedeat 2. Reg. cap. 2. n. 4. prius tamen multis bellis,

Gen. 5. *Nullus eligatur, niſi poſt probatam ſufficientiam.* Gen. 6. Gen. 12. Gen. 22. Gen. 37. Gen. 39. Exod. 7. Hebr. 11. Ioſue 1. Iudic. 6. 2. Reg. 2.

contradictio

contradictionibus, ac perſecutionibus cum Goliath,
Saul eſt examinatus. Tandem Jeſus Chriſtus Sa-
pientia Æterni Patris ad noſtram eruditionem ex
ſuiſ diſcipulis non elegit duodecim Apoſtolos Luc.
Luc.6. 6. n. 13. niſi ad ſecundum annum prædicationis, ut
dixi tom.3. in Evang. cap.5. eorum probitate, ac in-
tegritate bene declarata, ac manifeſtata. Tandem
Petrus non creatur ſummus Pontifex Eccleſiæ Dei
Ioan.21. Ioan.21. n.16. niſi tranſacto triennio in Chriſti co-
mitatu, in multa fidelitate, integritate, ac Chriſti
amore, Dei diſcant Principes, ac Prælati, quod ad
munia, & officia non eligantur extranei, ac alieni,
ſed bene agniti, ac probati & amici.

250. Venit Nathan ad Davidem, ut eum argueret de
2.Reg.12. ſuo peccato 2.Reg.12. n.4. & ait: *Cùm autem pe-
regrinus quidam veniſſet ad divitem, parcens ille
ſumere de ovibus, & bobus ſuis, ut exhiberet convi-
vium peregrino illi, qui venerat ad ſe, tulit ovem
viri pauperis.* Ecce à Nathan proponitur homo di-
ves præparans convivium peregrino. Aliter Jeſus
Luc.15. Chriſtus ſuam componit parabolam Luc.11. n.5. ſic
dicens: *Quis veſtrum habet amicum, & ibit ad il-
lum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda
mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via*
Ad menſam, & Eccleſiã ſolum bene notus admittendus. *ad me, & non habeo quid ponam ante illum.* Ecce
meus Jeſus introducit parabolam de homine, qui
vadit ad amicum, & parat convivium amico ve-
nienti: quàm magna diverſitas. Apud Nathan eſt
convivium homini ignoto, & peregrino: Jeſus ve-
rò in ſua parabola de menſa appoſita homini ami-
co, & familiari, ac bene noto agit; unde tanta di-
verſitas? Nathan efformabat ſuam parabolam, ut
argueret, & increparet Regem de ſuo delicto: At
Jeſus, ut Divinus Magiſter ſuâ parabolâ innuebat;
quinam in domo ſua, Eccleſia nempe, deberet co-
medere panem, ex officio, & beneficio, etſi ad
mordendum panem, ac ſugillandum Regem intro-
ducatur peregrinus, & alienus, qui communiter ſo-
lent eſſe infecti, & crudeles obſervatores: At D.
Jeſus dat formam, & lucem ad convivium, & pa-
nem comedendum, non alienis, ſed amico, & fa-
miliari bene noto, & cognito; quia tales ſunt ad-
mittendi, ac recipiendi ad officia in Eccleſia Chriſti.

Act. 1. *n.* 23. Et ſtatuerunt duos, Joſeph, qui
vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt
juſtus, & Mathiam.

N. 24. Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui
corda noſti omnium, oſtende, quem ele-
geris ex his duobus unum.

VERSIONES.

*Arabic. n.*23. Conſtituit duos.
D. Auguſtin. Statuit duos.
*Syrus n.*23. Tu noſti quod eſt in cordibus om-
nium, quem unum eligis tu.
Arabicus. Tu declara utrum eligas.
Æthiopic. Cognitor cordis, monſtra unum
ex his.

EXPOSITIO XII.

251. Verſ. 23. *STatuerunt duos.* Petrus, ut notat D.
D. Chryſoſt. Chriſoſth. protulit ſententiam de
uno eligendo juxta prophetiam recitatam: ipſi au-
tem Apoſtoli ex communi conſenſu eligunt duos,
Lyra. ut ait Lyra: *Tanquam magis notabiles in ſcientia,
& ſacierum Chriſti experientia*, eligebatur ut eſſet
D.Aug. eorum teſtis. D.Aug. lib. de Actis cont. delict. Ma-
nich. cap. 4. pro *ſtatuerunt*, legit *ſtatuit*, ſcilicet
Petrus, ut caput cum cœteris Apoſtolis, ac fidelibus.

Ioſeph, & Mathiam. Uterque erat ex 72. Diſci- 252.
pulis Chriſti; Hic Joſeph videtur quod fuerit
frater Jacobi Minoris, & Iudæ, ac Simonis Apo-
ſtolorum Chriſti, & Filius Alphæi, & Mariæ, qui
erant conſanguinei Chriſti, & hæc Maria nomina-
tur inter cæteras Matronas Chriſto pendente in
Cruce, *& Maria Iacob, & Ioſeph Mater.* Math.27. Math.27.
n.56. Hic Ioſeph creatus eſt Epiſcopus in Palæſtina,
de eoque agit Martyrolog. Roman. die 20. Iulij, & Martyrol.
poſt aliqua ſubdit: *Multam pro fide Chriſti à Iu-* *Ioſeph quis eſſet.*
*dæis perſequutionem ſuſtinens in Iudæa victorioſe fine
quievit... de quo etiam refertur, quod venenum bi-
berit, & nihil ex eo triſte propter Domini fidem
pertulerit.*

Qui vocabatur Barſabas, id eſt *filius Saba*, vel *fi-* 253.
lius Sabæ: Poteſt etiam hæc vox Sabas interpretari,
non tanquam nomen proprium ſed ut appellativum
ſignificans, vel *juramentum*, vel *ſaturitatem*, vel
reverſionem, ac ſi dicatur filius *juramenti*, *ſaturita-
tis, ac reverſionis in Deum. Qui cognominabatur ju-
ſtus.* Ob ejus inſignem ſanctitatem, & juſtitiam, &
Mathiam, de quo infra q.41.

Verſ. 24. Ad tantum negotium non procedunt 254.
niſi facta oratione. *Tu Domine, qui corda noſti
omnium.* Syrus *Tu noſti quod eſt in cordibus omnium:* Syrus.
penetrare, & ſcire corda hominum, ſolius eſt Dei,
ut docent Theologi cum D.Thom. 1. p. q. 57. art.4.
ſic dicitur 2.Paralip. 6. n.30. *Tu ſolus noſti corda fi-* 2.Paralip.6.
liorum hominum. Ierem.17. n.10. *Pravum eſt cor ho-* Ierem.17.
*minis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego Do-
minus ſcrutans corda, & probans renes.* Homines
ſæpe falluntur in eligendo, quia ſolum externam
faciem reſpiciunt, & ſecundum illam judicant, quia
aliud patet exterius, aliud latet interius, Deus ve-
rò cum ſolus ſit cordium inſpectator, ſolus ille po-
teſt facere bonam electionem.

QUÆSTIO XXXVI.

*Quare D. Petrus Apoſtolorum coriphæus, qui ſer-
monem fecit de electione, per ſe ſolum
non eligit.*

DIvus Petrus, ut caput Apoſtolorum, fecit ſer- 255.
monem, & exhortationem de eligendo unum *Duo electi omnium votis.*
in Apoſtolatum: *Oportet, ait, eligere unum ex iſtis,
qui congregati ſunt nobiſcum*, tamen ipſe non eligit,
ſed univerſæ congregationi Apoſtolorum, ac fide-
lium electionem remittit, qui omnes omnium vo-
tis, ac conſenſu elegerunt duos, & valde inſignes
virtute, ſanctitate, ac cognitione operum Chriſti.

Duos, ait Chriſoſth. *non unum, ne præferretur* 256.
quiſquam alteri, cum frequenter, qui apud homines D.Chryſoſt.
eſt in pretio ſit apud Deum Inferior. Gloſſa interli- Gloſſa.
nealis. *Exemplis æqualibus, duos pariter cognoſce-
bant.* Hugo: *Quos cæteris præferendos eſſe non dubi-* Hugo.
*tarunt, alterum verò præferre alteri non humanum
erat, ſed Dei: Nemo debet ſibi aſſumere honorem, ſed* *Duo meliores.*
vocari à Deo tamquam Aaron.

Quæſtio præſens eſt: Cur Petrus caput, ac Prin- 257.
ceps Apoſtolorum, & cœterorum fidelium, hos
duos non eligit? Nam ipſe per ſe ſolum magna, & *Difficultas quæſtionis.*
alta eſt operatus: Claudo dedit ſanitatem Act. 3.
n.7. & Thebitam mortuam ſuſcitavit, & multa alia Act.3.
innumerabilia, cur ergo hos duos non eligit?

Reſpondet Oecumen. & ſic ait: *Petrus, inquit,* 258.
viri Patres, oportet eligi à vobis, multitudini judi- Oecum.
*cium permittens, ſimulque eos, qui eligerent, vene-
randos reddens.* Similiter D. Chriſoſt. ſic fatur: *Ita* D.Chryſoſt.
*voluit Petrus, ſimulque eos, qui eligebantur, reddere
reverendos.*

Dignitas electorū in honorem electi exundas.

reverendos. Petrus cum cæteris Apoſtolis, ac diſcipulis rem communicat, & pertractat, ut eligendus Apoſtolus à beneplacito, ac dignitate eligendorum, maximè commendaretur, & multum plauſibilis fieret; multum enim electorum dignitas, ac bonitas exundat in auctoritatem electi, quod à tantis, ac talibus ſit in munere exoptatus. *Simulque eos, qui eligebantur, reddere reverendos.*

259. Cum Moyſes ſe videret maximè fatigatum, ac oppreſſum ſiniſtra conditione populi, poſtulat à Deo, ut à tanto onere eximatur, etiam morte interveniente, cui ait Deus: *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis ibi ſtare tecum, ut deſcendam, & loquar tibi, & auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis, ut ſuſtentent tecum onus populi, ut tu ſolus graveris.* Num. 11. n. 17. ſi datur facultas Moyſi, ut ipſe eligat ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, cur etiam non datur poteſtas à Deo, ut ipſe auferat de ſpiritu ſuo, & communicet cum eis, eoſque de ſuo ſpiritu participes faciat, ſicut Patens Elias participem fecit filium ſuum Eliſæum, dato pallio, ei etiam dedit ſuum ſpiritum. 4. Reg. 2. n. 10. & notant ad hunc locum Numerorum Lyra, Hugo, Cajetanus, Lotinus, ſed dare ſpiritum Moyſis his ſenibus Deus ſibi reſervat, & per ſe ipſum vult facere: *Ut deſcendam, & loquar tibi, & auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis.* Septuaginta, *de ſpiritu, qui eſt in te.* Deus in oſtio tabernaculi aufert de ſpiritu Moyſis, & impertitur ſenibus, ut ipſa electio facta in eis à Moyſe maximè confirmata appareret, ipſique electi maximè venerabiles, ac reverendi, & æſtimabiles in populo redderentur, cùm ſpiritum perpleticum, ac gubernativum Moyſis, non ab hominibus, ſed è manu Dei accepiſſent.

Num. 11.

4. Reg. 2.
Lyra.
Hugo.
Caietan.
Lorin.

Septuag.

Deus vult ſuos electos eſſe venerabiles.

260. Cum Moyſes deſtinatur legatus à Deo filiis Iſrael pro eorum libertate, tunc Moyſes quærit à Deo, quodnam eſt nomen tuum, ut valeam exponere filiis Iſrael quis eſt, qui mittit me ad illos. Tunc ait Deus: *Hæc dices filiis Iſrael Dominus Deus Patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad vos: & hoc nomen mihi eſt in æternum, & memoriale meum in generationem, & generationem.* Exod. 3. n. 15. quæ verba expendit D. Chryſoſt. homil. 4. de fide Abrahæ: *Dominus Deus Patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob,* tunc ſic ait: *Apud homines à Dominis ſervi, à majoribus minores appellationem ſumunt: apud Deum autem è contra, Dominus à ſervo denominatur.* Conſidera, quanta differentia interſit in electione ſervorum facta ab hominibus, ac Deo; *nam apud homines Dominis ſervi, à majoribus minores appellationem ſumunt,* v. g. Marcion dicitur Dominus Ludovicus de Meneres, ſervus dicitur Joannes de Meneres, ut appellatione Domini ſui honoretur. *Apud Deum autem è contra Dominus à ſervo denominatur,* ut inde manifeſtum appareat, quam conſultiſſimè electio talium ſervorum facta fuerit à Deo, ob eorum magna merita, & præclara opera, & quantum ſunt venerandi, ac multa æſtimatione reverendi apud omnes, cùm Deus ſupremus omnium Dominus ab eis vult honorari, ac glorificari, ut dicatur talium ſervorum Dominus Deus: *Et hoc nomen mihi eſt in æternum, & memoriale meum in generationem, & generationem.*

Exod. 3.
D. Chryſoſt.

Deus à ſervis nomen habet, ut ſint venerabiles.

QUÆSTIO XXXVII.

Quare ſi Apoſtoli, & Diſcipuli orantes ſtatuunt duos ad Apoſtolatum, cur ex ipſis duobus non eligunt unum?

261. ORantes ſtatuerunt duos D. Ambr. In cap. 6. Luc. conſiderans, quod Chriſtus Dominus electurus Apoſtolos per totam noctem oraverit, ait: *Credimus, quod cum Apoſtolis oraverit, quod alias ſemper ſolus feciſſe legitur, quaſi tanta res tam communis communem, & unanimem poſtulet orationem.* Theophylact. ibi: *Ut doceat etiam nos quando quempiam in ſpirituale miniſterium ſumus electuri, precibus hoc faciamus, edocti à Deo, & ab illo petentibus revelet, quis idoneus ſit.* Sui ſanctiſſimi Magiſtri exemplum ſequentes Apoſtoli, & Diſcipuli ante electionem orant.

D. Ambr.
Oratio ante electionem præmittenda.
Theoph.

262. Quæſtio eſt: Quare, ſicut Apoſtoli, & Diſcipuli ſtatuunt duos ad Apoſtolatum, cur non etiam ex his duobus unum eligunt, ſed hujus rei reſponſum ad Deum deferunt dicentes: *Tu Domine, qui corda noſti omnium oſtende quem elegeris ex his.* Et inde augetur difficultas, quia cum Petrus introſpexerit cor Ananiæ: *Cur tentavit Satanas cor tuum.* Act. 5. n. 3. cur etiam cor horum duorum non eſt intuitus ad electionem.

Difficultas quæſtionis.
Actor. 5.

263. Reſpondeo primò ex his, quæ dixi ſuperiori quæſtione in limine ex D. Chryſoſth. Gloſſa, Hugone: Quia hi duo inter omnes erant maximè cogniti, ac venerabiles, ut valde inſigniti virtute, ac ſanctitate, ac cognitione operum Chriſti, & ideo communi conſenſu fuerunt electi; at unum alteri anteponere valde difficile erat, & ideo tota res ad Divinum judicium refertur; Petrus autem penetravit cor Ananiæ poſt adventum Spiritus Sancti, hoc autem factum eſt antequam Divinus Spiritus deſcenderet in Apoſtolos.

Ratio literalis.

264. Secundò reſpondet D. Chryſoſt. homil. 3. in Acta: *Oſtende quem elegeris ex his;* ſic ait: *Quoniam non erat Spiritus Sanctus, ſortibus rem peragunt nondum judicarunt ſeſe eſſe idoneos, ut ipſi ex ſe facerent electionem.* Valde res notanda Apoſtoli Chriſti commenſales, ac collaterales in Chriſti Doctrina illuminati, quia nondum venerat Spiritus Sanctus, quo penitùs quaſi Spiritus fierent, & maximè ſua gratia illuſtrati, & ideo ſe abſtinent ab electione, & ad eligendum virum Apoſtolicum, qui futurus erat ad regimen, & gubernaculum Eccleſiæ, Deo committunt.

D. Chryſoſt.
Multa puritas ad electionem facienda.

265. Cum in primo rerum molimine, Deus eſſet hominem creaturus, ait: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſciculis maris, & volatilibus cœli, & beſtiis, univerſæque terræ.* Geneſ. 5. n. 16. Valde diverſiſſimè ſe Deus habet in creatione hominis, ac aliarum rerum; Dixit Deus fiat lux, fiant duo luminaria, volatilia cœli, piſces maris, beſtiæ terræ; germinet terra herbam virentem, ac ligna pomifera; at cùm ad creationem hominis devenitur, maxima conſultatione fit, tres Divinæ Perſonæ vocantur tanquam in conſilium, ibi peculiaris Dei manus adhibetur, unde hoc? Tertullianus de reſurrectione carnis cap. 3. ſic fatur: *Faciamus hominem, ante præmiſit, & amplius manu propter prælationem.* Creabatur Adamus non tanquam pura creatura, ſed ad prælationem, & in Regem futurum deligebatur, & ideo Deus ab exordio in noſtrum documentum, voluit demonſtrare, quanta cura, & providentia ſit adhibenda in electione facienda, ex quo diſcant electores, qualiter

Gen. 5.
Ad eligendum prælatū magna conſideratio.
Tertull.

qualiter ſe debeant habere cùm conveniunt ad electionem.

266. Tertiò idem D. Chryſoſt. relatus in Gloſſa ſic fatur: *Multitudini permittit judicium, & ſe ipſum liberans ab invidia, ſimulateque, quæ poterat à cæteris oboriri; nam hæc ſemper ingentia gignit mala.* Cum unus præ aliis eligitur, quamvis digniſſimus ſit, multæ inde naſcuntur invidiæ ſtimulationes odij fomenta, & controverſiarum diſcordiæ, nam quilibet ſe exiſtimat digniorem, ac meritis excellentiorem. Ex Dei ordinatione Saul eligitur in Regem à Samuele, qui ait ad populum: *Certè videtis, quem elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo.* 1. Reg. 10. num. 24. & tamen: *Filij Belial dixerunt: Num ſalvare nos poterit iſte?* n. 27. Abulenſ. Lyran. *Deſpexerunt eum tanquam ruſticanum, & ineptum ad regnum.* Ecce Propheta teſtatur, quod Saul ſit electus à Deo, *quem elegit Dominus*, & inſuper *quod non ſit illi ſimilis in omni populo*, & tameo contempſerunt eum tanquam ineptum ad regnum. Unde hoc potuit ſuboriri? ex eo nempè quod quilibet ſe exiſtimabat meliorem, & aptiorem ad regnum, quam illum, quem Deus elegerat, & quod non erat ei ſimilis io omni populo.

D.Chryſoſt. — *1.Reg.10* — *Lyra. Abulenſ.* — *Quilibet in electione ſe reputat meliorem.*

267. Unde prudentiſſimè D. Petrus, ac cæteri Apoſtoli, ut ab omni invidia, odio, ac diſcordiis, & controverſiis ſe ipſos eximerent, ac expedirent ſe abſtinent ad eligendum unum ex his duobus, ſed totum negotium Dei gratiæ, ac beneplacito remittunt. Bonus Pater Familias vocat operarios ad ſuam vineam, horâ primâ, tertia, ſexta, & nona, ac undecima: Cùm jam ſero factum eſſet, mandat Dominus ſuo procuratori, ut reddat illis omnibus æqualem mercedem, incipiens ab his, qui ultima hora venerant; cum autem vidiſſent primi, quod tantum recipiebant, ac ultimi, murmurabant adverſus Patrem Familias dicentes: *Isti noviſſimi una hora fecerunt, pares nobis illos feciſti, qui portavimus pondus diei, & æſtus:* Dominus autem, ut hanc quærimoniam comprimeret, ait: *Amicè non facio tibi injuriam, volo dare huic noviſſimo, ſicut & tibi, aut non licèt mihi, quod volo, facere, an oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum.* Matth. 20. num. 15. Ad ſuam voluntatem, ac bonitatem totam quæſtionis determinationem reducit. Benè poterat Pater familias dicere; his ultimis tantum denarium tribuo, ac primis, qui illi tantum laboraverunt, ac alij tota die; ſed nulla de meritis fit mentio, quia tunc daretur anſa ad multas quærimonias, controverſias, ac odia; nam ſine dubio primi reclamarent, quod multum laboris, ac ſudoris impendiſſent, & quod eorum merita multo majora erant, quæ omnia computantur, dum æqualia denariorum retributio ad Domini gratiam, ac benevolentiam refertur: D. Gregor. homil. 19. in Evang. ſic loquitur; *Ipſa mercedis, ſeu regni perceptio ejus eſt bonitas voluntatis. Rectè ſubjungitur, aut non licèt mihi, quod volo, facere? ſoluta eſt quæſtio hominis, contra bonitatem Dei murmurare.*

Quærimoniæ, ac diſcordiæ ſunt evitandæ. — *Math 20* — *D.Greg.*

268. Dicitur Geneſ. 37. n. 3. *Iſrael autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios, eò quod in ſenectute genuiſſet eum.* Præcipua cauſa hujus amoris erat, eximia virtus Ioſeph, & præclariſſimi ejus mores, tamen bonus ſenex ob invidiam removendam, & diſcordias reſecandas, amoris fomentum, non meritis, ſed ſenectutis geniture adſcribebat. D. Chryſoſt. Epiſt. 8. ad Olympian. ſic inquit: *Cum Pater videret infantem invidiam ſuſtinere curare hunc affectum in fratribus volens finxit cauſam dilectionis, quæ non magnam ei invidiam generaret.*

Gen.37. — *Diſſimulatur amoris cauſa ob invidiã.*

QVÆSTIO XXXVIII.

Qualiter Apoſtoli intendebant, quod Deus ex his duobus oſtenderet electum ad Apoſtolatum?

269. SAcri Apoſtoli declarantes ſuam ſanctam ſinceritatem, & integritatem abſque aliquo affectu carnis, & ſanguinis, & amoris, maximè quia iſte Joſeph juſtus propoſitus erat trium Apoſtolorum frater, ſcilicet Jacobi Minoris, & Judæ, ac Simonis, ut dixi in Expoſitione; totam rem ſubmittunt Divinæ voluntati dicentes: *Oſtende unum, quem elegeris ex iſtis.* Non per internam inſpirationem, vel per internum motum, ſed per aliquod externum ſignum: ſic ait D.Chryſoſt. in Gloſſa: *Ne ipſi ex ſeſe facerent electionem, & cupiunt aliquo ſigno edoceri.* Ut tota occaſio quærimoniæ, ac invidiæ eradicetur, optant, & deſiderant, ut Deus aliquo ſigno oſtendat ex duobus electum, ut ita tota electio non ipſis, ſed Deo adſcribatur.

D.Chryſoſt.

270. Cum multi Proceres Iſraël Invidiæ furore agitati exurgerent ſe opponentes contra Moyſen, & Aaron, dicentes: *Cur elevamini contra populum Dei*, eos tanquam arguentes, quod totum regimen populi ad ſe ipſos uſurparent; Deus Princeps pacis, ut omnes quærimonias ſedaret, mandat Moyſi, ut ex duodecim tribubus, duodecim reponantur virgæ in tabernaculo, unaquæque virga ex qualibet tribu, & ait Deus: *Quem ex his elegero, germinabit virga ejus, & cohibebo a me quærimonias filiorum Iſrael, quibus contra vos murmurant.* Num. 17. n. 5. tam affectuosè unuſquiſque ad ſemetipſum, ad ſuam perſonã, dignitatem, ac merita rapitur, ut quando unus alteri præfertur, ut ille in invidia, odio, ac quærimonia conquieſcat, neceſſarium ſit, ut Deus miraculoſo ſigno oſtendat, ac manifeſtet electi probitatem, illiuſque condigna merita ad tantam dignitatem. Carthuſianus ait: *Quem elegero, germinabit virga ejus & cohibebo quærimonias, me eum elegiſſe per ſignum iſtud oſtendam.*

Num.17 — *Dum unus eligitur, ob invidiã, ſignum de cœlo datur.* — *Carthuſ.*

271. Mandat Deus Samuelem in domum Iſaaei ad deſignandum unum ex filiis ejus in Regem, ait Deus: *Quem monſtravero tibi*, recuſatis majoribus ultimo adducitur, ac proponitur David parvulus; & Samueli ait Dominus: *Surge, & unge eum: Tulit Samuel cornu olei, & unxit eum in medio Patrum ejus, & directus eſt Spiritus Domini à die illa in David.* 1. Reg. 16. n. 13. Deus revelavit Samueli per internam inſpirationem, ut inauguraret Davidem ad regalẽ thronum, *& unxit eum in medio fratrum eorum*, & ne inde aliquis ſtimolus odij, & invidiæ ſubcreſceret, declaravit Deus electionem à ſe ordinatam per externa ſigna; nam ab illa die cœpit David prophetizare, ut bene obſervat Joſeph lib. 6. antiq. cap. 10. *& David*, ait, *deinceps prophetare cœpit ſancto ſuper ſe ſpiritu veniente:* ut ita tali ſigno agnoſceretur electus à Deo.

1.Reg.16 — *Oſtenditur Davidis electio à Deo.* — *Ioſeph.*

Act. 1. *n.* 25. Accipere locum miniſterij hujus, & Apoſtolatus, de quo prævaricatus eſt Judas, ut abiret in locum ſuum.

N. 26. Et dederunt ſortes eis; & cecidit ſors ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis.

VERSIONES.

Syrus. n. 25. Ut ille accipiat ſortem miniſterij, quo ſe ſeparavit Judas.

Æthiop. Qui accipiat officium miniſterij hujus.

Arabicus. Quem reliquit Judas, è quo fruſtratus eſt, ut abeat, &c.

Oecumen. Ut accipiat ſortem Apoſtolici muneris, &c. qui prævaricatione excidit, progrediens in locum.

Syrus. n. 26. Conjecerunt ſortes, & aſcendit ad Mathiam.

Arabicus. Sortibus itaque datis.

Oecumenius, & alij. Et ſuffragiis additus eſt Matthias.

Arias. Simul ſuffragiis electus eſt.

EXPOSITIO XIII.

272. Verſ. 25. *Accipere locum*, ſcilicet Apoſtolatum, de quo prævaricatus eſt Judas ob ſuam ſummam nequitiam, & turpiſſimum ſcelus, *Ut abiret in locum ſuum.* Sibi condignum, ac convenientem, nempè ſuſpendium, furcam, & gehennam.

273. Verſ. 26. *Dederunt eis ſortes.* De hoc multæ, & variæ ſunt opiniones, de quo quæſtione 40. ſcripta nempè eorum nomina in aliqua papyro, vel in alia re tanquam ad ſortem, & Deus Cœleſti ſigno inclinavit Mathiam, & ita cecidit ſors ſuper illum, & annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis.

QUÆSTIO XXXIX.

Quare dicitur, quod Iudas abiit in locum ſuum?

274. Oecum. Bernard. Ait D. Petrus, *de quo prævaricatus eſt Iudas, ut abiret in locum ſuum.* Oecumenius, *In locum nempè, quo ſe dignum reddidit.* D. Bernardus in infernum cum Diabolo, ac ſuis ſequacibus, ſic ait, S. Doctor ſerm. 8. in Pſalm. 90. *Pulchrè omnino, inquit Petrus Apoſtolus, filium perditionis in locum ſuum abiiſſe teſtatus eſt, quod in aëre crepuit medius, aërearum collega poteſtatum, utpotè quem veri Dei, & veri pariter hominis, qui de cœlo veniſſet operaturus ſalutem in medio terræ, hujus, inquam, proditorem nec cœlum reciperet, nec terra ſuſtineret.*

275. Caietan. Elegantèr Cajetan. inquit: *Abiit Iudas in locum ſuum, quia hactenus occupaverat alienum Apoſtolatus, & miniſterij, locum.* Quamvis Judas videretur incedere cum Apoſtolis, tanquam unus ex numero eorum, in realitate, ac veritate Apoſtolus non erat, quia tanta dignitate indigniſſimus erat, & illa ob ſua demerita ſe privaverat, talis fuit ille iniquus ſervus, & piger, de quo ait Chriſtus

Indignus videtur habere dignitatem ſed non habet.

Math. 25. Dominus Math. 25. num. 29. *Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem, qui non habet, quod videtur, auferetur ab eo.* Nota verbum *Quod videtur habere*, ac ſi in veritate tale dignitatis donum non habuiſſet, ut notant D. Paſchaſ. D. Remig. ad hunc locum.

Paſchaſ. D. Remi.

276. Luc. 19. Ab hoc iniquo ſervo non recedamus, de quo ſcribit D. Lucas 19. numer. 20. *Alter venit dicens: Domine ecce mna tua, quam habui repoſitam in ſudario.* Cur iſte iniquus, ac piger ſervus dignitatis mna ac talentum in nullo alio repoſuit, niſi in ſudario, quod eſt proprium mortuorum linteamentum, cùm ad ſepulturam deferuntur; ipſe contra ſe protulit ſententiam, & inviſus confeſſus eſt veritatem: quia cum eſſet ineptus, ac inhabilis dignitatis, dignitas in eo fuit, ut in ſudario mortua, & ſepulta. Theophilact. ibi ait: *Meritò igitur in ſudario ignavus ille reconditum feciſſe donum: Mortuum enim ille fecerat, & inefficax non evolvens, neque lucrum faciens.* Et ſic D. Math. ſcribit citato cap. 25. num. 18. quod iſte ſervus negligens *abſcondit pecuniam Domini ſui, & defodit in terra, tanquam mortuam, ac ſi non haberet eam.* Theoph. Math. 25

Indignus indignitate inde eſt, ac expers illius.

277. Ait Chriſtus D. Ioan. 12. num. 32. *Cum exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum.* Valde mirum, quod Chriſtus D. dicat quod ipſe exaltatus in Cruce ad ſe omnia eſſe trahenda; non enim ad ſe traxit perfidos Judæos, nec hæreticos, ac iniquos peccatores, qui ob ſuam malitiam, ac perverſitatem perdiderunt imaginem Dei, ad cujus ſimilitudinem conditi ſunt, ut notant D. Chryſoſt. D. Auguſtin. cum ergo caderent à tanto honore, ac Dei ſimilitudine, tamque ſublimi dignitate, & facti ſunt tanquam jumenta inſipientia, pro nihilo, ac ſi non eſſent homines reputantur. Noſter D. Cyrill. Alexand. lib. 8. in Joannem cap. 17. ait, *Verùm cum non omnium ſit fides, quomodo omnia ſe tractum eſſe dicis ad ſe ipſum? Atqui non hoc ad univerſitatem hominum retulit, ſed ad ipſius hominis integritatem.* Ubi non eſt integritas hominis non reputatur talis homo. D. Chryſoſt. D. Aug. D. Cyril. Alex.

QUÆSTIO XL.

Quare ſacri Apoſtoli per ſortes eligunt, & quomodo ſors cecidit ſuper Matthiam?

Sortes in uſu fuerunt apud omnes ferè gentes, ut latè ex multis referunt Petrus Victorinus lib. 25. variarum lection. cap. 15. Tiraquellus de jure primogen. q. 17. ſic etiam apud Hebræos ſorte deprehenſus eſt Achan Ioſue 7. num. 16. ſorte inter duodecim tribus diviſa eſt terra promiſſionis Ioſue 15. ſorte Saul creatus eſt Rex 1. Reg. 10. n. 2. ſorte cognitus Jonathas eſt 1. Reg. 14. n. 42. 278. *Sors in uſu* Petrus. Victor. Tiraq. Ioſue 17. Ioſue 15. 1. Reg. 10 1. Reg. 14

279. Ex quo D. Hieronym. in cap. 1. Ionæ D. Auguſt. ſerm. de ſancto Matthia, D. Chryſoſtomus, Beda, hic D. Thom. 2. 2. q. 95. artic. 8. Lyran. & multi alij dicunt Apoſtolos adhuc rudes, & inexpertos id feciſſe ex antiqua conſuetudine Patrum veteris teſtamenti, antequam recepiſſent Spiritum Sanctum, & ideo poſt eum receptum, id non feciſſe in electione ſeptem Diaconorum Act. 6. num. 5. Tamen non explicatur, quales fuerint ſortes, & quomodo ſors ceciderit ſuper Matthiam. D. Hier. D. Aug. D. Chryſoſt. Beda. D. Tho. Actor. 6.

280. Primò Ganeius Salmeron tom. 12. tract. 10. & alij exiſtimant fuiſſe ſcrutinium ſuffragiorum, quod Divinus Spiritus gubernavit, ut eligeretur Matthias, ita aliquorum lectio habet: *Suffragiis electus eſt Mathias.* Secundò aliqui apud eundem Salmeron exponunt *Matthiam fulgore quodam Divino deſignatum fuiſſe à Deo.* Tertiò D. Dionyſius Areop. Eccleſiaſt. Hierar. cap. 5. ait: *Videtur mihi ſcriptura ſortem appellaſſe divini quiddam, & præcipui muneris, per quod illi choro ſacratiſſimo declararetur, qui eſſet divina electione declaratus*; ac proinde cenſet fuiſſe radium lucis è cœlo demiſſum in Matthiam. In eadem ſententia ſunt D. Anton. 1. part. 6. cap. 2. Baron. Sanch. Turrian. & ut magis ſe explicent, dicunt quod Apoſtoli exorarunt, ſuper quem deſcenderit radius ipſe eſt electus à te. Quartò Carthuſian. tenet quod fuit Spiritus Sanctus in ſpecie, ac figura columbæ deſcendens ſuper Mathiam Quintò aliqui dicant, quod fuit vox de cœlo dicẽs: *Hic eſt Apoſtolus ille dilectus.* *Quatuor opiniones* Ganeius. Salmer. Dioniſ. D. Ant. Baron. Sanch. Turrian. Carthuſ.

281. Sexto communiter recentiores Lorin. Cornel. Menoch. Eſtius, Tyrinus, Mariana, inhærentes in communi uſu, ac voce ſortis dicunt Apoſtolos Lorin. Cornel.

miſiſſe

Menoch. Tyrin. Turrian. miſiſſe ſortes propriè dictas, ut verba ſonant, & ſortem cecidiſſe ſuper Mathiam: Nomen Mathiæ in una charta ſcriptum, nomen Joſeph in altera, & hæ fuerunt miſſæ in urna ea lege, ut illius nomen, qui prior eſſet eductus Apoſtolus haberetur; Prior exiit Mathias, & inter Apoſtolos eſt numeratus.

282. Breviter dico quod mihi videtur; primò; Apoſtoli prudentiſſimè, ac ut illuminati ab Spiritu Sancto; nam ipſi ſtatuerunt duos, *Orantes ut Deus oſtenderet quem ex illis eligebat*, eorum oratio fuit exaudita, ac proinde Deus gubernavit oſtendens modum, quo erat facienda. *Oratio Apoſtolorum exaudita.* Id autem, quod dicitur de electione Diaconorum, non obſtat; non enim erat electio tanti ponderis, nec Apoſtoli poſtularunt à Deo quinam erant Diaconi eligendi ex illa ſancta multitudine, ut fecerunt in hac electione Mathiæ.

283. Dico ſecundò, quod illa ſors, quæ cecidit ſuper D. Mathiam fuit à Deo demonſtrata aliquo miraculoſo, & divino ſigno. Ita docent D. Dyoniſ. ſupra citatus, D. Chryſoſthom. datus ſupra q. 38. D. Auguſtin. in Pſalmo tertio Conci. 2. Origenes homil. 23. in Joſue, D. Paſchaſ. libro nono in Math. D. Albertus Magnus ſerm. de S. Mathia, & alij, & hoc bene deducitur ex textu; nam Apoſtoli orantes dixerunt: *Oſtende Domine unum ex iſtis, quem eligis:* ergo Deus ad orationem Apoſtolorum aliquo ſigno peculiari, & Divino oſtendit Mathiam, quem elegit. (D. Dionyſ. D. Chryſoſt. D. Aug. Origen. D. Paſch. D. Albert. Magn.)

284. *Propria ſententia.* Dico tertiò, quod in una charta impoſitum fuit nomen Mathiæ, in altera nomen Joſeph, & repoſitæ in urna, abſque ulla manu, vel ope hominis, illa charta, in qua erat nomen Mathiæ, divina virtute prodiit, ac exivit, & forte ſi aliquo ſplendore, non teneo, & ita oſtendit Mathiam electum. *& ſors cecidit*, vel *aſcendit ſuper Mathiam*, quod fuit gratum, & ipſe omnium ſuffragiis eſt electus, ut legit Arias, & annumeratus Apoſtolus.

285. Syrus. Syrus legit: *Aſcendit ſors ſuper Mathiam* ipſum oſtendens maximè dignum dignitate Apoſtolica, & rectè dicitur *Aſcendit ſors.* Quia cùm dignitas homini benemerito confertur, tunc ipſa dignitas aſcendit, & maximè condecoratur, ac nobilitatur tali perſona: De ferculo, ſeu Throno Salomonis (Cant. 3.) dicitur: *Reclinatorium aureum.* Cantic. 3. num. 10. & unde tanta nobilitas ferculo, ut ejus reclinatorium ſit aureum? De ipſo Salomone dicitur: (Cant. 5. Gilbert.) *Caput ejus aurum optimum.* Cantic. 5. numer. 11. Præclarè Gilbertus Abbas ibi: *Caput aureum reddit reclinatorium aureum.* Non reclinatorium nobilitavit Salomon, ſed ipſe Salomon, ob ſuas præclariſſimas dotes, ac virtutes ſic condecoravit thronum, ac reclinatorium, ut eum aureum optimum faceret. *Dignitas ex benemerito honoratur.*

QUÆSTIO XLI.

Quare ſors cecidit ſuper Mathiam, & ipſe electus eſt in Apoſtolum.

286. Græcus. Vatabl. Paguin. ANnumeratus cum undecim Apoſtolis. Græcus habet *communibus calculis cooptatus eſt.* Vatabl. *ſuffragiis additus eſt ad numerum undecim Apoſtolorum.* Paguin. *ſuffragiis additus eſt undecim Apoſtolis.* Nota verbum *additus eſt*: Poſtquam Mathias divino ſigno, ac ſorte deſignatus fuit Apoſtolus, omnium ſuffragio, ac applauſu numeratus eſt cum duodecim: Ac proinde quatuor hîc conſideranda. Primò ſors juxta illud David: In manibus tuis ſortes meæ Pſalm. 30. num. 16. Secundò, (Pſal 30.) Cœleſte ſignum demonſtrans. Tertiò communis Apoſtolorum calculus, & collaudatio. Quartò humilitas Mathiæ in tanta dignitate, ac collaudatione, nam Mathias idem eſt, ac parvus, ſeu humilitas interpretatur.

Elogium D. Mathiæ ſic ſcribit D. Anton. 1. p. titul. 6. capit. 2. *Fuit in lege Domini doctiſſimus, corpore mundus, animo prudens, in ſolvendis quæſtionibus Sacræ Scripturæ acutus, in conſilio providus, in ſermocinatione expeditus, multorum ſignorum patrator, extenſis in Cœlum manibus Martyr Spiritum Deo reddidit.* Unde nota magnum documentum, ut jam adverti tom. 2. in Evangelia cap. 8. q. 7. num. 50. de vocatione Petri, & Andreæ, Chriſtus Dominus elegit ad Apoſtolatum viros illiteratos, tamen poſtea ab Apoſtolis ſtatuitur vir doctiſſimus, ut Mathias ad eorum Apoſtolorum numerum complendum. Chriſtus Dominus cum poſſit facere de lapidibus filios Abrahæ, elegit viros ſine literis, ut virtus Evangelij cunctis pars fieret, ut hominum converſio ad fidem, non humanæ ſapientiæ, ſed Dei virtuti tribueretur: At Apoſtoli dum eligunt, virum doctiſſimum vocant, quia non erat in eorum poteſtate talenta dare; ut inde habeamus documenta, quod dignitates Eccleſiaſticæ non ſunt dandæ, niſi viris doctis, ac peritis. Vide proximè citatum locum. 287. D. Anton. *Homines ad dignitates non eligant, niſi ſapientes.*

Beda apud Gloſſam, ait, *Mathias, qui donatus, vel donum Dei interpretatur, cui donum Apoſtolatûs à Domino collatum eſt, vel Dei parvus interpretatur, merito parvus tranſcenditur ille, qui laude hominum erat juſtus.* Similia ferè habet D. Antonius alto, & Divino lumine inter omnes Apoſtolos D. Mathias dicitur donum Dei, extitit peculiare donum Dei ad complendum numerum Apoſtolorum, ad illuſtrandam Eccleſiam Dei, ad augendam fidem Catholicam, & ad propagandam converſionem gentium. *Secundum nomen tuum, ſic & laus tua* Pſalm. 47. num. 11. De elogiis, ac excellentiis D. Mathiæ latè tractavi tom. 2. in Apocalypſ. capit. 21. quæſt. 30. 288. *Significatio nominis Mathia.* Anton. Pſal. 47.

Nomen, quod à Deo venit nunquam vacuum eſt, ſed ſemper ſecum importat effectum, quem ſignificat: Ait Deus Abraham; *Non ultra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham, quia Patrem multarum gentium conſtitui te.* Geneſ. 17. num. 15. Quid eſt quod quando Deus conſtituit Abraham Patrem multarum gentium, ei mutat nomen, & aliud novum ei imponit, antea dicebatur *Abram*, id eſt pater excelſus, qui excelſa cogitat, ſed mandat modo, ut dicatur *Abraham*, quod ex radice Hæbraïca ſignificat Patrem magnæ multitudinis, ut ibi notant Lyrao. Abulenſ. Cajet & alij, ut ipſe ſuo nomine ſignificaret, & importaret gratiam, & donum, quod ei Deus dedit, ait eſſet Pater multarum gentium. 289. Gen. 17. *Nomen à Deo ſecum importat effectum.* Lyra. Caietan. Abulenſ.

Ait Chriſtus Petro: *Beatus es Simon Bar-Iona; & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Math. 16. num. 18. Maximè notandum illud *Ego dico tibi*, qui ſi nomen tuum antea erat Simon, jam aliud nomen tibi eſt, ut Petrus dicaris, quod nomen tibi dedit, non Pater tuus, vel Mater, vel aliquis alius, ſed ego omnium Dominus dico tibi, & tibi impono nomen, ut dicaris Petrus, quia cùm te conſtituo petram fundamentalem Eccleſiæ meæ, ab ipſa petra do tibi nomen, ut dicaris Petrus D. Hieronym. ibi: *Quid eſt, quod ait, ego dico tibi, non ſermone caſſo nullum habente opus, ſed ego dico tibi, quia meum dixiſſe feciſſe eſt.* Nota verbum *meum dixiſſe, feciſſe eſt*, idem eſt, ac ſecum importet effectum. 290. Math. 16. D. Hier. *Idem eſt quod Deus dicat, ac faciat.*

291. Cum Deus loqueretur cum Moyſe dicitur Exod.
Exod.20 20. n. 18. *Cunctus autem populus videbat voces, & lampades.* Voces audiuntur, non tamen oculis patent: quod lampades viderentur plana res eſt, ſed quod ſicut lampades ita viſu percipiantur voces, quomodo fieri? Ecce quantum diſcrimen eſt inter voces Dei, & hominum, quia hæ ſolum auditum pertranſeunt, at illæ non ſunt caſſæ, ſed ſecum involvunt effectus, ita ut oculis excipiantur. Philo lib. de Decalogo ait: *Univerſus populus videbat vocem apertiſſimè; humana enim vox auditur, Divina viſu percipitur: Quare? quia quæcumque Deus dicit, non verba ſunt, ſed opera.*

Verba Dei ſunt opera.

Philo.

CAPVT II.

1. *Et cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco.*
2. *Et factus eſt repente de Cœlo ſonus, tanquam advenientis Spiritus vehementis, & replevit totam domum ubi erant ſedentes.*
3. *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum.*
4. *Et repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis.*
5. *Erant autem in Ieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi ex omni natione, quæ ſub Cœlo eſt.*
6. *Facta autem hac voce, convenit multitudo, & mente confuſa eſt, quoniam audiebat unuſquiſque lingua ſua illos loquentes.*
7. *Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes: Nonne ecce omnes iſti, qui loquuntur Galilæi ſunt?*
8. *Et quomodo nos audivimus unuſquiſque linguam noſtram, in qua nati ſumus?*
9. *Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Meſopotamiam Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Aſiam.*
10. *Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ eſt circa Cyrenen, & advenæ Romani.*
11. *Iudæi quoque, & Proſelyti, Cretes, & Arabes: audivimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei.*
12. *Stupebant autem omnes, & mirabantur ad invicem dicentes: quidnam vult hoc eſſe?*
13. *Alij, autem irridentes dicebant: quia muſto pleni ſunt iſti.*
14. *Stans autem Petrus cum undecim levavit vocem ſuam, & locutus eſt eis: viri Iudæi, & qui habitatis Ieruſalem univerſi, hoc vobis notum ſit, & auribus percipite verba mea.*
15. *Non enim, ſicut vos æſtimatis hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia.*
16. *Sed hoc eſt, quod dictum eſt per Prophetam Ioel:*
17. *Et erit in noviſſimis diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo ſuper omnem Carnem: & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, & iuvenes veſtri viſiones videbunt, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt.*
18. *Et quidē ſuper ſervos meos, & ſuper ancillas meas in diebus illis effundā de ſpiritu meo, & prophetabūt.*
19. *Et dabo prodigia in Cœlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum, ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi.*
20. *Sol convertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequā veniat dies Domini magnus, & manifeſtus.*
21. *Et erit: omnis quicunque invocaverit nomen Domini ſalvus erit.*
22. *Viri Iſraëlitæ: audite verba hæc: Ieſum Nazarenum, virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigiis, & ſignis, quæ fecit Deus per illum in medio veſtri, ſicut & vos ſcitis.*
23. *Hunc definito conſilio, & præſcientia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes interemiſtis.*
24. *Quem Deus ſuſcitavit, ſolutis doloribus inferni, juxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo.*
25. *David enim dicit in eum: Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi ne commovear.*
26. *Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultavit lingua mea inſuper, & caro mea requieſcit in ſpe:*
27. *Quoniam nō derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.*
28. *Notas mihi feciſti vias vitæ: & replebis me jucunditate cum facie tua.*
29. *Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha David quoniam defunctus eſt, & ſepultus: & ſepulchrum ejus eſt apud nos uſque in hodiernum diem.*
30. *Propheta igitur cum eſſet, & ſciret quia jurejurando juraſſet illi Deus de fructu lumbi ejus ſedere ſuper ſedem ejus.*
31. *Providens locutus eſt de Reſurrectione Chriſti, quia neque derelictus eſt in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem.*
32. *Hunc Ieſum Reſſuſcitavit Deus, cujus omnes nos teſtes ſumus.*
33. *Dextera igitur Dei exaltatus, & promiſſione Spiritus Sancti accepta à Patre effudit hunc, quem vos videtis, & auditis.*
34. *Non enim David aſcendit in Cœlum: dixit autem ipſe: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.*
35. *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.*
36. *Certiſſimè ſciat ergo omnis domus Iſraël, quia & Dominum eum, & Chriſtum fecit Deus, hunc Ieſum, quem vos Crucifixiſtis.*
37. *His autem auditis, compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apoſtolos: quid faciemus, viri fratres?*
38. *Petrus vero ad illos. Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum: & accipietis donum Spiritus Sancti.*
39. *Vobis enim eſt repromiſſio, & filiis veſtris, & omnibus qui longè ſunt, quoſcumque advocaverit Dominus Deus noſter.*
40. *Aliis etiam verbis pluribus teſtificatus eſt, & exhortabatur eos dicens: Salvamini à generatione iſta prava.*
41. *Qui ergo receperunt ſermonem ejus, baptiſati ſunt: & appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria millia.*
42. *Erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis, & orationibus.*
43. *Fiebat autem omni animæ timor, multa quoque prodigia, & ſigna per Apoſtolos in Ieruſalem fiebant, & metus erat magnus in univerſis.*
44. *Omnes etiam, qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia.*
45. *Poſſeſſiones, & ſubſtantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat.*
46. *Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione, & ſimplicitate cordis.*
47. *Collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui ſalvi fierent quotidie in idipſum.*

ARGVMENTVM.

CAPUT hoc in tres dividitur partes, Prima à verſ. 1. uſque ad 13. narratur in Pentecoſte adventus Divini Spiritus ſub ſpecie venti vehementis, ac linguarum ignearum, admirantibus cunctis de his, quæ videbant, & audiebant in Apoſtolis. In ſecunda parte deſcribitur prima admirabilis concio D. Petri à verſ. 14. uſque ad 42. cum magno fructu, in qua convertit tria millia hominum. In tertia parte à verſ. 42. uſque ad finem refertur ſancta, ac Religioſa vita primorum Chriſtianorum in multa oratione, & Charitate.

Actor. 2. *n.* 1. Cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco.

VERSIONES.

Syrus. Et cum completi eſſent dies, dum congregati eſſent omnes.

Arabicus. Cum completus eſſet dies Pentecoſtes, quinquaginta dierum erant omnes juxta prædictum modum.

S. Chriſoſth. Unanimiter congregati.

S. Auguſtin. Tempore, quo ſuppletus eſt dies Pentecoſtes, omnes ſimul fuerunt in uno.

EXPOSITIO I.

1\. ECce adimpleta promiſſio à Chriſto D. facta
ſuperiori capit. num. 8. de adventu Spiritûs
Sancti. *Cum complerentur dies Pentecoſtes* id eſt 50.
dies à Paſchate computandi, qui hoc ipſo die com-
Phraſis plebantur. Phraſi Hebræa dicitur compleri dies,
Hebraic. Luc. 2. quando advenit, & inchoatur. Ita Luc. 2. num. 21.
Poſtquam conſummati ſunt dies octo, id eſt die octa-
vo, & n. 22. *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis*,
id eſt cum adeſſet dies quadrageſimus. Per diem au-
tem Pentecoſtes intelligit D. Lucas celebre Feſtum
Judæorum, quod quotannis recolebant in memo-
riam acceptæ legis per Moyſen in monte Sinai
Exod. 19. Exod. 19. & etiam in gratiarum actionem pro novis
fructibus, quorum primitiæ, utpote duo panes of-
ferebantur; quæ fuerunt typus Chriſtianæ Penteco-
ſtes, in qua promulgata fuit lex Chriſti per Petrum,
& cæteros Apoſtolos, de quo quæſtione ſequenti.

2\. *Erant omnes*, ſcilicet Apoſtoli, ac diſcipuli, ac
cæteri fideles num. 120. de quibus fit mentio capi-
S. Cypr. te antecedenti verſ. 15. ut notant S. Cyprian.
S. Chryſoſt. S. Chryſoſthom. S. Auguſtin. S. Leo ſerm. de Spiri-
tu Sancto, & paret ex verbis Ioel num. 17. Quare
S. Leo. Beza. ineptè, & malè Beza reſtringit adventum Spiritûs
Sancti ad ſolos Apoſtolos, & etiam ab hoc adven-
tu Spiritus excludit B. Virginem, & ridet picto-
res, qui eam pingunt in medio Apoſtolorum: Hæ-
reticus valde imperitè loquitur, quia Apoſtoli
erant orantes *cum mulieribus, & Maria Matre
ejus, ac fratribus*, ut dicitur ſuperiori cap. verſ.
14. & cum his omnibus loquens Chriſtus eis pro-
Actor. 1. miſit Spiritum Sanctum eodem capit. 1. verſ. 8.
*Accipietis virtutem Spiritus Sancti ſupervenientis
in vos.*

3\. *Pariter.* Græcè *unanimiter*, D. Auguſt. *ſimul fue-*
Græc. *runt in uno*, nempe loco, Cœnaculo, & non ſolum
D. Aug. erant unanimiter ratione loci, ſed etiam animi,
D. Bern. unionis, ac charitatis; nam, ut ait D. Bernard. lib.
de modo vivendi ſerm. 41. *Plus diligitur Deus unione
animi, quàm loci.*

QVÆSTIO I.

Quare D. Spiritus venit in die Pentecoſtes.

PEntecoſtes vox eſt græca, & ſignificat quin- 4.
quagenarium, & cum hic liber Actorum ſcri-
ptus fuiſſet à D. Luca Græco idiomate, & de Græ-
co originali tranſmutatus in Latinum, tamen
hoc nomen Pentecoſtes in Græco permanſit, ob *Cur retinetur nomen Græcum.*
magnam multorum myſteriorum venerationem,
quæ ſub hoc nomine continentur; ut in ſimili
notat Rupertus in principio Apocalypſis, & ait: Rupert.
*Sola appellatio pulchrè intacta permanſit, videli-
cet ob excellentiam rerum, ſive Myſteriorum,
quæ hac Scriptura comprehendit: Sic Alleluja,
ſic Amen, Hebræa vocabula, ob dignitatem ſen-
ſuum in Græcis, & Latinis literis permanſerunt.*

Hoc Feſtum Pentecoſtes, quinquaginta diebus 5.
tranſactis à diebus Azimorum ac Paſchatis manda- *Feſtum Pentecoſtes cur datum.*
tum eſt à Deo Judæis celebrari ex duplici ratione.
Prima in memoriam, illo die quinquageſimo ab
egreſſu Ægypti, legis latæ per Moyſen in monte
Sinai Exod. 19. Secunda cauſa, in gratiarum actio-
nem pro novis illius anni fructibus, quos tunc, ut
jam maturos, metere incipiebant: Unde eorum
primitias, ſcilicet duos panes triticeos ex frugibus
illius anni Deo offerebant in die Pentecoſtes.

Quæ fuerunt typus, & umbra Chriſtianæ 6.
Pentecoſtes; nam numerus quinquagenarius ſi- *Multiplex excellentia legis gratiæ.*
gnificat pœnitentiam perfectam, ut ex multis
probat D. Hieronymus ferè ad initium libro 2.
in Iſaiam, Pſalmus quinquageſimus maximè ad
pœnitentiam pertinet. Dies Azimorum erant dies D. Hier.
mortificationis, & abſtinentiæ, quia, ut adver-
tit Origenes homil. 23. in Numeros, & latè pro-
ſequitur Ribera libro quinto de feſtis Hebræo- Ribera.
rum capit. 8. ad recipiendum Spiritum Sanctum
debet præcedere multa mortificatio, abſtinentia,
ac pœnitentia. Lex illa antiqua fuit data uni
homini Moyſi uno idiomate tantum Hebraïco, Actor. 2.
quia erat pro uno tantum populo; At Lex Evan- Origen.
gelica permulgata per duodecim Apoſtolos, at mul-
tos, & in lingua omnium, quia omnes gentes,
quæ ſub cœlo ſunt, audiebant eos loquentes in lin-
gua ſua quia hæc lex dabatur pro toto orbe, ac pro
omni gente: Lex illa antiqua fuit ſcripta in tabulis
lapideis; at Evangelica in cordibus diſcipulorum, &
ſic canit Eccleſia; *Flammantia facta ſunt corda eorũ.*
Illa lex antiqua ſcripta eſt in Tabulis, quæ confra-
ctæ, ac deſtructæ ſunt Exod. 32. n. 19. quia illa lex Exod. 32.
confracta, ac deſtructa eſt; Lex Evangelica data eſt
in Spiritu Sancto, *ut maneat vobiſcum in æternum.*
Ioan. 14. n. 16. Lex illa antiqua fuit data in deſerto Ioan 14.
in monte Sinai, Exod. 20. qui idem eſt ac *rubus*,
quia Lex illa fuit ruſticana, & gravis, ac ſpinoſa, & Exod. 20
valde deſerta gratiæ, quia nullũ ſecum dabat medium

ad juſtificationem; at lex gratiæ levis, & ſuavis data, ac publicata eſt in Jeruſalem & idem valet, Exod.2. *ac viſio pacis*, civitas valde nobilis, ac opulentiſſima, quia lex iſta gratiæ nobiliſſima confert, & opulentiſſima media gratiæ, & ſanctitatis per ſeptem ſacramenta ad juſtificationem, ad faciendam viſionem pacis cum Deo, utpote data per Salvatorem noſtrum Jeſum, & ſic dicitur Ioan. 1. n. Ioan.1. 17. *Lex per Moyſen data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Multæ aliæ excellentiæ legis gratiæ ſuper veterem, de quibus latè egi, in opuſculis opuſc. 1. reſol. 5. q. 1. per totum, videri poſſunt.

7. Deinde, ut jam dixi Feſtum Pentecoſtes erat mandatum Judæis pro maturis frugibus illius anni jam ut in proximo meterentur ſpirituales fructus, de quibus loquitur Chriſtus Ioan. 4. n. 35. dicens Ioan. 4. ſuis Apoſtolis: *Levate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt jam ad meſſem.* Qua allegoria explicat Chriſtus Dominus, ut notat D. Cyrillus, Alexandr. D. Chryſoſt. D. Auguſtin. & alij, quod ſpirituales ſegetes prædeſtinatorum Chriſti adventu erant proportionatæ ad ſalutem, poſtea vero Sanguine Chriſti irrigatæ, ac gratia Divini Spiritus adveniente, facti ſunt fructus maturi, & optimum triticum, ut congregetur ad horreum Chriſti Matth. 13. num. 10. Iudæi in die Pentecoſtes offerebant primitias fructuum. In hac etiam die prædicante D. Petro oblatæ ſunt primitiæ fidei Chriſtianæ, ſcilicet, tria millia animarum, quæ converſæ ſunt ad fidem infra n. 41. & ut exiſtimo, ſicut ex omni natione audierunt eos loquentes linguis ſuis, ſic ex omni natione converſi ſunt ad fidem. Iudæi in die Pentecoſtes offerebant duos panes triticeos: Sic in die Chriſtianæ Pentecoſtes oblati ſunt duo panes triticei perfectiſſimi, ut explicat Origenes homil. 23. in Numer. Multi ſcilicet converſi ex utroque populo Iudaico, ac Gentili, vel ut vult Radulphus lib. 16. in Levitic. cap. 4. per hos panes interpretatur amor Dei, & proximi, vel homo ſecundum ſe totum, animam ſcilicet, & corpus.

Spirituales primitiæ Chriſti. Math.13. Origen. Radulph.

8. Deinde Feſtum Pentecoſtes, feſtum eſt proprium Spiritûs Sancti, ejuſque pleniſſimum Iubilæum; nam quinquageſimum, quod dicit Pentecoſtes, denotat annum quinquageſimum, annum, ſcilicet, Iubilæi Levitic. 25. n. 10. in quo ſervi fiebant liberi, & omnes revertebantur ad ſuas majorum hæreditates, etiam ſi millies fuiſſent devenditæ, ita per Spiritum Sanctum redimus ad gratiam, ac ſocietatem Angelorum, ad libertatem captivitatis Dæmonis, & ad hæreditatem filiorum Dei, & ad poſſeſſionem amiſſam Cæleſtis Beatitudinis.

Pentecoſtes Iubilæum. Levit.25.

9. Multam deſolationem, ac deſtructionem deplorat Oſeas Propheta in populo Dei, quomodo accefacta eſſet vinea, & ficus, campi ſteriles facti, mores corrupti, derelicto Deo ſervientes Baalim; tamen Deus miſertus ſuper populum ſuum ait Oſeæ 2. n. 14. *Loquar ad cor ejus, & dabo ei vinitores ejus, ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam ſpem.* Multa promittit populo ſuo, ut erigatur in ſalutis ſpem ad recuperanda omnia dona perdita: promittit illi vinitores ex eodem loco, id eſt, Doctores, ac Magiſtros ex Regali Ieroſolimitana procreatos, ac natos; inſuper promittit *vallem Achor*, & poteſt referri ad pinguedinem ipſius vallis, qui erat fertiliſſimus omnium fructuum per quos denotatur abundantia omnium ſpiritualium donorum, vel poteſt referri ad tragediam Achor. Ioſue 7. n. 24. per quod ſignificat, quod Deus induceret ad pœnitentiam; ſed unde illis tanta felicitas? ante omnia ait: *Loquar ad cor ejus*, nempe per Spiritum Sanctum, ipſe enim eſt, qui pulſat ad cor noſtrum, & illuminat mentem ad pœnitentiam, & ad recuperanda, & augenda bona ſpiritualia. Noſter D. Cyrillus Alexand. ibi: *Perpende, ait, autem quomodo non prius data ſit ad aperiendam intelligentiam ejus vallis Achor, quam loqueretur ad cor ejus, nec enim Divina præcepta Iudæorum populus intelligeret, nec in typis Chriſti myſteriorum aſpexiſſet, niſi, & nos, qui credimus, communione Spiritus Sancti auctus, & ſuperna illuminatione dignatus fuiſſet.* A Divini Spiritûs influxu venit omnium cœleſtium donorum recuperatio.

Oſeæ 2. *Ab Spiritu Sancto omnia bona, & perdita recuperantur.* D. Cyrill. Alex.

QUÆSTIO II.

Quare poſtquam Chriſtus D. aſcendit in Cœlum non ſtatim miſit Spiritum Sanctum, ſed poſt tranſactos decem dies?

Poſtquam Chriſtus D. aſcendit in Cœlum, ut dicitur ſuperiori cap. 1. n. 14. erant Apoſtoli cum Beatiſſima Virgine Maria, ac mulieribus *perſeverantes unanimiter in oratione.* Ut ſua oratione, perſeverantia, ac continuatione, ſua fide in Verbis Chriſti, quibus tantum donum promiſerat, ſua ſpe firma in Chriſti promiſſione, ſua charitate, qua erant omnes unanimiter, ſe maximè diſponerent, ac præpararent ad tantum donum recipiendum, & hæc ſit prima ratio, cur Chriſtus D. poſtquam aſcendit in cœlum, non ſtatim miſit Spiritum Sanctum. 10.

Magna præparatio ad Spiritum Sanctum.

Secundò ſit ex his, quæ notat R. Moyſes filius Maymon in ſolutione dubiorum legis lib. 3. cap. 44. Deum ſtatuiſſe hoſce 50. dies ab egreſſu Ægypti, ante ſuum in Sina ad Moyſen, & populum adventum, ut per tot dierum moram ſui adventus, maximè ſui deſiderium in eis accenderet, *ſicut*, ait, *qui expectat viſionem amici, quem diligit ex animo annumerat dies, donec videat ipſum*, & poſtea veniens ipſe Amicus maximè gratus, ac perjucundus eſt ejus adventus, ita ex dilatata ſpe adventus Spiritûs, tunc cùm ipſe deſcendit, maximè gratus, ac perjucundus fuit ejus adventus: Et referunt hic graves Auctores, ſolitos fuiſſe Iudæos à Paſchate, uſque ad Pentecoſtem convenire in Synagoga, ibique poſt preces, ac benedictionem, proclamando numerare dies, ſcilicet, hic eſt primus, hic ſecundus, hic tertius, &c. quo ſignificabatur vehemens deſiderium Apoſtolorum, ac Diſcipulorum de adventu Spiritus Sancti in Pentecoſte. 11. R. Moyſ.

Tertiò Oecumenius ad caput 1. ad illa verba verſ. 5. *ut expectarent promiſſionem*, ſic ait, cùm Chriſtus aſcendit in Cœlum; *Non ſtatim deſcendit Spiritus, ſed poſt octo fortaſſe, aut novem dies, ut paululum contriſtati, & in deſiderio, ac neceſſitate conſtituti, purum, ac perfectum reciperent in ejus adventu gaudium.* Apoſtoli ex ſui chariſſimi Magiſtri abſentia, vehementi triſtitia ſunt affecti, ſic eis dixit Chriſtus: *Quia hæc locutus ſum vobis triſtitia implevit cor veſtrum: expedit vobis, ut ego vadam.* Ioann. 16. num. 6. Multa triſtitia premebantur Apoſtoli ex dilatato dono Spiritus Sancti, ex cujus præſentia multam omnium bonorum conſolationem ſperabant, ideo permittitur in eis tantus animi angor, ut inde ex ejus adventu lætitia eſſet ſuperabundans, ac ex omni parte ſuper omnem modum recrearet: *Ut paululum contriſtati, purum, ac perfectum reciperent in ejus adventu gaudium.* 12. Oecum. Ioan. 16.

Ex præcedenti triſtitia magnum gaudium.

Cum ex impia ſorte Ammon omnes Iudæi eſſent trucidandi, 13.

trucidandi, quod fuit cauſa ingentis doloris, & fletus, tamen auxiliante Deo interventu Reginæ Eſther revocatur impium decretum, Judæi vita ſunt donati, ac nobilitati à Rege Aſſuero, & inde à Mardochæo mandatum eſt, ut ille dies libertati ſummo gaudio à Judæis celebraretur per annos: *Iſti ſunt dies, quos nulla unquam delebit oblivio, & per ſingulas generationes; cuncta in toto Orbe Provincia celebrabunt; nec eſt ulla Civitas, in qua non dies Phurim, id eſt, ſortium non obſervetur à Iudæis, & ab eorum progenie.* Eſther. 9. n. 28. Maximè dubitant ibi interpretes, quomodo ibi in die tam feſtivo libertatis populi, nominatur Phurim, id eſt ſortium, qua ſorte exijt ab Aman, ut populus periret, quid habet feſtivitas libertatis cum ſententia damnationis? Reſpondent Sanchez, & Cornelius ibi: *Ut dum dies ille anniverſario reditu recurrit, periculi illius renovetur memoria, in quo fuerunt, & qualem habuerunt animorum conſternationem, & angorem, cum de ſortibus, ac dio nuntium accepere.* Ex tranſacta afflictione, ac tribulatione, magnum inde conſurgit gaudium.

Ex vehementi dolore grande gaudium. — Sanchez. Cornel.

14. Quartò, & maximè ad partem, decima die venit Spiritus ſanctus; nam decennarius numerus indicat legis complementum, quæ continetur in decem præceptis. Inter cætera mandavit Deus populo ſuo: *Et offeret pro peccato ſuo ſimila partem Ephi decimam,* Levit. 5. n. 11. *Ephi* erat menſura conſueta per decimam partem, quam mandavit Deus ſibi afferri: Allegoricè intelligit D. Iſychius totam legem completam. Decima autem die venit Spiritus ſanctus, ut denotaret, quod ſolum in illos, qui totam legem adimplent, ipſe deſcendit, eoſque ſuis donis illuſtrat; ſic dicitur Eccleſiaſt. 18. n. 23. *Ante orationem præpara animam tuam.* Obſervatione divinorum Mandatorum, ut ſancti Spiritus dono impleatis. Sic ait D. Bernard. ſerm. 69. *Qualem te præparaveris Deo, talis tibi apparebit Spiritus Dei.*

Levit. 5. — Iſychius. — *D. Spiritus venit in obſervantes legem.* — Eccl. 18. — D. Bern.

15. Ait Chriſtus D. Ioan. 14. n. 23. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit;* & Poſtea: *Paraclytus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia.* Ibid. n. 26. Illud maximè notandum, quod antequam agat de adventu Spiritus ſancti, ipſumque promittat à Patre mittendum, tamen prius agit, & proponit obſervationem mandatorum ejus: *Sermonem meum ſervabit.* Ut apertè denotaret, quod ſolum Spiritus ſanctus deſcendit, & implet ſuis donis eos, qui ejus præcepta ſervant; ſic ait noſter D. Cyrillus in præſenti; *Non quibuſcumque promittitur Spiritus ſanctus, ſed obſervantibus præcepta ejus.*

Ioan. 14. — *Servantibus Dei verba promittitur Spiritus.* — D. Cyril.

Act. 2. n. 2. Et factus eſt repente de cœlo ſonus, tanquam advenientis Spiritus vehementis, & replevit totam domum, ubi erant ſedentes.

VERSIONES.

Syrus. Et fuit de repente ex cœlis vox.

Arabic. Auræ ſonitus, quaſi proveniens ex venti turbine, &c. in domo, in qua erant commorantes.

Æthiop. Venit ſtrepitus, ſicut Spiritus ſanctus.

S. Dionyſ. Alex. Sonus magnus, & ita ut concuſſa ſit tota domus.

Vatabl. Tanquam ſimilis flatui violento, qui fertur.

Pagnin. Tanquam impetu venientis.

D. Cyprian. D. Aug. Et factus eſt ſubito de cœlo ſonus, quaſi ferretur flatus vehemens.

D. Gregor. Nyſſen. Et domicilium Apoſtolorum repleverat.

EXPOSITIO II.

Factus eſt repente de cœlo ſonus. Syrus *ex cœlis vox.* Hic ſonus fuit & tanquam vox excitans animos Apoſtolorum ad devotè, ac reverenter excipiendum Spiritum ſanctum, & ut vox clamans, ac convocans Judæos ad Cœnaculum, ubi tanta mirabilia fiebant, & de quo quæſt. ſequenti. *Repente* ut primo denotaretur, quod dona, quæ divinus Spiritus infundebat, non erant ex merito, ſed ex mera gratia ſua efficacia repente mutat cor hominis, ut repente mutavit Saulum, in Paulum: deinde etiam, ut innueret, quod divinus Spiritus vult in ſuis miniſtris celeritatem, ac agilitatem: *Neſcit tarda molimina Spiritûs ſancti gratia. Replevit totam domum* explicat Lyranus *claritate* quod intelligo, non ſolum interius, ſed exterius, ut multi venirent ad prædicationem Petri, per domum intelligitur Cœnaculum. 16.

Syrus. — *Cur repente.* — Lyran.

Ubi erant ſedentes. Caietanus de propria ſeſſione explicat, quæ maximè ad quietem mentis pertinet. At cum dicitur *Ubi erant ſedentes* intelligo à parte antea, antequam factus eſſet ſonus; nam adveniente divino Spiritu, Apoſtoli, vel more Judæorum pedibus ſteterunt, vel genibus flexis, ut reverenter, ac cum multa ſubmiſſione tantum donum exciperent, ſic & canit Eccleſia in feſto Pentecoſtes: *Orantibus Apoſtolis Deum veniſſe nuntiat,* favetque pictura Eccleſiæ, ejuſque communis uſus, dum cantatur *Veni Creator Spiritus,* quod fit genuflexo. 17.

Caietan. — *Uſus Eccleſiæ.*

QUÆSTIO III.

Quare divinus Spiritus venit cum tam vehementi, ac forti ſono?

Ait Textus: *Factus eſt de cœlo ſonus tanquam advenientis Spiritûs vehementis.* Multi, & graviſſimi AA. ut Caiet. Lorin. Menochius, & alij per Spiritum vehementem, valde probabiliter intelligunt verum, & realem ventum; tamen inhærendo proprietati verborū Textûs, videtur quod non fuerit proprius ventus, ſed aliquis ſonus, ut fit colliſione duorum corporum, vel alarum avium cum volant; Textus ait: *Factus eſt ſonus tanquam Spiritus vehementis.* Illud *tanquam* denotat non proprietatem, ſed ſimilitudinem; ſicut dicitur infra: Apparuerunt illis *tanquam linguæ igneæ,* non fuerunt propriæ, ac reales; ſed ſimilitudinis, ac ſpecies, & favent Verſiones, Æthiopicus *venit ſtrepitus,* D. Auguſt. D. Cyprian. *Flatus vehemens.* 18.

Caietan. Lorin. Menoch. — *Non ventus, ac realis ventus, ſed ſtrepitus.* — Æthiop. D. Aug.

Iſte ſonus fuit vehemens, ut excitaret, ac præpararet corda Diſcipulorum ad excipiendum Spiritum ſanctum, & ut ſimul impelleret Judæos, ut ad Cœnaculum concurrerent, ubi tot mirabilia fiebant, & ut indicaret tanquam in ſymbolo ſonus prædicationis Evangelicæ ex adventu Spiritûs ſancti. *In omnem terram exivit ſonus eorum.* Pſalm 18. 19.

Cur ſonus?

De cœlo venit ſonus, ut fieret manifeſtum, quod Chriſtus D. erat in Cœlo ſedens ad dexteram Patris, ut notavit Oecumenius, *Factus eſt repente de cœlo ſonus,* & ait: *De cœlo autem propter multum impetum, ut oſtendat opus fuiſſe ejus, qui aſſumptus eſt in cœlum.* Cum Chriſtus D. aſcenderet in cœlum nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum in ipſa regione aërea, & quia humana viſio pertingere non potuit ejus ingreſſum in gloria, miſſo Spiritu ſancto de Cœlo manifeſtatur, ſuam per excelſam gloriam, quam Chriſtus poſſidet ad dexteram Patris, magni- 20.

Oecum. — *Chriſtus manifeſtat ſuā gloriam benefaciendo.*

ficis donis in nos collatis oſtendit, & declarat.

21. *Factus eſt repente de cœlo ſonus.* Ut multis placet, venit divinus Spiritus in forma, ac figura venti, & ignis, & cur ventus ad hoc miniſterium aſſumitur à divino Spiritu? Ventus inter omnia ſenſibilis velociſſimus, nulloque obſtaculo retineri valet, ut notat Geminisnus lib. 5. de exemplis cap. 73. Ideo divinus Spiritus cum tali forma venit in Apoſtolos, quia ſuos Miniſtros, ut ponderat Beda, celeres, ac veloces vult in ſuo negotio contempto omni humano impedimento, & in igne, qui vehementi impetu rapitur, ut in ſuis flammis, tanquam alis ſurſum aſcendit; formaturus ergo divinus Spiritus Apoſtolos ſuos miniſtros, ita celeres, ac diligentes vult, ut tanquam aſſumptis alis in ſuo munere volitent. In igne, & vento, qui ſuo motu maximè ſolet ignem accendere, in igne, ut ardeant Charitate; vento, ut magis inflammentur. Vide tom. 2. Evang. c. 8. q. 12. n. 96. vocantur Petrus.

Deus vult ſuos miniſtros celeres, ac diligentes.

22. *Factus eſt ſonus.* D. Cyril. Jeroſolymit. Catech. 16. ait: *Tanquam tuba cœleſtis intonuit, ſignificans præſentiam illius, qui hominibus id concedit, ut regnum Cœlorum vi rapiant.* Sonus ille fuit tanquam claſſicum quid, ac tubæ, quæ è cœlo canitur, ut bellum cum Diabolo, ac ejus miniſtris continenter gerant homines, quibus datur, ut vi rapiant cœlum, in bello autem non eſt otium, ſed multum negotium.

D. Cyril. Ieroſol.

Servus Dei militat in Caſtra virtutu.

23. Hinc ait Paulus 2. Timoth. 2. n. 4. *Nemo militans Deo implicet ſe negotijs ſæcularibus.* Ex quo maximè laudat D. Chryſ. prudentiam Apoſtoli, qui ſuos diſcipulos, ac Chriſtianos dicit tanquam milites, qui maximè ſunt veloces, ac parati ad cædem, mortem, ac effundendum ſanguinem, & non ſe implicant *negotijs ſæcularibus*, nempe oblectationibus, ac delectationibus; quæ ſunt negotia ſæcularia; & ad hujus rei guſtum ait Apoſtolus Petrus 2. cap. 1. n. 14. *Velox eſt diſpoſitio tabernaculi mei.* Agnoſcebat Apoſtolus jam in proximo reſolutionem ſui corporis eſſe, quod appellat tabernaculum, quod, ut notat Benedictus Juſtinian. vel inſervit militibus in bello, vel paſtoribus in vigilia; Inde Apoſtolus ſuum corpus appellat tabernaculum, quod non inſerviebat ei, niſi tanquam militibus in perpetuo, ac continuo bello, ac paſtoribus in diuturna, ac perenni vigilia ſuper gregem.

2. Tim. 2.
D. Chryſoſt.

Servi Dei ſunt tanquam milites in bello.

2. Petr. 1.

Bened. Iuſtin.

24. Ad ſuam dilectam loquens ſponſus ait: *Terribilis, ut caſtrorum acies ordinata,* Cantic. 6. n. 9. Quid habet tenera Virgo cum caſtris, ut ſciat ſibi laborandum, ac inſudandum, quo virtutem aſſequatur, etſi corpuſculo tenui, ſic ait Philo lib. 2. Allegoriar. *Caſtris enim illud fecit ſimile, cui non eſt integrum pacem admittere.* Nulla viro probo pax cum vitio eſſe poteſt: laborando, ſudando, paratur magna virtus, nec aliter cum multa felicitate victoriam ſibi comparat.

Philo.

Virtus pugnando vincit.

QUÆSTIO IV.

Quare cum divinus Spiritus multis, & varijs figuris apparuiſſet, hic tamen mirabilius ſuper omnes.

25. IN primo rerum opificio deſcribitur Spiritus Domini ſuper aquas, & hic etiam in primo exordio Eccleſiæ Chriſti dicitur adeſſe, valde tamen diverſimodè. Illis dicitur: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Geneſ. 1. n. 2. quaſi dicetetur, tanquam non ſua ſponte, ſed quaſi tractus *ferebatur*: at in præſenti ac ſi ſpontaneè deſcendens: *Tanquam advenientis Spiritus vehementis.* Unde tanta differentia? Illic *ferebatur ſuper aquas*, quæ labores, ac tribulationes, per ſe indicant. *Non me demergat tempeſtas aquarum*, hic vero ſuper Apoſtolos veniebat, ut eos ſuis donis adimpleret, Deus ad inferenda ſupplicia valde moroſus, ad conferenda beneficia multum promptus, ac velox. Pſal. 68.

Deus ſpontaneus ad beneficia, invitus ad ſupplicia.

Gen. 1.

26. Apparuit divinus Spiritus in ſpecie Columbæ cùm Chriſtus baptizaretur in Jordane: Vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut Columbam, & venientem ſuper ſe, Math. 3. n. 16. in Jordane etſi multi homines ibi adeſſent, tamen ſuper unum Chriſtum Jeſum deſcendit, & ideo à circunſtantibus, nec ſentitur, nec auditur divinus Spiritus, cum ſuper unum ſolum deſcendiſſet; At hic advenit ſuper omnes, qui aderant in Cœnaculo irrorans eos ſuis donis, ita ut omnes, in Jeruſalem ex ſonitu, ac luce nitente in Cœnaculo ad ipſum concurrerent ad videnda mitsbilis, quæ ibi fiebant. Aliter reſpondet D. Gregor. Mag. homil. 30. in Evangelia, venit ſuper Chriſtum in ſpecie Columbæ, ut *peccata hominum manſuetudine toleraret: ſuper Diſcipulos in igne, ut qui erant ſimpliciter homines, ac peccatores, eos contra ſemetipſos ſpiritualis fervor accenderet.* Ut ſic fierent maximè grati, & acceptabiles Deo.

Math. 3.

Deus particularibus occultè, pluribus publicè.

D. Greg.

27. Tertiò cum Chriſtus D. oſtendiſſet ſuam gloriam in monte Thabor coram tribus ſuis Apoſtolis: *Ecce nubes lucida obumbravit eos*, Math. 17. n. 5. Multorum Patrum eſt ſententia, quod erat Spiritus ſanctus in figura nubis illius; & ad quid tunc apparuit D. Spiritus in figura nubis? D. Chryſoſt. ut animaret, ac corroboraret Apoſtolos in magnitudine tantæ viſionis, ac etiam ad eos illuſtrandos, ac illuminandos in excellentia tantorum Myſteriorum, ac voce Patris intonantis: *Hic eſt Filius meus dilectus:* At in præſenti venit Spiritus ſanctus, non ſuper tres, ſed ſuper omnes, qui erant in Cœnaculo fere 120. ad ipſos illuſtrandos, ac illuminandos, & per ipſos totum mundum: non facio hic mentionem de illo, quod ſcribitur Joan. 20. n. 12. quod Chriſtus D. dixit ſuis diſcipulis: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis,* &c. quia ibi non apparuit Spiritus ſanctus in aliqua viſibili forma, ſed data fuerunt ejus dona ad remittenda peccata.

Math. 17.

D. Chryſoſt.

Ioan. 20.

28. Inter omnes has apparitiones, inter quas ſe oſtentavit, hæc, qua hodie in figura ignis, illuſtrior cæteris fuit. Venit hic divinus Spiritus ad inflammanda corda Diſcipulorum in amore, ad illuminandas, ac illuſtrandas eorum mentes in omnibus myſterijs fidei ut dixit Chriſtus D. Ioan. 14. n. 25. *Hæc locutus ſum vobis apud vos manens: Paraclytus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia.* Venit hic divinus Spiritis, ut ſuos diſcipulos redderet agiles, & fervidos ad prædicandum Evangelium per totum mundum, ac ad docendum omnes; ipſoſque Apoſtolos fortes, ac conſtantes crearet contra omnem malitiam, ac nequitiam tyrannorum, ipſoſque impleret, ac impinguaret omnibus ſuis cœleſtibus bonis.

Hic adventus Spiritus ſancti illuſtrior alijs.

Ioan. 14.

29. Cur hic adventus Spiritus ſancti tam manifeſtè reſplendet ſuper cæteros? In alijs non legimus orationem præceſſiſſe in circunſtantibus, nec in hominibus apud Jordanem, nec in Apoſtolis fulgente gloria in monte Thabor, at verò modo in Cœnaculo *Erant omnes unanimiter perſeverantes in oratione.* Superiori cap. n. 14. & canit Eccleſia: *Orantibus Apoſtolis Deum veniſſe nunciat:* Oratio autem valde potens, & efficax eſt, ut Deum cum omnibus ſuis donis ad ſe alliciat, ac trahat.

Oratio miris modis Spiritum ſanctum ad ſe attrahit.

30. Cum tres illi ſanctiſſimi pueri eſſent miſſi in fornacem ardentem, ſcilicet Anania, Azaria, & Miſael, & audiſſet impius Rex, quod eſſent illæſi, & eos ignis non tetigiſſet, accedens ad fornacem clamat:

Ecce

Ecce video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in
medio ignis, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei. Da-
Dan.3. D.Hier. niel.3. n.92. Valde mirum, quod ad hos tres pueros,
deſcendat, & veniat ipſe Filius Dei! & D.Hieron.
tenet quod erat ipſemet Filius Dei, quod de nullo
alio ſimile legitur in veteri teſtamento, ut cum eo
appareat, ac videatur Filius Dei. De Joſeph ob ſuas
præclariſſimas virtutes dicitur Geneſ.39. n.2. *Fuit*
Dominus cum eo. Ipſum nempe dirigendo, ac cum
ſua protectione gubernando per ſuam internam mo-
D.Chryſoſt. tionem, ut explicant D.Chryſoſt. D.Auguſt. & alij;
D.Aug. At cum his tribus pueris non ſolum adfuit Deus
præſens per inſpirationem, ſed ipſemet Filius Dei
adſtitit cum eis: Unde tam peculiari favore erant
ipſi in oratione, *laudantes, ac benedicentes Deum*, &
Oratio ad ſe adducit Filiū Dei. ipſamet oratio extitit tam valida, ac magnifica, ut
Filium Dei ad ſe vocaret, ac adduceret: *Species quar-*
ti ſimilis Filio Dei.

35\. Et quid mirum, quod ipſa oratio ſit tam potens,
ac efficax, ut imperium, ac veluti dominium habeat
3.Reg.18 in Cœlo. Dixit patens meus Elias, 3.Reg.18. n.1.
Vivit Dominus Deus Iſrael, in cujus conſpectu ſto,
ſi erit annis his ros, aut pluvia, niſi juxta os meum.
Duo ſunt valde notanda, unum, quod claudat Cœ-
lum; aliud, quod poſt clauſum non ſit reſerandum
niſi per vocem, & imperium ſuum. Hoc apertè in-
Oratio clavis cœli. dicant illa verba *Niſi per os meum*, ac ſi clauſura cœ-
lorum duratura ſit uſque dum Elias os ſuum aperuit;
& quomodo aperuit, oratione nempe, ut ait Jaco-
bus Apoſtolus in ſua Canonica cap.5. n.18. & rur-
ſum oravit, *& cœlum dedit pluviam, & terra dedit*
fructum ſuum. Oratio Prophetæ fuit clavis, quæ clau-
ſit, & aperuit coelum, tam imperioſa eſt oratio, D.
D.Aldhelm. Aldhelmus lib. de Virg. cap.10. ait: *Spiritu afflatus*
Elias, cœli clauſtra, & nimborum obſtacula patefecit.

Act.2.n.3. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum.

VERSIONES.

Syrus. Viſæ ſunt diſpertitæ linguæ, & ſederunt ſuper unum ex eis.

Tigurin. Vatab. Apparuerunt illi diſſectæ linguæ.

D.Chryſoſt. Apparuerunt illis diviſæ linguæ ſicut ignis, inſedit ſuper unumquemque eorum.

D.Cyprian. Diſpertitæ linguæ ſectili forma, & diſſectæ.

EXPOSITIO III.

32\. Lyran. A*Pparuerunt illis* viſibiliter oculis corporali-
bus, ut advertit Lyranus, *Diſpertita lingua*; à
viſibili, & exteriori ſigno tranſit Evangeliſta nar-
rare interiorem, ac inviſibilem gratiam, quam Spi-
ritus ſanctus communicavit, *Diſpertitæ linguæ tan-*
quam ignis in genitivo, *diſpertita*, ſeu, ut habent
aliæ Lectiones, *Diviſa, Diſſecta*, & fortaſſe omnes
conglomeratæ, veluti in quodam globo deſcende-
runt, & poſtea cum appropinquaſſet, diviſus, ac diſ-
perſus eſt in varias ſimilitudines linguarum ille
globus.

33\. *Tanquam ignis.* Non erat verus ignis, ſed lin-
guæ illæ ſpeciem ignis, ac ſimilitudinem referebant.
Et ſedit, dicitur ſedit, quod notat permanentiam,
quia Spiritus Divinus dabatur, *ut maneat vobiſcum*
in æternum, Joan.14. n.16. ſuper ſingulos eorum,
omnes ſuis donis adimplens.

QUÆSTIO V.

Quare Divinus Spiritus venit in figura linguarum ſuper Apoſtolos?

PRimo mihi videtur, quod voluit hoc viſibili ſi- 34.
gno oſtendere id, quod erat prædictum in Scri-
ptura, ac à Chriſto promiſſum; nam de Doctoribus
Canonicis dicitur: *Lingua mea calamus ſcribæ ve-*
lociter ſcribentis, Pſalm.18. n.2. quia eorum linguæ Pſal.18.
ſunt tanquam calamus qui ab ſcribente, ſeu à Spiritu
ſancto dirigitur, ac gubernatur: ſuis Apoſtolis dixe-
rat Chriſtus, quod ante Reges, & Præſides nolite
cogitare quid loquamini, *ſed Spiritus Patris veſtri,*
qui loquetur in vobis, Math.10. n.20. Et in diſputa- Math.10
tionibus, ac controverſijs cum adverſarijs, ac inimi-
cis, ait Chriſtus: *Ego dabo vobis os, & ſapientiam,*
cui non poterunt reſiſtere, ac contradicere omnes ad-
verſarij veſtri, Luc.21. n.15. Ubi habemus os, alij Luc.21.
legunt linguam; & tandem Chriſtus D. ait Marc.16. Marc 16.
de ſuis diſcipulis *linguis loquentur novis.*

Venit ergo Dominus Spiritus in linguis, ut hoc 35.
viſibili ſigno oſtenderet ſuam virtutem promiſſam,
nempe doctrinam Apoſtolorum, eorumque verba
eſſe ab ipſo dictante, ac dirigente, & coram Regi- *Viſibili ſigno demonſtratur virtus promiſſa.*
bus, ac tyrannis, non ipſi Apoſtoli, ſed ipſe Spiritus
in eorum linguis loquebatur, ſic etiam in contradic-
tionibus adverſariorum, & quod ex ipſius advento
loquebantur tam varijs, ac diverſis linguis omnium
Nationum.

Secundò D.Greg.Magn.lib 2. Paſtoral. c.4. ſic lo- 36.
quitur: *Super Paſtores primo, in linguarum ſpecie, Spi-* D.Greg.
ritus ſanctus inſedit, quia nimirum quos repleverit de
ſe protinus loquentes facit. Merito divinus Spiritus
in linguarum figura ſupra primos Paſtores deſcendit,
ut cum ipſi antea eſſent piſcatores, & imperiti venit
ad eos, ut opportunè loquendi facultatem, ac docen-
di ſcientiam, ac doctrinam acciperent; nam cùm ad
animarum regimen, nempe ad artium artem, ex hu-
mili piſcatorum exercitio aſſumerentur, neceſſarium *Multa ſcientia in paſtoribus.*
erat, ut ab Spiritu ſancto illuminarentur ad tantum
munus debitè exequendum. *Spiritus ſanctus vos do-*
cebit omnia, & ſuggeret vobis omnia. Ioan.14.

Tertiò D.Proſper epiſt. ad Demetriadem circa fi- 37.
nem ait: *In ſpecie linguarum apparuit ignearum, ut* D.Proſp.
dubium non eſſet, per ipſius inſpirationem utilem af-
fectum, rationabilem ſermonem, animis fidelium mi-
niſtrari. Venit divinus Spiritus implens Apoſtolos *Lingua virtutis animi index.*
ſua interna virtute, ac etiam in externa linguarum
ſpecie, ut ex eorum recta lingua, ac rationabili ſer-
mone ipſorum interna virtus patefieret, ac manifeſta-
retur. Expende verbum *ut dubium non eſſet*, quod
ipſa ſancta, ac bona lingua locutio, index demon-
ſtrans eſt animi latentem virtutem.

Quartò D.Chryſolog.ſerm.2.Pent. ponderat quod 38.
ad Ezech.3.n.1. dicitur: *Comede volumen iſtud, &* Ezech.3.
vadens loquere filijs Iſrael: at Apoſtolis Chriſti *ap-*
paruerunt diſpertitæ linguæ, tunc ſic ait Sanctus Do- D.Chryſolog.
ctor: *Cur igitur illic liber, & litera; hic verò linguæ,*
& ignis? Quod ille quidem ubi erat inſectaturus peccu-
ta, calumitateſque Iudaicas ploraturus: Hi verò pec-
catu orbis terrarum abſumpturi erant. Ubi erant *Vox Domini efficax ad omnia trahenda.*
peccata rememoranda, & ferreo exaranda ſtylo, ut
in æternum punirentur: At ubi totius univerſi Orbis
malitia deſtruenda, & mundus ad viam ſalutis addu-
cendus; una ſola cœleſtis lingua, ſeu vox perficere
valet. Dicitur Pſalm.28.n.9. *Vox Domini præparan-* Pſal.18.
tis cervos. Legit D.Baſil. *Vox Domini præparans, &* D.Baſil.
abſolvens cervos ab omni peccatorum ligamine, *re-*
velabit condenſa, etiam obſtruſa vox Domini revela-
bit, & adducet ad ſe.

Quintò

39\. *D.Chryſoſt.* *Vbi adeſt divina Virtus, nō eſt neceſſaria humana lingua.*

Quintò D.Chryſoſt. homil. 2. de ſancto Romano ait: *Habebant & linguas Apoſtoli, ſed ut operantis virtus judicaretur lutum otiabatur, & ignis cœleſtis loquebatur.* Cur Spiritus ſanctus veniens implens Apoſtolos apparet illis inſidens ſub forma linguarum? ſine dubio, ut oſtendatur, quod otioſa ſit carnea, luteaque lingua, vel Spiritus ſancti afflat virtus, quæ de linguis voces educit Divinas, ut viſum eſt in ſancto Romano, qui amputata humana lingua mirabilia loquebatur.

40\. Nicetas. *Deus in ſe prius demonſtrat formam, quam in ſuis amat.* Math. 9. D.Paſch.

Sextò, Nicetas oratio.41. Nazianzeni ſic loquitur: *Igneas linguas conſpicati ſunt, non quod ſimilis lingua Divina figura ſit, ſed quia circa linguam futura erat Spiritus operatio.* Vide, & conſidera quàm perfectum, & efficax ſit divini Spiritus magiſterium, veniebat ipſe ut in hominibus impolitis linguarum ſplendorem excitaret, inde non mirum eſt, quod in ſe eam formam demonſtret, quam diſponit in alijs excitare, quod in alijs vult ſplendere, prius ipſe in ſe præmonſtrat: Tranſiens Jesus vocat Math 9.0.9. D.Paſch.lib.5. in Math. ait: *Ad hoc quippe*, ait, *ut ipſe de hoc ſaeculo tranſiens ad aeterna quantocitius feſtinet.*

41\. D. Greg. D.Bern. D.Naz. *In prædicatione de ſanctiſſima Trinitate agendum.*

Septimò: Lingua ſymbolum eſt Spiritûs ſancti, à Patris verbo procedentis, ut ait D.Gregorius homil. 30. in Evang. & ait: *Sicut verbum mentis producit vocem lingua, ſic à divino Verbo ſpiratur, & producitur Spiritus ſanctus.* Similia habet D.Bernard. ſer. de ſeptem donis Spiritûs ſancti ſect.1. cap.8. & ita etiam ſ.tè D.Gregorius Nazianzenus oratio.44. de Pentecoſt. per linguam exiſtimat denotari unionem, & vinculum, quod eſt inter Filium, & Spiritum ſanctum, & iterum ſicut lingua eſt ejuſdem naturæ cum ore, ac cæteris membris, ita Spiritus ſanctus eſt conſubſtantialis Patri, & Filio, ut, quaſi lingua eorum, nobis ſecreta, & occulta arcana annunciat, ſecundum illud 1.Cor.12.n.3. *Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto.* Ita D.Gregor. citatus: Venit Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos ad prædicandum Evangelium, quia lingua ſit ſymbolum Sanctiſſimæ Trinitatis, innuens quod de hoc altiſſimo Myſterio maximè gentes erant inſtruendæ, & ideo quando Chriſtus mandavit ſuos Apoſtolos docere omnes de hoc ſublimi Myſterio facit mentionem *In nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti.* Math. ultimo.

42\. D.Leo. *Spiritus ſāctus ex unitate cognoſcitur in ſuis.* Ioan. 20.

Octavo D.Leo ſerm.1. in Pentecoſt. ſic ait: *Nec dubium ſit, in illo omnium linguarum vocum conventu majeſtatem Spiritûs ſancti fuiſſe præſentem.* Apparuerunt multæ, & diſpertitæ linguæ, quibus omnium gentium infundebantur linguæ ad prædicationem Evangelicam, & quamvis in eis eſſent tam diverſæ linguæ, ſumma erat animarum unitas, ex quo: *Nec dubium erat Majeſtatem Spiritus ſancti fuiſſe præſentem:* Ubi eſt unitas, ibi certo adeſt Spiritus ſanctus, & ipſe ſuis miniſtris infundit unum Spiritum, eadem unitate; eodem amore, charitate, uno ſermone, ac lingua: Poſt Reſurrectionem apparens Chriſtus ſuis Apoſtolis Joan.20.n.22. *Inſufflavit, ac dixit eis accipite Spiritum ſanctum.* Ut ibi notavi, non dixit unicuique in particulari, Petro, vel Joanni, accipe Spiritum ſanctum, ſed omnibus ſimul *accipite Spiritum ſanctum*, ut ſignificaretur, quod omnibus dabatur unus, atque idem Spiritus, ſic & in præſenti: *Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, ſeditque ſuper ſingulos eorum*, non dicitur *ſederunt*, ſed *ſedit* in ſingulari, ac ſi in eis una tantum eſſet lingua.

43\. Pſal.67. Iſai.56.

Dicitur Pſalm.67.n.24. *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo.* Valde vulgare eſt, quod per canes prædicatores, ac Doctores intelliguntur juxta illud Iſaiæ 56. n.10 *Speculatores ejus cæci omnes.* Quo poſito: Maximè notandum Prophetam non dixiſſe *linguas canum tuorum*, ſingulis canibus ſingulas linguas attribuens, ſed tantum ait: *Lingua canum*, multis, ac omnibus canibus unam adſcribens linguam, ut denotaretur, quod omnibus Doctoribus unus eſt ſenſus, una lingua in myſterijs Fidei explicandis, in doctrina tradenda, ſive etiam in vitijs, ac peccatis arguendis, ac increpandis.

Prædicatores Evangelici habēt unū ſermonem.

44\. Cant. 3. Septuag. Pagnin.

Cantic.3.n.7. dum deſcribuntur Eccleſiæ Doctores, ac Miniſtri, dicitur: *Ferculum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi.* Tam Septuaginta, quam Hebræi Codices *gladius* habetur in ſingulari, & ita Pagnin. legit *Omnes ipſi tenent gladium*, præclarum documentum Eccleſiæ Doctoribus *Gladius eſt verbum Dei*, omnibus illis eſt unicus, ac idem gladius Verbi Dei, unica, ac eadem doctrina, eademque conformitas in omnibus habenda.

QUÆSTIO VI.

Quare Spiritus ſanctus deſcendit ſuper Apoſtolos linguis igneis?

45\. *Aliquorum ſententia.*

Linguæ diſpertitæ tanquam ignis: Graves ſunt Auctores, qui exiſtimant verum fuiſſe ignem; nec obſtat quod dicatur tanquam ignis; quia ſæpe illa vox *tanquam*, & *ficus* non denotant ſimilitudinem, ſed veritatem, ut cum dicitur: *Vidimus gloriam ejus quaſi unigenitis à Patre.*

46\. *Non verus ignis.* Math.3. Caietan.

Tamen ſimpliciter mihi videtur verius non fuiſſe verum ignem, ſed illius ſimilitudinem; nam in Græco tanquam ignis eſt in genitivo, & ſicut linguæ non fuerunt veræ linguæ humanæ, & carneæ, ſed earum ſimilitudines, ſic & ignis non fuit verus ignis, ſed illius ſimilitudo; ſicut in Baptiſmo Math.3. *Vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut Columbam*, ubi communiter Doctores tenent, ut dixi ſuo loco, non fuiſſe veram Columbam, ſed illius ſimilitudinem, ſic & in præſenti erat ſimilitudo ignis, ut explicat Caietan. in colore rubro, ſecundo in fulgore, tertio in volubilitate, & motu. Ad quæſtionem.

47\. *In Prædicatore ſcientia, & charitas.* Luc. 12. D. Greg. D.Chryſoſt. Origen. D.Ambr.

Primò, venit Spiritus ſanctus in *linguis igneis*. In *linguis* ad loquendum in mente ad ipſam illuminandam, ac inſtruendam in omnibus Myſterijs; in igneis ad inflammandam, & accendendam voluntatem in amore, ac charitate Dei, atque proximi, quæ maximè neceſſaria ſunt in Doctore, ac Prædicatore, ait Chriſtus. D.Luc.12.n.49. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi ut accendatur.* Per ignem intelligunt. D. Greg.homil.30. in Evang. D.Chryſoſt.homil.8 in Math. Origenes homil.1. in Exod. D.Hieronym.ad cap.5.Ezechiel. D.Ambroſ. ad citatum locum Luc. & alij interpretantur Spiritum ſanctum, & ait Chriſtus: *Quid volo, niſi ut accendatur*, ut nempe ſua luce illuminet mentem, & ſuo ardore inflammet voluntatem.

48\. D.Cyrill. Gen. 3. *Benignitas Apoſtolica triumphat de pœna, ac rigore peccati.*

Secundo D.Cyrill.Jeroſol. Catech.17. ſic ait: *In ſpecie autem linguarum ignearum ſedit ſuper illos, ut nova Corona ſpirituales per linguas igneas imponerentur capiti illorum: gladio igneo antea prohibebat ingreſſum Paradiſi; ignea autem lingua ſalutarem præſtitit gratiam.* Conſiderat Sanctus Pater, quod olim Deus, ut hominibus prohiberet ingreſſum in Paradiſum *collocavit Cherubim, & flammeum gladium*, Geneſ.3. In limine Paradiſi, ne aliquis valeat introire, ponitur flammeus gladius: In limine autem alterius Paradiſi Eccleſiæ Chriſtianæ ponuntur linguæ igneæ, ut Paradiſum aperiant; igneus gladius in pœnam peccati rigoroſè clauſit Paradiſum, una lingua humana ignea plena gratiæ, ac benignitatis Spiritus ſancti eum facit omnibus patentem *ut*

nova

nova corona ſpirituales per linguas igneas imponirentur capiti illorum. Antiquitùs, ut tradit Laurentius Lucenſ. de moribus Roman. aſſert. 18 in triumphantium Coronis trophæa Victoriæ depingebantur, ſic in capitibus ſacrorum Apoſtolorum linguæ igneæ tanquam coronæ imponuntur, quia ipſis de rigore, ac pœna peccati glorioſam victoriam reportarunt.

Lucenſ.

49. Tertio Iſidorus Peluſiota epiſt. 494. ſic ait: *Ut unus Deus in utroque teſtamento cognoſceretur*, ut Deus oſtenderetur auctor utriuſque teſtamenti, ac legis novæ, & antiquæ, & hæc data fuit tanquam in figura legis gratiæ; nam, illa data eſt in monte Sinai, cum igne, nube, fumo, tonitruis, ac fulguribus, Exod. 19. n. 16. & 18. Illuſtriſſimo alio modo lex nova data eſt: Ignis repræſentabat linguas igneas loquentes, tonitrua adumbrabant ſonum venti vehementis, qui inſerviebat non ad timorem, ſed ad recreationem animorum; fulgura deſignabant prædicationem, ac miracula Apoſtolorum, quæ reſplenduerunt, non ut antiquitus in uno populo, ſed per omnes gentes totius Orbis; fumus indicabat pœnitentiam, ac contritionem Judæorum, ac gentium: Nubes Divinam protectionem, qua Apoſtoli animati inter Judæos adverſarios nihil timerent, ſed liberè loquerentur. Cum lex antiqua daretur dicitur citato loco n. 18. *Erat omnis mons terribilis*: At verò modo cùm deſcendiſſet Spiritus ſanctus totus mons Sion erat valde gratus, perjucundus, ac lætificans.

Exod. 19.

Lex gratiæ multo excellentiori modo data, quàm vetus.

50. Quartò, D. Leo ſerm. 1. in Pentecoſt. inquit: *Ad veteres tenebras abigendas nova lucis fulgura coruſcabant, cum micantium ſplendore linguarum, & verbum Domini lucidum, & eloquium conciperetur ignitum, cui ad illuminandum intellectum, conſumendumque peccatum, & efficacia illuminandi, & vis ineſſet urendi.* Antiquitùs maximè Deus ſe occultabat tanquam in tenebris ne videretur, nec agnoſceretur. Cum Deus deſcenderet daturus legem Moyſi *Nubes operuit montem*, Exod 19 n. 16. Cum Salomon dedicaſſet Templum *Nebula implevit domum Domini*, 3. Reg. 8. n. 10. *Tunc ait Salomon, Dominus dixit ut habitaret in nebula*, Ibid. n. 12. Et cum Deus appareret Iſaiæ 6. ſtatim dicitur n. 4. *Et domus repleta eſt fumo*: At verò modo formans Deus ſuam novam Eccleſiam Chriſtianam maximè voluit ſuam ſingularem præſentiam declarare, venit in linguis igneis, in quibus nihil cernitur tenebroſum, obſcurum, ac nebuloſum, ſed ſumma lux, illiuſque ſummus ſplendor, ut concipiatur verbum eloquium ignitum.

S. Leo. Exod 19. 3. Reg. 8. Iſai 6.

Et Spiritu ſancto venit lux in ſermone, & opere.

51. Quintò, D. Chryſoſtom. homil. 4. in Acta ſic ait: *Eodem modo, quo nunc Diſcipuli, nemo alius Spiritum accepit. Quin potius Moyſes quidem Prophetis major. Nam ille cum oporteret alios afflari Spiritu ipſe diminutus eſt. Hic vero non eodem modo, ſed quemadmodum, quotquot vales, aliquis lucernas accendit, nec ignis minuitur, ita in Apoſtolis tunc temporis accidit.* In ſpecie ignis venit divinus Spiritus? Nullo enim melius ejus gratia accepta in Apoſtolis poterat explicari; dum enim ignis communicatur, non minuitur, ſed magis ſplendor lucis creſcit: ſic & gratia Spiritus Apoſtolis creſcit. Ut ſpiritus Moyſis ſeptuaginta viris communicaretur, dicitur: *Auferam de Spiritu tuo, & tradam eis*, Num. 11. n. 17. Juxta ipſum Chryſoſt. ac alios cum diminutione ſpiritus Moyſis, & hoc circa ſeptuaginta tantum: At Spiritus ſanctus venit ſuper ſanctam Congregationem 120. & cum vittore, ac poteſtate communicandi innumeris ipſum Spiritum, & cum ipſa communicatione, ut magis creſceret, & augeretur in unoquoque ipſa divina Spiritus gratia.

S. Chryſoſt.

Dona Spiritus ſancti plenisſima in omnes.

Num. 11.

52. Sextò, D. Bernardus ſerm. 2. de Pentecoſte, inquit: *Quid à te quærit qui tanta ſollicitudine te quæſivit, niſi te ſollicitum ambulare cum Deo ſuo? Hanc ſollicitudinem non facit, niſi Spiritus ſanctus, qui ſcrutatur profunda peccatorum noſtrorum, diſcretor cogitationum, & intentionum cordis, qui ne minimam paleam intra cordes, quod poſſidet, habitaculum patitur reſidere, ſed ſtatim igne ſubtiliſſimæ circumſpectionis exurit.* Tam ſumma, & immaculata eſt puritas in his, qui Spiritu ſancto agentur, ut ipſe tanquam ſubtiliſſima *ignis* flamma, humana pectora penetrat, ac intimam conſcientiam ſcrutatur, *Ut ne minimam patiatur paleam, intra cordis habitaculum, quod poſſidet.* Inde Spiritus ſanctus deſcendit in Apoſtolos in igne, ut eos ſumma puritate conſpicuos redderet abſque ulla macula; nam ſi aliqua etiam minima adſit, ſtatim ſua ignis flamma conſumit, & deſtruit, *igne ſubtiliſſimæ circumſpectionis exurit.*

D. Bern.

Spiritus ſanctus in quos intrat, puros reddit.

53. Septimò, ut Apoſtolos illuminans elevaret in cœlum. Ait Iſa. 24. n. 15. *In doctrina glorificate Deum*, ex Hebræo legitur: *In igne glorificate Deum.* Pergit Propheta, & ſubdit: *In inſulis maris nomen Domini, & gloriam juſti.* Septuaginta legunt: *Ab alis terra laudes audivimus, & gloriam juſti.* Iſte ignis, eſt doctrina cœleſtis divinæ columbæ Spiritus ſanctus, quæ inflammat corda noſtra & dat alas ſuas, ad annuntiandam gloriam Dei per totum mundum, & ſimul ad volandum cum ipſis in cœlum. D. Hier. ibi, ait: *Ab alis terra, hoc eſt à Sanctis, qui aſſumptis alis Columba, ad cœlorum regna feſtinans, & laudes ejus audivimus prædicari.*

Iſai. 24. Hebræ. Septuag.

Spiritus dat alas ad volandum in cœlū.

D. Hier.

54. Octavò, D. Cyrill. Jeroſolym. Catecheſ. 17. ait: *Ignis protendit tribulationem magnam; & multiplicem, quam paſſuri erant Apoſtoli, & fideles, ſed ſuperaturi per ignem amoris Divini, quem id circo hic eis dedit Spiritus ſanctus.* Et ſi ignis denotet afflictiones, & perſecutiones, quas Chriſti fideles erant paſſuri, tamen Dei amore omnia facillimè erant ſuperanda, ac contemnenda. Cum ex nuntio Magdalenæ accepiſſent Apoſtoli ſepulchrum Chriſti eſſe apertum currentes Petrus, & Joannes videntes ſepulchrum vacuum ſine corpore Chriſti: Abierunt ergo Diſcipuli ad ſemetipſos, *Maria autem ſtabat ad Monumentum foris plorans*, Ioan. 20. n. 11. Cur una mulier recedentibus Diſcipulis audet ſola manere ad ſepulchrum defuncti? Cur non tenet armatam manum militum, crudele Judæorum odium? Origenes ibi ait: *Cur hoc feciſti! ſapiebas plus illis, aut diligebas pluſquam illi, quia non timebas ut illi.* Sancta fœmina cum amaret nihil timebat: *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Joan. 1. cap. 4. n. 18.

D. Cyrill.

Dei amor contemnit omnia pericula.

Ioan. 20. Origen. Ioan. 1.

55. Ait Iſaias 11. n. 2. loquens de Chriſto Domino: *Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ, & intellectus, Spiritus conſilij, & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ, & pietatis; & replevit eum Spiritus timoris Domini.* Ubi ſatis ingenioſè expendit illud *replevit*, D. Paſch. lib. 3. in Matth. & ait: *Noviſſimè autem velut quiddam ſpecialius, ac ſi municipium diſcretionis ab omni labe peccati intulit, dicens replevit eum Spiritus timoris Domini: Non enim quoſcumque repleverit capaces alterius rei eſſe plenitudo timoris ſinit.* Illud quod repletum eſt, non poteſt aliquid aliud, quantumvis minimum, in ſe recipere, ac retinere, ſed ſi aliquid ſuper infunditur, ſtatim reſpuit, ac immittit foras, ſi anima repleta eſt Spiritu timoris Domini, non poteſt alium timorem de terrenis, ac temporalibus in ſe recipere, ac admittere, *Non enim quoſcumque repleverit, capaces alterius rei eſſe plenitudo timoris ſinit.*

D. Paſch.

Timor, ſeu Dei amor alium excludit.

QUÆST.

QUÆSTIO VII.

Quare de ſonu dicitur quod repleverit totam domum?

55. AIt Textus in præſenti: *Factus eſt de cœlo ſonus tanquam advenientis Spiritus vehementis, & replevit totam domum, ubi erant ſedentes, & apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis.* Meritò dubitabis, quid de ſonu dicitur, quod *replevit totam domum*, id vero ſic de igne, ſed quod tanquam lingua ſederit ſuper unumquemque.

56. *Ratio ad literam.* Reſpondeo primo: quod Evangeliſta ſcribit juxta naturam rei; nam quando ſonus vehemens excitatus ſive à vento, ſive aliquo ſonitu uniformiter, ac difformiter ſpargitur per totam domum; non ſic vero ignis, qui poteſt accendi in hoc, vel illo loco, poni in hac, non verò in illa parte.

57. *Ventus benignitatem, ignis rigorem dicit.* Cant. 4. D. Cyrill. Moraliter reſpondeo, quod per ventum intelligitur Divina benevolentia, & gratia juxta illud Cantic. 4 n. 16. *Veni Auſter perfla ortum meum, & fluent aromata illius:* At vero ignis ſignificat labores, & afflictiones juxta D. Cyrill. datum ſuperiori quæſtione dicentem: *Ignis prætendit tribulationem magnam, & multiplicem, quam paſſuri erant Apoſtoli, ac Chriſti fideles.* Et valde frequenter ignis in Scriptura ſignificat tribulationes, ac afflictiones Pſalm. 16. n. 3. *Igne me examinaſti.* Pſalm. 65. n. 10. *Igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum*, & iterum n. 12. *Tranſivimus per ignem, & aquam.* Pſal 16. Pſal. 65.

58. *Liberalitas larga, Pœna cum menſura.* Ideo ergo ſonus, ſeu ventus ſignificans Dei gratiam, & benevolentiam replevit totam domum; At vero ignis, qui denotat tribulationes, ac perſecutiones in menſura unius linguæ, Dei gratia, ac benignitas valde ſuperabundans, omnia adimplens, & largiter replens: At quæ ſunt rigoris, & pœnæ in multa menſura, & regula proportionata perſonæ, tempori, ac occaſioni, ut non excedat magnitudinem, ac longitudinem unius linguæ. Huc ſpectat, quod in præſenti notavit Oecumenius, & ait: *Ignis non replevit totam domum, ne omnes terreret, ac videntes fugere compelleret.* Sit ergo igneus rigor in proportionata menſura, ne nimis terreat, & fugere compellat. Oecum.

59. Cant. 1. Septuag. D. Ambr. Origen. De ſuo dilectiſſimo ſponſo ait Anima ſancta: *Faſciculus Myrrhæ dilectus meus mihi*, Cantic. 1. n. 13. ſeu, ut legunt Septuaginta: *Alligamentum guttæ fraternelis meus mihi*, Et D. Ambroſ. in Pſalm. 118. ſer. 3. *Colligatio gutta.* Sic & Origenes homil. 2. ex quatuor. Poſtea verò agens de magnifica liberalitate ſui ſponſi erga ſe ait: Emiſſiones tuæ Paradiſus multorum punicorum cum pomorum fructibus, cum univerſis lignis Libani, cum omnibus unguentis, Cantic. 4. n. 13. & 14. Per Myrrham communis eſt vox Sanctorum Patrum, quod intelligitur mortificatio, ac tribulatio. Per tot emiſſiones fructuum Paradiſi Theodoricus intelligit omnes virtutes. Catena trium Patrum, *Omnia dona Spiritus ſancti, quibus anima recreatur, ac impinguatur.* Conſidera ergo altum Dei conſilium; In labore, ac mortificatione tam ſtricta menſura, ut unam guttam non excedat; at in gratuita beneficentia, & larga benignitate, tam ampla beneficentia, ut non una Metaphora, ſed multiplici explicetur. Paradiſus cum pomorum fructibus, univerſis lignis Libani, cum omnibus unguentis. Cant. 4. *Pœna ſtricta, gratia abundātior.* Theodoricus. Catena trium Patrum.

60. Ait Deus: *Ego ſum Zelotes viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum, qui me oderunt, faciens miſericordiam in mille his, qui diligunt me*, Exod. 20. n. 5. & 6. Ad quæ verba ſic ait Cardinalis Caiet. *Cerne differentiam, quod vindicta non extenditur ultra quatuor filios, beneficentia autem extenduntur in millia, ad ſignificandum, quod ad bona eſt Deus propenſiſſimus, ad inferendum autem mala eſt parcus, & ratio eſt; quia bona confert ſua ſponte, mala autem infert exigentibus demeritis noſtris.* Caiet.

QUÆSTIO VIII.

Quare facto vehementi ſonanti ſtrepitu fulgurantis linguis igneis non timent Apoſtoli?

61. Exod. 19. OLim Deus daturus legem in monte Sinaï ſcribitur, Exod. 19. n. 18. *Totus mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus Deus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace; & erat omnis mons terribilis.* Cum, ut ibi dicitur, reſonarent tonitrua, fulgura coruſcarent, erat totus mons valde formidoloſus, ut ibi notant interpretes Lyran. Caiet. & alij: At verò modo in monte Sion: *Factus eſt repente de Cœlo ſonus tanquam advenientis Spiritus vehementis, & replevit totam domum, & apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis.* Ecce in utroque monte Sinaï, ſcilicet, & Sion deſcendit Deus in igne vehementi Spiritu ſonante: In Sinaï magnus metus, & terribilis horror; In Sion verò ſuavis benignitas, ac dulcis affabilitas: Illic terribilitas arcebat homines à monte: hic vero blandities omnes ad ſe convocabat, ut patet ex ſubſequentibus: *Facta autem hac voce convenit multitudo maxima.* Infra n.... Unde tanta rei differentia! Lyran. Caiet. *Difficultas quæſitum.*

62. Actor. 1. Pro hujus ſolutione ſit, quod dicitur ſuperiori cap. n. 14. Quod erant Apoſtoli *perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria Matre* Jesu. Aderat ibi Maria Mater Jeſu, conſequens erat, quod ibi adveniret Spiritus divinus benignus, & ſuavis, & cum tali præſentia nullus poterat eſſe horror, vel metus, ſed ſumma ſecuritas, & blandities, quæ ex ejus umbra, ac protectione manabat: ad hoc pertinet id, quod docet D. Epiphanius de laudibus Mariæ in ſuo ſermone: O Beata Virgo ſponſa, cœleſtis Maria. Cœlum, Templum, & Thronus Divinitatis, quæ coruſcantem in cœlo, & terra ſolem habes Chriſtum: Nubes lucida, quæ fulgur de cœlo lucidiſſimum ad illuminandum deduxiſti Chriſtum: Nubes cœleſtis, quæ tonitruum Spiritus ſancti in te ipſa reconditum deduxiſti in mundum, & imbrem ſancti Spiritus in univerſam terram ad producendum fidei fructum cum impetu demiſit. Divini Spiritus tonitrus non terret, ſed ſolvitur in ſalutiferum imbrem ad fœcundandas animas noſtras, eaſque cuſtodiendas. *Ubi Maria, ibi Dei benignitas, ac ſecuritas.* D. Epiphan.

63. Cantic. 8. Guilhel. De ſe ait ſanctiſſima Virgo Maria Cantic. 8. n. 10. *Ego murus, & ubera mea turris.* Quæ verba elegantiſſimè expendit Guillelmus Abbas apud Delrum, & ait in nomine ſanctiſſimæ Virginis: *Ubera mea non tantum ſunt ubera, ſed etiam turris, non tantum nutriendo, ſed & protegendo vim habens; nullus me putet habere quo nutriam, & non habere quo muniam, Maternitas pietatis meæ quos nutrit, etiam munit.* Magnum tutamen nobis præbent ubera Virginis Mariæ, quia ſunt ubera, & turris, ubera, ut nutriant, & turris, ut quos nutriunt, etiam cuſtodiant, & defendant. *Maria Virgo nos alit, & cuſtodit ab hoſtibus.*

64. Cant. 1. Ait divinus Sponſus: *Equitatui meo in curribus Pharaonis, aſſimilavi te amica mea*, Cantic. 1. n. 8. Quiſnam equitatus fuit iſte omnipotētis Dei ad deſtruendos omnes armatos currus Pharaonis, cui aſſimilatur una pura, & tenera Virgo Maria? Quiſnam & iſte equitatus Dei? Nullum alium invenimus; niſi Virgam Moyſis, quæ totum exercitum Pharaonis cum omnibus ſuis equitibus, ac curribus deſtruxit,

xit, & perdidit : Et unde in illa virga tanta virtus? Præfigurabar illa alteram virgam ortam ex Jeſſe, nempe ſanctam Virginem Mariam; & ex ejus habitu, ac umbra tanta efficacia in Virga Moyſis emanavit, ut venenoſos Ægyptiacos ſerpentes devoraret, exercitum Pharaonis deſtrueret, & aquam ſitienti populo in alimentum daret, & fructum floridum, id eſt gratiam produceret. Rupertus ad citatum locum Cantic. ait : *Currus Pharaonis valde multo ferro armati; auro, vel argento inſigniti : Equitatus Dei virga una fuit, virga Moyſis, & Aaron : illi ſigno, illi equitatui meo aſſimilavi te amica mea; ſicut enim virga illa virgas maleficiorum devoravit, & omnem ſuperbiam Ægyptiam obtinuit; & inde germinavit, frondƲit, floruit, & fructum protulit, non ſucco terra animata, ſed virente cœleſti : ſic anima mea cunctam pravitatem hæreticam contrivit, ſuperbiam Diaboli dejecit, conceptu florida, partu fructifera.*

Virgo Maria altiſſime nos cuſtodit, ac defendit ab inimicis.
Rupert.

QUÆSTIO IX.

Quare divinus Spiritus deſcendens in igne, venit clara die, & non potius nocte, ut magis reſplendeſceret.

65. SPiritus venit linguis igneis clara lucente die, ac Sole fulgente, ut patet ex hoc cap. infra n.15. ait D.Petrus : *Non ſicut vos æſtimatis, hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia*, cur non in nocte, ut fulgur ipſius luminis magis, ac magis fulgeret, ac reſplēderet?

66. Reſpondet quidam ingenioſus Author de veſtibus Aaronis, quod ideo Spiritus ſanctus clara die, ac ſub Solis radijs deſcendit, ut ſuum magnificum donum ignitæ linguæ minus luceret, & chariſmatum dona occultaret, ut ſic ejus liberalitas maximè commendaretur conferens tanta beneficia, quæ ex Solis luce minus apparerent, & quodammodo minus viderentur. Dicitur Pſ.76.n.20. *In mari via tua, & ſemita tua, in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur.* Magnum, & ingens beneficium! quod Deus præſtitit populo ſuo Iſraëlitico, cum fugeret à tyrannide Pharaonis, ut in medio maris per iter floridum ſicco pede pertranſiret. Cur de tam magnifico beneficio non permanſit aliquod perenne ſimulacrum? imo nec unum veſtigium; nam quæ facta ſunt à populo tranſeunte revertentibus aquis operta ſunt, ut notavit Euthym. & ait : *Veſtigia tua non cognoſcentur : quia ſcilicet mare iterum conjunctum, atque unitum, adeo in ſe eſt, ut nulla amplius veſtigia appareant.* Deus tam magnificentiſſimus eſt in ſuis donis, ut ne leve itineris veſtigium voluerit permanere, ſed voluit illud operire, ac abolere, ut ſic ſuæ liberalitatis occultando indubitatum conferret argumentum.

Quidam Author.
Summa liberalitas occultando confert beneficia.
Pſal.76.
Euthym.

67. Aliter reſpondeo ad quæſtionem, venit Spiritus S. non ſub nocte, ſed die clara radiantibus Solaribus radijs, ad oſtendendam ſuam excellentiam, ac celſitudinem; nam lucere nocte, ac inter tenebras quid magnum eſt, at reſplendeſcere die clara, & fulgurante Sole quid ſupremū, & altiſſimum eſt, & ideo ex tanto ſupremo ſplendore omnes gentes, quæ ſub Cœlo ſunt admiratæ concurrerunt ad Cœnaculum, & illa die appoſita ſunt ad fidem Chriſti tria millia, ut dicitur infra n.41. Huic meæ cogitationi patrocinatur Oecumenius, qui ad præfata verba ait : *Hora tertia hæc eſſe facta, non vulgariter intelligendum eſt, ſed quod tunc ignis ſplendidior oſtenditur, quando neque ad operæ utuntur homines neque ad operandum prandium, quando omnes in foro ſunt.* Tunc quando ignis iſte Divinus erat ſplendidior, & magis illucebat; & omnes erant in foro, ut videntes tanta mirabilia confluerent ad Cœnaculum.

Summa maieſtas reſplendet inter lucentes.
Oecum.

De Chriſto D. ait Regius vates Pſ.18.n.6. *In Sole poſuit tabernaculū ſuum*, ſeu, ut alij legunt *ſedem ſuam*. Cur non potius in firmamento inter ſcintillantes, ac radiantes ſtellas, vel cur non potius in Luna, quæ mulieri in Apocalypſi præbebat calceamētum Apoc.12. ſed in Sole? lucere inter ſtellas, & Lunam quid magnum, at in Sole, quod eſt *luminare majus* hoc eſt ſupremum totius lucis faſtigium, & inde tam excellentius, ut ipſum Solem valeat obſcurare, ſic explicat Angelus : *In Sole poſuit tabernaculum, ut Sol non ſemper luceret :* Stellæ, & Lunæ obſcurantur à Sole, at Dei tabernaculum tam fulgidum eſt, ut Solem valeat obſcurare. 68.

Pſal.18.
Super Solem lucere.
Apoc.12.
Angelus.

Ait Daniel cap.7.n.9. quod aſpiciens vidit antiquum dierum ſedentem in throno ſuo, & quod *Thronus ejus flamma ignis, & rota ejus ignis accenſus, & millia miniſtrabant ei, & decies millia, & centena millia aſſiſtebant ei.* Hæc centena millia, quæ aſſiſtebant ei, eſt univerſus Chorus. Beatorum, qui inter ſuas peculiares dotes habent fulgere, ac ſplendeſcere; tamen ſolum de rotis ſedis Dei dicitur : *Rota ejus ignis accenſus.* Septuaginta *ignis ardens*, Vatablus *ignis flagrans*, Hebræus *ignis perlucidus*. Aſtabant Beati, qui ex ſuo dono habent, ut fulgeant, & tamen ſolum de Throno Dei dicitur *Ignis flagrans, ignis perlucidus*. Hæc eſt ſuprema Dei Majeſtas quod ejus Thronus tam nitente luce perfulgeat, ac reſplendeſcat, ut omnes alij ſplendores diſpareant, & ne minimum quid valeant ſcintillare.

Dan.7.
Septuag.
Vatabl.
Hebræ.

QUÆSTIO X.

Quare linguæ igneæ apparent in Capite, & non potius in ore, vel alia corporis parte.

QUa in parte corporis linguæ igneæ apparuiſſent, ac ſediſſent non conſtat ex Textu; fuerunt aliqui Authores, ut teſtatur Lorinus, qui dixerunt linguas apparuiſſe in ore quaſi inter labia novæ linguæ apponerentur; tamen communis Sanctorum Patrum tenet in Capite. Ita D.Cyril. Ieroſolymit. catech.17. D.Cæſar. Dialog.3. D.Anaſtaſ. Sinaita lib.3. in Hexam. D.Dionyſ. cap 5. Cœleſtis Hierar Anacletus Papa Epiſt.1. Clemens Papa VIII. Conſtit. cap.2. & ita tenet univerſalis pictura totius Eccleſiæ à tempore antiquiſſimo. 69.

In Capite.
Lorin.
D Cyril.
D.Cæſ.
D Anaſt.
D Dion.
Anaclet.
Clem.

Franciſcus Turrianus lib de Hierarch Ordin. Miniſtr. citans D.Hieronym. Dionyſ. quod Spiritus S. huc venit tanquam ſuper Apoſtolos creans eos Doctores, ac Epiſcopos ad exercendum ſacramentum Confirmationis, & Ordinis. Oppoſita ſententia eſt vera, quòd Chriſtus D. creavit ſuos Apoſtolos Doctores, & Epiſcopus, quando poſt Reſurrectionem eis dixit Joan.20.21. *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* Illud ſicut proportionabiliter eſt intelligendum; quia ſicut Pater miſit Filium ſuum Jeſum Chriſtum cum pleniſſima poteſtate ad officium Salvatoris, ac Redemptoris, ſic ille miſit ſuos Apoſtolos cum plena poteſtate ad gubernandam ſuam Eccleſiam, atque ad omnia illius miniſteria neceſſaria. Ita D.Auguſt. D.Ambroſ. noſter D.Cyrillus, D. Chryſoſtomus, Theophylact. Rupert. & alij, quos citavi tom.5. in Evangel. lib.9. cap.4. n.82. 70.

Turrian.
Non creantur hi Epiſcopi.
Ioan.20.
D Aug.
D.Ambr.
D. Cyril.
D Chryſoſt.
Theoph.
Rupert.

Reſpondeo primò. Caput in Scriptura valde frequenter ſignificat totum hominem, Exod.16. n.16. *Colligat unuſquiſque ex eo quantum ſufficiat ad veſcendum : Gomor per ſingula capita*, id eſt per ſingulos homines. Pſalm.139.n.8. *Obumbraſti caput meum in die belli*, id eſt totum me, & ſic in multis alijs locis, cum caput ſit principalis pars corporis : Venit ergo Divinus Spiritus ſuper caput Apoſtolorum, 71.

Exod.16.
Pſal.139.

Spiritus ſanctus in capite, ut diffunderetur per omnes hominis facultates. Ioan. 20.

ut unumquemque totum ſuis donis Impleret, atque repleret, & impingueſceret ſecundū omnes ejus operationes, & actiones, ac apparet ſuper uniuſcujuſque caput tanquam principalem corporis partem, ut inde diffunderetur ejus virtus per omnes hominis facultates; nam ſi antea Apoſtolis fuit datus à Chriſto D. Spiritus ſanctus, Ioan. 20. n. 20. *Accipite Spiritum ſanctum*, fuit tanquam in actu primo, hic vero in actu ſecundo quoad exercitium ſuorum miniſteriorum cum omni integritate, juſtitia, & ſanctitate eos corroborans, ac confirmans in omni gratia, & puritate, ut docent D. Ambroſ. de benedict. Patriarch. c. 4. D. Auguſt. lib. 11. de Civitate Dei.

72. Ammon. Secundo reſpondet Ammonius hic in præſenti, ut oſtendatur Orbis Doctores ab Spiritu ſancto datos totos eſſe cœleſtes, & in divina, & ſuperna ſapientia fundatos. Tertio: Conſidera quantum ſit diſcriminis inter unam, & alteram linguam. Lingua humana peſſima, de ea ait Jacobus Apoſtolus in ſua Epiſtola cap. 3. n. 8. *Inquietum malum plena veneno mortifero.* Septuaginta *intolerabile malum plenum veneno lethifero*: At vero lingua gubernata, & inflammata ab Spiritu ſancto eſt omnium ſupremum bonorum, & ideo in capite, ut ſupereminenti loco, ponitur, atque apparet. Ait Regius vates loquendo de Doctoribus Eccleſiaſticis, Pſalm. 28 n. 4. *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.* Vox, ſeu lingua Doctoris, quæ eſt plena, & fœcundata Dei virtute, eſt vox, ſeu lingua in omni magnificentia, ac celſitudine, & ideo in excelſo loco collocanda.

Iacob. 3. Septuag. Lingua gubernata ab Spiritu ſancto in capite. Pſal. 28.

73. Quarto lingua ignea in capite videtur totus ordo inverſus: Lingua ignea eſt lingua amore inflammata, ut de ea loquuntur Sancti Patres, & Doctores; cur ergo ardens hæc lingua ignea conſtituitur in voluntate, ſeu corde, qui eſt amoris ſedes, ſed in capite, quod communiter reputatur intellectûs domicilium? O altiſſima Dei diſpoſitio? Reponatur lingua ignea, & lucens in capite, quia ſæpeſæpius in mente Doctoris neceſſaria eſt multa lux, multumque ardoris Divini, ne ex malo affectu voluntatis depravetur, ac ſine luce veritatis obtenebretur; hinc David poſtulabat à Deo: *Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte*, Pſal. 12. n. 4. juxta D. Auguſtinum & Noſtrum incognitum poſtulat lucem in intellectu, ne aliquando deceptus incidat.

Lux in intellectu, ne depravetur à mala voluntate. Pſal 12. D. Aug. Incogn.

74. Quinto: Linguæ igneæ in capite non videntur convenienti loco appoſitæ; nam lingua ignea ardet Divini ardoris flammâ: ergo in corde amoris officina reponenda: Unde canit Eccleſia *Intus facta ſunt flammantia corda diſcipulorum.* Tamen aptiſſimè lingua ignea amoris Dei ponitur in capite, & non in corde; nam cor reſpicit caput tanquam quid ſuperius; at quod eſt in capite ſolum reſpicit ipſum Deum, & eſt ſupra ipſum hominem: ergo perfectiſſimè ſymbolum amoris Divini ponitur in capite; quia tam excellens, & eminens eſt divinus Amor, ut nihil humanum, ſed ſolum Deum reſpiciat, & tanta excellentia, ut ſit ſupra ipſum hominem, & homo ipſe plus diligat Deum, quam ſeipſum. Ait David Pſ. 72 n. 25. *Quid mihi eſt in Cœlo, & à te, quid volui ſuper terram.* Hebræus legit: *Tecum non volui ſocium ſuper terram*, tanquam ſi diceret, tam intime uni Deo adhæreo, ut nullum humanum ſocium, nec etiam me ipſum tecum volo, tam vehementer erga te Dominum me confero.

Homo debet diligere Deum pluſquam ſemetipſum. Pſal. 72. Hebræ.

75. Sexto: Lingua in capite valde ei eſſe poterant nocivæ; poterant enim cremare totum capillitium, cùm ſit materia valde tenuis, & incendio apta, ac proinde omnes capillos in cineres redigere. Nil tale timendum, ignis cœleſtis divini Spiritus non comburit, ſed illuſtrat, ac illuminat, & maximè lætificat, ac recreat: Vidit Moyſes viſionem illam grandem, quod *Rubus arderet & non combureretur*, Exod. 3. n. 2. Non ſolum non comburebatur, ſed maximè viridis apparebat, tantum abfuit, quod ab igne nocumentum pateretur, quin potius tanquam à ſuperfluente aqua irrigabatur, ac fœcundabatur.

Ignis cœleſtis non comburit, ſed vivificat. Exod. 3.

76. D. Cyril. Alex. Septimo noſter Magnus Cyrillus Alexand. in c. 2. Joëlis ſic ait: *Oportebat enim Eccleſiam Myſtagogos, & orbis terrarum Magiſtros futuros etiam ante alios dono Spiritus ſancti cohoneſtari, & veluti quoddam ornamentum per fidem in ſanctificatione ab initio factos divina, & cœleſti gratia inaurari.* D. Cyrill. Ieroſolymit. Catech. 17. ſupra datùs q. 6. n. 46. exiſtimat has linguas igneas tanquam coronas inſediſſe in Apoſtolorum capitibus; & ad quid neceſſarium fuit, quod Apoſtoli talibus coronis reſplendeſcerent? Creabat eos Chriſtus D. ut Magiſtros, ac Doctores totius Orbis, inde oportebat, quod pulchro, glorioſoque donorum, ac virtutum conſpicui fulgerent ornamento, ut inde fierent venerabiliores, majorem authoritatem conciliarent, & magis ſuâ doctrinâ acceptabiles redderentur, ut eorum dictis omnes acquieſcerent: *Oportebat Orbis terrarum Magiſtros futuros, etiam ante alios cohoneſtari.* Dei conſilium eſt ſuos miniſtros condecorare, & nobilitare.

D. Cyril. Ieroſ. *Dei eſt ſuos miniſtros.*

77. Cùm Heli dormiſſet in lectulo ſuo, & Samuel in templo Domini, vocavit Dominus Samuelem tribus vicibus, qui ſemper cucurrit ad Heli dicens: *Ecce ego, vocaſti enim me.* In prima, & ſecunda vice reſpondit Heli, *non vocavi te, revertere, & dormi*, tamen cum tertiò vocaret Samuelem, & cucurreret ad Heli: *Ecce ego, vocaſti enim me, intellexit Heli quia Dominus vocaret puerum*, 1. Reg. 3. n. 9. In quo maximè ſunt notanda, primo, ut ponderavit ibi D. Gregorius: Deus vocavit Samuelem voce Heli ſimili. Secundo, ut advertit Laurentius Cervarienſis in allegorijs ex D. Gregor. quod quando Deus loquebatur cum Prophetis, etiam loquitur cum ſuis ſervis, & non ſolum eis revelat Myſteria dicta, ſed etiam eis revelabat quod ipſemet Deus eſſet, qui loqueretur. Cur ergo Deus hic vocans Samuelem utitur ſimili voce Heli, & abſcondit, quod ipſe ſit, qui loquatur, ut Deus ſe habebat cum alijs? Diſponebat Deus, ut Samuel eſſet ſuus Miniſter, templi Sacerdos, Judex, ac Gubernator totius populi, ideo à ſua pueritia voluit Deus eum coram Heli ſublimare, ac condecorare, ut haberetur dignus Divino colloquio, & ut ei Deus manifeſtaret multa futura, quæ eventura erant, ut aperuit Heli.

1. Reg. 3. D. Greg. Cervar. *Deus honorat, quos in ſuos miniſtros eligit.*

78. Inſtante impio decreto crudelis Pharaonis, ut omnes pueri Pharaonis projicerentur in fluvium, naſcitur Moyſes, quem mater ejus *Videns elegantem abſcondit tribus menſibus*, Exod. 2. n. 2. Pagnin. legit *pulchrum*, D. Chryſoſt. *gratum Deo*, alij *Urbanum*, itaut conveniant omnes Patres, & Doctores Philo de vita Moyſis, ſimiliter D. Gregor. Nyſſen. de vita Moyſis. D. Chryſoſt. Abulenſ. Caiet. Lyranus, quod vultus Moyſis præbebat quandam elegantiam, ac præſentiam pluſquam naturalem; ita, ut ſtatim ex Roperto Abbate dicemus. Cur in facie Moyſis tot, & tanta repræſentantur? Volebat eum Deus creare gubernatorem, ac Ducem ſui populi, & tantum extollere, ut facies ejus reſplendeſceret quibuſdam divinis radijs: Unde ab infantia eum ſic voluit nobilitare, ac condecorare, ut apud omnes majorem haberet æſtimationem, ac venerationem. Rupert. lib. 1. in Exod. cap. 8. ſic ait: de Moyſe: Re vera tanta fuit ejus elegantia, quanta divinum ſplendorem præſignari decuit, quo poſtea facies ejus ex colloquutione Dei facta eſt ſplendida.

Exod. 2. Pagnin. D. Chryſoſt. Philo. D. Greg. Nyſſen. S. Chryſoſt. Abulenſ. Caiet. Rupert.

QUÆST.

QUÆSTIO II.

Quare divinus Spiritus veniens in linguis ignis ſedit ſuper capita Apoſtolorum?

79. AIt Text. *Sedit ſuper ſingulos eorum*, jam ſuprà q.5.n 40.notavi, quod non dicitur ſederunt, ſed ſedit in ſingulari, ac ſi ob unitatem, ac conformitatem, tanquam in omnibus eis eſſet lingua una, ut debet eſſe in omnibus prædicatoribus Evangelicis, vide proximè citatum locum.

Dicitur ſedit, non vero ſederunt.

An verò ſolum fuiſſent linguæ illæ, quæ apparuerunt ſuper capita Apoſtolorum, an fuerint aliæ diſperſæ ad denotandam abundantiam donorum ſancti Spiritus? videtur Eccleſiam annuere, nam in ſecreta ad Miſſam Spiritus ſancti dicitur: Diem celebrantes, quo Spiritus ſanctus Apoſtolis innumeris linguis apparuit. Ad quæſtionem.

Eccleſia.

80. Primo reſpondeo cum D.Chryſoſt. hic: Per hanc ſeſſionem voluit D. Spiritus manifeſtare ſe in ipſis Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus permanſurum uſque ad finem ſæculi juxta promiſſionem Chriſti Ioan.14. n.16. *Rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum.* Filius Dei venit in mundum, tamen conſumpto Redemptoris officio aſcendit, ac Spiritus ſic deſcendit de cœlo, ut maneat nobiſcum in æternum.

Spiritus ſanctus permanet in Apoſtolis, ac ſuis ſucceſſoribus.

Pro quo facit, quod ingenioſè notavit Rupertus lib. 1.de operibus Spiritus S. c.4. quod Chriſtus Dominus de ſe loquens, de præterito ait Joan.8. n.41. *Ego ex Deo proceſſi*: at cum de Spiritu ſancto meminit, de præſenti dicit Ioan.15.n.26. *Spiritum veritatis, qui à Patre procedit.* Quæ loca conferens inter ſe ſic ait ſapientiſſimus Abbas: *Notandum, quod de ſe ipſo loquens, præterito hujus verbi tempore uſus eſt, inquiens: Ego ex Deo proceſſi, & veni, itemque alibi: Exivi à Patre, & veni in mundum: De iſto autem, ſcilicet Spiritu ſancto, non de præterito, ſed de præſenti tempore dixit: Qui à Patre procedit; Etenim aliter ille ipſe à Deo proceſſit, naſcendo ante ſæcula ex ſubſtantia Patris, ut conderet mundum, quod ſemel factum eſt, ſive aſſumendo carnem, quod itidem ſemel factum eſt. Aliter Spiritus iſte procedit, cum ſubjectæ creaturæ gratiam impendit, quod toties fit, quoties vivificat ea, quæ mortua erant, & replet ea, quæ vacua erant antea; amplius autem, atque abundantius in illa beata vita.* De Filio Dei dicitur de præterito *Proceſſit à Patre* explicatur enim ejus proceſſio ad extra, ut conderet mundum, ut factus homo nos redimeret ab omni peccato, quo completo miniſterio aſcendens in cœlum, ſedet ad dexteram Patris; at de Spiritu S. dicitur de præſenti *Qui à Patre procedit*; nam ille nobis eſt præſentiſſimus adjuvando, auxiliando, ſanctificando, ac replendo ſuis donis in hac vita ſemper, & in futura gloriæ abundantia.

Rupert. Ioan.8. Ioan. 15.
81.

Spiritus ſanctus præſentiſſimus Eccleſiæ.

82. Secundo lex antiqua fuit data in monte Sinaï cum fulgure, & igne. *Deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne.* Exod. 19.ut jam notavi q.8.n.59.at hodie veniẽs Spiritus S. dat legem Evangelicam in monte Sion; cum hac tamen differentia, quod illa lex antiqua fuit data in Sinaï cum igne, qui omnino non permanſit, ſed omnino tranſivit; quia lex illa totaliter tranſivit, extincta namque, & abolita eſt: At lex Evangelica datur cũ igne, qui ſedet, & permanet; quia lex Evangelica erat duratura uſq; in finẽ ſæculi, ut Chriſtus D. promiſerat, Math.28.n.20. Hinc David ait Pſ.81.n.1. *Deus ſtetit in Synagoga Deorum*, ſtetit ait, ut notat Agellius tanquam tranſiens, at in lege gratiæ ſedens ob ſuam durationẽ, & permanentiã, & ideo cum Chriſtus D. incepiſſet promulgare ſuam legem, ſcribit D.Matthæus 5.n.1. Cum ſediſſet aperiens os ſuũ docebat eos.

Exod.19

Lex vetus tranſivit, lex nova permanet.

Math. 5.

83. Tertio: In Sinai verba legis fuerunt audita, ſed tranſierunt, & non permanſerunt, at hodie apud Apoſtolos, *ſeditque ſuper ſingulos eorum.* Verba divinæ legis perdurarunt, ac quieverũt, ideo per totum mundum tam amplum edidere fructum, quia ad fructum divinæ legis, non ſufficit tantum, ut auribus percipiatur, ſed neceſſum eſt, ut multa meditatione in corde retineatur, & opere exeat in effectum. Ait Regius Pſalmiſta Pſ.38.n.4. *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcit ignis.* Totum ſe agnoſcit inflammatum in Divino amore, & in meditatione legis Divinæ, *exardeſcit ignis*, & ſicut ignis ardens, & exardeſcens non poteſt clauſus in ullo loco contineri, qoin foras erumpat, ſic ille ignitus amor ex meditatione legis Divinæ exterius prodit, in multis, & magnis operibus, & verba, quæ ei Deus loquebatur per internam meditationem, illuſtriſſimis factis exequebatur.

Ille audit Dei verba, qui ea opere adimplet. Pſal.38.

84. Quarto D.Greg.Naz. orat.44. ait: *In diſpertitis linguis apparet, propter gratiarum diverſitatem, ſedentibus autẽ propter Regiæ dignitatis excellentiam, ejuſq; ſuper Sanctos requiem, quandoquidem Deus pro throno Cherubinos eos habet.* Venit in tot diſpertitis linguis ob multitudinem donorum, ſedet ob Regiam excellentiam, & ſuper ipſos Apoſtolos tanquam in throno Cherubici. Ait D.Ioan. Apoc.4. n.2. quod cum eſſet ſublevatus inquit: *Fui in Spiritu, & ecce ſedès poſita erat in Cœlo, & ſuper ſedem ſedens.* Oſtendat ſe Dominus Joanni in ipſa cœleſti curia in pompoſa, & ampla majeſtate, ac in magnifica ſede, & in tam magnifica, ac ſublimi celſitudine, quibus ejus componatur ſedes, an ex lapidibus pretioſis, adamantibus, & margaritis? Minimè, ſed ex cœleſtibus beatis, ut Author eſt Rupertus hic, & D.Bernard.ſerm.21.in Cant. ſic enim ait: *Cœlum, dicente Domino, mihi ſedes eſt; de quo alibi Scriptura, eſt anima juſti ſedes ſapientiæ, Prophetam quoque non de alio dixiſſe cœlo arbitror. Tu autem in Sancto habitas Deus Iſrael,* Pſal.21.n.4. *Manifeſtè autem Apoſtolus dicit Deum habitare per fidem in cordibus noſtris.* Ad Epheſ.3.n.17.

D Naz. *Deus habitat in ſuis Sanctis, ut in throno.* Apoc.4 Rupert. D.Bern. Pſal.21. Epheſ. 3.

85. Vidit Joannes Chriſtum D. cum magna majeſtate, ac corona triumphantem de omnibus gentibus, & ait: *Ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum habebat arcum, & data eſt ei corona, & exivit vincens, ut vinceret,* Apocal.6.n.2. Qui non ſolum vincebat in præſenti omnes gentes, ſed & Victurus; Quinam erat thronus, ac equus albus, in quo exibat? Chorus nempe ſactorum Apoſtolorum, ac prædicatorum. Richardus Victorin. ait: *Equus albus eſt primitivorum electorũ numerus ab omnibus pariter peccatis in unda Baptiſmatis purificatus, & donis ſpiritualibus ſuper nivem dealbatus, qui Chriſtum in primitivis recenter natis prædicatoribus ſeſſorem habuit, & eum ad emittenda jacula Prædicationis per mundum circumtulit.* Vide quæ dixi citato cap.6. Apoc.q.5.n.40.41.

Apoc.6.

Actor.2.n.4. Et repleti ſunt omnes Spiritu S. & cœperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis.

VERSIONES.

Syrus. Repleti Spiritu ſanctitatis, & cœperunt loqui lingua, lingua dans erat ei loqui.

Arabicus. Cœperunt loqui linguas alias, prout conceſſerat eis Spiritus, ut proferrent.

Æthiopic. Repleti Spiritu, & virtute in ſermone omnium Regionum.

D.Auguſt. Cœperunt pronuntiare.

EXPOSITIO IV.

86. REpleti ſunt omnes. Qui erant in illa ſacra Congregatione fere 120. non quod omnes recepiſſent æqualem gratiam, ſed majorem, vel minorem pro ſuo officio, diſpoſitione, ac gradu, ad quem ordinabantur: *Spiritu ſancto* eos ſimul ſanctificante, ac movente ad prædicationem, & ad profectum aliorum. *Et cœperunt loqui.* Non dicitur loquuti ſunt, ſed *cœperunt loqui*, quia Apoſtoli cœperunt, & ipſi per ſe, ac ſuos ſucceſſores prædicabunt uſque in finem mundi Dei magnalia.

87. *Prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis.* Non loquebantur ex proprio affectu, ut ait D. Chryſoſtom. homil. 4. apophthegmata, id eſt, alta, & profunda oracula, ac magnas, & eximias ſententias; non erant nudæ voces, ſed magnis Myſterijs plenæ, divino afflatu, & cœleſti igne inflammatæ.

QUÆSTIO XII.

Quare hic tam alta, & ſublimia Myſteria proponuntur, quæ hic per ſequentia notabilia explicantur.

88. PRimum notabile. Secundum phraſim Scripturæ aliqui dicunt pleni gratia, & hos tantum invenio tres, Chriſtum D. *plenum gratia*, Ioan. 1. n. 4. Sanctiſſimam Deiparam *plenam gratia*, Luc. 1. n. 28. & Stephanum *plenum gratia, & fortitudine*, Act. 6. n. 8. Alij multi dicuntur repleti Spiritu ſancto. Sic de Joanne Baptiſta ab utero Matris ſuæ, Luc. 1. n. 11. ſic Zacharias ejus Pater repletus Spiritu S. Luc. 1. n. 67. & mater Elizabeth exclamat. ibid. n. 33. ſic ſeptem Diaconi pleni Spiritu ſancto, Actor. 6. n. 3. & 5. Barnabas Actor. 11. n. 14 Petrus Actor. 4. n. 8. Diſcipuli Actor. 4. n. 31. Paulus Actor. 9. n. 17.

Ioan. 1. Luc 1. Actor. 6. Luc. 1. Luc. 1. Act. 11. Act. 4.

89. Reſpondeo quantum capio, quod illi dicuntur repleti Spiritu S. quando eis communicatur primario, & directè aliquod donum ipſius, ut externis prodeat aliquo viſibili ſigno ad bonum, ac aliorum utilitatem; deinde, ac tanquam ſecundario ad ſanctificationem ipſius recipientis, ſic & Joanni Baptiſtæ Spiritus Sanctus datus eſt, ut pararet Domino plebem perfectam, ſic & Zachariæ, & Elizabeth, ut decantarent, ac publicarent Chriſti laudes, & Beatæ Virginis Mariæ; ſic & Apoſtolis, ut in præſenti ad converſionem gentium in prædicatione Evangelica.

Quid ſit dici plenum Spiritu ſancto.

90. Illi autem dicuntur pleni gratia, quando gratia ipſa eis datur primario, ac principaliter, ob dignitatem, atque excellentiam perſonæ, ſecundario, ob utilitatem, ac bonum aliorum; ſic Chriſto D. tanta gratia ei data eſt, quia erat Unigenitus Filius Dei, & erat ei debita ratione unionis hypoſtaticæ. Secundario ad explendum officium noſtræ Redemptionis: ſic & Beatæ Virgini Mariæ data fuit tanta gratia primo, & primario ob ſuam ſupremam dignitatem Matris Dei, ſecundario, ut eſſet patrona, & advocata noſtra: ſic item Beato Stephano tanta gratia data fuit, cùm eſſet inter Chriſti Diſcipulos primus Martyrum ad corroborandum ejus animum: ſecundario, ut exemplum alijs fieret.

Quid dicat plenum gratia.

SECUNDUM NOTABILE.

91. *Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto*, ut explicat Sanctus Leo Papa ſermon. 3. de Pentecoſt. cujus antea aliquam gratiam participaverunt, nunc vero ejus plenitudinem cum ſuis donis adipiſcuntur, ut rectè, ac cum puritate, & ſanctitate ſua miniſteria adimpleant, ut jam dixi ſupra quæſtione 10. num. 70.

S. Leo.

92. *Repleti ſunt Spiritu ſancto*, non quod omnes æqualem gratiam recepiſſent, ſed unus majorem, alius minorem, unuſquiſque ſecundum ſuum officium, gradum, dignitatem, ac diſpoſitionem: Unde præclarè Richardus de S. Victore in præclaro ſermone de Pentecoſt. agnoſcit differentiam inter hæc tria: Infuſionem, diffuſionem, & effuſionem: *Infuſio* dum hominem juſtificat: *diffuſio*, dum ita animam occupat, ut nullam ejus partem vacuam relinquat, ſed omnes ejus potentias vivificat. *Effuſio* verò, dum ſuperfluere, & in alios derivare facit, ut in præſenti factum à Sanctis Apoſtolis.

Richard. *Infuſio, diffuſio, effuſio.*

TERTIUM NOTABILE.
Spiritu ſancto.

93. Multa congerunt aliqui Expoſitores de Spiritu ſancto, de ejuſque proceſſione à Patre, & Filio, ejuſque conſubſtantialitate, in una, eademque numero Natura Divina, quæ omnia pertinent ad Theologos in materia Trinitatis. Quoad ea, quod ad præſentem Textum ſpectant, adverto, ut jam notavi ex Ruperto tom. 1. in Evangelia lib. 1. cap. 5. q. 47. n. 142. quod in teſtamento veteri paſſim dicitur Spiritus Dei, Spiritus Domini, ſolum autem in Teſtamento noſtro dicitur Spiritus ſanctus Luc. 1. n. 15. & n. 35. & in multis alijs locis: Quia in lege nova maximè ejus ſanctitas manifeſtata eſt, & valde ſingulariter in Myſterio Incarnationis, quæ eſt fons, & origo totius ſanctitatis, & inde inſigniter ex tam Divino opere ipſe Sanctus dicitur.

Solum in novo teſtamento dicitur. Rupert.

94. Dicitur Spiritus Sanctus, quod nomen Chriſtus D. dedit: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Math. 28. n. 19. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo Pater Verbum, & Spiritus ſanctus.* Ita Ioan. 1. cap. 4. n. 8. Ratio hujus nominis eſt; quia impulſum, ſeu motionem vehementem, & ſubtiliſſimam ſolemus Spiritum vocare, ſicque ventum Spiritum appellamus: *In Spiritu vehementi conteres naves Tharſis*, Pſal. 47. n. 8. Sic per tranſlationem ad res corporeas vox pro *Spiritu* ſumitur. Cum autem Spiritus S. procedat à Patre, & Filio per actum voluntatis, amoris; actus autem amoris, voluntatis eſt quidam impulſus vehemens, quo amans fertur in rem amatam, ut in eam transformetur, ac cum ea uniatur; ſicut enim id, quod procedit per intellectum, dicitur verbum, ſic quod procedit per voluntatem amantem dicitur impulſus, ſeu impetus, quo amans per ſubtiliſſimam amoris penetrationem cum amante connectitur: Cum autem iſte actus ſit voluntatis, ſpiritualis eſt. Hinc ergo tertia perſona merito vocatur Spiritus, quia per modum amoris, ſeu illius impulſus procedit. Ita D. Tho. 1. p. q. 36. & 37. quæ tota doctrina deſumpta eſt ex D. Aug. lib. 5. de Trinit. c. 11. & lib 15. cap. ex D. Baſil. lib. 5. contra Eunom.

Math. 28. *Cur tertia perſona dicitur Spiritus?* 1. Ioan. 5. D. Tho. D. Aug. D. Baſil.

95. Dicitur *Sanctus* tum quia per ipſam Divinam Naturam eſt ipſamet Sanctitas: Deinde, cum ex vi ſuæ proceſſionis formaliter ſit amor notionalis purus, immenſus, ac Divinus, & ipſemet Deus, & Sanctus: hunc ſuum amorem nobis communicat, dum ſemetipſum cum charitate creata, quam in nobis infundit. Hinc ait Paulus Rom. 5. n. 5. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.*

Cur Sanctus. Rom 5.

NOTABILE QUARTUM.
Qualiter divinus Spiritus in nobis maneat.

96. Cum ipſe divinus Spiritus cum gratia, ac charitate nobis communicatur, ipſamet perſona Spiritus ſancti nobis phyſicè, ac realiter donatur cum Patre, & Filio, quod conſtat ex illo Joan. 14. n. 13. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Notanda illa duo verba

Tres divinæ Perſonæ verè, & realiter in juſto. Ioan. 14.

Ioan. 14. *Veniemus, & manſionem apud eum faciemus*, quod neceſſario refertur ad tres Divinas Perſonas: *Manſionem faciemus*, in quodenotatur, quod quandiu juſtus in gratia perſeverat, tres Divinæ Perſonæ conſtituunt in eo ſedem, thronum, ac manſionem; Deus enim ſedit, & requieſcit in anima juſti, ut dixi ſoperiori q.11. n.84. 85.

97. Non dico, quod Deus ſit in anima juſti per aliquam unionem, ſed per intimam, & ſingularem ſui præſentiam, ac communicationem, per quam reddimur conſortes divinæ Naturæ, ut ait Petrus, ſicut Deus ſuis Beatis in ſua gloria realiter eſt præſens, eiſque ſuam eſſentiam communicat, & eis poſſidendam exhibet; nam, ut ait Suar. ſtatim citandus, ſi Deus non eſſet præſens in anima juſti per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, per gratiam, & ſanctitatem inciperet eſſe ibi realiter præſens. Ita D.Thom. 1.p.q 43.art.3. argum.1. D.Leo. D.Ambroſ. D.Aug. quos citat, ac ſequitur Suarez de Deo Trino lib.12. cap.5.n.8. & cum D.Thom.Caiet. Vaſquez, & cum Mag.in 1.diſt.14. art.2. quæſt.1. Scotus, D.Bonaventura.

Deus in anima juſti permanet.

D.Tho. D.Leo. Suar.

98. Ex quo maximè admitanda, ac veneranda ſumma pietas, atque clementia noſtri ſanctiſſimi Salvatotis Jeſu Chriſti, qui abſens in cœlum talem Paraclytum, ac Spiritum ipſe cum Patre nobis miſit, ut eleganter ponderat D. Auguſt.ſerm.185. de tempote, & ait: *Quanta, & quam ineffabilis pietas Redemptoris! hominem portavit ad cœlum, & Deum miſit ad terras. Quanta eſt Auctori cura pro inſtauratione factura ſua! Ecce iterum nova de ſuperna medicina mittitur: Ecce iterum infirmos per ſe ipſam Majeſtas viſitare dignatur: ecce iterum humanis divina miſcentur, id eſt Vicarius ſucceſſor Redemptoris, & beneficia, qua Salvator inchoavit peculiari Spiritus ſancti virtute conſumet: & quod ille redemit, iſte ſanctificet, & quod ille acquiſivit, iſte cuſtodiat.*

QUINTUM NOTABILE.

Donum Linguarum.

99. Hoc excellentiſſimum *donum* quatuor importat, *Primò* loquens in una lingua ad circunſtantes diverſarum Nationum, ab unoquoque auditur, & intelligitur, ac ſi in ſuo proprio idiomate loqueretur, v.g. Prædicat D. Angelus Carmelita, D. Antonius Olyſſiponenſis, D. Xaverius Indiarum Apoſtolus lingua Loſitana v.g. coram Æthiopis, Indis, Japonenſibus, ab unoquoque auditur, ac ſi in propria lingua Æthiopica, vel Indica loqueretur. *Secundò* habitudinē, facultatem, ac promptitudinem ad loquendum in unaquaque lingua, ac ſi in ea fuiſſet educatus. *Tertiò* intelligentiam, cognitionem, atque ſignificationem vocum, ut audiens Græcum, vel Hebraïcum, intelligat ſignificata per ipſas voces. *Quartò*, ut agnoſcat diſtinctionem Linguarum, qualis eſt Hiſpanica, qualis Gallica, vel Germanica.

100. Si vero quæras an hoc etiam donum linguarum communicatum fuiſſet Beatæ Virgioi Mariæ, & etiam alijs mulieribus ibi aſſiſtentibus? Etſi Caiet. neget, affirmandum nihilominus judico, & de ſanctiſſima Virgine apud me eſt certiſſimum; ipſa enim, ut ſæpe dixi ex Sanctis Patribus eſt Magiſtra Magiſtrorum, & Doctrix omnium Apoſtolorum, ac Evangeliſtarum: ergo donis Spiritus ſancti magis repleta eſt, quam ipſi Apoſtoli. Secundò Deiparæ ſanctiſſimæ datum fuit plus gratiæ, ſanctitatis, & juſtitiæ, quàm ipſis Apoſtolis: ergo etiam plus donorum Dei, quàm alijs. Tertiò ſanctiſſima Virgo ex Dei mandato fugit in Ægyptum, Math.2.n.14. & illa cum Ægyptijs locuta eſt linguâ Ægyptiâ, quæ valde diverſa erat ab Hæbrea, ut de Joſeph ait Pſalmiſta; *Linguam, quam non noverat, audivit*, Pſ.80.

Donum linguarũ in Beata Virgine.

Math.2.

Pſal.80.

n. 5. ergo jam à principio habuit aliquod donum linguarum, nunc vero luculentius.

1o1. Quod etiam dico de Magdalena, quæ Maſſilienſibus in Gallia prædicavit, ac de alijs mulieribus, deque alijs Domini diſcipulis ibi aſtantibus, quod colligo ex verbis præſentibus; ait enim Textus, quod adveniens Spiritus ſanctus *replevit totam domum, ubi erant ſedentes*. Ubi illud *replevit totam domum* non referendum eſt ad parietes, ſeu pavimentum, ſed ad perſonas ibi ſtantes, non quod omnes æqualem gratiam, & dona reciperent, ut jam dixi, ſed unus majorem, pro ſuo gradu, officio, dignitate, ac diſpoſitione.

Donum linguarũ in alijs ibi ſtantibus.

NOTABILE SEXTUM.

In quibus linguis loquebantur Apoſtoli?

1o2. D.Cyprianus ſerm. de Spiritu ſancto, Arator. Oecumen. & alij ſic tenent, quod Apoſtoli loquebantur una ſua lingua patria, quæ erat Syro-Hebræa, quæ erat Syriaca, & Hæbraica mixta, & à varijs gentibus variarum linguarum audiebantur, tanquam ſi unus quiſque in ſua lingua loqueretur, Hiſpano Hiſpanicè, Germano Germanicè, & favet Textus infra n.11. *Dixerunt quomodo audivimus eos loquentes linguis noſtris.* Implicat ſimul uno eodemque tempore diverſis linguis loqui.

Prima ſentētiā. *D.Cypr. Arator. Oecum.*

103. Secunda ſententia, quam tenet D.Cyrill. Catech. 17. D.Nazianzenus orat.44. D.Leo ſerm.1. de Pentecoſt. D.Ambroſ. in Pſal.18. D.Aug. tractat.93. in Joan. D.Gregor. homil.30. in Evangel. (& in quam maximè inclinat Lorinus, & Cornel.) affirmat, quod ſacri Apoſtoli, ac fideles viciſſim, ac ſucceſſivè varijs linguis loquebantur, & maximè favet Textus *cœperunt loqui varijs*: ergo non una lingua, ſed multiplici, pro quo facit lectio Syriaca, *loquebantur lingua, & lingua*, id eſt modo hac lingua Græca, modò Germanica.

Secunda ſententia. *D.Cyrill. Ieroſol. D.Naz. D.Leo. D.Ambr. D.Aug. D.Greg.*

104. Videtur mihi in bona concordia, ac ſenſu, utraque ſententia vera; nam loqui in una Lingua, & audiri à diverſis nationibus diverſarum linguarum, eſt prima, & magna excellentia inter eas quas habet donum linguarum, quæ conceſſa fuit Beato Angelo, D.Antonio Olyſſiponenſi, S.Xaverio, D.Vincentio Ferrera: ergo non eſt deneganda ſacris Apoſtolis. Secundo D.Petrus hic habuit unam concionem continuam coram omnibus, qui ſub ſole ſunt, ex quibus appoſita fuerunt ad fidem Chriſti ferè tria millia, ut dicitur infra in hoc capite n.41. ergo in tam ampla multitudine uno idiomate utebatur Petrus, & audiebatur ab unoquoque in ſua propria lingua.

In concordia utraque ſententia vera.

105. Cum hoc tamen ſtat, quod etiam Petrus, alijque Apoſtoli loquerentur alijs etiam Linguis, v.g. Chaldaïca, Syriaca, Indica, ac proinde in hac ſacra die Pentecoſtes reſplenduit in illis donum lioguarum ſecundum illas quatuor ſpecies, quas habet, & explicavi ſupra Notabili quinto, ut ſic maximè virtus Spiritûs ſancti in eis clareſceret.

NOTABILE SEPTIMUM.

Quot, & quanta ſint linguæ in toto Orbe, & an Apoſtoli omnium accepiſſent donum.

1o6. Sacri Apoſtoli omnium linguarum totius Orbis acceperunt donum, ac cognitionem, & loquelam, quia, ut Magiſtri, & Doctores omnium gentium deſtinabantur, ut ita D. Ambroſ. epiſt.39. Quot autem eſſent linguæ in Orbe? multi Authores, & Cardinalis Hugo tenent eſſe Septuaginta duas juxta numerum Diſcipulorum Chriſti, Ita ut pro unaquaque lingua daretur Prædicator unus, & tot eſſent linguæ quot prædicatores.

D.Ambr. *Hugo.*

107. Ex epiſtolis, quæ veniunt ex India, refertur, quod in nna parte indiæ Occidentalis, numerantur ſeptuaginta Linguæ, ita ut unaquæque Civitas habeat propriam linguam ob continua bella inter ipſas Civitates, ut ita ſecretum unius non cognoſcatur ab altera. An verò harum linguarum, quæ poſt Apoſtolos accreverunt, & inventæ ſunt in Orbe, habuiſſent plenum donum, & notitiam? dubitabis, Reſpondeo, quod talium linguarum noritia, cum tunc non extarent, non eſſe neceſſaria ad prædicationem Evangelicam, ac converſionem gentium; ſi tamen hoc concedatur ob magnam, & excellentem dignitatem Apoſtolorum, & abundantiam donorum eis communieatam, non repugnabo.

QUÆSTIO XIII.

Quare Deus in ſuis Apoſtolis tot, & tantas linguas ordinaverit?

108. RAtio eſt manifeſta: quia omnes gentes vocabantur ad Ecelefiam & fidem, quæ omnium linguis erat prædicanda; nam omnibus Deus aperit viam ad ſalutem, & ideo in illa cœleſti Civitate dicitur: *Ab Oriente porta tres, & ab Aquilone porta tres, & ab Auſtro porta tres, & ab Occaſu porta tres.* Apoc.21. n.13. vide ibi dicta: Nunc quæro rationes aliquas morales. *Apoc.21.*

109. *Ne interpretibus indigeant.* Secundo Apoſtolis Prædicatoribus in toto Orbe donum linguarum confertur, ne interpretibus uterentur, ſub quibus multoties multa falſitas latet. Tertio loquuntur omnium linguis ad publicanda Chriſti magnalia. Vide ſupremum Dei conſilium, ut jam notavi tom.5. in Evang. lib.8.cap.14. q.7.n.65. Petrus hic infra n.12. elamat omnium linguis, ut audiretur ab omnibus gentibus ſub ſole: *Audite viri Iſraëlita verba hac: Ieſum Nazarenum virum probatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigijs, & ſignis:* At vero Caïphas ſuo idiomate clamat contra *Math.26* Chriſtum *Blaſphemavit*, Matth.26.n.60. & Judæi ſuo hebræo ſermone vociferant ad Pilatum: *Si non eſſet hic malefactor non tibi tradidiſſemus eum.* Io.18. *Ioan.18.* n.30. Judæi unâ linguâ peſtiferâ dicunt Chriſtum blaſphemum, & malefactorem; at Petrus non una linguâ, ſed omnium idiomate teſtificatur Chriſtum Jeſum virum Sanctum, juſtum, ac probatum à Deo: *Quod una mala lingua finxit variis linguis deletur.* Injuria, quam aliquorum depravata lingua finxit, non una lingua, ſed varijs linguis expurganda, ac refutanda fuit, & ideo Paulus ait ad Philipp.2.n.11. *Omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.*

110. *Exod.25* Secundo ad fabricandum Tabernaculum eum omni magnificentia mandat Deus Moyſi, Exod.25.n.3. *Hac ſunt, qua accipere debetis, aurum, & argentum, & æs.* Si Tabernaculum adſtruebatur eum tanta ſumptualitate, ad quid cum auro, & argento etiam miſcetur æs? ſicut & Salomon ædificans Templum magnis ſumptibus, ut etiam illius *pavimentum intrinſecùs, & extrinſecùs eſſet ex auro,* 3.Reg.6.n.29. *Finxit etiam duas columnas æreas?* 3.Reg.7.n.15. Ad quid ergo, ubi erat tanta auri, & argenti copia, quæ in tempore Salomonis tanquam nullius pretij habebatur, ut dicitur 3.Reg.10.n 21. ad quid etiam æs? ſob ære intelliguntur variæ metallorum ſpecies, ut Ciprum: ſint ergo in tabernaculo, ac templo Dei omnia metalla, aurum, argentum, æs, ciprum; hæc quippe metalla, cùm pulſantur, dant ſonum ad modum vocis; ſint igitur in templo Dei, quia ad ornatum Eccleſiæ maximè pertinet multarum vocum, linguarumque varietas. Origen homil.13. in Exod. ait: *Opus eſt are ad tabernaculi conſtitutionem; puto as accipi provoce, audi Apoſtolum: ſi linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habuero, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens.* Ita ergo loqui linguis, & interpretari ex alia in aliam linguam, æris oblatio eſt; neceſſe eſt enim omnia habere tabernaculum Dei, & nihil deeſſe in domo Dei.

3 Reg.6. *3.Reg.7.* *3.Reg.10* *Varietas linguarū inſeruit ad ornatum Eccleſia.* *Origen.*

QUÆSTIO XIV.

Sacri Apoſtoli repleti Spiritu ſancto quid loquebantur?

COeperunt loqui magnalia Dei. Laurentius de laudibus Mariæ Virginis lib.1.ait: *Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, ecce plenitudo interior; & cœperunt loqui, ecce redundatio exterius.* Quia, ut ait D.Gregor. homil.33. in Evang. *Certè linguis igneis apparuit Spiritus ſanctus, quia omnes, quos repleverit ardentes pariter, & loquentes facit.* Juxta illud, quod dicitur Sap.1. n.8. *Spiritus Domini replevit Orbem terrarum, & hoc quod continet ſcientiam habet vocis.* 111. *Laurent.* *D.Greg.* *Sap.1.*

Quid loquebantur Apoſtoli? ait Textus *magnalia Dei,* & quæ erant hæc magnalia? Opera nempe vitæ Chriſti, & ſic ultima verba, quæ D. Jeſus dixit ſuis diſcipulis, ut illorum eſſent teſtes ſuperiori cap.1. n.8. ſic & Petrus cum ageret de eligendo Apoſtolo in locum Iudæ ait eodem cap.1. n.21. *Oportet ergo ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati omni tempore, quo intravit, & exivit D.Ieſus, incipiente à Baptiſmate Ioannis uſque in diem, qua aſſumptus eſt à nobis teſtem reſurrectionis ejus fieri unum nobiſcum.* Quod valde promptè diſcipuli adimpleverunt; & ſic D.Petrus in concione, quam habuit in præſenti tota fuit de Vita Chriſti, maximè de ejus paſſione, morte, ac reſurrectione, ut patet ex hoc capite à n.14. Opera enim Chriſti pro noſtra redemptione ſunt magnalia Dei. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, Pſal.95. n.4. de quo multa dixi varijs in locis. 112. *Actor.1.* *Magnalia Dei Chriſti opera.*

Illud tamen expendo in præſenti, quomodo loquebantur: Ait D.Chryſoſt. in præſenti *Apophtegmata cæleſtia,* id eſt verba cum elegantia, ac pompa compoſita, & ardentia ad inflammanda, & compungenda corda audientium ſic etiam ait Oecumenius *cœperunt loqui, erant ſcita, breveſque ſententia, quas linguis varijs proferebant,* brevia, ac compendioſa myſteria oracula eructabant, multo tamen decore, ac pulchritudine ornata, ut animos ad ſe devincirent, ac allicerent. 113. *D.Chryſoſt.* *Oecum.* *Verbum elegans efficax ad perſuadendum.*

In imminente vitæ totius populi periculo, pro ipſius vita, ac ſalute ingrediens Eſther ad Regem Aſſuerum cap.14.n.13. ſic ad Deum deprecabatur: *Tribue ſermonem compoſitum in ore meo in conſpectu Leonis.* Malens apud Bibliam Maxi. legit *ſermonem bene ſonantem.* Prudens Regina non poſtulat ſapientiam in verbo, nec benevolentiam, ac amorem Regis in animo erga ſe, ſed poſtulat ſermonem politicè cultum, atque eleganter ornatum, ut ferveſcentem Regis animum valeat delinire: Prudens Regina apprimè agnoverat quantum apud aulicos ſermonis cultus, decora loquela, ac pulchra, & elegantia verba pervaleant, pro quo facit illud, quod de altera Regina Amalaſunta ait Caſſiodorus lib.11. vari. var.15. *Hanc enim digniſſimè omnia regna venerantur: quam videre reverentia eſt, loquentem audire miraculum: qua enim lingua non probatur eſſe doctiſſima nativi ſermonis ubertate gloriatur, excellit cunctos in proprijs, cum ſit aqualiter ubique mirabilis.* Ut omnes arctius devinciret eloquentia, quam potentia. 114. *Eſth.14.* *Maleus.* *Eloquens lingua efficax ad perſuadendum.*

Cum

115. Cum Deus apparuiſſet Moyſi, ut eum ad Pharaonem mitteret eum multa poteſtate faciendi ſigna, & prodigia, præ humilitate à tanto negotio ſe excuſans, ait, Exod. 4. numer, 10. *Obſecro Domine, non ſum eloquens.* Chaldaicus habet: *Domine non ſum vir eloquens:* Pagninus, *Non vir verborum ſum* D. Ambroſ. Maurulus: *Non vir gracili locutione ſum.* Si tam ampla poteſtas ei committitur ad perpetranda tanta mirabilia cum virga ſua in manu, ut valeat devorare dracones Ægyptiorum, fruſtranea videtur excuſatio, quam proponit ex eloquentiæ defectu, ubi eſt tanta, & tam eximia poteſtas, ad quid eloquentia? Ut dicat *non ſum vir eloquens, non ſum vir verborum*: Alta conſideratione Magnus Gubernator hanc excuſationem prætendit; optimè enim ſciebat, quod res tam ardua, ac difficilis potius erat vincenda, atque agenda fœcunditate verborum, quam dominantis ferrea virga, & cum ipſe ſe antea non agnoſceret eloquentem, & ex colloquio Dei non fuiſſe datam, inde à tali munere ſe retrahit. D. Auguſt. lib. 1. in Exod. q.7. *Tanquam oſtendens fieri potuiſſe, ut qui antea eloquens non fuiſſet, repente fieri ex quo cum ille Deus loqui cœpit.*

Exod. 4. Chaldai. Maurul.

Actor. 2. *n.* 5. Erant autem in Jeruſalem habitantes Judæi viri Religioſi ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt.

N. 6. Facta hac voce, convenit multitudo, & mente confuſa eſt, quoniam audiebat unuſquiſque lingua ſua illos loquentes.

VERSIONES.

Syrus Pariſienſ. Commorantes Judæi, qui timebant Deum.

Arabicus. Jeruſalem degentes Judæi.

Æthiopicus. Homines electi.

Aria. Ab omni genere eorum.

Alij. Dei Cultores.

Syrus n. 6. Fuit vox illa, congregatus eſt totus populus, & commotus eſt, eo quod audiens erat homo, quod loquentes ipſorum linguis erant.

Arabicus. Cum factus eſſet prædictus ſonus complures illorum ſimul confluentes.

Æthiopicus. Congregati ſunt omnes illi conturbati.

D. Chryſoſt. Percuſſi ſunt.

EXPOSITIO V.

116. *Erant autem in Ieruſalem viri Judæi habitantes*; vel quia ibi aliqui habebant domicilium permanens, vel quia in curia regali erant ibi negotij cauſa, vel quia ibi aderant ratione Feſti Pentecoſtes juxta legem Exod. 23. n. 17. *Ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt.* Hyperbola eſt, id eſt ex multis, & variis terris; Nam Judæi ob multas perſecutiones maximè Antiochi Epiphanes toto orbe erant diſperſi, & ubique degebant, ut etiam nunc degunt; ut ait D. Nazianzenus orat. 44. quod ſupremo Dei conſilio factum eſt, ut tot mirabilium, ac prodigiorum, quæ hic facta ſunt eſſent teſtes, & per diverſas orbis partes narrarent: ita D. Chryſoſt. in præſenti.

D. Naz. D. Chryſoſt.

117. *Religioſi* Cicero lib. 3. de Natura Deorum circa finem exiſtimat Religionem dici à Religendo, ac ſit virtus, quæ tantum pertractat de Deo, & ſolum Deum prælegit cæteris rebus contemptis; D. vero Auguſt. lib. de vera religione ad finem docet Religionem dici à religando tanquam, ac ſit hæc virtus veluti quoddam vinculum, quod nos Deo alligat, & religat, ut ſoli Deo totis viribus ſerviamus.

Cicero. *Religio à religando.* D. Aug.

118. *Viri Religioſi* Syrus vertit *Timentes Deum.* Æthiopicus homines electi; Alij *Dei Cultores*, inter quos numerantur filij, ac diſcipuli Eliæ, & Eliſæi, ita multi antiquiſſimi, & graviſſimi Authores, ut Joannes Ciminet, Joannes Groſſi, Venerabilis Pater Soreth, Palæonydor, & alij, quos citat, ac ſequitur M. Leſana tom. 1. Annal. ad annum Chriſti 34. num. 33. fol. 718. quibus accedit ſapientiſſimus Magiſter Ioſephus Andres ex Sacra Societate Ieſu Decor Carmel. Decore 59. num. 324. fol. 412. & maximè facit pro hac ſententia, id, quod legitur in quarta lectione ad matutinum in feſto commemorationis B. Virginis de Monte Carmelo 16 Iulij, quæ ita habet: *Cum Sacra Pentecoſtes die, Apoſtoli Cœlitus afflati variis linguis loquerentur, & invocato auguſtiſſimo Ieſu nomine, mira multa patrarent, viri plurimi, qui veſtigiis Sanctorum Prophetarum Eliæ, Eliſæi inſtiterant, & Ioannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti fidem comparati, &c. Evangelicam fidem confeſtim amplexati ſunt.* Quæ lectio multipliciter fuit examinata, & approbata à Sacra Congregatione, & confirmata à ſummis Pontificibus Paulo V. Urbano VIII. Alexandro VII. Clemente X. ergo cum aliis viris, qui ad Cœnaculum concurrerunt, fuerunt etiam iſti Diſcipuli Eliæ, & in hujus rei memoria eſt antiquiſſima conſuetudo in Religione Carmelitana, quæ memoriam hominum excedit, quod omnibus diebus ante Miſſæ exordium decantatur Antiphona: *Veni ſancte Spiritus, &c.* cum oratione *Deus, qui corda fidelium, &c.*

Syrus. alij. Diſcipuli Eliæ. Ioan. Cim. Ioan. Groſſi. Leſana. Ioſeph. *Officium Carmelitan.* Paul. V. Urban. VIII. Alexand. VII. Clemens X. *Antiqua conſuetudo.*

119. Facta autem hac voce, quæ fuit, ut legit Syriacus verſ. 1. tanquam ſonus, & ſeu ſtrepitus vehemens, ſive à vento, ſive ab alia re excitatus, dicitur vox in ſcriptura, ſic quando Deus dedit legem in Monte Sinai dicitur Exod. 19. cœperunt fulgura, & tonitrua, de quo agens Regius Vates inquit Pſal. 17. num. 14. *Altiſſimus dedit vocem ſuam grandø, & carbones ignis* pro tonitru poſuit vocem 115. & 1. Reg. 12. num. 17. convenit nempè ad Cœnaculum *multitudo magna* & valde magna; nam ex ipſa multitudine converſi ſunt ad fidem tria millia *mente confuſa eſt.* Æthiopicus *conturbati ſunt.* D. Chryſoſt. *Perculſi ſunt*, admiratione, ſtupore, ac timore tam inſoliti prodigij, ut inquiunt Vatablus, & Cajetanus, neſciebant, & non poterant capere ob quod tam inſolita mirabilia fierent cùm audiretur tantus ſtrepitus in Cœnaculo, qui tot mirabilia hominum voluit congregare, tum quia audiebant eos loquentes linguis ſuis.

Exod. 19. Pſal. 17. Æthiop. D. Chryſoſt. Vatabl. Caietan.

Actor. 2. *n.* 7. Stupebant autem omnes, & mirabantur dicentes; Nonne ecce omnes iſti, qui loquuntur Galilæi ſunt?

N. 8. Et quomodo nos audivimus unuſquiſque linguam noſtram, in qua nati ſumus.

VERSIONES.

Arabicus n. 7. Et attoniti erant.

Syrus Dum diceret unus ad unum.

Æthiopic. Conturbati ſunt, & mirati ſunt.

S. Proſper Nonne ſunt natione Galilæi?

Syrus n. 8. Sumus audientes homo, homo.

Æthiop. In ſermone regionum originis noſtræ.

Oecumen. Audivimus eos quiſque in ſua propria lingua.

S. Proſper. Agnoſcimus in eis ſermonem.

EXPOSITIO VI.

120. Interlin. STupebant omnes.: de cordis ſtupore interpretatur Gloſſa Interlinealis, capiebantur extra ſe tanquam in extaſim, *& mirabantur*, Divina opera, ut etiam Philoſophi non agnoverunt, tum ob ſui magnitudinem, tum quia eorum cauſas, ac fines non poſſumus rimari, cum tranſgrediantur ordinem naturæ: Dicentes *unus ad unum*, ut habet Syriacus, id eſt unus ad alterum. Galilæi ſunt: Lingua Galilæa erat maximè rudis, ac tarda ad pronuntiationem, & valde difficilis ad alias linguas addiſcendas, ac proferendas. Syrus.

121. Syrus. Verſ. 8. *Et quomodo nos audivimus*, Syriacus *habet homo, & homo*, id eſt quilibet noſtrum, audivimus linguam noſtram, ſubintelligitur loquentes. *In qua nati ſum*, id eſt vox eorum clare, & diſtinctè ſonat, ac refert linguam uniuſcujuſque noſtri, cum ſimus tantarum, ac diverſarum nationum.

Actor. 2. *n.* 9 Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui, habitant Meſopotamiam, Judæam, & Cappadociam Pontum, & Aſiam.

N. 10. Phrygiam, & Pamphiliam, Ægyptum, & partes Libiæ, quæ eſt circa Cyrenen, & Advenæ Romani.

N. 11. Judæi quoque, & Proſelyti, Cretes, & Arabes, audivimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei.

VERSIONES.

Syrus n. 9. Qui habitant inter fluvios.

Æthiopic. Medium fluminum.

Arabicus. Noſtram inquam, nempè linguam Parthorum, &c. & habitantium in Inſula Meſopotamia.

Oecumen. n. 10. Qui eſt finitima Cyrenæ, illi verſantes Romani.

Syrus. Qui venerunt è Roma.

S. Chriſoſt. Præterea qui hic agunt Romani.

Arabicus n. 11. Judæorum huc confugientium.

D. Syrus. Mirabilia Dei, ſeu miranda facinora.

D. Chryſoſt. Proſelyti noſtrarum linguarum proprietatibus loquentes magnificentias Dei.

EXPOSITIO VII.

122. Verſ. 9. PArthi Incolæ ſunt apud Aſiam Scythicam, grandes Romanorum inimici, arcu, & ſagitta valde potentes, & ſic dicti, quia à Scythis ad Medos profugerunt, indeque nomen acceperunt; quia Parthi lingua Scythica exules dicuntur, ut teſtatur Iuſtinus lib. 2. cap. 42. & ab exulibus Scytharum, & Parthorum imperium eſſe deductum. Iuſtin.

123. *Medi* Habitatores latiſſimæ Regionis Aſiæ, nomen eis ſic inditum à ſuo Authore, ſeu conditore à Medo Medeæ, & Ægæi filio, ut vult Strabo lib. 11. cap. 1. antiquitatum; ſeu à Mado, Madai filio Japhet, ut tenet Joſephus lib. 1. antiquit. cap. 14. & D. Hieronym. in Actis Apoſtolorum, qui ſic ait: *Medi à Madai filio Iaphet appellati; ſunt enim inter flumen Indum, & flumen Tigrim Regiones illa à monte Caucaſo uſque ad mare Rubrum pertingentes, Aracuſſa, Parthia, Aſſyria, Perſis, & Media, quas Scriptura Sacra univerſas ſæpè Media nomine vocat.* Ioſeph. D. Hier.

124. Ælamitæ ait Pamelius in Tertullian. lib. 1. contra Judæos, eſſe Perſas ſic nuncupatos ab Elam filio Sem, & confirmat has tres gentes ſic eſſe ordine diſpoſitas, quia vicinæ ſunt inter ſe, & ut teſtatur D. Hieronym. de Viris Illuſtri. in Thoma. D. Thomam Apoſtolum prædicaſſe Evangelium Chriſti Parthis, Medis, & Perſis Geneſ. 10. num. 22. & 1. Paralipom. cap. 1. n. 17. Ælam primus nominatur inter filius Sem. D. Hier. Gen. 10. 1. Paralip. 1.

125. *Qui habitant Meſopotamiam.* Meſopotamia deducitur à nomine Syriaco, & idem valet, ac *inter fluvios*, ac proinde nominis ethimologia, idem eſt, ac *interamniam* eſt Regio latiſſima inter Tigrim, & Euphratem, eſtque valde celebris, quia fugiens Abraham de Ur Chaldæorum in ea habitavit, & ibi ex mandato Dei peregrinavit Geneſ. 11. num. 31. & 32. & Geneſ. 12. num. 2. in ea etiam habitavit Adamus, ut tenet Perera. Gen. 11. Gen. 12.

126. *Iudaam*, eſt pars Paleſtinæ inter fluvium Euphratem, & mare Ægyptium valde celebris, de qua ferè ſemper hic agimus. *Et Cappadociam* Pontica Regio eſt in capite Syriæ ad Septentrionem, ejus Regia Civitas prius Mazaca, poſtea Cæſarea à Claudio Tiberio Cæſare dicta eſt, in ea ſedit D. Baſilius, qui & Cappadox fuit, ſic & Nazianzenus. D. Baſil. D. Nazi.

127. *Pontum* De quo ſic ſcribit D. Hieronym. de locis Hebraïcis Regio eſt *multarum gentium, juxta mare Ponticum, quod Aſiam, Europamque determinat.* In Aſia Minori ſita eſt, & Aſiam, quæ tertia pars eſt Orbis, ſua magnitudine duabus aliis Europæ, & Affricæ æqualis, indeque ipſa eſt dimidia pars Orbis, & ideo dividitur in duas partes, Aſiam Majorem, & Minorem: Hugo hic intelligit Aſiam minorem, in qua regnat Turci Imperium, & quia hæc pars Minor continet ſub ſe Cappadociam, & Phrygiam, quæ tanquam diſtinctæ partes hic ponuntur, ideo hîc venit intelligenda alia pars major, quæ dicitur Proponrica, de qua Ptholomæus lib. 5. tabul. 1. Aſiæ cap. 1. Salmeron, Lorinus, Sanchez, & Cornel. Hugo. Ptholo. Salmer. Lorinus. Sanch. & Cornel.

128. Verſ. 10. *Phrygiam, & Pamphyliam.* Sunt duæ Regiones in Aſia Minori: *Ægyptum*, eſt notiſſima Regio Aſiæ Majoris juxta Affricam; *& partes Libia*: Libia aliquando ſumitur pro tota Affrica; hîc verò ſumitur pro illa, *quæ eſt circa Cyranem*: Eſt enim *Cyrene* urbs præcipua ejuſdem Libiæ, an verò ab hac civitate fuerit ille Simon Cyrenæus, qui cum Chriſto D. portavit Crucem dubitatur; quia triplex eſt civitas hujus nominis, de quo egi tom. 5. in Evangel. lib. 8. cap. 12. q 9. num 54. Origenes Franciſc. Lucas dicunt de hac civitate de qua agimus, *Advena Romani*, Lorinus, & Cornel. exponunt de Judæis, qui venerunt Roma, ſed cùm ſequenti verſu de Judæis advenientibus ex diverſis partibus fiat mentio, & ſicut in præſenti nominantur homines ex variis nationibus, ſic & Romanî advenæ ex Roma extranei, maximè quia Pilatus Romanus erat, & Centurio. Lorin. Cornel.

129. Verſ. 11. *Iudæi quoque*: Lyranus, & Cajetanus intelligunt illos, qui erant ex tribu Iuda, ſed quia ſupra mentionem fecit de his, *qui habitant Iudaam*, qui in Ieruſalem erant commorantes, hîc ſimpliciter agit de illis Iudæis, qui venerunt ex diverſis partibus, vel religionis, ſeu negotij cauſa, ſive hi eſſent Iudæi, ſive ex Iudæis nati. Lyran. Caiet.

130. *Proſelyti* Vox eſt græca, & idem valet, ac Advenæ, ſeu adventitij & hi ſunt, qui erant ex Gentibus, & Iudæis aggregati ſont in religione, vel etiam Gentiles, qui adhuc in ſua ſuperſtitione perſeverabant, videntes tanta mirabilia cum cæteris concurrerunt ad Cœnaculum.

131. *Cretes*, Creta Inſula eſt, quæ nunc *Candia* nuncupatur,

patur, mare undique cingitur, centum oppidis il-
luſtriſſima, & ideo à nomine græco, quod centena-
D.Hier. rium dicit, Creta appellatur; & ut teſtatur D.Hie-
ronymus de locis ex Actis Apoſtol. Prima hujus
metalli inventio utilitas fuit.

132. *Arabes*, hoc eſt ex Arabia, quæ ob ſui amplitu-
dinem triplex eſt, una, quæ dicitur *Petra* ab ejus
principali urbe ſic dicta. Secunda *Deſerta* ob illius
latiſſimas ſolitudines. Alia, & tertia Felix Arabia
pecorum Camelorum multum abundans, de quo
Strabo multa abundanter ſcribunt Strabo, Diodorus, Pli-
Diodor. nius, & alij, ex qua fuerunt Magi, qui venerunt
Plinius. Chriſtum adorare.

133. D. Lucas in his nationibus non ſervavit ordinem;
nam ponit Cretes, & Arabes, qui valde remoti ſunt
à Cretenſibus, ſicut & Perſæ, ac Medi à Judæis,
fortè ne eſſet querela, quod unus prior alio nomi-
naretur, & ut denotaret, quod omnes iſtæ natio-
nes promiſcuè erant audientes Apoſtolos loquentes
variis linguis.

Act. 2. *n*. 12. Stupebant autem omnes, & mi-
rabantur ad invicem dicentes, quidnam
vult hoc eſſe.

N. 13. Alij autem irridebant dicentes, quia
muſto pleni ſunt iſti.

VERSIONES.

Syrus. *n*. 12. Admirantes erant omnes, & ob-
ſtupeſcebant cum diceret unus ad unum:
cujus eſt hæc voluntas.

Arabicus. Quid fortaſſis eſt hoc?

Tigurina. Hæſitabant omnes.

Æthiop. Conturbati ſunt omnes, & hæſita-
verunt, quid dicerent, & diſputaverunt.

Syrus Regius. Quid hoc res eſt.

Syrus n. 13. Iſti multum biberunt, & inebria-
ti ſunt.

Arabicus. Homines autem alij deriſerunt eos,
&c. Sanè iſti muſto temulenti ſunt.

D.Chryſoſt Subſannabant eos.

Arias. Cavillantes eos.

D.Auguſt. Muſto onerati ſunt iſti.

Aliqui. Uva dulci pleni erant iſti.

EXPOSITIO VIII.

134. Verſ. 12. S*Tupebant autem omnes, & miraban-*
Tigurin. *tur* Tigurina, Arabicus *hæſitabant*.
Arabicus Dubitabant tanquam inopes conſilij. *Dicentes* Sy-
Syriacus. riacus *unus ad unum*, nempè unus ad alterum: *Quid-
nam vult hoc eſſe*, quidnam portet, & ad quid ten-
dat tam nova, & inaudita res, num antea in tota
Scriptura viſa, tam variis, ac diverſis linguis iſti
loquantur.

Verſ. 13. *Alij autem irridebant*. D. Chryſoſt. *ſub-*
135. D.Chryſoſt. *ſannabant*, & fortè hi erant ſcribæ, & Phariſæi, qui
ſicut crudeli odio ferebantur in Chriſtum, ſic in
ejus Diſcipulos. Arias legit *Cavillantes* quod deno-
Arias. tat dicere cum malitia, ac dolo, & fraude. *Muſto
pleni ſunt iſti*. Syrus *Inebriati ſunt*, Arabicus *temu-*
Syrus. *lenti*, & dicunt *muſto*, non vino, ſed muſto, quod
Arabicus eſt valde turbidum, fœculentum, quod ſolum ab
hominibus vilibus, & infimæ conditionis præ mul-
ta gula bibitur, & magis inebriati malitia multum
obcæcat, pleni muſto, cum eſſet menſe Maij, in
quo non ſunt uvæ, nec muſtum.

QUÆSTIO XIV.

*Quare iſti maligni dicunt Apoſtolos ebrios per con-
tumeliam, cum diverſo, & altiori ſenſu à
Divino ſpiritu dicantur ebrij.*

EBrietas dupliciter ſumitur in ſcriptura, ut docte 136.
notat Mendoça tom.1. in cap. 1. Regum Anno- *Duplex*
tat. 11. ſect. 1. num. 11. in bonam, & malam partem; *Ebrietas*.
in malam partem Iſai. 28. num. 1. *Væ Coronæ ſuperbiæ* Iſai.28.
ebriis Ephraim. In bonam partem Cantic. 5. num. 1. Cant.5.
Bibite, & inebriamini chariſſimi, & aliis in locis
ſtatim adducendis.

Per contumeliam dicunt Judæi de Sacris Apoſto- 137.
lis Ebrij ſunt iſti. D.Cyrill. Hieroſolym. Catecheſ. D.Cyril.
17. *Verè dicunt Iudæi, ſed irridendo: Novum enim
verè erat illud vinum novi teſtamenti gratia, ſed no-
vum hoc vinum eſt à ſpirituali vinea, quæ jam antea
ſæpè in Prophetis fructum ferebat, & in novo teſta-* *Chriſti*
mento refloruit. Et latè proſequitur S. Pater; Paſſim *inimici*
in Prophetis Domus Iſrael dicitur *Vinea Domini Sa-* *contra*
baoth, hæc tamen vinea omnino emarcuit, & are- *ſuam in-*
facta eſt, ſed in novo teſtamento refloruit in Chri- *tentio-*
ſto Ieſu, qui eſt vitis vera, cujus nos palmites ſumus *nem vera dicũt*.

Inter Ebrietatem corporalem, & ſpiritualem mul- 138.
tæ ſunt differentiæ. Primò D. Cyrillus cit. ait D. Cyril.
*Ebrietas ſpiritualis omnino contraria corporeæ ebrie-
tati; hæc cognatorum inducit oblivionem, hæc ve-
rò ignotorum notitiam donat*, D. Ambroſ. lib. de D.Ambr.
Elia, & jejunio cap. 16. poſt multa de Ebrietate ita:
*Hæc ſenſus hominum mutat, & informat, per hanc
fiunt ex hominibus equi adhinnientes*. D. Bernard.
lib. de modo bene vivendi cap. 25. ait: *Ebrietas cor-* *Ebrietas*
pus debilitat, mentem illaqueat, generat perturba- *omne*
tionem mentis, Ebrietas auget furorem cordis, Ebrie- *malum,*
tas nutrit flammam fornicationis, Ebrietas ita alienat *ac dia-*
mentem, ut homo neſciat ſemetipſum, &c. nec eſt *bolum*
aliud Ebrietas, quam manifeſtus Dæmon. D. Chry- *ſecum adducit*.
ſoſt. homil. 57. ad Populum Antioch. ait: *Ubi ebrie-
tas, ibi Diabolus, ubi turpia verba, ubi ſaturitas,
illic Dæmones choreas agunt.*

At verò Ebrietas ſpiritualis valde eſt in oppoſito 139.
genere; ſicut enim Ebrius vino eſt incarnatus Dia-
bolus, & totus ſe præcipitat in terram, in eo Dia-
bolus choreas agit: Ebrietas ſpiritualis facit Ange- *Ebrietas*
los Iſai. 8. num. 2. *Ite Angeli veloces* & relinquen- *ſpiritua-*
tes terrena tota mente, ſuiſque omnibus potentiis *lis mul-*
tendunt in Deum Iſai. 6. num. 8. *Qui ſunt iſti, qui ut* *tum di-*
nubes volant, quaſi columba ad feneſtras ſuas & cum *ſtat*. Iſai.18.
eis Deus agit diem feſtum, & lætitiæ. Pſalm. 75. n. 11. Iſai.6.
aliquæ tamen ſunt analogiæ inter unam, & alteram
ebrietatem, de quibus breviter.

Primò: Ebrietas corporalis privat hominem à 140.
mente ſua naturali, ingerit in eo oblivionem om- Analogiæ
nium temporalium; & veluti inſenſibiles reddun-
tur, ardentque furore, ac flamma ardoris vino ple-
ni, & de nulla alia re delectantur: Ebrietas verò
ſpiritualis divino ſpiritu hæc omnia importat, di-
verſo tamen genere. Ait Divina ſponſa: *Comedite
amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi*. Cantic. Cant.5.
5. num. 1. non bibentes, ſed inebriatos vocat chariſ-
ſimos, per quos Caſſiodorus intelligit contempla- Caſſiod.
turos, qui abſorpti in Dei meditatione, nil tempo- *Contem-*
rale cogitant, *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ* *platio*.
Pſal. 35. n. 9. Pſal.35.

Secundò *Inebriamini* Philo Carpatius intelligit 141.
Sanctos Martyres, qui ita Dei gratia erant fortes, Philo.
ac conſtantes in martyrio, ac ſi forent impaſſibiles: Carpat.
Calix meus inebrians, quam præclarus eſt. Pſalm. 22. Martyr.
num. 5. quod de Calice Paſſionis, quem ſancti mar- Pſal.22.
tyres

D.Laur. Iuſtinianus. tyres propinant intelligit D. Laurent. Iuſtin. qui de Triumphali Chriſti agone. cap.7. ait: *Quomodo non inebriat meditantem, cum amor ipſe inebriet patientem.*

142. Orgelit. D.Anſel. Doctores, ac Prædicatores. Tertiò *Inebriamini*: Orgelitan. & D. Anſelmus intelligunt Doctores, ac Prædicatores, qui flamma Divini amoris ſuccenſi ob animarum ſalutem, per antra deſerti, per vias inſolitas, & per aſperrimos montes incedentes, & omni commodo contempto peregrinantur, ut de eis in ſenſu miſtico dicatur illud Mich.2. num.11. *Stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem*, de quibus ad literam intelligit D. Gregor. Papa citatum Cantic. locum, & poſt multa ſcribit: *Quid profectò iſti, quid aliud agunt, niſi bibentes inebriantur & dum omnium terrenorum per deſiderium obliviſcuntur, jure à ſponſo cœleſti, non tantum amici, ſed chariſſimi vocari merentur.*

Mich.2. Chariſſimi. D Greg.

143. Quartò: *Inebriamini* quod de Sacra Euchariſtia, ut ſupremo omnium Cœleſti epulo, in quo animus ſatiatur, & impletur omnibus ſpiritualibus donis. Ita prædictum Cantic. locum D. Cyprian. epiſtol.63. ad Cecilium, & ait: *Quia ebrietas Dominici Calicis, & Sanguinis, non eſt talis qualis vini ſæcularis, cùm diceret Spiritus Sanctus in Pſalm. Calix tuus inebrians addidit, quam peroptimus*, quod ſcilicet Calix Dominicus ſic bibentes inebriet, ut ſobrios faciat, ut mentes ad ſpiritualem ſapientiam redigat, ut à ſapere iſto ſæculari ad intellectum Dei unuſquiſque reſpiciat, *& quemadmodum vino iſto communi mens ſolvitur, & anima relaxatur, & triſtitia omnis deponitur, ita & poto Sanguine Domini, & poculo ſalutari deponatur memoria veteris hominis, & fiat oblivio converſationis priſtinæ ſæcularis, & mœſtum pectus, ac triſte, quod prius peccatis angentibus premebatur, divina indulgentia lætitia reſolvatur.* Ebrietas ſpiritualis ex Sacra Synaxi ſecum afferat omnia bona cœleſtia, infert oblivionem terrenorum, confortat animum; & dat jucunditatem cordis.

Pabulũ Sacra Euchariſtia. D.Cypr.

144. Quintò *Inebriamini*: Ebrietas temporalis facit hominem denudari ſuis veſtibus, illaſque à ſe abjicere: Ebrietas ſpiritualis, de qua loquitur ſponſa ſancta, juxta D. Bernard. facit hominem amore inflammari, ut mediante divina gratia ſe valeat denudare, ac mundare à peccatis, & ad hoc tendit id, quod dicitur Tren.4. num.21. *Inebriaberis, atque nudaberis.* D. Ambroſ. ſerm. 73. de S. Cypriano ſic ait: *Ebrietas illa magis ſobrium facit, qui enim inebriatur cœleſti gratia inebriatur ſarcina peccatoris.*

D.Bern. Tren.4. D.Ambr.

145. Tandem D. Laurentius de Triumphali Chriſti agone cap.7. *In Noe ebrio à vino, ac nudo in tabernaculo.* Geneſ.9. num.22. Chriſtum Dominum figuratum amore inebriatum, & in cruce nudatum intelligit & ſic ait S. Pater: *Amore* ebrius mediator ſuam coram omnibus exhibuit nuditatem, aliter equidem Noë præfiguratus. Quod confirmatur ex his, quæ ſcribit D. Marc. cap.3. num.20. *quod Chriſtus* Dominus, & diſcipuli ejus *veniunt ad domum, & convenit iterum turba ita ut non poſſent, neque panem manducare, & cum audiſſent ſui exierunt tenere eum, dicebant enim, quoniam in furorem verſus eſt.* Ad quæ verba citato loco Marc. tom. 6. in Evangelia varias appoſui expoſitiones; illa verior, quod videntes diſcipuli Chriſtum D. maximè amore hominum inflammatum, & totum impenſum in eorum ſalutem docendo, illuminando, ſanando infirmos, & ſui, ac ſuorum valde oblitus, ita ut jejunus totam tranſiret diẽ, inde dicebant vi amoris in furorem eſſe verſum, cum nec de ſe, nec de ſuis curaret, ſed totus aliorum ſaluti eſſet impenſus, inde dicebant. In furorem eſt verſus, Syrus legit, dicentes: *Quoniam à ſe exiiſſe.* Perſicus: *Hic quidem eſt intellectu exceſſus.*

D.Laur. Iuſtinia. Chriſtus in Cruce inebriatus amore. Gen.9. Marc.3. Syrus. Perſicus.

QUÆSTIO XV.

Quare iſti improbi audientes Apoſtolos magno miraculo in omnium linguis loquentes, dicunt ebrios.

146. A*Lij autem irridentes dicebant, quia muſto pleni ſunt iſti.* Magnum, & ſtupendum miraculum, quod homines Galilæi ſubito omnium linguis loquerentur, & loquentes unâ ſuâ linguâ patriâ, ab omnibus nationibus, quæ ſub cœlo ſunt, ab uno quoque audirentur in ſua propria lingua Græca, Germanica, Indica: Quid ebrietatis cum omnium linguarum peritia? quis unquam in ebrio talia animadvertit? potius inſaniunt ipſi ſuâ depravatâ linguâ; & augetur difficultas, quia, ut ait Oecumenius, ipſi bene intelligebant, ibi eſſe aliquod donum, utpote quod viribus humanis fieri non poſſet. Ad quæſtionem.

147. Primò maximè conſideranda ſuprema, & alta Dei Providentia, quòd permiſit horum iniquorum injurioſa dicteria dicentium; *muſto pleni ſunt iſti*, ut inde data occaſione Petro hanc calumniam refutante, maximè Apoſtolorum virtus patefieret, ac manifeſtaretur, cum tam variarum linguarum donum, ſolum ex virtute Spiritus Sancti provenire poſſet, qui in Apoſtolis habitabat, ut Apoſtoli ipſi in omnium æſtimatione, atque opinione maximè venerabiles eſſent, eorumque virtus ore omnium præclara celebraretur; ex ſermone enim D. Petri tria millia converſi ſunt, & ut dicitur infra: *Fiebat autem omni animæ timor, & metus erat magnus in univerſis*, & exinde in tanta reverentia erant Apoſtoli, ut eos non ſolum boni, ſed etiam mali multo timore, ac tremore reverebantur, & ut valde honorabiles recolebant, D. Chryſoſt. homil.7. in Acta ait: *Neque ut vulgares homines deſpiciebant, meritoque corrupti ſunt metu, & teſtificabantur dictis ſigna, quæ videbant.*

Ex maledictis impiorũ datur occaſio, ut virtus manifeſtetur.

148. Secundò dicunt iſti maledicti *muſto pleni ſunt iſti*, cur non dicunt vino pleni ſunt iſti, ſed tantum muſto? maximè, cum hoc eſſet dictum menſe Maij, in quo uvæ adhuc non ſunt maturæ, nec datur muſtum, quomodo ergo adſtruunt: *muſto pleni ſunt iſti?* Inter vinum, & muſtum hæc datur differentia: muſtum quid recens, ac modo quid ab uva expreſſum dicit: at vinum jam notabile tempus interpoſitum involvit, unde quamvis iſti maledicti neſcirent quid dicerent, divino tamen afflatu loquuntur; quia Charitas Apoſtolica, ita pro omni inſtanti, ac momento erat fervida, ac ſi tunc eſſet nova, ac recens, modo incipiens, ut denotat muſtum, & nihil in ea extenuatum, ac remiſſum à ſuo principio, ut reperitur in vino, ut præclarè notavit Gilbertus Abbas ſerm.19. in Cantic. & ait: *Muſti præfert amor inſigne, quod nativitatis ſua fervore quodam, & velut ætatis laſcivia excreſcit, & ſuperfluit, capi neſciens, & novo ſemper efferveſcit affectu* muſtum hoc habet, quod tanquam quid recens ſemper efferveſcit, & ideo optime in eo præfiguratur ingens amor, qui ſemper novis efferveſcit affectibus, perfecta enim charitas nunquam ſeneſcit, ſed ſemper novis fructibus refloreſcit. Vide tom.5. in Evang. lib.7. cap. 0. q.3. n.20.21.

Perfecta Charitas non ſeneſcit, ſed ſemper recenter floreſcit. Gilbert.

149. Oecum. Tertiò Oecumenius in præſenti ait: *Manifeſtum eſt quod ipſi irriſores intelligebant, & maximè coram habentes eos, qui rem miraculo adſcribebant, & tamen ipſi calumniabantur.* Nota ſequentia: *Intelligebant*

bant quidem, verùm non placebant eis, quæ dicebantur, multis ſiquidem moris eſt, quibus non arrident, quæ dicuntur, ut dicentem inſanire, aut decipere arbitrentur. Magna, & alta myſteria eructabant Sacri Apoſtoli magno, & ſtupendo miraculo, tum ex vehementi ſono facto, tum ex dono tam diverſarum linguarum, quomodò eos dicunt maledicti ebrios, nam talis nihil dicit ad rem, ſed omnia deliramenta: *Non placebant eis, quæ dicebantur*, ea, quæ contra proprium guſtum dicuntur, tanquam in deliramenta convertuntur; nam grata, vel ingrata rei plauſibilis officina eſt. *Multis moris eſt, quibus non arrident quæ dicuntur, ut dicentem inſanire, aut decipere arbitrentur.*

Si non placent quæ dicuntur ut inſania habentur.

150\. Idem Oecumenius ait: *Malitia, quæ ex nimia pravitate eſt, à nullo alio, quam ab ipſa perverſitate procedit, ut quoquo modo inveniat, quo præſens bonum abſorbet, ac pellat*; Nota ſequentia: *Omne itaque negotium qualitati adſcribunt, dicentes, muſto pleni ſunt iſti; Improbitas namque id unum quærit, ut quoquo modo aliquid dicat, non ut rationale quidpiam dicat.* Ut notat citatus Author datus numero antecedenti, Apoſtolos, ut ſapientes, & magno diverſarum linguarum miraculo operantes bene intelligebant, tamen ebrios dicunt; Nam irrationalis malitia fervens, ſemper ad detrahendum aliquid fingit, ad ſuum venenum effundendum, & nunquam etiam in evidenti requieſcit, ſed ſemper quærit aliquid, quod malevole dicat.

Oecum.

Improbitas ſemper quærit quod malevolè dicat.

151\. De Caſtiſſimo Joſepho dicitur Geneſ. 37. num. 2. *Accuſavit fratres ſuos apud Patrem crimine peſſimo:* Ita legunt apud Bibliam maximam aliqui. *Detulerunt Ioſeph de peſſimo crimine apud Patrem ſuum Iſrael:* Quomodo hæc poſſunt cohærere, quaſi Joſeph fratres ſuos non accuſaſſet, ſed fratres eum accuſaverint; ut enim habet Theodoretus; Videntes namque fratres illuſtriſſimas virtutes Joſeph, & quod in multis eos præcellebat, eorum impatiens invidia multas chimæras fingit, ac fabulas componit, ut aliquid ad calumniam dicat, & obmurmurare valeat. D. Chryſoſt. homil. 61. in Geneſ. ait; Vide malitiæ eminentiam, etiam patris charitatem perturbare intendebat, & quæ non erant fingunt contra fratrem, ſolum, ut invidia ſua expleri poſſit: ſemper malevola lingua contra viros ſanctos armatur, ut quocumque modo obmurmuret, ac aliquid calumnioſum dicat.

Gen. 37.

Malevola lingua ſemper fingit ad murmurandum.

D. Chryſoſt.

152\. Compone inter Chriſti hoſtes, & Arrianos: Judæi Chriſtum crucifixerunt, Lancea vulnerarunt, flagellis cæderunt, & malefactorem dixerunt; Arriani ejus Divinitatem negabant, eum puram creaturam affirmantes, & non, quæ Dei ſunt, ſed hominis illi attribuebant: qui crudeliores hoſtes? Noſter D. Cyrillus Alexandrinus in cap. 4. Joannis: *Quid autem rurſus Arriani, adverſus quos meritò dicere poſſumus: Sodoma juſtificata eſt à vobis, qui Iudæorum inſaniam exceſſerunt, ab illis Chriſtus Crucifixus eſt, ab iſtis ineffabilis natura verbum blaſphematur.* Malitia Iudæorum contra Chriſtum, ut hominem ſe oppoſuit, at Arrianorum nequitia contra ipſum ut Deum ſe erexit, ejus Divinitatem abnegans, multa fabricans figmenta, ac contra ipſum Deum armatur multa depravata componens, ut dicere quid habeat: *Ab iſtis ineffabilis natura verbum blaſphematur.*

D. Cyrill. Alexand.

Malevola lingua etiam contra Deû armatur.

Actor. 2. *n.* 14. Stans autem Petrus cum undecim levavit vocem ſuam, & locutus eſt eis: Viri Judæi; & qui habitatis Jeruſalem univerſi, hoc vobis notum ſit, & auribus percipite verba mea.

N. 15. Non enim ſicut vos æſtimatis, hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia.

VERSIONES.

Syrus n. 14. Surrexit Simon Cephas, & extulit vocem, &c. & attendite ſermones meos.
Arabicus. Efferens vocem magnam.
Æthiopic. Et clamavit voce magna.
D. Chryſoſt. Auribus percipite.
Syrus n. 15. Ecce cum uſque tres ſunt horæ.
Æthiopicus. Illuſtravit nunc hora tertia regionem.

EXPOSITIO VII.

Verſ. 14. S*Tans autem Petrus* tanquam Princeps, ac caput omnium Apoſtolorum, ſtans utpote conſtanter, ac intrepidè cum undecim Apoſtolis, ut notat Lyranus, ut loqueretur magis authenticè *elevavit vocem ſuam, & locutus eſt*, cum magna audacia, ut ab omnibus gentibus, quæ ſub Cœlo ſunt, audiretur. Petrus loquebatur una lingua Hebræa, vel Græca, tamen audiebatur ab omnibus, quo ſignificabatur, quod vox ejus, ac illius ſucceſſorum per totum terrarum ambitum erat audienda: *Viri fratres* ſic compellit ad magis eorum gratiam reconciliandam, quod ſemper Magiſter, ac prædicator debet intendere, benevolos ſibi facere auditores. *Viri Iudæi, & qui habitatis Ieruſalem univerſi*, hoc dicit propter Judæos proſelytos, qui denuò advenerant, *Qui habitatis Ieruſalem*; Quia ibi vigebat ſtudium legis, ac Prophetarum, ac proinde major ſcripturarum notitia erat. 153.

Lyran.

Prædicator faciat ſibi benevolos auditores.

Verſ. 15. *Non ſicut vos æſtimatis hi ebrij ſunt*, eorum falſam æſtimationem, ac calumniam non aſperè reprehendit, ſed cum multa modeſtia refutat. *Cum ſit hora diei tertia.* Ab ortu nempe ſolis in diebus feſtivis ſolebant Judæi (ut ex Joſepho tenet Baronius) à cibo, & potu abſtineri uſque ad ſextam horam.

QVÆSTIO XVI.

Quare D. Petrus ſtans refutat calumnias Iudæorum, atque inimicorum?

S*Tans Petrus ait viri fratres.* Petrus incipiens hic publicare legem Evangelicam, pedibus ſtat, & Chriſtus D. incipiens eam promulgare ſedet, ut ſcribit D. Matthæus cap. 5. num. 1. Cum ſediſſet, acceſſerût ad eum diſcipuli ejus, *& aperiens os ſuum, docebat eos. Beati pauperes ſpiritu.* Chriſtus ſedens loquebatur cum ſuis Apoſtolis amicis, ac familiaribus, atque amicabiliter, Petrus ſtans refutat calumniam iniquorum, & confundens perverſos inimicos, fervor animi, ac amor honoris Divini quietis impatiens eſt. *Stetit Deus in Synagoga Deorum* Pſalm. 81. num. 1. Quomodo nunc dicitur ſtare Deus, cum paſſim dicatur Deus ſedere? *Qui ſedes ſuper Cherubim*, & iterum apud Iſaiam . num. 1. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, Seraphim ſtabant ſuper illud.* Quomodo nunc dicitur ſtare *Stetit Deus in Synagoga Deorum* Deus ſedet inter Angelicos ſpiritus tanquam ſupremus eorum Dominus, quem venerantur. Stat vero per magnum zelum, ac fervorem ad refutanda falſa dogmata Scribarum, ac Phariſæorum, quos per Deos ibi interpretantur Nicephorus, Caſſiodorus, & Cardinalis Hugo. 154.

Math. 5.

Zelus vehementi quietis impatiens.

Pſal. 81.

Iſai. 6.

Niceph.
Caſſiod.
Hugo.

Petrus elevavit vocem ſuam, Petrus pro Jeſu 155.

Chriſto

Chriſto alta voce clamat, ut caput, ac Princeps Apoſtolorum in conſpectu hoſtilis multitudinis, qui cum antea negaverat coram ancilla, non mirum oſtendebatur ibi ardor, ac efficacia gratiæ Divini Spiritus, quo agebatur, D. Chryſoſt. homil. 4. in Acta: *Id Petrus facit, ut cognoſcerent Spiritus eſſe gratiam, cum is, qui vilis puellæ non tulerat percunctationem, nunc in medio populi cunctis vociferantibus, tanta cum fiducia diſſerat.* Theophilactus ibi ait: Qui non ſuſtinuerat interrogationem vilis puellæ, hic in medio multitudinum ad cædem inclinatarum cum tanta fiducia verba facit.

D. Chryſoſt. Spiritus Sancti gratia valdè fortem reddidit Petrum. Theoph.

156. Magis in hujus rei argumentum conſidera, quod poſt Reſurrectionem apparens Chriſtus ſuis diſcipulis: *At illi conturbati, & conterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre* Luc. 24. numer. 38. & Actor. 1. numer. 3. dicitur, *Quibus præbuit ſe ipſum vivum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens, & loquens de regno Dei*; & tamen cum tanta Dei viſione, ac allocutione, nullus Apoſtolorum audebat Chriſtum prædicare, eumque hominibus annuntiare: aſt ubi Divinus Spiritus eorum corda inflammavit: *Stans Petrus elevavit vocem ſuam, & loquutus eſt eis.* Quid illuſtrius Dei viſione? quid ſublimius, quam Deum propriis oculis aſpicere; ejus vocem audire, ac cum eo habere colloquium? Et tamen viſo Chriſto cum gloria ac majeſtate reſurgente, adhuc timidi diſcipuli è Cœnaculo non exibant; At ubi deſcendit Divinus Spiritus, & eorum corda implevit, tanquam fortes milites proſiliunt in campum alta voce coram omnibus Gentibus Chriſtum prædicantes. Guerricus Abbas ſerm. 1. de reſurrect. ait: *Apoſtoli, qui prius dubitabant, etiam poſt intuitum corporis viventis, poſt guſtum Spiritus vivificantis virtute magna reddebant teſtimonium Reſurrectionis: adeo plus eſt Ieſum corde concipere, quàm oculis videre, & auribus de ipſo audire.*

Luc. 24. Actor. 1. Plus roboris dat Spiritus Sanctus, quà Dei viſio. Guerric.

157. Apparet Deus Moyſi in illa admirabili viſione, in qua rubus ardebat, & non comburebatur, eum Deus alloquitur, quòd ipſum mittit ad Pharaonem, ut educat populum Iſraeliticum de ejus poteſtate, & introducat in terram fluentem lac, & mel, multis ſe excuſat Moyſes, dicens: *Quis ſum ego, ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſrael de Ægypto.* Deinde ut Moyſes quieſceret Divinis mandatis ei imperat Deus, ut projiciat virgam, quam tenet in manu, in terram, quæ verſa eſt in colubrum, & iterum apprehenſa virgæ formam reaſſumpſit. Deinde præcipit Deus, ut manum ſuam mittat in ſinum, quæ exinde leproſa educta eſt. Secundò imperat Dominus, retrahe manum in ſinum tuum, quam ſanam, & alteri carni ſimilem protulit: adhuc Moyſes non quieſcit, & ſe excuſat dicens, *non ſum eloquens.* Tandem, ut ei Deus ſilentium imponat, ait ei: *Ego ero in ore tuo* Exod. 4. numer. 12. Statim ne unum quidem verbum amplius locutus eſt Moyſes, ſed ſtatim ad mandata exequenda progreditur, quid eſt hoc, quod Moyſes vidente Deo, ac ejus locutione, totque prodigiis oſtenſis adhuc ſe excuſat, ubi verò ei dicitur, quod Deus erit in ore ejus, nempe per gratiam Spiritus Sancti, cujus eſt linguam mutare, ſtatim ab omni excuſatione deſiſtit Procopius ad cap. 11. Geneſ. ait: *Non Angeli: non Creatura, ſed Creatoris eſt novas formare linguas, Spiritus Sancti opus eſt linguas mutare.* Et quod nec Deus apparens, nec ejus miracula, ac prodigia efficiunt, una Divini Spiritus gratia perficit, & abſolvit.

Exod. 3. Exod. 4. Plus operatur Spiritus Sancti gratia quam Dei viſio, ac eius miracula. Procop.

QUÆSTIO XVII.

Quare D. Petrus ad Apoſtolorum defenſionem tertiam diei horam eſſe proponit?

Ait D. Petrus: *Non ſunt hi ebrij, ut vos æſtimatis, cum ſit hora diei tertia.* Apud Iudæos dies duodecim horas continebat, quas in quatuor dividebant, ſcilicet, primam, tertiam, ſextam, & nonam, & unaquæque tres horas in ſe claudebat; Prima erat ab ortu ſolis incluſis tribus horis uſque ad tertiam, & hæc totidem horas ſecum involvebat uſque ad ſextam, quæ ad meridianum uſque tempus tribus etiam incluſis horis pertingebat, poſtea vero ſequebatur nona totidem horis. 158.

Spiritus Sanctus venit hora tertia, quia in illa hora homines frequenter ſunt jejuni, & ſenſus puriores, aptiores ad recognoſcenda, contemplanda, atque recipienda Dei dona; & in ea erant Sacri Apoſtoli in altiſſima oratione, ut notat Rupertus lib. 10. officior. cap. 18. Et fortè lex antiqua fuit data Moyſi hora tertia, & in eadem hora venit Spiritus Sanctus ad promulgandam legem gratiæ, in quo nobis magnum datur documentum, antiqua non omnino contemnenda, ſed quantum fieri poſſit recolenda, ſic ait Chriſtus Dominus non veni ſolvere legem, ſed adimplere. Tandem, ut ait D. Cyrill. Jeroſolymit. Catech 17. Simbolicè *hora tertia ſignificat dari Orbi tertiam legem, Prima enim fuit lex naturæ, ſecunda Moyſis, tertia Chriſti.* 159.

Cur tertia hora. D. Cyrill.

Refutat Petrus calumniam adverſariorum, qui dicebant *ebrij ſunt iſti* quod exinde probat illud eſſe falſum *cum ſit hora diei tertia*, quia, ut referunt ex Joſepho Baronius, M. Leſana, Iudæi erant ſoliti in omnibus feſtis à cibo, & potu abſtinere uſque ad ſextam horam, & illa dies Pentecoſtis erat maximè feſtivus, ut dixi q. 1. Deinde teſtatur Beda. Illa hora tertia erat quotidie maximè deſtinata orationi apud Iudæos, ſicut nunc apud nos Chriſtianos; mane enim recitamus Matutinum, Primam, tertiam, & ſextam, ut advertit citatus Rupertus. 160.

Refutat D. Petrus. Ioſephus Baronius Leſana. Beda.

Tertio ex eo probat Petrus fieri non poſſe Apoſtolos eſſe ebrios, quia diei tertia erat hora; in ea enim Chriſtus crucifixus eſt, illamque Sacri Chriſti Apoſtoli in memoriam paſſionis ejus multis lacrymis, ac cordis dolore recolebant, & ex eo fieri non poterat, ut in tali hora ebrietati indulgerent. D. Cyrill. Ieroſolym. cath. 17. ſic loquitur in nomine D. Petri: Si autem non confiditis mihi, ex ipſo tempore intelligetis, verum eſſe, quod dicitur; hora enim tertia crucifixus eſt Ieſus, ut loquit D. Marc. cap. 15. n. 25. 161.

Paſſio Chriſti nos excitat ad fletum. D. Cyril. D. Marc. 15.

Scribit Paulus 2. Corinth. 5. n. 14. *Charitas Chriſti urget nos æſtimantes hoc, quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ut qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt.* Arabicus *Ut vita vivant non ſic poſt hac ſibi ipſis*, ſic Chriſtus paſſus, mortuus, & crucifixus pro omnibus nobis proponitur, ut ejus præclariſſima Charitas urgeat nos, ut in nobis omnis mundialis, ac terrena vita pereat, *ut vita vivant non ſic poſt hac ſibi ipſis.* Chriſtus paſſus ante oculos jam conſequens eſt, ut nullus ſibi vivat, ſed tota noſtra vita ſit in Chriſto, ut ei ſoli ſerviamus, extincto, & abolito in nobis omni terreno affectu, cum ipſe pro nobis vitam dederit. D. Bernard. epiſt. 143. Et ſi cætera taceam, hoc ſolo certè non immeritò ſibi vendicat vita noſtra, quia pro ea poſuit Dominus ſuam: nemo igitur ſibi vivat, ſed ei, qui pro nobis mortuus eſt. Vide multa de hoc tom. 5. in Evangelia lib. 8. cap. 1. per totum. 162.

2. Cor. 5. Arabicus. D. Bern.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XVIII.

Quare D. Petrus contra hos maledicos aliquam rigidam pœnam non fulminat, ut fecit Eliſæus contra pueros illudentes, ſed modeſte cum ratione reſpondet.

163. MAligni iſti, ac perverſi auditores grandem calumniam componunt, & dicunt contra Sacros Apoſtolos. *Ebrij ſunt iſti*: Petrus eorum malitiam refutat, nunc ratione poſtea auctoritate ſcripturæ, ut videbimus in ſequentibus, cur, quæritur, Petrus non utitur ſua poteſtate, & tam injurioſam blaſphemiam graviter punit: Cum pueri illudentes dicerent Eliſæo: *Aſcende Calve, egreſſi duo urſi laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros* 4. Reg. 2. n. 24. Gravior calumnia erat ebrios dicere, quam Calvum appellare; Cur ergo ſimiliter D Petrus tam injurioſa verba nó caſtigat, ut cæteri cautiores fierent, ſed diſſimulat?

4. Reg. 2.

164. Reſpondet primo Oecumenius, & ait: *Ratione illis viam muniebat ad converſionem, & pœnitentiam.* Volebat D. Petrus eos adducere, ad fidem, ac pœnitentiam, ideo non poteſtate, ſed forti, atque efficaci ratione alliciebat, quod didicerat Petrus à ſuo Sanctiſſimo Magiſtro Chriſto Jeſu, ut notat D. Paſchaſius lib. 4. in Matthæum; nam cùm ſuperbia Phariſaica multa contra eum blaſphemo ore jactaſſet, ipſe non caſtigatione, ſed manſueto, & efficaci verbo confundebat; non poteſtate, ſed ratione utendum eſt, pro quo vide multa in omnibus meis libris in Sybillario verbum *Ratio*.

Occum.

Operandum non potentia, ſed ratione.

165. Secundo Pater Eliſæus punit, Petrus diſſimulat, & patienter ſoſtinet; Eliſæus miniſter ideo rigidus, & abſtervus; D. Petrus vero Paſtor, & præſul, ideo lenis, ac ſuavis; magis enim trahitur, ac devincitur animus dulcedine, ac affabilitate, quam aſperitate, ac rigore. Oſtenditur Ioanni in Cœlo liber ſignatus ſigillis ſeptem, *& nemo poterat aperire librum*, clamant Angeli: *Vicit leo de tribu Iuda*; & tamen ſcribitur: *Ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum Agnum ſtantem & cum aperuiſſet librum.* Apoc. 5. n. 6. Chriſtus acclamatur, ut Leo, tamen in medio throni ſedet ut Agnus, nam etſi habeat potentiam, & fortitudinem, ut Leo, tamen in throno ad regendum, ac gubernandum eſt miris, & lenis, ut agnus, & non aperit librum, ut leo, ſed, ut Agnus, plus enim devincitur, ac obtinetur ſuavitate, atque manſuetudine agni, quam aſperitate, & ferocitate Leonis. Richardus Victorin. ſic ait: *Redemptor eſt Leo per potentiam Majeſtatis, Agnus per manſuetudinem, Leo fortitudine, Agnus pietate, Leo in promiſſione, ut ſpes firma ſe roboret; agnus exhibitione, ne pavida conſcientia formidaret, quem videlicet vidit in medio throni.*

Richard.

166. Fecit Rex Salomon Thronum admirabili diſpoſitione fabricatum, ut de illo dicatur: *Non eſt factum tale opus in univerſis regnis*, ad cujus aſcenſum ordinati erant ſex gradus, *& duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus, hinc, atque illinc*, 3. Reg. 10. numer. 20. tamen, ut ſcribitur 2. Paralip. 9. numero decimo octavó *Duo altrinſecus brachiola*, quæ erant ad ſedis latera, & extenſa, ac cor Regis ambiret: ad quid tendit talis architectura, Leones per gradus ad aſcenſum, brachiola vero ad cor Regis amplectendum, ac tenendum, Salomon dicitur Rex pacificus, de cujus lenitate, ac clementia multa ſcribunt Authores Joſephus, Strabo, & Salianus, proindeque in gradibus, per quos aſcenſum erat ad Thronum Leones, at vero juxta cor appareant brachiola extenſa; nam Rex pacificus, ac benignus, ut ſedeat in throno dominationes debet pedibus conculcare ac conterere furorem, rabiemque Leonis, in corde verò patentia brachiola ad omnes amplectendos benignè, ac clementer fovendos, ac recreandos.

3. Reg. 10. 2. Paral. 9.

A Rege furor abigatur, & benignitas amplectitur. Ioſephus Strabo Salianus.

Actor. 2. *n.* 16. Sed hoc eſt, quod dictum eſt per Prophetam Ioël.

N. 17. Et erit in noviſſimis diebus (dicit Dominus) effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, & juvenes veſtri viſiones videbunt, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt.

N. 18. Et quidem ſuper ſervos meos; & ſuper ancillas meas in diebus illis effundam de ſpiritu meo, & prophetabunt.

VERSIONES.

Oecumen. n. 16. Hoc dictum fuit.

Syrus n. 17. Oſtendam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & vaticinabuntur.

Arabicus. Supra omne animal.

Antioch. Inundare faciam ſpiritum meum ſuper univerſos homines.

Arabi. Alexandr. Inundabo de ſpiritu meo ſuper omnes homines.

Chaldaic. Septuag. n. 18. Etiam ſuper ſervos & ancillas effundam de ſpiritu meo.

EXPOSITIO X.

Verſ. 16. & 17. REfutat D. Petrus calumniam impiorum, ac maledicentium teſtimonio Ioelis Prophetæ 2. n. 28. Poſtquá egit de Chriſto D. omnium ſupremo Doctore n. 23. agit de advétu Spiritus Sancti, & ait: *Effundam de ſpiritu meo.* Illud *effundere* ſignificat dare cum magna abundantia, ac largitate, & ita vertit Antiochenus *Inundare faciam*, quod indicat multam exuberantiá *de ſpiritu meo*, qui à Patre, filioque procedit, quæ miſſio peculiariter videtur referri ad Chriſtum; de ipſo enim ut omniú Doctore agit Propheta, ut notant Expoſitores, Cornelius, & alij ibi. 167.

Ioelis 2. Antioch. Cornel.

Super omnem carnem. Per Synecdochen intelligútur homines, D. Chryſ. ſolos Judæos intelligit tamen aptius D. Hieron. Theodoret. Albertus Mag. intelligunt omnes homines tam Judæos, quàm gentiles, & in hoc oſtenditur ſuprema Divinitas Spiritus Sancti, qui ad omnes extendit dona ſua, & neminé excludit, & cum multa energia dicitur *ſuper omnem carnem* ut advertút Rabbi, Salan. & Lyra, ſuper illos venit Spiritus Sanctus, qui habét cor tenerum ad modum carnis, & non obduratum in peccatis tanquam lapideum: Inde dicit Deus per Ezechielem 31. n. 9. *Auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum.* 168.

D. Chryſoſt. D Hier. Theod. Albertus Magnus. Rabbi. Lyram. Ezechie. 11.

Et prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, ut fecerunt Sacri Apoſtoli, Beata Virgo Luc. 1. n. 46. Elizabeth. Luc. 1. n. 38. Zacharias, Simeó Anna propheti{ſſa} Luc. 2. n. 29. & 36. & quatuor filiæ Philippi Diaconi prophetátes Actor. 21. n. 9. & Agabus ibid. n. 10. & Ioannes in ſua Apocalypſi, & multi alij in primitiva Eccleſia, de quo multa Rozius de ſignis Eccleſiæ lib. 6. cap. 52. conſidera magnam, & altam prudentiam Petri, ut ex dono ac honore exhibito filiis alliciantur Patres ad credendum ea quæ dicuntur. 169.

Luc. 1. Luc. 2. Act. 21.

Patres maxime alliciuntur honore filiorum.

Senes veſtri ſomnia ſomniabunt, & iuvenes veſtri viſiones videbunt. Senibus, utpote ætate feſſis in ſomnum propéſis, tribuit ſomnia; at verò juvenibus excitatis, & vigilibus viſiones, quæ in vigilia fiunt Deo, ſua infinita ſapientia ſe Deus accommodat uniuſcujuſque genio. Revelationes Divinæ fiebant, vel per viſiones, vel per ſomnia, quia tunc ſenſus ma- 170.

Deus ſe accommodat genio uniuſcujuſque.

gis placati, & quieti ſunt ad divina percipienda juxta illud Moyſis Num. 12. num. 6. ſi quis fuerit in-
Num. 12. ter vos Propheta Domini in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum.

Verſ. 18. *Super ſervos meos, & ancillas.* Chaldæus habet. *Etiam ſuper ſervos, & ancillas.* Deus,
177. ut dicitur Roman. 2. non eſt acceptator perſonarum, ſed in omnes, ſive Dominos, ſive ſervos effundit, & communicat dona ſua. D. Cyrill. Ierosolym. Cathech. 17. Rufinus à Caſtro, & alij, per ſervos, & ancillas accipiunt gentiles; nam in lege veteri Judæi erant tanquam Filij Dei adoptivi, gentes quaſi ſervi, ſed per Chriſtum in filios ſunt adoptati. Ita Rupert. Hugo Sticher, & alij. Moraliter etiam dicam eſſe ſervum Dei eſt quid valde honoroſum, & honorificum de quo multa dixi ad cap. 1. Apocalypſ. q. 5. n. 33. 34. & q. 5. n. 64. & cap. 5. q. 25. n. 227.

QVÆSTIO XIX.

Quare D. Petrus ad confutandam calumniam iniquorum, nunc poſt rationem ſcripturam proponit.

178. *Argumentum efficax non ratione, ſed ſcriptura.* Efficaci ratione refutavit D. Petrus objectam calumniam, quod Apoſtoli ebrij eſſent, quia fieri non poterat cum eſſet *hora dies tertia*; Nunc efficaciter argumentatur ex Sacra Scriptura, quod eſt omnium fortiſſimum telum ad omnem falſitatem deſtruendam.
Theoph. Theophilact. *Cum igitur aliqua quæſtio eſt inexplicabilis ne confugias ad rationes; rationes enim excogitata tam evertuntur, quam approbantur, ſed Dei vocem quis ſoluit. Ratio ſoluitur, ſcriptura non ſoluitur.*

179. Accedit Diabolus ad Chriſtum Dominum tentandum, & ſemper producit rationes miracula exquirens: *Si Filius Dei es, dic ut lapides iſti panes*
Math. 4. *fiant.* Matth. 4. num. 3. Secundo ait Diabolus, *ſi Filius Dei es mitte te deorſum, Angelis ſuis mandavit de te, in manibus portabunt te.* Tertio accedit oſtendens omnia regna mundi, dicens: *Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraveris me.* At Chriſtus D. inimici protervi tela ſemper repercuſſit Scripturæ Sacræ teſtimonio: *Non in ſolo pane vivit homo, non tentabis Dominum Deum tuum. Dominum Deum tuum adorabis:* Quid eſt quod Chriſtus Dominus Dei ſapientia argumentans, Diabolus opponens rationes, cur eas aliis rationibus non diluit, ſed ſcripturæ
Chriſtus ſe defendit, non ratione, ſed ſcriptura. gladio eum comprimit; ſciebat præclariſſime Chriſtus Dominus quod frequenter maxime à malignis contra rationes, rationes opponuntur, ac contra teſtimonia ſcripturæ comprimendum os, & ſolum illi auſcultandum, atque obtemperandum.
Caiet. Caietanus ait: *Ut dicamus arma noſtra eſſe Sacras Scripturas; nulla enim poterit nos ſuaſio ad malum trahere, ſi conſultis Sacris Scripturis actiones noſtras, & omiſſiones direxerimus.*

180. Ait D. Petrus ſua 2. epiſt. cap. 1. num. 19 quod
2 Petr. 1. cum eſſet cum Chriſto D. in monte in illo Transfigurationis Myſterio, audivit illam vocem è Cœlo allatam ab æterno Parente. Hic eſt Filius meus dilectus, ipſum audite, & ſubdit, *habemus firmiorem propheticum ſermonem*, quomodo hoc dicitur, poteſt ne aliquid eſſe fortius, quam ipſa Æterni Parentis vox, quomodo ait Apoſtolus, *habemus firmiorem propheticum ſermonem.* Te nil ſane verius, ac fortius, quam illa cœleſtis vox, & contra teſtimonium poterat aliquis dicere, quod Petrus non bene audivit, nec bene referebat; At contra propheticum ſermonem, ac ſcripturam nihil poterat oblatrari, nec contradici. D. Auguſtinus ſerm. 27. de D. Aug.
verbis Apoſtol. cap. 4. ait. *Quis noſtrum non miretur delata voce de Cœlo certiorem propheticum ſermonem ab Apoſtolo dictum eſſe! Certiorem eſſe dixit, certiorem, non meliorem, non veriorem. Tam verus ille ſermo de Cœlo, quam ſermo Propheticus, tam bonus, quam utilis, quid eſt ergo certiorem, in quo magis confirmatur Auditor, quare hoc? Quoniam ſunt homines infideles, qui ſic detrahunt Chriſto, ut dicant eum magicis artibus feciſſe, quæ fecit: poſſent ergo infideles etiam iſti ad vocem de Cœlo delatam per conjecturas humanas, & illicitas curioſitates ad magicas artes referre, ſed Prophetæ antea fuerunt, non dico antea ante iſtam vocem, ante Chriſti carnem, nondum erat homo Chriſtus, quando miſit Prophetas, Ecce quare Apoſtolus Petrus ait habemus certiorem propheticum ſermonem. Vox de Cœlo, qua fideles admoneamur, propheticus ſermo, quo fideles convincantur.* *Aliquid contra verba opponitur, non contra ſcripturam.*

Similiter Beda ait: *Si quiſpiam noſtro teſtimo-* 181.
nio diſcredendum putaverit, quod in ſecreto glo- Beda.
riam Redemptoris noſtri conſpeximus divinam, quod vocem Patris ad eum factam audierimus, certe ſermoni prophetico nemo contradicere, nullus hoc ambigere audebit, quem Divinis ſcripturis jam olim inſertum omnes verum eſſe teſtantur. Similiter Oecumenius, ſi quiſpiam malignus de ſermone, ac teſtimonio Petri audeat detrahere, nullus audebit contradicere teſtimonio prophetico.

Ait Chriſtus D. Ioan. 5. n. 39. *Si crederetis Moyſi,* 182.
crederetis forſitan & mihi, de me enim ille ſcripſit, Ioan. 5.
idemque eſt ſenſus, quia non creditis Moyſi, mihi non creditis: Ecce hic Chriſtus D. prius credulitatem tribuit verbis ſcripturæ, quam verbis ſui ipſius; nihil verius poterat excogitari Chriſti verbis; cùm enim ipſe ſit ipſemet Deus, eſt ipſe pura veritas, in cujus ore non eſt inventum dolum; tamen, ut dixerunt perfidi Iudæi: *Tu teſtimonium das de te ipſo, teſtimonium tuum non eſt verum:* At verba ſcripturæ contemnere, ac refutare, nullus erit tam fatuus, tamque mentis inops, qui hæc audeat facere. Theophylact. ait: *Si ſcriptis non creditis, quomodo verbis meis credetis.* *Plus referendū ſcripturæ, quam verbis.*

Actor. 2. n. 19. Et dabo prodigia in Cœlo surſum, & in terra deorſum, ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi.

N. 20. Sol convertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & manifeſtus.

N. 21. Et erit omnis quicumque invocaverit nomen Domini ſalvus erit.

VERSIONES.

Syrus n. 19. Dabo virtutes ſuper terram.
Arabicus. Dabo portenta, & atritatem fumi.
Æthiopicus. Dabo miracula in terra.
Syrus n. 20. Sol convertetur in caliginem, &c: dies magnus, & tremendus.
Æthyopic. Sol obſcurabitur, & Luna fiet ſicut ſanguis, &c. & dies Domini glorioſus,
Goth. Dies horribilis.
Syrus n. 21. Nomen Domini uniet, *Vatabl.* ut ſervetur. *Aly* erit illuſtris.

EXPOSITIO XI.

Verſ. 19. & 20. DAbo prodigia, ut tenent Origenes in Ioan. & Cardinal. Hugo, hic

Amon. hic *prodigia vocantur, quæ præter opinionem ſunt, & humanam conſuetudinem excedunt.* Amonius verò in catena græca, illud dicitur ſignum, quod aliquid ſignificat, & oſtendit maximè futurum. Tamen apud Authores hæc duo confunduntur; & idem ſignificant. *In cœlo*, nempe Sol *convertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem*, & addit etiam Textus. Et in terra *in ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi.* Ad quæ hæc referantur variæ ſunt ſententiæ, probabilius ad diem judicij, quæ ſigna latiſſimè explicans tom. 4. in Evangelia cap. 50. per 26. quæſita, & de his, ac cohærentia textus ad præſens dicam quæſtione ſequenti 20. & 21.

284. Verſ. 21. *Et erit* in illo, nempe die judicij, ac honore, & tremore tantorum ſignorum præcedentium: *Omnis quicumque invocaverit* ex toto corde, ac fide, ſive verbo, ſive opere prædicando, ac docendo *nomen Domini*, nempe ejus potentiam, virtutem, atque adjuvamen, hæc omnia veniunt intelligenda ſub Dei nomine, ſic ait ſanctiſſima Virgo, *Fecit mihi magna qui potens eſt, & nomen ejus.* Luc. 21. *Salvus erit*, nempe ab omni malo, & vitam æternam aſſequetur; *Invoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me.* Pſalm. 49. num. 15. Et ratio eſt, quia
Pſal. 49. quia invocat Deum, Dei potentiam fatetur, & ſuam agnoſcit inopiam.

QUÆSTIO XX.

Quare poſt varias expoſitiones circa literam textus Ioëlis, ultima de finali iudicio amplectitur?

185. CIrca expoſitionem Prophetæ Ioelis capite ſecundo quam in præſenti refert D. Petrus, va-
Rabbini. riæ ſunt ſententiæ. Primo Rabbini dicunt hæc prodigia facta eſſe tempore Ezechiæ Regis, quando Angelus Domini percuſſit in ejus exercitu Sennacherib 180. millia hominnm; hoc tamen eſt fictitium; nam nec Ioſephus, nec alius antiquus Author de talibus prodigiis meminit.

186. D. Hier. D. Remi. Hugo. Secundo jam ex Catholicis D. Hieronym. D. Remig. & Hugo hæc de tempore Chriſti expoount, & tunc talia prodigia facta ſunt, nam in ejus nativitate Angeli canunt gloriam, Stella Magos ducit, in ejus morte Sol obſcuratur, è latere ejus fluit Sanguis, & aqua, quæ ignem charitatis in diſcipulis accendit, & hæc omnia facta ſunt ante diem Reſurrectionis, qui fuit dies horribilis Iudæis, & in die Pentecoſtes Spiritus venit in igne, & ideo D. Petrus in præſenti hanc prophetiam refert & hanc ſententiam ſequitur Sanchez, eſtque probabilis; tamen non adæquatè, ac plane explicat omnia, maximè quiſnam ſit ille dies Domini magnus, & horribilis, & multa exponit in ſenſu allegorico, nos autem ſenſum literalem quærimus.

187. D. Chryſoſt. Oecum. Lorin. Bardo. Tertio D. Chryſoſt. Oecumenius, Lorinus, Bardo in Ezechiel. capite decimo verſ. 1. exponunt locum Prophetæ de deſtructione Ieroſolymis per Titum, ubi multum ſanguinis Iudæorum effuſus eſt, templum, civitas, & omnia combuſta ſunt, redactaque in fumum, & ejus cineres; tamen illa prodigioſa ſigna in Sole, & Luna non legimus ibi facta.

189. Quarta, & vera ſententia tenet, quod Propheta ad literam loquitur de ultima die judicij; nam poſtquam Propheta cum his ſignis de Sole, & Luna
Ioelis 2. terminavit caput ſecundum, ſtatim incipit: Caput
Ioelis 3. Tertium num. 1. & 2. *Ecce in diebus illis* in tempore, de quo immediatè antea locutus fuerat: *Congregabo omnes gentes, & reducam illas in Vallem Ioſaphat, & diſceptabo cum eis.* Ecce dies magnus, & horribilis, quem talia ſigna præcedunt, ut prædixit Chriſtus D. Matth. 24. num. 29. Luc. 21. num. 25.
Erunt ſigna in Sole, & Luna, nam Sol obſcurabitur, Math. 24
Luna non dabit lumen ſuum, Stella de Cœlo cadens, Luc. 21.
Luna tunc vertetur in ſanguinem Iſai. 24. num. 23. Iſai. 24.
multus ſanguis Sanctorum Martyrum cum SS. Elia, Apoc. 11.
& Henoch effundetur ab Antichriſto Apocalypſ. Apoc. 18.
11. n. 7. & ipſe Antichriſtus concremabit civitates, 2. Petr. 3.
Cujus fumum viderunt amici ejus. Apocalypſ. 18. n. 9. & ut ait Apoſtolus Petrus epiſt. 2. cap. 3. n. 7. poſt diem judicij: *Omnia iſta igne conſumenda ſunt.* Hanc ſententiam, ut valde communem, tenent Tertullian. lib. 4. contra Marionem cap. 39. Origenes tract. 30. in Matth. D. Thomas in cap. 24. Matth. & ad citatum locum Ioelis Theodoretus, Rupertus, Lyra, Vatabl. Arias, Ribera, à Caſtro, Coroelius, imo & D. Chryſoſt. in Acta in præſenti.
Tertull. Origen. D. Tho. Theod. Rupert. Lyran. Vatabl. Arias, Ribera, à Caſtro, Cornel. D. Chryſoſt.

QUÆSTIO XXI.

Quare D. Petrus in die tam feſtivo, ac ſolemni commemorat diem iudicij univerſalis?

SUperiori quæſtione locum Ioelis in præſenti ad- 190.
ductum à D. Petro, de extremo, ac horrendo finali judicio expoſuimus, & exinde magna ſuboritur dubitatio: Cur à Principe Apoſtolorum, in die tam feſtivo, ac ſolemni, mentio fit de tremendo judicio finali?

Reſpondeo primo, quod eſt alta, & ſuprema ſa- 191.
pientia Divina, quod ſemper in memoria, ac ante oculos in omni feſtivitate habemus extremum diem judicij. In ſolemni, ac glorioſo die Aſcenſionis Chriſti duo Angeli in veſtibus albis pro tanta feſtivitate Sacris Apoſtolis adſtitere, qui & dixerunt eis: *Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in Cœlum, ſic veniet, quemadmodum videtis eum euntem in Cœlum.* Act. 1. n. 11. Expende illud *ſic veniet*, nempe ad judicium finale, ut eſt omnium interpretatio; & cur ipſum judicium commemorant? ne tanta feſtivitas periret ſine illius diei memoria.
In omni feſtivitate dies iudicij ante oculos obſervetur.

Secundo, ut ipſe D. Petrus teſtatur Act. 10. n. 42. di- 192.
cens: *Præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari, quia ipſe qui conſtitutus eſt à Deo judex vivorum, atque mortuorum.* Et D. Petrus, ut præſtantiſſimus Chriſti diſcipulus, & caput Eccleſiæ, omnibus præbens exemplum ſtatim in prima concione adimplet Domini mandatum, prædicans, & teſtificans populo ejus ſupremam poteſtatem judiciariam.
Petrus exequitur Magiſter mandat.

Tertio, altiſſima, & ſuprema ratione ſe agit D. Pe- 193.
trus in hac re, tanquam ſi dicat: O Iudæi hodie advenit Spiritus Sanctus in igne ad inflammanda corda fidelium, eaque implenda omnium cœleſtium donorum abundantiâ, qui cum tanquam fideles verè recipiunt ejus mandata exequentes, tamen ſcitote, quod, qui ejus mandata contemnunt, & non recipiunt, duriſſimum ejus judicium finale experientur magnis prodigiis ipſos damnando ad ignem æternum, quod facit Apoſtolus, ut judicio finali ipſi contremiſcant, & convertantur: Quis audito horrendo judicio finali non timeat, & ad meliorem frugem ſe recipiat?

Scribens D. Paulus ad Corinth. epiſt. 1. cap. 4. 194.
numer. 25. videns eos à via Domini declinantes, & 1. Cor. 4.
peccatis indulgentes, ait eis. *Quid vultis in virga veniam ad vos?* B. Paulus flagrabat charitate, ac ſumma indulgentia in ſuos diſcipulos, ut diceret, *Omnia ſuſtineo propter electos*, quomodo ergò virga minatur? & unde illi virga? ipſe non erat Prætor, nec Conſul, nec judex, unde ergo illi virga? Erat admonitio judicij venturi, quæ tanquam rigida
Iudicij memoriâ revocamur ad bonum.

virga ſōnolentos, ac demerſos in peccatis excitat, &
D.Hier. ad viam ſalutis reducit. D.Hieronym. in Pſalm. 2. ait:
*Nunquid Paulo jus prætorium erat, ut virga commina-
retur?* Non utique ita opinandum eſt, ſed quia om-
nis Dei ſermo, quo per comminationem, terrorem-
que judicij ad innocentis vitæ viam regimur, virga
eſt nuncupatus, per quem providentis Rectoris mo-
nitu coercemur.

195. Poſtquam Deus locavit primum Parentem poſuit
eum in Paradiſo, & *Præcepit de omni ligno Paradiſi*
Geneſ. 2. n. 16. *comede*. Geneſ. 2. num. 16. Determinat Deus cibos
Adamo de fructibus arborum, at vero de carnibus,
& piſcibus nullus eſt ſermo, nec aliqua conceſſio fa-
cta legitur, ut larga manu ſe Deus habuit cum Noe,
Geneſ. 9. cui dictum eſt à Domino Geneſ. 9. num. 3. *Omne, quod
movetur, & vivit erit vobis in cibum, quaſi olera vi-
rentia tradidi vobis omnia.* Cur, quæſo, Adamo to-
tius Orbis Principi fructus arborum taxantur in eſ-
cas? At Noe, omnia animalia tam volatilia, quàm ter-
reſtria, ac aquatilia ad menſam conceduntur. Unde
tanta differentia in ſumma largitate Divina? Ut mo-
do tam amplas eſcas homini porrigat, qui tam pau-
cas antea cōceſſerat; cum limitatione fructus dantur,
ne paſtus tanta multitudine ciborum inde ei daretur
occaſio, ut à lege exorbitaret in tanta felicitate poſi-
tus: Talis vero occaſio non dabatur in Noe, cum ip-
ſe præ oculis habuiſſet diluvium, in quo præfigura-
batur univerſale judicium, cujus umbra efficaciſſi-
Iudicij cōſpectus homines reſrænat à peccatis. mum frænum eſt, ut homines contineat in lege Dei,
ne ab illa recedant: Unde non mirum quod multa
concedantur, ut judicium eſt ante oculos, quæ dene-
gatur ubi nulla illius eſt memoria Tertullian. lib con-
tra Pſychicos ait: *Poſt diluvium reformatione gene-
ris humani, ſuffeciſſe unam interim legem à ſanguine
abſtinendi, permiſſo uſu cæterarum, jam enim judicium
Dominus oſtenderat per diluvium.* Ubi demonſtra-
tum fuit judicium, ibi impoſita fuit magna, ac rigida
catena, ne homines in peccata præcipitarentur. *Iam
enim iudicium Dominus oſtenderat per diluvium.*

Act. 2. n. 22. Viri Iſraelitæ audite verba hæc: Je-
ſum Nazarenum virum approbatum à Deo
in vobis, virtutibus, ac prodigiis, & ſignis,
quæ fecit Deus per illum in medio veſtri,
ſicut vos ſcitis.

N. 23. Hunc definito conſilio, & præſcientia
Dei traditum per manus iniquorum affli-
gentes interemiſtis.

N. 24 Quem Deus ſuſcitavit ſolutis doloribus
inferni juxta quod impoſſibile erat teneri il-
lud ab eo.

VERSIONES.

Syrus. n. 22. Qui à Deo apparuit apud vos præ-
claris factis.

Æthiopicus. Quem monſtravit vobis Deus ſig-
nis, & miraculis.

Oecumen. Pagni. A Deo deſignatum, *Tertul.*
deſtinatum, *Vatabl.* Exhibitum à Deo.

Syrus n. 23. Hunc, qui ſelectus erat ſibi ad hoc
ex præſcientia, & voluntate Dei ſolutis fu-
nibus, &c. crucifixiſtis, & occidiſtis.

Arabicus. Hunc juxta mentem Deo præfini-
tam, &c. & poſtquam illuſiſtis ei.

Æthiopicus. In ordinatione conſilij ejus, & pro-
videntia ſuſpendiſtis eum, & trucidaſtis.

Aliqui codices. Affligentes interemiſtis.

Syrus n. 24. Et ſoluit dolores, quia non poſſibi-
le erat, ut detineretur.

Arabicus. Quem liberavit à doloribus mortis.

EXPOSITIO XII.

Verſ. 22. V*iri Iſraelitæ.* Antea verſ. 14. eos dicit 196.
Petrus *Viri Iudæi*, quia ſic à Juda fi-
lio Jacob dicti erant, nunc vero eos appellat Iſraeli-
tas, qui à Jacob, ſeu Iſrael dicti erant, cum eos Iſ-
raelitas nuncupat juxta ſuum primarium ſignifica-
tum, viros fortes vocat, ut non moveantur dictis im-
piorum hominum. *Audite verba hæc*, ut notat Hugo, Hugo.
quæ ego dico vobis, nam quod impij, & iniqui di-
cunt, quod *ebrij ſunt iſti*. Ieſum Nazarenum D.Chry- D.Chryſoſt.
ſoſtomus, *ſtatim patriam dicit, quæ ſane videbatur con-
temptibilior eſſe*: quod eſſet contemptibilis bene pro-
batur ex illo Ioan. 1. n. 46. de Nathanaële dicitur: *A* Ioan. 1.
Nazareth poterit aliquid boni eſſe, & dicit Nazarē-
num. Communiter ſic vocabatur à Iudæis Marci Marc. 10.
10. n. 47. Luc. 18. n. 17. Ioan. 18. n. 5. à Pilato Ioan. 19. Luc. 18.
n. 19. ab Angelis in Reſurrect. Marci 16. n. 6. & paſſim Ioan. 19.
in toto Evangelio, de quo multa in citatis locis dice-
batur Nazarenus, vel ex Patria, vel ex ſignificato,
quod juxta radicem Hebraicam, idem eſt, ac flos, ipſe
autem dicitur *flos campi*. Cantic. 2. n 1. Cant. 2.

Virum approbatum à Deo exhibitum, demonſtra- 197.
tum, deſignatum à Deo juxta varias lectiones, virum
dicit, id eſt fortem, ac generoſum. Syrus legit: *Qui à
Deo apparuit vobis*, ut miſſus, exhibitus demonſtra-
tus, deſignatus à Deo, quod efficaciter oſtenditur.
Virtutibus, prodigiis, & ſignis; per virtutes Lyranus Lyran.
intelligit præclariſſima opera virtuoſa Chriſti, quæ
fuerunt in ſupremo omnium virtutum apice, alij,
etiam per virtutes intelligunt miracula, quæ Dei vir-
tute fiunt. Expoſitio Lyræ videtur accommodatior
prodigiis, & ſignis, hæc idem ſignificare jam ſupra
dixi, vel dic prodigia denotare magna, & ſtupenda,
ut mortuos ſuſcitare ſignis à ſignificando, ut Dæmo-
nes expellere, quod altius explicabo q. 13. in limi-
ne n..... *In medio veſtri*, id eſt vobis videntibus, &
agnoſcentibus.

Verſ. 23. Hunc definito conſilio, & præſcientia 198.
Dei traditum. D.Chryſoſt. in præſenti ſic ait: D.Pe- D.Chryſoſt.
trus tentat liberare eos à crimine, ut quondam fra-
tres ſuos Ioſeph, à quibus venditus fuerat dicens;
non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus Geneſ. 45.
ſum Geneſ. 45. n. 8. quia ipſam venditionem vertit
Deus in bonum, ut exaltaretur Ioſeph, *& ſalvos fa-
ceret multos populos*, ut dicitur Eccleſ. 50. numer 13. Eccl. 50.
ſimulque oſtendit, ait Oecumenius, *quam Chriſtus
libenter, ac libere paſſionem ſubjerit, & à Deo præ-
definitis cooperatus eſt.* Et ait Textus, *definito Con-
ſilio.* Totius ſanctiſsimæ Trinitatis, *ac præſcientia
Dei*, qua prævidit impias Iudæorum voluntates re-
ſolutas contra Chriſtum Ieſum eorum, peccata ar-
guentem, ut eum crucifigerent, *Traditum*, id eſt
expoſitum in tota Trinitate, *per manus* impiorum
judicum, ac miniſtrorum, ut crucifigeretur.

Verſ. 24. *Quem Deus ſuſcitavit*, virtute ſua pro- 199.
pria, ut verus Deus *ſolutis doloribus Inferni.* Dolores
mortis, & Inferni methonimicè ſunt graviſsimi do-
lores, qui mortem afferant, & animam demergant
in Infernum: ſenſus eſt Deus ſuſcitavit Chriſtum
ſuperatis doloribus, ac cruciatibus concomitanti-
bus mortem, & infernum; *juxta quod erat impoſſi-
bile teneri eum*, cum ſit innocentiſsimus, ac verus
Deus expers omnino totius pœnæ mortis, ac inferni,
ſeu ſepulchri.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXII.

Refutantur deliramenta hæreticorum præſentem Textum prævertentia.

200. Calvinus Beza. AIt D. Petrus: *Hunc definito conſilio, & præſcientia Dei traditum.* Impie, ac imperitè Calvinus, & Beza, & alij hujus furfuris pro *præſcientia* legunt *providentia* ad ſuos errores, ac falſitates ſeminaodas; dicuntque Deum eſſe Auctorem omnium operum, ſive bonorum, malorumve, Deumque eſſe cauſam tam peccatorum, quam virtutum, & ſicut fuit Auctor pœnitentiæ Petri, ſic perditionis Judæ, ac crucifixionis Chriſti.

201. O impia, & impudica, crudeliſque blaſphemia contra Divinam bonitatem? Et imprimis juxta radicem græcam legendum, *præſcientia Dei*, & ſic habent antiquiſſimi codices, & Patres ante Calvinum, & Bezam: ſed hi impij ad ſuos errores ſuſtinendos corrumpunt hic Sacram Scripturam, ut in multis aliis faciunt.

202. Sancta, vera, ac Catholica Doctrina eſt Deum non eſſe cauſam, nec Auctorem alicujus peccati, nec alicujus actionis moralis malæ, ſed eſſe authorem omnium bonorum operum, quod de surſum eſt deſcendens à Patre luminum, concluſio eſt de fide Oſeæ 13. num. 9. *Perditio tua Iſrael tantummodo in me auxilium tuum.* Alij codices habent: *Perditio tua ex te Iſrael.* Pſalm. 5. num. 4. *Non Deus volens iniquitatem tu es.* Jeremiæ 19. numer. 5. *Ædificaverunt excelſa Baalim, quæ non præcepi, nec locutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum.* Habacuc 1. num. 13. *Mundi ſunt oculi tui, ne videant malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris.* Eccleſ. 15 numer. 21. *Deus nemini mandavit impie agere.* Luc. 13. numer. 27. *Quibuſdam ait Chriſtus: Neſcio vos, diſcedite à me operarij iniquitatis.* Jacob Apoſtol. capite primo numero decimo tertio ait: *Nemo cum tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur; Deus enim intentator malorum eſt, ipſe autem neminem tentat; unuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia ſua.* Et multa alia loca.

Oſeæ 13. Pſal. 5. Ierem. 19. Habac. 1. Eccl. 15. Luc. 13. Iacob.

203. *Explicatur Dei præſcientia, ac eius diviniū decretum.* Totam hanc catholicam doctrinam altiſſimè confirmat D. Petrus in præſenti dicens: *Hunc definito conſilio præſcientia Dei traditum.* Cum decreto Dei conjungit ejus præſcientiam; nam, ut docent communiter Theologi Deus ab æterno per ſuam omniſcientiam prævidit Scribas, & Phariſæos impios in tali tempore, & loco irruere contra Chriſtum Jeſum ejus nequitias reprehendentem, ut eum crucifigerent, tunc Deus decrevit ponere Jeſum in tali tempore, & loco, & ejus mortem in ſalutem generis humani ad recompenſandam injuriam ſibi factam per peccatum Adami; ac proinde in Deo præſcientia extitit ex malitia Judæorum, decretum verò ordinans ipſam Chriſti mortem in noſtram Redemptionem fuit ex bonitate Divina.

204. *Prævenitur obiectionibus hæreticorum.* Et ita in quoddam æternitatis ſignum objectum fuit intellectui Divino illud peccatum crucifigentium Chriſtum, ut futurum, Deuſque illud præſcivit ſuo infinito lumine, & itaque non quia Deus præſcivit illud futurum erat, ſed quia illud in ſe erat futurum, ideo Deus illud præſcivit: Unde illa præſcientia nullam ponit neceſſitatem in rebus, quia ipſa Dei præſcientia non facit rem futuram, ſed illa, quia futura, ideo prænoſcitur à Deo.

205. D. Aug. Communiter Sancti Patres, D August. in ſententiis n. 311. ait: *Multa bona facit Deus in homine, quæ non facit homo, nulla vero facit homo, quæ Deus non facit, ut faciat homo.* D. Proſp. D. Proſper ad capitula Gallorum cap. 7. ſic ait: *Gratia Dei non prius eos* (ſcilicet reprobos) *deſeruit, & quia hoc ipſos voluntariè facturos defectione prævidit, ideo illos in prædeſtinationis electione eos non habuit.* ſic D. Aug multis in locis, D Hier. D. Bern. D. Fulg. D. Chryſ. Noſter D. Cyril. Alex. quos ad longum citant, ac ſequuntur omnes Theologi cum D. Th. 1. 2 q. 79. art. 1. & ſent. cū Magiſtro in 2 diſt. 37. D. Dam. D. Hier. D. Bern. D. Chryſoſt.

206. Tādem hæc veritas definita eſt in multis Conciliis Arauſic. 2. can 2. anno 529. ſub Felice IV. Tandem in Trident. ſeſſ. 6. can. 6. ſic ait: *Siquis dixerit non eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere, ſed malà opera, ita ut bona Deum operari non permiſſive ſolum, ſed etiam proprie & per ſe, &c. Anathema ſit.* D. Cyril. Alexand. D. Tho.

Arauſic. & Trident. Et ad hanc veritatem confirmandam fortiſſimas, ac graviſſimas rationes, adducunt citati Theologi, & doctiſſime explanant, & ex eo maximè quia ſententia hæreticorum multum repugnat cum bonitate Divina, & ex tali hæreſi ſequuntur graviſſima abſurda, quod, ſcilicet, Deus ſit peccator, malefactor, injuſtus, & iniquus, quia condemnat hominem ad Infernum ob peccata, quæ ipſe fecit, or homo faceret, quæ ſunt impudica, blaſphemia quas piæ antes horreſcunt audire. Hæc breviter pro præſentis Textus explanatione.

QUÆSTIO XXIII.

Quare D. Petrus per tam altiſſima media probat Chriſtum D. verum eſſe Meſſiam promiſſum in lege, verumque eſſe Filium Dei?

AIt D. Petrus: *Ieſum Nazarenum virum approbatum à Deo virtutibus, prodigiis, & ſignis,* quæ omnia clare, & aperte monſtrabunt ipſum eſſe verum Meſſiam in lege promiſſum, nam de eo ſcribens Iſaias ait cap. 35. n. 5. *Deus ipſe veniet, & ſalvabit vos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt: tunc ſaliet ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Quæ omnia abundantiſſimè ſunt adimpleta in Chriſto ſua ſanctiſſima, ac puriſsima vita in ſupremo omnium virtutum genere præclariſsimo. *Prodigiis* magnis, & ſtupendis mirabilibus, ſuſcitans mortuos, quinque panibus ſatians pluſquam quinque millia hominum, ambulans ſuper mare, aperiens oculos cæcorum, & aures ſurdorum, mundans leproſos, dans manus, & pedes claudis, & artefactis, ſananſque infirmitates incurabiles *In ſignis*, veluti à ſignificando dictis, ut imperare Dæmonibus, eoſque à corporibus expellere, quo evidenter demōſtrabatur, quod ipſe faciebat miracula, virtute Dei, & non Dæmonis, ut ipſemet Jeſus confundens malitiam Phariſæorum dixit Luc 11. n. 17. *aperiens, & revelans cogitationes cordium* ibidem; & Math. 10. n. 4. Luc. 7. n. 40. quod eſt opus ſolius Dei, ut ex Ieremiæ, & aliis locis ſcripturæ dixi ſupra cap. 1. expoſit. 12. n. 254 Deinde Chriſtus D. ſæpe condonavit, ac remiſit peccata, ut patet ex locis proxime citatis Matth & Lucæ, quod eſt tantum Divinæ omnipotentiæ opus. 207. Iſai. 35. *Evidenter demonſtratur Chriſtū D eſſe verum Meſſiam.* Luc. 11. Math 10. Luc. 7.

208. Et licet aliqui Prophetæ fecerint aliqua miracula, fuerunt pauca, & in parvo numero, ut ait D. Petrus Actor. 10. numer. 38. *Ieſus à Nazareth qui pertranſiit bene faciendo, & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo, quoniam Deus erat cum illo.* Ut patet ex tota Evangeliſtarum ſerie, & Ioannes 21. numer. 25. ait: *Quod ſi per ſingula ſcriberentur, ipſum mundum libros capere non poſſe.* In tām ampla multitudine ſunt, & valde diſsimilia opera Chriſti ab aliorum operibus; nullus enim Prophetarum penetravit cordium ſecreta, nec potuit remittere peccata, ut fecit Chriſtus D. in quo univerſa, quæ prædixit Iſaias citato loco abūdātiſsime ſunt adimpleta quæ omnia etiam luce meridiana clarius oſtendebant ipſum Actor. 10. Ioan. 21.

Ieſum verum eſſe Meſſiam, ut multis in locis latè oſtendi.

209. Oſtendit etiam D. Petrus apertè, & clarè Chriſtum D. vere eſſe Filium Dei, cùm eum appellat Ieſum; Hoc ſacratiſſimum nomen ob ſuam ſupremam celſitudinem nulli alteri poteſt convenire, niſi tantum Unigenito Filio Dei. D. Bernard. ſerm. 1. de Circunciſ. ait loquens de Chriſto *Circuncidiiur ut verus filius Abraha, Ieſus vocatur, ut Filius Dei*, pro quo ſatis ingenioſè notat idem S. Doctor ſerm. 2. de Circunciſ. verba D. Luc. 2. n. 21. agens de Chriſti D. Circunciſione: *Vocatum eſt nomen ejus Ieſus, ut vocatum eſt ab Angelo*: ſic ait Sanctus Doctor: *Vocatum planè, non impoſitum, nempe hoc ei nomen eſt ab æterno, à natura propria habet, ut ſit ſalvator, innatum eſt ei nomen hoc, non inditum ab humana, vel Angelica creatura.* Non dicitur quod Angelus, vel Sanctiſſima Virgo Maria, vel Ioſeph impoſuerint Chriſto nomen Ieſus, ut dicitur, quod *Præpoſitus Eunuchorum impoſuit nomen tribus pueris, &c.* Daniel. 1. numer. 7. Non ſic dicitur de nomine Ieſu, quod impoſitum eſt, ſed vocatum, ſeu dictum, ſeu evulgatum; quia tam ſublime, & altum nomen imponere, ac dare erat ſupra vires intellectus creati, ſive Angelici, ſive humani, ſed ſolus Æternus Pater ſuo infinito lumine potuit ab æterno tam præexcelſum nomen Unigenito Filio ſuo cum ipſa natura dare, ac communicare; Innatum eſt ei nomen hoc, non inditum ab humana, vel Angelica natura.

Nomen Ieſus proprium Filij Dei. — Luc. 2. — D. Bern. — Daniel. 1. — *Ieſus nomen à ſolo Æterno Patre datũ.*

210. Apparet Angelus Sancto Ioſeph, ut ei aperiat Myſterium Incarnationis, ut ſic ab eo removeatur omnis anxietas, & ait de Virgine Maria: *Quod in ea natum eſt de Spiritu Sancto eſt, pariet autem Filium, & vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Math. 1. n. 21. Quod Angelus revelet Ioſeph, quod Filius in utero Virginis conceptus erat ex Spiritu Sancto, & quod erat datus in ſalutem populi, multum per omnem modum inducebat, ut Ioſeph fieret certior de Myſterio Incarnationis, ſed ad quid etiam manifeſtat nomen? *Vocabis nomen ejus Ieſum.* Præclariſſimè ſe habuit Angelus, manifeſtat nomen Ieſus, ut ex tanta illius ſublimitate dictis Angeli abſque ulla dubitatione acquieſceret, quod ut Filius Dei ſit conceptus ex Spiritu Sancto, & ſit Salvator totius generis humani, tam admirabile nomen ſolum Unigenito Filio Dei poterat convenire. Pulchrè D. Chryſoſt. homil. 4. in Matth. ait: *Nec nomen quodcumque dici, ſed quod eſt infinitorum bonorum theſaurus, & ex hoc ad credendum, quod dicebatur, inducit.* Expende ultima verba.

Math. 1. — *Ex nomine Ieſus ſit manifeſtus Filius Dei.* — D. Chryſoſt.

211. Iterum in eiſdem verbis Angeli perſiſto, ait Angelus Math. 1. n. 22. *Vocabis nomen ejus Ieſum, ut adimpleretur, quod dictum eſt à Domino per Prophetam, Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus.* Iſai. 7. n. 14. Quomodo hæc poſſunt ſtare, Angelus ait, quod puer vocabitur Ieſus, & in hoc adimpletum eſt vaticinium Prophetæ, quod dicendus ſit Emmanuel, optima eſt cohærentia: Emmanuel interpretatur nobiſcum Deus, Ieſus nomen proprium Dei, ipſe veniens in mundum adimpletum eſt nobiſcum Deus, quod ſignificatum importat Emmanuel, & ex hoc intelliges, quod multis facit magnam difficultatem, cur D. Matthæus Hebraice ſcribens exponit nomen Hebraice Emmanuel, voluit Evangeliſta cavere, ne huic nomini Emmanueli aliquæ ſiniſtræ expoſitiones darentur, & ideo ipſe expreſſit veram, & germanam, quæ eſt nobiſcum Deus, quod ſignificatum etiam importat nomen Ieſus, & ita cum tali nomine optimè vaticinium Prophetæ cohæret. D. Chryſoſt. ad hunc locum Matthæi ait: *Mos ſcriptura eſt, eventus rerum, ponere nominum loco, quid enim aliud eſt vocabitur nomen ejus Emmanuel, niſi videbunt oculi mortalium Deum inter homines verſantem*, Ieſum, ſcilicet, Dei Filium.

Math. 1. — Iſai. 7. — *Ieſus nomen idẽ valet, ac nobiſcũ Deus.* — D. Chryſ.

QUÆSTIO XXIV.

Quare Chriſtus D. dicitur reſurgens ſolutis doloribus Inferni, & quid per tales dolores Inferni intelligatur?

PRimò impudice Calvinus ait, Chriſtum D. in ſe ſuſcepiſſe pœnas, anxietates, ac deſperationes damnatorum nobis debitas, ut pro eis ſatisfaceret, & ſic eas ſolviſſe, & inde infert hæreticus Chriſtum in Cruce deſperaſſe, cùm clamavit *Deus Deus meus, ut quid dereliquiſti me.* O impia, & barbara blaſphemia, Filium Dei facit peccatorem, immo in ipſa Cruce ait Paulus Hebræorum 5. n. 7. *Supplicationes cum clamore valido, & lacrymis offerens exauditus eſt pro ſua reverentia.* 212.

Calvini blaſphemia. — Hebræ. 5

Secundò alij Hæretici dixerunt Chriſtum ſolviſſe dolores Inferni, tanquam ab effectu, ſolviſſe nempe damnatos à pœnis Inferni, quomodo hoc fieri poteſt, cum ipſi ſint obſtinati in malo, & in illa ſancta civitate nihil coinquinatum ingreditur, & ſi Chriſtus damnatos liberavit à pœnis, cur non etiam Dæmones. 213.

Chriſtus non liberavit damnatos.

Tertiò Cajetanus docet pœnalitatẽ quandam animæ Chriſti fuiſſe à corpore ſeparari, & eſſe in inferno, ſeu Lymbo Patrum, corpori autem etiam eſſe ſine anima in ſepulchro: At illa mutua ſeparatio inter animam; & Corpus Chriſti non fuit impoſita tanquam in pœnalitatem, & ſatisfactionem alicujus peccati; quia omnis illa in morte Chriſti eſt abſoluta, ſed fuit conſequens ex debito naturæ, quam, ut verus homo, ſuſtinuit, immo ad magnam animæ Chriſti gloriam, quæ animas Sanctorum Patrum ſecum adduxit in gloriam. 214.

Caietan. — *Chriſti corpus in ſepulchro nulla pœnalitas.*

Quartò alij cenſent Chriſtum D. ſolviſſe dolores, ſeu funes, ut habet Syriacus, qui ipſum Chriſtum, ſuoſque fideles conſtringebant, ipſoſque rupit, & diſſoluit non ſolum in ſe; ſed etiam in ſuis fidelibus, dum animas detentas in Purgatorio, vel Lymbo liberavit, & ſecum aſportavit in Gloriam, ita D. Aug. epiſt. 99. Gloſſa interlinealis, & hæc ſententia eſt probabilis. 215.

Liberans animas Purgatorij. — D. Aug.

Quintò Oecumenius ait, *Quia mors illum detinens, doluit ipſe vero à periculo ejus*, quod, ait, Chryſoſt. *periculum vocatur dolor mortis, liberatus eſt, ſic reſurgens tanquam jam non moriturus, nec ullum amplius dolorem mortis, aut conditionis mortalis experturus.* Tanquam ſi dicant Chriſtum mortuum, mors, & infernus tantum pondus in ſuo utero non poterant ſuſtinere, ſed magnum dolorem patiebantur, à quo dolore Deus reſuſcitans Chriſtum ruptis vinculis mortis, ipſam mortem, & infernum liberavit; hæc ſententia plus habet ingenij, quàm literæ, in qua eſt Theophilactus. 216.

Oecum. — D. Chryſ.

Ad veram intelligentiam, ac ſententiam duo ſupponenda ſunt; Primum, quod graves, ac vehementiſſimi dolores dicuntur dolores mortis, & Inferni. Pſalm. 17. n. 5. & 6. *Circundederunt me dolores mortis, & dolores Inferni circundederunt me præoccupaverunt laquei mortis.* 217.

Pſal. 17.

Secundum ſupponendum eſt frequentiſſimè in ſcriptura Inferni ſumi pro ſepulchro, ut ait D. Auguſtin. ad cap. 37. Geneſ. numer. 35. *Deſcendam ad Filium meum lugens in Infernum*, & ibi vertit Pagnin. in foveam, ſeu ſepulchrum. Iob. 17. numer. decimo tertio. *Infernus domus mea eſt.* Lyra, *ſepulchrum domus mea eſt.* Geneſ. 42. numer. 38. ait, 218.

D. Aug. — Gen. 37. — Pagnin. — Iob. 17. — Lyra. — Gen. 42.

3.Reg.2. Pſal.6. D.Hier. Jacob *Deduceris canes meos cum dolore ad Inferos*, id eſt ad ſepulchrum, ut legit Pagnin 3.Reg.2.n.6. Ait David filio ſuo Salomoni de Joab: *Non deduces canitiem ejus pacificè ad Inferos.* Hoc eſt, ſepulchrum: Pſalm.6.n.6. *In Inferno quis confitebitur tibi?* Explicat D.Hieronymus in ſepulchro.

219. Verus, & genuinus ſenſus. Ait D.Petrus de Chriſto D. *Quem Deus ſuſcitavit ſolutis doloribus Inferni* Per dolores mortis, & Inferni intelliguntur acerbiſſimi, ac graviſſimi dolores, quæ ſunt cauſæ mortis, ac ſepulchri, quæ ſcilicet hominem deducunt ad mortem, & ſepulchrum; Deus ergo ſuſcitans filium ſuum Unigenitum Jeſum ſolvit deſtruens omnes dolores, quos pertulit in ſua paſſione, agonia in horto, flagellis, ſpinis, cruce, & clavis, qui ipſum deduxerunt uſque ad mortem, & ſepulchrum, juxta quod ait D.Petrus: *Impoſſibile erat teneri eum*, in ipſa nempe morte, ac ſepulchro, cum ſit Agnus innocentiſſimus, unigenitus Dei Filius, Deus verus, & ipſamet vita, victor ac triumphator *ſedens ad dexteram Patris*, ut connaturalis, ac eſſentialis ſui locus, ut communiter explicant Pſal 109. Marc.16. Sancti Patres, & Doctores ad illa verba Pſ.109 n.1. *Sede à dextris meis.* Et Marci 16. n.19. *Sedet ad dextris Dei.* Ut ipſa vita non poterat teneri à morte, & ſolvit illius dolores, ut ſedens ad dexteram Patris, dolores nempe, qui eum in ſepulchro repoſuerunt.

Actor.2. n.25. David dicit in eum: Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commovear.

Num.26. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultavit lingua mea, inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.

Num.27. Quoniam non derelinquet animam meam in Inferno, nec dabit Sanctum ſuum videre corruptionem.

Num.28. Notas mihi feciſti vias vitæ, & replebis me jucunditate cum facie tua.

VERSIONES.

Syrus n.25. David dicit de eo · Fui proſpiciens Dominum in omni tempore ad dexteram.

Æthiopic. Semper proſpiciebam eum, *Arias*, ut ne concutiar.

Syrus n.26. Exultavit lingua mea, etiam corpus meum commovebatur in ſpe.

Arabicus. Habitavit ſuper ſpem, *Æthiopic.* Adhuc in ſpe.

Arabic. n.27. Quod non deſeres animam in præcipitio, neque dabis innocenti ſuo corruptionem. *Oecumen.* Nec ſines.

Syrus n.28. Revelaſti viam vitarum, & replebis me lætitia.

Arabic. Exultatione per vultum tuum.

Æthiopic. Et deliciæ in dextera tua in perpetuum.

EXPOSITIO XIII.

220. Caiet. Syrus. Verſ.25. D*Avid dicit in eum*, Syrus legit *in eo*, alij *pro eo* David, ut notat Caietan. loquitur in perſona Chriſti, retenta vero noſtra vulgata dicit *in eum*, hoc eſt in laudem, & gloriam Chriſti, ac nomine ejus *providebam Dominum in conſpectu meo ſemper*, hoc eſt à primo inſtanti meæ Incarnationis, in tota mea vita, in omni actione mortis, paſſionis, ac dolorum ſemper mente tota defixa eram proſpiciens in Deum, à cujus intuitu, ac viſione, etiam ut homo nunquam me ſeparari per ſcientiam beatam infuſam, certa, ac firma ſpe, quod ab omni tribulatione, ac morte me liberaret, & ideo ſubdit *à dextris eſt mihi*, non quocumque auxilio, & potentia, ſed valde ſingulari, forti, ac vehementiſſimo, quod per dexteram frequenter in Scriptura ſignificatur. *Ne commovear*, Arias *ne concutiar*. D. Aug. noſter Incognitus, ab eo ſcilicet, ſed in eo ſtabiliter, ac perſeveranter permanſit. Arias. D Aug. Incogn.

Verſ.26. *Propter hoc lætatum eſt cor meum* magna, & interiori lætitia, *& exultavit lingua mea*, ut ait Lyranus Prorumpens exterius in laudea Divinas, ſicut ſcribit D.Lucas 10.n.21. *In ipſa hora exultavit Ieſus in Spiritu ſancto*, ſubdit Textus *inſuper*, Syrus legit *etiam*, & ait, *& caro mea*, uſque ad tertium diem ſecura, & certa requieſcet in ſepulchro, & in infallibili *ſpe* futuræ glorioſæ Reſurrectionis. 221. Lyran. Luc 10. Syrus.

Verſ.27. *Quoniam non derelinques animam meam in Inferno.* Ex hoc loco apertè colligitur id, quod fides Catholica docet Chriſtum D. deſcendiſſe ad Inferos, ut habet Symbolum Apoſtolicum, & docent Sancti Patres. D.Ambroſ. ſerm.74. de Marty. D Hieronym. in Pſal.15. D.Auguſt.epiſt.99. & alij Patres apud Bellarm. de anima Chriſti cap.12. ubi latè impugnat errorem hæreticorum Calvini, Bezæ, & aliorum articulum Fidei denegantium, qui varias corruptelas faciunt in hoc textu, ſicut in alijs ad ſuos errores ſeminandos. Vide citatum Bellarm. 222. Symbol. Apoſtol. D Ambr. D Hier. D.Aug. Bellarm.

Et quamvis anima aliquando ſumatur pro toto homine, ut dicitur *Egreſſæ ſunt de femore Iacob ſeptuaginta animæ.* Exod.1. num.5. & ſæpe alibi; aliquando vero pro hominis parte informante corpus, ut hic, ſicut Infernus, aliquando pro Sepulchro, aliquando pro Lymbo, ut modo hic ſequens D.Petrus ſenſum Pſalmographi. 223. Exod. 1.

Senſus ergo eſt: *Non relinques animam meam in Inferno, nec caro mea videre ſepulchrum.* Primum refertur ad Chriſti animam deſcendentem ad Lymbum, ut deduceret animas Sanctorum Patrum; ſecundum ad corpus in ſepulchro, ut nullam corruptionis læſionem patiatur, & ideo ſubdit: *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*, cum ipſe ſit Sanctus Sanctorum, non ſolum animâ, ſed etiam corpore, ut quæſtione ſequenti attingam. 224.

Verſ.28. *Notas mihi feciſti vias vitæ.* Revelaſti viam vitarum, me revocando ex morte, ac inferno ad vitam per reſurrectionem, ipſamque vitam tribuam Patriarchis, & Sanctis meis in Lymbo, tum in fine mundi in judicio *Univerſali* meis fidelibus, ducens eos ad novam reſurgentium vitam, & ideo Syriacus legit *Vitarum*, & ſubdit Textus *replebis me jucunditate cum facie tua*, hoc eſt præſente facie tua. Nam licet Chriſtus à primo ſuæ Conceptionis inſtanti viderit Deum, hoc tamen fuit corpore paſſibili, ita ut ipſa gloria animæ non redundaret in corpus. At verò poſt Reſurrectionem gloria animæ redundat in ipſum corpus glorioſum cum impaſſibilitate, & claritate, cæteriſque dotibus corporis glorioſi, quibuſcum ſedet ad dexteram Patris in excelſis. 225.

QUÆSTIO XXV.

Quare corpus, & caro Chriſti dicenda eſt Sancta? explicatur quid ſit Sanctum.

AIt Textus: *Non dabis Sanctum videre corruptionem*, quod de toto Chriſti compoſito intelligunt communiter Doctores, ac ſi dicat Non dabis 226.

Chriſtum tuum : tamen exiſtimo referendum eſſe ad ipſum corpus, ſeu cadaver Chriſti in ſepulchro ; de anima enim ait : *Non relinques in Inferno*, de corpore, Non relinques in corruptione, *Non dabis videre corruptionem.*

217. Granad. Mendoz. Hurtad. Multi, & graves Theologi, ut Granado, Mendoza, Hurtado tenent, quod Sancti tres in ſuo conceptu abſtractivo ſit propria creaturæ intellectualis : fundamentum unicum eſt ; quia Sanctitas dicit ſupernaturalem bonitatem, ad quam amor Divinus terminatur, & ipſa creatura ſit capax inire amicitiam cum Deo. Hæc ratio petit principium.

228. D Bonaventura Mairon. Valent. Suar. Toletus. Nazar. Saavedra. Econtra vero multi graves Doctores, ut D. Bonaventura, Mairon. Jacobus de Valentia, Suarius, Toletus, Nazar. & alij, quos citat, ac ſequitur Saavedra de B. Virgine Maria veſtig. 2. diſp. 24. ſect. 1. n. 53. aliàs fol. 125. & miſſis multis rationibus iſtorum Authorum ego hac una ratione ſic probo : Illud eſt Sanctum, quod eſt purum, & liberum ab omni inquinamento, ac maculâ, & à Deo ſupernaturaliſatum, nam per talem ſupernaturalitatem jam res manet ſupra omnem naturæ vim conſtituta in quodam ordine Divino, ac proinde ex illa ſupernaturalitate *Quid ſit Sanctū?* habet participationem à Deo, ut Authore ſupernaturali, ac fonte totius Sanctitatis, v.g. unio hypoſtatica, quæ datur inter Verbum D. & corpus Chriſti etiam ex parte corporis, & prout in corpore ſubjectatur eſt ſupernaturalis, & ſancta, & inde ipſum corpus Chriſti, & caro eſt ſancta, & in præſenti dicitur de corpore Chriſti : *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, ubi corpus ſumitur prout condiſtinguitur ab anima, de qua ſcribitur *Non relinques animam meam in Inferno*, & hac ratione poteſt dici ſanctus, & gratia, ut eſt habitus, ſancta.

229. *Corpus & caro Virginis ſancta.* Idem dico de corpore, ac carne B. Virginis Mariæ, quæ ipſum Deum verè, realiter, ac ſubſtantialiter in ſe ſuſcepit, uteruſque ejus factus eſt ſacrarium totius Trinitatis, & ex ejus ſanguine cooperante Spiritu ſancto formatum eſt corpus Chriſti, ipſaque, ut ait D.Tho. D. Thomas, attigit fines Divinitatis, & ideo ex tanta conjunctione cum Deo conſtituta eſt in quodam ſuperiori ordine, & quandam rationem ſanctitatis corpus, & caro ejus participavit, & ita ut refert D. Damaſcenus D. Damaſc. de dormitione Virginis Sancti Apoſtoli illud ſacrum cadaver venerantes adoraverunt.

230. *Peculiaris providētia.* Ad noſtrum redeamus ſcopum : *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, quam licet, ut debitam unio hypoſtarica requireret, tamen præter ipſam expoſtulabatur actio phyſica Divinitatis, quæ illud conſervaret, ac tueretur ab aëre, ac humoribus, alijſque qualitatibus, quæ in corpore mortuo generant D.Tho. Gabriel. Herveus. corruptionem, ut docent D. Tho. 3. p. q. 51. art. 3. ad 2. & Gabriel, Herveus, & alij in 3. diſt. 20.

231. *Sanguis effuſus non eſt corruptus.* Quod etiam ad ſanguinem Chriſti effuſum in paſſione extendunt Gabriel. Durand. quos citat, ac ſequitur Suar. tom. 2. in 3. p. diſp. 47. ſect. 2. ſanguinem à Chriſto effuſum non fuiſſe corruptum, ut contingit in ſanguine effuſo ab alijs hominibus, à qua corruptione eum præſervavit Divinitas Verbi, cui, Soar. ut antea, erat hypoſtaticè unitus, ac conjunctus, & Cle. VI. ait Soar. hoc videri definitum à Clemente VI. & Pius II. Pio II.

QUÆSTIO XXVI.

Quare tantus eſt Chriſtus in præſenti in referendis ac recenſendis beneficijs à Deo Patre acceptis?

232. MUlta dona à Deo Patre ſibi communicata repetit Chriſtus, primo *à dextris eſt mihi, ne commovear* : Secundo, *Caro mea requieſcet in ſpe.* Tertio, *Non relinques animam meam in inferno.* *Multa beneficia à Deo Patre.* Quarto, *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Quinto, *Notas mihi feciſti vias vitæ.* Sexto, *Replebis me jucunditate cum facie tua.*

233. Tot, & tanta beneficia ſibi à Deo Patre collata commemorat, ut ſemper ea in memoria tenens, & pro eis gratias Deo habens, qui non ſolum in eo tot, ac tanta beneficia impertivit nempe quod in ipſis ingruentibus malis liberaverit, ſed etiam in ipſis eum ſublimaverit, & exaltaverit, ut ejus anima non ſolum non eſſet in Inferno, ſed etiam ab illo exiret magno Sanctorum Patrum comitatu; quod non ſolum ejus corpus eſſet à corruptione liberum, ſed & *Sancti ex malis exaltantur.* ſanguis à corpore ſeparatus, perque varias partes diſperſus (ut dixi ſuperiori quæſtione ad finem) totus exultaret glorioſus, ac faciei Dei præſentiâ jucundaretur.

234. Pſal. 9. D Chryſoſt. In perſona Chriſti ait Regius Vates Pſal. 9. n. 15. *Qui exaltas me de portis mortis.* Perbelle notat Chryſoſt. *Non dixit* (inquit) *qui liberas me, ſed qui exaltas me ; non enim in eorum malis ſolvendis tantum ſubſiſtis Dei beneficium, ſed facis eos etiam admirabiles, inſignes, ac clariores, non dixit autem in porta, ſed ex portis multa pericula ſignificans à quibus*, ſcilicet non ſolum eſt liberatus; Deus enim ſæpemulta *A laboribus exaltantur Sancti.* mala contra Sanctos, ac juſtos fieri permittit, ut ipſi clariores appareant.

235. D Chryſoſt. Quod præclariſſimè confirmat, & proſequitur citatus Chryſoſt. ad prædictum Pſalmum dicens : *Poteſt enim Deus in rebus, vel difficillimis, & impeditiſſimis exitum invenire.* Et poſt pauca ſubdit : *Ideo nec pueros eripuit à principio, ſed poſtquam conjecti fuerunt in fornacem, nec Danielem antequam eſſet immiſſus, ſed ſeptem poſt diebus : Hoc jam oſtendens Pſalmographus, audi quod ſubjungat : Omnes gentes circumierunt me, vidiſti periculum inevitabile ſtatim, ſunt tamen omnia confracta ab ipſo Deo, & ideo addit, & in nomine Domini ultus ſum in eos*, Syriacus Syriac. legit *exarcui in eos*, Arabicus Arabic. *diſſipavit eos* ; Non *Iuſti de periculis triumphatores.* enim liberavit pueros antequam mitteretur in fornacem, nec Danielem antequam ille in lacu Leonum deſcendiſſet, nec Davidem, antiquam omnes gentes ad eum degluriendum conveniſſent, ſed poſtquam pericula ipſa in eos irruerunt, ut ſic illis ſuperatis glorioſiores, ac illuſtriores fierent, & ſic ait David : *Ultus ſum in eos*, Pſal. 117. n. 10. Arabicus *diſſipavit* D.Aug. *eos.* D. Auguſt. Noſter Incognitus, Genebrardus, ut Incogn. Genebr. glorioſus Victor, ac triumphator exhiberetur.

236. Magna ſeditio, murmurque populi cum exortum eſſet contra Moyſen, & Aaron, tumultuſque maximè increſceret, ut jam veluti ad eos interficiendos populus armatus conveniret, Moyſes, & Aaron pro tanto diſcrimine evitando *fugerunt ad tabernaculum fœderis :* Tunc Deus rem valde mirabilem perpetravit : *Poſtquam ingreſſi ſunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini*, Num. 16. n. 41. Res ſanè admira- Num. 16. bilis, cùm ex tumultuante populo Moyſes, & Aaron fugiunt ad tabernaculum, ſeque ad illud recipiunt, tunc nubes lucida cooperit tabernaculum, & ipſa Dei Majeſtas deſcendit, ut ab univerſo populo dignoſcatur. Quid illuſtrius, aut majus fieri poterat, quam *Ex periculis, ac perſecutionibus maximè exaltantur Sancti.* propulſato periculo, ut ſervi Dei exaltarentur, ac ſublimarentur, quam quod ipſa Dei Majeſtas deſcenderet in eorum protectionem, & inde permiſſum eſt periculum ad eorum illuſtriorem gloriam. Origenes citatus in Gloſſa ait : *Non legimus quod antea obtexerit nubes tabernaculum, & apparuerit Majeſtas Domini, & receperit inter nubem Moyſen, & Aaron, niſi tunc cum ſurrexit in eos populus, & voluit lapidare : Diſcamus ex hoc quanta ſit utilitas in perſecutionibus Chriſtianis, quantum gloria conferatur*

quando

quando propugnator fiat Deus, & Spiritus infunditur.

237. Poſtquam tres illi pueri egreſſi ſunt è fornace abſque læſione, *Tunc Rex promovit Sidrach, Miſach, & Abdenago in Provincias Babylonis*, Dan.3.n.93. Captivi erant morti traditi, flammis dati, & inde ad Principatum, & gubernaculum totius Imperij Babylonici exaltantur, elegantiſſimè D.Chryſoſtom. epiſt.5. ad Theodor. ait: *Flamma corrupit mortalia corpora, & ab immortalibus abſtinet, integrumque reddit depoſitum, indeque multo cum ſplendore, nam quemadmodum ex Regibus Reges, ita de camino egreſſi ſunt pueri.* Expende præclara ultima verba. Quemadmodum Reges generant Reges, ſic fornax caminus ardens, ac ærumna affligens generant Reges, ac Principes.

Dan.3. *Labor generat reges.* D.Chryſoſt.

Actor 2.*n*.29. Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha David, quoniam defunctus eſt, & ſepultus, & ſepulchrum ejus eſt apud nos uſque in hodiernum diem.

Num.30. Propheta igitur cum eſſet, & ſciret, quia jurejurando juraret illi Deus de fructu lumbi ejus ſedere ſupra ſedem ejus.

Num.31. Providens locutus eſt de Reſurrectione Chriſti, quia neque derelictus eſt in Inferno, neque caro ejus vidit corruptionem.

Num.32. Hunc Jeſum ſuſcitavit Deus, cujus nos teſtes ſumus.

VERSIONES.

Syrus n.29. Permittitur dicere ad vos palam de priore Patrum David & domus ſepulchri ejus, &c.

Arabic. Æthiopic. Sanè licebit vobis apertè dicere, *Syrus Regius* monumentum ejus.

Syrus n.30. De fructu ventris ſui ſedere ſupra ſolium ſuum.

Arabicus. Quod ſuſcitaturus eſſet Chriſtum de fructu lumbi ejus, quantum ad carnem, ut ſederet. *Occumen.* ſuper thronum.

Syrus n.31. Et vidit ante, & locutus eſt de reſurrectione Chriſti, nec corpus ejus. *Caietanus* Prævidens. *Occumen.* Præſcius.

Arabicus. Cum hoc præſciviſſet, quod anima ipſius nempe Chriſti non eſſet deſerenda in præcipitio.

Syrus n.32. Hunc Jeſum ſuſcitavit.

EXPOSITIO XIV.

238. Verſ.29. *Viri fratres liceat audenter dicere ad vos*, Syriacus *Permittitur dicere apud vos.* Magnus Magiſter Petrus modeſtiæ cauſa ſic loquitur tanquam benevolentiam, & dicendi facultatem expoſtulans. *De Patriarcha David*, Syrus *de priore Patrum David.* Probat citata verba Pſalmi: *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, non poſſe intelligi de David; quia *ſepulchrum ejus eſt apud vos uſque in hodiernum diem*; Vos enim hujus rei teſtes eſtis; quia ſepulchrum ejus, in quo ipſe mortuus, ac corruptus, redactuſque in pulverem jacuit, poſt tot ſæcula uſque ad præſens extat apud vos, intelligenda ſunt de Chriſto Jeſu, qui ſolum per 36. horas jacuit in ſepulchro, ut inde abſque ulla corruptionis læſione glorioſus ſurrexerit, cujus rei teſtes ſumus, proindeque in ejus perſona loquitur David.

Syriac. Syrus.

Verſ.30. *Propheta igitur cum eſſet* prævidit, & agnovit futura; *quia jurejurando juraſſet illi Deus*: Dicitur jurare, ut nos certiores, ac firmiores redderet de immobilitate ſui conſilij, ac voluntatis, ut patet ex Paulo ad Hebræos 6.n.17. & ait: *In quo abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis heredibus immobilitatem conſilij ſui interpoſuit juſjurandum.* Valde difficiles ſunt homines ad credenda ea, quæ ſunt Dei *de fructu lumbi ejus*: de lumbo facit mentionem; lumbus enim eſt origo generationis. *Sedere ſuper ſedem ejus.* Hoc autem Chriſti regnum non fuit temporale, in quo falluntur perfidi Judæi: Chriſtus regnat in Eccleſia per totum Orbem, & ejus regnum non ſolum eſt, ut filij Davidis, ſed etiam Dei Patris excellentius, ac illuſtrius regno Davidis; hoc enim fuit temporale, Chriſti vero ſpirituale, David terrenum, Chriſti cœleſte, Davidis finibile, & perijt, Chriſti vero æternum, & perenne. 239.

Hebræ.6 *Magna differentia inter Chriſti & Davidis regnum.*

Verſ.31. *Providens locutus eſt* hic repetit Apoſtolus, quæ ſupra dixerat verſ.27. & ibi explanatæ ſunt, quæ valde neceſſaria ſæpe veniunt repetenda, ut Chriſtus D. fecit in Evangelio recommendans ſemper vigilandum, Verſ.32. Hunc Jeſum, quem ſuſcitavit Deus, *cujus nos teſtes ſumus.* De hoc teſtimonio Reſurrectionis jam egi cap.1.n.21. 240.

QUÆSTIO XXVII.

Quare referens D. Petrus Davidis magnalia, de ejus ſepulchro facit mentionem?

COmmuniter graves Patres, ac Doctores advertunt quod cautè loquitur Apoſtolus in præſenti loquens de Davide dicens: *Sepulchrum ejus eſt apud nos*, non ait ejus corpus, ejus cadaver; quia videtur quod ipſe David cum alijs Patribus, Adamo, Abel, Abrahamo ſurrexiſſet in ſuo corpore cum Chriſto, Matth.27.n.5. proindeque eorum corpora non iterum redijſſe ad ſepulchrum, ſed omnes, qui ſurrexerunt, hoc eſt fuiſſe eis datum ad vitam æternam & immortalem, ac cum Chriſto triumphantes glorioſos cum ſuo corpore cœlos aſcendiſſe; hoc maximè decebat magnificentiam Chriſti, cujus dona in ſuos electos non ſunt revocabilia, atque hoc ipſum maximè expediens erat ipſis Sanctis ne iterum cogerentur mori, ac diſſolutionem corporis ab anima pati. Ita D.Hieronym. Origenes, Beda, D.Anſelm. D.Epiphan. Hæreſi 75. Clemens Alexandr. lib.6, Strom. Euſebius lib.4. de Mont.cap.12. D.Thom. ad cap.27. jam citatum, ubi ego etiam hanc ſententiam amplector tom.5. in Evang.lib 8.cap.19. 241.

Math 27 *Surrexerunt ad vitam immortalem.* D Hier. Origen. Beda. D.Anſel. D.Epiphan. Clem. Alex. D.Tho.

Maximè ponderandum, quod agens Apoſtolus de Magnalibus Davidis dicat quod ſit Chriſti Pater, & de magno ejus regno quod dandum eſt Chriſto D. *De fructu lumbi ejus ponam ſuper ſedem ejus*, hincque Apoſtolus agit de morte, ac ſepultura ipſius Davidis, nil glorioſius, ac magnificentius homini, quàm mors juſtorum, ut erat David; nil illuſtrius, ac honorificentius homini, quam ſepultura, cum Chriſtus ſit ſepultus; ideo poſtquam D.Petrus egit de ſepultura Chriſti: *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, ſtatim facit mentionem de illa David: *Cujus ſepulchrum eſt apud nos.* Cum Chriſtus Jeſus eſt ſepultus jam ſepultura non eſt pondus, ſed honor, & gloria, Eleganter D.Ambroſ. lib.10. in Lucam c 96. ait: *Unde te invocem Petre, ut doceas me quæ flens cogitaveris, unde, inquam, te evocem? de Cœlo, ubi jam choro inſertus Angelorum, an etiam de tumulo; quia non putas injuriam ibi eſſe, unde Dominus reſurrexit.* 242.

Mors, & ſepultura ſummus honor. D.Ambr.

ſurrexit. Anceps eſt Sanctus Doctor invocans Sanctum Petrum, an, dum ipſe eſt in cœlo, an, dum ipſe currens ad Chriſti monumentum aſtat, juxta illud,
Marc.16 quod ſcribit D. Marcus 16 n.5. Quod euntes mulieres ad monumentum viderunt *revolutum lapidem, & juvenem ſedentem à dextris.* Ad quæ verba ſic ait D.
D. Chryſoſt. Chryſoſt. in Pſalm.2. *Ut oſtenderent Angeli Deum fuiſſe ſepultum, ad ſepulchrum tanquam ad cœlum manebant.*

243. Cœlum eſt ad requiem Sanctorum, ſic ſepulchrum
D.Gaud. fuit requies Chriſto D. ut expendit D. Gaudent. ſerm.10. ubi ait: *Requievit Dei filius ab omnibus operibus ſuis, quæ cœperat Deus facere, quando conſummatis mirabilibus univerſis, & impleto ſexto die omni opere paſſionis, die ſeptimo, id eſt die Sabbathi requievit ſepultus: ſed quoniam operoſa Dei quies eſt, ipſa quies otioſa eſſe non potuit; nam corpore in ſepulchro depoſito, Divinitas cum anima hominis ad inferos deſcendens vocavit de locis ſuis animas Sanctorum.* Confringens vectes ferreos Inferni, & cum ſu-
Pſal.23. D Epiphan. prema, altaque poteſtate, in quo ſenſu illud Pſal.23. n.6. *Attollite portas Principes veſtras* explicans Epiphanius ſerm. in præſenti ait ſic: *Non quaſi Dominus, qui hic praſto eſt clauſis januis, ſi vellet ingredi non queat, verum quia vobis fugitivis ſervis, æternarum portarum ſublationem, comminutionem imperare*
Summa Chriſti poteſtas è ſepulchro. *mavult, quam per ſe ipſum aperire.* Requieſcit Chriſtus in ſepulchro, ſed ejus quies eſt ſemper in noſtrum bonum, ac gloriam Sanctorum; & bene poterat Dominus ingredi clauſis januis, ipſaſque portas aperire, qui tot, & tanta mirabilia eſt operatus, tamen ad ſuam ſupremam poteſtatem oſtendendam, è ſepulchro mandat, ut ipſæ hoſtiles poteſtates ad ſui ſtragem, & ruinam eas aperiant.

244. Summa Chriſti poteſtas maximè veneranda in ſepulchro: ad alia Chriſti myſteria in ſua Paſſione vocantur communes homines, ſic ad portandum Chriſti crucem *angariaverunt quempiam Simonem.*
Chriſto ſepulto miniſtri Principes. Marci 15. n.21. *Unus militum latus ejus aperuit.* Joan.19. ad miniſterium ejus ſepulturæ Nicodemus, qui Ioan.3.n.1. dicitur Princeps Judæorum, *& Ioſeph ab Arimathea nobilis Decurio,* Marc.15.n.43. nam miniſtrare Chriſto ſepulto ſolum magnorum, ac Principum eſt.

QUÆSTIO XXVIII.

Quare D. Petrus tam reverenter loquitur de Davide?

245. MAximè expendendus modus loquendi D. Petri: *Viri fratres liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha David,* Syrus legit *de primore Patrum David* maximè ponderandum, quod habiturus ſermonem de Davide, quanta cum reverentia loquitur, captanſque benevolentiam verba facit, ipſumque Patriarcham, ac primorem Patrum appellat; cum enim ipſe eſſet Rex, nobis documentum præbet Apoſtolus, quod de Principe, ac Rege cum eximia reverentia, atque cautela agendum ſit: dicitur Eccleſ.10.
Eccl.10. n.20. *In cogitatione tua Regi ne detrahas,* non ſolum mente, neque verbis detrahas Regi, ſed nec etiam
D.Atha. cogitatione: Cum S. Athanaſius accuſaretur, eo quod ei imponeretur malè contra Imperatorem Conſtantium Arianorum fautorem loquutum fuiſſe, ſic reſpondit Sanctus Pater: *Non inſanio, Imperator, neque immemor ſum divinæ vocis ita eloquentes: In conſcientia tua legem ne execreris,* in tanta apud viros cordatos Reges ſunt reverentia!

246. Quanta vero reverentia Regi exhibenda ſit, con-
1.Pet.2. ſtat ex his, quæ Petrus monet epiſt.1. cap.2. n.13. *Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, Regi quaſi præcellenti:* Græcus *quaſi eminenti, & excellenti,* ut ex ejus celſitudine deprehendatur illius ſumma reverentia. Inde Achior incipiens loqui cum Holoferne ſe totus proſtravit in terram, ut ibi exponunt graves Interpretes: Judith 5.n.5. Et cum ipſamet Judith introducta eſſet ad Holofernem, *& cum in faciem ejus intendiſſet adoravit eum proſternens ſe ſuper terram,* cap.10. n.20.
Græc. Cũ Rege multa cum reverentia loquendum. Iudith.5. Iudith.10

· Ex adulterio cum Berhſabee naſcitur filius David, 247.
qui puer ſtatim ad magnum vitæ diſcrimen devenit, quo magno dolore affectus David multas preces pro parvuli ſalute Deo obtulit: *Deprecatus eſt David Dominum pro parvulo, & jejunavit David jejunio, & ingreſſus ſeorſum jacuit ſuper terram,* 2.Reg 12.n.16. & tandem moritur puer: Cur deprecationes tanti Regis, & jam pœnitentis vitam non conſequuntur puero; cum de orationibus juſtorum erga Deum ſcriptum ſit: *Aures ejus in preces eorum,* Pſ.33.n.16. Theodoret. ibi q.26. proponens difficultatem ſic ait: *Quamobrem infantem recens natum morti tradidit Deus.* Reſpondet: *Vivus erat futurum argumentum ſceleris, ac iniquitatis pij Regis, qui erat etiam Propheta, curam gerens Dominus non ſinit eum vivere:* Erat perenne monumentum adulterij, ac criminis Davidis, moriatur ergo Puer, ut conſulatur honori, atque authoritati Regis Davidis, ne quis habeat anſam ad aliquid de eo detrahendum: In tanto honore, ac reverentia vult Deus Reges haberi, ut non ſolum falſo, ſed etiam nec verè de eis malè dicatur, atque habeatur.

Actor.2. n.33. Dextera igitur Dei exaltatus, & promiſſione Spiritus ſancti accepta à Patre, effudit hunc, quem vos videtis, & auditis.

Num.34. Non enim David aſcendit in Cœlum, dixit autem ipſe: Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis.

Num.35. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

Num.36. Certiſſimè ſciat omnis domus Iſraël, quia, & Dominum meum, & Chriſtum fecit Deus, hunc Jeſum, quem vos crucifixiſtis.

VERSIONES.

Syrus n.33. Qui per dexteram Dei exaltatus, accepit à Patre promiſſum, quod de Spiritu ſanctitatis, & donum.

Arabicus. Quando accepit à Patre hoc, quod vos modo vidiſtis.

Æthiopic. Spiritum pretioſum hunc.

Syrus n.34. Sede à dextera mea. *Arabicus* ad dexteram meam.

Syrus n.35. Suppedaneum pedibus tuis.

Arabicus. Quoad uſque & ſub ſcabello.

Æthiopicus. Uſque referam.

Arabic. n.36. Sciat ſcientia certa, quod Deus conſtituerit Jeſum huncmetipſum, inquam, Dominum, & Chriſtum.

Æthiopic. Manifeſtè ſciat, quod Dominum, & Meſſiam.

EXPOSITIO XV.

248. Verſ.33. *Dextera Dei*; Alta nempe Dei potentia, & virtute *Exaltatus* in morte magnis ſignis, & prodigijs; in Reſurrectione magno triumpho, & ſplendore, ſuaque etiam Aſcenſione in Cœlum multa majeſtate. *& promiſſione Spiritûs S. accepta à Patre.* Ex hoc etiam oſtenditur quomodo Chriſtus ſit exaltatus à Patre, à quo accepta poteſtate promittendi, & mittendi Spiritum S. pretioſiſſimum, ut habet Æthiopicus: [Æthiop.] *Quem vos vidiſtis, & audiſtis.* Per os noſtrum varijs, & diverſis linguis ſimul magnalia Dei prædicante, ac etiam per ſonum advenientis Spiritus vehementis, qui vos ad hunc locum convocavit.

249. Verſ.34. *Non enim David aſcendit in Cœlum*, efficaciter probat Apoſtolus Pſalm.109. [Pſal.109.] citandum, *ſede à dextris meis.* Non proferri à Davide in propria perſona; quia ipſe non aſcendit in cœlum, ſed de Chriſto D. qui glorioſè in cœlum aſcendit, & ſedet à dextris Dei Patris. Dixit autem *Dominus*, nempe Deus Pater, *Domino meo*, nempe Chriſto, qui non [*Quid ſedere ad dexterâ.*] ſolum eſt Dominus, qua Deus, ſed etiam qua Homo, tum ratione unionis hypoſtaticæ, tum titulo Redemptoris totius generis humani, ac etiam per reſpectum ad Angelos titulo glorificatoris. *Sede à dextris meis.* In eodem nempe ſolio mecum, cum ſumma, atque æquali poteſtate mecum, ut latius explicabo infra quæſt.31.

250. Verſ.35. *Donec ponam inimicos tuos* infideles, & hæreticos tanquam *ſcabellum pedum tuorum.* Hoc eſt, eos tanquam vile ſcabellum, ſeu, ut habet *Syriacus* [Syriac.] ſuppeditaneum, quo ſignificatur ſumma, & alta ſubjectio cum ſumma, & perfectiſſima ratione, quia [*Explicatur particula* Donec.] tantum Dominum noluerunt recipere, nec adorare: Illa vero particula *Donec* non ſignificat quod uſque ad illud judicij tempus Chriſtus ſedeat ad dexteram Patris, quaſi deinceps non ſit ſeſſurus, ſed potius contrarium ſignificat, ac ſi dicat Æternus Pater, ſede apud me regnans ſuper populum Chriſtianum, donec ſubjiciam tibi inimicos tuos infideles, ſcilicet, & tunc latius, & longè magis regnabis in toto Orbe, omnibus te recognoſcentibus, & ut verum Deum adorantibus, ſicut dicitur de B.Joſeph, Math.1.n.25. [Math 1.] Non cognovit eam, donec peperit *filium ſuum*, id eſt non cognovit eam uſque ad partum, multoque minus poſt partum.

251. Verſ.36. *Quia Dominum eum, & Chriſtum fecit:* Quia Deus Pater ſic evexit Jeſum ad ſupremum dignitatis faſtigium, ut ſit univerſorum Dominus; & Chriſtus, veruſque Meſſias unctus gratiæ plenitudine, de qua nos omnes accepimus, & tantum evexit, eò quòd ejus naturam humanam Divinæ Perſonæ in Incarnatione univerit. Perperam Arrius efformat argumentum contra Chriſti Divinitatem, quia non eſt Dominus per naturam, ſed quia à Deo Patre eſt factus. Hæreticus apertè errat; quia D.Petrus in præſenti non loquitur de Chriſto D. qua Deus, ſed qua Homo, ut à Judæis cruci affixus erat, & à Deo Patre exaltatur, ut rectè notarunt noſter D Cyrillus lib.9. Theſaur.cap.1. D.Baſil.lib.4.contra Eunom. & alij.

QUÆSTIO XXIX.

Quare Chriſtus D. dicitur Dei Patris dexterâ exaltatus in ſua paſſione.

252. Ait D.Petrus de Chriſto D. *Dexterâ Dei exaltatus*, non tantum ait, quod fuit exaltatus, ſed ſignatè ait *dexterâ Dei*, cum dicitur opus manus dexteræ, ſignificatur opus ſummæ fortitudinis, potentiæ, ac Majeſtatis, ut notat D.Bernard.ſerm.7.in Pſalm.9. [D Bern. Pſal.9.] ad illa verba verſ.7. *Cadent à latere tuo*, id eſt, ſiniſtra, *mille, & decem millia à dextris tuis.* Et deinde dicitur Chriſtus dexterâ Dei exaltatus, hoc eſt ſummâ ejus potentiâ, ac fortitudine omnipotentis Dei.

Primò Chriſtus D. exaltatus eſt à Patre, in ſua paſſione, ac cruce dixit Chriſtus D. Joan.8.n.28. 253. [Ioan.8.] *Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.* Quid ſignificat modus hic loquendi *cognoſcetis quia ego ſum?* D.Aug. tract.40. in Joan. [D Aug.] ſic ait: *Recolite illud ego ſum, qui ſum?* Exod.3.n.14. [Exod.3.] *Et cognoſcetis quid ſit dictum: ego ſum.* Ac ſi dicat: Cum exaltatus fuero in Cruce cognoſcetis quod *ego ſum, qui ſum*, quod eſt proprium nomen Dei, ac *tunc cognoſcetis quia ego ſum.* Valde mirum, quod [*Chriſtus in paſſione, ac Cruce maximè manifeſtavit ſuã Divinitatẽ.*] Chriſtus operans tot mirabilia, ſuſcitans mortuos, dans cæcis oculos, claudibus pedes, imperans Dæmonibus, adhuc planè non cognoſcitur, ut Deus, ſed cum exaltatus fuerit, tunc cognoſcetis quod ego ſum, expende illud *Tunc* ac ſi in tali eventu, in tali occaſione pleniſſimè cognoſcetis, *quod ego ſum, qui ſum*, quia inter tot, & magna opera, quæ Chriſtus fuit patratus, ſic in ſua morte, ac paſſione eum Æternus Pater exaltaverat, ut ibi valde peculiariter, ac inſigniter declaraverit, & manifeſtaverit ſuam Divinitatem, ac Majeſtatem, & ideò ſuam paſſionem, ac mortem in Cruce exaltationis nomine nobilitavit. Citatus Aug. *Exaltationem autem Crucis dixit, quia ibi exaltatus eſt, quando pependit in ligno.*

Valde ſollicite anima ſancta ſuum dilectum ſponſum Chriſtum Jeſum requirebat, de quo multa magnalia prædicabat, unde à filiabus Jeruſalem quæritur: 254. *Qualis eſt dilectus?* ac ſi poſtularent ſigna, ut exponunt Richardus, Rupertus, & alij de ipſo ſponſo, [Richard. Rupert.] de quo tam illuſtria publicabantur. Reſpondet ipſa: *Dilectus meus candidus, & rubicundus*, Cant.5. [Cant.5.] n.10. & tantum hæc ſigna exhibet ad eum dignoſcendum, ſi candidus, quomodo rubicundus: candidus per Divinitatem, quæ dicitur *candor lucis æternæ*, rubicundus per indumentum ſanguinis ſuæ paſſionis: D.Chryſolog. ſerm.31. ait: [D Chryſ.] *Texebatur antem regium ejus veſtimentum, quod in purpureum ſurorem cruor tinget Paſſionis.* Ac ad cognoſcendam [*Paſſio Chriſti index eius Divinitatis.*] ſupremam celſitudinem Divinitatis nullum majus, ac efficacius ſignum, quam indumentum purpureum ejus ſanguinis: Paſſio enim Chriſti index ſuæ Divinitatis eſt.

Cum D. Jeſus iter faceret cum diſcipulis ſuis in Caſtellum Emaüs, & ad metam ſederet cum eis, gra- 255. tiaſque agens frangeret panem, ſcribit D. Luc.24. [Luc.24.] n.35. *Cognoverunt eum in fractione panis:* & cur potius non cognoſcunt eum, cùm ſuprema, & alta ſapientia aperiret, & explicaret Scripturas in via? Unde & ipſi dixerunt: *Nonne cor noſtrum ardens erat in via, dum aperiret Scripturas?* Vel cur potius eum non agnoſcunt, quando in manibus panem accepit, benedixit, & gratias egit cum admirabili, & altiſſima, ſummaque erga Patrem reverentia, ſed ſolum in fractione panis agnoſcunt. Per panem caro [*Per aperturas paſſionis cognoſcitur Divinitas.*] Chriſti, corpus Chriſti per illam fractionem denotabatur, quod dum corpus Chriſti fuit apertum, & perforatum, flagellis, clavis, lancea, per illas aperturas, ac perforamina maximè patuit, & manifeſtata eſt latens Divinitas ſuper omnes alias actiones. Pulchrè Abbas Drogo ſerm. de Sacrament. Domin. Paſ- [Drogo.] ſion. ſic ait: *Et verè non cognoſceris Domine, niſi in fractione panis: panis caro tua, fregiſti manibus tuis corpus tuum, quia poteſtate habebas ponendi animam tuam, & iterum ſumendi eam: fregiſti corpus, quod foris apparebat, & oſtendiſti medullam, qua intus latebat, niſi autem patiaris non cognoſceris*, ibi, inquit,

abſcondita

abſcondita eſt fortitudo tua. De hoc multa dixi variis in locis, vide in Sybillario verbo *Paſſio*, & maximè tom.5. in Evang.lib.8. cap.1. per totum.

QUÆSTIO XXX.

Quare Chriſtus D. dicitur dextera Dei exaltatus in ſua Reſurrectione?

256. CUm Apoſtolus Petrus ait de Chriſto D. *Dextera Dei exaltatus*, de Reſurrectione loquitur, de qua immediate verſu antecedente tractavit dicens: *Hunc Ieſum ſuſcitavit Deus* cum multa gloria, & D.Dion. Pſal.56. majeſtate. Unde de Reſurrectione noſter D.Dionyſ. Alexand.epiſt.contra Paulum Samoſat. illud Pſ.56. *Exaltare ſuper cœlos Deus, & ſupra omnem terram gloriam tuam.* Inde dies Reſurrectionis dicitur dies ſummæ exultationis, & lætitiæ Chriſti.

257. Pſal.44. Ait Regius vates Pſalm.44.ad Chriſtum loquens: *Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Quæ verba licet Agellius referat ad oleum ſanctiſſimi nominis Jesu, *oleum effuſum nomen* D.Hier. D.Aug. Paſchaſ. Incogn. *tuum*; tamen communiter Patres D.Hieron.D.Aug. D.Paſchaſ. noſter Incognitus de Reſurrectione interpretantur *Dilexiſti juſtitiam.* Pro qua Æternus Patre pro ſalute hominum,*& odiſti iniquitatem*: pro qua dolenda mortem ſubiviſti: *Propterea Deus,Deus tuus*; quæ geminatio magnum indicat affectum, *unxit te oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* D.Hieronym. Symmac. Chald. Caiet. oleo exultationis, Symmach. oleo nitoris, ac ſplendoris. Chaldaicus *Abundantius, quàm conſortibus*, Caiet. *ſociis tuis*. Tanta lætitia exultationis extitit in die Reſurrectionis; non ſolum Æterno Patri, Chriſto D. & Spiritui ſancto, qui ad ejus laudes pu- *Dies Reſurrectionis dies magnæ exultationis* blicandas hodie inſpiravit Apoſtolis ad publicandam tantam lætitiam, ut legit Chaldaicus extitit abundantiſſima in cœlo, & in terra, ut legit Caiet. ſub quibus non ſolum intelligo Sanctorum animas, ſed etiam nos omnes fideles, obſtupeſcentibus Dæmonibus,ut ait D.Paſchaſ. De his multa dixi tom.5. in Evang.lib.9.cap.1.

258. 2.Cor.5. Vide quanta Majeſtas ſit Chriſto D. in ſua reſurrectione: Ait Paulus 2.ad Corinth.5.n.16. *Et ſi cognovimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc jam non cognovimus.* Egregiè gentium Doctor, ad quid hæc verba tendunt? per omnes tuas epiſtolas doces te de Chriſto magnam habere cognitionem, & ut de eo habes ampliſſimam agnitionem ſuper omnes puras creaturas, utpote qui ad tertium Cœlum raptus *Chriſtus poſt reſurrectionem ſic reſplēdes, ut non videatur idē.* es, cur in præſenti dicis: *Sed nunc jam non cognovimus.* Loquitur de Chriſto in ſua reſurrectione, & ſi antea eum cognoſcerent, ut hominem paſſibilem ſecundum carnem. At vero poſtquam devicta morte reſurrexit, tanta excellentia, fulgore, ac majeſtate reſplendebat, ut jam non videretur idem, ſed alius, S Leo Mag. & inde ait: *Iam non cognovimus*, D.Leo Magnus ſerm.1. de reſurrectione Chriſti: *Qualitas tranſiit, non natura defecit, & factum eſt corpus impaſſibile, quod potuit crucifigi,factum eſt immortale quod potuit occidi.* Nota ſequentia: Merito dicitur Caro Chriſti in eo ſtatu, quo fuerit, nota, neſciri,quia nihil in eo paſſibile, nihil remanſit in eo infirmum, ut ipſa ſit per eſſentiam, & non ſit ipſa per gloriam.

259. Vidit Joannes cœlum apertum, & Agnum ſtantem in Throno, ac in circuitu Throni millia millium Angelorum,& viginti quatuor ſeniores Agnum adorantes, & acclamantes digniſſimum eſſe Agnum, ut de eo decantetur, ac celebretur ejus Divinitas, forti- Apoc.5. tudo, ac ſapientia, & ſubdit Joan.Apocalypſ.5.n.14. *Et omnem creaturam*, quæ in Cœlo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, *& quæ ſunt in mari, & quæ in eo omnes audivi dicentes ſedenti in throno, & Agno, benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum.* Ad quæ verba ſic ibi ait Rupertus in hoc Rupert. loco ibi à me datus: *Antequam Agnus librum aperuiſſet, id eſt antequam per paſſionem ſuam adimpleret veritatem Scripturarum, præter pauciſſimos, hoc eſt, præter tres Magos ab Oriente venientes,& præter illum à Nativitate cæcum, ferè nullus invenitur procidens adoraſſe Agnum, ſed poſtquam librum aperuit, id eſt poſt mortem, & paſſionem ſuam obedientiam confirmavit, omne genu curvatur cæleſtium, terreſtrium, & Infernorum.* Antequam Chriſtus D. adimpleviſſet ſuæ paſſionis myſterium, ac è mortuis reſurrexiſſet, tantum quatuor procidentes Chriſtum adoraverunt, ejus Divinitatem recognoſcentes, ac recolentes, poſtquam redemptionis opus conſummavit, atque reſurrexit, omnes, qui ſunt in cœlo, terra, ac ſubtus terra, & mari, ſubmiſſe ejus majeſtatem venerantes ipſum adorant. Vide proximè citatum lib.9. cap.5.

QUÆSTIO XXXI.

Quare Chriſtus D. dicitur ſedere ad dexteram Dei?

AIt in præſenti D.Petrus de Chriſto D. *Sede à* 260. *dextris meis*, ſic & in Pſalm.109.Marc.16.n.9. *Difficultas quæſtionis.* Ex quo inſurgit difficultas quid per hunc modum dicendi ſignificetur; nam ſi Chriſtus eſt ad dexteram Patris, Pater eſt ad ſiniſtram Chriſti, & deinde Chriſtus eſt in meliori loco; cur ergo Chriſtus D. dicitur ſedere ad dexteram Dei? Jam explicavi to.5. in Evang.lib.9.cap.10. q.20. ſed ne hic Textus maneat inſalutatus ad propoſitam difficultatem.

Rectè 1. reſpondet Bruno qui ad citatum Pſ.109. 261. Bruno. ait: *Dicitur in principio ſede à dextris meis,ſi ipſe ad dexteram Patris ſedet, quomodo rurſum Pater ſedet ad dexteram filij, ut æqualis Filio Pater oſtendatur.* In primo verſu ſcribitur *dixit Dominus Domino meo*, dixit Pater Filio *ſede à dextris meis*, & verſu 5. ait, quod Pater ſit ad dexteram Filij *Tu es Sacerdos in æternum Dominus à dextris tuis*, ut æqualis Filio *Pater oſtendatur.* Chriſtus ut Deus æqualis eſt Patri, ut homo minor eſt Patre; dicitur ſedere ad dexteram Patris,ut in loco valde ſublimi,& honorifico, Deus Pater eſt purus Spiritus, ac proinde nec habet oculos, nec manus, nec pedes, & quia ob limitationem noſtri intellectus non poſſumus intelligere Di- *Ratio genuina.* vina prout ſunt in ſe, ea per ordinem ad res creatas explicamus;& quia in creatis locus dexter illuſtrior eſt, ac excellentior cæteris, ideo ad ſublimem Chriſti majeſtatem declarandam, dicimus quod ſedet à dextris Dei.

Qui locus dexter tam ſublimis, & excelſus fuit 262. illi debitus ob mortem, & paſſionem ſuam, ſic ait Paulus Hebræ.2.n.9. *Vidimus Ieſum propter paſſio-* Hebr.2. *Chriſtus exaltatus propter paſſionem.* *nem mortis gloria, & honore coronatum.* Quæ verba Apoſtoli componit D.Aug. cum illis Pſalm.109.n.7. *De torrente in via bibet*, ſic ait Sanctus Doctor: *Quia ergo de torrente bibit, propterea exaltavit caput; id eſt quia humiliatus eſt, & factus eſt ſubditus uſque* Pſal.109. D.Aug. *ad mortem,mortem autem Crucis, propterea eum Deus exaltavit à mortuis.*

Secundò, & hic maximè venit expendenda Pſal- 263. mographi mens citato Pſalm. 109. Dixit *Domino meo ſede à dextris meis*, ſignificans æqualitatem cum eo, ut eſt Deus. *Scabellum pedum tuorum.* Quod omnes inimici ei erant ſubjiciendi. *Virgam virtutis tuæ*,proclamat ſummam ejus poteſtatem judiciariam, *Ex utero ante luciferum genui te*, quod ex ſuamet

ſubſtantia

Chriſtus inter ſua magnalia gloriatur de dignitate Sacerdotij.

ſubſtantia eum ante ſæcula genuerit: & ſubdit. *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinẽ Melchiſedech:* Celebrare ejus Sacerdotium, res ſanè miranda! David totus erat intentus in publicandis Magnalibus Divinitatis Chriſti, quod erat æqualis Patri ſupremam cum eo habens poteſtatem, utpote ex eademmet ſubſtantia genitus; ad quid igitur David divertit ſermonem ex ipſa Divinitate, & incipit tractare de Chriſti Sacerdotio, quod, ut homini illi competit;

D.Aug. D. Auguſt ad citatum Pſalm. ſic ait: *Iſte ergo Dominus, qui eſt à dextris, de quo juraſti, dicens: Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, ipſe utique Chriſtus D. à dextris tuis.* Tam ſuprema, & alta dignitas eſt Sacerdotium, quod dum ſublimia Chriſti magna de ejus Divinitate publicantur, ipſe maximè gloriatur, de ſuo Sacerdotio, & quod Sacerdos ſit, ac dicatur, & inter ipſos Divinitatis ſplendores, pro magno habet, quod ut Sacerdos honoretur.

264. Ait D. Paulus 7. n. 3. de Melchiſedech: *Aſſimilatus filio Dei manet Sacerdotium in æternum.* Magni, & excellentiſſimi fuerunt Patres antiqui; nullus tamen eorum dicitur aſſimilatus filio Dei, nec innocens Abel, nec Enos, qui cœpit invocare nomen Domini Geneſ 4. n. 26. nec Abrahamus Pater fidei, nec Moyſes omnium mitiſſimus, nec David pœnitentia illuſtriſſimus, ſed tantum Melchiſedech dicitur aſſimilatus filio Dei? Rationem indicat Textus: *Manet Sacerdotium,* Syriscus vertit, *ſed in ſimilitudinem filij Dei permanet Pontificatus ejus in æternum.* Tam illuſtris, & præclara Sacerdotalis dignitas eſt, ut inter omnes qui magnis gratiæ donis perfulſerunt, ſola illa homines exiſtentes in terra faciat ſimiles Dei filio in Cœlis.

265. Prou. 9. Dicitur Prou. 9. n. 1. *Sapientia ædificavit ſibi domum immolavit victimas ſuas, miſcuit vinum, propoſuit menſam ſuam; miſit ancillas ſuas, ut vocarent ad arcem, & mœnia Civitatis.* Maximè expanſione dignum, quod ipſa æterna Dei ſapientia per ſe ipſam immolat victimas, proponit menſam, & miſcet vinum, quod tantum ad ſervos, & ancillas videbatur

Ad Sacerdotales functiones Euchariſtiæ Chriſtus ſe ſolum exhibet.

ſpectare: Ipſa per ſemetipſam totum quod ad menſam præſtat, cur non alijs committit, ut deſtinavit ſervos ad vocandum ad arcem, & mœnia Civitatis!

D. Greg. D. Greg. lib. 17. Moral. c. 17. *Immolavit Dominus Ieſus victimas, ſe ipſum offerendo pro nobis: miſit ancillas ſuas, Apoſtolorum videlicet animas in ipſo ſuo initio infirmas, ut vocarent ad arcem, & mœnia Civitatis; quia dum æternam vitam denunciant ad alta mœnia ſupernæ Civitatis nos elevant.* Chriſtus D. ſapientiâ delegavit ſuos Apoſtolos ut omnes gentes vocarent ad Eccleſiam, & ad alta æterna Patriæ mœnia, at Sacerdotales functiones facere, atque ad menſam ſacræ Euchariſtiæ miniſtrare, nulli alteri commiſit, ſed per ſe ipſum totum exequitur, & adimplet: *Mactavit victimas ſuas, miſcuit vinum, propoſuit menſam.*

Actor. 2. n. 37. His auditis compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apoſtolos, quid faciemus viri fratres?

Num. 38. Petrus verò ad illos, pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum, in nomine Jeſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti.

Num. 39. Vobis eſt promiſſio, & filijs veſtris, & omnibus, qui longè ſunt, & quoſcumque advocaverit Dominus Deus noſter.

Num. 40. Alijs autem verbis plurimis teſtificatus eſt, & exhortabatur eos, dicens: Salvamini à generatione iſta prava.

VERSIONES.

Arabicus n. 37. Humiliaverunt ſe in cordibus ſuis.

Æthiopic. Apertum eſt cor eorum.

Bibli. Goth. Viri fratres oſtendite nobis.

Syriacus n. 38. Baptizemini homo, & homo in vobis.

Vatabl. Delictorum pœnitentiam agite.

D. Chryſoſt. Reſipiſcite.

Syriac. n. 39. Vobis enim fuit promiſſum, &c. & omnibus, qui remoti ſunt, quos vocaverit.

Arabicus. Qui ſunt in diſtantia remotiſſima.

Syriac. n. 40. Atteſtabatur eis & à generatione perverſa.

Arabicus. Deprecatus eſt eos evadere ab iſta generatione aſpera.

Æthiopic. Et erudivit eos, ſervate animam veſtram ab hoc mundo malo.

EXPOSITIO XVI.

Verſ. 37. *His auditis à D. Petro, compuncti ſunt* 266.
corde, quod Chriſtum crucifixiſſent, ac ſprevissent; hæc autem compunctio fuit ex ſpeciali gratia Spiritus ſancti, quæ eorum corda plena odio in Chriſtum, in ejus amorem commutavit, recognoſcentes mala opera ſua, ut illa deteſtarentur, & hic maximè apparet effectus gratiæ Dei, qui ſtatim de remedio adhibendo ſunt ſolliciti, & inde dixerunt Divo Petro, & reliquis diſcipulis. *Quid faciemus viri fratres,* & in hoc valde prudenter ſe habent, dum remedium quærunt, non ab alijs, ſed tantum ab Apoſtolis petunt, quos tanto zelo de eorum ſalute, ac gratia Spiritus ſancti donis repletos videbant. *Viri fratres.* Alia lectio habet: *Viri fratres attendite nobis.* Ut tanquam fratres debetis nobis conſulere, ac de noſtro bono agere.

Quærunt remedia, à quo habere poterant.

Verſ. 38. *Petrus vero ad illos:* Tanquam bonus 267.
Prælatus, & optimus Medicus opportunam Medicinam applicat: *Pœnitentiam agite,* ex quo apertè probatur in adulto neceſſarium eſſe dolorem peccatorum, ſive perfectum, ut contritionem, ex mero Dei amore, ſive dolorem imperfectum, ut attritionem ex metu gehennæ. *Baptizetur unuſquiſque veſtrum.* Cum fide vera, ac profeſſione ex corde, & virtute meritorum Chriſti, credendo, & profitendo Chriſtum eſſe unicum Mediatorem, ac Salvatorem generis humani, conſtitutum à Patre propitiatorem pro noſtris peccatis. *In nomine Ieſu Chriſti.* Forma Baptiſmi eſt: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Fortè in illis primis temporibus ad magis inſinuandum nomen Jeſu Chriſti in cordibus fidelium, & ad majorem venerationem illi reconciliandam, hac forma utebatur: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij Ieſu Chriſti, & Spiritus ſancti.* De quo communiter Theologi, cum agunt de forma Baptiſmi, de quo ſatis latè Vaſquez diſp. 143. cap. 3.

Accipietis Spiritum ſanctum. Ipſummet Spiritum 268.
donum Dei immenſum, & increatum de quo ſupra verſ. 4. Vel accipietis, Ipſam gratiam, juſtitiam, ac

Soar. cætera dona Spiritus ſancti, vel ut etism Soarex to.3.
in 3.p.diſp.32.ſect.1. Pet boc donum Spintus ſancti
exponit donum ſacramenti Confirmationis ; hoc
enim ſacramentum Confirmationis tribuit Scriptura
Act 8. Spiritui ſancto, Actor.8.

269. Verſ. 39. *Vobis enim eſt repromiſſio :* Occurrit
Apoſtolus inſidentiæ eorum de gratia conſequenda,
eo quod tam grande peccatum commiſiſſent in morte
Chriſti : *Vobis eſt enim repromiſſio facta.* Per Prophetam
Joëlem, de quo ſupra in hoc cap. n.16. utpote
filijs Abrahæ, ad quos pertinet promiſſio de
Chriſto, ac donis ejus, qui in fide Jeſu Chriſti fuerint,
Vocati Gentiles. *& omnibus, qui à longe ſunt,* à Deo, Eccleſia,
ac ejus fide, utpote gentilibus, & quos advocaverit
ad Eccleſiam, & fidem ſuam, eoſque dicit ob conſolationem
gentium, quæ tunc aderant.

270. Verſ.40. *Alijs autem verbis plurimis* tam perſuaſorijs,
ac ex teſtimonijs Scripturæ *teſtificatus eſt* ea
omnia, quæ ad credendum in Chriſto pertinebant,
& maximè, quæ ad talem fidem Chriſti ſpectabant,
& ſalvamini à generatione iſta prava. Syriacus *perverſa.*
Æthiopicus *aſpera,* id eſt fugite à conſilijs, ac
perverſitatibus Judæorum, qui vos deducunt in
perditionem, ac damnationem : Iniquæ, ac perverſæ
converſationes frequenter tot, & tanta mala
Ecclеſ. parturiunt : Unde optimè admonet Eccleſiaſt.13.
num.1. *Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea ; &
qui communicaverit ſuperbo induet ſuperbiam :* tamque
fortis eſt ipſa converſatio, ac conſuetudo, ut dicat
D.Cypr. D Cyprianus lib. de ſpectac. *Omne vitium ſui
generis vitium parit, non modo neſcientibus, & non
advertentibus, ſed ſæpe etiam invitis.*

QUÆSTIO XXXII.

Quare D.Petrus non rigidè, ſed blandè, ac ſuaviter ſe habet cum circumſtantibus pro graviſſimo peccato mortis filij Dei?

271. OBiter nota, quod auditis verbis D.Petri, ait
Textus : *Compuncti ſunt corde.* Et dixerunt Petro
ſuam compunctionem, ac dolorem publicè manifeſtantes,
aliter ait David Pſalm 4. n.5. *Quæ dici-
Pſal.4. tis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.*
Dolorem, & compunctionem tantum in cubiculo
aſſignat ; erat enim peccatum occultum *Quæ
Publica peccata publicã pœnitentium requirunt. dicitur in cordibus veſtris :* At horum peccatum in
morte Chriſti fuit valde publicum, & notorium,
ideoque valde publicam, & notoriam pœnitentiam,
ac dolorem exigebat ; & quia peccatum David tam
in adulterio, quam in morte Uriæ fuit apertum, ac
manifeſtum, ideo Deus dedit illi pœnam, & ſupplicium
2 Reg 12 in oculis ſolis hujus 2.Reg.12.n.12.

272. D Chryſoſt. Ad quæſtionem reſpondet primo D.Chryſoſtom.
homil.7. in Acta,& ait : *Reveriti ſunt Petri manſuetudinem,
quia his, qui Dominum ſuum crucifixerunt,
& contra ipſos clamarant, tanquam Pater, & Magiſter
curam gerens loquebatur non ſimpliciter, obedierunt,
ac ſe ipſos condemnarunt, ſenſeruntque, quod
fecerant.* Maximè conſideranda ſublimis, & alta D.
Petri prudentia agebat cum his,qui Dominum ſuum
crucifixerunt, ac etiam cum his, qui contra ipſum
Petrum, ac alios Apoſtolos malè locuti ſunt, dicentes
Qui cum manſuetudine parcit devincit. eos ebrios, & tamen Princeps Apoſtolorum
non duris, & aſperis verbis in eos invehitur, ſed leniter,
ac ſuaviter,& ita ſua manſuetudine eos devincit,
ac compuncti corde ad pœnitentiam convertantur,
& quos antea ebrios dixerant, fratres nunc vocant :
Quid faciemus viri fratres, reveriti ſunt Petri
manſuetudinem.

Ait Regius vates Pſalm.117.n.10. *Omnes gentes* 273.
circuierunt me, & in nomine Domini, quia ultus ſum Pſal. 117.
in eos. Alia lectio habet : *Debellavit, devinxit eos.*
Per charitatem trahis ad pœnitentiam. Sed quanam ultione? forſitan iræ, ac furoris,an gladio
ferreo, vel lancea? minimè, *in nomine Domini,*
nempe ultione charitatis, omni gladio vehementiori
ad penetranda corda,ut proferant pœnitentiæ fructus.
Magiſter ſententiarum ibidem ait : *In nomine
Domini ultus ſum in eos, dum ipſi converſi pœnas ſu-
ſtinent pœnitendo.*

Multus eſt Regius vates in deſcribenda ſuprema 274.
adoratione, quæ danda eſt Chriſto Domino Pſal.71. Pſal.71.
num.8. *Et dominabitur à mari uſque ad mare, & à
flumine uſque ad terminos Orbis terrarum, & adorabunt
eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſervient ei.*
Unde Chriſtus D. tam magnificus dominatus in totum
Orbem terrarum, ac in omnes gentes, forſitan
ex multa majeſtate, qua apparens ad ſui cognitionem
ſubjecit populum Iſraëliticum cum daturus eſſet
legem ut dicitur, Exod.19. n.16. *Ecce cœperunt* Exod.19.
*audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima
operire montem, & clangor buccinæ vehementius
perſtrepebat.* Ad unum populum ad ſe convocandum
Plus trahitur manſuetudine, quam fortitudine. tot, & tanta majeſtatis ſigna : At vero ad omnes
gentes, omnes Reges terræ idololatras, ac in cunctis
erroribus enutritos ad ſe trahendos, aliquid
fortius fuit adhibendum, hoc permiſerat Pſalmographus
citato Pſal. n.6. *Deſcendet ſicut pluvia in
vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.*
Magnis prodigijs, & ſignis unum populum potentia,
ac fortitudine devinxit : at blandimento ſuavitatis
de omnibus gentibus, ac Regibus triumphavit.
Ad hoc tendit noſter Incognit. & ait : *Sicut* Incogn.
*pluvia in vellus, ſcilicet ſuaviter deſcendet in uterum
Virginis ; quia in humilitate ſumma, & lenitate
veniet : & in utero Virginis exiſtens totum mundum
circumeundo continebat.*

Secundo ad quæſtionem, Petrus efficacia, ac for- 275.
titudine ſuæ doctrinæ eos devinxit, & ad ſe traxit,
tamen leniter, ac ſuaviter eos diſponit eos fratres
vocans, eiſque repromiſſionem ſalutis factam, ut
eos ad pœnitentiam, baptiſmum, atque animæ ſanitatem
valeat allicere ; D. Petrus efficaciâ ſuorum
Qui recenter veniunt, benignè fovendi ſunt. verborum fortiter adduxit, tamen tanquam recenter
advenientes benignè, ac benevole refovet. Ille,
qui incidit in latrones multis vulneribus affectus,
in quo peccatoris effigies depingitur, ut dixi tom.3.
in Evangel. cap.21.multis iniquitatum plagis cruentatus,
veniens cœleſtis Medicus : *Alligavit vulnera
ejus, infundens oleum, & vinum,* Luc.10 num.34. Luc.10.
Magno myſterio talia adhibet medicamenta, vinum
ſignificans gratiæ fortitudinem, qua eum traxit,
oleum vero, ſuavitatem, ac lenitatem, qua eum
diſponi præceperat, ac ducit, D Bernard. ſerm.16. D Bern.
in Cantic. ſic ait : *O ſapientia, quanta arte medendi
in vino, & oleo animæ meæ ſanitatem reſtauras,
fortiter ſuavis, & ſuaviter fortis, fortis pro me, &
ſuavis mihi.*

QUÆSTIO XXXIII.

Quare D. Petrus annunciat hic Iudæis gentium converſionem, quas maximè odio habebat?

AUdiſtis verbis Petri, qui aderant, *Compuncti* 276.
ſunt corde, & dixerunt, ad Petrum, & reliquos
Apoſtolos : *Quid faciemus viri fratres?* Tunc D.Petrus
ait illis : *Pœnitentiam agite ; vobis enim eſt repromiſſio,
& filijs veſtris, & omnibus, qui longè ſunt
quoſcumque*

Difficul tas quaſtionis. *quoſcumque advocaverit Dominus.* Per eos *qui longè ſunt* communiter Interpretes gentes intelligunt. Quæſtio ergo eſt cur Princeps Apoſtolorum cum Judæis agens eis proponit gentium converſionem, cum inter eos eſſet inſatiabile odium, deinde cum Judæa gens maximè invidia laboraret?

277. *Charitas vult ſe cum ſocios.* Poteſt primo reſponderi, quod cum *compuncti eſſent corde*, de aliorum converſione non tractabantur, ſed maximè de illa gaudebant, quia perfecta charitas omnes vult ſocios ſecum habere, de quo vide multa verbo charitas in meis libris, & ſupra cap. 1. q. 34. n. 243. 244. 245. & 246.

278. *Oecum.* Secundo Oecumenius in præſenti ſic ait: *Conſidera vero quod tunc gentium fidem innuit, quando compunctos invenit Iudæos, ac ſe ſe condemnantes; Ubi enim ſe ipſam anima condemnaverit, jam invidere non poteſt.* Petrus altâ ſua prudentia, qua pollebat, cum Judæos de ſuo ſcelere compunctos, ſeque metipſos *Qui ſe agnoſcit peccatorem non invidet.* accuſantes conſpicit, tunc gentium converſionem exponit, quæ modo ex omnibus, quæ ſub cœlo ſunt, aderant, pro eorum conſolatione aperit, abſque ullo invidiæ Judæorum ſtimulo, *ubi enim ſe ipſam anima condemnaverit, jam invidere non poteſt.*

279. Valde infeliciſſima, & horribilia denuntiantur Heli circa domum ſuam, quod ab ea ſit auferendum Sacerdotium, quod in ea non erit ſenex, & quod duo filij una die morientur ambo, & quod videbit æmulum ſuum in Templo, in cunctis proſperis Iſraël, quod valde durum, ac grave cuilibet homini eſt, eo quod filios ſuos non emendaverit, ſed permiſerit iniquè agere, & tamen tantas calamitates patienter ſuſtinet, & ait: Dominus eſt: quod bonum eſt in ocu- *1. Reg. 3.* lis ſuis faciat, 1. Reg. 3. n. 18. Unde illi tanta patientia, cur aliqua invidia, vel odio non commovetur, *D. Chryſoſt.* cum audit æmulum ſuum in ſua ſede repoſitum dominantem in cunctis proſperis Iſraël. D. Chryſoſt. lib. de Providentia ait: *Heli ſua culpæ conſcius, poſt ingentes illas, & terribiles minas, dixit: Dominus* *Heli ſui conſcius non invidet.* *eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat.* Qui ſe tantis criminibus illaqueatum agnoſcebat, nullius invidiæ morbo laborabat: Invidia eſt æmula alieni boni pœnitudo, & qui ſe ſceleratum, ac inde indignum alicujus boni fatetur, de alterius incrementi nulla

280. pœnitudine premitur.

Inexecrabili odio Saul perſequebatur Davidem; timebat enim quod ipſe ad regnum Iſrael eſſet exaltandus, hacque de cauſa totis viribus intendebat eum interficere, unde dixit filio ſuo Jonathæ: *Omnibus diebus, quibus filius Iſai vixerit ſuper terram, non ſtabilieris tu, neque regnum tuum ſuper terram. Itaque jam nunc mitte, & adduc eum ad me, quia filius mortis eſt*, 1. Reg. 20. n. 31. Tamen tempore elapſo *1. Reg. 20* cum vidiſſet Saül magnam benignitatem, ac clementiam, qua David erga eum uſus eſt, & quomodo eum à morte cuſtodierit, flens alta voce clamat Saul ad David: *Iuſtior tu es, quam ego, tu enim tribuiſti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala, & nunc ſcio, quod certiſſimè regnaturus ſis, & habiturus in manu* *1. Reg. 24* *tua regnum Iſrael*, 1. Reg. 24 n. 18. & 21. Magna invidia æſtuabat Saul in David, & impatiens non poterat ſuſtinere, quod ipſe ad clavum regni elevaretur, idcoque omni conatu, & affectu ejus mortem moliebatur: At vero nunc ad eum ait: *Iuſtior es tu,* *Abulenſ.* *quam ego*, ut ibi notat Abulenſ. *ſe iniquum, ac iniquum fatetur*, indeque omni depoſita invidia ejus regnum proclamat certiſſimè. Quandiu Saul ſuam nequitiam non agnoſcebat, ignea ferebatur invidiâ in Davidem, ut ejus regnum impediret, & ubi ſui præſcius ſuam injuſtitiam confitens, ſimul & ejus regnum profitetur.

Actor. 2. n. 41. Qui ergo receperunt ſermonem ejus baptizati ſunt, & appoſitæ ſunt die illa animæ circiter tria millia.

Num. 42. Erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.

Num. 43. Fiebat autem omni animæ timor; multa quoque prodigia, & ſigna per Apoſtolos in Jeruſalem fiebant, & metus erat magnus in univerſis.

VERSIONES.

Syrus n. 41. Et homines ex eis promptè exceperunt ſermonem ejus, & additæ ſunt in eo die circiter tria millia animarum.

Arabicus. Receperunt libenter, & additæ fuerunt inter fideles, &c.

Syrus n. 42. In doctrina Apoſtolorum, & in fractione Euchariſtiæ.

Arabicus: Et in communione fractionis panis, *Græcus* illius panis.

Vatabl. Continuo perſeverabant in doctrina, &c.

Æthiopic. Manſerunt perſeverando in doctrina, &c. & benedicendo menſæ.

Syrus n. 43. Et fuit timor in omni anima, &c. & virtutes fiebant per manus Apoſtolorum.

D. Chryſoſt. Obortus eſt timor.

Æthiopic. Timuerunt Apoſtolos omnia animalia.

EXPOSITIO XVII.

Verſ. 41. *Quicumque receperunt ſermonem ejus*, ſcilicet Petri, ſeu, ut habet Syriacus *promptè*. Arabicus libenter, cum fructu, & effectu in die illa, ſcilicet Pentecoſtes *Baptizati ſunt*. Unde, ut teſtatur Lyra, quod in ſignum hujus rei antiquitus in die Pentecoſtes fiebat generalis Baptiſmus, *& appoſita illa die animæ circiter tria millia*: Et unde in verbis Apoſtoli tanta vis ad tot hominum millia trahenda? dicuntur animæ per Synecdochen. Ratio à priori eſt gratia divini Spiritus; tamen ſumma paupertas Apoſtolica, abnegatio omnium rerum; divitiarum contemptus, nec quiſquam aliquid ſuum eſſe dicebat, omnium corda valuit ineſcare. Mens eſt D. Chryſoſt. homil. 7. in 1. Corinth. ſic ait: *Tunc igitur nemo quicquam proprium ſibi vendicabat, ſed omnia erant communia, & pro ſingulorum neceſſitate, ſua cuique pars conferebatur, & vitam vivebant Angelorum; quid ſi in præſentia fieret, univerſum ſanè orbem; & ſine ſignis converteremus.* 281. *Lyra.* *D. Chryſoſt.* *Paupertas in Chriſti miniſtris efficax ad trahendum.*

Verſ. 42. *Erant autem perſeverantes.* Explicatius Vatablus: *Continuo perſeverabant*: quod denotat perdurationem, non per unum, vel alterum diem, ſed per multum tempus. *In doctrina Apoſtolorum*, probe, & exactè percipiendis, meditandis, ac exequendis, & in *communicatione fractionis panis*. Arabicus legit, & *in communione*, Græcus *illius panis*, cum articulo, quod magis explicat Syriacus, *& in fractione Euchariſtiæ*; nam ut notat Lyranus, in primitiva Eccleſia Chriſtiani quotidie communicabant, & dicitur *in fractione panis*; quia Divinus ille panis, frangebatur, ac diſtribuebatur per fideles, ut ait Paulus, *panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Chriſti eſt?* ex quo patet, quod ſæcularibus danda ſit tantum ſacra Euchariſtia ſub ſpecie panis, ut tenet ſancta Eccleſia Romana. 282. *Vatabl.*

Verſ. 43. *Fiebat autem omni animæ timor*; Qui reverentialis 283.

verentialis erat erga Sanctos Apoſtolos, qui tot, & tanta mirabilia faciebant, ac proinde tanquam quid Divinum omnes in eis verebantur; ſic & viſis Chriſti miraculis paſſim turbæ timebant, Luc.5.n.26. & c.7.n.16. *Multaque ſigna, & prodigia* per Apoſtolos fiebant, ut Chriſtus eis promiſerat. Marc.ult. n.17. hæc autem miracula fuerunt neceſſaria ad plantandam Chriſti fidem in mundo, ut ait Paulus Hebræ.2. n.3. & 4. & 1.Corinth.12.n.12. Unde ad reformandos hæreticos nova dogmata profitentes ſimilia. Peroptimè Richardus Victorinus lib.10. de Trinit. cap.2. ait: *Si error eſt, quod credimus; à te decepti ſumus: iſta enim in nobis in ſignis, & prodigijs confirmata ſunt, quæ non niſi à te fieri potuerunt.*

Luc.5. Luc.7. Marc.16. Hebr.2. 1.Cor.12. Richard.

284\. Græc. Syrus. *Et metus magnus erat in univerſis.* Hæc verba non habentur in Græco, quia fortè idem eſt cum eo, quod prius dictum eſt: *Fiebat autem timor omni animæ.* Sed hic in priore dictione ſermo eſt de timore reverentiali in fidelibus. Secundo cum dicitur *metus magnus* agitur quoad perfidos Judæos, qui viſis tot ſignis Apoſtolorum, quos antea ut viles contemnebant, nunc vero leonibus fortiores, aquilis velociores timebant.

QUÆSTIO XXXIV.

Quare participatio corporis Chriſti dicitur communicatio?

285\. Græcus. *De quo pane ſit ſermo.* Caiet. Lyran. Hugo. D Ant. Aurel. AIt Textus in præſenti: *Erant perſeverantes in communicatione*, ſeu ut habet Græcus, *in communione fractionis panis*. De quo pane hic agatur dubitatur, Caietanus communem panem, & cibum intelligit Gloſſa Interlinealis, Lyranus, Hugo de utroque pane, tam ſancto, quam communi caponunt. Tertia ſententia ſimpliciter interpretatur de ſacro Euchariſtico pane. Ita Joza, Aurelian.lib.3.de Imag. Joannes Harlemius in Indice Biblior. D.Anton.1.p. Hiſtor.tit.6. cap.2. §.1. Lorinus, Cornelius, Menochius, & Tirinus.

286 *De cœleſti pane.* Syriac. D.Luc. D.Cyril. Ieroſ. D.Ambr. Tertull. D.Aug. Hæc tertia ſententia vera mihi eſt. Primò, quia textus Syriacus habet *in fractione Euchariſtiæ*. Secundo D.Lucas hic deſcribit modum vivendi ſpiritualem, nam inter perſeverantiam in doctrina Apoſtolorum, ac orationem ioterponit D.Lucas communicationem fractionis panis, & à verſ.44. agit Evangeliſta de his, quæ pertinent ad modum vivendi temporalem. Deinde cum ſuperiori verſ.41. eos adduxiſſet Petrus ad Baptiſmum, ſtatim nunc agit de communicatione ſanctiſſimi panis; nam in illa primitiva Eccleſia baptizatis immèdiatè miniſtrabatur ſacra Euchariſtia, ut teſtantur D.Cyrill.Jeroſolym. Catech.Myſtag. D.Ambroſ. lib.de ijs; qui myſterijs initiant c.7. Tertull. lib.4. contra Marc. D.Hieron. contra Lucif. D.Auguſt.epiſt.23.

287\. *In Euchariſtia triplex unio.* Ad quæſtionem, dicitur quod erant perſeverantes *in communicatione*, pro communicatione Græcè habetur *communio*, id eſt *communis unio*. In hac cœleſti menſa datur triplca unio, unitur Deus cum homine, homo cum Deo, & homines inter ſe; nam ſi homines uniuntur cum Deo, uniuntur etiam inter ſe, quæ enim ſunt eadem uni tertio ſunt idem inter ſe.

288\. 1.Cor.5. Syriac. *Per Euchariſtiã omnes unum ſumus in Chriſto.* Ait D.Paulus 1.Corinth.5. n.6. juxta celebrem lectionem Syriacam, & Græcam in hac re: *Parum fermenti totam conſperſionem fermentat* & juxta Æthiopicum. *Modicum fermentum quam multam farinam fermentat.* Quæ verba elegantiſſimè de ſacra Euchariſtia. Noſter D.Cyrill Alexand.lib.4.io Joan. cap.17. exponens ait: *Sicut parum,* (ut inquit Paulus) *fermenti totam maſſam fermentat, ſic parvula benedictio totum hominem in ſe ipſum attrahit, & ſua gratiâ replet, & hoc modo in nobis Chriſtus manet; & nos in Chriſto; verè enim totum fermentum in totam Maſſam pertranſit.* Optima ſane ſimilitudine res tota explicatur: ſicut enim fermentum in farina miſcetur, & maſſa, ſeu farina totum fermentum ad ſe attrahit, & fermentum totas farinæ partes in ſe ipſis diviſas copulat, ac conjungit in unum, ſic per panem conſecrationis verborum benedictione, tanquam fermentum Divinitas Chriſti adunitur homini, & homo Chriſto; & Chriſtus ſic omnes charitate coadjungit inter ſe, ut unum efficiantur. D.Chryſoſt. homil.88. in Matth. ait: *Nos per communicationem cum Chriſti corpore fieri maſſam unam*, ſicut ipſe Dominus Jeſus ait: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo.* Joan.6.n.57. D.Chryſoſt. Ioan.6.

Orans Chriſtus in Cœnaculo ad ſuum Æternum Patrem ait: *Ego claritatem, quam dediſti mihi dedi eis, ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus*, Ioan.17. num.22. Per claritatem D Hilar. lib.8. de Trinit. D.Ambroſius lib.5. de fide cap.4. Janſen. Tolet. in Commentario intelligunt gloriam Divinitatis; D. Auguſt. Beda, Rupert. Carthuſian. & alij gloriam immortalitatis Reſurrectionis, & Aſcenſionis; D. Chryſoſtom. Euthymius, Theophylactus, quos omnes citavi tom.5.in Evangel.lib.7.cap.2.quæſt.14. & 15. interpretantur de gloria, quam Chriſtus Dominus comparavit ex ſua doctrina, ſignis, ac prodigijs, quæ omnia ſuis communicavit, ac eos participes effecit, cum eis dedit poteſtatem filios Dei fieri, ex quo ad Divinam bonitatem eleganter exclamat noſter D.Cyrill.Alexandr. lib.11. in Joan.c.27. & ait: *Nexus igitur unionis noſtræ ad Deum Patrem Chriſtus eſt, nobis quidem, ut homo, Deo autem Patri, ut Deus naturaliter unitus.* Nota ſequentia *mirari ergo debemus Divinæ naturæ benignitatem, qua creaturæ, quæ ſibi propria ſunt, communicare dignetur.* 289. Ioan.17. D.Hilar. D.Ambr. Ianſen. Tolet. D.Aug. D.Chryſoſt. D.Cyrill. Alex. *Divina bonitas omnia ſua nobis communicat.*

Ad rem noſtram: *Ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus* ac ſi dicat Chriſtus, ut ipſi nempe homines unum ſint inter ſe mecum ad ſimilitudinem, qua ego, & hi Pater unum ſumus per naturam, ſic illi unum ſiot mecum per gratiam, & charitatem, ideoque claritatem, quam dediſti mihi ex majeſtate Divinitatis, & gloria Reſurrectionis, Aſcenſionis, ac ex ſublimitate doctrinæ, ac ſignorum, dedi eis per participationem in Euchariſtiâ, ut ita totum, quod eſt in me, ſit in eis, & totum, quod in eis eſt in me ſit, ita ut ego, & illi unum ſimus D.Cyril.Aleaandr.lib.11.in Ioan. cap.27. ait: *Hanc claritatem, & gloriam Pater, quam mihi dediſti, quæ eſt ut tecum unum ſim, dedi eis ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus.* 290. *Chriſtus in Euchariſtia omnia ſua nobis dat.* D Cyril. Alex.

Addit Chriſtus citato Joannis loco: *Ego in eis, & tu in me, ut ſint conſummati in unum.* Maximè explicat Chriſtus, quomodo ipſe omnibus ſuis, ſit unum in nobis, ait: *Tu Pater es in me, & ego in eis*, exinde ego & Pater cum eis; *conſummati*, ſeu ut legit Syriacus *perfecti in unum ſint* ſumma charitatis unione, & inde per Euchariſtiam maximè refulget in homine Divinitatis imago, ut ait D.Chryſoſtom.hom.45. in Joan. *Hic ſanguis* (inquit) *facit, ut imago in nobis regia floreat, hic ſanguis pulchritudinem, & nobilitatem animæ, quam ſemper irrigat, & nutrit, languescere non ſinit.* 291. *Ex Euchariſtia floret in nobis imago Regia.*

Qui hanc unionem non habent inter ſe hujus divini convivij non eſſe poſſunt participes, quia illos tantum recipit hæc menſa, qui ſunt charitate unanimes, & pace concordes. Ait D.Paulus 1.Cor.11 n.20. *Iam non eſt Dominicam Cœnam manducare.* Et cur non eſt tempus illo cœleſti cibo fruendi, ſed ab illo omnino abſtinendum, rationem præmiſit Apoſtolus: 292. 1 Cor.11

Audio

Vbi non eſt unio non datur participatio hujus menſæ. D.Anſel.

Audio *ſciſſuras eſſe inter vos.* Partialitates, diviſiones, ac fractiones, & in quibus tanta ſeparatio, ac partitio eſt, non poteſt eſſe conjunctio in uoionis Euchariſticæ menſa; & quid inde provenit ſubdit Doctor gentium: *Oportet hæreſes eſſe*: ex tali irreverentia ad ſactam menſam conſequens eſt ut naſcantur hæreſes, ac errores, & falſa dogmata in fide, ac vera Eccleſiæ doctrina. D.Anſelmus ibi ait: *Maximum omnium malorum eſt apud vos quod in conventu veſtro fuerint ſchiſmata, ubi vinculum charitatis eſſe debebat, unaquaque voluntas, & ſumma concordia, ad quod unus locus vos invitat, & admonet*: Nempe locus menſæ Dominicæ.

QUÆSTIO XXXV.

Expenditur vivendi modus ſpiritualis in Eccleſia primitiva.

293. Cant. 3. Dicitur Cantic. 3. n. 9. *Ferculum fecit Rex Salomon de lignis Libani: columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum, media charitate conſtravit.* Ferculum dicitur compoſitum ex lignis Libani, ubinam ſunt iſta ligna? Nam cum ſigillatim deſcribuntur ferculi partes nulla ligna apparent, columnæ dicuntur argenteæ, reclinatorium aureum, aſcenſus purpureus, medium charitate adornatur, ubi ergo ſunt ligna? Verum eſt, quod erant ligna deformata, & incompoſita, quando deſignabantur, ac eligebantur, at ubi advenit Divini artificis manus, jam eſt aurum, argentum, purpureum, ac charitativum. D. Nicænus homil. 7. in Cantic. ait: *Nos ergo fuimus aliquando ligna Libani, ut qui in illo radices egiſſemus per malam vitam, & per fraudem Dæmonum, ſed poſtquam illinc à ratione participe ſecuri exciſi ſumus, & fuimus in manibus artificis, is nos ſuum fecit ferculum tranſmutata ligni natura per regenerationem in argentum, & aurum, & florentem purpuram.* Illi primitivi Chriſtiani olim & fraude Dæmonum fuerunt agreſtia, & incompoſita ligna, at poſtquam divinus Spiritus in eis fecit ſuum ferculum, ſtatim conſtitutæ ſunt columnæ argenteæ in perſeverantia: aſcenſus purpureus in Divinis mandatis obſervandis, ignita charitas ad ſumendam ſacram Euchariſtiam, & reclinatorium aureum in contemplatione, ac meditatione.

Per gratiam transformamur in novam vitam, ac Dei fercul. D.Nic.

Perſeverantia.

294. *Perſeverandum in bono opere incepto.* Primo perſeverantia. Superius dictum eſt, quod auditis verbis D.Petri *compuncti ſunt corde* pœnitentiam agentes: nunc ſubdit Textus *erant perſeverantes* in ipſis bonis operibus, quod omnino neceſſarium eſt ad perfectam, & conſummatam virtutem; hinc Eccleſiaſt. monet cap. 2. n. 1. *Fili accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia, & timore & præpara animam tuam ad tentationem.* Tigurina: *Fac ut in juſtitia ſollicitè perſiſtat*, & ex hoc Dominus monet Epiſcopum Philadelphiæ. *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam*, Apoc. 3. n. 10. Et ideo anima ſancta cum inveniſſet ſuum dilectum Jeſum ait: *Tenui eum non dimittam*, Cantic. 3. n. 4. Totum ſalutis negotium in ipſa perſeverantia uſque ad finem vitæ; dicitur Proverb. 1. n. 20. *Sapientia foris prædicat.* Quæ verba D.Hilarius, & Salvianus Maſſilienſis ſic legunt: *Sapientia in exitu canitur.* Quod vulgo dicitur *Al fin ſe canta la gloria.* D.Hilar. in Pſal. 14. ſic ait: Idcircò ad Salomonem omnis laus in exitu canitur, quia in ijs, quæ promiſſa ſunt Deo, non eſt aliquando fallendum, ſed tendit uſque ad conſummationem perfecta admonitio cœleſtis. Similiter Salvian. lib. 4. ad Eccleſiam.

Eccleſ. 2. Tigurin. Apoc. 3. Cant. 3. Prov. 1. D Hilar. Salvian.

Graviter arguitur ab Hugone Victorino in Allegorijs Gorſ. lib. 15. cap. 13. Pilatus interrogans Jeſum Quid eſt veritas, Joan. 19. n. 38. ſtatimque non expectato reſponſo egreſſus eſt ad Judæos: Optimum fuit in eo principium ſciendi veritatem, tamen ſua ipſius malitia impellente non expectat finem, ac ſolutionem quæſtionis; ſic ait Hugo: *Fecit ergo quæſtionem, & non expectavit ſolutionem, ſic multi tranſitorio fervore, converſi ad Deum vana bona deſiderare incipiunt, ſed eadem mentis mutabilitate, iterum ad tranſitoria effugiunt affectu in meatis propoſito non perſiſtunt.* 295. Joan. 19.

Parum prodeſt bene incipere, ſi non perſiſtas. Hugo.

Obedientia.

Secundo prompta eorum obedientia dicitur: *Erant perſeverantes in doctrina Apoſtolorum*; ita ut in hac prima die ad Petri verbum baptizati ſunt tria millia, & egerunt pœnitentiam, & ſubjecti erant doctrinæ Apoſtolorum, ut ſcribat Boxius, de ſignis Eccleſiæ: *In illis primis Chriſtianis tota eorum vivendi ratio ab Apoſtolorum nutu pendebat, & ſine mandato, quæ perfecta intelligebant.* In quo conſiſtit perfecta obedientia, ut ait D.Tho. 2. 2. q. 104. art. 2. in corpore: *Voluntas enim ſuperioris quomodocumq; innoteſcat, eſt quoddam tacitum præceptum, & tantò videtur obedientia promptior, quanto expreſſum præceptũ obediendo prævenit voluntate tamen ſuperiori intellecta.* Similiter D.Hieron. in Reg. Monach. c. 10. ait: *Subditi autem ſinebantur juſſa implere, quam forent emiſſa, & quibuſdam quodammodo indicijs, nitebantur prophetare de voluntate mandantis.* 296. Boſius. D.Tho. D Hier.

Perfecta obedientia prævenit, ac voluntatem ſuperiori.

In perſona Chriſti ait David Pſalm. 39. n. 8. *Tunc dixi. Ecce venio, in capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam Deus meus volui & legem tuam in medio cordis.* Ait Chriſtus rejectis ſacrificijs, & holocauſtis legis antiquæ, in primo inſtanti ſuæ conceptionis dixit: *Ecce venio* per mei ſacrificium ad redemptionem generis humani, ut explicant D.Aug. D.Ambroſ. D.Remig. noſter Incognitos, & ſubdit: *In capite libri*, ut legit Symmachus *in a diffiaiſionis, ut facerem voluntatem tuam*, de morte ſobeunda, ut exponunt citati Patres, ipſe tamen ut perfectè obediens æterno paterno decreto præveniens ait: *Ecce venio* ad ipſum ſacrificiũ, & holocauſtum, ac ſi non expectaret Patris decreti intimationem, ut ejus volontati correſponderet; nam ante ejus voluntatem intimatam, dixit: *Ecce venio*, deinde pergens, inquit: *Legem tuam in medio cordis mei.* Cor eſt fons vitæ, in eoque conſiſtit hominis vita, & in eo erat lex Dei, in obſervatione legis Dei totam ejus vitam conſecrabat, ſic ei erat dedicata, & conſecrata. 297. Pſal. 39. D Aug. D.Ambr. D Remig. Incogn. Symmac.

Chriſtus prævenit voluntatem Patris.

Sacra Euchariſtia.

Tertio in communicanda ſacra Euchariſtia, ait Textus, *& erant perſeverantes in communicatione fractionis panis*, ſeu, ut habet Syriacus, Euchariſtiæ, cum eſſent ferventes amore in Chriſto, & ab eo nunquam ſeparari vellent, ſacra Euchariſtia ſe movebant. Percuſſo Chriſti latere exivit *ſanguis, & aqua*, Joan. 19. n. 34. quod in Chriſti pectore eſſet ſanguis, hoc planum eſt, ſed quod etiam ibi eſſet aqua, res ſanè valde mira præter naturæ ordinem plena miſterio: ſicut ſanguis denotat ſacram Euchariſtiam, ſic aqua populos; & illi de populo retinentur in corde Chriſti, qui cum ejus ſanguine uniuntur, ac illius fiunt participes. D.Paſchaſ. lib. de corpore Chriſti cap. 11. ait: *In Apocalypſi Angelus aquas populos interpretatur, & ideò rectè proviſum eſt, quia cum ſanguine fluxit, ut hoc in myſterio veri ſanguinis admiſceatur, quatenus nos in illo ſumus, ut per hoc ſalutis Sacramentum divinis obrutibus, illico uniti myſticè efferamur.* 298. Joan. 19. D.Paſch.

Illi perfecti qui uniuntur cum Euchariſtico ſanguine.

Dicitur Proverb. 9. n. 1. *Sapientia ædificavit ſibi domum excidit columnas ſeptem, immolavit victimas* 299. Prov. 9.

 ſuas.

ſum, miſcuit vinum, prepoſuit menſam, miſit ancillas ſuas, ut vocarent ad arcem, & mœnia Civitatis. Hæc menſa de ſacra Euchariſtia communitet à Patribus, & Doctoribus interpretatur, & cum convocandum eſſet ad menſam, & arcem, & mœnia Civitatis vocatur; quia hæc ſacra menſa ad hoſtes, ac inimicos debellandos eſt turris fortiſſima, & murus inſuperabilis, miſcet vinum cum aqua, ad notandum tam ſacrificium altaris, quam ad innuendum, quod illi, qui ad hanc menſam volunt accedere ſic debent uniri, ac incorporari cum Chriſto, ſicut aqua unitur, & incorporatur cum vino. D. Paſchaſ. proximè citatus cap.21. ſic ait: *Invenimus in Salomone, quod ſapientia miſcuerit vinum ſuum, quod ſanè vinum eſt illud, quod refunditur ad altare, ideo fit, ut ſanguis Chriſti inde pro noſtris exhauriendis peccatis quotidie rurſus in pretium ſumatur redemptionis, & interior homo noſter per hoc plenius innovetur, & conjungatur Chriſto; nec modo moribus, & vita, verumetiam & unitate naturæ per corpus, ut hunc inde in illius forma inveniamur.*

Euchariſtia turris fortiſſima. — *Summa unio nobiſcum.* D.Paſch.

Oratio.

300\. Ait Textus erant perſeverantes in orationibus: Cum enim iſti primitivi Chriſtiani multum jam accepiſſent de Deo, quod pœnitentiam egiſſent, ac eſſent baptizati perſeverantes in doctrina Apoſtolorum ac in participatione ſacræ Euchariſtiæ, ideo in orationibus erant perſeverantes, ac inſtantes, ut inde aliquid majus à Deo acciperent. Ait anima ſancta ad ſuum dilectum, Cantic.1. n.1. *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt ubera ſua vino fragrantiâ unguentis optimis.* Illa toto mentis affectu labia divini Sponſi exoptat attingere, tamen ibi non ſiſtit, ſed ultra ad ubera ſponſi multis cœleſtibus donis repleta magno deſiderio fertur, & ideo non labia, ſed ubera maximè commendat, & ait *meliora ſunt ubera tua vino fragrantia.* Quid facit ad rem, quod ubera tot, tantiſque commendata donis repleantur, cum ipſa ſola labia pertingere exoret? benè noverat ipſa, quod ſi aliquid à Deo acciperet, ſimul totum ipſum Deum cum omnibus ſuis donis acciperet; nam aliquid de Deo participare pignus eſt ad totum Deum poſſidendum, ac habendum D. Ambroſ. lib. de Iſaac, & anima cap.3. ait, *quia bona, inquit, ubera tua ſuper vinum, & odor unguentorum ſupra omnia aromata, illa oſculum poſcit, Deus Verbum ſe ei totum infundit, & nudavit ei ubera ſua.*

Cant.1. — *Qui de Deo cupit aliquid habere totum accipiet.* — D.Ambr.

301\. *Erat Ionas* cap.2. n.9. *in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus, & oravit Ionas ad Dominum Deum ſuum de utero piſcis, & dixit: Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, & exaudivit me.* Magna quæſtio eſt, Jonas adhuc detinebatur in periculo, adhuc erat incluſus in utero piſcis: oratio autem ejus erat, ut ab illo carcere incolumis, & ſalvus exiret, ſi adhuc in belluinis viſceribus immorabatur, unde agnovit ſuam orationem exauditam? *Et exaudivit me.* Ex eo quod Jonas, experimento cœpit agnoſcere in ſe aliquid de benignitate Divina, quod per tot dies eum ſalvum, & incolumem ſervaverit, pro certo credidit ſuam orationem exauditam de proſpero, ac felici exitu. Theophylact. ibi ait: Per hoc, quod in cete ſervatus eſt, incipit credere, quod vitam denuo ſit recuperaturus, eam ob rem hoc exoptat, non utique exoptaturus, niſi ex illo hoc poſſibile Deo credidiſſet.

Ion. 2. — *Ex divina clementia aliquid acceptũ multum habebit.* — Theoph.

Actor.2 n.44. Omnes etiam, qui credebant, erant pariter. & habebant omnia cõmunia.

Num.45. Poſſeſſiones, & ſubſtantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat.

Num.46. Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo frangentes circa domos panem ſumebant.

Num.47. Collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem: Dominus autem augebat, qui ſalvi fierent quotidie in idipſum.

VERSIONES.

Syrus n.44. Simul erant, & omne id, quod eis erat communitatis erat.

Arabicus. Omnes concordes, & omnes res erant iis publicæ, & communes. *Pagninus* erant conjuncti.

Æthiopicus. Simul manebant, & mixta fuit tota familia, & poſſeſſio eorum.

Syrus n.45. Et ij, quibus erat poſſeſſio vendentes erant homini ſecundum id, quod neceſſe erat.

Arabicus. Vendebant ſupellectiles ſuas, & dividebant inter turbam. *Æthiopicus* dabant pauperibus.

Syrus n.46. Perſeverantes erant in una anima, &c. frangentes edictum munus, exultantes in puritate cordis.

Arabicus. Cum hilaritate laudantes Deum.

Æthiopic. Perdurabant ſimul in domo ſancta, & benedicebant menſæ, & præbebant cibum cum gaudio.

Syrus n.47. Donati in amicos coram omni populo.

Arabicus. Habebantque honorem apud omnem populum: Dominus autem in Eccleſia augebat ſalvandos quotidie. *Vatablus* gratioſi in Eccleſia.

Æthiopicus. Et ex decreto adjiciebat Deus, ſuper illos, qui crederent, & ſalvi eſſent. *D.Chryſoſt.* Addebat eos Eccleſiæ.

EXPOSITIO XVIII.

Verſ.44. O*Mnes, qui credebant erant pariter.* Syriacus erant ſimul, Æthiopicus *ſimul manebant.* Pagninus, Tigurina *erant conjuncti,* non quod ſimul in eadem domo habitarent; multitudo enim credentium erat in magno numero, ita ut prima die Pentecoſtes circiter tria millia fuerint baptizati ſupra n.41. quotidieque credentium numerus augeretur, ac proinde impoſſibile erat quod omnes eadem in domo habitarent, maximè cum multi uxorati, alij caſtè, & religiosè viventes; erant omnes pariter in certo aliquo loco ad quem conveniebant ad orationem, concionem, ac ad exercitia ſpiritualia, ſimulque ad ſanctam ſynaxim, & ita dicitur infra cap.5.n.12. *Erant unanimiter omnes in porticu Salomonis,* qui erat valde amplus, & magnificus, & ita dicitur infra n.46. *Perdurantes quoque in templo.* 302.

Syriac. Æthiop. Pagnin. Tigurin. — Act.5.

Habebant omnia communia, quod maximè pertinet ad perfectam unionem, concordiam, ac pacem excluſo illo frigido verbo *meum,* ac *tuum,* quod eſt totius diſcordiæ, ac iniquitatis, & perturbationis fomentum: habebant omnia communia quoad rerum ſubſtantias, non quoad uxores, nam concubitus vagus eſt contra legem naturæ, & contra certitudinem prolis, ac debitam educationem. 303.

Verſ.45. *Poſſeſſiones, & ſubſtantias vendebant.* Caietanus 304. Caietan.

tanus tenet quod non vendebant domos, in quibus habitabant, tamen ſimpliciter, quod omnia ſua tam mobilia, quam immobilia venderent, eſt communis ſententia. Ita Gloſſa Interlin. Lyranus, Hug. Carthuſian. & maximè pugnat quod dicitur infra cap.4. n.34. *Quotquot poſſeſſionum, agrorum, aut domorum erat vendentes offerebant pretium eorum, quæ vendebant.*

Gloſſa Interlin. Lyran. Hugo. Carthuſ. Actor. 4.

305. Poſſeſſiones agrorum, aut domorum; nam poſſeſſio, ut ait Faſtus idem valet, ac pedum ſeſſio, aut poſitio, quia in eis pes ponitur, ut in re propria, & ita ſub poſſeſſionibus intelliguntur bona immobilia, *& ſubſtantias*, bona nempe mobilia, pecora, ſupellectilia, vinum, & triticum. *Vendebant* per manus eorum, qui ad hoc erant deputati, ut patet ex cap.4. & 6. vendebant contemptu terrenorum, amore paupertatis; ſtudio charitatis, ut per egentes diſtribuerentur, & fortè antequam in poteſtatem Judæorum, & inimicorum venirent, in cœleſtes theſauros pauperum manus deportarunt, ut fecerunt S.Laurentius, Vincentius, Sixtus, & alij.

306. Verſ.46. *Quotidie quoque perſeverantes in templo.* Ad orationem, ac conciones Apoſtolorum: *Frangentes circa domos panem.* Aliqui ut D.Antonin. Baronius, Ganeius exponunt de pane Euchariſtico; alij ut Caiet. Lyran. Carthuſ. exponunt de pane uſuali, de utroque pane Gloſſa, Interlinealis, Hugo, & quod hic non ſit ſermo de ſacra Euchariſtia; inde mihi probatur, quia ſupra n.4. de communione ſacræ Euchariſtiæ fit mentio: deinde non videtur decens, quod cœleſtis panis deferretur per domos ad communionem fidelium. Aptius videtur exponendum de certo genere panis, qui dicebatur *Agape*, & ſumebatur poſt ſacram Euchariſtiam in memoriam ultimæ Cœnæ, ac communionis Chriſti ad ſymbolum, & ſtimulum charitatis: In hanc ſententiam maximè inclinant D.Chryſoſt. Oecumenius, & eam tenent Lorin. Cornelius à Lapide, Menoch. Tirin.

D.Antonin. Ganeius. Baron. Interlin. Hugo. D Chryſoſt. Occum. Lorin. Cornel. Menoch. Tirin.

307. *Circa domos:* Oecumen. per domum intelligit templum, vel diſtribuebant per ſingulas domos ob creſcentem magnum numerum fidelium *cum exultatione* ob mutuam unionem, ac charitatem, & ſpiritualem conſolationem ex ſumptione talis panis. *Et ſimplicitate cordis*, ſincerè, candide, ac benevole, ſine ullo dolo, ac malitia, vel fraude.

Occum.

308. Verſ.47. *Collaudantes* Deum pro tot, ac tantis beneficijs acceptis, ut referuntur in hoc capite, quod eos in fide illuminaverit, eoſque ſui corporis participes faceret, in eiſque tantam charitatem, ac unionem infuderit: pro his omnibus gratias agebant, ut ait Apoſtol. ad Epheſ.5.n.19. *Loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis, & Hymnis, & Canticis ſpiritualibus cantantes gratias agentes*, & 1.ad Timoth.4.n.4.

Epheſ.5.

309. *Habentes gratiam ad omnem populum.* Arabicus: *Habentes honorem.* In toto populo erant multum grati, amabiles, & honorati propter Sanctos, & inculpabiles mores, ac cœleſtem vivendi modum; omnium enim animos conciliabat *beneficentia eleemoſyna, & morum candor, ac ſimplicitas.* Ait D.Chryſoſt. *Dominus autem augebat*, nempe numerum eorum, ut advertit Lyran. non ſolum in die Pentecoſtes, ſed etiam alijs diebus. Chryſoſtom. legit *addebat* Eccleſiæ, ſeu cœtui Eccleſiæ multos fideles *Quotidie in idipſum.* Hoc eſt in eandem ſocietatem, in eandem fidem, & rationem vivendi.

Arabic. D Chryſoſt. Epheſ.5.

QUÆSTIO XXXVI.

Quare in primitiva Eccleſia tanta erat obſervantia communis vitæ; de illius excellentia agitur?

310. Vita communis cœleſtis, & Angelica.

COmmunis vita, beatam, atque Angelicam imitatur, nam ſicut Angelica uno alimentatur pabulo, uno lumine gloriæ veſtitur, & ornatur, iiſdemque dotibus viſionis, fruitionis, ac gaudij exultat, ſic & vita communis una unanimi charitate alitur, uno fraterno amore ordinatur, iiſdemque facultatibus illuſtratur, & cum à ſe abjiciat frigidum verbum *meum*, ac *tuum* nulli diſcordiæ, ac contradictionis eſt occaſio, nullum ambitionis, aut cupiditatis fomentum; nulliuſque invidiæ ſtimulus, ſed omnia ſuggerunt mutuæ charitatis incitamenta, meritorum fructus, & conſcientiæ pacem, & tranquillitatem; meritò hic vivendi modus vocatur à Divo Laurentio Juſtiniano citando: *Inchoatio cœleſtis vitæ*, & à D.Chryſoſt. *vita Angelica* juxta illud Chriſti D. *Si vis perfectus eſſe vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in Cœlo.* A Caſſiano appellatus *perfectionis norma.*

D.Lauſ. Juſtin. D Chryſoſt. Math.19 Caſſian.

311. Religionum inſtitutores hunc vivendi modum vitæ communis ſunt amplexati, cujus Deus jam aliquod initiavit principium in lege veteri, ac poſuit in magno Parente Elia, Eliſæo, ac filijs Prophetarum, qui Conventualiter vivebant. In Carmelo Galgalis, Hierico, quos antequam Elias raptus eſſet in Cœlum, tanquam ſuos Conventus viſitavit 4.Reg.2. n.2. eodemq; pabulo ac cibo utebatur 4 Reg.4.n.39. De quibus multa dixi in Opuſculis opuſc.3. reſol.3.

Elias. Eliſæus. 4 Reg 2. 4.Reg 4.

312. Poſtea ſecuti ſunt Eſſeni, de quorum eximia obedientia, paupertate, caſtitate, oratione, ſilentio, ac clauſura, communi veſte, & cibo latè agunt Authores antiquiſſimi ipſis Eſſenis contemporanei, ut Philo liber *Quod omnis probus ſit liber*, & lib. de vita contemplativa. Joſephus lib.2.de Bello Judaïco cap.7. Prophirus apud Euſebium de præparatione Evangelica lib.9. cap.3. de quo latè egi in opuſculis opuſc.3.reſol.3.q.4.

Eſſen. Philo. Ioſeph. Prophir.

313. Nunc vero adveniens Spiritus Divinus illuminans, ac inflammans corda diſcipulorum, ab ipſis religioſa vita, ac religioſus vivendi modus ad ſublimiorem, ac excellentiorem ſtatum, maximè elevatus, ac in ſua conſummata, ac altiſſima perfectione conſtitutus, atque ordinatus eſt: ab hiſque perfectiſſimæ vitæ religioſæ jacta ſunt fundamenta, ut ſcribunt D.Hieronymus lib. de viris illuſtribus in Marco, D.Baſilius in regula. Fuſiori. regul.19. eundem poſtea maximè ſuſcitaverunt circa annum 300. D. Antonius, D.Baſilius, D.Auguſt. edocti ab Apoſtolis, ac primis Chriſtianis, in quibus omnia erant communia, & juxta etiam illud vulgare Proverbium: *Amicorum omnia ſunt communia*, in quo conſiſtit tota religioſæ vitæ perfectio. Ait Hugo de clauſtro animæ perfecto.

D.Hier. D.Baſil. D.Aug. Hugo.

314. Ait anima ſancta ad ſuum dilectum ſponſum: *Trahe me poſt te, & curremus in odorem unguentorum tuorum*, Cant.1.n.3. Si ipſa ſe ſola poſtulat trahi, cur etiam invitat, & ut ſodales currant, cur non poſtulat & ut trahantur, & ut currant in odorem unguentorum tuorum? Quia ſi ipſa optabat trahi poſt ſponſum, ut de tantis donis cœleſtibus gauderet, non ſolum hoc ſibi vult, ſed etiam ut ſodalibus communicetur dum currunt, & ne aliquid ipſa prius participet, ideo cum ipſa trahitur, poſtulat ut & alij trahantur, ſed ut currant. D.Gregor. Papa ait: *Cur, quæ dixit ſingulariter* trahe, *dicat pluraliter curremus, id inquit eſſe in cauſa, quia in odore charitatis*

Cant.1. D.Greg. Perfecta charitas vult omnia communia.

Dei, quam currens percipit, etiam præceptum dilectionis proximi adveriit, propter communicationem ſcilicet mutuam Sanctorum in bene; Nam etſi illa ſola pro ſe rogat trahi, tamen ex præcepto charitatis, quod omnia communia intendit, illis omnes repleri
1. Petr. 2. deſiderat. Ait Petrus epiſt. 1. cap. 2. num. 8. *Vos eſtis genus electum regale Sacerdotium, gens ſancta, popu-*
Græcus. *lus acquiſitionis.* Græcus regit: *Populus in acquiſitionem*, ad communicandum eum eis, veſtrum genus, regale Sacerdotium, ac ſanctitatem eis datam.

315. Ait Apoſtolus Paulus 1. ad Theſſal. 3. num. 8. *Nunc*
1. ad Theſſal. 3 *vivimus, ſi vos ſtatis in Domino.* Tam ingenti Charitate fervebat Apoſtolus, ut omnia ſua gratiæ dona à Chriſto ſibi communicata vellet etiam aliis eſſe
Iuſtus tunc vivit, cum habet alios ſecum in donis. elargita, ut ipſi firmi, & ſtabiles in Deo eſſent, tunc ipſe reputabat cum eis vivere. At verò ſi ipſi à Chriſto deficerent, & mortui eſſent in fide, tunc non vitam, ſed mortem eum apprehendere judicabat. D. Chryſoſt. homil. 1. de S. Romano; ſic ait: *Vide*
D. Chryſoſt. *quantopere ſtudebat, ut res fratrum recte ſe haberent, qui nec ſe vivere exiſtimabat, ſi illi ſalvi non eſſent. Homo, qui ad tertium Cælum raptus fuerat, atque in paradyſum delatus tantamque fiduciam apud Deum aſſecutus fuerat, illorum bonorum ſenſum, non accipiebat, niſi etiam fratres ſecum ſalves eſſe vidiſſet.* Paulus in tanto rerum apice ſublimatus, ut ad tertium Cœlum eſſet evectus, ut audiret Dei arcana, nihil tamen ſe habere reputabat; *Niſi etiam fratres ſecum ſalvos vidiſſet.* Vide tom. 2. in Apocalypſ. cap. 12. q. 31. n. 240. 241. 242. & in omnibus meis libris in Sybillario verb. *communicare.*

QVÆSTIO XXXVII.

Quare in iſtis primitiva Eccleſia tanta erat perfectio?

316. VT eſſent perſeverantes in doctrina, ac obedientia Apoſtolorum in oratione, in frequentatione Sacræ Euchariſtiæ, in gratiarum actione, in abnegatione omnium temporalium, & omnia, quæ habebant, à ſe alienabant vendentes, & pretia ad Apoſtolorum pedes deferebant, totiſque viribus in Cœlum deferebantur. *Illa mulier peperit filium maſculum, qui recturus erat omnes gentes, raptus eſt Fi-*
Apoc. 12. *lius ejus ad Deum, & ad thronum ejus.* Apocalypſ. 12. num 5. ſicut ſatis ſententia eſt, quod hæc mulier ſignificet Eccleſiam, ſic & filius ejus animam fi-
Cæſari. delem ſeu cœtum fidelem. Ita Andreas Cæſari. Ri-
Richard. chardus, Albertus, quos citavi tom. 2. ad cap. 12.
Albertus Apocalypſ. q. 46. num. 364. Magnum ſane myſterium in hoc declaratur, nam qui verè gignitur, ac naſcitur, ut proprius filius Eccleſiæ, omni nexu, ac conatu tendit in Deum, ac fertur in thronum ejus. Huc advoco id, quod dixit D. Athanaſ. Sinaita lib.
D. Atha. Sinaita. 7. examer. ubi ſic ait: *Exeuntes de aquis volucres ſtupens Iſaias clamabat: qui ſunt hi, qui ut nubes volant, hi ſunt volucres, quæ rapiuntur in nubibus obviam Domino in aëra.* 1. Theſſal. 4. num. 16. vere fide-
1. Theſſ. 4 les, etſi de terrenis aquis hujus ſæculi prodeant, tamen non ibi inhæreant, ſed ad ſuperna altà contem-
Qui vere fidelis naſcitur cœleſtia petit. platione volant, ut digni inveniantur, qui Domino venienti ad judicium cum poteſtate magna, in nubibus occurrant, ut ab ipſo gloriæ diademate coronentur.

Quam felix, & fœcunda novitas virtutis ad mag-
317. nos progreſſus ſcribit Joan. 10. num. 22. *Facta ſunt*
Joan. *encœnia in Ieroſolymis, & hyems erat.* Maxime ponderandum, quod encænia, id eſt renovare, ſeu innovare quotidie hyeme fierent, cur non potius veris tempore, in quo omnia innovantur, & ad ejus exordium totus fabricatus eſt mundus; in hyeme vero frigore, gelu, ac ſæviente tempeſtate omnia *Reſumenda virtutis novitatem fortis ad vincendum.*
tabeſcunt, ac opprimuntur; Cur innovationes non in vere, ſed in hyeme Deus in templo ſuo fieri diſpoſuit? Ex his cauſis hoc providit, ut adverſus debaccantes, ac furientes tempeſtates, atque hoſtiles incurſus, & inſurgentes tentationes, homines fortiores, ac validiores exiſterent; tanquam novellæ plantationes in virtute innovantur, ut præſidio novitiæ, ac primævæ virtutis ſævientes ventos valeant repercutere, & immobiles in virtute conſiſtere.
Theodor. apud Caten. D. Thomæ ait: *Satagas tu quo-* Theod.
que dum hyems imminet, id eſt vita præſens turbinibus iniquitatis concuſſa ſpirituales encænias, tui templi celebrare, ſemper renovando te ipſum, & aſcenſiones in corde tuo diſponens, tunc Ieſus erit præſto tibi. Ad procelloſas iniquitatum tempeſtates ſuperandas multum prævalet innovatio vitæ, & tunc tibi aderit Jeſus, & ambulabit ibi.

Ingrediens Jeſus ad ſuæ paſſionis conflictus, ad 318.
ſuſtinendas Iudæorum contradictiones, mandat diſcipulis ſuis, ut tendant in Caſtellum: *Et invenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea, ſolvite, & ad-*
ducite mihi: Matth. 21. num. 2. Diſponebat Domi- Math. 21
nus ingredi ad ſuos hoſtes, non pedibus, ſed veluti in equo, ad hoc ſufficiebat aſina, ad quid inſuper pullus? qui imo potius poterat eſſe impedimentum in via, ad quid ergo? Ad inſinuandum, quod ad enervandas hoſtium vires multum prodeſt, quod
novella virtus reaſſumatur, ut illius fervore arma- *Novella virtus valde fervida.*
tus Chriſti miles, omnem adverſariorum furorem extinguat, & conſumat. Ad quod tendit noſter D.
Cyrill. Alex. lib. 4. in Joan. cap. 36. ſic ait: *Quando* D. Cyril. Alexand.
autem ad ſalutarem ibat paſſionem, tunc non occulte, ſed pullo invectus aſina in figuram populi novi. In pullo ſignificabatur novus populus reaſſumendus
cum fervore novæ virtutis. D. Chryſoſt. homil. 67. D. Chryſoſt.
in Matth. ait: Gentium enim obedientia in pullo ſignificatur, & repentina in meliorem vitam mutatio.

CAPVT III.

1. *PEtrus autem, & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam.*
2. *Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris ſuæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur ſpecioſa, ut peteret eleemoſynam ab introeuntibus in templum.*
3. *Is, cùm vidiſſet Petrum, & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat, ut eleemoſynam acciperet.*
4. *Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit reſpice in nos.*
5. *At ille intendebat in eos, ſperans ſe aliquid accepturum ab eis.*
6. *Petrus autem dixit: argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo hoc tibi do; in nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.*
7. *Et apprehenſa manu ejus dextera, allevavit eum, & protinus conſolidatæ ſunt baſes ejus, & plantæ.*
8. *Et exiliens ſtetit, & ambulabat: & intravit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum.*
9. *Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum.*
10. *Cognoſcebant autem illum, quod ipſe erat, qui ad eleemoſynam ſedebat ad ſpecioſam portam templi, & impleti ſunt ſtupore, & extaſi in eo, quod contigerat illi.*
11. *Cum teneret autem Petrum, & Ioannem, cucur-*
rit

rit omnis populus ad eos, ad porticum, quæ appellatur Salomonis, ſtupentes.

12. *Videns autem Petrus, reſpondit ad populum: Viri Iſraelitæ quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute, aut poteſtate fecerimus hunc ambulare.*

13. *Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob: Deus Patrum noſtrorum, glorificavit filium ſuum Ieſum, quem vos quidem tradidiſtis, & negaſtis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti;*

14. *Vos autem ſanctum, & juſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis.*

15. *Auctorem vero vitæ interfeciſtis, quem Deus ſuſcitavit à mortuis, cujus nos teſtes ſumus.*

16. *Et in fide nominis ejus, hunc quem vos vidiſtis, & noſtis, confirmavit nomen ejus: & Fides, quæ per eum eſt dedit integram ſanitatem iſtam in conſpectu omnium veſtrum.*

17. *Et nunc fratres, ſcio, quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & Principes veſtri.*

18. *Deus autem quæ prophetavit per os omnium prophetarum, pati Chriſtum ſuum ſic implevit.*

19. *Pœnitemini igitur, & convertimini, ut deleantur peccata veſtra.*

20. *Ut cum venerint tempora refrigerij à conſpectu Domini, & miſerit eum, qui prædicatus eſt vobis, Ieſum Chriſtum.*

21. *Quem oportet quidem Cœlum ſuſcipere uſque in tempora reſtitutionis omnium, quæ locutus eſt Deus per os ſanctorum ſuorum à ſæculo prophetarum.*

22. *Moyſes quidem dixit: Quoniam prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter de fratribus veſtris, tanquam me, ipſum audietis juxta omnia, quæcumque locutus fuerit vobis.*

23. *Erit autem: omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe.*

24. *Et omnes prophetæ à Samuel, & deinceps qui locuti ſunt, annuntiaverunt dies iſtos.*

25. *Vos eſtis filij Prophetarum, & teſtamenti, quod diſpoſuit Deus ad Patres noſtros, dicens ad Abraham: Et in ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ.*

26. *Vobis primum Deus ſuſcitans Filium ſuum, miſit eum benedicentem vobis: ut convertat ſe unuſquiſque à nequitia ſua.*

ARGVMENTVM.

CAPUT hoc potiſſimum in duas dividitur partes: In prima deſcribitur præclariſſimum miraculum claudi ex utero matris jam ſanati. Ex ejus occaſione. In ſecunda parte ſermo D. Petri de virtute nominis Jeſu.

Actor. 3. *num.* 1. Petrus autem, & Joannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam.

VERSIONES.

Syrus. Factum eſt autem cum Simon Petrus, & Joannes ſimul aſcenderent tempore præcationis hora nona.

Arias Græcus. In idipſum aſcendebant.

EXPOSITIO I.

1. Græcus. Verſ. I. PEtrus autem, & Ioannes: Græcus habet: *In id ipſum*, aſcendebant: Unde multi connectunt hæc cum fine ſuperioris capitis,
Caietan. ut vult Cajetanus, quod hæc eodem die Pentecoſtes
Non eadem die Pentecoſtes. contigerint: *In id ipſum*, id eſt ad idem tempus, ut poteſt patrocinari; quia Spiritus Sanctus advenit hora tertia; hæc facta ſunt hora nona: Tamen contra hoc pugnat; quia in illa die Pentecoſtes Petrus poſt longam concionem tria millia hominum baptizavit, & nunc poſt ſanatum claudum, aliam habuit concionem, quæ omnia vix fieri poſſunt eodem die: ergo in diverſo die hæc ſunt facta, ut etiam
Lorin. placet Lorino, id quod habet Græcus: *In id ipſum*
Hugo. idem eſt, ac ſimul, ſeu ut exponit: Hugo ad idem finem, ſeu intentionem.

2. *Petrus, & Ioannes.* Nam inter hos duos, ut notat D. Chryſoſt. erat magna familiaritas, ut patet
Ioan. 20. ex Evang. Joan. 20. num. 3. & infra in Act. cap. 8.
Actor. 8. num. 14. *Aſcendebant.* Templum conſtitutum erat in monte Sion, ut à tota urbe eſſet conſpicuum, ad illudque per gradus aſcendebatur, inde aliqui ſuſpicantur, quod dicuntur Pſalmi graduales, quod in
In templo triplex pars. gradibus aſcendentibus recitarentur. In templo autem tres erant partes diſtinctæ. Prima *Atrium*, in quo orabant ſæculares, & ad hoc ſe conferebant *Petrus*, & *Ioannes*. Secunda *Sanctum*, quod ſolis Aaronicis Sacerdotibus erat datum; Tertia pars *Sanctum Sanctorum*, ad quod ſemel in anno poterat ingredi ſummus Sacerdos.

In Templum, tanquam in proprium orationis lo- 3.
cum; quia Deus ibi peculiariter habitabat tanquam in *In Eccleſia orandum.*
loco ſancto, & orario unius adjuvabatur precibus aliorum, ac etiam ſanctorum, qui ibi venerantur, ac quorum reliquiæ ibi ſunt: Unde dicitur Pſalm. Pſal. 21.
21. num. 13 *In medio Eccleſiæ laudabo te*, & n. 26. ſubdit: *Apud te laus mea in Eccleſia magna*, & multis aliis in locis.

Ad horam orationis nonam; quæ reſpondet horæ 4.
tertiæ poſt meridiem, de computatione horarum *Cur hora nona?*
apud Hebræos ſæpe jam dixi: Judæi autem tribus horis in die orabant: *Daniel tribus temporibus in die* Dan. 6.
orabat contra Ieruſalem cap 6. num. 10. ſcilicet, mane, hora nona, & veſperi; Deinde ad horam aſcendebant; quia ſacrificium agni bis in die offerebatur; mane, & veſperi Exod. 29. num. 38. & potiſſimum in memoriam Paſſionis Chriſti, qui pro omnium ſalute hora nona expiravit in Cruce, & ad Inferos
deſcendit. Ita Clemens Rom. de conſtitut. cap. 34. D. Clem.
D. Cyprianus de Orat. Domini. S. Athan. de Vir- D. Cypri. D. Atha.
gine. D. Baſil. ſerm. 1. de Inſtit. cap. 3. Rupertus lib. 1. D. Baſil.
de offic. cap. 5. Rupert.

QUÆSTIO I.

Quare ante miraculum claudi deſcribitur oratio Petri, & Ioannis?

PEtrus, & Joannes aſcendebant in Templum, 5.
ibant bini tum ob intimam amicitiam, tum quia
D. Jeſus miſit eos binos Luc. 10. num. 1. ex quo de- Luc. 10.
ſumpta

abſcondita eſt fortitudo tua. De hoc multa dixi va-
rijs in locis, vide in Sybillario verbo *Paſſio*, & ma-
ximè tom.5. in Evang.lib.8. cap.1. per totum.

QUÆSTIO XXX.

Quare Chriſtus D. dicitur dextera Dei exaltatus in ſua Reſurrectione?

256. CUm Apoſtolus Petrus ait de Chriſto D. *Dexte-
ra Dei exaltatus*, de Reſurrectione loquitur, de
qua immediate verſu antecedente tractavit dicens:
Hunc Ieſum ſuſcitavit Deus cum multa gloria, &
D. Dion. majeſtate. Unde de Reſurrectione noſter D.Dionyſ.
Pſal.56. Alexand.epiſt.contra Paulum Samoſat. illud Pſ.56.
*Exaltare ſuper cælos Deus, & ſupra omnem terram
gloriam tuam.* Inde dies Reſurrectionis dicitur dies
ſummæ exultationis, & lætitiæ Chriſti.

257. Ait Regius vates Pſalm.44.ad Chriſtum loquens:
Pſal.44. *Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea
unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus
tuis.* Quæ verba licet Agellius referat ad oleum
ſanctiſſimi nominis Jesu, *oleum effuſum nomen
D.Hier. tuum*; tamen communiter Patres D.Hieron.D.Aug.
D Aug Paſchaſ. D.Paſchaſ. noſter Incognitus de Reſurrectione in-
Incogn. terpretantur *Dilexiſti juſtitiam.* Pro qua Æternus
Pater pro ſalute hominum, *& odiſti iniquitatem*: pro
qua dolenda mortem ſubiviſti: *Propterea Deus, Deus
tuus*; quæ geminatio magnum indicat affectum, *un-
xit te oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* D.Hieronym.
Symmac. oleo exultationis, Symmach. oleo nitoris, ac ſplen-
Chald. doris. Chaldaicus *Abundantius, quàm conſortibus*,
Caiet. Caiet. *ſocijs tuis.* Tanta lætitia exultationis extitit
in die Reſurrectionis; non ſolum Æterno Patri,
Chriſto D. & Spiritui ſancto, qui ad ejus laudes pu-
Dies Reſurrectionis dies magna exultationis blicandas hodie inſpiravit Apoſtolis ad publican-
dam tantam lætitiam, ut legit Chaldaicus extitit
abundantiſſima in cœlo, & in terra, ut legit Caiet.
ſub quibus non ſolum intelligo Sanctorum animas,
ſed etiam nos omnes fideles, obſtupeſcentibus Dæ-
monibus, ut ait D.Paſchaſ. De his multa dixi tom.5.
in Evang.lib.9.cap.1.

258. Vide quanta Majeſtas ſit Chriſto D. in ſua reſur-
2.Cor.5. rectione: Ait Paulus 2.ad Corinth.5.n.16. *Et ſi co-
gnovimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc jam
non cognovimus.* Egregiè gentium Doctor, ad quid
hæc verba tendunt? per omnes tuas epiſtolas doces
te de Chriſto magnam habere cognitionem, & ut de
eo habes ampliſſimam agnitionem ſuper omnes pu-
ras creaturas, utpote qui ad tertium Cœlum raptus
Chriſtus poſt reſurrectionem ſic reſplēdet, ut non videatur idē. es, cur in præſenti dicis: *Sed nunc jam non cognovi-
mus.* Loquitur de Chriſto in ſua reſurrectione, & ſi
antea eum cognoſcerent, ut hominem paſſibilem ſe-
cundum carnem. At vero poſtquam devicta morte
reſurrexit, tanta excellentia, fulgore, ac majeſtate
reſplendebat, ut jam non videretur idem, ſed alius,
S Leo & inde ait: *Iam non cognovimus*, D.Leo Magnus
Mag. ſerm.1. de reſurrectione Chriſti: *Qualitas tranſijt,
non natura defecit, & factum eſt corpus impaſſibile,
quod potuit crucifigi, factum eſt immortale quod potuit
occidi.* Nota ſequentia: Merito dicitur Caro Chriſti
in eo ſtatu, quo fuerit, nota, neſciri, quia nihil in eo
paſſibile, nihil remanſit in eo infirmum, ut ipſa ſit
per eſſentiam, & non ſit ipſa per gloriam.

259. Vidit Joannes cœlum apertum, & Agnum ſtan-
tem in Throno, ac in circuitu Throni millia millium
Angelorum, & viginti quatuor ſeniores Agnum ado-
rantes, & acclamantes digniſſimum eſſe Agnum, ut
de eo decanteтur, ac celebretur ejus Divinitas, forti-
Apoc.5. tudo, ac ſapientia, & ſubdit Joan.Apocalypſ.5.n.14.
Et omnem creaturam, quæ in Cœlo eſt, & ſuper ter-
ram, & ſub terra, *& quæ ſunt in mari, & quæ in eo
omnes audivi dicentes ſedenti in throno, & Agno, be-
nedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæ-
culorum.* Ad quæ verba ſic ibi ait Rupertus in hoc Rupert.
loco ibi à me datus: *Antequam Agnus librum ape-
ruiſſet, id eſt antequam per paſſionem ſuam adimple-
ret veritatem Scripturarum, præter pauciſſimos, hoc
eſt, præter tres Magos ab Oriente venientes, & præter
illum à Nativitate cæcum, ferè nullus invenitur pro-
cidens adoraſſe Agnum, ſed poſtquam librum aperuit,
id eſt poſt mortem, & paſſionem ſuam obedientiam
confirmavit, omne genu curvatur cœleſtium, terreſ-
trium, & Infernorum.* Antequam Chriſtus D. adim-
pleviſſet ſuæ paſſionis myſterium, ac è mortuis re-
ſurrexiſſet, tantum quatuor procidentes Chriſtum
adoraverunt, ejus Divinitatem recognoſcentes, ac
recolentes, poſtquam redemptionis opus conſumma-
vit, atque reſurrexit, omnes, qui ſunt in cœlo, terra,
ac ſubtus terra, & mari, ſubmiſſe ejus majeſtatem
venerantes ipſum adorant. Vide proximè citatum
lib.9. cap.5.

QUÆSTIO XXXI.

Quare Chriſtus D. dicitur ſedere ad dexteram Dei?

AIt in præſenti D.Petrus de Chriſto D. *Sede à* 260.
dextris meis, ſic & in Pſalm.109.Marc.16.n.9. *Difficultas quæſtionis.*
Ex quo inſurgit difficultas quid per hunc modum
dicendi ſignificetur; nam ſi Chriſtus eſt ad dexte-
ram Patris, Pater eſt ad ſiniſtram Chriſti, & deinde
Chriſtus eſt in meliori loco; cur ergo Chriſtus D.
dicitur ſedere ad dexteram Dei? Jam explicavi to.5.
in Evang.lib.9.cap.10. q.20. ſed ne hic Textus ma-
neat inſalutatus ad propoſitam difficultatem.

Rectè 1. reſpondet Bruno qui ad citatum Pſ.109. 261.
ait: *Dicitur in principio ſede à dextris meis, ſi ipſe ad* Bruno.
*dexteram Patris ſedet, quomodo rurſum Pater ſedet
ad dexteram filij, ut æqualis Filio Pater oſtendatur.*
In primo verſu ſcribitur *dixit Dominus Domino meo*,
dixit Pater Filio *ſede à dextris meis*, & verſu 5. ait,
quod Pater ſit ad dexteram Filij *Tu es Sacerdos in
æternum Dominus à dextris tuis*, ut æqualis Filio
Pater oſtendatur. Chriſtus ut Deus æqualis eſt Pa-
tri, ut homo minor eſt Patre; dicitur ſedere ad dex-
teram Patris, ut in loco valde ſublimi, & honorifico,
Deus Pater eſt purus Spiritus, ac proinde nec habet
oculos, nec manus, nec pedes, & quia ob limitatio-
nem noſtri intellectus non poſſumus intelligere Di- *Ratio genuina.*
vina prout ſunt in ſe, ea per ordinem ad res creatas
explicamus; & quia in creatis locus dexter illuſtrior
eſt, ac excellentior cæteris, ideo ad ſublimem Chriſti
majeſtatem declarandam, dicimus quod ſedet à dex-
tris Dei.

Qui locus dexter tam ſublimis, & excelſus fuit 262.
illi debitus ob mortem, & paſſionem ſuam, ſic ait
Paulus Hebræ.2.n.9. *Vidimus Ieſum propter paſſio-* Hebr 2.
nem mortis gloria, & honore coronatum. Quæ verba *Chriſtus exaltatus propter paſſionem.*
Apoſtoli componit D.Aug. cum illis Pſalm.109.n.7.
De torrente in via bibet, ſic ait Sanctus Doctor:
*Quia ergo de torrente bibit, propterea exaltavit caput;
id eſt quia humiliatus eſt, & factus eſt ſubditus uſque* Pſal.109.
ad mortem, mortem autem Crucis, propterea eum Deus D.Aug.
exaltavit à mortuis.

Secundò, & hic maximè venit expendenda Pſal- 263.
mographi mens citato Pſalm.109. Dixit *Domino
meo ſede à dextris meis*, ſignificans æqualitatem cum
eo, ut eſt Deus. *Scabellum pedum tuorum.* Quod
omnes inimici ei erant ſubjiciendi. *Virgam virtutis
tuæ*, proclamat ſummam ejus poteſtatem judiciariam,
Ex utero ante luciferum genui te, quod ex ſua met
ſubſtantia

Chriſtus inter ſua magnalia gloriatur de dignitate ſacerdotij.

ſubſtantia eum ante ſæcula genuerit: & ſubdit. *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinē Melchiſedech:* Celebrat ejus Sacerdotium, res ſanè miranda! David totus erat intentus in publicandis Magnalibus Divinitatis Christi, quod erat æqualis Patri ſupremam cum eo habens poteſtatem, utpote ex eademmet ſubſtantia genitus; ad quid igitur David divertit ſermonem ex ipſa Divinitate, & incipit tractare de Chriſti Sacerdotio, quod, ut homini illi competit:
D.Aug. D. Auguſt ad citatum Pſalm. ſic ait: *Iſte ergo Dominus, qui eſt à dextris, de quo juraſti, dicens: Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, ipſe utique Chriſtus D. à dextris tuis.* Tam ſuprema, & alta dignitas eſt Sacerdotium, quod dum ſublimia Chriſti magna de ejus Divinitate publicantur, ipſemaximè gloriatur, de ſuo Sacerdotio, & quod Sacerdos ſit, ac dicatur, & inter ipſos Divinitatis ſplendores, pro magno habet, quod ut Sacerdos honoretur.

264. Ait D. Paulus 7. n. 3. de Melchiſedech: *Aſſimilatus filio Dei manet Sacerdotium in æternum.* Magni, & excellentiſſimi fuerunt Patres antiqui; nullus tamen eorum dicitur aſſimilatus filio Dei, nec innocens Abel, nec Enos, qui cœpit invocare nomen Domini Geneſ 4. n. 26. nec Abrahamus Pater fidei, nec Moyſes omnium mitiſſimus, nec David pœnitentia illuſtriſſimus, ſed tantum Melchiſedech dicitur aſſimilatus filio Dei? Rationem indicat Textus: *Manet Sacerdotium,* Syriacus vertit, *ſed in ſimilitudinem filij Dei permanet Pontificatus ejus in æternum.* Tam illuſtris, & præclara Sacerdotalis dignitas eſt, ut inter omnes qui magnis gratiæ donis perfulſerunt, ſola illa homines exiſtentes in terra faciat ſimiles Dei filio in Cœlis.

265. Prov. 9. Dicitur Prov. 9. n. 1. *Sapientia ædificavit ſibi domum immolavit victimas ſuas, miſcuit vinum, propoſuit menſam ſuam; miſit ancillas ſuas, ut vocarent ad arcem, & mœnia Civitatis.* Maximè expanſione dignum, quod ipſa æterna Dei ſapientia per ſe ipſam immolat victimas, proponit menſam, & miſcet vinum, quod tantum ad ſervos, & ancillas videbatur ſpectare: Ipſa per ſemetipſam totum quod ad menſam præſtat, cur non alijs committit, ut deſtinavit ſervos ad vocandum ad arcem, & mœnia Civitatis?

Ad Sacerdotales ſuas functiones Eucharistiæ Chriſtus ſe ſolum exhibet. D. Greg.

D. Greg. lib. 17. Moral. c. 17. *Immolavit Dominus Ieſus victimas, ſe ipſum offerendo pro nobis: miſit ancillas ſuas, Apoſtolorum videlicet animas in ipſo ſuo initio infirmas, ut vocarent ad arcem, & mœnia Civitatis; quia dum æternam vitam denunciant ad alta mœnia ſupernæ Civitatis nos elevant.* Chriſtus D. ſapientiâ delegavit ſuos Apoſtolos ut omnes gentes vocarent ad Eccleſiam, & ad alta æterna Patriæ mœnia, at Sacerdotales functiones facere, atque ad menſam ſacræ Euchariſtiæ miniſtrare, nulli alteri commiſit, ſed per ſe ipſum totum exequitur, & adimplet: *Mactavit victimas ſuas, miſcuit vinum, propoſuit menſam.*

Actor. 2. n. 37. His auditis compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apoſtolos, quid faciemus viri fratres?

Num. 38. Petrus verò ad illos, pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum, in nomine Jeſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti.

Num. 39. Vobis eſt promiſſio, & filijs veſtris, & omnibus, qui longè ſunt, & quoſcumque advocaverit Dominus Deus noſter.

Num. 40. Alijs autem verbis plurimis teſtificatus eſt, & exhortabatur eos, dicens: Salvamini à generatione iſta prava.

VERSIONES.

Arabicus n. 37. Humiliaverunt ſe in cordibus ſuis.

Æthiopic. Apertum eſt cor eorum.

Bibl. Goth. Viri fratres oſtendite nobis.

Syriacus n. 38. Baptizemini homo, & homo in vobis.

Vatabl. Delictorum pœnitentiam agite.

D. Chryſoſt. Reſipiſcite.

Syriac. n. 39. Vobis enim fuit promiſſum, &c. & omnibus, qui remoti ſunt, quos vocaverit.

Arabicus. Qui ſunt in diſtantia remotiſſima.

Syriac. n. 40. Atteſtabatur eis & à generatione perverſa.

Arabicus. Deprecatus eſt eos evadere ab iſta generatione aſpera.

Æthiopic. Et erudivit eos, ſervate animam veſtram ab hoc mundo malo.

EXPOSITIO XVI.

Verſ. 37. *His auditis à D. Petro, compuncti ſunt corde,* quod Chriſtum crucifixiſſent, ac ſprevissent; hæc autem compunctio fuit ex ſpeciali gratia Spiritus ſancti, quæ eorum corda plena odio in Chriſtum, in ejus amorem commutavit, recognoſcentes mala opera ſua, ut illa deteſtarentur, & hic maximè apparet effectus gratiæ Dei, qui ſtatim de remedio adhibendo ſunt ſolliciti, & inde dixerunt Divo Petro, & reliquis diſcipulis. *Quid faciemus viri fratres,* & in hoc valde prudenter ſe habent, dum remedium quærunt, non ab alijs, ſed tantum ab Apoſtolis petunt, quos tanto zelo de eorum ſalute, ac gratia Spiritus ſancti donis repletos videbant. *Viri fratres.* Alia lectio habet: *Viri fratres attendite nobis.* Ut tanquam fratres debetis nobis conſulere, ac de noſtro bono agere. 266.

Quærunt remedium, à quo habere poterant.

Verſ. 38. *Petrus vero ad illos:* Tanquam bonus Prælatus, & optimus Medicus opportunam Medicinam applicat: *Pœnitentiam agite,* ex quo apertè probatur in adulto neceſſarium eſſe dolorem peccatorum, ſive perfectum, ut contritionem, ex mero Dei amore, ſive dolorem imperfectum, ut attritionem ex metu gehennæ. *Baptizetur unuſquiſque veſtrum.* Cum fide vera, ac profeſſione ex corde, & virtute meritorum Chriſti, credendo, & profitendo Chriſtum eſſe unicum Mediatorem, ac Salvatorem generis humani, conſtitutum à Patre propitiatorem pro noſtris peccatis. *In nomine Ieſu Chriſti.* Forma Baptiſmi eſt: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Fortè in illis primis temporibus ad magis inſinuandum nomen Jeſu Chriſti in cordibus fidelium, & ad majorem venerationem illi reconciliandam, hac forma utebatur: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij Ieſu Chriſti, & Spiritus ſancti.* De quo communiter Theologi, cum agunt de forma Baptiſmi, de quo ſatis latè Vaſquez diſp. 143. cap. 3. 267.

Accipietis Spiritum ſanctum. Ipſummet Spiritum 268.
donum Dei immenſum, & increatum de quo ſupra verſ. 4. Vel accipietis, ipſam gratiam, juſtitiam, ac

Soar. cætera dona Spiritus ſancti, vel ut etiam Soarez to.3. in 3.p.diſp.32.ſect.1. Per hoc donum Spiritus ſancti exponit donum ſacramenti Confirmationis; hoc enim ſacramentum Confirmationis tribuit Scriptura Act. 8. Spiritui ſancto, Actur.8.

269. Verſ. 39. *Vobis enim eſt repromiſſio:* Occurrit Apoſtolus infidentiæ eorum de gratia conſequenda, eo quod tam grande peccatum commiſiſſent in morte Chriſti: *Vobis eſt enim repromiſſio facta.* Per Prophetam Joëlem, de quo ſupra in hoc cap. n.16. utpote filijs Abrahæ, ad quos pertinet promiſſio de Chriſto, ac donis ejus, qui in fide Jeſu Chriſti fuerint, *& omnibus, qui à longe ſunt*, à Deo, Eccleſia, *Vocati Gentiles.* ac ejus fide, utpote gentilibus, & quos advocaverit ad Eccleſiam, & fidem ſuam, eoſque dicit ob conſolationem gentium, quæ tunc aderant.

270. Verſ.40. *Alijs autem verbis plurimis* tam perſuaſorijs, ac ex teſtimonijs Scripturæ *teſtificatus eſt* ea omnia, quæ ad credendum in Chriſto pertinebant, & maximè, quæ ad talem fidem Chriſti ſpectabant, *& ſalvamini à generatione iſta prava.* Syriacus *perverſa.* Æthiopicus *aſpera*, id eſt fugite à conſilijs, ac perverſitatibus Judæorum, qui vos deducunt in perditionem, ac damnationem: Iniquæ, ac perverſæ converſationes frequenter tot, & tanta mala Eccleſ. parturiunt: Unde optimè admonet Eccleſiaſt.13. num.1. *Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea; & qui communicaverit ſuperbo induet ſuperbiam:* tamque fortis eſt ipſa converſatio, ac conſuetudo, ut dicat D Cyprianus lib. de ſpectac. *Omne vitium ſui generis vitium parit, non modo neſcientibus, & non advertentibus, ſed ſæpe etiam invitis.* D.Cypr.

QUÆSTIO XXXII.

Quare D.Petrus non rigidè, ſed blandè, ac ſuaviter ſe habet cum circunſtantibus pro graviſſimo peccato mortis filij Dei?

271. Obiter nota, quod auditis verbis D.Petri, ait Textus: *Compuncti ſunt corde.* Et dixerunt Petro ſuam compunctionem, ac dolorem publicè maniſeſtantes, aliter ait David Pſalm.4.n.5. *Quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.* Pſal.4. Dolorem, & compunctionem tantum in cubiculo aſſignat; erat enim peccatum occultum *Quæ dicitur in cordibus veſtris.* At horum peccatum in morte Chriſti fuit valde publicum, & notorium, ideoque valde publicam, & notoriam pœnitentiam, ac dolorem exigebat; & quia peccatum David tam in adulterio, quam in morte Uriæ fuit apertum, ac manifeſtum, ideo Deus dedit illi pœnam, & ſupplicium in oculis ſolis hujus 2.Reg.12.n.12. *Publica peccata publicā pœnitentiam requirunt.* 2.Reg 12

272. Ad quæſtionem reſpondet primo D.Chryſoſtom. homil.7. in Acta, & ait: *Reveriti ſunt Petri manſuetudinem, quia his, qui Dominum ſuum crucifixerunt, & contra ipſos clamarant, tanquam Pater, & Magiſter curam gerens loquebatur non ſimpliciter, obedierunt, ac ſe ipſos condemnarunt, ſenſeruntque, quod fecerant.* D Chryſoſt. Maximè conſideranda ſublimis, & alta D. Petri prudentia agebat cum his, qui Dominum ſuum crucifixerunt, ac etiam cum his, qui contra ipſum Petrum, ac alios Apoſtolos malè locuti ſunt, dicentes eos ebrios, & tamen Princeps Apoſtolorum non duris, & aſperis verbis in eos invehitur, ſed leniter, ac ſuaviter, & ita ſua manſuetudine eos devincit, ac compuncti corde ad pœnitentiam convertantur, & quos antea ebrios dixerant, fratres nunc vocant: Quid faciemus viri fratres, reveriti ſunt Petri manſuetudinem. *Qui eum manſuetudine pureit devincit.*

273. Ait Regius vates Pſalm.117. n.10. *Omnes gentes circuierunt me, & in nomine Domini, quia ultus ſum in eos.* Pſal. 117. Alia lectio habet: *Debellavit, devinxit eos.* Sed quanam ultione? forſitan iræ, ac furoris, an gladio ferreo, vel lancea? minimè, *in nomine Domini*, nempe ultione charitatis, omni gladio vehementiori ad penetranda corda, ut proferant pœnitentiæ fructus. *Per charitatem eos trahit ad pœnitentiam.* Magiſter ſententiarum ibidem ait: *In nomine Domini ultus ſum in eos, dum ipſi converſi pœnas ſuſtinent pœnitendo.*

274. Multus eſt Regius vates in deſcribenda ſuprema adoratione, quæ danda eſt Chriſto Domino Pſal.71. Pſal.71. num.8. *Et dominabitur à mari uſque ad mare, & à flumine uſque ad terminos Orbis terrarum, & adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſervient ei.* Unde Chriſtus D. tam magnificus dominatus in totum Orbem terrarum, ac in omnes gentes, forſitan ex multa majeſtate, qua apparens ad ſui cognitionem ſubjecit populum Iſraëliticum cum daturus eſſet legem ut dicitur, Exod.19. n.16. *Ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, & clangor buccinæ vehementius perſtrepebat.* Exod.19. Ad unum populum ad ſe convocandum tot, & tantæ majeſtatis ſigna: At vero ad omnes gentes, omnes Reges terræ idololatras, ac in cunctis erroribus enutritos ad ſe trahendos, aliquid fortius fuit adhibendum, hoc promiſerat Pſalmographus citato Pſal. n.6. *Deſcendet ſicut pluvia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.* *Plus trabitur manſuetudine, quam fortitudine.* Magnis prodigijs, & ſignis unum populum potentia, ac fortitudine devinxit: at blandimento ſuavitatis de omnibus gentibus, ac Regibus triumphavit. Ad hoc tendit noſter Incognit. & ait: *Sicut pluvia in vellus, ſcilicet ſuaviter deſcendet in uterum Virginis; quia in humilitate ſumma, & lenitate veniet: & in utero Virginis exiſtens totum mundum circumeundo continebat.* Incogn.

275. Secundo ad quæſtionem, Petrus efficacia, ac fortitudine ſuæ doctrinæ eos devinxit, & ad ſe traxit, tamen leniter, ac ſuaviter eos diſponit eos fratres vocans, eiſque repromiſſionem ſalutis factam, ut eos ad pœnitentiam, baptiſmum, atque animæ ſanitatem valeat allicere; D. Petrus efficaciâ ſuorum verborum fortiter adduxit, tamen tanquam recenter advenientes benignè, ac benevole refovet. *Qui recenter veniunt, benignè fovendi ſunt.* Ille, qui incidit in latrones multis vulneribus affectus, in quo peccatoris effigies depingitur, ut dixi tom.3. in Evangel. cap.21. multis iniquitatum plagis cruentatus, veniens cœleſtis Medicus: *Alligavit vulnera ejus, infundens oleum, & vinum*, Luc.10 num.34. Luc.10. Magno myſterio talia adhibet medicamenta, vinum ſignificans gratiæ fortitudinem, qua eum traxit, oleum vero, ſuavitatem, ac lenitatem, qua eum diſponi præceperat, ac ducit, D.Bernard. ſerm.16. D.Bern. in Cantic. ſic ait: *O ſapientia, quanta arte medendi in vino, & oleo anima mea ſanitatem reſtauras, fortiter ſuavis, & ſuaviter fortis, fortis pro me, & ſuavis mihi.*

QUÆSTIO XXXIII.

Quare D. Petrus annunciat hic Iudæis gentium converſionem, quas maximè odio habebat?

276. Audiſtis verbis Petri, qui aderant, *Compuncti ſunt corde*, & dixerunt, ad Petrum, & reliquos Apoſtolos: *Quid faciemus viri fratres?* Tunc D.Petrus ait illis: *Pœnitentiam agite; vobis enim eſt repromiſſio, & filijs veſtris, & omnibus, qui longè ſunt quoſcunque*

Difficultas quæſtionis. *quoſcumque advocaverit Dominus.* Per eos *qui longè ſunt* communiter Interpretes gentes intelligunt. Quæſtio ergo eſt cur Princeps Apoſtolorum cum Judæis agens eis proponit gentium converſionem, cum inter eos eſſet inſatiabile odium, deinde cum Judæa gens maximè invidia laboraret?

277. *Charitas vult ſecum ſocios.* Poteſt primo reſponderi, quod cum *compuncti eſſent corde*, de aliorum converſione non tractabantur, ſed maximè de illa gaudebant, quia perfecta charitas omnes vult ſocios ſecum habere, de quo vide multa verbo charitas in meis libris, & ſupra cap. 1. q. 34. n. 243. 244. 245. & 246.

278. *Occum.* Secundo Oecumenius in præſenti ſic ait: *Conſidera vero quod tunc gentium fidem ianuit, quando compunctos invenit Iudaos, ac ſe ſe condemnantes; Ubi enim ſe ipſam anima condemnaverit, jam invidere non poteſt.* Petrus altá ſua prudentia, qua pollebat, cum Judæos de ſuo ſcelere compunctos, ſequemetipſos accuſantes conſpicit, tunc gentium converſionem exponit, quæ modo ex omnibus, quæ ſub cœlo ſunt, aderant, pro eorum conſolatione aperit, abſque ullo invidiæ Judæorum ſtimulo, *ubi enim ſe ipſam anima condemnaverit, jam invidere non poteſt.* *Qui ſe agnoſcit peccatorem non invidet.*

279. Valde infeliciſſima, & horribilia denuntiantur Heli circa domum ſuam, quod ab ea ſit auferendum Sacerdotium, quod in ea non erit ſenex, & quod duo filij una die morientur ambo, & quod videbit æmulum ſuum in Templo, in cunctis proſperis Iſraël, quod valde durum, ac grave cuilibet homini eſt, eo quod filios ſuos non emendaverit, ſed permiſerit iniquè agere, & tamen tantas calamitates patienter ſuſtinet, & ait: Dominus eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis faciat, 1. Reg. 3. n. 18. *1. Reg. 3.* Unde illi tanta patientia, cur aliqua invidia, vel odio non commovetur, cum audit æmulum ſuum in ſua ſede repoſitum dominantem in cunctis proſperis Iſraël. *D. Chryſoſt.* D. Chryſoſt. lib. de Providentia ait: *Heli ſua culpa conſcius, poſt ingentes illas, & terribiles minas, dixit: Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat.* *Heli ſuæ conſcius non invidet.* Qui ſe tantis criminibus illaqueatum agnoſcebat, nullius invidiæ morbo laborabat: Invidia eſt æmula alieni boni pœnitudo, & qui ſe ſceleratum, ac inde indignum alicujus boni fatetur, de alterius incrementi nulla

280. pœnitudine premitur.

Inexecrabili odio Saul perſequebatur Davidem; timebat enim quod ipſe ad regnum Iſrael eſſet exaltandus, hacque de cauſa totis viribus intendebat eum interficere, unde dixit filio ſuo Jonathæ: *Omnibus diebus, quibus filius Iſai vixerit ſuper terram, non ſtabilieris tu, neque regnum tuum ſuper terram. Itaque jam nunc mitte, & adduc eum ad me, quia filius mortis eſt*, 1. Reg. 20. n. 11. *1. Reg. 20* Tamen tempore elapſo cum vidiſſet Saül magnam benignitatem, ac clementiam, qua David erga eum uſus eſt, & quomodo eum à morte cuſtodierit, flens alta voce clamat Saul ad David: *Iuſtior tu es, quam ego, tu enim tribuiſti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala, & nunc ſcio, quod certiſſimè regnaturus ſit, & habiturus in manu tua regnum Iſrael*, 1. Reg. 24 n. 18. & 21. *1. Reg. 24* Magna invidia æſtuabat Saul in David, & impatiens non poterat ſuſtinere, quod ipſe ad clavum regni elevaretur, idcoque omni conatu, & affectu ejus mortem moliebatur: At vero nunc ad eum ait: *Iuſtior es tu, quam ego*, *Abulenſ.* ut ibi notat Abulenſ *ſe iniuſtum, ac iniquum fatetur*, indeque omni depoſita invidia ejus regnum proclamat certiſſimè. Quandiu Saul ſuam nequitiam non agnoſcebat, igneâ ferebatur invidiâ in Davidem, ut ejus regnum impediret, & ubi fui præſcius ſuam injuſtitiam confitens, ſimul & ejus regnum profitetur.

Actor. 2. n. 41. Qui ergo receperunt ſermonem ejus baptizati ſunt, & appoſitæ ſunt die illa animæ circiter tria millia.

Num. 42. Erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.

Num. 43. Fiebat autem omni animæ timor; multa quoque prodigia, & ſigna per Apoſtolos in Jeruſalem fiebant, & metus erat magnus in univerſis.

VERSIONES.

Syrus n. 41. Et homines ex eis promptè exceperunt ſermonem ejus, & addita ſunt in eo die circiter tria millia animarum.

Arabicus. Receperunt libenter, & addita fuerunt inter fideles, &c.

Syrus n. 42. In doctrina Apoſtolorum, & in fractione Euchariſtiæ.

Arabicus: Et in communione fractionis panis, *Græcus* illius panis.

Vatabl. Continuo perſeverabant in doctrina, &c.

Æthiopic. Manſerunt perſeverando in doctrina, &c. & benedicendo menſæ.

Syrus n. 43. Et fuit timor in omni anima; &c. & virtutes fiebant per manus Apoſtolorum.

D. Chryſoſt. Obortus eſt timor.

Æthiopic. Timuerunt Apoſtolos omnia animalia.

EXPOSITIO XVII.

Verſ. 41. *Quicumque receperunt ſermonem ejus* ſcilicet Petri, ſeu, ut habet Syriacus 281.
promptè. Arabicus libenter, cum fructu, & effectu in die illa, ſcilicet Pentecoſtes *Baptizati ſunt.* Unde, ut teſtatur Lyra, quod in ſignum hujus rei antiquitus *Lyra.* in die Pentecoſtes fiebat generalis Baptiſmus, *& appoſitæ illa die animæ circiter tria millia*: Et unde in verbis Apoſtoli tanta vis ad tot hominum millia trahenda? dicuntur animæ per Synecdochen. Ratio à priori eſt gratia divini Spiritus; tamen ſumma paupertas Apoſtolica, abnegatio omnium rerum, divitiarum contemptus, nec quiſquam aliquid ſuum eſſe dicebat, omnium corda valuit ineſcare. Mens *D. Chryſoſt.* eſt D. Chryſoſt. homil. 7. in 1. Corinth. ſic ait: *Tunc igitur nemo quicquam proprium ſibi vendicabat, ſed omnia erant communia, & pro ſingulorum neceſſitate, ſua cuique pars conferebatur, & vitam vivebant Angelorum; quid ſi in præſentia fieret, univerſum ſanè orbem; & ſine ſignis converteremus.* *Paupertas in Chriſti miniſtris efficax ad trahendum.*

Verſ. 42. *Erant autem perſeverantes.* Explicatius 182.
Vatabl. Vatablus: *Continuo perſeverabant*: quod denotat perdurationem, non per unum, vel alterum diem, ſed per multum tempus. *In doctrina Apoſtolorum*, probe, & exactè percipiendis, meditandis, ac exequendis, & in *communicatione fractionis panis.* Arabicus legit, & *in communione*, Græcus *illius panis*, cum articulo, quod magis explicat Syriacus, *& in fractione Euchariſtiæ*; nam ut notat Lyranus, in primitiva Eccleſia Chriſtiani quotidie communicabant, & dicitur *in fractione panis*; quia Divinus ille panis, frangebatur, ac diſtribuebatur per fideles, ut ait Paulus, *panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Chriſti eſt?* ex quo patet, quod ſæcularibus danda ſit tantum ſacra Euchariſtia ſub ſpecie panis, ut tenet ſancta Eccleſia Romana.

Verſ. 33. *Fiebat autem omni animæ timor*, Qui reverentialis 283.

verentialis erat erga Sanctos Apoſtolos, qui tot, & tanta mirabilia faciebant, ac proinde tanquam quid Divinum omnes inverecebantur; ſic & viſis Chriſti miraculis paſſim turbæ timebant, Luc.5.n.26. & c.7.n.16. *Multaque ſigna, & prodigia* per Apoſtolos fiebant, ut Chriſtus eis promiſerat. Marc.ult. n.17. hæc autem miracula fuerunt neceſſaria ad plantandam Chriſti fidem in mundo, ut ait Paulus Hebræ.2. n.3. & 4. & 1.Corinth.12. n.12. Unde ad reformandos hæreticos nova dogmata profitentes ſimilia. Peroptimè Richardus Victorinus lib.10. de Trinit. cap.2. ait: *Si error eſt, quod credimus, à te decepti ſumus: iſta enim in nobis in ſignis, & prodigijs confirmata ſunt, quæ non niſi à te fieri potuerunt.*

Luc.5. Luc.7. Marc.16. Hebr.2. 1.Cor.12. Richard.

284\. *Et metus magnus erat in univerſis.* Hæc verba non habentur in Græco, quia fortè idem eſt cum eo, quod prius dictum eſt: *Fiebat autem timor omni animæ.* Sed hic in priore dictione ſermo eſt de timore reverentiali in fidelibus. Secundo cum dicitur *metus magnus* agitur quoad perfidos Judæos, qui viſis tot ſignis Apoſtolorum, quos antea ut viles contemnebant, nunc vero leonibus fortiores, aquilis velociores timebant.

Græc. Syrus.

QUÆSTIO XXXIV.

Quare participatio corporis Chriſti dicitur communicatio?

285\. Ait Textus in præſenti: *Erant perſeverantes in communicatione*, ſeu ut habet Græcus, *in communione fractionis panis.* De quo pane hic agatur dubitatur, Caietanus communem panem, & cibum intelligit Gloſſa Interlinealis, Lyranus, Hugo de utroque pane, tam ſancto, quam communi exponunt. Tertia ſententia ſimpliciter interpretatur de ſacro Euchariſtico pane. Ita Joza, Aurelian.lib.1.de Imag. Joannes Harlemius in Indice Biblior. D.Anton. 1.p. Hiſtor.tit.6. cap.2. §.1. Lorinus, Cornelius, Menochius, & Tirinus.

Græcus. *De quo pane ſit ſermo.* Caiet. Lyran. Hugo. D Aur. Aurel.

286\. Hæc tertia ſententia vera mihi eſt. Primò, quia textus Syriacus habet *in fractione Euchariſtiæ.* Secundo D.Lucas hic deſcribit modum vivendi ſpiritualem, nam inter perſeverantiam in doctrina Apoſtolorum, ac orationem interponit D.Lucas communicationem fractionis panis, & à verſ.44. agit Evangeliſta de his, quæ pertinent ad modum vivendi temporalem. Deinde cum ſuperiori verſ.41. eos adduxiſſet Petrus ad Baptiſmum, ſtatim nunc agit de communicatione ſanctiſſimi panis; nam in illa primitiva Eccleſia baptizatis immediatè miniſtrabatur ſacra Euchariſtia, ut teſtantur D.Cyrill. Jeroſolym. Catech.Myſtag. D.Ambroſ. lib.de ijs, qui myſterijs initiant c.7. Tertull. lib.4. contra Marc. D.Hieron. contra Lucif. D.Auguſt.epiſt.23.

De cœleſti pane. Syriac. D.Luc. D.Cyril. Jeroſ. D.Ambr. Tertull. D.Aug.

287\. Ad quæſtionem, dicimus quod erant perſeverantes *in communicatione*, pro communicatione Græcè habetur *communio*, id eſt *communis unio.* In hac cœleſti menſa datur triplex unio, unitur Deus cum homine, homo cum Deo, & homines inter ſe; nam ſi homines uniuntur cum Deo, uniuntur etiam inter ſe, quæ enim ſunt eadem uni tertio ſunt idem inter ſe.

In Euchariſtia triplex unio.

288\. Ait D.Paulus 1.Corinth.5. n.6. juxta celebrem lectionem Syriacam, & Græcam in hac re: *Parum fermenti totam conſperſionem fermentat* & juxta Æthiopicum. *Modicum fermentum quàm multam farinam fermentat.* Quæ verba elegantiſſimè de ſacra Euchariſtia. Noſter D.Cyrill Alexand.lib.4.in Joan. cap.17. exponens ait: *Sicut parum,* (ut inquit Paulus) *fermenti totam maſſam fermentat, ſic parvula benedictio totum hominem in ſe ipſum attrahit, & ſua gratia replet, & hoc modo in nobis Chriſtus manet, & nos in Chriſto; verè enim totum fermentum in totam Maſſam pertranſit.* Optima ſanè ſimilitudine res tota explicatur: ſicut enim fermentum in farina miſcetur, & maſſa, ſeu farina totum fermentum ad ſe attrahit, & fermentum totas farinæ partes in ſe ipſis diviſas copulat, ac conjungit in unum, ſic per panem conſecrationis verborum benedictione, tanquam fermentum Divinitas Chriſti adunitur homini, & homo Chriſto, & Chriſtus ſic omnes charitate coadjungit inter ſe, ut unum efficiantur. D.Chryſoſt. homil.88. in Matth. ait: *Nos per communicationem cum Chriſti corpore fieri maſſam unam*, ſicut ipſe Dominus Jeſus ait: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo.* Joan.6.n.57.

1.Cor.5. Syriac. *Per Euchariſtiã omnes unum ſumus in Chriſto.* D.Chryſoſt. Ioan.6.

Orans Chriſtus in Cœnaculo ad ſuum Æternum Patrem ait: *Ego claritatem, quam dediſti mihi dedi eis, ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus,* Ioan.17. num.22. Per claritatem D Hilar. lib.8. de Trinit. D.Ambroſius lib.5. de fide cap.4. Janſen. Tolet. in Commentario intelligunt gloriam Divinitatis; D. Auguſt. Beda, Rupert. Carthuſian. & alij gloriam immortalitatis Reſurrectionis, & Aſcenſionis; D. Chryſoſtom. Euthymius, Theophylactus, quos omnes citavi tom.5.in Evangel.lib.7.cap.2.quæſt.14. & 15. interpretantur de gloria, quam Chriſtus Dominus comparavit ex ſua doctrina, ſignis, ac prodigijs, quæ omnia ſuis communicavit, ac eos participes effecit, cùm eis dedit poteſtatem filios Dei fieri, ex quo ad Divinam bonitatem eleganter exclamat noſter D.Cyrill.Alexandr. lib.11. in Joan.c.27. & ait: *Nexus igitur unionis noſtræ ad Deum Patrem Chriſtus eſt, nobis quidem, ut homo, Deo autem Patri, ut Deus naturaliter unitus.* Nota ſequentia *mirari ergo debemus Divinæ naturæ benignitatem, quæ creaturæ, quæ ſibi propria ſunt, communicare dignetur.* 289.

Ioan.17. D.Hilar. D.Ambr. Janſen. Tolet. D.Aug. D.Chryſoſt. D.Cyrill. Alex. *Divina bonitas omnia ſua nobis communicat.*

Ad rem noſtram: *Ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus* ac ſi dicat Chriſtus, ut ipſi nempe homines unum ſint inter ſe mecum ad ſimilitudinem, qua ego, & hi Pater unum ſumus per naturam, ſic illi unum ſint mecum per gratiam, & charitatem, ideoque claritatem, quam dediſti mihi ex majeſtate Divinitatis, & gloria Reſurrectionis, Aſcenſionis, ac ex ſublimitate doctrinæ, ac ſignorum, dedi eis per participationem in Euchariſtia, ut ita totum, quod eſt in me, ſit in eis, & totum, quod in eis eſt in me ſit, ita ut ego, & illi unum ſimus D.Cyril. Alexandr.lib.11.in Ioan. cap.27. ait: *Hanc claritatem, & gloriam Pater, quam mihi dediſti, qua eſt ut tecum unum ſim, dedi eis: ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus.* 290.

Chriſtus in Euchariſtia omnia ſua nobis dat. D Cyril. Alex.

Addit Chriſtus citato Joannis loco: *Ego in eis, & tu in me, ut ſint conſummati in unum.* Maximè explicat Chriſtus, quomodo ipſe omnibus ſuis, ſit unum in nobis, ait: *Tu Pater es in me, & ego in eis,* exinde ego & Pater cum eis; *conſummati,* ſeu ut legit Syriacus *perfecti in unum ſint* ſumma charitatis unione, & inde per Euchariſtiam maximè refulget in homine Divinitatis imago, ut ait D.Chryſoſtom.hom.45 in Joan. *Hic ſanguis* (inquit) *facit, ut imago in nobis regia floreat, hic ſanguis pulchritudinem, & nobilitatem animæ, quam ſemper irrigat, & nutrit, languſcere non ſinit.* 291.

Ex Euchariſtia floret in nobis imago Regia.

Qui hanc unionem non habent inter ſe hujus divini convivij non eſſe poſſunt participes, quia illos tantum recipit hæc menſa, qui ſunt charitate unanimes, & pace concordes. Ait D.Paulus 1.Cor.11 n.20. *Jam non eſt Dominicam Cœnam manducare.* Et cur non eſt tempus illo cœleſti cibo fruendi, ſed ab illo omnino abſtinendum, rationem præmiſit Apoſtolus: 292.

1.Cor.11.

Audio

Audio *ſciſſuras eſſe inter vos.* Partialitates, diviſiones, ac fractiones, & in quibus tanta ſeparatio, ac partitio eſt, non poteſt eſſe conjunctio in unionis Eucharisticæ menſa; & quid inde provenit ſubdit Doctor gentium: *Oportet hæreſes eſſe:* ex tali irreverentia ad ſacram menſam conſequens eſt ut naſcantur hæreſes, ac errores, & falſa dogmata in fide, ac vera Eccleſiæ doctrina. D.Anſelmus ibi ait: *Maximum omnium malorum eſt apud vos quod in conventu veſtro fuerint ſchiſmata, ubi vinculum charitatis eſſe debebat, unaquaque voluntas, & ſumma concordia, ad quod unus locus vos invitat, & admonet:* Nempe locus menſæ Dominicæ.

Ubi non eſt unio non datur participatio hujus menſa. D.Anſel.

QUÆSTIO XXXV.

Expenditur vivendi modus ſpiritualis in Eccleſia primitiva.

293. Cant.3. Dicitur Cantic.3. n.9. *Ferculum fecit Rex Salomon de lignis Libani: columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum, media charitate conſtravit.* Ferculum dicitur compoſitum ex lignis Libani, ubinam ſunt iſta ligna? Nam cum ſigillatim deſcribuntur ferculi partes nulla ligna apparent, columnæ dicuntur argenteæ, reclinatorium aureum, aſcenſus purpureus, medium charitate adornatur, ubi ergo ſunt ligna? Verum eſt, quod erant ligna deformata, & incompoſita, quando deſignabantur, ac eligebantur, at ubi advenit Divini artificis manus, jam eſt aurum, argentum, purpureum, ac charitativum. D. Nicænus homil. 7. in Cantic. ait: *Nos ergo fuimus aliquando ligna Libani, ut qui in illo radices egiſſemus per malam vitam, & per fraudem Dæmonum, ſed poſtquam illinc à ratione participe ſecuri exciſi ſumus, & fuimus in manibus artificis, is nos ſuum fecit ferculum transmutata ligni natura per regenerationem in argentum, & aurum, & florentem purpuram.* Illi primitivi Chriſtiani olim & fraude Dæmonum fuerunt agreſtia, & incompoſita ligna, at poſtquam divinus Spiritus in eis fecit ſuum ferculum, ſtatim conſtitutæ ſunt columnæ argenteæ in perſeverantia: aſcenſus purpureus in Divinis mandatis obſervandis, ignita charitas ad ſumendam ſacram Euchariſtiam, & reclinatorium aureum in contemplatione, ac meditatione.

Per gratiam transformamur in novam vitam, ac Dei ſervos. D.Nic.

Perſeverantia.

294. Primo perſeverantia. Superius dictum eſt, quod audiris verbis D.Petri *compuncti ſunt corde* pœnitentiam agentes: nunc ſubdit Textus *erant perſeverantes* in ipſis bonis operibus, quod omnino neceſſarium eſt ad perfectam, & conſummatam virtutem; hinc Eccleſiaſt. monet cap.2. n.1. *Fili accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia, & timore & præpara animam tuam ad tentationem.* Tigurina: *Fac ut in juſtitia ſollicitè perſiſtas*, & ex hoc Dominus monet Epiſcopum Philadelphiæ. *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam*, Apoc.3. n.10. Et ideo anima ſancta cum inveniſſet ſuum dilectum Jeſum ait: *Tenui eum nec dimittam*, Cantic 3. n 4. Totum ſalutis negotium in ipſa perſeverantia uſque ad finem vitæ; dicitur Proverb.1. n.20. *Sapientia foris prædicat.* Quæ verba D.Hilarius, & Salvianus Maſſilienſis ſic legunt: *Sapientia in exitu canitur.* Quod vulgo dicitur *Al fin ſe canta la gloria.* D.Hilar. in Pſal.14. ſic ait: Idcircò ad Salomonem omnis laus in exitu canitur, quia in ijs, quæ promiſſa ſunt Deo, non eſt aliquando fallendum, ſed tendit uſque ad conſummationem perfecta admonitio cœleſtis. Similiter Salvian. lib.4. ad Eccleſiam.

Perſeverandum in bono opere incepto. Eccleſ.2. Tigurin. Apoc.3. Cant.3. Prov.1. D.Hilar. Salvian.

Graviter arguitur ab Hugone Victorino in Allegorijs Goiſ. lib.11. cap.13. Pilatus interrogans Jeſum Quid eſt veritas, Joan.19. n.38. ſtatimque non expectato reſponſo egreſſus eſt ad Judæos: Optimum fuit in eo principium ſciendi veritatem, tamen ſua ipſius malitia impellente non expectat finem, ac ſolutionem quæſtionis; ſic ait Hugo: *Fecit ergo quæſtionem, & non expectavit ſolutionem, ſic multi tranſitorio fervore, converſi ad Deum vana bona deſiderare incipiunt, ſed eadem mentis mutabilitate, iterum ad tranſitoria effugiunt affectu in mentis propoſito non perſiſtunt.* 295.

Joan.19. *Parum prodeſt bene incipere, ſi non perſiſtas.* Hugo.

Obedientia.

Secundo prompta eorum obedientia dicitur: *Erant perſeverantes in doctrina Apoſtolorum*; ita ut in hac prima die ad Petri verbum baptizati ſunt tria millia, & egerunt pœnitentiam, & ſubjecti erant doctrinæ Apoſtolorum, ut ſcribit Bozius, de ſignis Eccleſiæ: *In illis primis Chriſtianis tota eorum vivendi ratio ab Apoſtolorum nutu pendebat, & ſine mandato, quæ perfecta intelligebant.* In quo conſiſtit perfecta obedientia, ut ait D.Tho.2.2.q.104.art.2. in corpore: *Voluntas enim ſuperioris quomodocumq; innoteſcat, eſt quoddam tacitum præceptum, & tantò videtur obedientia promptior, quanto expreſſum præceptū obediendo prævenit voluntate tamen ſuperiori intellecta.* Similiter D.Hieron. in Reg. Monach. c.10. ait: *Subdit autem ſinebantur juſſa implere, quam forent emiſſa, & quibuſdam quodammodo indicijs, nitebantur prophetare de voluntate mandantis.* 296.

Bozius. D.Tho. D.Hier. *Perfecta obedientia prævenit voluntatem ſuperiori.*

In perſona Chriſti ait David Pſalm.39. n.8. *Tunc dixi. Ecce venio, in capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam Deus meus volui & legem tuam in medio cordis.* Ait Chriſtus rejectis ſacrificijs, & holocauſtis legis antiquæ, in primo inſtanti ſuæ conceptionis dixit: *Ecce venio* per mei ſacrificium ad redemptionem generis humani, ut explicant D.Aug. D.Ambroſ. D.Remig. noſter Incognitus, & ſubdit: *In capite libri*, ut legit Symmachus *tuæ diffinitionis, ut facerem voluntatem tuam*, de morte ſubeunda, ut exponunt citati Patres, ipſe tamen ut perfectè obediens æterno paterno decreto præveniens ait: *Ecce venio* ad ipſum ſacrificiū, & holocauſtum, ac ſi non expectaret Patris decreti intimationem, ut ejus voluntati correſponderet; nam ante ejus voluntatem intimatam, dixit: *Ecce venio*, deinde pergens, inquit: *Legem tuam in medio cordis mei.* Cor eſt fons vitæ, in eoque conſiſtit hominis vita, & In eo erat lex Dei, in obſervatione legis Dei totam ejus vitam conſecrabat, ſic ei erat dedicata, & conſecrata. 297.

Pſal.39. D.Aug. D.Ambr. D.Remig. Incogn. Symmac. *Chriſtus prævenit voluntatem Patris.*

Sacra Euchariſtia.

Tertio in communicanda ſacra Euchariſtia, ait Textus, *& erant perſeverantes in communicatione fractionis panis*, ſeu, ut habet Syriacus, Euchariſtiæ, cum eſſent ferventes amore in Chriſto, & ab eo nunquam ſeparari vellent, ſacra Euchariſtia ſe movebant. Percuſſo Chriſti latere exivit *ſanguis, & aqua*, Joan.19. n.34. quod in Chriſti pectore eſſet ſanguis, hoc planum eſt, ſed quod etiam ibi eſſet aqua, res ſanè valde mira præter naturæ ordinem plena miſterio: ſicut ſanguis denotat ſacram Euchariſtiam, ſic aqua populos; & illi de populo retinentur in corde Chriſti, qui cum ejus ſanguine uniuntur, ac illius fiunt participes. D.Paſchaſ. lib. de corpore Chriſti cap.11. ait: *In Apocalypſi Angelus aquas populos interpretatur, & ideò rectè proviſum eſt, quia cum ſanguine fluxit, ut hoc in myſterio veri ſanguinis admiſceatur, quatenus nos in illo ſumus, ut per hoc ſalutis Sacramentum divinis obtutibus, illico uniti myſticè offeramur.* 298.

Illi perfecti qui uniuntur cum Euchariſtico ſanguine. Joan.19. D.Paſch.

Dicitur Proverb.9. n.1. *Sapientia ædificavit ſibi domum excidit columnas ſeptem, immolavit victimas* 299.

Prov.9.

ſuas,

ſuas, miſcuit vinum, propoſuit menſam, miſit ancillas ſuas, ut vocarent ad arcem, & mœnia Civitatis. Hæc menſa de ſacra Euchariſtia communiter à Patribus, & Doctoribus interpretatur, & cum convocandum eſſet ad menſam, & arcem, & mœnia Civitatis vocatur; quia hæc ſacra menſa ad hoſtes, ac inimicos debellandos eſt turtis fortiſſima, & murus inſuperabilis, miſcet vinum cum aqua, ad notandum tam ſacrificium altaris, quam ad innuendum, quod illi, qui ad hanc menſam volunt accedere ſic debent uniri, ac incorporari cum Chriſto, ſicut aqua unitur, & incorporatur cum vino. D. Paſchaſ. proximè citatus cap.21. ſic ait: *Invenimus in Salomone, quod ſapientia miſcuerit vinum ſuum, quod ſanè vinum eſt illud, quod refunditur ad altare, ideo fit, ut ſanguis Chriſti inde pro noſtris exhauriendis peccatis quotidie rurſus in pretium ſumatur redemptionis, & interior homo noſter per hoc plenius innovetur, & conjungatur Chriſto; nec modo moribus, & vita, verumetiam & unitate naturæ per corpus, ut hinc inde in illius forma inveniamur.*

Euchariſtia turris fortiſſima.

Summa unio nobiſcum. D.Paſch.

Oratio.

300. Ait Textus erant perſeverantes in orationibus: Cum enim iſti primitivi Chriſtiani multum jam accepiſſent de Deo, quod pœnitentiam egiſſent, ac eſſent baptizati perſeverantes in doctrina Apoſtolorum ac in participatione ſacræ Euchariſtiæ, ideo in orationibus erant perſeverantes, ac inſtantes, ut inde aliquid majus à Deo acciperent. Ait anima ſancta ad ſuum dilectum, Cantic.1. n.1. *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt ubera ſua vino fragrantiá unguentis optimis.* Illa toto mentis affectu labia divini Sponſi exoptat attingere, tamen ibi non ſiſtit, ſed ultra ad ubera ſponſi multis cœleſtibus donis repleta magno deſiderio fertur, & ideo non labia, ſed ubera maximè commendat, & ait *meliora ſunt ubera tua vino fragrantia.* Quid facit ad rem, quod ubera tot, tantiſque commendata donis repleantur, cum ipſa ſola labia pertingere exoret? bene noverat ipſa, quod ſi aliquid à Deo acciperet, ſimul totum ipſum Deum cum omnibus ſuis donis acciperet; nam aliquid de Deo participare pignus eſt ad totum Deum poſſidendum, ac habendum D. Ambroſ. lib. de Iſaac, & anima cap.3. ait, *quia bona, inquit, ubera tua ſuper vinum, & odor unguentorum ſupra omnia aromata, illa oſculum poſcit, Deus Verbum ſe ei totum infundit, & nudavit ei ubera ſua.*

Cant.1.

Qui de Deo accipit aliquid habere totum accipiet.

D.Ambr.

301. *Erat Ionas* cap.2. n.9. *in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus, & oravit Ionas ad Dominum Deum ſuum de utero piſcis, & dixit: Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, & exaudivit me.* Magna quæſtio eſt, Jonas adhuc detinebatur in periculo, adhuc erat incluſus in utero piſcis: oratio autem ejus erat, ut ab illo carcere incolumis, & ſalvus exiret, ſi adhuc in belluinis viſceribus immorabatur, unde agnovit ſuam orationem exauditam? *Et exaudivit me.* Ex eo quod Jonas experimento cœpit agnoſcere in ſe aliquid de benignitate Divina, quod per tot dies eum ſalvum, & incolumem ſervaverit, pro certo credidit ſuam orationem exauditam de proſpero, ac felici exitu. Theophylact. ibi ait: Per hoc, quod in cete ſervatus eſt, incipit credere, quod vitam denuo ſit recuperaturus, eam ob rem hoc exoptat, non utique exoptaturus, niſi ex illo hoc poſſibile Deo crediſſet.

Ion. 2.

Ex divina clementia aliquid acceptū multum habebit.

Theoph.

Actor.2 n 44. Omnes etiam, qui credebant, erant pariter. & habebant omnia cōmunia.

*Num.*45. Poſſeſſiones, & ſubſtantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat.

*Num.*46. Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo frangentes circa domos panem ſumebant.

*Num.*47. Collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem: Dominus autem augebat, qui ſalvi fierent quotidie in idipſum.

VERSIONES.

*Syrus n.*44. Simul erant, & omne id, quod eis erat communitatis erat.

Arabicus. Omnes concordes, & omnes res erant ijs publicæ, & communes. *Pagninus* erant conjuncti.

Æthiopicus. Simul manebant, & mixta fuit tota familia, & poſſeſſio eorum.

*Syrus n.*45. Et ij, quibus erat poſſeſſio vendentes erant homini ſecundum id, quod neceſſe erat.

Arabicus. Vendebant ſupellectiles ſuas, & dividebant inter turbam. *Æthiopicus* dabant pauperibus.

*Syrus n.*46. Perſeverantes erant in una anima, &c. frangentes edictum munus, exultantes in puritate cordis.

Arabicus. Cum hilaritate laudantes Deum.

Æthiopic. Perdurabant ſimul in domo ſancta, & benedicebant menſæ, & præbebant cibum cum gaudio.

Syrus n 47. Donati in amicos coram omni populo.

Arabicus. Habebantque honorem apud omnem populum: Dominus autem in Eccleſia augebat ſalvandos quotidie. *Vatablus* gratioſi in Eccleſia.

Æthiopicus. Et ex decreto adjiciebat Deus, ſuper illos, qui crederent, & ſalvi eſſent. *D.Chryſoſt.* Addebat eos Eccleſiæ.

EXPOSITIO XVIII.

Verſ.44. O*Mnes, qui credebant erant pariter.* 302.
Syriacus erant ſimul, Æthiopicus *ſimul manebant.* Pagninus, Tigurina *erant conjuncti,* non quod ſimul in eadem domo habitarent; multitudo enim credentium erat in magno numero, ita ut prima die Pentecoſtes circiter tria millia fuerint baptizati ſupra n.41. quotidieque credentium numerus augeretur, ac proinde impoſſibile erat quod omnes eadem in domo habitarent, maximè cum multi uxorati, alij caſtè, & religioſè viventes; erant omnes pariter in certo aliquo loco ad quem conveniebant ad orationem, concionem, ac ad exercitia ſpiritualia, ſimulque ad ſanctam ſynaxim, & ita dicitur infra cap.5. n.12. *Erant unanimiter omnes in porticu Salomonis,* qui erat valde amplus, & magnificus, & ita dicitur infra n.46. *Perdurantes quoque in templo.*

Syriac. Æthiop. Pagnin. Tigurin.

Act 5.

Habebant omnia communia, quod maximè pertinet ad perfectam unionem, concordiam, ac pacem excluſo illo frigido verbo *meum,* ac *tuum,* quod eſt totius diſcordiæ, ac iniquitatis. & perturbationis fomentum: habebant omnia communia quoad rerum ſubſtantias, non quoad uxores, nam concubitus vagus eſt contra legem naturæ, & contra certitudinem prolis, ac debitam educationem. 303.

Verſ.45. *Poſſeſſiones, & ſubſtantias vendebant.* Caietanus 304.

Caietan.

Gloſſa Interlin. Lyran. Hugo. Carthuſ. Actor. 4. tanus tenet quod non vendebant domos, in quibus habitabant, tamen ſimpliciter, quod omnia ſua tam mobilia, quam immobilia venderent, eſt communis ſententia. Ita Gloſſa Interlin. Lyranus, Hug. Carthuſian. & maximè pugnat quod dicitur infra cap.4. n.34. *Quotquot poſſeſſionum, agrorum, aut domorum erat vendentes offerebant pretium eorum, quæ vendebant.*

305. Poſſeſſiones agrorum, aut domorum; nam poſſeſſio, ut ait Feſtus idem valet, ac pedum ſeſſio, aut poſitio, quia in eis pes ponitur, ut in re propria, & ita ſub poſſeſſionibus intelliguntur bona immobilia, *& ſubſtantias*, bona nempe mobilia, pecora, ſupellectilia, vinum, & triticum. *Vendebant* per manus eorum, qui ad hoc erant deputati, ut patet ex cap.4. & 6. vendebant contemptu terrenorum, amore paupertatis; ſtudio charitatis, ut per egentes diſtribuerentur, & fortè antequam in poteſtatem Judæorum, & inimicorum venirent, in cœleſtes theſauros pauperum manus deportarunt, ut fecerunt S.Laurentius, Vincentius, Sixtus, & alij.

306. Verſ.46. *Quotidie quoque perſeverantes in templo.* Ad orationem, ac conciones Apoſtolorum: *Frangentes circa domos panem.* Aliqui ut D.Antonin. Baronius, Ganeius exponunt de pane Euchariſtico; alij ut Caiet. Lyran. Carthuſ. exponunt de pane uſuali, de utroque pane Gloſſa, Interlinealis, Hugo, & quod hic non ſit ſermo de ſacra Euchariſtia; inde mihi probatur, quia ſupra n.4. de communione ſacræ Euchariſtiæ fit mentio: deinde non videtur decens, quod cœleſtis panis deferretur per domos ad communionem fidelium. Aptius videtur exponendum de certo genere panis, qui dicebatur *Agape*, & ſumebatur poſt ſacram Euchariſtiam in memoriam ultimæ Cœnæ, ac communionis Chriſti ad ſymbolum, & ſtimulum charitatis: In hanc ſententiam maximè inclinant D.Chryſoſt. Oecumenius, & eam tenent Lorin. Cornelius à Lapide, Menoch. Tirin.

D.Antonin. Ganeius. Baron. Interlin. Hugo. D Chryſoſt. Occum. Lorin. Cornel. Menoch. Tirin.

307. Occum. *Circa domos:* Oecumen. per domum intelligit templum, vel diſtribuebant per ſingulas domos ob creſcentem magnum numerum fidelium *cum exultatione* ob mutuam unionem, ac charitatem, & ſpiritualem conſolationem ex ſumptione talis panis. *Et ſimplicitate cordis*, ſincerè, candide, ac benevole, ſine ullo dolo, ac malitia, vel fraude.

308. Verſ.47. *Collaudantes* Deum pro tot, ac tantis beneficijs acceptis, ut referuntur in hoc capite, quod eos in fide illuminaverit, eoſque ſui corporis participes faceret, in eiſque tantam charitatem, ac unionem infuderit: pro his omnibus gratias agebant, ut ait Apoſtol. ad Epheſ.5.n.19. *Loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis, & Hymnis, & Canticis ſpiritualibus cantantes gratias agentes*, & 1.ad Timoth.4.n.4.

Epheſ.5.

309. Arabic. *Habentes gratiam ad omnem populum.* Arabicus: *Habentes honorem.* In toto populo erant multum grati, amabiles, & honorati propter Sanctos, & inculpabiles mores, ac cœleſtem vivendi modum; omnium enim animos conciliabat *beneficentia eleemoſyna, & morum candor, ac ſimplicitas.* Ait D.Chryſoſt. *Dominus autem augebat*, nempe numerum eorum, ut advertit Lyran. non ſolum in die Pentecoſtes, ſed etiam alijs diebus. Chryſoſtom. legit *addebat* Eccleſiæ, ſeu cœtui Eccleſiæ multos fideles *Quotidie in idipſum.* Hoc eſt in eandem ſocietatem, in eandem fidem, & rationem vivendi.

D Chryſoſt. Epheſ.5.

QUÆSTIO XXXVI.

Quare in primitiva Eccleſia tanta erat obſervantia communis vitæ; de illius excellentia agitur?

COmmunis vita, beatam, atque Angelicam imitatur, nam ſicut Angelica uno alimentatur pabulo, uno lumine gloriæ veſtitur, & ornatur, iiſdemque dotibus viſionis, fruitionis, ac gaudij exultat, ſic & vita communis una unanimi charitate alitur, uno fraterno amore ordinatur, iiſdemque facultatibus illuſtratur, & cum à ſe abjiciat frigidum verbum *meum*, ac *tuum* nulli diſcordiæ, ac contradictionis eſt occaſio, nullum ambitionis, aut cupiditatis fomentum; nulliuſque invidiæ ſtimulus, ſed omnia ſuggerunt mutuæ charitatis incitamenta, meritorum fructus, & conſcientiæ pacem, & tranquillitatem; meritò hic vivendi modus vocatur à Divo Laurentio Juſtiniano citando: *Inchoatio cœleſtis vita*, & à D.Chryſoſt. *vita Angelica* juxta illud Chriſti D. *Si vis perfectus eſſe vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in Cœlo.* A Caſſiano appellatur *perfectionis norma.* 310. *Vita communis cœleſtis, & Angelica.* D.Laur. Juſtin. D Chryſoſt. Math.19 Caſſian.

Religionum inſtitutores hunc vivendi modum vitæ communis ſunt amplexati, cujus Deus jam aliquod initiavit principium in lege veteri, ac poſuit in magno Parente Elia, Eliſæo, ac filijs Prophetarum, qui Conventualiter vivebant. In Carmelo Galgalis, Hierico, quos antequam Elias raptus eſſet in Cœlum, tanquam ſuos Conventus viſitavit 4.Reg.2. n.2. eodemq; pabulo ac cibo utebatur 4.Reg.4.n.39. De quibus multa dixi in Opuſculis opuſc.3. reſol.3. 311. Elias. Eliſæus. 4 Reg 2. 4.Reg.4.

Poſtea ſecuti ſunt Eſſeni, de quorum eximia obedientia, paupertate, caſtitate, oratione, ſilentio, ac clauſura, communi veſte, & cibo latè agunt Authores antiquiſſimi ipſis Eſſenis contemporanei, ut Philo liber *Quod omnis probus ſit liber*, & lib. de vita contemplativa. Joſephus lib.2.de Bello Judaïco cap.7. Prophirus apud Euſebium de præparatione Evangelica lib.9. cap.3. de quo latè egi in opuſculis opuſc.3.reſol.3.q.4. 312. Eſſen. Philo. Ioſeph. Prophir.

Nunc vero adveniens Spiritus Divinus illuminans, ac inflammans corda diſcipulorum, ab ipſis religioſa vita, ac religioſus vivendi modus ad ſublimiorem, ac excellentiorem ſtatum, maximè elevatus, ac in ſua conſummata, ac altiſſima perfectione conſtitutus, atque ordinatus eſt: ab hiſque perfectiſſimæ vitæ religioſæ jacta ſunt fundamenta, ut ſcribunt D.Hieronymus lib.de viris illuſtribus in Marco, D.Baſilius in regula. Fuſiori. regul.19. eundem poſtea maximè ſuſcitaverunt circa annum 300. D. Antonius, D.Baſilius, D.Auguſt. edocti ab Apoſtolis, ac primis Chriſtianis, in quibus omnia erant communia, & juxta etiam illud vulgare Proverbium: *Amicorum omnia ſunt communia*, in quo conſiſtit tota religioſæ vitæ perfectio. Ait Hugo de clauſtro animæ perfecto. 313. D.Hier. D.Baſil. D.Aug. Hugo.

Ait anima ſancta ad ſuum dilectum ſponſum: *Trahe me poſt te, & curremus in odorem unguentorum tuorum*, Cant.1.n.3. Si ipſa ſe ſola poſtulat trahi, cur etiam invitat, & ut ſodales currant, cur non poſtulat & ut trahantur, & ut currant in odorem unguentorum tuorum? Quia ſi ipſa optabat trahi poſt ſponſum, ut de tantis donis cœleſtibus gauderet, non ſolum hoc ſibi vult, ſed etiam ut ſodalibus communicetur dum currunt, & ne aliquid ipſa prius participet, ideo cum ipſa trahitur, poſtulat ut & alij trahantur, ſed ut currant. D.Gregor. Papa ait: *Cur, quæ dixit ſingulariter* trahe, *dicat pluraliter curremus, id inquit eſſe in cauſa, quia in odore charitatis* 314. Cant.1. D.Greg. *Perfecta charitas vult omnia communia.*

Deo, quam currens percipit, etiam præceptum dilectionis proximi advertit, propter communicationem ſcilicet mutuam Sanctorum in bono; Nam etſi illa ſola pro ſe rogat trahi, tamen ex præcepto charitatis, quod omnia communia intendit, illis omnes repleri

1. Petr. 2. deſiderat. Ait Petrus epiſt. 1. cap. 2. num. 8. *Vos eſtis genus electum regale Sacerdotium, gens ſancta, popu-*

Græcus. *lus acquiſitionis*. Græcus regit: *Populus in acquiſitionem*, ad communicandum cum eis, veſtrum genus, regalè Sacerdotium, ac ſanctitatem eis datam.

315. Ait Apoſtolus Paulus 1. ad Theſſal. 3. num. 8. *Nunc*

1. ad Theſſal. 3. *vivimus, ſi vos ſtatis in Domino*. Tam ingenti Charitate fervebat Apoſtolus, ut omnia ſua gratiæ dona à Chriſto ſibi communicata vellet etiam aliis eſſe

Iuſtus tunc vivit, cum habet alios ſecum in donis.

elargita, ut ipſi firmi, & ſtabiles in Deo eſſent, tunc ipſe reputabat cum eis vivere. At verò ſi ipſi à Chriſto deficerent, & mortui eſſent in fide, tunc non vitam, ſed mortem eum apprehendere judicabat. D. Chryſoſt. homil. 1. de S. Romano; ſic ait: *Vide*

D. Chryſoſt. *quantopere ſtudebat, ut res fratrum rectè ſe haberent, qui nec ſe vivere exiſtimabat, ſi illi ſalvi non eſſent. Homo, qui ad tertium Cælum raptus fuerat, atque in paradyſum delatus tantamque fiduciam apud Deum aſſecutus fuerat, illorum bonorum ſenſum, non accipiebat, niſi etiam fratres ſecum ſalvos eſſe vidiſſet*. Paulus in tanto rerum apice ſublimatus, ut ad tertium Cœlum eſſet evectus, ut audiret Dei arcana, nihil tamen ſe habere reputabat; *Niſi etiam fratres ſecum ſalvos vidiſſet*. Vide tom. 2. in Apocalypſ. cap. 12. q. 31. n. 240. 241. 241. & in omnibus meis libris in Syhillario verb. *communicare*.

QVÆSTIO XXXVII.

Quare in iſtis primitiva Eccleſia tanta erat perfectio?

316. VT eſſent perſeverantes in doctrina, ac obedientia Apoſtolorum in oratione, in frequentatione Sacræ Euchariſtiæ, in gratiarum actione, in abnegatione omnium temporalium, & omnia, quæ habebant, à ſe alienabant vendentes, & pretia ad Apoſtolorum pedes deferebant, totiſque viribus in Cœlum deferebantur. *Illa mulier peperit filium maſculum, qui recturus erat omnes gentes, raptus eſt Fi-*

Apoc. 12. *lius eius ad Deum, & ad thronum ejus*. Apocalypſ. 12. num 5. ſicut ſatis ſententia eſt, quod hæc mulier ſignificet Eccleſiam, ſic & filius ejus animam fi-

Cæſari. delem ſeu cœtum fidelem. Ita Andreas Cæſari. Ri-

Richard. chardus, Albertus, quos citavi tom. 2. ad cap. 12.

Albertus Apocalypſ. q. 46. num. 364. Magnum ſane myſterium in hoc declaratur, nam qui verè gignitur, ac naſcitur, ut proprius filius Eccleſiæ, omni nexu, ac conatu tendit in Deum, ac fertur in thronum ejus. Huc advoco id, quod dixit D. Athanaſ. Sinaita lib.

D. Atha. Sinaita. 7. examet. ubi ſic ait: *Exeuntes de aquis volucres ſtupens Iſaias clamabat: qui ſunt hi, qui ut nubes volant, hæ ſunt volucres, quæ rapiuntur in nubibus obviam Domino in aëra*. 1. Theſſal. 4. num. 16. vere fide-

1. Theſſ 4 les, etſi de terrenis aquis hujus ſæculi prodeant, tamen non ibi inhærent, ſed ad ſuperna altâ contem-

Qui vere fideles naſcitur, cæleſtia petit.

platione volant, ut digni inveniantur, qui Domino venienti ad judicium cum poteſtate magna, in nubibus occurrant, ut ab ipſo gloriæ diademate coronentur.

Quam felix, & fœcunda novitas virtutis ad mag-

317. nos progreſſus ſcribit Joan. 10. num. 22. *Facta ſunt*

Ioan. 10. *encœnia in Ieroſolymis, & hyems erat*. Maxime ponderandum, quod encænia, id eſt renovare, ſeu innovare quotidie hyeme fierent, cur non potius veris tempore, in quo omnia innovantur, & ad ejus exordium totus fabricatus eſt mundus; in hyeme vero frigore, gelu, ac ſæviente tempeſtate omnia tabeſcunt, ac opprimuntur; Cur innovationes non in vere, ſed in hyeme Deus in templo ſuo fieri diſpoſuit? Ex his cauſis hoc providit, ut adverſus debaccantes, ac furientes tempeſtates, atque hoſtiles incurſus, & inſurgentes tentationes, homines fortiores, ac validiores exiſterent; tanquam novellæ plantationes in virtute innovantur, ut præſidio novitiæ, ac primævæ virtutis ſævientes ventos valeant repercutere, & immobiles in virtute conſiſtere.

Reſumenda virtutis novitatem fortis ad vincendum.

Theod. Theodor. apud Caten. D. Thomæ ait: *Satagas tu quoque dum hyems imminet, id eſt vita præſens turbinibus iniquitatis concuſſa ſpirituales encænias, tui templi celebrare, ſemper renovando te ipſum, & aſcenſiones in corde tuo diſponens, tunc Ieſus erit præſto tibi*. Ad procelloſas iniquitatum tempeſtates ſuperandas multum prævalet innovatio vitæ, & tunc tibi aderit Jeſus; & ambulabit ibi.

Ingrediens Jeſus ad ſuæ paſſionis conflictus, ad 318.
ſuſtinendas Iudæorum contradictiones, mandat diſcipulis ſuis, ut tendant in Caſtellum: *Et inveniens aſinam alligatam, & pullum cum ea, ſolvite, & adducite mihi*: Matth. 21. num. 2. Diſponebat Dominus ingredi ad ſuos hoſtes, non pedibus, ſed veluti in equo, ad hoc ſufficiebat aſina, ad quid inſuper pullus? qui imo potius poterat eſſe impedimentum in via, ad quid ergo? Ad inſinuandum, quod ad enervandas hoſtium vires multum prodeſt, quod novella virtus reaſſumatur, ut illius fervore armatus Chriſti miles, omnem adverſariorum furorem extinguat, & conſumat. Ad quod tendit noſter D. Cyrill. Alex. lib. 4. in Joan. cap. 36. ſic ait: *Quando autem ad ſalutarem ibat paſſionem, tunc non occulte, ſed pullo invectus aſina in figuram populi novi*. In pullo ſignificabatur novus populus reaſſumendus cum fervore novæ virtutis. D. Chryſoſt. homil. 67. in Matth. ait: Gentium enim obedientia in pullo ſignificatur, & repentina in meliorem vitam mutatio.

Matth 21. *Novella virtus valde fervida;* D. Cyril. Alexand. D. Chryſoſt.

CAPVT III.

1. *PEtrus autem, & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam.*
2. *Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris ſuæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur ſpecioſa, ut peteret eleemoſynam ab introeuntibus in templum.*
3. *Is, cùm vidiſſet Petrum, & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat, ut eleemoſynam acciperet.*
4. *Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit reſpice in nos.*
5. *At ille intendebat in eos, ſperans ſe aliquid accepturum ab eis.*
6. *Petrus autem dixit: argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo hoc tibi do; in nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.*
7. *Et apprehenſa manu ejus dextera, allevavit eum. & protinus conſolidatæ ſunt baſes ejus, & plantæ.*
8. *Et exiliens ſtetit, & ambulabat: & intravit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum.*
9. *Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum.*
10. *Cognoſcebant autem illum, quod ipſe erat, qui ad eleemoſynam ſedebat ad ſpecioſam portam templi, & impleti ſtupore, & extaſi in eo, quod contigerat illi.*
11. *Cum teneret autem Petrum, & Ioannem, cucur-*

rit

vit omnis populus ad eos, ad porticum, quæ appellatur Salomonis, ſtupentes.

12. *Videns autem Petrus, reſpondit ad populum: Viri Iſraëlitæ quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute, aut poteſtate fecerimus hunc ambulare.*

13. *Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob: Deus Patrum noſtrorum, glorificavit filium ſuum Ieſum, quem vos quidem tradidiſtis, & negaſtis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti.*

14. *Vos autem ſanctum, & juſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis.*

15. *Auctorem vero vitæ interfeciſtis, quem Deus ſuſcitavit à mortuis, cujus nos teſtes ſumus.*

16. *Et in fide nominis ejus, hunc quem vos vidiſtis, & noſtis, confirmavit nomen ejus: & Fides, quæ per eum eſt dedit integram ſanitatem iſtam in conſpectu omnium veſtrum.*

17. *Et nunc fratres, ſcio, quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & Principes veſtri.*

18. *Deus autem quæ prophetavit per os omnium prophetarum, pati Chriſtum ſuum ſic implevit.*

19. *Pœnitemini igitur, & convertimini, ut deleantur peccata veſtra.*

20. *Ut cum venerint tempora refrigerij à conſpectu Domini, & miſerit eum, qui prædicatus eſt vobis, Ieſum Chriſtum.*

21. *Quem oportet quidem Cœlum ſuſcipere uſque in tempora reſtitutionis omnium, quæ locutus eſt Deus per os ſanctorum ſuorum à ſæculo prophetarum.*

22. *Moyſes quidem dixit: Quoniam prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter de fratribus veſtris, tanquam me, ipſum audietis juxta omnia, quæcumque locutus fuerit vobis.*

23. *Erit autem: omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe.*

24. *Et omnes prophetæ à Samuel, & deinceps qui locuti ſunt, annuntiaverunt dies iſtos.*

25. *Vos eſtis filij Prophetarum, & teſtamenti, quod diſpoſuit Deus ad Patres noſtros, dicens ad Abraham: Et in ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ.*

26. *Vobis primum Deus ſuſcitans Filium ſuum, miſit eum benedicentem vobis: ut convertat ſe unuſquiſque à nequitia ſua.*

ARGVMENTVM.

CAPUT hoc potiſſimum in duas dividitur partes: In prima deſcribitur præclariſſimum miraculum claudi ex utero matris jam ſanati. Ex ejus occaſione. In ſecunda parte ſermo D. Petri de virtute nominis Jeſu.

Actor. 3. *num.* 1. Petrus autem, & Joannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam.

VERSIONES.

Syrus. Factum eſt autem cum Simon Petrus, & Joannes ſimul aſcenderent tempore præcationis hora nona.

Arias Græcus. In idipſum aſcendebant.

EXPOSITIO I.

1. *Græcus.* Verſ. I. PEtrus autem, & Ioannes: Græcus habet: *In id ipſum*, aſcendebant: Unde multi connectunt hæc cum fine ſuperioris capitis, ut vult Cajetanus, quod hæc eodem die Pentecoſtes contigerint: *In id ipſum*, id eſt ad idem tempus, ut poteſt patrocinari; quia Spiritus Sanctus advenit hora tertia; hæc facta ſunt hora nona: Tamen contra hoc pugnat; quia in illa die Pentecoſtes Petrus poſt longam concionem tria millia hominum baptizavit, & nunc poſt ſanatum claudum, aliam habuit concionem, quæ omnia vix fieri poſſunt eodem die: ergo in diverſo die hæc ſunt facta, ut etiam placet Lorino, id quod habet Græcus: *In id ipſum* idem eſt, ac ſimul, ſeu ut exponit: Hugo ad idem finem, ſeu intentionem.

Caietan. — *Non eadem die Pentecoſtes.* — *Lorin.* — *Hugo.*

2. *Petrus, & Ioannes.* Nam inter hos duos, ut notat D. Chryſoſt. erat magna familiaritas, ut patet ex Evang. Joan. 20. num. 3. & infra in Act. cap. 8. num. 14. *Aſcendebant.* Templum conſtitutum erat in monte Sion, ut à tota urbe eſſet conſpicuum, ad illudque per gradus aſcendebatur, inde aliqui ſuſpicantur, quod dicuntur Pſalmi graduales, quod in gradibus aſcendentibus recitarentur. In templo autem tres erant partes diſtinctæ. Prima *Atrium*, in quo orabant ſæculares, & ad hoc ſe conferebant *Petrus*, & *Ioannes*. Secunda *Sanctum*, quod ſolis Aaronicis Sacerdotibus erat datum; Tertia pars *Sanctum Sanctorum*, ad quod ſemel in anno poterat ingredi ſummus Sacerdos.

Ioan. 20. — *Actor. 8.* — *In templo triplex pars.*

3. *In Templum*, tanquam in proprium orationis locum; quia Deus ibi peculiariter habitabat tanquã in loco ſancto, & oratio unius adjuvabatur precibus aliorum, ac etiam ſanctorum, qui ibi venerantur, ac quorum reliquiæ ibi ſunt: Unde dicitur Pſalm. 21. num. 23 *In medio Eccleſiæ laudabo te*, & n. 26. ſubdit: *Apud te laus mea in Eccleſia magna*, & multis aliis in locis.

In Eccleſia orandum. — *Pſal. 21.*

4. *Ad horam orationis nonam*; quæ reſpondet horæ tertiæ poſt meridiem, de computatione horarum apud Hebræos ſæpe jam dixi: Judæi autem tribus horis in die orabant: *Daniel tribus temporibus in die orabat contra Ieruſalem* cap. 6. num. 10. ſcilicet, mane, hora nona, & veſperi; Deinde ad horam aſcendebant; quia ſacrificium agni bis in die offerebatur; mane, & veſperi Exod. 29. num. 38. & potiſſimum in memoriam Paſſionis Chriſti, qui pro omnium ſalute hora nona expiravit in Cruce, & ad Inferos deſcendit. Ita Clemens Rom. de conſtitut. cap. 24. D. Cyprianus de Orat. Domini. S. Athan. de Virgine. D. Baſil. ſerm. 1. de Inſtit. cap. 3. Rupertus lib. 1. de offic. cap. 5.

Cur hora nona? — Dan. 6. — D. Clem. — D. Cypri. — D. Atha. — D. Baſil. — Ruperc.

QUÆSTIO I.

Quare ante miraculum claudi deſcribitur oratio Petri, & Ioannis?

PEtrus, & Joannes aſcendebant in Templum, 5.
ibant bini tum ob intimam amicitiam, tum quia
D. Jeſus miſit eos binos Luc. 10. num. 1. ex quo de- Luc. 10.
ſumpta

ſumpta eſt conſuetudo, ut Religioſi bini incedant, D Ambr ut docent D. Ambroſ. ad citatum locum Lucæ, D. D. Greg. Gregor. Papa homil. 17. in Evangelia D. Auguſt. in D Aug. reg. unde D. Thom. D.Tho. religioſum ſolum ambulantem, Dæmonem ſolitarium vocabat, ut refertur in Chronicis D. Dominici lib. 3. cap. 37.

6. Quæſtio tamen inquirit: Cur ante hoc miraculum claudi perpetratum à Petro, & Joanne deſcribitur, quod ipſi ibant in templum ad orationem? D Baſil. Ad quod reſpondet primo D. Baſilius Seleucienſ. Seleucie. orat. 21. & ait; *Orationis appendix erat claudi curatio, & captus ad orationem curſus jacenti claudo* *Præparatio ad orationem impetrat.* *inopinatum curſum attulit.* Magno myſterio denotatur, quod Petrus, & Joannes irent ad orationem, ut innuatur magna orationis efficacia, quod non ſolum ipſa oratio, ſed curſus ad illam, valuit claudo impetrare ſanitatem. De juſto ait: Regius vates Pſal. Pſal. 10. 10. num. 17. *Præparationem cordis eorum audivit auris tua*: Non ſolum ipſam juſti orationem audit Deus, ſed etiam ejus præparationem (ut in præſenti curſus ad illam) ac proinde antequam oratio fiat à Juſto, Deus prævenit annuens optatis.

7. Secundo reſpondet idem D. Baſilius Seleucienſ. D Baſil. Seleucie. citato loco, & ait: *Id primum in dictis cognitis, neceſſarium eſt, quod in tantam dignitatis celſitudinem evecti Apoſtoli, orationem minimè neglexerint; Nam* *Oratio communis viaticum dicitur.* *homines cum eſſent, hinc quoque petitio præſidio egebat: Quod ſi Apoſtoli precationis opem non excutiunt, ſed perpetuis rerum uſibus neceſſariam ſupplicationem oſtendunt, quantum nos crimen incurrimus, qui per incuriam tam ſalutare projicimus viaticum.* Apoſtoli in tam ſublimi ſanctitatis faſtigio ad communem orationem, quæ fiebat hora nona, ſe conferunt, & inde ſalutem claudo impetrant; Unde merito Seleucus citatus orationem vocat *ſalutare viaticum*, quo fideles, qui à Cœleſti patria peregrinantur in terris, victitant, ac ſe componunt, ut feliciter, ac ſecure degant, omniaque obtineant, dum ſunt in hac via, & in hac conſideratione Baſilius ante citata verba ait: *Vidimus igitur hodie poſt Salvatorem diſcipulos, miraculorum artem delibantes.* Oratio communis ars miraculorum dicitur; nam ſicut in arte ſunt documenta, ac media ad perfectam ſcientiam comparandam, ſic in oratione, ac per orationem dantur efficaciſſima media ad miracula, multaque mirabilia operanda.

8. Docens nos Dominus orare ait: *Sic orabitis: Pater noſter, qui es in Cœlis, ſanctificetur nomen tuum.* Math. 6. Matth. 6. num. 9. cur cum unuſquiſque pro ſe orat, non docetur ſic orare: *Pater meus*, quod magis affabilius, & attractius videtur? Sed dicendum eſt: *Pater noſter* per quod denotatur communis cum *Cum oratio ſit pro omnibus, inde magis grata Deo.* aliis fraternitas, atque etiam gratia adoptionis ab Spiritu Sancto accepta cum aliis communis; ac proinde cum pro nobis rogamus, dicimus *Pater noſter*, & orationem communem facimus pro nobis, & aliis, & inde magis accepta, & grata ſit Deo. D. D Chryſoſt. Chryſoſt. homil. 20. in Matth. ſic ait: *Qui patrem dicit, & peccatorum remiſſionem, & adoptionem, & hæreditatem, & fraternitatem quæ eſt ad unigenitum, & ſpiritus largitionem, per unam hanc confeſſus eſt nuncupationem.* Cum patrem dicit fraternitatem, hæreditatem cum aliis dicit ſe habere, pro quibus orat, & rogat.

9. Ait Chriſtus D. Matth. 18. num. 19. & 20. *Dico vobis; quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcũque petierint fiet illis à Patre meo, qui in Cœlis eſt; ubi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Non ait in medio eorum ero, ſed ſum, ubi primum duo convenerint ſimul ad orandum; ſtatim in ipſomet inſtanti, ac puncto Chriſtus eſt in medio eorum, ut exaudiat eorum orationem, eorumque precibus annuat. Origen. tract. 6. in Matth. ſic ait ad prædicta verba: *Non dixit, in medio eorum ero, ſed ſum, mox enim, ut aliqui conſenſerint, Chriſtus invenitur in eis*, ex quo ſubdit Origenes maxime notandus: & iſta eſt cauſa, propter quam non exaudivimus orantes; quia non conſentimus nobis per omnia ſuper terram. Vide quæ dixi ſupra de hac re cap. 1. q. 28. n. 190. & 191.

Actor. 3. *num.* 2. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris ſuæ bajulabatur, quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur ſpecioſa, ut peteret eleemoſynam ab introeuntibus in templum.

N. 3. Is cum vidiſſet Petrum, & Joannem incipientes introire in templum, rogabat, ut eleemoſynam acciperet.

VERSIONES.

Syriacus num. 2. Et ecce claudum virum unum bajularunt homines illi, qui ſoliti erant eum afferre.

Æthiopic. Qui claudus pedibus erat.

Arabicus num. 3. Intendentes ingreſſum in Templum.

Pagninus Ingreſſuros. *Arias* futuros introire.

Græcus. Rogabat eleemoſynam.

EXPOSITIO II.

Verſ. 2. *Quidam vir.* Non exprimit illius nomen, utpote quod erat homo vilis, & infimæ notæ, & habens ætatis 10. amplius quadraginta annorum, ut dicitur cap. 4. n. Actor 4. 22. *Claudus ex utero matris ſuæ.* Ex quo illuſtrius commendatur miraculum, ut notat Lyranus, quam ſi fuiſſet claudus ex aliquo accidenti. *Bajulabatur.* Ita erat contractus, ut non poſſet per ſe ipſum incedere. *Quem ponebant ad portam templi*, conſuetudo Actor. 4. erat apud Iudæos conſtituere pauperes ad portas templi ad mendicandum, ut fit hodie apud multas nationes: *Quæ dicitur ſpecioſa.* Hæc erat principalia porta, & ſic dicta ob ſuam pulchritudinem, ac elegantiam.

Verſ. 3. *Is cum vidiſſet Petrum, & Ioannem incipientes introire*, Pagninus *Ingreſſuros.* Arias *futuros introire*: Cum ergo hos vidiſſet, non petebat, 11. Pagnin. Arias. *ſed rogabat*, quod indicat cum magna inſtantia eleemoſynam accipere. D. Chryſoſt. ait: *Illos ingredientes, & miracula*, facientes talia pios ex ipſo habitu judicavit. Pauperes ex his, quæ patiuntur commiſerationem habent in alios pauperes, non ſic divites in multa abundantia. Neque dolent ſuper contritionem Ioſeph. Amos. 6. n. 6. Amos 6.

QUÆSTIO II.

Expenditur hujus hominis ſumma calamitas, ac miſeria.

CLaudus *ex utero matris ſuæ*, quod expendens 12. D. Baſilius Seleucus orat. 21. ait: *Sic in natura* D Baſil. Seleucus *officina provenerat. Vitium nativitatem non expectavit, ſed nexum anticipavit noxa.* Sic calamitatis miſeria ante lucana fuit, ac evigilavit in homine, ut antequam videret lucis radios, ægritudinis miſeria ipſum opprimeret, antequam partu editus eſſet, jam adverſa

Mala maxime invigilans contra hominem. Luc. 8.

adverſa nequitia eum tenebat; Vitium nativitatem non expectavit, ſed celerato pede, ut pedes impediret, *nixum anticipavit noxa.* Bonus ſeminator; dum ſeminat: *Aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres Cæli comederunt illud.* Luc. 8. num. 5. Antequam granum Cœleſtis doctrinæ naſceretur, & pullularet in ariſtas, conculcatum eſt à malis moribus, ac ſuggeſtu Dæmonis D. Bonaventura ibi ait: Unde hic non eſt locus fructificationis, quia non eſt in eo retentio ſeminis, & ideo adjungit conculcatum eſt à pedibus hominum, & volucres Cœli comederunt illud, in quo intelligitur Dæmonum mors.

D. Bona.

13\. D. Baſil. Seleu.

Secundo idem D. Baſilius Seleuc. citatus ait: *Cum natura paupertate pecuniarum inopia conjuncta erat, & miſeri calamitates ita partita; natura enim male pedatum genuit, inopia vero rogatorem fecit.* Duplex calamitatis egeſtas miſerum hominem opprimebat, una, qua natura male pedatum generat ſine pedibus, altera, qua eum facultatibus denudatum conſtituerat, una greſſu privaverat, altera rogatorem, ac petitorem fecerat, ac ſi æqualis eſſet ei calamitas, quod pedibus eſſet privatus, ac quod facultatibus neceſſario eſt privatus, ut inde cogeretur petere, ac rogare: *Erat quidem mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam divitis, ulceribus plenus, cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa divitis, & nemo illi dabat.* Luc. 16. num. 20. & 21. Jacebat ulceribus plenus, ut non poſſet ſe movere, deinde fame premebatur, ut cogeretur petere, cum nemo illi daret. D. Gregor. homil. 40. in Evangel. ait: *Quantas, hunc egenum vulneribus obſeſſum, tentationes creditis in ſua cogitatione toleraſſe, cum ipſe egeret pane, non haberet etiam ſanitatem:* Semper labores catenatim veniunt.

Luc. 16. *Labores catenatim veniunt.* D. Greg.

14\. D. Baſil. Seleuc.

Tertio eſt D. Baſil. Seleuc. citatus, ait: *Manus alienas de more mutuabatur claudus, biſque ut pedibus incedens ægritudine præpeditus, uno circumſcribebatur loco, velut ſaxum aliquod in veſtibulo projectum.* Quem ponebant quotidie ad portam templi, ut examinalem aliquam naturam, *claudum ibi collocabant, ut oneroſum quid in porta jactabant.* Non dicitur ducebatur, ſed tanquam graviſſimum onus, non manibus, & humeris, & tanquam examinalis aliqua natura, ac ponderoſum aliquod ſaxum, non ponebant, ſed projiciebant in portam *claudum ibi collocabant ut oneroſum quid in porta jactabant.* Ex unde iſte homo rationalis tanquam examinalis natura, ac ſaxum valde graviſſimum reputatur: Erat pauper mendicus, ac omnibus deſtitutus, ipſaque nuditas illum valde moleſtum, atque omnibus multum ponderoſum effecerat, ſicut purpura valde gratum, ac levem divitem ſublevat.

Pauper valde moleſtus, & gravis.

15\. Cum Propheta Habacuc iter faceret in Judæam portans panes, pulmenta in alveo meſſoribus ſuis, apparet illi Angelus præcipiens, ut illa deferat in Babylonem ad Danielem in lacum Leonum; ille ſe excuſat: *Lacum neſcio, Babylonem non vidi: Tunc apprehendit eum Angelus Domini in vertice ejus, & portavit eum capillo capitis ſui.* Daniel. 14. num. 32. ſecus factum legimus cum Lazaro, qui cum mortuus eſſet: *Portatur ab Angelis in ſinum Abrahæ.* Luc. 16. num. 22. Unde tanta differentia, Propheta homo annoſus portans panes, & carnes in Cabacho ab uno Angelo in uno crine aſportatur, Lazarus à multis Angelis defertur: Propheta, ut notant D. Dorotheus, & Epiphanius in ejus vita, dives erat, habebat prædia, ac ſegetes, & meſſores; Lazarus vero pauperrimus, omnibuſque denudatus; bonorum plenitudo ſublevabat prophetam, omnium eſuries multum gravabat Lazarum, ut neceſſe fuerit à multis bajulari D. Chryſoſt. homil. de divite ait: *Non ſuffecerat ad portandum pauperem unus Angelus, ſed plures veniunt;* Cum eſſet pauper non unus Angelus, ſed multi veniunt.

Danie. 14. Luc. 16. *Pauper ponderoſus, dives levis, ac ſuavis.* D. Doro. D. Epip. D. Chryſoſt.

QVÆSTIO III.

Quare ante orationem Petrus, & Ioannes dant ſalutem claudo?

Ad horam orationis nonam Petrus, & Ioannes cum aſcenderent in templum oranti claudo dant ſanitatem; cur in his immorantur, & non potius exhibent ſuam orationem, ipſaque abſoluta, tunc preces exaudiunt pauperis. 16.

Difficultas.

Reſpondet D. Chryſoſt. homil. ſuper illud ſapientiæ: *Ius deprecari, ſed preces claudi, non poterant ſperni, præveniuntur precibus preces, rogantem claudum, rogaturi ante audiunt, quam precentur, ô glorioſum meritum Apoſtolorum: qui ante in templo ſperantur, quam ipſi Dominum deprecentur: ante virtus oſtenditur, quam oratio ad Dominum præmittatur.* Apoſtoli antequam ſuas effundant preces ad Deum, pauperculi rogatum prius exaudiunt, & inde orationis vigor non retardatur, ſed potius multum excreſcit; nam ex bono opere præmiſſo valentior, ac fortior fit oratio: *Ante virtus oſtenditur, quam oratio ad Dominum præmittatur*, & data ſanitate inde Apoſtoli ad orationem accedunt. 17.

D. Chryſoſt. *Oratio ex præmiſſo bono opere efficacior.*

Eccleſiaſticus 18. num. 23. ait: *ante orationem præpara animam, & noli eſſe quaſi homo, qui tentat Deum:* ante orationem anima præparanda, ac diſponenda eſt multis operibus, alias infructifera eſt oratio D. Nicænus lib. de orat. 2. ait: *Docet nos igitur Dei ſervus, ne prius aliquid petamus à Deo, quàm aliquod ei munus acceptum, & gratum obtulerimus; vovere enim prius oportet, deinde orare, proinde ac ſi quis dicat, ſementem prius fieri, quam fructus percipi oportere: ergo vota ſemina prius dejicere, atque ita ex dejectis ſeminibus, adultas jam, atque maturas fruges percipere oportet per orationem.* Satis eleganter in ruſticam agriculturam totam orationis rem depingit, in qua ante meſſem multo labore terra præparatur, ut ſic jam compoſitæ ſemina mandentur, & inde fructus percipiantur, orationiſque fructus colligantur, ante illam aliarum virtutum ſemina præmittantur. 18.

Eccleſ. D. Nicæ. *Ante orationẽ ſemina aliarum virtutũ.*

Rogantibus Judæis pro eis orat Jeremias 42. num. 7. *Cumque completi eſſent decem dies, factum eſt Verbum Domini ad Ieremiam.* At vero de Danielis cap. 10. num. 12. oratione dicitur: *Exaudita ſunt verba tua:* Oratio magni Prophetæ Jeremiæ non exauditur niſi poſt decem dies completos: at verò Danielis, ſtatim in primo die exauditur: Cur Jeremiæ tam moroſæ poſt decem dies? De Jeremia tantum ſcribitur oraſſe ad Deum; at vero Danielis oratio concomitata fuerat virtutum operibus afflictionis, ac mortificationis: *Ut te affligeres in conſpectu Dei,* & de tanto virtutum apparatu conſequens erat, ut ejus oratio eſſet efficacior, ac velocior ad Deum, dicitur de Daniele 9. num. 3. *Et poſui faciem meam ad Dominum Deum rogare, & deprecari in jejuniis, ſacco, & cinere.* Ad quæ verba ſic ait eleganter Theodoretus. *Hæc edoctus Beatus Daniel jejunio, & ſacco, & cinere, quaſi alis inſtructas preces Deo offerebat.* Perpende illa verba *quaſi alis inſtructas preces;* ac ſi jejunium, & ſaccus inſerviant orationi tanquam alæ, ut velociſſime ferantur ad Dei Thronum. 19.

Iere. 42. Dani. 10. Daniel. 9. *Bona opera orationi tãquã alæ.* Theod.

QUÆSTIO IV.

Quare primum miraculum, quod de D. Petro ſcribitur, ſanitas eſt hujus claudi?

20. DIvus Petrus forſitan multa alia miracula edidit antecedenter, tamen multo myſterio plenum eſt; cui primum ejus miraculum, & valde celeberrimum eſt ſanitas hujus claudi, ad quod.

21. *D Ambr.* Eleganter reſpondet D. Ambroſius ſerm.69.& ſic ait: *Si ergo Petrus petra eſt, ſupra quam ædificatur Eccleſia, recte prius pedes ſanat, ut ſicut in Eccleſia fidei fundamentum continet, ita in homine membrorum fundamentum confirmet.* In planta pedis hominis incæpit Petrus ſuam miraculoſam poteſtatem oſtentare, erat ipſe fundamentum totius Eccleſiæ, ut in mirabile, ac Divinum ædificium exurgeret, voluit etiam in hominis fundamento ſe exercere: In Eccleſia fidei fundamentum continet, ita in homine membrorum fundamentum confirmat.

Petrus Eccleſia fundamentum ab hominis fundamento incipit.

22. Cum primùm veniſſet Petrus ad Jeſum, qui intuens eum ait illi: *Tu es Simon filius Iona, vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus* 1.Ioan.1.num. 41. Si ex eo dicitur Petrus, quia futurus erat Eccleſiæ fundamentum, quod hoc nomen deducitur à petra: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram.* Matth. 16. ſi ita dicitur ob ſtabilitatem, & firmitatem, cur non dicitur columna ferrea, murus æreus, ut factum eſt ad Jeremiam 1. num. 18. quæ fortiora, & validiora ſunt, ſed tantum ei imponitur nomen deductum à petra. Chriſtus Dominus nuncupatur 1. Corinth. 10. num. 4. *Petra autem erat Chriſtus.* Volens ipſe Dominus expolite, ac præparare Petrum, ut eſſet Eccleſiæ fundamentum, à ſuo proprio nomine eum vocat Petrum, ut tanquam à fundamento exurgat ædificium proportionatum Domini ſuo. D. Paſchaſ. lib.6. in Matth. ſic ait: *Non ex aliunde nomen Petro datur, niſi à petra, qua dicitur Chriſtus Ieſus, ut ab ipſo ſuo principio diſcat Chriſto adhærere, eumque ſemper imitari.* Cum ergo Chriſtus ſit Eccleſiæ fundamentum, ut ait Apoſt. & ab ipſo Petrus conſtituitur fundamentum illius, inde ab ejus nomine nuncupatur.

Ioan.1. Math.16 Ierem.1. 1.Cor.10

Petrus Eccleſia fundamentum ab hominis fundamente incipit.

QUÆSTIO V.

Quare tam celeriter huic claudo datur ſanitas perfecta?

23. AD portam ſpecioſam ſedebat claudus eleemoſynam poſtulans, cui Petrus dat ſanitatem valde conſummatam, ac perfectam ut ſtatim dicitur: *Apprehenſa manu ejus dextera allevavit eum, & protinus conſolidata ſunt baſes ejus, & planta, & exiliens ſtetit, & ambulabat.* Non ſolum firmus, ac validus ad greſſum, ſed etiam expeditus ad ſaltus: Unde tanta celeritas in ſanitare iſtius, cum ſæpe videamus, quod Chriſtus Dominus in ſuis miraculis perpetrandis aliquam moram interpoſuit, Cæcum à nativitate miſit in natatoriam Siloe Ioan.9.n. 7. Leproſum ad Sacerdotes Luc. 17. Cæco in Bethſaida bis imponit manus Marc. 8. num 23. & huic homini etiam ante ejus preces datur perfecta, & omnimoda ſalus?

Difficultas quaſtionis. *Ioan.9. Luc.17. Marc.8.*

24. *Rhicard.* Præclare reſpondet Rhicard. de S. Laurentio lib. 10. de laudibus Mariæ titulo. *In hoc templo.* Sic ait de Virgine Maria. *Ipſa deſignatur per portam templi, qua dicitur ſpecioſa* Act. 3. *ad quam debemus ſedere, & mendicare exemplo illius claudi, quem ſanavit ibi Divus Petrus, dicens ei. In nomine Ieſu Chriſti Nazaræi, ſurge, & ambula.* Cum illa porta ſpecioſa præfiguraret Sanctiſſimam Virginem, ibi ſalus facilior, ac promptior; at ubi umbra hujus Virginis deeſt ſemper aliquando ſalus tardior, ut ex hoc diſcamus, quantum ex præſentia Mariæ omne malum propulſatur, & omne bonum velociſſime protegens, & defendens currit.

Velociſſima ſalus per Mariam.

Dicitur Pſalm.77. num 23. *Ianua Cœli aperuit, & pluit illis ad manducandum, & panem Cœli dedit eis; panem Angelorum manducavit homo, Cibaria miſit eis in abundantia.* Et unde tanta ſaturitas, ac affluentia panis, aliarumque rerum, à Regina Cœli Virgine Maria, quæ ibi præfigurabatur, ita ait Rupertus lib.1. de gloria, & honore filij hominis, *quando factum eſt, quod dixit Angelus Maria, concipies, & paries filium, & vocabis nomen ejus Ieſum, tunc januas Cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum, panem Cœli, & panem Angelorum manducavit homo.* Ecce ubi Virgo Maria Dei Mater facta eſt, Cœleſtibus nos ſaturavit panibus. Tamen nunc in quæſtionem voco, quod quando Cœleſtis panis miniſtratur per manus Virginis Mariæ dicitur pluere: *Pluit illis ad manducandum*; at quando ſcribitur à Deo datum, dicitur deſcendere; *Cumque deſcenderet nocte ſuper caſtra ros, deſcendebat pariter, & manna.* Num 15. num. 9. In deſcenſu moras trahit, pluvia vero rapidiſſimo impetu fertur; inde quæ veniunt per manus Mariæ pluviæ comparantur, quia aliquando velocius, quam quæcumque alia veniunt. D. Anſelm. lib. de excellentia Beatiſſimæ Virginis Mariæ cap. 6. in fine ſic ait; *Velociorque nonnunquam ſalus memorato nomine Maria, quam invocato nomine Domini Ieſu unici filij ſui.* 25.

Pſal.77. Rupert. Salus aliquando velocior nomine Maria, quà alio nomine. Num.15. D.Anſel.

De ſuo Dilecto Sponſo clamat Anima Sancta: *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles.* Cant. 2. num. 8. tamen David adhuc clamat, & rogat. Surge Domine in requiem tuam tu, & Arca ſanctificationis tuæ Pſalm.131. num. 8. Si ipſe venit tam celeriter, ac feſtinanter: *Saliens in montibus tranſiliens colles.* cur David poſtulat, ut exurgat ipſe, & Arca ſanctificationis, ac ſi quieſceret, & non veniret: exorat tamen, ut veniat ipſe cum Arca ſanctificationis ſuæ, quæ eſt Sanctiſſima Virgo Maria, D. Heſychius Hieroſolymit. homil. 2. de Deipara ait: *Surge in requiem tuam, tu, & Arca ſanctificationis tua, qua eſt haud dubiè Virgo Deipara; ſi enim tu es gemma, merito illa eſt Arca,* etſi Divinum Verbum velociter veniret in ſalutem generis humani: *Saliens in montibus, tranſiliens colles,* tamen exurgens cum Arca ſanctificationis ſuæ Deipara velociſſimus eſt curſus, ut multo antea, ut omnia ſua Cœleſtia dona per manus Sacratiſſimæ Mariæ diſpenſentur, ac diffundantur; nam, ut ait: D. Bernard. ſæpe citatus: *Omnia nos voluit habere per manus Maria:* & inde Divina Providentia factum eſt, ut cum meus Jeſus penderet in Cruce, *Ipſa ſtabat juxta Crucem* Ioan. 19.num.25. Carthuſianus de laudibus *Maria* lib. 2. ait; *Ut per ipſam, hoc eſt, per preces ejus, ac merita, virtus, ac meritum Paſſionis Chriſti communicetur hominibus.* 26.

Pſal.132. Heſych. Per Virginē omnia Cœleſtia dona velociter communicantur. D. Bern. Ioan.19. Carthuſ.

Act.3.n.4. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne dixit: Reſpice in nos.

N.5. At ille intendebat in eos ſperans ſe aliquid accepturum ab eis.

VERSIONES.

Syriacus n.4. Et reſpexerunt in eum Petrus, & Joannes, &c. nos tuere.

Arabicus,

Arabicus. Dixerunt ambo: reſpice in nos.
Æthyopicus. Converſi ſunt Petrus, & Joannes.
Græcus. Fixis oculis.
Syriacus n. 5. Cum ſperans eſſet, ut aliquid acciperet.
Æthyopicus. Quod darent ei ſecundum deſiderium ſuum.

EXPOSITIO III.

27. Verſ. 4. INtuens autem in eum Petrus cum Joanne. Hi duo Apoſtoli intuiti ſunt eos, ut
Syriac. exprimunt Syriacus, Atabicus, Æthyopicos, & fixis,
Arabic. ac immobilibus oculis, ut legit Græcus, & videre, ac
Æthyop. aſpicere ſemper in bonam partem ſumitur, ut dicam
Græcus. quæſtione ſequenti in limine. *Dixit*, ſcilicet Petrus, ut
D.Chryſoſt. notat D. Chryſoſt. utpote ſenior ætate, ac gravior dignitate ſemper bis major, ac primus eſt dicendi locus
Interlin. Hugo. *Reſpice in nos*, Interlinealis, Hugo *reſpice in nos*, ut in
pauperes, à quibus nihil eſt ſperandum, merito im-
Lyranus. probat Lyranus, quia ſi Petrus ita reſpondiſſet, nullam haberet claudus ſpem recipiendi aliquid ab eis,
cum contrarium conſter ex verſu ſeqnenti.

28. Et ideo melius dicendum eſt cum Iſidoro Claro,
Iſidorus, Lyrano, Lorino, quod D. Petrus dixit: *Reſpice in nos*,
Lorinus. Lyranus. ut claudum attentiorem faceret ad magnitudinem
miraculi, & ut cognoſceret, quod miraculum operabatur non virrute ipſorum Apoſtolorum, ſed ſanctiſſimi nominis Jeſu, nt ita glotia miraculi, ut aic
Carthuſ. Carthuſianus, non tribueretur Apoſtolis, ſed ſan-
Pſalm. ctiſſimo nomini Jeſn: *Non nobis Domine, ſed nomini tuo da gloriam.*

29. Verſ. 5. *At ille iatendebat in eos.* Syriacus *intuitus*
Syriac. *eſt eos*, & tatio ſubditur: *Sperans ſe aliquid accepturum ab eis*; nam ex illo verbo Petri claudus concepit ſpem aliquid recipiendi; ſed Petrus, nt Chriſti diſcipulus plus dat, quam claudus conceperat, ac cogitaverat, ſanitatem nempe.

QUÆSTIO VI.

Quare cum ſolus Petrus loquitur, non ait claudo, reſpice in me, ſed reſpice in nos?

30. NOtandum in limine quæſtionis, quod hoc verbum *reſpecere, videre, & aſpicere*, frequenter in
Pſal. 83. ſcriptura ſumitur in bonam partem Pſalm. 83. n. 20.
Pſal. 79. *Protector noſter reſpice Deus.* Pſalm. 79. n. 15. *Reſpice de*
Pſal. 21. *Cælo, & vide, & viſita vineam iſtam* Pſalm. 21. n. 1.
Deus, Deus meus reſpice in me. Sic reſpexit Deus
Geneſ. 4. Abel. Geneſ. 4. n. 4. ſic Matth. in telonio Matth. 9. n. 9.
Matth. 9. Matth. 4. ſic Petrum, Andream, Joann. & Jacob. Matth. 4. n. 18.

31. Quæſtio tamen inquirit: Quare cum D. Petrus ſolus loquatur cum claudo, cur ait *reſpice in nos*, nempe in
Difficultas quæſtionis. ipſum, & Joannem: Si Petrus diſponebat dare ſalutem claudo, cur ſua voce, vel manu apprehenſa totum hoc non præſtat, cum ſola ejus umbra multi incolumes facti fuerint, cur tanquam quid prævium miraculo præcipit: *Reſpice in nos*? ad quid intuitus oculorum antecedens ad miraculum? literalem rationem jam dedi in expoſitione, moralem quæro.

32. Primo D. Baſilius Seleucus orat. 21. ſic ait: *Petrus in-*
D.Baſil. Seleucus *quit Reſpice in nos obolorum captator deſidioſam claudum jubet nonnihil lucelli curam remittere. Ne inquit obolos modo quæſieris: gratia mendicus eſto, non pecunia.* Petrus cæleſtium donorum diſpenſator, ut cæleſtem ſanitatis gratiam hnic claudo concedat, accepturo imperavit in ſe, ac Joannem (quarum præſentia quid divinum odore exhalabat) attentius oculos de-
Lucrum pecuniæ impedimentum figere, & ita nonnihil lucelli *curam remittat*, ut cæleſtem ſanitatis gratiam valeat recipere. Cupiditas radix eſt omnium malorum, obſtaculum ad divina

munera recipienda, cumque illam teneret claudus *cæleſtis*
petens pecuniam, ut cæleſtis beneficii fieret capax, *gratia.*
jubet Petrus *nonnihil lucelli curam remittere.* Dixit
Deus ad Abraham Geneſ. 12. n. 1. *Egredere de terra* Gen. 12.
tua, & cognatione tua, faciam te in gentem magnam, id
eſt: Egredere de terra tua, ut ingrediaris in magnalibus Dei, & ſic legit Pagnin. *Vade tibi à terra tua.* Pagnin.
Quæ phraſis, ut notat Caiet. ſignificat præceptum Caiet.
in utilitate Abrahæ.

Secundo idem D. Seleucus ad citata verba: *Reſpice in*
nos obolorum captator deſidioſum claudum jubet non- 33. Baſilius
nihil lucelli curam remittere, & poſt pauca ſubdit: *Ne* Seleucus.
pecuniam quæſieris, quam dare non habeo: roga malis exolui, cujus res gratia mecum communicata eſt. Mag-
nalia divinæ gratiæ, quæ in die Pentecoſtes facta ſunt *Homines*
in Petro, ac cæteris Apoſtolis, & multa prodigia, & *magis*
ſigna, quæ faciebant, ut dicitur ſupra Act. 2. n. 43. Unde *ſtudioſi*
ipſi Apoſtoli habeant magnam gratiam, ac laudem *ſunt de*
apud omnem populum citato cap. 2. n. 46. quæ omnia *denario*
totam civitatem Hieroſolymam impleverant, quæ ſi- *quam de*
ne dubio ad aures claudi pervenerunt, cum ipſe ſede- *propria*
ret in foribus templi mendicans; *ne pecuniam quæſie-* *ſalute.*
ris, quã dare nõ habeo; roga malis exolui, cujus rei gratia mecũ communicata eſt. Sic cæca auri cupiditas humana corda tenet, ut magis anxiata curis defatigentur in pecuniis acquirendis, quam in ſalute corporis, & animæ comparanda. Deſidioſus claudus, non de ſalute curat, ſed de pecunia acceptanda; hanc omnibus aliis præferens miſer Iudas agnnſcens ſuum grande, & execrabile nefas: *Projectis argenteis in templo re-*
ceſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit. Matth. 27. n. 5. mi- Math. 27
ſer ſui oblitus ſe ipſum perdidit laqueo ſtrangulatus, de pecunia curat ponens eam in templo tanquam in
loco ſacro, & tuto. Drogo Hoſtienſis de Sacramento Drogo
Paſſionis ſic ait: *Ecce infelix qualiter excæcatus eſt,* Hoſtien.
maluit ſe ipſam perdere, quam denarios perire: denarios in templo, ſe ipſam laqueo addixit.

Tertio idem D. Baſilius Seleucus citata orat. 21. ſic 34.
ait: *Reſpice in nos recte communis; ſiquidem cum* D Baſil.
utroque miraculi effectio, ex utroque curationis pro- Seleucus
fecta eſt gratia, etſi enim ſolus loquitur Petrus, tamen adjutor eſt Apoſtolus. Reſpice in nos. Nota utriuſque Apoſtoli comitatem: Joannes primas cedit Petro, ut ſeniori, ac Apoſtolorum Principi, ut dicat claudo, *& ſurge, & ambula in nomine Ieſu Nazareni*, & Petrus ſingulari urbanitate Joannem manifeſtat cooperatorem miraculi dicens *Reſpice in nos.* Oſtendens
miraculi gratiam ab utroque manare, & ita alter erga *Mirifica*
alterum decertat comitatem, ſicque duo hi Apoſtoli *urbanitas*
cæleſti urbanitate, ac divina policia ſe invicem ho- *Apoſtolica.*
norant, ac reverentur. Sic ait D. Paulus Roman. 12. n. Rom. 12.
10. *Honore invicem prævenientes* juxta præceptum charitatis, de quo Apoſtolus immediate antea egerat, ut unuſquiſque alteri viciſſim præveniat honorando, tanquam concedentes in honore impendendo, D. An- D. Anſel.
ſelm. ibi. *Unuſquiſque feſtinet alium magis honorare, quam honorari ab illo, & maiorẽ ei reverentiam exhibere, ſibique illam præferre, & ille ſimiliter huic faciat.*

Quarto idem Divus Baſilius ad citata verba ſic 35.
ait: *Recte communis; ſiquidem cum utroque mira-* D Baſil.
culi effectio, ex utroque curationis profecta eſt gra- Seleucus
tia. Ad quid ait Petrus claodo *Reſpice in nos.* Ipſe ſolus ſufficiens erat ad miraculum perpetrandum, multa majora ipſe per ſe ſolũ edidit; nec enim ad hoc nullius ope indigebat, cur non oſtendit ſuã poteſtatem hic, & ait reſpice in me, ſiquidẽ ipſe ſolus dedit claudo manum, eique dixit: *Surge, & ambula.* Tamen Pe- *Petrus*
trus bonus Chriſti diſcipulus, & ejus lacte enutritus, *non vult*
non vult ſolũ eſſe in laudibus, ſed in eis coapoſtolum *ſolus eſſe*
ejus Joannem ſecum habet ſocium, ut gratiæ, & *in laudi-*
excellentiæ utriſque referantur, indeque ait: *Reſpi-* *bus.*
ce in nos, ut notat D. Chryſoſt. homil. 8. in acta

Apoſtolorum, ſic ait: *Vide æquitatem quomodo oſtendit Petrus ſtatim, & dixit vide nos.* Pondera æqui-
36. tatem, quam declarat Petrus cum aliis.

Cant. 4. Laudat Divinus Sponſus in ſua Eccleſia unum oculum: *Vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum.* Cantic. 4. numer. 9. tamen in ea celebrat duo ubera cum duobus gemellis: *Duo ubera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis.* Ecce in Eccleſia commendatur unus oculus, per quem magna Doctorum pars intelligit lumen fidei, quod unum tantum eſt in Eccleſia; at in ea duo ubera decantant à quibus pendent, non diverſi, ſed duo hinnuli gemelli; quia verus filius Eccleſiæ Dei, ſic de ejus uberibus, ac bonis impletus, ut ſecum patiatur, ac velit, ut alius etiam de ejus donis impinguetur, tanquam gemellus frater, & dicunt ſicut hinnuli capreæ, quia, ut notat Griſlerius, dum hinnuli ſugunt matris lac, unus non pugnat cum alio, ſed potius congaudet: ſic Eccleſiæ filij, dum illius bonorum ſiunt participes, alios conſortes eſſe tanquam gemelli fratres. Gilbertus Abbas ſerm. 27. in Cantic. ſic inquit: *Ideo dicuntur gemelli, quia fides nullis gradibus ſeparat, quos æquo regenerat; Alioquin qui neſciunt eſſe gemelli, effecti ſunt nulli, & in convivio locum occupantes primum, jam nec habent noviſſimum.* Vide cap. 1. quæſtion. 34. num. 243. 244. & 245.

Iuſtus vult alios habere ſocios in dignitate.

Griſler.

Gilbert.

QUÆSTIO VII.

Quare in hoc claudo depingunt ſancti Patres malos Eccleſiæ miniſtros.

37. IN hoc claudo conſiderat D. Chriſoſtomus in præ-
D. Chryſoſt. ſenti mores Sacerdotum Synagogæ, & ſic ait: *Tales quidem erant, & Iudæi claudicantes, & opus erat illis petere ſanitatem, ipſi magis opes petebant, humi jacentes, qui & propter hoc templo aſſidebant, ut ditarentur.* Illi in templo aſtabant, templo ſerviebant, non ob ſalutem animæ, ſed propter temporalia lucra, & vere tanquam hic miſer claudicantes, humi jacentes, & à recta ſalutis via deficientes.

Ex temporalium affectu damnantur Sacerdotes Synagogæ.

38. Proh dolor! tales ſunt hodie multi Chriſtiani miniſtri, qui in templo verſantur, & ſerviunt, non ut Deo ſerviant, ſed ut ſuæ cupiditati, ac avaritiæ inſerviant; non de ſalute animæ cogitant, ſed de terrenis poſſeſſionibus comparandis, vere à cœleſti via claudicant toto animo in terrenis demerſi. Hos maximè arguit Iſaias juxta ſeptuaginta capite primo numero 22. *Caupones tui miſcent aquam vino.* Quæ verba expendens Divus Ambroſius ſerm. 78. ait: De illis Cauponibus loquitur, *qui proſunt Eccleſiis, non tabernis. Iſtos ergo Caupones Propheta arguit, & objurgat, & queritur eos vino aqua ſpeciem permiſcere. Hoc increpat in eis, cum functionum Divinarum eſſent Præſides, ſectatores facti ſunt humanarum.* Qui nempe Vinum Divinæ Charitatis permiſcent cum aqua temporalium rerum.

Reprobantur Sacerdotes, qui non de ſpiritu, ſed de lucro agunt.

Iſai. cap. 1

D. Ambr.

39. Valde enim alienum eſt à Dei miniſtris, ut terre-
2. Cor. 9. na ſapiant, & quærant, ait Paulus 1. Corynth. 9. num. 13. *Neſcitis, quoniam qui in Sacrario operantur, quæ de Sacris ſunt edunt, & qui altari deſerviunt, cum altari participant.* Ecce Dei miniſtri de Sacrario, ac altari dicuntur participare ad corporalem ſuſtentationem: At cur Doctor gentium tanquam magnus Magiſter clarius non dixit, quod debens alimentari de rebus oblatis in ſacrificiis à fidelibus, ſed tantum de Sacrario, ac altari mentionem facit, ne offendere Dei miniſtros videretur, ſupponens quod in eorum cogitatu aliquid temporale eſſet, præter id, quod erat Divinum, ac Sacrum, & quod in ipſis oblationibus prius intendebant id, quod erat in Dei obſequium, quam id, quod erat ad eorum obſequium temporale? Eleganter Theophylactus ait: *Non dixit autem ex offerentibus edunt, ſed ex Sacro, ne accipientes pudefiant, ut qui ab hominibus alentur.* Theoph.

Alienum ab Eccleſiæ miniſtris pecuniam intendere.

Actor. 3. n. 6. Petrus autem dixit: argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Jeſu Chriſti Nazaræni ſurge, & ambula.

VERSIONES.

Arabicus. Sane, argentum & aurum, non inveniuntur apud me, ſed quod mihi eſt, quodque poſſideo.

Æthyopicus. Quod habemus dabimus tibi.

Syriacus. In nomine Domini noſtri ſurge, & ambula.

EXPOSITIO IV.

Verſ. 6. PEtrus autē dixit, argentum, & aurū non 40.
eſt mihi, ut notat Gloſſa, ut bonus diſ- Gloſſa.
cipulus, ſervans ſui Domini mandatum: *Nolite portare aurum, & argentum.* Matth. 10. n. 9. quod autem habeo ex poteſtate, ac facultate à Domino Jeſu Chriſto, Marc. 16. *In nomine Ieſu Chriſti, in virtute huius ſanctiſſimi nominis ſurge, & ambula.* Hanc autem poteſtatem faciendi miracula habebat D. Petrus, non per modum habitus (nullus enim habitus poteſt phyſicè miracula perpatrare.) Sed per Dei potentiam aſſiſtentem, ſibique paratam, ut quoties ipſe vellet, miracula operaretur.

Matth. 10

Marc. 16.

QUÆSTIO VIII.

Quare D. Petrus antequam claudum à ſua miſeria ſublevaret, teſtatur ſe aurum, & argentum non habere?

EX quo motivo D. Petrus antequam claudo ſanita- 41.
tem imperet, de ſe teſtificaret ſe ipſum vacuum eſſe argento, & auro, & de illo nihil omnino ſe habere, ut largiretur, quia terrenis facultatibus careret, eaſq; ſub pedibus conculcaret, veluti ſi aſſerat, quia argentum, & aurum non eſt mihi, habeo cæleſtia, ut tibi donem. Balduinus in Allegor. apud Tilman. ſic ait: *Digna vox principatu Principis Apoſtolorum, Principis Eccleſiæ. Quid Petro, & auro? nonne Petrus dixit: nos reliquimus omnia, quid ergo erit nobis? de mercede quærenti, nō aurum promittitur, & argentum; hæc enim contemnebat, quia in gloria gentium ſuperbiebat. Unde & agrorum pretia ad pedes ipſius, ac cæterorū à fidelibus ponebantur; meritoque ante pedes, quaſi pedibus conculcanda, quæ indignum erat, vel manibus tractare ſumma paupertas Apoſtolica, ita ut ne valorem ipſius pecuniæ bene agnoſceret, ideoque prius nominat argentum, quam aurum.*

Balduin.

Summa paupertas Apoſtolica.

Ad idem perbelle Chromatius ſerm. 1. de hac re: *O* 42.
verè beata paupertas, quæ cum nihil de mundi facultate habeat, tantum de Cælo largitur: non dat quidem argentum, vel aurum, ſed quod plus eſt divitiis omnibus, reddit corporis ſanitatem. Unde tanta poteſtas, ut des homini ſanitatem, quæ quidem pretioſior eſt omnibus temporalibus divitiis, non ex auro, & argento, ſed ex eorum contemptu, ac paupertate.

Chrom.

Mundi paupertas dat cæleſtem poteſtatem.

Ait Regius Vates Pſalm. 118. verſ. 57. *Portio mea* 43.
Domine, ſcilicet *Tu es* ad quæ verba ſic ait elegan- Pſal. 118.
ter Divus Ambroſius. *Cui portio eſt Deus, totius na-* D. Ambr.
turæ poſſeſſor eſt effectus, videlicet totus quidem cum Domino Dominus, quam ſententiam præclare expendit

Sanctus

Sanctus Pater, Divi Petri exemplo, qui tanquam Dominus naturæ clando dat ſanitatem, & ſic proſequitur Sanctus Doctor; *Dixit Petrus, quod habeo tibi do: In nomine Ieſu Chriſti ſurge, & ambula: Ecce Petrus ſub Chriſti nomine, quaſi unus Chriſtus, ac omnium Dominus factus, qui natura damna reparabat, quomodo ergo poterat natura damna ſentire.* Sponte pauper, qui abdicatis omnibus, ejus tantum portio ſolos eſt Dominus, cum Domino omnium Dominus, *locuples totius naturæ poſſeſſor factus eſt*, & ſub Chriſti nomine, quaſi unus Chriſtus.

Cui Dominus portio omnium Dominus.

44. Cantic. 5. numer. 11. dicitur: *Caput ejus, aurum optimum.* D. Ambroſius ſerm. 15. in Pſalm. 118. legit: *Caput ejus aurum Cephas.* Valde vulgare eſt, quod Principi Apoſtolorum impoſitum eſt nomen à Chriſto D. Cephaa. Joannis 1. numer. 42. & quia ipſe omnia terrena reliquit: *Reliquimus omnia*, elevatus eſt, ut eſſet caput aurum habens claves Cœli: Ad hoc pertinet, quod ait D. Zeno libru 1. ſerm. 14. *Vos eſtis aurum vinum Dei, Chriſti vos argentum*, vos Spiritus Sancti divitiæ, vos ſi terrena metalla contempſeritis, vobis auro conſtructa ætherea illa civitas, deſtinata eſt.

D. Ambr. Ioan. 1. D. Petrus reliquit terrena cœli claves habet. D. Zeno.

45. Pſalm. 10. num. 9. dicitur: *Oculi Domini in pauperem reſpiciunt* D. Chryſoſtomus, Theodoretus, Euſebios, ex Bibliis Sixtianis legunt: *Oculi Domini in totum orbem reſpiciunt*; ac ſi pauper, qui Dei amore totum mundum contempſit, totius mundi Dominus, ac poſſeſſor conſtituator. Eodem fere modo idem Propheta Pſalm. 183. num. 17. ait: *Nimis confortatus eſt Principatus eorum.* Theodoretus legit: *Nimis corroborati ſunt pauperes eorum*: Ac ſi pauperes totius orbis creati ſint Principes, D Auguſtinus ſerm. 28. de verbis Apoſtoli: *Non tibi diſpliceat paupertas tua, nihil ea poteſt ditius inveniri. Vis noſſe, quam locuples ſit, Cœlum emit. Quibus theſauris conferri poſſit, quod videmus paupertati indultum.*

Pſal. 10. D. Chryſoſt. Theod. Euſebius. Pſal. 183. Theod. D. Aug.

QVÆSTIO IX.

Quare Divus Petrus ait ſe non habere argentum, & aurum, cum ad ejus pedes agrorum pretia quotidie a Chriſtianis afferrentur?

46. VT dicitur infra cap 4. num. 34. quod in illa primitiva Eccleſia: *Quotque poſſeſſores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia, & ponebant ante pedes Apoſtolorum*, & præcipue ante pedes Petri, utpote, qui erat caput, ac Princeps, quomodo ergo dicit ſe non habere, quæ tam plenè ſub ſua poteſtate habebat?

Actor. 4. Difficultas quæſtionis.

47. Reſpondetur primo; quia, ut dicitur proxime citato loco: *Dividebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat.* Illa autem pretia dividebantur inter ipſos baptizatos, ac Chriſtianos; ad hoc enim afferebantur ante Apoſtolorum pedes; Cumque claudus adhuc non eſſet Chriſtianus, ſed in Judaiſmo, ideo ex illa pecunia non erat illi aliquid dandum, & inde recte, ac vere ait Petrus: argentum, & aurum non eſt mihi ad tibi impendendom, ſicut Chriſtus dixit filiis Zebedæi petentibus primas ſedes: *Non eſt meum dare vobis*; quia illud dandum erat per merita, non affecto ſanguinitatis, vel ex alio capite.

Bona dividenda iuxta intentionē dantis.

48. Secundo dici poteſt, quod D. Petrus, alijque Apoſtoli, cum eſſent occupati in ſpiritualibus miniſteriis, prædicando; baptizando, dando fidei doctrinam, ac documenta, conſtituerunt alios miniſtros; qui illa bona dividerent juxta uniuſcujuſque neceſſitatem, indeque recte ait Divus Petrus, quod non habet, nolebat enim in officio aliis commiſſo ſe intromittere, vel potuit dicere non habeo, quia non habebat ad manum.

Miniſter non eſt impedit. dat in ſuo officio.

Tertio, alto, & ſupremo dictamine ſe habuit D. Petrus in hac re; prævidit ſua eminenti ſcientia, quod claudus ſanatus magna præconia Chriſti, ac ipſorum Apoſtolorum erat acclamaturus; ut patet infra verſ. 8. ne ergo teſtimonium de potentia Chriſti, ac virtute Apoſtolorum dandum, inde minuatur, ac debile fiat (nam ab homine munerato, ac obligato laus valde ſuſpecta, ac debilis habetur) ut ergo proclamatio laudatoria hominis ſanati à nemine corrodi poſſit, ideo D. Petrus abſtinet ſe ab omni eleemoſyna, ut aperte deprehendatur, quod pedes ſanati, & miraculum factum proclamant, non vero alicujus temporalitatis affectus, cum nullus præceſſerit. 49.

Eximia laus non ab homine obligato.

Dicitur Pſalm. 67. verſ. 26. & 27. Prævenerunt, ſeu ut legit D. Hieronym. *Præceſſerunt Principes conjuncti pſallentibus in Eccleſiis benedicite Deo Domino de fontibus Iſrael.* Quod ſe anticipaverunt Principes, ut Deum laudarent ob fontes, quos in Iſrael conſtituit: Tamen inquirendum eſt, qui ſunt iſti Principes, & qui fontes? Aptiſſimè dices Principes eſſe capita tribuum filiorum Iſrael, Præfigurati in duodecim fontibus in deſerto ut ait D. Nicænus lib. de vita Moyſis; fontes vero ſunt Sacri Apoſtoli aquæ ſalientes in vitam æternam. Ita Ruffinus, D. Auguſt. D. Hylarius, Rupertus, Noſter Incognitus; Tamen in quæſtionem venit: cur ad præconia Sacrorum Apoſtolorum decantanda, non convocantur Chriſtiani primitivæ Eccleſiæ, qui de ſalutiferis aquis Apoſtolorum in tot, & tantis beneficiis animæ, & corporis hauſerunt, ſed ad hoc Patres veteris teſtamenti invitantur: *Prævenerunt Principes*, qui de aquis Apoſtolorum non fuerunt participes, ut inde laus glorioſior, ac excellentior appareret decantata; Nam ex beneficiis acceptis, ſed reſpectu, ac veneratione meritorum, quæ maxime in Sacris Apoſtolis reſplendebant. 50.

Glorioſa laus quod non ex donis acceptis ſed ex meritis ſit.

Cum Abrahamus victor quinque Regum reverteretur, occurrit ei *Melchiſedech Rex Salem, proferens panem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei Altiſſimi; benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelſo, qui creavit Cœlum, & terram: Benedictus Deus excelſus, quo protegente, hoſtes in manibus tuis ſunt, dedit ei decimas ex omnibus.* Gen. 14 n. 18 19. 20. multa ſane hic ſunt notanda; nam in præſenti videtur totus communis ordo afferendi in Eccleſia inverſus, in qua communiter fidelis devotus ſua dona Deo offert, à ſacerdote accipit benedictionem, & inde ſacrificium pro eo Deo offert: At vero è contra totum hic factum eſt; nam primo omnium Melchiſedech pro Abrahamo offert Sacrificium: *Proferens, panem, & vinum*; deinde benedixit ei: *Benedictus Abraham Deo excelſo*: Tandem decantat ejus laudes. *Quo protegente, hoſtes in manibus tuis ſunt*: tandem, & ultimo Abraham, *Dedit ei decimas ex omnibus.* Cur ſic invertitur ordo, ut notavit Primaſius in capite quinto Epiſtolæ ad Hebræos, & ait: *Benedictione accepta dedit ei decimas*; quod alta, & ſuprema Dei providentia diſpoſitum eſt, ad ſublimiorem; & illuſtriorem gloriam Abrahæ, nequis oblatraret tot, ac tanta præconia à Pontifice proclamata, mercata fuiſſe decimis datis, ideoque antecedenter ejus gloria decantatur: *Benedictus Abraham Deo excelſo, quo protegente, hoſtes in manibus tuis ſunt*, & poſtea decimas offerre. 51.

Geneſ. 14. Primaſ. Suſpecta laus ex donis acceptis.

Semper ex donis acceptis gloria laudis enervatur; Hinc Abrahamus devictis quinque regibus, offerenti regi Sodomorum omnia ſpolia reſpondit: 52.

Levo manum meam ad Dominum Deum, quod à filo ſubtegminis uſque ad corrigiam caliga non accipiam ex omnibus qua tua ſunt. Geneſ. 14. numer. 21. D. Ambroſ. lib. 1. de Abraham ait: *De prada victoria nihil voluit contingere, nec oblatum ſumere; minuit enim fructum triumphi mercedis ſuſceptio, & beneficij accepti arrodit gratiam.* Plurimum enim refert, utrum pecuniæ, aut ſpe gloriæ movearis, alter mercenarij loco ducitur, alter dignus habetur conſervatoris gloriæ.

Gen. 14. Suſceptio mercedis triumphum minuit. D. Ambr.

QUÆSTIO X.

Quare cum Divus Petrus dixiſſet claudo reſpice in nos, ſcilicet ipſum Petrum, & Ioannem, tamen ſolus Petrus miraculum operatur, & ait, ſurge, & ambula?

53. CUm Petrus, & Joannes vellent intrare in Templum, dixit Divus Pertus claudo: *Reſpice in nos*; quia virtus ad ipſuoi ſanandum à Petro, & Joaone exibat, Joanneſque erat cooperator miraculi, ut ſupra dixi quæſtione 6. tamen cum venitur ad operationem nnraculi, ſolus Petrus loquitur, & imperat: *ſurge, & ambula*, & ipſe ſolus extendens manum. *Apprehenſa dextera elevavit eum.*

Difficultas quæſtionis.

54. Reſpondeo quod licet Divus Petrus dixerit claudo: *Surge, & ambula*, tamen prius ei dixit *reſpice in nos* in ipſum, & Joannem, ut auctores miraculi: poſteaque com de ipſo miraculo omnes admirarentur dixit Petrus infra numero decimo-ſecundo: *Viri Iſraelita quid miramini, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute, aut poteſtate fecerimus hunc ambulare?* Ac proinde non ſolum ſibi, ſed & Joanni adſcribit, & utrique populus adſcribit eoſque ambos agnoſcit miraculi operatores, & ideo, ut dicitur infra n. 11. *Cum teneret autem Petrum, & Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos.*

Petrus declarat Ioannem cooperatorẽ miraculi.

55. Quod autem Petrus dixerit claudo: *ſurge, & ambula*, ſic freqoenter quamvis in Sacris Apoſtolis eſſet ſuprema, & altiſſima virtus, ac poteſtas ad multa mirabilia operanda; tamen pro omnibus eis ſemper Petrus loquitur non ſolum in terra, ut patet ex toto Evangelio, ex hoc libro Actorum, ſed etiam in ipſa Cœleſti patria: Vidit Ioannes capite quinto numero quinto in ſua Apocalypſi in manu ſedentis in throno, in cujus circuitu erant viginti quatuor ſeniores, in quibus deſignabantur duodecim antiqui Patriarchæ, & duodecim Apoſtoli, ut ibi cum communiori ſententia dixi; In manu ſedentis erat liber ſignatus ſigillis ſeptem, ipſeque Ioannes flebat multum, quia nemo poterat aperire librum: *Tunc unus de ſenioribus* (qui, ut vult Lyranus, erat Divus Petrus) dixit mihi ne fleveris: Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix David, aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula.

Petrus prima vox eſt in terra, & in Cœlo. Apoc. 5. Lyranus.

56. Ecce ſicut Petrus eſt prima vox, & pro omnibus loquitur in terra, ſic & in Cœlo eſt prima vox, & pro omnibus loquitur; Nam ſicut ipſe eſt fundamentum, Eccleſiæ militantis, ſic eſt primum fundamentum Eccleſiæ Triumphantis in Cœlo. Apocalypſ. 21. nu. 19. de Sancta Civitate dicitur primum *fundamentum Iaſpis*, qui eſt Divus Petrus, ut late explicavi tomo ſecundo in Apocalypſ. citato capite 21. quæſtione 14.

Petrus fundamentum utriuſque Eccleſiæ.

QUÆSTIO XI.

Quare primum miraculum, quod legitur factum ab Apoſtolis eſt invocato ſanctiſſimo Ieſu nomine?

57. AIt Divus Petrus in præſenti: *In nomine Ieſu Chriſti Nazareni, ſurge, & ambula.* De quo Sacratiſſimo nomine multa in multis jam dixi locis. Additur *Nazarei*, id eſt habentis originem ex oppidulo Nazareth, & Iudæi per contemptum dicebant Nazaræum, juxta illud Ioannis 1. numero 46. *A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?* Unde titulus in Cruce præfixus habebat. *Ieſus Nazaraus Rex Iudaorum.* Hanc Chriſti humilitatem ſic Deus Pater exaltavit, ut ſub nomine Nazaræi tot; & tanta mirabilia fierent, quod alta providentia indicat nomen ipſum; *Nazaraus* enim ex Hebræo, idem eſt, ac floridus, & in Chriſto Domino omnia Cœleſtia dona floruerunt in toto mundo, ipſeqoe per reſurrectionem ſuam totus floridus factus eſt, juxta illud Pſalmi 27. n. 7. *Refloruit caro mea.* Pſal. 27.

Ioan. 1. Chriſti humilitatem Deus Pater exaltavit.

58. Quæſtio præſens eſt, Poſt Chriſti Reſurrectionem, ac Aſcenſionem Sacri Apoſtoli miſſi ſunt ab eo ad prædicandum Evangelium in toto mundo cum plenaria poteſtate edendi miracula: Poſt hanc commiſſionem factam hoc fuit primum miraculum patratum ab Apoſtolis, ac D. Petro, & in hoc legimus expreſſe invocatum nomen Ieſu, quod in multis aliis non legimus, ut in reſuſcitata Tabitha Act. 9. numer. 40. & in multis aliis, quos D. Petrus umbra ſua ſanabat; Cur ergo inſigniter in hoc invocatur nomen Jeſu.

Difficultas quæſtionis. Actor. 9.

59. Reſpondeo hoc fuiſſe primum miraculum factum ab Apoſtolis, ideo in eo expreſſe invocatur nomen Ieſu, ut denotaretur, quod inde omnia miracula facienda ſub virtute, ac invocatione hujus ſanctiſſimi nominis fiebant, juxta illud Chriſti D. Marc. 16. num. 17. *Signa autem eos, qui crediderint, hac ſequentur: In nomine meo Dæmonia ejicient: linguis loquentur novis; ſerpentes tollent etſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper agros manus imponent, & bene habebunt.*

Omnia miracula facta invocato nomine Ieſu. Marc. 16.

60. Cùm in nuptiis Cana Galilææ adeſſet Chriſtus, ac Sanctiſſima Mater ejus Maria, cum diſcipulis, jamque vinum non eſſet in vaſis, dixit Sacratiſſima Deipara ad filium ſuum: *Vinum non habent.* Cujus interventu Ieſus convertit aquam in vinum, & ſubdit Evangeliſta Ioannes 2. numero 11. *Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilaa.* Rhicardus de S. Laurentio lib. 7. *fecit Ieſus, cujus perpetua prece, omnia nobis futura provenirent.* Non caſu, ſed alta Dei providentia ordinatum, quod cum Ieſus ſuum primum miraculum erat faciendus, ibi adeſſet Virgo Sacratiſſima, ut ejus interventione fieret, ac ut exinde ſecutura mirabilia, ejus precibus, ac rogationibus, quibus ſemper eſt exorans pro nobis fieri agnoſceremus: *Cujus prece perpetua omnia nobis futura provenirent.*

Ioan. 2. Rhicard. à S. Laurentio. Omnia miracula ex Virginis interceſſione.

61. Primum verbum Geneſ. cap. 1. n. 1. *In principio creavit Deus* ex Hebræo legitur: *In principio creavit Dii*, ſeu juxta alios *Creavit judices.* Quomodo Moyſes contra reges Grammaticæ nomen pluralis numeri copulavit cum verbo ſingularis numeri? Moyſes Divino Spiritu ductus ſtatim in prima fronte ſcripturæ nobis proponit Sacroſanctum Trinitaris Myſterium, in plurali multitudinem Perſonarum, in ſingulari unitatem Divinæ eſſentiæ in tribus Divinis Perſonis, quod

Geneſ. 1.

poſt

poſt Lyranum notavit Paulus Burgenſis Archiepiſcopus, & ſic ait: *quia opera Trinitatis ad extra indiviſa ſunt, idcirco Moyſes ad inſinuandum omnes tres Divinas Perſonas Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum ſimul ad mundi creationem concurriſſe. Elohim in plurali dixit, ſive El, id eſt Deus unus.* Ex divino afflatu, primum Verbum totius ſcripturæ altum Trinitatis Myſterium nobis proponit, ad inſinuandum, quod ipſa Trinitas totius ſcripturæ eſt auctor, inſpirator, ac illuminator, & quod ad ipſam tanquam ſuum primum auctorem omnia illius referenda.

Lyran. Burg. — *Sancta Trinitas auctor totius ſcripturæ.*

QUÆSTIO XII.

Expenditur ſumma D. Petri paupertas, illiuſque eximia charitas.

62. PEtenti claudo ait D. Petrus: *Argentum, & aurum non eſt mihi.* Ad quæ verba ſic ait Oecumenius: *Hoc ipſorum omnimodam auri inopiam demonſtrat, nec enim, quemadmodum nos frequenter dicimus hoc loco, aut illo tempore, non habeo, ſed non eſt mihi, ſignificans omnino ſe non poſſidere aurum.* Ipſo loquendi modo indicat Apoſtolus ſummam ejus paupertatem, quod non habebat aurum, nec unde illi poſſet ſubvenire, nec eſt mihi, unde ex aliqua parte veniat.

Oecum. — *Summa D. Petri pauper. tas.*

63. Apoſtolus ait: *Argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do, ſurge, & ambula.* Si tantam poteſtatem, ac donum habet, ut det ſanitatem, cur etiam non habet aliquid auri? bonus diſcipulus, quia illud non accepit à Magiſtro ſuo Jeſu, D. Ambroſius libro ſeptimo in Lucam ſic ait in nomine Petri: *Itaque non habeo, quod non dedit Ieſus, ſed quod dedit habeo: In nomine Ieſu, ſurge, & ambula.* Bonus miniſter, ultra id, quod ei dedit Dominus, nihil aliud habet: Conſidera, quod Petrus quod habet, ſpontaneè elargitur, at vero ex auro, & argento ex eo negat talem eleemoſynam dare, quia nec aurum, nec argentum habet: O Cœleſtis nobis eruditio, proficuus eſt ſe auro, & argento carere, quando inopi miſero, nec aurum, nec argentum impertiebatur, piaculum namque eſt rarus Eccleſiaſticum aurum, & argentum habere, & roganti miſero, vel fameſcenti non elargiri.

D. Ambr. — *Caveat Eccleſia ſibi ne retineat pecuniã urgente ſame.*

64. Cum multitudo magna quinque mille hominum ſequeretur Jeſum in deſerto, jamque eſſet valde fameſcens, agens Dominus de eis ſubveniendis: *Dixit Andreas Apoſtolus: Eſt puer unus hic habens quinque panes, & duos piſces,* qui juxta communem ſententiam erant, ut ſuo loco dixi ex Apoſtolis: *Accepit Ieſus panes, diſtribuit diſcumbentibus, ſimiliter & ex piſcibus quantum volebant.* Joann. 6. numero decimo-primo. Chriſtus Dominus ſua divina potentia illos panes, ac piſces multiplicavit in ſuis manibus; ſed cur potius eos non creavit, cum ſit opus ſolius Divinæ Omnipotentiæ, magis inſerviebat ad oſtentationem miraculi; ſed ex panibus Apoſtolis, ac Eccleſiaſticis multiplicat, ac deſtribuit in magnum documentum noſtrum, quod fameſcente populo, ac penuria laborante, quod panis Eccleſiaſticus non ſit recondendus, ſed diſtribuendus per pauperes, ac miſeros. Euthymius capite decimo-quarto Divi Matthæi ait: *Iuſſit panes, ac piſces afferri docens quod illa pauca etiam oporteat præbere indigentibus, eoſque cibis ipſis præponere.*

Ioan. 6. — *Panis Eccleſiaſticus di vidẽdus in ſame fratres.*

Actor. 3. num. 7. Et apprehenſa manu ejus dextera allevavit eum, & protinus conſolidatæ ſunt baſes ejus, & plantæ.

N. 8. Et exiliens ſtetit, & ambulavit, & intravit cum illis in templum, ambulans, & exiliens, & laudans Deum.

VERSIONES.

Syriacus n. 7. Et erexit eum, & eadem hora confirmati ſunt pedes ejus.

Arabicus. Et muſculi adjacentes calcanei ejus.

Pagninus. Plantæ illius, ac tali. *D. Chriſoſt.* ſuſcitavit eum.

Æthyopicus. Confirmatus eſt pedibus ejus, & lumbis ejus.

Syriacus num. 8. Surrexit, & ambulavit, &c. & ſaliens, glorificans Deum.

Æthyopicus. Et abiit cum eis capiens piſces.

EXPOSITIO V.

Verſ. 7. ET *apprehenſa manu ejus dextera:* Hugo ait: *Voce elevavit, manu confirmavit. Protinus*, id eſt in eodem inſtanti, ac momento, ut videatur ſanitas divinitus data, & non ope naturæ, mediis diſpoſitionibus comparata. *Solidatæ ſunt baſes ejus*, crura, & tibiæ, quibus tota corporis moles fulcitur, ac ſuſtentatur, *& plantæ*, nempe pedes, ita integra ſanitas data eſt infra num. 16. 65. *Hugo.*

Verſ. 8. *Et exiliens:* Hic adimpletum eſt, quod dictum fuerat per Iſaïam 35. numero ſexto. *Tunc ſaliet, ſicut cervus claudus*, ut notavit Divus Cyrillus Catech. 17. *Exiliens*, prius exilit, deinde *ambulat*, & iterum exilit, id eſt præ gaudio, & lætitia, modo exilibat, modo ambulabat, ut ita vera, ac perfecta ſanitas, & non fictitia, ac momentanea oſtenderetur, ut notant Divus Chryſoſtomus ac Oecumenius, & magnum miraculum fuit, quod homo ab utero claudus, qui nunquam ambulaverat, ſtatim ſciat expedite ambulare, & ſaltare; qui enim diu eſt incarceratus ex longa diſſuetudine ambulandi, expedite incedere nequit. Id autem, quod Æthyopicus addit: *Abiit cum eis piſces capiens*; quia forte claudus iſte exercuit artem piſcatoriam, quam olim tenuerant Apoſtoli. 66. *Iſai. 35. D. Cyrill. D. Chryſ. Oecum. Æthiop.*

QUÆSTIO XIII.

Quare poſtquam Divus Petrus dixit claudo ſurge, & ambula, apprehenſa manu elevat eum?

MAnu apprehendere, ac tangere ſignum magnæ benignitatis, ac clementiæ eſt. Sic Chriſtus Dominus puellam à ſe ſuſcitatam manu tenuit, Matthæi 8. numero 22. Petrum naufragantem manu extenſa apprehendit Matth. 14. numero 38. *Oculos cæci* tetigit. Joan. 9. numero 6. ſic & ſocrum Petri febricitantem. Matth. 8. numer. 15. auriculas, & linguam ſurdi, & muti. Marc. 8. num. 33. & aliis in locis ſimilia. Ex his. 67. *Matth. 8. Marc. 14. Ioan. 9. Matth. 8. Marc. 8.*

Primo reſpõdeo ad quæſtionẽ: Petrus imitatus, & ſecutus eſt ſui ſanctiſſimi Magiſtri morẽ, ut apprehenſa

manu ſanaret, ac miracula operaretur, ut in præſenti cum hoc Claudo, & Thabitha. Actor. 9. n. 40. Secundo ſic divinâ providentiâ diſpoſitum eſt ad evidentem Apoſtolorum virtutem, nam ſi Petrus voce tantum dixiſſet: *Surge, & ambula*, poterant aliqui maligni dubitare à quo factum fuiſſet, an interveniente hoc ſigno externo, ac manu apprehenſa, à nemine in dubium poterat revocari ex gratia Apoſtolorum tam mirabile opus emanaſſe; cum incredulis, ac inimicis cautè agendum.

Cum incredulis, ac inimicis cautè agendum.

69. Tertio Chriſtus D. altiſſima ſcientia prævidit futurum, ut Petrus ſua dextera apprehenſa claudum à tanta miſeria ſublevaret, ac ſanum redderet; inde Petrum naufragantem manu porrecta à tempeſtuoſo mari liberat. Matth. 14. ſolet Divina bonitas anticipato beneficio remunerare obſequia ſibi præſtita: Fugiens Jonas à facie Domini in Tharſis exorta tempeſtate, à nautis in mare præcipitatur: Præparavit Dominus piſcem grandem, ut digluriret Jonam, & erat Jonas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus. Ionas 2. 1. Theophylactus: Vivus ſervatur ad aliorum vitam, tam mirabiliter vivum Ionam Deus liberat à morte, quia ipſe ſua prædicatione multos erat liberaturus à morte peccati adducens eos in vitam.

Chriſtus ſua obſequia anticipatè remunerat.

Ion 2.
Theoph.

70. Quarto D. Petrus prius dixit claudo: *Surge, & ambula*, deinde *apprehenſa manu elevavit eum.* Verbis opera adjungit, & miraculum perficit, Petrus ore miraculoſæ ſanitatis auſpicium præbet, manu, & opere ſanitatem confert, & miraculum conſummat, ac perficit. Ad hoc tendit D. Baſilius Seleucus orat. 21. & ait: *O claude prædica pedibus, quæ nos lingua ſine adſenſu prædicamus*, ac ſi dicat Apoſtolus, quod nos lingua prædicavimus, tu pedibus, ac greſſibus oſtende.

Verbis opera adjungenda.

71. Tres ſancti illi pueri ſtantes in conſpectu regis generoſo, ac conſtanti animo dixerunt: *Deus noſter, quem colimus, poteſt nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, Rex liberare.* Tunc *Nabuchodonoſor repletus eſt furore*, & miſſi ſunt pueri in fornacem ignis ardentis, in medio cujus pueri apparent illæſi abſque ulla macula laudantes Deum. Tunc Nabuchodonoſor ad oſtium fornacis ignis ardentis ait: *Sidrach, Miſach, Abdenago ſervi Dei excelſi egredimini.* Daniel. 3. numer. 93. Antea auditis verbis Sanctorum, Rex plenus erat furore in eos excandeſcens; Unde nunc vero tam benignus, ac benevolus, ut non ſolum eos jubeat exire, ſed etiam glorioſè conſtituat Principes ſuper Provincias Babyloniæ: Unde tanta mutatio: Antea ſolum verbis Dei potentiam prædicabant, nunc verò miraculoſis operibus oſtendunt. Eleganter D. Chryſoſt. homil. 6. ad Populum ſic ait: *Antea quando dixerunt Diis tuis non ſervimus, fornace ſævius accenſus eſt; poſtquam verò per ipſa opera hoc oſtenderunt, laudavit, & admiratus eſt.* Nuda verba nihil proficiunt, at adjuncta opera totum perficiunt, & ſummam Dei potentiam declarant. De quo etiam aliqua dicam infra.

Daniel 3.

Verba juncta operibus animos devincunt.

D. Chryſoſt.

QUÆSTIO XIV.

Quare in hoc claudo tanta Dei dona reſplenduerunt?

72. QUamquam allegoricè poſt D. Ambroſium Beda in hoc claudo intelligat populum Iſraeliticum, qui non ſolum à Chriſti Incarnatione, ſed etiam à tempore, ac exordio legis rebellis quaſi ex utero matris claudus fuit: *Cum Iacob cum Angelo luctante, & claudicante* Geneſ. 32. num. 24. *figurabatur, quia populus Chriſto in Paſſione prævalens, in quibuſdam per fidem benedictus, in aliis ex infidelitate eſt claudus.* Iſte ut claudus Iudæos, ac hæreticos denotabat claudicantes à fide, ut vero ſanus Iudæos, ac hæreticos, ut verè ſanatos, ac converſos ad fidem virtute nominis Ieſu innuebat.

D. Ambr.
Beda.

Iudæi & hæretici adumbrantur.

Multa dona ex Dei gratia accepit, & quia, ut notat D. Baſilius Seleucus orat. 21. cum corporis ſanitate ſanitatem animæ cum vera fide impetravit, inde, ut advertit D. Chryſoſt. homil. 8. in Acta: *Laudabat Deum, ut ora aſtantium obturaret, & ſuos quidem benefactores gratus comitatur, non tamen illos, ſed Deum, qui per illos benefecerat.* Exiliens, laudans, ac ambulans ora detrahentium, ac calumniantium, & non Apoſtolos, ſed Deum laudabat, ut Auctorem ſuæ ſalutis, qui Apoſtolis tantam dederat virtutem, à quo velut à fonte tota ipſa virtus manabat, & laudabat Deum verbo, & opere, verbo dum ejus magnalia publicabat, opere miraculoſa ambulatione, & ſaltibus. 73.

D. Baſil. Seleucus

D. Chryſoſt.

Deus laudatur verbo, & opere.

Secundo D. Niſſenus orat. de S. Stephano ſic ait: *Is, qui à nativitate claudus fuerat ſpecioſam portam templi reverſus, iis, qui ſalvi fierent à pœnitentia, cui aſſidens ſua ſanationis miraculo, animas claudicantes ad fidem adduxerat.* Cum fide conjungit eximiam charitatem, qua ſocios ſuos ad portam ſpecioſam docebat, & inſtruebat de ſuæ ſanitatis miraculo, ut ſi ſalvi fieri vellent, ad Apoſtolos aſcenderent, ejuſque doctrinam percipientes, qua ſalutem conſequerentur? 74.

D. Niſſenus.

Charitas vult omnes donorum participes.

Tertio Hugo: Perfectus ordo ſurgit à miſeria, viam virtutum arripit, & templum ſanctum Dei intrat, non vadit in domum ſuam, ut fecit ſanatus paraliticus Luc. 5. num. 25. vel ad ſuos cognatos, & amicos, ſed cum Apoſtolis intrat in templum gratias Deo agens. D. Chryſoſt. homil. 8. in Acta ait: *Et qui ſanatus eſt, deinde cum Apoſtolis, & ingreſſus eſt cum illis, ambulans in templo. Vide quomodo non ſolus erat.* Cum homo vidiſſet in Apoſtolis tantam poteſtatem, virtutem, ab eiſque tantum beneficium accepiſſet, ut eorum dona recognoſceret, ac gratificans ab illis non diſcedebat. 75.

Hugo.

Luc. 5.

D. Chryſoſt.

Gratus vult eſſe cum ſuo benefactore.

Clamat D. Sponſus ad ſuam dilectam: *Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni, columba mea in foraminibus petræ, in Caverna maceriæ.* Cantic. 2. n. 14. Cur non invitatur ipſa Divina amatrix, ut habitet in amæno horto, florido campo, ſeu vinea odorifera, ſed in foraminibus. Illius nempe cæleſtis petræ Chriſti Ieſu, in cujus vulneribus, ac percuſſionibus, fontes gratiæ invenit, & remedium redemptionis, & munimen ſalutis, ideo ibi immorari vult, habitaculum conſtituit, ut ab eo nunquam ſeparari valeat. Beda ex Caſſiodoro, & ait: *In foraminibus, columba, id eſt, Eccleſia moratur, quia totam ſpem ſuæ ſalutis, in paſſione ſui Redemptoris conſtituit, & ibi ab inſidiis malignorum ſpirituum ſecura delitеſcit, ibi nidificat, & fœtus bonorum operum congerit.* 76.

Cant. 2.

Caſſiod.
Beda

Eccleſia cũ vulneribus Chriſti.

Quarto: Aliud magnum bonum habuit claudus, quia per quadraginta annos, quos habebat ætatis, ab introeuntibus in templum ſemper mendicare, & ſemper petere abivit; Ubi tamen à Petro ſuum donum accepit, nunquam aliquid ab alio petivit, ut notat D. Baſilius Magnus humil. 15. de fide dicens: *Cum ex multis aurum acciperet, nihilominus rogabat. Ex Petro gratiam cum ſuſcepiſſet, rogare amplius deſtitit, veluti cervus proſiliens, & laudãs Deum.* Cum claudus ab aliis acciperet, quotidie erat poſtulans neceſſitate oppreſſus: at ubi ex Chriſti nomine accepit à Petro, non jam poſtulat amplius, cum jam ab omni calamitate, ac indigentia abſolutus maneat, integra ſanitate à Deo data, quæ omnium rerum abundantiam ſecum importat. 77.

D. Baſil. Magnus.

Dona Dei ampliſſima.

Dilectrix

78. Dilectrix anima ait ad ſuum divinum Sponſum. *Emiſſiones tuæ Paradiſus malorum punicorum cum* Cant. 4. *pomorum fructibus*, Cantic. 4. n. 13. Ejus divinæ manus, ac cœleſtia dona, non cum una, vel altera ar- *Dei dona abundant.* bore, nec cum decem, vel viginti, ſed cum toto Paradiſo, cum omni genere arborum, florum, ac ger- D. Brun. minum. D. Bruno de laudibus Eccleſiæ cap. 1. ait: *Magna ſunt munera tua; alij partem mittunt, & quod eis eſt vile tribunnt; Tu vero totum hortum das, & omnia meliora ſuis filijs larga manu mandas.* Cæteri cum ad dandum conveniunt, partem, vel fragmen dant: At vero Deus cum largitur utraque manu plena univerſa ſuperabundanter præbet: Multum ampla Dei dona in omnibus meis libris; Vide in Sybillario donum.

Actor. 3. *n.* 9. Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum.

Num. 10. Cognoſcebat autem illum, quod ipſe erat, qui ad eleemoſynam ſedebat ad ſpecioſam portam templi, & impleti ſunt ſtupore, & extaſi in eo, quod contigerat illi.

Num. 11. Cum teneret autem Petrum, & Joannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ appellatur Salomonis, ſtupentes.

VERSIONES.

Syrus n. 9. Cum ambularet; & glorificaret Deum.

Syrus n. 10. Et cognoverunt, quod ille mendicans ſedens, &c. impleti admiratione, & extaſi.

Æthiopic. Obſtupuerunt, & admirati ſunt, propter quod factum fuerat ſignum ſuper eum.

Pagnin. Tiguri. Stuporem, & admirationem, *Lucifer.* Pavore.

Biblia Gothi. apud Marian. Stupore, & mentis conſternatione.

Arabic. n. 11. Et dum Claudus ille ſanitati reſtitutus, &c. accurrit populus ſtupore attonitus.

D. Chryſoſt. Ad veſtibulum Salomonis obſtupeſcebat.

Aly Codices. Cum viderent, *Alij* cum tenerent.

EXPOSITIO VI.

79. Verſ. 9. *ET vidit omnis populus*, qui tunc erat ad horam orationis nonam in Templo, in quod claudus ambulans, & exiliens introivit cum Apoſtolis etiam Deo gratias agens.

80. Verſ. 10. *Cognoſcebant autem illum, quod ipſe erat.* D. Chryſoſt. Chryſoſt. *Recognoſcebant*, id eſt, optimè, & apprimè cognoſcebant eum; quia per ferè quadraginta annos ætatis ſuæ erat mendicans ad portam Templi. *Et im-* Syriac. *pleti ſunt ſtupore.* Syriacus *admiratione.* Admiratio aliquando provenit ex gaudio, aliquando ex timore: Hæc poſterior fuit in præſenti in his, in quibus non Interlin. erat fides, ut tenet Gloſſa Interlinealis, & ita multi apud Lucam cap. 5. n. 26. *Stupor, ſeu timor apprehendit omnes.* Caiet. ait: *Stuper magnitudinem admirationis ſignificat, extaſis effectum ejus, hoc eſt alienationem a ſe ipſo*: proindeque extaſis in præſenti, ut Montan. etiam tenet Montanus, dicit mentis alienationem; quia neſciebant quid dicerent, loquerentur, aut cogitarent; & ad hunc ſenſum pertinet id, quod legit Gothi. *Mentis conſternatione.* Subdit Textus in eo, quod contingat, id eſt propter id.

Verſ. 11. *Cum teneret autem* rejicienda eſt lectio 81.
aliquorum, qui legunt cum tenerent, vel cum viderent, ſed retinenda eſt lectio noſtræ vulgatæ cum Sy- Noſtra.
riaco, Græco, & Arabico, quæ habet in ſingulari *teneret*, ſcilicet Claudus. Cur autem tenuit Petrum, & Joannem dubitatur? Oecumenius ait, ex timore; Oecum.
nam ſi ab eis diſcederet, rurſus Claudus fieret, maximè quia Petrus eum tangendo, & manu data eum elevavit, quæ ratio non placet, nec convenit homini tam feſtivè ſuam ſanitatem celebranti, & pro ea Deum laudanti. Secundo Caietanus: Tenuit, eos Caietan.
populo oſtendens ipſos fuiſſe ſui ſanatores, à quibus habuit ſalutem. Tertiò, & genuinè D. Chryſoſt. exi- D. Chryſoſt.
ſtimat id factum fuiſſe ex vehementi amore, benevolentia, ac gratitudine, ut ſuis ſanatoribus ſemper aſſiſteret, eis obſequeretur, & ab eis nunquam vellet ſeparari, atque etiam ut omni populo ſuos ſanatores oſtenderet.

Ad porticum quæ appellatur Salomonis. Circa 82.
templum erant tria atria: Primum, in quo orabant *Tria atria.*
Sacerdotes filij Aaronis. Secundum, in quo Judæi, In tertio Gentiles: Porticus autem Salomonis erat pars illa, & ſatis lata, quæ ex Chaldaico templi incendio ſuperſtes permanſit, ut tradit Oecumenius; Ioſeph. Villalp.
eratque in fine atrij Gentium, ut ex Joſepho tenet Villalpandus lib. 3. de Templo, cap. 9. & ibi erat Claudus.

Actor. 3. *n.* 12. Videns autem Petrus reſpondit ad populum: Viri Iſraëlitæ quid admiramini in hoc, quaſi noſtra virtute, aut poteſtate fecerimus hunc ambulare.

Num. 13. Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Patrum noſtrorum glorificavit Filium ſuum Jeſum, quem vos quidem tradidiſtis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti.

Num. 14. Vos autem ſanctum, & juſtum negaſtis, & periſtis virum homicidam vobis dari.

Num. 15. Auctorem vitæ interfeciſtis, quem Deus ſuſcitavit à mortuis, cujus nos teſtes ſumus.

VERSIONES.

Arabic. n. 12. Affatus eſt ad populum, &c. Aut noſtra laudabili converſatione fecerimus.

D. Chryſoſt. Noſtra pietate effecerimus. *Pagnin.* religione.

Æthiopic. Quaſi juſtitia noſtra. *Alij ex Græco.* Noſtro imperio.

Syrus n. 13. Cum ipſi Pilatus juſtificans eſſet, eum ut abſolveret.

Alter Syrus. Cum ipſe æquum judicaret.

Æthiopic. Quem vos ſpreviſtis, &c. Nolentes ſervare eum.

Arabic. n. 14. Ut concederetur vobis.

Syrus n. 15. Et illum Principem vitarum, &c. quem ſuſcitavit à domo mortuorum.

EXPOSITIO VII.

Verſ. 12. *VIdens autem Petrus.* Concurſum, ac 83.
admirationem populi, reſpondens eorum tacitis interrogationibus: *Viri Iſraelitæ*, tanquam eorum benevolentiam captans: *Quid miramini in hoc, aut quid nos intuemini*, de quo antecedenti

Pagnin. Græc. Lyran. Hugo. Carthuſ. verſu dixi, *quaſi noſtra virtute, aut poteſtate.* Pagninus. *Religione,* Græcus *imperio noſtro,* Lyra, Hugo, Carthuſian. *Pietate*; quia pietas, & ſanctitas cauſa eſt, ut opetentur miracula. De errote Calvini dicam quæſt.16.

84. Exod.3. D.Bern. Verſ.13. *Deus Abraham.* Sic ſe Deus frequenter appellat in veteri teſtamento, Exod.3. n.6. & 15. & ſæpe alijs in locis: Unde ait D.Bernard. ſerm.15. in Cantic. *Currite gentes, ad manum eſt ſalus, effuſum eſt nomen, quod quicumque invocaverit, ſalvus erit, Angelorum Deus etiam ſe hominum nominat.* Et ſubdit Textus: *Glorificavit Filium ſuum Ieſum* glorificare intelligit Lyranus de Reſurrectione, & ſeſſione ad dexteram Patris; Chryſoſt. Interlinealis de ſanitate Claudi nomine ipſius; uterque ſenſus bonus: Lyran. D.Chryſoſt. *Iudicante illo dimitti.* Innocentem judicante, & dimittere conante.

85. Verſ.14. *Vos ſanctum, & juſtum.* In his duobus conſiſtit tota ſumma perfectio, ut dicam quæſtione ſequenti, & maximè hæc duo nomina conveniunt Chriſto; nam ipſe formaliſſimè eſt ſanctus, & juſtus, ſubſtantialiter per unionem hypoſtaticam, & accidentaliter per gratiam habitualiter, & etiam effectivè; quia ipſe eſt cauſa totius ſanctitatis, ac juſtitiæ in nobis. *Negaſtis* eum eſſe juſtum, & ſanctum, quando vocaſtis ſeductorem, Matth.27.n.63. & malefactorem, Joan.18.n.30. & tanquam criminoſum poſtulaſtis ad mortem, *& petiſtis virum homicidam vobis donari,* ſcilicet Barrabam Matth.27. Math.27 Ioan.18.

86. Verſ.15. *Auctorem vitæ interfeciſtis.* Præclara exaggeratio, ac antitheſis. Virum homicidam, ac morti digniſſimum, & omnium malefactorum auctorem poſtulaſtis ad vitam, & Chriſtum juſtum, & ſanctum totius vitæ auctorem poſtulaſtis ad mortem: *Quem Deus ſuſcitavit.* D.Chryſoſt. Oecum. advertunt denotari in præſenti, quod Chriſtus D. ut verus Deus ſe ipſum ſuſcitaverit, & quamvis hoc verum ſit, cum opera ad extra ſint indiviſa toti Trinitati; tamen communiter Deus ſumitur pro Æterno Patre, ad quem Chriſtus referebat omnia. *Pater clarifica filium tuum. Suſcitavit à mortuis.* Bene notat Cardin. Hugo, & ait: *Melius dicitur Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, quàm à morte; quia pro omnibus mortuus eſt, & per eum alij ſurrexerunt, & quilibet alius debet reſurgere à morte, non à mortuis,* & ſubdit: *Cujus nos teſtes ſumus,* quod explicatum eſt ſupra cap.2.verſ.32. D.Chryſoſt. Oecum. Hugo.

QUÆSTIO XV.

Quare D. Petrus in hac ſecunda concione majora prædicat de Chriſto mirabilia, quam in prima.

87. IN prima Concione dixit D.Petrus Jeſum Nazarenum cap.2.n.12. & ſupra n.6. Hic vero Filium Dei appellat: *Glorificavit Filium ſuum Ieſum.* Gloſſa Interlinealis. *Filium* Dei dicit naturalem *conſubſtantialitatem* cum Patre, verumque Deum, verumque Meſſiam. D.Chryſoſt. ait: Non amplius Nazarenum, quod videbatur nomen contemptûs, ſed Filium Dei, quod eſt ſupremæ Majeſtatis. D.Chryſoſt.

88. *Secunda diverſitas à prima concione.* In prima Concione dixit Petrus: *Ieſum virum approbatum à Deo virtutibus, & ſignis*, cap.2.n.22. Hic verò eum appellat *ſanctum, & juſtum*, quæ duo nomina ſummam totius perfectionis ſeriem demonſtrant. In Cantico Zachariæ Luc.1.n.75. In ſanctitate, & juſtitia coram ipſo: Ubi Theophylactus, & Euthymius obſervant. Vox prima *Sanctitas* Decalogi primam partem reſpicit; ſecunda autem *Iuſtitia* homines. Sanctum autem valde proprium Chriſti D. epithetum eſt, & frequenter illi in Scriptura attribuitur, imò & ab ipſo Dæmone, Marc.7.n.14. & ab Angelo, Luc.1.n.35. *Quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei.* Sanctum eſt præclariſſimum, & altiſſimum epithetum Dei, ut dixi tom.1. in Evang. lib.1.cap.5.q.10. per totam. Luc.1. Theoph. Euthym. Marc.7. Luc.1.

89. *Paulatim ad magna diſponendum.* Reſpondeo primo; quòd D.Petrus prudentiſſimè ſe habuit; nam cùm in prima concione adhuc Judæi eſſent multum rudes, & multi paulo ante in odio, ac ira contra Chriſtum D. fuerint accenſi, ita ut eum ad mortem poſtularent, paulatim igitur fuerunt educendi à ſuis erroribus, atque in Chriſti magnalibus informandi. Primo dixit Apoſtolus magna, & alta de Chriſto, poſtea verò ſublimiora, & altiora prædicat, ſcilicet, quod ſit conſubſtantialis Dei Filius, juſtus, & ſanctus, in hoc imitatus veſtigia ſui ſacratiſſimi Magiſtri, qui dixit ſuis diſcipulis: *Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.* Joan.16.n.12. Ioan.16.

90. Secundo: Tam magna, & alta Petrus prædicat, quod Chriſtus ſit Filius Dei ſanctus, & juſtus; aderat quippe in præſenti præclariſſimum opus, ac periluſtre teſtimonium ejus Divinitatis; in ejus enim nomine, Claudus, qui in omnium oculis erat, ſanus factus eſt; & opus magnum reſplendens aperit os ad magna loquendum, & adverſariorum linguas comprimit, ac obturat.

91. Pilatus cum eſſet præſes in toto regno Judææ, multis, & toto conatu intendit Chriſti innocentiam oſtendere, ut eum è manibus Judæorum liberaret, dicens: *Ego nullam invenio in eo cauſam mortis*, & iterum: *quid mali fecit.* Et ad oſtendendam Chriſti innocentiam aquâ manus lavat à tali morte. Meus Jeſus pendens in Cruce à Judæis crucifigitur, milites cuſtodiunt; prætereuntes blaſphemant: *Vah qui deſtruis Templum,* & ſimiliter Principes Sacerdotum illudebant, dicentes: *Alios ſalvos fecit, ſe ipſum non poteſt ſalvum facere,* Matth.27.n.40.41. & inter hæc moriente Chriſto clamat Centurio: *Verè Filius Dei erat iſte,* Matth.27.n.54. Audiunt hoc Judæi crucifigentes, & prætereuntes Principes Sacerdotum, & ſeniores populi, nulluſque contradicit, nec inſurgit contra Centurionem, ſed omnes tacent, & obmuteſcunt. Coram Pilato ejus innocentiam teſtificante contra ſe ſe opponunt, & inſurgunt; at vero contra Centurionem majora clamantem, eſſe *verum filium Dei*, nullus ſe opponit, ſed tacent omnes? Coram Pilato adſtabat innocentiſſimus Agnus nulla ſuæ celſitudinis ſigna præbens; at in Calvario ipſo moriente: *Tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram, Sol obſcuratus eſt, terra tremuit, petræ ſciſſæ ſunt.* Viſis tot ſignis cum magno impulſu, ac audacia proteſtatur Centurio: *Verè Filius Dei erat iſte,* & Judæi erubeſcentes tacent, & quorum linguas Præſidis verba non potuerunt refrænare, componunt prodigia proclamantia. Ad hoc reſpicit D.Paſchaſ.lib.12. in Matth. & ait: *Gentiles Deum timentes, aperta voce Deum glorificant; verè Filius Dei erat; Iudæi ſilentes, ac erubeſcentes in domum revertuntur.* *Iniquorū ora non verba, ſed opera comprimunt.* Math.27 Math.17

QUÆSTIO XVI.

Quare D.Petrus negat ſua virtute, ac poteſtate ſanaſſe Claudum, cum Chriſtus D. dederit ei poteſtatem ſanandi infirmos?

92. *Difficultas quæſtionis.* QUomodo ait D.Petrus ad populum: *Quid intuemini in nos, quaſi noſtra virtute aut poteſtate fecerimus hunc ambulare.* Ubi videtur in ſe hanc poteſtatem denegare, cùm Deus dederit talem poteſtatem ſuis Apoſtolis, Matth.10.n.1. *Dedit illis* Math.10.

poteſtatem

Marc.3. *poteſtatem curandi infirmitates.* Et ſimiliter Marc.3. num.15.

93. *Solus Deus, ut principalis facit miracula.* Reſpondetur. Cum miracula ſint ſupra conſuetum, ac uſitatum naturæ concurſum, non poſſunt fieri ab aliqua creatura virtute propria; hoc enim eſt ſolius Dei, qui cum ſit ſupremus omnium Dominus poteſt naturas mutare, propriaque virtute miracula facere, ut dicitur Pſalm.71.n.18. *Tu facis mirabilia ſolus*, & ipſe cùm ſit ſupremus Dominus, poteſt hanc virtutem alicui creaturæ communicare, ut communicavit Moyſi, cùm dixit Exod.7.n.1. *Conſtituo te Deum Pharaonis.* Pſal.71. Exod.7.

94. *In alijs communicata.* Unde D.Petrus ait: (pondera verba) *quaſi noſtra virtute, ac poteſtate fecerimus hunc ambulare*; negat in ſe propriam virtutem; hoc enim eſt ſolius Dei, in ſe autem erat communicata tanquam in miniſtro ipſius Dei: Unde malè Calvinus torquet hæc verba D.Petri contra invocationem Sanctorum, ac ſi nulla in eorum precibus, ac reliquijs poteſtas ſit ad ſanandum, hoc valde longè eſt à mente D.Petri, qui docet omnem poteſtatem faciendi miracula eſſe à Deo tanquam à cauſa principali, & ab eo ſibi, ac alijs communicatam gratis.

95. Hoc autem faciunt Sancti, tum ob ſuam humilitatem, tum ob majorem gloriam, ac Dei honorem manifeſtandum; & ſic ait D.Petrus in præſenti: *Quid intuemini in nos*; Volebat enim ne in ipſos oculos figerent, ſed tantum eos ad Deum elevarent. D.Greg. D.Gregor.Magn.homil.3. in Ezechiel. ait: *Signum quippe faciens, intuentium oculos miraculi lumine perſtrinxit, ſed humilitatem cuſtodiens, laudem Auctori reddidit.* De omni verò bono, quod faciunt, idcirco viri Sancti ſemper laudem Creatori reddunt, ut vera ſtabilitate perſiſtant in ea virtute, quam acceperunt.

96. Matth.6. Theoph. Ait Christus D.Matth.6.n.1. *Attendite, ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.* Theophylact. *Caveto, quaſi de mala beſtia dicat, attende ne deleceret te.* Idem Dominus ait Math.5. Matth 5. n. 16. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus; ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum.* D.Chryſ. Rectè D.Chryſolog.ſerm.9. ait: *Quomodo juſtitiam vult celari, cujus opera ſic vult elucere.* *Deo gloria, operanti humilitas tribuenda.* Quomodo hoc? virtutes videndæ, eorum artifex, & auctor non videndus. Ita quidem, virtutes ſic quoad circumſtantes ſe debent gerere, ut ſolus Deus ſit ſpectandus, cique omnis gloria tribuenda, non vero potenti, qui ita ſe habeat, ac ſi nihil feciſſet, cum totum ſit acceptum à Deo, quid ergo gloriaris. Theoph. Theophylact. Non dixit: *Vos oſtentetis virtutem; hoc enim non eſſet bonum, ſed illa ſola luceat, ut & inimici veſtri admirentur, & glorificent, non vos, ſed Patrem veſtrum:* Sicut enim umbra ſequitur hominem ambulantem, vel fugientem, ſic gloria, & honor concomitatur opus ſanctum, & miraculoſum. Gloria, & honor, vero ſoli juſtitiæ Deo tribuitur, umbra vero operanti, ut ſub illa abſcondatur, D.Hilar. D.Hilar.can.4. in Matthæum ait: *Pari fulgore, Apoſtolos manet lumine, ut admiratione operis, eorum Deo laus impertiatur, non quod ab hominibus oporteat gloriam quærere; quia omnia in honorem Dei agenda ſunt, ſed ut diſſimulantibus lucet nobis, opus noſtrum iis, inter quos vivimus, eluceat.*

97. Ad deſignatam Sacerdotalem ſupremam dignitatem mandat Deus Moyſi ſumere virgas ex duodecim tribubus filiorum Iſraël, & uniuſcujuſque nomen ſcriptum in virga ſua, & pones in tabernaculo fœderis: Num.17. *Quem ex his elegero germinabit virga ejus.* *Non nobis, ſed Deo gloria tribuenda.* Num.17, n.5. ſequenti die inventa eſt *germinaſſe virga Aaron turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis, in amygdalas deformati ſunt.* Sed cur Deus electionem Summi Sacerdotis, per quem multa mirabilia erant facienda in populo, oſtendit, & declarat per virgas præciſas à ſua radice, & ab arbore ſeparatas? Ut denuntiaretur, quod ſicut flores, & fructus ab eis pullulantes non perveniebant à natura, ac vigore, quæ in virgis inerat, ſed à magnifica Dei gratia; ſic fulgor Sacerdotalis dignitatis ad magna, & alta operanda, non erat ab eorum natura, ac influxu, ſed a Dei gratia, ac virtute, cui omnia tribuenda, ac referenda ſunt. D.Ambroſ.epiſt.82. ait: D.Ambr. *Virga autem illa quid aliud oſtendit, niſi quod nunquam Sacerdotalis marceſcat gratia, & in ſumma humilitate, habeat in ſuo munere commiſſa ſibi florem poteſtatis.* Expende illa verba *in ſumma humilitate*, non de ſua virtute aliquid recognoſcentes, ſed omnia de Dei gratia, ac potentia, cui omnia tribuenda ſunt.

*Actor.3.n.*16. Et in fide nominis ejus hunc, quem vos vidiſtis & noſtis, confirmavit nomen ejus; & fides quæ per eum eſt dedit integram ſanitatem iſtam in conſpectu omnium veſtrum.

*Num.*17. Et nunc, fratres, ſcio, quia per ignorantiam feciſtis, ſicut, & Principes veſtri.

*Num.*18. Deus autem quæ prænuntiavit per os omnium Prophetarum, pati Chriſtum ſuum, ſic implevit.

VERSIONES.

*Syrus n.*16. Confirmavit, & ſanavit.

Arabicus. Et per fidem in nomine ejus, conſolidatus eſt hic, fides ejus in ipſo tribuit hujuſmodi integritatem in præſentiâ cœtus veſtri.

*Syrus n.*17. Per errores feciſtis, ſicut primores veſtri.

Arabicus. Fratrés noſtri ſcieruntque quod non cognoſcendo feciſtis. *Alius Syrus* primates.

Arabic. 18. Verum Deus promiſſa, quæ pollicitus eſt de paſſione Chriſti implevit hoc modo.

Æthiopic. Quod Chriſtus trucidaretur.

EXPOSITIO VIII.

Verſ.16. *ET in fide nominis ejus*, ſeu, ut legit Arabicus *per fidem*, ac invocationem nominis Chriſti, ait Petrus, ut nos credimus: Hunc, quem *vos noſtis confirmavit nomen ejus*, declaravit, manifeſtavit virtutem ſui nominis ipſum ſanando, & ita confirmavit nomen ejus. *Et fides, quæ in eo eſt.* Hoc eſt fides in eum, ſcilicet, Chriſtum Jeſum: fides autem hic non intelligitur ea, quæ erat in Sancto, ut ſæpe legimus in Evangelio; *fides tua te ſalvum fecit*, ſed intelligitur fides, quæ erat in Petro, qua dixit: *In nomine Ieſu Chriſti ſurge, & ambula*, quibus verbis auditis veriſimile eſt, quod ipſe crediderit; ab Apoſtolis nolebat diſcedere, ut ſupra dixi: Quod antea crediderit nullum ad hoc aſſerendum habemus fundamentum. 98. Arabicus

Dedit integram ſanitatem, ut ſurgere, ambulare, ac ſaltare promptè, & expeditè. Ita Gloſſa Ordinaria, & Interlinealis. De utraque ſalute animæ, & corporis exponit Hugo, tamen videtur hoc textui repugnare. Ait D.Petrus *ſanitatem iſtam in conſpectu omnium veſtrum*, quod videtur denotare ſanitatem corporalem, nec enim omnes, quos Chriſtus ſanavit corpore, ſanavit & anima, Malchus ſervus Pontificis ſanatus eſt à Chriſto, Ioan.18.n.10. & tamen juſtificatus 99. Ordinar. Gloſſ. Interlin. Hugo. Ioan.18.

ſtificams non creditur, & decem leproſis,novem,qui
non venerunt dare gloriam Deo ex ſua ingratitudine
Luc 17. non exiſtimantur juſtificari, Luc.17.
100. Verſ. 17. *Nunc ſcio fratres.* Dulciter alloqoi-
Lyran. tur, ut ait Lyran. ut verbum ejus magis recipia-
tur: *Scio quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & Prin-
cipes veſtri*; qui multo minus excuſabiles ſunt;
quam plebs, cum eorum ignorantia fuerit val-
de craſſa, imò, & maximè affectata; quia audientes
veritatem, cùm non poſſent contradicere, malitiosè
tamen nolebant ſibi perſuadere, quod latè tractavi
tom.5. io Evangelia lib.8. cap.15. q.4. Et quamvis
Lorin. hoc non excuſet à graviſſima colpa, ot notant Lori-
Cornel. nus, Cornelius à Lapide, Tirinus, minuit tamen ali-
Tirin. qualiter,& ex parte ſceleris gravitatem; multo enim
Ex igno- gravius peccaſſent, ſi perſuaſi rem ita ſe habere, ni-
rantia hilominus io patrando ſcelere tenaciter perſtitiſſent.
aliqua- Unde Petrus in præſenti per ignorantiam: *Scio quia
lis excu- per ignorantiam*, & Chriſtus in Cruce: *Pater ignoſce
ſatio illis, quia neſciunt quid faciunt.* Et Paulus 1.Cor.2.
1 Cor.2. n.8. *Si enim cognoviſſent nunquam Dominum cruci-
fixiſſent.* Unde ignorantia allegatur ad extenuan-
dum crudele facinus.
101. *Principes veſtri*, ut jam notavi tom.5.lib.9.cap.3.
q.9.n.14. Petrus hic dicit *Principes veſtri*. Diſcipuli
Luc.24. in Emaüs *Principes noſtri tradiderunt*,Luc.24.n.20.
Iniqui in quia hic diſcipuli cum eſſent rodes adhuc, & multa
nulla di- ſtultitia laborantes: *O ſtulti,& tardi corde*, impios,
gnitate & iniquos agnoſcunt, ut Principes, ac Dominos,Pe-
ſūt apud trus verò ab Spiritu ſancto illuminatus eos non di-
iuſtos. cit Principes ſuos, ſed veſtros;Quamvis enim iniqui
ſplendidiſſimis perfulgeāt titulis,apud juſtos,& ſan-
ctos ut erant Apoſtoli,in nulla dignitate habentur.
102. Verſ.18. *Deus autem,quæ pronuntiavit per os Pro-
phetarum*; Dicitur in ſingulari *per os Prophetarum*,
Propheta & non in plurali per ora; quia licet Prophetæ fue-
etſi mul- rint multi, omnes uno ſpiritu, ac cohærenti ſermone
ti uno de Chriſto D. ſunt loquuti: *Pati Chriſtum ſic im-
ore lo- plevit*, tanquam ſi diceret: Deus veſtra ignorantia
quuntur. depravata uſus eſt ſua infinita bonitate in bonum;
nam per illam implevit, ſeu perfecit, quæ de morte,
ac paſſione Chriſti prædixerant oracula Prophe-
tarum.

QUÆSTIO XVII.

Quare tantus eſt D. Petrus in præſenti in ſubli- manda præſtantia virtutis, ac effi- cacia fidei?

103. NOtandum eſt ex D.Thom. de potentia q.6. ad
D.Tho. 19. quod in aliquo opere miraculoſo, v. g. in
Quæ ſanitate hujus claudi, cauſa principalis Phyſica eſt
cauſa in- Deus, cauſa principalis meritoria Chriſtus D. ejuſ-
terve- que merita,caoſa tanquam inſtrumentalis juſtus ope-
niunt in rans, v. g. Petrus ſua manu erigens claudum; fides
opere mi- autem eſt tanqnam cauſa nobis applicans Chriſti
raculoſo. merita, & veluti quædam oratio tacita, vel expreſſa
ad impetrandam ſanitatem, non de condigno, ſed de
congruo, ita ut omnia per fidem impetrentur à Deo
juxta Chriſti promiſſum: *Omnia quæcumque orantes
petitis, credite, quia accipietis, & evenient vobis.*
Marc.11. Marc.11.n.24.
In exordio fidei Catholicæ, ac Chriſtianæ in hoc
104. primo miraculo totos eſt D.Petrus in explicanda, ac
declaranda fidei efficacia, & quod ſanitas hujus ho-
minis à fide manavit, & ideo non ſemel, ſed bis eam
tribuit fidei: *In fide nominis ejus*, & iterum: *Et fi-
des, quæ per eum eſt.* Ut ex tanta virtute, ac præſtan-
tia fidei omnes ad illam exhortarentur,cum illa enim
omnia nobis ſunt in promptu, & cuncta ſunt ſecu-
ra, & tuta: *Cum exarſerit in brevi ira ejus: bea-
ti, qui eonfidunt in eo*,Pſalm.2.n.14. Cum divinæ Ira Pſalm.2.
diſtricta fuerit, ut in brevi, ac momento cuncta deſ- *Fides nos*
truantur, ac pereant, inquiunt D.Auguſt. & noſter *facit ſe-*
Incognitus, *beati qui confidunt in eo.* In tanta rerum *curos in*
deſolatione, ac devaſtatione, qui habent fidem in *omni*
Deo, ſic ſunt qaieti, & ſecuri, tanquam beati, ac ſi *preſſura.*
eſſent in Beatitudine. D.Aug. Incogn.
Mulier Chananæa rogat ad Chriſtum pro filiæ ſa- 105.
nitate,& cum ſemel,& iterum eſſet repulſa. Reſpon-
dit ei Dominus: *O mulier magna eſt fides tua, fiat
tibi ſicut vis*, Math.15.n.28. Maximè notandum, Math.15
quod non dixit Chriſtus Ego ſanitatem do filiæ tuæ, *Fides*
vel ſanata ſit filia tua, ſed fiat tibi ſicut vis, ac ſi *miniſ-*
tanta ſua fide promeruerit ut matris voluntati relin- *tras id,*
queretur,ut ipſa ſalutem filiæ impenderet Ubi tanta *quod*
reſplendebat fides, ſine alterios ope puellæ ſanitatem *quilibet*
poterat impertire. D. Chryſoſtomus homil.17. ex *deſide-* *ras.*
varijs in Matth. ſic ait: *Non dixit ſanetur filia tua,* D.Chryſoſt.
*ſed fiat ſicut vis, tu, inquit, eam cura, eſto medicus,
tibi committo medicamentum, ut imponas ei. Fiat ti-
bi, ſicut vis, voluntas tua curet eam.*
Cum Chriſtus D. eſſet cum diſcipulis ſuis in mari: 106.
*Ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navicula
operiretur fluctibus, ipſe dormiebat, & acceſſerunt ad
eum diſcipuli,& excitaverunt eum dicentes: Domine,
ſalva nos perimus, & dicit eis: quid timidi eſtis mo-* Math 8.
dicæ fidei? Math.8.n.26. In tanta rerum commotio *Ubi fides*
ne, debaccantibus ventis, ſæviente tempeſtate; tu- *nullius*
meſcentibus fluctibus, ita ut pene navicula mergere- *rei eſt ti-*
tur, culpatur eorum timiditas ex modica fide,& quis *mor.*
prudens in tanto rerum diſcrimine non timeret; cur
eorum modica fides arguitur? Merito ſanè,quia ubi
eſt vera fides, nulla creaturarum adverſitas timetur,
omnibus contrarietatibus ſuperior eſt fides, à nullo
poteſt impugnari, ſed de omnibus valde ſecura
triumphas D.Baſil. Seleucus orat.22. ait: *O dignas* D Baſil. Seleuc.
*Domini voces, vult fidei vim rebus conditis eſſe va-
lentiorem, & ad fidei præſentiam omnem ab anima
deſperationem climinari.*

QUÆSTIO XVIII.

Quare D. Petrus non ait, quod iſte claudus ſanatus ſit virtute potentia Ieſu, ſed exprimit in nomine Ieſu?

NOmen Jssus, eſt nomen dicens, ac ſignificans 107.
Deum; nam hoc nomen Jeſus datum eſt Chri-
ſto D. in primo Incarnationis inſtanti, io quo inſtan- D.Atha.
ti per unionem hypoſtaticam naturæ humanæ unitæ D.Ambr.
cum Divina verus eſt Deus. Ita D.Athanaſ. lib.6. de Tertull.
Incarnat. D.Ambroſ.cap.1. Luc. Tertullianus lib. de D.Tho.
Trinitate cap.17. S.Thom.in epiſt.ad Philippenſ. ad D.Hilar.
illod *ſuper omne nomen.* S.Hilarius, Gaudentius, D.Gaud.
& alij.
Paulus Apoſtolus agens de ſanctiſſimo nomine 108.
Jeſu ad Philipp.2.n.10. ait: *Dedit illi nomen, quod* Philip.2.
*eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu
flectatur cœleſtium terreſtrium, & infernorum.* Ex
quo rectè inferunt Abulenſis q.7. in cap.2. Exodi,
Cornel.Tirinus,& alij ad citatum locum Pauli,quod Cornel.
nomen Ieſu majus, Sanctius, & venerabilius ſit, Tirin.
quam ipſum nomen Dei *Tetragrammaton* Judæis, &
ineffabile, quod dicitur *Ieboua*, & indicat Paulos *Nomen*
ſuper omne nomen. Et ratio fundamentalis eſt; quia *Ieſu*
Deos ſignificat Deum; ot Dominus, ac omnium *magis*
Creator, Jeſus vero ſignificat Deum, ot Salvator, *venera-*
ac omnium Redemptor eſt; ſicut enim majus fuit *bile, quā*
beneficium Redemptionis, quam Creationis; inde *aliud*
majus eſt nomen Jeſu, ut Redemptoris, quam ſit *Dei nomen.*
nomen

nomen Dei, ut Creatoris: *Unde conſuetudo laudabilis eſt in Eccleſia, quod magis honorat nomen Ieſu, quam nomen Deus, unde audito nomine Ieſu devoti fideles caput inclinant, quod non faciunt audito nomine Deus; qui ergo contra hoc offendit dehonorando nomen Ieſus magis peccat, quam ſi dehonores nomen Deus.* Ita Abulenſ. citatus.

109. Hoc ſanctiſſimum Jeſus nomen maximè voluit Chriſtus D. eſſe ſublimatum, & adoratum, in cœlo, & in terra, ac in Inferno, quam quodcunque aliud illius nomen; quia Chriſtus D. maximè gloriatur, quod ſit noſter Salvator, ac Redemptor; cum autem Jeſus nomen ſignificet ipſum Salvatorem, ac Redemptorem; inde in hoc nomine maximè ſibi complacet, & ut tale vult ab omnibus honorari, ac venerari. Secundo: Alia nomina quod Æternum Verbum Filius Dei unigenitus à Patre, ſapientia Dei Patris, hoc habet à natura: at quod ſit Salvator, ac Redemptor ex meritis. Tertio: Jeſus, ut Redemptor noſtra ſalus, & vita, & hoc non tantum habet in ſe, ſed etiam ſuum nomen Redemptoris Jeſus hanc voluit habere efficaciam, ut magis eſſet honorabile, ac venerabile, & ideo D. Petrus dans ſanitatem claudo, non ait in virtute, vel potentia, ſed in nomine Jeſu.

Tres rationes pro excellentia nominis Ieſu.

110. Magna virtus hujus ſanctiſſimi nominis, pro quo audiendus D. Ephrem homil. in quadraginta Martyres ad illud Pſal. 53. n. 1. *Deus in nomine tuo ſalvum me fac*, ſic ait Sanctus Pater: *Deus igitur, & quaſi ſemper, & in omni tempore ad miſericordioſiſſimum Dominum, Deus in nomine tuo ſalva nos, & mox emittet auxilium ſuum ab alto, addetque vires animabus noſtris: Hoc Daniel proclamans, in lacu etiam ferarum agreſtium fauces effugit. Hujus quoque Propheta memınit Ionas in ventre Ceti, & ab omni interitu ſalvata eſt vita ejus, & ex medio ardentis ignis ſanctiſſimum hoc nomen tres pueros liberavit.* Et hoc David Goliath ſuperavit dicens: *Ego venio ad te in nomine Domini*, 1. Reg. 17. n. 45.

Pſal. 53. D. Ephr.

Nomen Ieſus ad nos defendendum.

1. Reg. 17

111. Magna, & alta eſt ſublimitas, ac ſanctitas ſacratiſſimi nominis Jeſu; annuntians Angelus Divini Verbi Incarnationem, ait Virgini Mariæ: *Vocabis nomen ejus Ieſum: Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur*, Luc. 1. n. 3. ad quæ verba præclarè notat Rupertus lib. 1. de operibus Spiritus ſancti cap. 10. & ait: *Paulo ante, vocabis nomen ejus Ieſum. Hic autem vocabitur Filius Dei. Illic vocabis, hic autem vocabitur.* Et relicta ejus ſolutione, quam dedi ſuo loco lib. 1. cap. 5. q. 38. n. 103. aliter reſpondeo: Angelus ait, quod Chriſtus D vocandus, ſeu publicandus ſit Jeſus magnus, & Filius Dei, tamen non ab ijſdem Perſonis, à Virgine Maria vocandus eſt Jeſus, ab alijs vero Filius Dei; & licet nomen Filij Dei ſit valde ſublime à multis conceditur, ut dicatur, ac primo appelletur: At nomen Jeſus adeo ſanctum, altiſſimum, & perexcelſum eſt, ut illud primum dicere, ac publicare ſolum committatur ſacratiſſimæ Virgini ſuperelevatæ ſuper omnes puras Creaturas, gratiâ, ſanctitate, ac dignitate, & à tam ſublimi, & alta lingua ſolum erat pronuntiandum præclariſſimum nomen Jeſus.

Luc. 1. Rupert.

Magna eſt ſanctitas, ac ſublimitas nominis Ieſu.

Actor. 3. n. 19. Pœnitemini igitur, & convertimini, ut deleantur peccata veſtra.

Num. 20. Ut cum venerint tempora refrigerij à conſpectu Domini, & miſerit eum, qui prædicatus eſt vobis, Jeſum Chriſtum.

Num. 21. Quem oportet quidem cœlum ſuſcipere uſque in tempora reſtitutionis omnium, quæ locutus eſt Deus.

VERSIONES.

Syrus n. 19. Pœnitentiam agite, & expurgantur.

Oecumen. Reſipiſcite quo deleantur.

Æthiopic. Nunc reſipiſcite, & baptizabimini.

Syrus n. 20. Et obveniant vobis tempora quietis à conſpectu Dei, & mittat vobis eum, qui paratus erat, vel prædeſignatus.

Arabic. Adveniant vobis tempora quietis, & refrigerij. *Vatabl.* Refocilationis.

Tertullian. Ex perſona Dei. *Caiet.* A facie Domini.

Æthiopic. Mittet vobis Jeſum, quem perunxit.

Syrus n. 21. Quam cœlos capiat uſque ad complementum omnium temporum eorum à cœlo uſque ad tempora.

Arabicus. Cum oporteat, ut excipiatur à cœlo, uſque ad tempora, quæ confirmabunt uſque ad perfectionem omnium ſermonum.

Vatabl. Ad tempora reſtitutionis. *Oecumen.* Ad tempora inſtaurationis.

EXPOSITIO IX.

Verſ. 19. **P**Œnitemini *igitur.* A peccatis veſtris, & convertimini ad Chriſtum verum Filium, & *pœnitemini* per veram pœnitentiam, & peccatorum deteſtationem, ac morum emendationem. *Ut deleantur peccata veſtra.* Syrus *ut expurgentur peccata veſtra.* Æthiopic. *Reſipiſcite, & baptizabimini.* 112.

Syrus. Æthiop.

Verſ. 20. *Ut cum venerint tempora refrigerij.* Vatabl. *Refocilationis.* Syrus *Quietis.* Explicat D. Petrus præmium propoſitum pœnitentibus, tempus refrigerij ſcilicet, æternæ beatitudinis, quæ nos liberabit ab æſtu, ac fervore tot laborum, afflictionum, ac malorum hujus ſæculi. *A conſpectu Domini*, ſeu, ut legit Tertullianus *ex perſona Dei.* Caiet. *A facie Dei*, vel quia ipſa Beatitudo, de qua agitur tota conſiſtit in viſione, ac cognitione præſentiæ ac faciei Dei, vel à *conſpectu Dei*, hoc eſt ab ipſo Domino præſente conſpiciente, & judicante ſua ſententia finali, *& miſerit eum Ieſum Chriſtum*, & Pater Æternus miſerit Filium ſuum Jeſum ad judicandum; nam de judicio finali, ac reſurrectione noſtra communiter locum interpretantur Tertull. lib. de Reſurrectione, D. Chryſoſt. Oecumenius, Lyranus, & alij. 113.

Vatabl. Syrus. Tertull. Caiet.

Tertull. D. Chryſoſt. Oecum. Lyran.

Qui prædicatus eſt, Pagnin. Vatabl. & Tigurina legunt: *Præconizatus eſt*, vel *proclamatus.* Alij cum Tertullian. citato, D. Irenæo lib. 3. cap. 12. cum Syro *Prædeſignatus* per Prophetas de ultimo judicio. 114.

Pagnin. Vatabl.

Verſ. 21. *Quem oportet quidem cœlum ſuſcipere.* Verba etiam in græco faciunt ambiguum ſenſum: Utrum ſignificetur, quod Chriſtus ſuſcipiat cœlum, an quod cœlum ſuſcipiat Chriſtum? Poſterior ſenſus verior, & aptior eſt, ut probat Bellarmin. lib. 3. de Incarnat. cap. 12. *Uſque in tempora reſtitutionis*, nempe uſque in diem judicij, in quo homo lapſus per peccatum ad immortalem Dei gloriam reſtituitur; Angelorum ruinæ reſtaurabuntur, & ſimul cum homine cœlum, terra, & elementa, totuſque orbis ſuæ primævæ integritati, incorruptioni, ac ſplendori reſtituetur, ut docent D. Paulus Rom. 8. n. 21. D. Petrus epiſt. 2. cap. 3. n. 13. Quæ ſcilicet tempora futura prædixit Deus per Prophetas ſanctos ſuos, qui à ſæculo prophetarunt, qui ab exordio, ac initio conditi orbis Dominus prædixit per ſuos ſanctos Prophetas. 115.

Bellarm. Paul. Rom. 8. Petri, 2.

QUÆST.

QVÆSTIO XIX.

Quare cum D. Petrus dicat, quod Iudæi per ignorantiam occidiſſent Chriſtum, eos tamen ad pœnitentiam exhortatur?

116. Ait D. Petrus in præſenti nummer. 17. & 19. *Et nunc ſcio, fratres, quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & Principes veſtri; pœnitemini igitur, & convertimini.* Nam multum videtur Petrus ſibi conſtare; nam ſi ignorantia manus armavit ad execrabile ſcelus, ipſa excuſat à culpa, ad quid ergo pœnitentia?

117. Judæi Chriſtum Dominum occiderunt ex odio, & invidia juxta illud Matth 21. num.38. *Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem ejus.* Occidunt ex invidia ignorantes tamen cum ignorantia quamvis craſſa, & affectata, tamen ex inde aliqualiter minuitur culpa, ut cum communi ſententia dixi ſupra expoſit.8. num.9. O præclara, & excelſa peritia Petri Philoſophia, o alta, & illuſtris peritia medendi, ut eos ad pœnitentiam, ac contritionem abducat, non grandia crimina objicit quibus terreat, ſed aliquales excuſationis colores inexit, quibus ineſcati offenſam agnoſcentes ad pœnitentiam deveniant, & ſalutem aſſequantur. Lyranus *Dulciter eos alloquitur, ut verbum ejus magis recipiant, ſcio quia per ignorantiam feciſtis.* Criminis offenſam temperat, ac levat, ut fidenter veniant pœnitentes, doleantque de culpa, *& inde dulciter eos alloquitur.*

Math.21.

Si culpa minuitur animus allicitur ad veniam.

Lyran.

118. Cum Joſeph tenens clavum totius Ægypti eſſet agnitus à fratribus ſuis, illi maximo timore correpti, ne ob tanta in eum perpatrata crimina ulciſceretur, qui eum cogitantes interficere captivum, ut ſervum vendiderunt in Ægyptum: Tunc eos alloquitur Joſeph Geneſ. 45. num. 8. & ait: *Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum* Chaldæus: *Nunc non vos me miſiſtis huc, ſed à Deo miſſus ſum*, ſuam venditionem non appellat venditionem, ſed miſſionem à Deo, ut ita mitigato, ac excuſato crimine, utpote re ex alta Dei permiſſione ordinata, & venia aſſecuta, & nullum malum foret timendum, cum non venditio, ſed miſſio ex Conſilio Dei fuerit. D. Chryſoſt. ibi *Vide quomodo illos conſolatur dicens, ne ſibi ipſis adſcriberent cauſam ſui ingreſſus in Ægyptum, ſed Deum hoc feciſſe ſciant, & ita ſe in hanc veniſſe gloriam.* Oleaſter *Ubique nititur eorum malum opus excuſare.*

Geneſ.45. Chald.

Attenuata culpa ſpes veniæ.

D. Chryſoſt.

Oleaſter

119. In ultima hora, tanquam in ſuo ultimo diſceſſu loquens Chriſtus Dominus cum ſuis Apoſtolis ait eis: *Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum* Ioan. 13. num.33. ſæpe Chriſtus verba faciens cum diſcipulis ſuis, eos dicit filios tanquam teneros; at nunc filiolos appellat parvulos, ac infirmos, ut notavit Rupertus ad dictum locum, & ait: *Uno, eodemque nomine paternam ſui amoris gratiam, & infirmam tunc temporis Apoſtolorum deſignavit Infantiam.* Cur ergo tunc temporis infirmos, ac puellulos? prævidit ſuâ ſcientiâ quod ipſi Apoſtoli in illa nocte adverſus erant prolapſuri, nam *Derelicto eo omnes fugerunt*, & ut eis Dominus dixit: *Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte* Inde Dominus eorum imbecillitatem attenuans, & excuſans eos dicit puellulos, & infirmos, ut ipſi poſtea cum multa confidentia ad eum accedant, cum eorum infirmitas ipſi Domino bene nota eſſet, cum eos tanquam parvulos, & infirmos bene noverat, & ita filiolos appellaverat.

Ioan.13.

Rupert.

Chriſtus ſuos Apoſtolos filiolos dicit eos excuſans.

120. De ſancto Rege Ioſia loquens Eccleſiaſticus cap. 49. num.3. ait: *Ipſe directus divinitus in pœnitentiam gentis.* Quæ verba ſic legit Vatabl. *Ille in populo reformando dexteritate uſus eſt, & abominabiles impietates ſuſtulit.* Ut impietas auferatur non gladio, & ferro, ſed ſagacitate utendum, ut impij ad pœnitentiam reducantur, ut docet D. Aug. epiſt. 64. *Non ergo aſperè quantum exiſtimo, non duriter, non modo imperioſo iſta tolluntur, magis docendo, quam jubendo, magis monendo, quam minando, & ſi quid minamur cum dolore fiat de ſcripturis, comminando vindictam futuram, ne nos ipſi in noſtra poteſtate, ſed Deus ipſe in noſtro ſermone timeatur.*

Eccl.49.

Vatabl.

Sagacitate utendum, ut peccatores convertantur.

D.Aug.

QUÆSTIO XX.

Quare dicitur quod Chriſtus ſit in Cœlo uſque in diem iudicij, cum ſæpe apparuerit in terris?

121. Ex his verbis: *Quem oportet Cœlum ſuſcipere uſque in tempora reſtitutionis*, ſcilicet judicij. Perperam Berengarius, Calvinus, Beza contra præſentiam Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ, tanquam ſi Chriſtus clauſus in Cœlo ſit, indeque non valeat exire; apertè errant hæretici; nam D. Petrus loquitur de præſentia Chriſti naturali, & extenſa, qua caput eſt in una parte, brachia in alia, qua ipſe Apoſtolus, alijque diſcipuli viderunt Chriſtum aſcendentem in Cœlum, cujus rei ipſi teſtes ſunt: cap. 1. num. 32. & 33. & ſedet ad dexteram Parris Marc. ultimo Præſentia Chriſti in Euchariſtia eſt valde diverſa, eſt enim ibi Chriſtus Dominus indiviſibiliter, & inviſibiliter poſitus, totus in tota hoſtia, & totus in qualibet minima parte hoſtiæ, ut tenet Catholica fides, ut latè oſtendi to.5. in Evang. lib.7. cap.7. per totum.

Hæretici

Præſentia Chriſti in Euchariſtia.

Actor. cap. 1.

Marc. 16.

122. Cum autem dicatur de Chriſto: *Quem oportet Cœlos ſuſcipere uſque ad tempora reſtitutionis*, ſcilicet judicij, quomodo hoc poteſt ſtare cum hoc quod ipſe multoties apparuerit in terris, ut in converſione D. Pauli Actor.9. num.4. & quod apparens eſſet Chriſtus, aperte indicant illa verba: *Ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris.* Etiam Divo Petro; nam cum ipſe exiret à carcere rogatu aliquorum Chriſtianorum ut fugeret, apparuit ei Chriſtus, & interroganti Petro: *Domine quo vadis?* reſpondit ipſe: *Venio iterum crucifigi*, ex quo intellexit Apoſtolus Chriſti voluntatem eſſe, ut ipſe mortem Crucis ſuſtineret, rediit in carcerem, & mortem Crucis ſuſtinuit. Idem etiam tenet communis ſententia, quod in obitu Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, Chriſtus de Cœlo deſcendit, & cum ea rurſus glorioſè aſcendit: ex multis magnis hiſtoriis conſtat, quod Chriſtus multis præclariſſimis ſanctis apparuit, ut noſtris Sancto Angelo, Alberto, Thereſiæ, & Magdalenæ de Pazi.

Actor.9.

Chriſtus ſæpe apparuit.

123. Reſpondent aliqui primo quod Chriſtus D. potuit apparere corpore aëreo, vel imaginario, ut Deus, & Angeli apparebant Patribus Antiquis, ſed multa eſt diverſa ratio; quia Deus, & Angeli ſunt meri ſpiritus, & non poſſunt ſe exhibere humanis oculis, niſi in aliquo corpore aſſumpto: At Chriſtus D. cum ſit verus homo, habet verum corpus, quo ſe poteſt exhibere videndum, nec illud, quod dicitur de Viſione imaginaria poteſt ſubſiſtere, quia ſæpe ex tali apparitione Chriſti reſultat aliquod donum externum, ut Beato Franciſco Sthygmata, S. Catharinæ, & S. Mariæ Magdalenæ de Pazi annulus in digito. In hac re duo dicendi modi valde probabiles.

Viſio imaginaria vitiſitur.

124. Primus, quod poſtquam Chriſtus Dominus aſcendit in

in Cœlum, per breve aliquod tempus apparuit in terra; in cœlo autem eſt tanquam in regno, ac throno ſuo, in quo tanquam in proprio ſuo domicilio ſe omnibus Beatis cum multa gloria exhibet videndum, cum quo ſtat non eſſe neceſſarium, quod ibi ſemper immobilis perſiſtat. Ita docet D.Thom. 1.p. q.57. art.6. Caiet. & alij. D Tho. Caiet.

525. Alter dicendi modus eſt: Ex tempore, quo Chriſtus cœlum aſcendit nunquam ab eo receſſiſſe, ſed ſemper per realem, & extenſivam ſui præſentiam ſe exhibuiſſe videndum; Nam divina virtute fieri poteſt, ut unum corpus ſit in duobus locis per ſui reproductionem, ut factum legimus cum D.Antonio Ulyſſiponenſi, & Sancto Franciſco Xaverio, ita fieri potuit, ut Chriſtus exiſtens in Cœlo per ſui reproductionem apparuerit in terris ad ſuos ſervos, v. g. Petrum, & Paulum, honorandos: At vero cum Beata Virgine aſcendente in cœlum, pro tanta Domina glorificanda, ipſe Chriſtus è ſuo throno deſcendit, & excepit, ac ſecum ſedere fecit. Vide etiam Suarez tom.2. ad tertiam partem diſp. 1. ſect.4. Diſputant etiam hic aliqui, an aliquando Deo permittente animæ, quæ ſunt in Cœlo, Purgatorio, vel Inferno veniant ad nos? Poſt varias ſententias quæſtionem latè tractavi in Opuſculis opuſcul.2. reſol.43. & partem affirmativam ſecutus ſum quæſtione 4.

Eadem res à Deo reproduci poteſt.

Suar.

Actor.3. n.22. Moyſes quidem dixit: Quoniam Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter de fratribus veſtris, tanquam me ipſum audietis juxta omnia, quæcumque locutus fuerit vobis.

Num.23. Erit autem: omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe.

Num.24. Et omnes Prophetæ à Samuele, & deinceps annuntiaverunt dies iſtos.

VERSIONES.

Arabic. n.22. Similem mei Prophetam.

Syriac. n 23. Peribit anima illa de populo, & extirpetur.

Æthyopic. Extermina eam à populo.

Arabicus. Quæ non obtemperabit.

Num.24. Prædicant dies iſtos.

EXPOSITIO X.

526. Verſ.22. *Moyſes quidem dixit*: ad confirmandam ſuperiorem doctrinam de Chriſto D. adducit D.Petrus Scripturas Prophetarum, ut fecit in ſuperioribus duabus Concionibus, & ex multis Prophetis unum Moyſen tanquam principalem citat Deuteron. 18.n.15. & hunc de Chriſto citat etiam D.Steph. infra Actor.7. ut valde expreſſus. *Quoniam Prophetam* quem *Dominus Deus veſter*, ut Dominus Deus veſter per ſuam multam miſericordiam, ac pietatem dabit vobis tanquam me, Moyſes Legiſlator veteris Teſtamenti, Chriſtus vero Novi.

Deut.18. Actor.7.

127. Verſ.23. *Erit autem omnis anima*, ponitur principalis pars pro toto, qui non audierit Prophetam illum legem Evangelicam promulgantem *Exterminabitur*. Syriacus *Exstirpetur de populo ſuo*; nempe de cœtu, ac congregatione Sanctorum.

Syrus.

128. Verſ.24. *Et omnes Propheta à Samuele, & deinceps*, & quamvis antea multi fuerint, qui locuti ſunt de Chriſto D. tamen ponitur à Samuele; quia ſub ejus temporibus inceperunt Reges Iſrael, & Juda; quibus regnantibus multi Prophetæ floruerunt, qui luce meridiana clarius locuti ſunt de Chriſto ut David, de quo ait D.Auguſt. ad Pſalm.21, potius videtur Evangeliſta, quam Propheta, & Iſaïas, de quo ſcribit D.Hieronymus potius videtur Evangeliſta, quam Propheta.

D.Aug. D.Hier.

QUÆSTIO XXI.

Quare Moyſes Prophetavit de Chriſto eſſe Prophetam ſimilem?

129. CItat D.Petrus de Chriſto teſtimonium Moyſis, Deuteron.18. n.15. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, ipſum audies.* Ubi ad literam juxta communem ſententiam loquitur de Chriſto; & quamvis Abulenſis in Numer. cap.11. quæſt 64. neget Chriſtum fuiſſe Prophetam quia de ratione Prophetæ eſt cognitio obſcura, tamen contraria ſententia eſt vera. Chriſtus fuit verè Propheta Luc.7. num.16. *Propheta magnus ſurrexit in nobis.* Luc.24. n.19. *Fuit vir Propheta*: ad Prophetam non requiritur cognitio obſcura, ſed potius, ut rem prophetizatam cognoſcat in aliquo ſenſu, ideo dicebantur videntes, & hac de cauſa Balaam, & Caïphas non ſunt Prophetæ, quia non intelligebant Myſteria, quæ ſub eorum verbis continebantur, ut ex D.Thom. 2. 2. quæſt.173. artic. 4. Notavi in Opuſculorum opuſcul.1. Reſolut. quæſt. 8, n.102. 103.

Chriſtus verè Propheta. Abulenſ. Luc.7.

130. Et dicitur: *Prophetam ſuſcitabit vobis, ſicut me.* Arabicus *ſimilem mei* ex Græco etiam legitur *illum Prophetam*, per excellentiam, illum ſupremum, ac magnum Prophetam, qui in multis fuit ſimilis Moyſi. Primo D. Auguſt. lib.16. contra Fauſtum cap.15. quia ſicut ſimilis Moyſes fuit Legiſlator Veteris Teſtamenti, ſic & Chriſtus Novi. Secundo ſicut Moyſes eduxit populum de jugo Ægypti, ſic Chriſtus homines de ſervitute peccati, ac Dæmonis, liberavit, & in libertatem dedit. Tertio Moyſes introduxit homines in terram promiſſionis, Chriſtus in Cœlum. Quarto Moyſes, & Chriſtus multa miracula fecerunt, multaſque plagas inflixerunt, ille in Pharaonem, hic in Dæmones. Quinto Moyſes præ nimia charitate deſiderabat mori pro populo, Chriſtus verò non ſolum deſideravit, ſed in effectu duriſſimam mortem ſuſtinuit pro humani generis ſalute.

D.Aug. *Aliqua ſimilitudines.*

131. Et ait: *De gente tua, de fratribus tuis*, ut eos magis alliciat ad Chriſtum recipiendum, & auſcultandum: Nam ut ait Caſſiodorus lib.5. variar. Unuſquiſque velut naturæ pondere, amore, ac affectu in ſuam gentem propendit, & tanquam cum ipſa natura bibitur illa affectio, cum quibus educatur, loquitur, ac converſatione contrahit à ſua pueritia.

Quilibet maximè afficitur ad ſuam gentem.

132. Cum puer Centuriani infirmaret, per Seniores Judæorum mittens rogat ad Jeſum, ut veniens ſanaret ſervum ejus, qui Seniores accedentes ad Jeſum rogabant eum, ut veniret, & ſanaret puerum ejus, & dicunt; quia *dignus eſt, ut hoc illi præſtes, diligit gentem noſtram, & Synagogam ipſe ædificavit nobis*, Luc.7. n.4. Valde mirum! deprecantur Seniores Chriſtum, cur non dicunt ſolita ſua clementia, ac benignitate, ut conſueta ſua beneficentia, qua cunctos illuſtrat, etiam in præſenti impendat huic puero ſalutem, ſed tan-

Luc.7. *Quilibet diligit diligenter ſuam gentem.*

tum dicunt : *Diligit gentem noſtram, Synagogam ipſe ædificavit nobis.* Notat D.Bonaventura ex D.Auguſtin. ſuum amorem non tantum oſtendiſſe verbis, ſed etiam operibus : Erant iſti Seniores, ac viri prudentiſſimi, & videbant quod Chriſtus D. ferventi charitate, & amore in ſuam gentem æſtuabat, & inde pro certo apud ſe ſtatuerunt, quod Chriſtus maximè erat alliciendus ad diligendum Centurionem, & ad deſideratam pueri ſanitatem concedendam ex amore, ac beneficentia impenſa in ſuos, quam ex quolibet alio motiuo. D. Aug. de Catechiſ. rudibus cap.4. ait : *Quilibet diligit diligentes ſe, diligenteſque ſuos.*

D.Bonavent. D.Aug.

133. Cum Judas Machabæus pararet bellum adverſus impium Nicanorem, & eſſet in magno diſcrimine apparuit ai Onias, qui fuerat ſummus Sacerdos, vir bonus, ſimul vidit alium virum ætate, & gloria mirabilem, & cum interrogaſſet, quiſnam eſſet ? Reſpondit Onias : *Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael : hic eſt qui multum orat pro populo, & univerſa ſancta Civitate, Ieremias Propheta*, 2.Machab. cap.15. n.14. Qui extendit, & dedit aureum gladium benedictum à Deo ; communè tamen dubium eſt, cur ex omnibus Prophetis ſolus Jeremias, cur non potius Iſaïas, Ezechiel, vel Daniel, vel alius ? Communis omnium interpretum vox eſt cum D. Paſchaſ. Ter. qui præ omnibus fuit populi ſui eximius amator, qui multum pro ipſo orabat, ejuſque ruinas maximè lamentabatur, & tam intimus impenſus, ac ſigillatus hic amor populi in Jeremia fuit, ut mors potuerit ipſum ab operationibus ſenſitivis privare, & videre, & loqui in die, & ambulare, ut amor populi ſui ita ſigillatus, ac impreſſus, permaneret, ut poſſet ipſe Propheta interire, quin ejus amor deliquium pateretur imo vivacius reviviſceret ; nam in vita ſolum Jeremias orabat ; at poſt mortem non ſolum Jeremias orat, ſed inſuper impendit gladium, ad defendendum, & expugnandos, ac deſtruendos adverſarios.

2.Mach. D.Paſch. *Amor ſui populi intimè radicatus etiã poſt mortem.*

Actor.3 num.25. Vos eſtis filij Prophetarum, & teſtamenti, quod diſpoſuit Deus ad Patres noſtros, dicens ad Abraham, & in nomine tuo benedicentur omnes familiæ terræ.

Num.26. Vobis primum Deus ſuſcitans Filium ſuum miſit eum, benedicente vobis, ut convertat ſe unuſquiſque à nequitia ſua.

VERSIONES.

Syrus n.25. Et fœderis, quod poſuit Deus, &c. Et terræ benedictionem conſequentur.

Syrus n.26. Dum benediceret vobis, ſi fueritis converſi, & pœnitentiam egeritis à flagitijs veſtris, &c.

Oecumen. Dum convertimini unuſquiſque à malitijs veſtris.

Vatablus. A malitioſis ſtudijs veſtris.

Æthiopic. Ut reſipiſcatis à malitia operum ſuorum.

EXPOSITIO II.

134. Verſ.25. *Vos eſtis filij Prophetarum.* Vehemens ad virtutem ſtimulus, majorum virtus, ne quis ab ea degeneret, & ideo dicuntur filij ſpirituales Prophetarum in fide, religione, ac doctrina, à qua non debent degenerare, ac in omnibus tenere, & ſequi. *Et teſtamenti*, Syriacus *fœderis*, & ita ſcribit D.Hieronymus lib.qq. Hebraic. in Geneſ. cap.17. *Ubicumque in Græco legitur teſtamentum, ibi eſt fœdus, ſeu* pactum *Hebræo.* Hoc autem pactum quod in ipſo eſſent benedicendæ omnes generationes, non ſolum factum eſt poſt ſacrificium Iſaac, Geneſ.22.n.17. ut vult D.Ambroſ. lib. de Abrahamo cap.8. ſed etiam in alijs locis, ut Geneſ.12.n.3. & cap.18.n.18. ut notarunt Pererius, & Caiet. filij autem fœderis, ſeu promiſſionis divinæ vocantur Judæi, ad illos pertinet fœdus principaliter, ſeu promiſſio de Chriſto Jeſu vero Meſſia, ſicut & Chriſtiani vocantur filij novi Teſtamenti, quia ad ipſos virtute ſanguinis Jeſu Chriſti pertinent omnia Sacramenta, ac cætera dona contenta in lege gratiæ.

D.Hier. Gen.22. D.Ambr. Pererius. Caiet.

135. *In ſemine tuo.* Quod exponens D.Paulus ad Galatas 3. n.16. ait : Dictum eſſe *in ſemine, & non in ſeminibus quaſi in multis, & quaſi in uno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus.* Quia nobis ſalus non in multis, ſed in uno ſolo Jeſu filio Abrahæ, & filio ex poſteris ejus. *Benedicentur.* Juſtificabuntur, & ſalutem aſſequentur ; *omnes familiæ terræ* Benedictio Dei non eſt tantum verbalis, ut eſt hominum, ſed realis multa, & magna dona ſecum afferens, utpote beneficium ſupremi Domini, Deus ad Abraham, Geneſ.12.n.2. *Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum.* Sic in multis locis Geneſ.26. n.3.& 26. 2.Reg.6.n.11. & 12. Dei benedictio multa dona ſecum portat.

Ad Galatas. Gen.12. Gen.26. 2.Reg.6.

136. Verſ.26. *Vobis primum*, id eſt primò, ac directè, Miſſus eſt Chriſtus ad Judæos, ut verus Meſſias promiſſus eorum Patribus, ſic dixit Chriſtus mulieri Chananææ : *Non ſum miſſus, niſi ad oves, quæ perierant domus Iſrael*, Matth.15. n.24. *Suſcitans* Alludit D.Petrus ad dictum Moyſis : *Prophetam ſuſcitabit vobis Deus.* D.Chryſoſt. Oecumen. ad reſurrectionem ex mortuis referunt.

Math.15. D. Chryſoſt. Oecum.

137. *Filium ſuum.* Beda ait : *illum ipſum, quem proximè antea vocaverat ſemen Abrahæ*, ſic & Lyran. filium intelligit cum relatione ad Abraham, ac ſi: *Filium ejus* : At verò ſi cum Chryſoſt. hoc referat ad reſurrectionem ſuſcitans, cum ait filium ſuum, intellige filium ipſius Dei. *Benedicente*, hoc eſt benefaciente vobis exclama cum D.Chryſoſtomo, O' ſumma, & infinita bonitas ! Qui Crucifixus eſt, ſuos crucifixores benedixit. *Convertat ſe, ut ejus benedictione fruatur*, quæ converſio pendet à noſtro libero arbitrio, quia, ut ait D.Auguſt. ſermon 15. de verbis Apoſtoli cap.11. *Qui fecit te ſine te, non juſtificabit te ſine te.*

Beda. Lyran. D.Chryſoſt. Oecum. D.Chryſoſt. D.Aug.

CAPVT IV.

1\. *Loquentibus autem illis ad populum ſupervenerunt Sacerdotes, & Magiſtratus Templi, & Sadducæi.*

2\. *Dolentes quod docerent populum, & annunciarent in Ieſu reſurrectionem ex mortuis.*

3\. *Et injecerunt in eos manus, & poſuerunt eos in cuſtodiam in craſtinum ; erat enim jam veſpera.*

4\. *Multi autem eorum, qui audierant verbum, crediderant, & factus eſt numerus virorum quinque millia.*

5. *Factum eſt autem in craſtinum, ut congregarentur Principes eorum, & Seniores, & Scribæ in Ieruſalem.*
6. *Et Annas Princeps Sacerdotum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere Sacerdotali.*
7. *Et ſtatuentes eos in medio interrogabant: In qua virtute, aut in quo nomine feciſtis hoc vos?*
8. *Tunc repletus Spiritu ſancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi, & Seniores audite.*
9. *Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſalvus factus eſt.*
10. *Notum ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſrael; quia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitavit à mortuis, in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus.*
11. *Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli.*
12. *Et non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri.*
13. *Videntes autem Petri conſtantiam, & Ioannis, comperto, quod homines eſſent ſine litteris, & idiotæ, admirabantur, & cognoſcebant eos, quoniam cum Ieſu fuerant.*
14. *Hominem quoque videntes ſtantem cum eis, qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere.*
15. *Iuſſerunt autem eos foras extra Concilium ſecedere, & conferebant ad invicem.*
16. *Dicentes: Quid faciemus hominibus iſtis? quoniam quidem notum ſignum factum eſt per eos omnibus habitantibus Ieruſalem: manifeſtum eſt, & non poſſumus negare.*
17. *Sed ne amplius divulgetur in populum, comminemur eis, ne ultra loquantur in nomine hoc ulli hominum.*
18. *Et vocantes eos denuntiaverunt, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Ieſu.*
19. *Petrus vero, & Ioannes reſpondentes, dixerunt ad eos: ſi juſtum eſt in conſpectu Dei, vos potius audire, quam Deum, judicate.*
20. *Non enim poſſumus, quæ vidimus, & audivimus non loqui.*
21. *At illi comminantes dimiſerunt eos: non invenientes quomodo punirent eos propter populum; quia omnes clarificabant id, quod factum fuerat in eo quod acciderat.*
22. *Annorum enim erat amplius quadraginta homo, in quo factum fuerat ſignum iſtud ſanitatis.*
23. *Dimiſſi autem venerunt ad ſuos: & annuntiaverunt eis quanta ad eos Principes Sacerdotum, & Seniores dixiſſent.*
24. *Qui cum audiſſent, unanimiter levaverunt vocem ad Deum, & dixerunt: Domine, tu es, qui feciſti cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt.*
25. *Qui Spiritu ſancto per os Patris noſtri David pueri tui dixiſti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania.*
26. *Aſtiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus.*
27. *Convenerunt enim verè in Civitate iſta adverſus Sanctum puerum tuum Ieſum, quem unxiſti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum gentibus, & populis Iſrael.*
28. *Facere quæ manus tua, & Concilium tuum decreverunt fieri.*
29. *Et nunc Domine reſpice in minas eorum, & da ſervis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum.*
30. *In eo, quod manum tuam extendas ad ſanitates, & ſigna, & prodigia fieri per nomen ſancti Filij tui Ieſu.*
31. *Et cum oraſſent, motus eſt locus, in quo erant Congregati, & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & loquebantur Verbum Dei cum fiducia.*
32. *Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.*
33. *Et virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri, & gratia magna erat in omnibus illis.*
34. *Neque enim quiſquam egens erat inter illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant.*
35. *Et ponebant ante pedes Apoſtolorum. Dividebatur autem ſingulis prout cuique opus erat.*
36. *Ioſeph autem, qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis (quod eſt interpretatum Filius conſolationis) Levites, Cyprius genere.*
37. *Cum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & poſuit ante pedes Apoſtolorum.*

ARGVMENTVM

PEtrus, & Joannes, dum prædicant Chriſti reſurrectionem, incarcerantur & bis vocati in Concilio, & ibi generosè, ac intrepidè Chriſti cauſam agunt, laudantes Deum redeunt ad ſuos, & novam gratiam, ac robur ab Spiritu ſancto accipiunt; fideles ſumma concordia, ac unione inter ſe vivunt, & poſſeſſiones promiſcuè vendebant inter quos numeratur Barnabas.

Actor.4.n.1. Loquentibus autem illis ad populum, ſupervenerunt Sacerdotes, & Magiſtratus Templi, & Sadducæi.

Num.2. Dolentes, quod docerent populum, & annuntiarent in Jeſu reſurrectionem ex mortuis.

Num.3. Et injecerunt in eos manus, & poſuerunt eos in cuſtodiam in craſtinum, erat enim jam veſpera.

Num.4. Multi autem eorum, qui audierant verbum, crediderunt: & factus eſt numerus virorum quinque millia.

In hoc libro Lectionum varietas non multum diſcrepat à noſtra vulgata, ubi fuerit aliqua diverſitas ſimul cum expoſitione adnotabo.

Verſiónes,

CVM EXPOSITIONE I.

1. Lucifer. Verſ.1. L*Oquentibus autem illis ad populum.* Lucifer *cum loquerentur ad populum.* Superiori cap. à n.12. exprimuntur verba D.Petri; Joannes vero ejus comes non fuit mutus, ſed etiam prædicabat ad ipſas turbas, vel ſaltem ad partem earum.

2. Syrus. Arabic. Tigurin. Caiet. B.da. *Supervenerunt* Syrus *ſurrexerunt in eos.* Arabicus: *Aſtiterunt eis.* Tygurina *Præſto fuerunt illis.* Invidia, & odio commoti in Chriſtum. *Sacerdotes, & Magiſtratus Templi,* Syrus *Præfecti Templi.* Arabicus *Præfectus Templi,* Lucifer *Pontifices Templi,* Caietanus *Dux Templi*, Beda *Prætor Templi.* Circa Templum erat manus militum armata cum ſuo Duce, ſeu Præfecto ad cuſtodiendum Templum, & ut omnia pacatè abſque tumultu fierent in eo de quo quæſt. ſequenti.

3. Sadducæi negabant reſurrectionem. *Et Sadducæi* hos exprimit nominatim, quia hi, cum negarent reſurrectionem mortuorum, ægrè ferebant dici quod Jeſus reſurrexerat, utpote contra falſum eorum dogma, unde ſequitur *dolentes.*

4. D.Chryſoſt. Arias. Græcus. Syrus. Verſ.2. *Dolentes quod docerent populum*, Syrus *cum excandeſcentes eſſent*, D.Chryſoſt. *moleſtè ferentes*, Arias *labore affecti* quod docerent populum, maximè de hoc dolebant Sadducæi, ut modo dixi. *Annuntiarent* editio Græca concordat cum noſtra in Jeſu, non, ut aliqui legunt ad Jeſum, ſed in ablativo. In virtute, ac nomine Jeſu futuram noſtram reſurrectionem ex mortuis, Syrus ex domo mortuorum.

5. Arabic. 2.Cor.11. Verſ.3. *Et injecerunt.* Arabicus, *poſuerunt manus ſuas*, & injecerunt *eos in carcerem propter utrumque*, ſcilicet quia prædicabant Chriſti reſurrectionem jam factam, & noſtram futuram; & hæc eſt prima Petri incarceratio, poſtquam multæ aliæ ſecutæ ſunt; nam, ut notavit D.Paulus 2.Corinth.11. n.27. muneris Apoſtolici illuſtre inſigne ſunt vincula, carceres, & labores; erat jam veſpera poſt horam nonam ab ortu ſolis, in quo claudi miraculum factum eſt, ut patet ex ſuperi. cap.3.n.1. & 6. Ecce cauſa cur eos poſuerunt in cuſtodiam; quia jam non erat tempus, ut in judicium adducerentur, eorumque cauſa ventillaretur.

6. D.Baſil. D Aug. D.Hier. D.Chryſoſt. Verſ.4. *Multi autem eorum, qui audierant verba, & crediderant.* Audierunt cum fructu fidei. *Et factus eſt numerus virorum quinque millia*; diverſa prorſus omnino ab illis tribus millibus de quibus fit mentio cap.2. n.41. Ut notarunt D.Baſilius in Pſalm.115. D.Auguſt. tract.39. in Joan. D.Hieronym. in cap.40. in Iſaiam, & D.Chryſoſtom. Beda, Lyranus in præſenti, ita fervida, & ſancta Apoſtolorum prædicatione, & in duobus diebus converſi ad fidem octo millia hominum; & cum D.Lucas hic dicat *quinque millia virorum* ſolum viros numerat, & valde probabile quod ibi eſſent multi pueri, ac mulieres, quæ converſæ fuerint ad fidem valde devotus fœmineus ſexus.

* * *

QUÆSTIO I.

Quare Magiſtratus Templi dabatur?

AIt Textus in præſenti quod loquentibus, ſeu prædicantibus Petro, & Ioanne, ad populum 7.
ſupervenerunt Sacerdotes, & *Magiſtratus Templi,* ſeu, ut alij legunt, ut vidimus in expoſitione: *Præfectus Templi, Dux Templi, Prætor Templi*, qui cum manu armata cuſtodiebat Templum, ejus poteſtas erat pro reis capiendis, non vero pro eis judicandis, aut condemnandis, ut tradit Sigonius (Sigon.) lib.3. de republica Hebraica cap.1. hic autem Magiſtratus erat, ex militibus Romanis, ut tradit idem Author, & Ioſeph lib.15. antiquitatum cap.14. (Ioſeph. *Qualis, & ad quid Magiſtratus.*) hic autem Magiſtratus erat *in arce Antonia* quæ erat fortiſſima, & ampliſſima juxta Templum; tum ad illius cuſtodiam, tum ne Iudæi de Templo arcem facerent, & rebellarentur à Romanis, ac proinde Magiſtratus hic erat tanquam Romanorum præſidium in Jeruſalem.

Hunc Magiſtratum habuit Iudas ſecum ad com- 8.
prehendendum Chriſtum, D. Luc.22. n.12. (Luc.22.) *Dixit autem Ieſus ad eos, qui venerunt ad ſe Principes Sacerdotum, & Magiſtratus Templi.* Theophylactus, Euthymius (Theoph. Euthym.) *Milites Templi*, & cum Iudæi petiiſſent à Pilato milites pro cuſtodia ſepulchri, ipſe reſpondit: *Habetis cuſtodiam, ite, cuſtodite, ſicut ſcitis*, Matth.27. n.65. (Math.27) per cuſtodiam intelligens hunc Magiſtratum militum Romanorum, qui erat deputatus ad cuſtodiam. Ita Nicephor. lib.1. hiſtor. cap.32. D.Chryſoſt. homil.83. in Matthæum. (Ioſeph. D Chryſoſt. D Aug.) D.Auguſt. tract.117. in Ioan. & alij, quos citavi tom.6. in Evang. ad cap. citatum 27. Matthæi

Cur autem iſte Magiſtratus militum ponebatur 9.
ad Templum? Communis eſt ſententia cum Caietano, quod iſte Magiſtratus militum in Templo, ad quod cum multi homines ad orationem convenirent, erat ordinatus, ne quid in eo fieret turbulentum, indecens, ac prophanum, minuſque conveniens majeſtati, ac reverentiæ cultus Divini, qui ſupra vitam erat eis in majori æſtimatione. Deplorat David Pſalmo 78. num.1. (Pſal.78.) *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt Templum ſanctum tuum, poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam, poſuerunt morticina ſervorum tuorum, eſcas volatilibus cœli, carnes ſervorum tuorum beſtijs terræ.* In tam ſæva, ac crudeli devaſtatione de quo magis dolet, ac lachrymatur? An quod Urbs ſua Ieruſalem fuerit devaſtata, ac ſolo æquata, an quod corpora eorum fuerint in fruſta dilacerata, dataque volatilibus cœli, & beſtijs terræ? minimè, ſed quod ſanctum Dei Templum fuerit pollutum, hoc in exordio ſui planctus, ac gemitus, tanquam de illo maximè ſe affligens, ac dolens commemorat, & ab illo, tanquam à principio omnium ſuorum malorum lachrymarum imbres incipiunt defluere. (*Plus magis dolet de injuria Templi, quam de ſua morte.*) Theodoretus (Theod.) ibi ait: *Sapienter preces exordiri docuit, non enim ſua mala primum narrat, ſed impietatem in divinum Templum.*

Ex Dei mandato eo ordine diſponebantur fi- 10.
lij Iſrael per deſertum, ſinguli per turmas, ſigna, atque vexilla, & domos cognationum ſuarum *per gyrum Tabernaculum fœderis*, Numer. 2. (Num.) n.2. Eo modo ſic caſtra locata erant, ut milites cingerent Sanctuarium, quod ad illius honorem explanat Caietanus (Caiet.) dicens: *Inſtitutus eſt hujuſmodi ſitus ad honorandum tabernaculum.* Aliter etiam Mendox. (Mendoz.) tom.2. ad 1. Reg. cap.4. n.3. ſic caſtra, & milites circunſtant Sanctuarium, ait ipſe:

Ut

Pro defenſione Templi vita contemnenda.

Ut primi ſe ab hoſte , quam Sanctuarium expugnari paterentur. Non tabernaculum fœderis , tanquam dux itineris præcedat, ſed ſit in medio caſtrorum, & undique milites armati circumſtent , quod ſi aliqua armata manus ſupervenerit , potius ipſi omni morti, ac periculo exponantur , quam Dei Sanctuario aliquid minus decens inferatur.

11. Poſtquam oratione Davidis miſertus eſt Dominus populi, & dixiſſet Angelo percutienti : *Sufficit nunc contine manum tuam,* 2.Reg.24.n.16. Cum ceſſaſſet peſtilentia , in gratificatione tanti beneficij in area Jebuſæi immolavit David victimas , & poſuit ibi Altaré holocauſtorum ; unde multo timore perterritus non audet accedere : *Videns gladium Angeli Domini* , 1. Paralipom. cap.21. n.3. Jam Angelus percutiens populum peſtilentiâ recondERat in vaginam ſuum gladium , & ceſſaverat plaga : quid nunc iſte Angelus cum gladio : Scienter reſpondet Urbanus Papa ad Pſalm.50. & ait : *Hæc eſt ara templi Sancti , juxta quam eſt Angelus ad cuſtodiam.* Dicam etiam , Angelus diſtricto gladio ad percutiendum cum peſtilentia populum ob grandia peccata, ut etiam Angelus cum gladio diſtricto ad percutiendum ſancti Templi profanatores , ac irreverentias , quæ in eo perpatrantur ; ex his gravis ruina , ac præcipitium cunctis minatur in gladio Angeli.

2.Reg. 24.

2.Paralip.21.

Urbanus Papa.

Angelus cuſtodiens templa contra profanatores.

12. Oſtendens Chriſtus D. magnificentiam , & ſublimitatem templi ſuis diſcipulis, ait : *Videtis hæc : Amen dico vobis non relinquetur hic lapis ſuper lapidem,* Math.24. n.1. Tunc diſcipuli quærunt : *Dic nobis , quando hæc erunt , & quod ſignum adventus tui, & conſummationis ſæculi.* Res ſanè magna ponderatione digna : Chriſtus D. locutus eſt de Templi ruina , ac deſolatione : Unde ergo Apoſtolis venit in mentem totius Orbis diſſolutio , ac devaſtatio ? *Et conſummationis ſæculi.* Ratiocinatio Apoſtolica inſinuat , exciſo Templo orbem univerſum ruiturum , extremumque illius eſſe excidium , nec mundus poteſt ſtare religione loci ſacri profanata.

Math.24

Periit orbis religione profligata.

QUÆSTIO II.

Quare in prima Concione convertit D. Petrus tria millia , in hac vero quinque millia ?

13. IN prima Concione , quam D.Petrus habuit poſt adventum Spiritus ſancti converſi ſunt ad fidem circiter tria millia ut patet ſupra cap.2. num.41. hic vero quinque millia ad fidem reducit : In prima Concione erant duodecim Apoſtoli præſentes , hic vero tantum duo Petrus , & Joannes. Ad quæſtionem.

Difficultas quæſtionis.

14. Reſpondetur primo ex D.Chryſoſtom. homil.de virtute , & vitio, & ait : *Modicum fermentum Apoſtolorum magnam farinæ maſſam convertebat , quia non quantitate numeri , ſed gratia Spiritus , vim juſti ſuam tenent.* Converſio animarum , quæ eſt præclariſſimum Dei donum , non venit à numero, ac quantitate prædicantium , ſed à gratia Spiritus ſancti , quæ trahit unumquemque prout vult , ac proinde totum ad Dei gratiam reducendum, ideoque duo tot convertunt.

D.Chryſoſt.

In converſione gentium non homo ſed Deus operatur.

15. Secundo : Alta Dei providentia convertit Petrus quinque millia , qui ſecum aſtabant , futurum erat, ut Pontifices , ac Seniores populi manus injicerent in Petrum , & Joannem , & ponerent in carcerem quia cum haberent tot hominum millia ab adverſarijs ſe poterant facile tueri , ac defendi , ſed noluerunt quia virtus Apoſtolica magis patiendo, ſuſtinendo , ac ſufferendo , quam pugnando , ac contradicendo perſuadetur , atque oſtenditur. Sic ait Paulus 2.Corinth.12. n.10. *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus , in contumelijs , in neceſſitatibus , in anguſtijs pro Chriſto , cum enim infirmor , tunc potens ſum.* Ac ſi dicat in labore , & anguſtijs, & carcere nihil fortitudinis in me deperit , ſed tunc Dei gratia fortior, ac potentior ſum.

Virtus Apoſtolica magis patiendo, quam pugnando, oſtenditur.

2.Cor.12

16. Tertio per manus Apoſtolorum quinque millia hominum ſatiata ſunt panibus , quinque millia hominum interventu illorum ſunt converſa ad fidem , ut notavit Divus Hilarius apud D. Thom. in Caten. & ait : *Quia per hos erant divinæ gratiæ dona reddenda , idem autem edentium numerus invenitur , qui futurus fuerat creditorum ; nam ſicut in libro Apoſtolorum continetur ex Iſraël populo infirmitate virorum quinque millia crediderunt.* Idem docent D.Baſil. homil. in Pſalm.115. D. Hieronymus ad caput 40. Iſaiæ , Divus Irenæus in cap.1. Iſaiæ , & hic Beda , Carthuſianus , & alij in illo ſtupendo miraculo apud Joan. cap.6. diſtribuentes panem ſatiarunt quinque millia hominum , tot in numero illuminarunt , & in fide Chriſti inſtruxerunt , ut veri fideles in Chriſtiana religione fierent. Hoc præſtiterunt Apoſtoli tanquam primi patres , ac præſules Eccleſiæ , ut inde diſcant cæteri ; quod ſi Rectores , ac Religionis majores docent , ac illuminant , probitate morum , præbeant etiam panem , & alimenta , quibus neceſſario humana vita indiget.

D.Hilar.

D Baſil.
D.Hier.
D.Iren.
Ioan.6.
Beda.

Qui dat doctrinâ præbet etiam cibum.

17. Joſeph ſuæ præclaræ dignitatis magnum indicium repræſentatum agnoſcens ait fratribus ſuis : *Vidi per ſomnium putabam nos ligare manipulos in agro , & quaſi conſurgere manipulum meum,* Geneſ.37. num.7. Poſtea vero aliud vidit ſomnium, & ait : *Vidi quaſi Solem , & Lunam , & Stellas undecim adorare me.* Maximè ponderatione digniſſimum , quod præſagium ſui Principatus indicatur Joſeph manipulis , Sole , & Luna ac Stellis, quæ in Cœlo cum manipulis apparent , quæ conſurgunt in terra , quænam combinatio datur in Sole , & Luna cum tritici manipulo ? In Principe , ac Gubernatore multum per omnem modum ; quia ſi ipſe fulget ut Sol , & Luna , ut ſuos illuminet , & dirigat in ſana doctrina , etiam providentia conſurgat , ut ſui non fameſcant , ſed pane , & alimento abundent. Ad hoc reſpicit Hamerus in præſenti : *In ſigno principatus manipulus conſurgens.*

Geneſ.37

Prælatus dans doctrinam, det & panem.

Hamer.

18. Quarto in prima Concione poſt adventum Spiritus ſancti cap.2. ſolum quidam obmurmurantes dixerunt : *Quia muſto pleni ſunt iſti* , at hic in præſenti totius Reipublicæ Senatus ſe oppoſuit contra Apoſtolos ; Seniores , & Magiſtratus populi injecerunt manus in Apoſtolos , eoſque in carcerem ſecluſerunt , bis advocati ſunt in Concilium , & gravibus minis comminati ſunt eos , ne ultra in nomine Chriſti prædicarent ; tunc vero inter tot , ac tantas contradictiones , ac contrarietates , quinque millia ad fidem convertunt , multo plures , quam in alia Concione ; quia quanto plures adverſitates, ac tempeſtatum impetus inſurgunt in Apoſtolicos viros , ut eos dejiciant , & opprimant , tanto magis ipſi creſcunt, & augentur, atque uberiores faciunt fructus ; Eccleſia oppoſitionibus non opprimitur, nec dejicitur, ſed illis tanquam alis magis elevatur , ac ſublimatur. D Hilar. lib.7. de Trinit. ad initium ſic ait : *Proprium Eccleſiæ eſt , tunc vincat, cum læditur , tunc intelligat cum arguitur , tunc obtineat cum deſeritur.*

Eccleſia, cum oppugnatur creſcit.

D.Hilar.

19. Ab hac præſenti hiſtoria non diſcedo : dicitur in 1. & 2. verſ. hujus capitis , *quod videntes Seniores,*

Actor.4.

Magiſtratus populi, ac Sadducei Apoſtolos prædicantes in Chriſti nomine injecerunt in carcerem. Maximè Oecumenius rem expendit: Seniores Magiſtratus, & Sadducæi erant graviores perſonæ totius populi, cur per ſe ipſos injiciunt manus in Apoſtolos, cur non per ſatellites, vel alios miniſtros hoc ſperant fieri, quorum proprium erat officium, cur ergo Seniores, ac Pontifices ſuæ dignitatis immemores, coram tanta hominum multitudine manus in Apoſtolos mittunt? Oecumenius ait: *Coram multitudine autem Apoſtolos vinxerunt, ut eos etiam, qui viderant timidiores redderent, & eos, qui crediderant imbecilliores reddi oportebat.* Tanto impetu Pontifices, ac ſeniores Apoſtolos in vinculis alligant, ut ex tanta multitudine videntes timidiores fierent, & credentes imbecilliores, ac infirmiores in fide redderent. At contra accidit; nam ipſi credentes videntes Apoſtolorum conſtantiam, & generoſitatem in Concilio, & Seniores, ac Pontifices nihil reſponſi haberent, inde ipſi facti ſunt firmiores, ac fortiores in fide clarificantes, & laudantes Apoſtolos; ut patet infra verſ.21. & ideo Seniores ipſi, & Pontifices timore correpti Apoſtolos liberos dimiſerunt, ipſi Seniores, & Pontifices intentarunt timore opprimere credentes, atque econtra accidit, nam ipſi maximo timore repleti videntes quod omnes clarificabant Apoſtolos, ut dicitur infra verſ.21. de hac re, quod Eccleſia dum impugnatur magis creſcit, & augmentum accipit. Multa habes in omnibus meis tomis in Sybillario verbo *Eccleſia*, & maximè 1. & 2.tom. in Apocalypſ.

Oecum. *Apoſtoli dum impugnantur magis augentur.*

Actor.4.n.5. Factum eſt autem in craſtinum, ut congregarentur Principes eorum, & Seniores, & Scribæ in Jeruſalem.

Num.6. Et Annas Princeps Sacerdotum, & Caïphas, & Joannes, & Alexander, & quotquot erant de genere Sacerdotali.

Num 7. Et ſtatuentes eos in medio interrogabant: In qua virtute, aut quo nomine feciſtis hoc vos?

EXPOSITIO II.

Cum Verſionibus.

20. Verſ.5. F*Actum eſt autem in craſtinum*, Siriacus *Poſtere die congregati ſunt Magiſtratus*, in Concilio, quod inſtitutum fuit à Deo, Num.11.n.24. Hebraïcè dictum *Sanedrim*, componebatur ex 71. viris, nec omnes erant ex ſola tribu Judæ, ut dixerunt Joannes, & Ludovicus in temporum breviario, nec ex ſolis Sacerdotibus, ut vult Abulenſis, ſed ex duodecim tribubus eligebantur duodecim Principes, & etiam ex 24. Principibus Sacerdotum, qui totidem eorum familijs præſidebant juſſu inſtituti à Davide, 1.Paralip. cap.15.n.6. Hi autem Principes Sacerdotum erant illi, qui aliquando Summum Pontificatum geſſerunt, vel à Summo Pontifice gubernante nominati ſunt. Hi ſunt, qui paſſim in Evangelio, & in hoc libro Actorum vocantur Principes Sacerdotum, & in hoc Concilio *Sanedrim* condemnatus eſt Innocentiſſimus JESUS.

Concilii Sanedrim. Num.11. Paralip. 15.

21. *Seniores*, qui ætate, ſapientia, ac prudentia, & opinione maximè venerabiles erant, & ex hoc nomine Seniorum multi exiſtimant deduci illa vox Hiſpanica *Señor*, & *Scriba*, qui erant viri ſapientes, & Doctores, quod ex Hebræo & Græco idem valet, ac *Literati* quorum proprium erat, ut ſæpè dixi multis in locis, ſcripturam explicare, ac interpretari.

22. Verſ.6. *Et Annas Princeps Sacerdotum*, & prior nominatur, quam Caiphas, utpote Senior Caiphæ genero; vel quia re vera erat tunc Summus Pontifex, nec obſtat quod Caiphas tempore paſſionis eſſet Summus Pontifex, Joan.11.n.49. nam iſti duo alternativè quotannis emptum Pontificatum habebant à Romanis, Luc.3.n.2. Et apud Hebræos annus incipiebat menſe Niſan, id eſt Martio, ſolemniſſimo Paſchali feſto, ac proinde in Paſchate antecedenti, qui fuit ſacratiſſimus dies Reſurrectionis Chriſti finitus fuit Pontificatus Caiphas, & incepit alter Annæ, ita hanc ſeriem Nicephorus.

Joan.11. Luc.3. Niceph.

23. *Et Caiphas.* Petrus tempore paſſionis in domo Caïphæ timore correptus unius ancillæ voce Chriſtum negavit: At vero modo gratia Spiritus ſancti corroboratus generosè, ac intrepidè coram ipſo Caïpha, ac toto Concilio Chriſti magnalia loquitur. *Et Joannes* hic fuit unus ex quinque Annæ filijs, alio nomine Jonathas appellatus, de quo agit Joſeph. libr.Belli Judaici cap.25. & poſtea etiam Pontifex creatus eſt.

Joſeph.

24. *Alexander* opibus, virtute, ac poteſtate clarebat maximè Alexandriæ, ubi erat *Halabarcha*, id eſt præfectus ſalis, ut inquit Joſephus lib.20. antiquit. cap.4. *Et quotquot erant de genere Sacerdotali*, Syrus legit *ex genere Summorum Pontificum*, Arabicus *ex genere Pontificatus Sacerdotalis*, erant ex genere Pontificio, hi erant Principes Sacerdotum, hoc eſt viginti quatuor familiarum Sacerdotalium capita; hi enim Principes vocabantur Pontifices, quibus præſidebat Summus Pontifex.

Joſeph. Syriac. Arabicus

25. Verſ.7. *Et ſtatuentes eos in medio.* Oecumen. legit: *Ipſos poſitos in medio*, ut ab omnibus circumſpicerentur Apoſtoli. *Interrogabant*, Arabicus *ſciſcitati ſunt*, & dicunt *in qua virtute*, Græcus *In qua potentia* feciſtis hoc, ut notat Oecumenius per contemptum dicunt *hoc* non miraculum, ſed prodigium artis Magicæ, Dæmonis viribus exiſtimantes.

Oecum. Arabic. Græcus.

QUÆSTIO III.

Quare Magiſtratus interrogat Apoſtolos de operato miraculo claudi, cum valde notum eſſet fuiſſe factum in nomine Ieſu Nazaræi?

26. LYranus exiſtimat quod claudus ſanatus ſimul cum Apoſtolis incarceratus fuiſſet, ſimulque cum illis nunc in Concilio præſentaretur, & id videtur indicare pronomen *hoc*. Interrogant *Qua virtute feciſtis hoc?* qui loquendi modus videtur denotare præſentiam hominis.

Lyran.

27. Cum ergo omnibus notum eſſet miraculum fuiſſe factum in virtute nominis Jeſu; nam D.Petrus patenti, & alta voce dixit claudo cap.3.n.6. *In nomine Ieſu Nazaræi ſurge, & ambula*, cum ergo hoc eſſet in omnium ore ad quid interrogant?

Difficultas quæſtionis.

28. Reſpondent primo D.Chryſoſtom. & Oecumen. quod cum Apoſtoli eſſent habiti, ut homines idiotæ, & vincti, quod præ reverentia, ac timore Seniorum, ac Pontificum negarurent aliquid ab eis fuiſſe factum, & forſitan ſciebant, quod Petrus in atrio Pontificis unius mulieris voce Magiſtrum, ac veritatem negavit, Math.26. Sic etiam reverentia tantorum virorum contingeret, ſed eos fefellit malitia eorum gratia Spiritus ſancti ſuperveniente.

D.Chryſoſt. Oecum. *Pro reverentia eſſe etiam non negant veritatem.*

29. Secundo D.Chryſoſtom. Judæi ſibi perſuadebant Apoſtolos non facere miracula virtute Dei, ſed arte Magica, ac pacto Dæmonis, & quod Apoſtoli reverentia atque authoritate tantorum virorum oppreſſi talia de ſe faterentur. Chriſtus D. ab infidelibus Magicus habitus eſt, & Magicæ artis Doctor, Luc.11. n.14.

Luc.11.

Ioan. 8. *Chriſtus, & diſcipuli ab infidelibus dicebantur magici.* D. Aug. D. Hier.

num. 44. Ioan. 8. num. 48. ſic & Apoſtoli, ac Diſcipuli ab infidelibus, ac Idolis negantibus eorum vera miracula magni impoſitores ſunt dicti ut teſtantur D. Auguſtinus lib. 1. de Conc. Evang. cap. 8. D. Hieronymus epiſtol. 10. ad Fur. & epiſt. 29. ad Marcel. & paſſim ex Actis Sanctorum Martyrum Anaſtaſij, Sebaſtiani, ac aliorum patet, quod magici haberentur.

Quiſque ex ſe alios indicat.

30. Tertio Oecumen. in præſenti ſic ait: Interrogant *In qua virtute, aut in quo nomine feciſtis hoc vos? Vide autem, quam ſubdole interrogant; malebant enim Apoſtolos furori ſuum eſſe opus, quam potentia Chriſti.* Iſti ſeniores, & Pontifices, cum eſſent valde ambitioſi, & honorum avidi ſui ſimiles reputabant Apoſtolos, ac proinde pro honore, & authoritate comparanda pro certo ſibi perſuadebant iniqui ſeniores, quod Petrus, & Ioannes ipſorum potentiæ, ac virtuti miraculum adſcriberent, & quamvis, ut Diſcipuli Chriſti agnoſcerentur, ſi in ſis dominaretur ambitio, nec magiſter, nec Deus eſſet in reverentia, ſed contemptu.

31. Cum multa probitate, & juſtitia dirigebatur Populus Iſrael per Prophetas, tamen his contemptis petierunt à Samuele Regem: *Dà nobis regem ſicut universæ habent nationes*, ait Dominus ad Samuelem: *Audi vocem Populi, & conſtitue eis regem: non enim te abjecerunt, ſed me, ne regem ſuper eos.* 1. Reg. 8 num. 7. Bene poterat populus ſub Regis Imperio fideliſſime Deo ſervire, & in via mandatorum ejus ambulare; obſequium quippe regis non erat impedimentum ad Dei ſervitium, cur ergo ex eo quod poſtulant regem dicitur Deus abjectus? *Non te abjecerunt, ſed me.* Ubi in cor Populi intravit ſollicitudo dominandi, conſequens erat, ut Divinitatis abjectio, & contemptus eos undique teneret. Cum in nobis dominandi, ac exaltandi ardor accenditur, quidquid aliud etiam Deitatis flameſcit, & perit. Noſter D. Cyrillus Alexandr. ad cap. 12. Oſeæ ait: *Non ſolum ex Ægypto eduxit Dominus Populum ſuum, ſed etiam cuſtodivit, in vero enim, & naturali Deo colendo perſtiterunt. Poſtquam autem ſub regno fuerunt, dilectioni erga Deum vale dixerunt.* Expende ultima verba *Dilectioni erga Deum vale dixerunt.*

1. Reg. 8. *Ardor dominandi quidquid etiā Dei eſt extinguit.* D. Cyrill.

30. Cùm indignarentur Apoſtoli, quod filij Zebedæi primas Cathedras ambirent, Ieſus autem vocavit eos ad ſe, & ait: *Scitis quia Principes gentium dominantur eorum.* Matth. 20. num. 25. Affectantibus Principatum proponit Dominus gentium Principes, cur non proponit principes, qui erant in populo fideli Hebraico, quid magis eſt in principibus gentium, quam fidelibus, dum agitur de dominandi affectu. Principes gentium non ſolum ſerviunt Idolis, ſed ipſimet ſe ipſos faciunt Idola & tanquam Idola volunt adorari, & venerari contempto omni Dei cultu, quem etiam ſibi volunt ſubripere. Ad hoc tendit D. Chryſoſt. homil. 66. in Matth. ubi ait: *Gentium moris eſſe oſtendit prima quaque appetere; tyrannica enim hæc paſſio eſt, & nonnunquam etiam eximios viros perturbat.* In gentibus erat illa tyrannica ambitio, ut primatum in honoribus quærerent etiam contra Deum.

Matth. 20. *Dominandi ambitio Deum contēnit.*

QUÆSTIO IV.

Quare Caiphas tam leniter, ac ſuaviter ſe oſtendit modo cum Apoſtolis, cùm tam crudeliter, ac tyrannicè ſe habuiſſet cum Chriſto Domino in ſua paſſione.

32. CRudeliſſime ſuper omnem modum ſe habuit Caiphas in ſua paſſione cum Chriſto, cum eum blaſphemum dixit Matth. 26. num 65. & contemptorem Pontificis habitum Ioan. 18. num. 22. & tandem eum ad mortem impiiſſimam damnavit. At vero modo cum Petro, & Joanne valde lenis, & blandus extitit, nullum in eos aſperum verbum protulit, tandemque eos liberos, ac innocuos, nulla impoſita pœna dimiſit: Unde tanta rei differentia? Meus amantiſſimus Ieſus erat tanquam manſuetus agnus coram tondente obmuteſcens, ſolus relictus à ſuis Ioan. 18. num...... At Petrus in præſenti pro ſe multa faciebat verba, ſecumque habebat octo millia hominum, qui ejus prædicatione converſi ſunt ad fidem tria millia in prima concione cap. 2. num. 41. & modo quinque millia; continuit eum in præſenti præcipuè Dei manus; deinde numeroſa populi multitudo, quam pro ſe Petrus habebat, & timuit Pontifex, ne contra ſe excitaretur, ut inde aliquod, & grave damnum pateretur, & ita dicitur verſ. 21. *Dimiſerunt eos non invenientes quomodo punirent eos propter populum, qui eos glorificabat.*

Matth. 26. Ioan. 18. *Qui habet defenſor eſt in bona reverentia.*

33. Furibunda exardens ira impia Ieſabel contra ſanctum Parentem Eliam, & quod occidiſſet Prophetas, & Sacerdotes Baal facto juramento miſit ad Eliam: *Hæc mihi faciant Dij, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animam tuam, ſicut animam unius ex illis.* 3. Reg. 19. num 2. & tamen furore fervens Iezabel, nullam diligentiam fecit pro comprehendendo, & tenendo Elia, & quamvis ipſe fugiſſet poterat impia Regina ſua poteſtate multos milites per varias partes mittere ad eum quærendum; filij Prophetarum, cum agnoviſſent, quod Elias raptus eſſet, miſerant quinquaginta viros fortes per varia loca ad eum perquirendum. 4. Reg. 2. num. 16. filij Prophetarum deſtinant milites fortes, ut magna indagine valeant invenire Eliam, cur ergo etiam ira exardens crudelis Regina (quod facillime poterat exequi) apparitores non ordinat ad perſequendum, ac capiendum Eliam? Hic magnus Propheta timuit Iezabelem, ipſaque etiam timuit Eliam, cum videret, quod ille ſecum haberet omnem populum ex illo miraculoſo igne de cœlo delapſo in ejus ſacrificio, ita ut ex imperio Eliæ populus apprehenderit omnes Prophetas Baal 850. & eos occidit 3. Reg. 18. num. 40. Cum ergo Elias tam vehementer haberet populum ſibi adſtrictum ad ſuum nutum, timuit Iezabel aliquid contra Eliam moliri, ne populi tumultu damnum retorqueretur in ipſam, graveque detrimentum in caput ejus irrueret, & ideo ſe abſtinet à perſequendo Elia.

3. Reg. 19. 4. Reg. 2. *Qui habet ſecum populum ab aliis timetur.* 3. Reg. 18.

43. Apertum eſt Cœlum, & venit Chriſtus Dominus veſtitus byſſino candido, in equo albo, & in capite ejus diademata multa, & ex ore ejus gladius acutus exibat, & in fœmore in veſtimento ejus ſcriptum erat: *Rex Regum, Dominus Dominantium, & exercitus, qui ſunt in Cœlo ſequebantur eum.* Apocalypſ. 19. num. 14. Exiit Chriſtus in prælium contra Antichriſtum, ut notavit ibidem quæſtione 43. num. 319; & ita dicitur infra numer. 19. *Vidi Beſtiam, & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium.* Si Dominus exiit in pugnam, ipſe ſolùm ſufficiens erat ad bellum, cùm ſit Rex Regum, & Dominus Dominantium, & quamvis cœleſtes exercitus non eſſent neceſſarij ad certamen, & ſolus Dominus per ſe ipſum eſſet abundantiſſimus, tamen ipſi exercitus cœleſtes tanquam auxiliares, ac adjutrices multum proficiebant ad bellum ad majorem terrorem, ac metum incutiendum adverſariis, ut ipſi ex magno militum apparatu maxime pavere tabeſcant, eorumque vires enerventur Divus Ambroſius. *In fine mundi inſtante, veniet Dominus cum ſanctis ſuis, ut pugnet per ipſos contra Antichriſtum, & monſtros ſuos......*

Apoc. 19. D. Ambr.

Actor.4.n.8. Tunc repletus Spiritu Sancto Petrus dixit ad eos: Principes populi, & ſeniores audite.

Num.9. Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſalvus factus eſt.

Num.10. Notum ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſrael, quia in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Nazaræni, quem vos Crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitavit à mortuis, in hoc iſte ſtat coram vobis ſanus.

Num.11. Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli.

Num.12. Et non eſt in alio aliquo ſalus; nec enim aliud nomen eſt ſub Cœlo datum hominibus in quo oporteat nos ſalvos fieri.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE III.

35. Verſ.8. *Tunc repletus Spiritu Sancto Petrus.* Syriacus: *Tunc Petrus Cephas repletus Spiritu Sanctitatis.* Æthyopic. *Et plenitudo Spiritus Sancti fuit ſuper eos*, Cum hic dicitur Petrus repletus Spiritu Sancto denotatur modo nova gratia in eo præter illam habitualem, quam ipſe cum cæteris Apoſtolis accepit in die Pentecoſtes. Ad opera enim heroica non ſufficit communis, & habitualis gratia, ſed nova actualis communi major, ac potentior exigitur, & hic adimpletum eſt; quod Chriſtus ſuis Apoſtolis promiſit: Cum judicent vos in Synagogis, &c. ne ſolliciti ſitis quid reſpondeatis, aut quid dicatis: Spiritus Sanctus dabit vobis quid oporteat vos dicere Luc.12.n.11.

Syriac. Æthiop. Peculiaris gratia ad opera heroica. Luc.12.

36. *Dixit ad eos, Principes populi, & ſeniores audite.* Multa cum modeſtia loquitur Petrus, & ad hos dirigit ſermonem. Notat Oecumenius tanquam magis capaces, cum enim his ſolis eſt agendum. Deinde omittit ſcribas, & Pontifices, & ſolum exprimit Principes populi, & ſeniores, quia ad hos principaliter res pertinebat, & auditis ſcribis, ut legis Doctoribus res ad Pontifices deducenda erat.

Modeſtia Petri. Oecum.

37. Verſ.9. *Si nos hodie dijudicamur in benefacto.* Syriacus *ſi vocamur in jus* propter beneficium, quod fuit in homine ægroto, D. Chryſoſt. Si examinamur de eo quod benefecimus homini infirmo. Æthyop. *Nos dijudicamur pro auxilio dato.* Pagninus, Tygurina *Examinamur.* Senſus eſt, ſi nos hodie diſcutimur, in quæſtionem, examen, jus, vocamur, & examinamur. *In benefacto* Syriacus *propter beneficium* ſanitatis claudo collatum. *In quo iſte ſalvus factus eſt.* Syriacus *quo pacto ſanatus eſt*, nempe qua vi, virtute, poteſtate iſte ſanatus eſt, quod interrogaverunt Iudices verſ. 7. & cum dicunt Apoſtoli iſte ſalvus; ex hoc bene probatur conjectura Lyrani, quod claudus ſimul cum Apoſtolis incarceratus eſt, & præſens aderat.

Syriac. D.Chryſoſt. Æthyop. Pagnin. Tigurin. Syriac.

38. Verſ.10. *Notum ſit omnibus, &c. quia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti*, invocatione, ac invocata virtute Jeſus Nazaræni ex oppidulo Nazareth. Vide ſupradicta cap.3. verſ.6 *Quem vos crucifixiſtis.* Æthyop. *Quem vos ſuſpendiſtis ſuper lignum.* Libertas Apoſtolica in publico Senatu eis objicit graviſſimum crimen, id eſt mortis Chriſti: Veritas audax nil timet. *Quem Deus ſuſcitavit à mortuis.* Syriacus. *Quem excitavit Deus à domo mortuorum.* Deus Pater, & Chriſtus etiam ut Deus ſe ipſum ſuſcitavit; quia tamen Judæi tam altum myſterium Divinitatis Chriſti capere non poterant, ideo enim eum interfecerunt, quia ſe Deum, ac Filium Dei dicebat, ideo, ut notat Oecumenius, Petrus Reſurrectionem Patri adſcribit.

Æthyop. Syriac.

39. *In quo iſte ſtat coram vobis.* Arabicus *ſanus, & integer* vere, & non ficte, & verbum *ſtat* in claudo, habet peculiarem emphaſim, qui antea, ut claudus jacebat, & minime ſe poterat erigere.

Arabic.

40. Verſ. 11. *Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus*, Syriacus *Quem reprobaſtis*, Arabicus *Quem contempſiſtis*, Pagninus *Qui rejectus eſt.* Arias *nihil habitus.* Locus eſt ex Pſalm. 117. num. 22. locus iſte ad literam intelligitur de Chriſto Domino Matth. 21. num. 42. Epheſ. 2. num. 20. Principes, ac Pontifices Judæorum, ad quorum officium ſpectabat ædificare in doctrina populum, Chriſtum tanquam inutilem rejecerunt, ſed à Deo Patre in illuſtriſſimo loco fabricæ poſitus eſt, nempe in capite anguli, ut duos populos, nempe Iudaicum, & gentilem coadunaret, & ex utriſque unam congregaret Eccleſiam.

Syriac. Arabic. Pagnin. Arias. Pſal.117.

41. Verſ. 12. *Non eſt in alio aliquo ſalus.* Syriacus. *Non eſt in alio Redemptio.* Æthyop. Alia vita. D. Cypri. *ſervari non poſſe.* Arabicus. *Neque eſt ſalus per quenquam, neque per alium.* Non eſt in aliquo alio ſalus, redemptio, vita, cujus invocatione, virtute, & potentia ſalutem habere, ac expectare poſſimus tam animæ, quam corporis, niſi in nomine, ac fide Ieſu, nomen hic, & aliis locis ſæpe ponitur in ſcriptura pro re nominata, ut ſæpe jam dixi.

Syriac. Æthyop. D. Cypr. Arabic.

QUÆSTIO V.

Quare Divus Petrus tam profunde, & altiſſime reſpondet eorum nequitiam arguens, & caſtigans?

42. INcarcerantur Petrus, & Ioannes, vocantur in Senatum, quia claudi miraculum prædicabant factum in nomine Ieſu Nazaræni, ejuſque glorioſam reſurrectionem teſtificabantur, de quo maxime dolentes erant num. 2. ſeu, ut legunt Syriacus. *Excandeſcentes erant*, ſeu D. Chryſoſt. *male ferentes.*

Syriac. D Chryſoſt.

43. Dolebant maximè, quod prædicarent virtutem nominis Ieſu, ita dicitur infra verſ. 18. *Denuntiaverunt, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Ieſu.* At è contra Petrus virtutem hujus ſanctiſſimi nominis alta voce annuntiat num. 12. *Nec enim aliud nomen eſt ſub Cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri.* At proinde gloria, & exaltatione ipſius nominis eorum nequitiam, ac malitiam confundit, ac caſtigat.

Dolebant Iudæi de nomine Ieſu.

44. Ait Regius Vates Pſalm 117. num. 12. *Circundederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis, & in nomine Domini, quia ultus ſum in eis.* D. Hieronymus legit: *Extincta ſunt, quaſi ignis in ſpinis*, explicat Lorinus invidia, & confuſione, gloria, ac exaltatione ipſius nominis Dei, ſic invidia, ac ignominia ſua tabeſcunt, ac conſumuntur tanquam ignis exardens in ſpinis, ita in nomine Domini, ſeu cum nomine Domini ultus ſum in eis, illius nempe ſublimitate, ac exaltatione.

Pſal 117. D Hier. Lorin. Magnitudine nominis Ieſu opprimuntur adverſarij.

45. Secundo ægrè ferebant Chriſti Reſurrectionem, ut dicitur verſ.2. *Dolentes, quod docerent populum, & annuntiarent in Ieſu Reſurrectionem ex mortuis.* E contra vero tam Petrus hic, quam infra Sacri Apoſtoli verſ.33. dicitur: *Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium Reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri.* Scribitur virtute magna ob multam repugnantiam, & contradictionem, quam Iudæi faciebant contra ipſam reſurrectionem, & ideo talibus cuſtodibus

Dolebant Iudæi de Reſurrectione Chriſti.

dibus ſepulchri copioſam pecuniam dederunt, ut veritatem tacerent, & glorioſam reſurrectionem non publicarent Matth. 28. n. 12.

46. Sed alta Dei providentia ipſa Chriſti Reſurrectio ordinata eſt ad majorem Chriſti gloriam, confuſionem, ac pœnam ſuorum inimicorum. In perſona Chriſti ait David Pſalm. 131. num. 18. *Inimicos ejus induam confuſione, ſuper ipſum efflorebit ſanctificatio mea.* Multi ex Hebræo legunt: *fulgebit corona mea.* D. Hieronymus *Diadema ejus*, nempe gloria ejus, ut explicant Arabicus, noſter Incognitus. In die Reſurrectionis ejus maxime fulget corona gloriæ ejus, à cujus confractu inimici ejus induti ſunt confuſione, pudore, ac verecundia, cum talem, ac tantum Dominum morte afficerent.

Pſal. 131. Hebræus D. Hier. A gloria Reſurrectionis confunduntur inimici.

47. Dicitur Pſalm. 3. num. 6. *Ego dormivi, & ſoporatus ſum, & exurrexi; quia Dominus ſuſcepit me.* Et ſubdit: *Quoniam tu percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſa.* Chriſtus Dominus reſurrexit cum glorioſo, eximioque triumpho, ac majeſtate, quia Dominus ſuſcepit eum; quia Æternus Pater eum replevit, ac remuneravit, & idem *tu percuſſiſti omnes inimicos meos ſine cauſa.* Percuſſit omnes, qui eum innocenter, & ſine cauſa percuſſerunt, & perſequuti ſunt, eoſque confuſione, ignominia, tantorumque malefactorum pudore percuſſit. Gloſſa Ordinaria: *Regnante Eccleſia inimici confuſione percuſſi ſunt.*

Pſal. 3. Reſurrectionis gloria percutiuntur inimici.

48. Ait Regius Vates Pſalm. 92. num. 1. *Dominus regnavit decorem indutus eſt, induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* Bis dicitur Dominus indutus; Primò carne Virginea in utero Sanctiſſimæ Mariæ, quæ fuit ei pro eximio decore: Secundo induit fortitudinem in die ſuæ Reſurrectionis; non de primo indumento carnis dicitur, quod præcinxiſſet ſe, quia per mortem fuit depoſitum: at de ſecundò indumento fortitudinis in die ſuæ Reſurrectionis eo perpetuo duraturo ad vincendas tribulationes paſſionis, proſternendos, & deſtruendos ſuos adverſarios, dicitur *præcinxit ſe.* D. Epiphanius tom. 2. adverſ. Hæreſ. ait: *Quemadmodum is, qui ſuper lumbos præcinctus eſt, adſtringit indumentum ad lumbos ſuperfluam ſpeciem firmans: Sic primum decorem propter adventum in carne, deinde fortitudinem induit, ubi reſurrexit ex mortuis non amplius ad paſſionem humanitatis ipſius venit, & amplias ad flagella:* quia ex tunc præcinxit ſe fortitudine adverſus omnes poteſtates.

D. Epiph. Præcinctus fortitudine adverſus hoſtes.

QUÆSTIO VI.

Quare Chriſtus Dominus dicitur lapis angularis in capite Anguli?

49. IN limine quæſtionis inquirendum eſt. *Quinam dicatur lapis angularis?* Villalpandus tom. 2. in Ezechiel. pag. 477. exiſtimat eſſe illum lapidem, qui eſt in ſupremo, ac ſummo loco ædificij. Tamen melius dicendum arbitror cum communi ſententia eſſe illum lapidem imum, ſuper quem totum ædificium erigitur, ac fabricatur; hoc nos docet Iſaïas 28. nu. 16. dicens: *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem*, & Paul. 2. ad Epheſ. num. 20. quod omnes fideles ſunt *ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu*, & inde Chriſtus à Paulo, ac Patribus paſſim appellatur fundamentum Eccleſiæ. Ita Lorinus, Cornel. & alij.

Villalp. Qui ſit lapis angularis? Iſai. 28. Epheſ. 2.

50. Hic locus deſumptus eſt ex Pſalm. 117. numer. 22. quamvis Rabbini, & Chaldæi explicent præſentem locum de Davide, qui fuit rejectus à Saule, ac ſuis cohærentibus, deinde factus Rex tanquam lapis angularis Synagogæ connectens, & copulans Judam, & Iſraelem, nempe tam duas, quam decem tribus faciens inter ſe unum populum, unamque rempublicam, quibus imperabat, & quorum erat Rex: & ſolum de Davide poteſt explicari locus, utpote qui extitit figura, & typus Chriſti.

Rabbi de Davide.

51. Locus iſte genuine, & ad literam eſt intelligendus de Chriſto Domino ſic de ſe ipſo illum expoſuit Jeſus Matth. 21. num. 42. Sic & ipſum D. explicat D. Petrus in præſenti, & in ſua prima Canon. cap. 2. 7. D. Paul. Epheſ. 2. num. 20. & omnes Patres abſque ulla differentia apud Lorinum; nam Chriſtus Dominus rejectus à toto populo Judaïco, non ſic David; quia licèt haberet ſibi contrarium Saulem, & ejus aſſeclas, tamen habebat pro ſe, & qui ejus cauſam ageret Jonatham Micholem, & tota domus Juda ſequebatur David 2. Reg. 2. num. 10. At Chriſtus Dominus totum populum Judaïcum habebat ſibi adverſarium, nempe ſummos Sacerdotes Pontifices, Magiſtratus, ac ſeniores populi Scribas, & Phariſæos, qui erant ædificantes, ut in lege, ejuſque præceptis inſtruerent, ac ædificarent populum: ab ipſis ædificatoribus Synagogæ reprobatur Chriſtus in ipſo tanquam lapide angulari Deus Pater coadunavit utrumque populum Judaïcum, & gentilem in una fide, & in uno Baptiſmate.

Ad literam de Chriſto Domino. Math. 21. 1. Petr. 2. Epheſ. 2. 2. Reg. 2.

52. Frequenter Chriſtus Dominus in ſcriptura multis in locis dicitur petra 1. Corinth. 10. num. 4. *Petra autem erat Chriſtus*, & petra fortiſſima, quæ nunquam corrumpetur, & duratura eſt in æternum, & ita appellatur ſaxum duriſſimum Deuteron 32. num. 13. *Oleum de ſaxo duriſſimo*, ſcilicet Chriſto Domino ut explicat D. Gregor. homil. 26. in Evang. dicitur & lapis angularis, ut patet ex locis citatis ſcripturæ. D. Hieronym. lib. 5. in Iſaiam cap. 19. ait: *Idioma ſcripturarum eſt, ut angulare pro regno ponant: eo quod populos contineat quaſi in tota domo firmamentum ſit. Unde Chriſtus Dominus duorum populorum parietes continens lapis dicitur angularis*, quia duos continet, & copulat in ſe.

1. Cor. 10. Chriſtus petra angularis. Deut. 32. D. Greg. D. Hier. Iſai. 19.

53. Secundo Arnobius ad citatum Pſalm. 117. ſic ait: *Ij dum ædificant, pervenerunt ad lapidem angularem, qui duos parietes amplectebatur, & duos conderet in ſemetipſo, quia ipſi in uno pariete ſtare volebant, reprobaverunt lapidem, qui non erat aptus ad unum, ſed ad duos.* Valde mirum quod præclariſſimum lapidem ædificantes reprobaſſent, quia dum operi incumbunt Judæi, habuerunt lapidem pretioſum, & apprime expolitum, qui ſolus totius ædificij poterat eſſe illuſtriſſimum ornamentum, tamen ædificantes altâ Dei providentiâ, neſcientes quid faciebant, reprobaverunt, quia ille lapis meus Jeſus non erat ad unum tantum, ſed ad multos ditandos, ac locupletandos ſuâ gratiâ, ac donis cœleſtibus: *quia non erat aptus ad unum, ſed ad duos.* Dei dona non in uno coarctantur, ſed ad omnes, ac plures ſe extendunt, pro quo inde multa in Sybillario verbo Domini in noſtris libris.

Arnobi. Dei dona ad plures extenduntur.

54. Tertio Arnobius citatus ait: ædificantes erant Iudæi ſuper univerſam faciem terræ; omnes autem gentes in deſtructione Idolorum morabantur; *Soli Iudæi ſub omnipotente, & vero Deo ædificationem legis, & propheta tractabant.* Ecce qui ædificabant, & qui deſtruebant, qui ſub omnipotente Deo vivebant ei ſervientes, ejuſque divinis mandatis obtemperantes, doctrinamque Prophetarum ſequentes, hi verè ædificant in Chriſto, ut cum ipſo perpetuo maneant: qui autem non Deo, ſed Idolis, ac mundo adhærentes non ædificant, ſed in ruinas, ac præcipitium ruunt.

Arnobi. Qui in lege Dei vivunt ſibi ædificant in Cælo.

Ait

55. Ait Regius Vates Pſalm. 17. num. 34. *Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum, & ſuper excelſa ſtatuens me.* Duo inter ſe repugnantia exoptat Propheta, pedes velociſſimos cervorum, & ſtationem firmam, ac ſtabilem, *ſtatuens me in excelſis.* Unum enim ſequitur ex alio pedes cervorum ad velociſſime conculcanda, quæ in terra degunt, ſerpentes, Dracones, & aſpides; & habitationem in excelſis: qui habet pedes cervorum ad conculcanda terrena, ac venenoſa vitia draconum, ac leonum, quæ contra Dei legem ſunt, & obſervans illius mandata, hic ſibi ædificat habitationem cum Deo in excelſis.

Qui conculcant terrena à Deo elevantur.

Euſebius in Catena Græca ait: *Etſi alij nos trahere, & in abrupta, & profunda vitiorum deprimere obvenire nequeant, Deus tamen noſtri certaminis præſes docet nos adverſum celeres eſſe, & illius gratia ad ſumma, & excelſa nobis conſentanea impellit. Inde celeres eſſe, & ad ſumma, & excelſa impellit nos.*

Euſebius

56. Conſummato opere totius univerſi dicitur Geneſ. 2. num. 2. *Requievit Deus die ſeptimo ab univerſo opere, quod patrarat.* Nunquid Deus ſimilis eſt humano opifici, qui è fatigatione, ac labore requieſcere dicitur? nullo modo: Qua ergo de cauſa, dicitur quod requievit Deus, cum nunquam ſit fatigatus, ſed pro noſtra inſtructione, quod ille, qui die ſeptimo, Sabbatho nempe vult requieſcere cum Deo in ſua æterna gloria prius debet præmittere operationem ad fabricandam ipſam æternam requiem, illiuſque domicilium. Origenes lib. 6. contra Celſum ſic ait: *Neſcit quinam ſit ille poſt ſex dies à mundo condito futurus dies Sabbathi, in quo cuncti, qui ſex illis diebus opera ſua perfecerunt, nihil illarum prætermiſerunt, quæ pertinent ad ſuum officium, cum Deo feriabantur, aſcendentes ad ſpectacula, & juſtorum, & Beatorum celebritatem,* quaſi diceret, qui bene operabantur. Poſt ſex dies requieſcit Dominus, quia ille, qui cum eo bene operati ſunt, cum iſto etiam requieſcent. Vide quæ dixi tom. 4. in Evang. cap. 34. quæſtione 4. de operariis ad vineam.

Geneſ. 2.

Deus nos inducit, & excitat ad operandũ.

Origen.

QVÆSTIO VII.

Quare tam aſſeveranter, ac firmiter ait Divus Petrus quod in ſolo ſanctiſſimo nomine Ieſu ſit ſalus?

57. PRæclariſſime, ac conſtantiſſime affirmat Divus Petrus, quia in ſolo Jeſu ponitur nomen pro re nominata eſt nobis ſalus, vita, & omnia bona ait Sancta Anima: *Dilectus meus totus deſiderabilis.* In eo enim ſunt omnia deſiderabilia, & præter ipſum nihil eſt deſiderabile. Guillelm. Abbas apud Delrium ait: *Totus ergo eſt deſiderabilis, id eſt in Divinitate ſimul, & Humanitate. Quippe in humanitate plenitudo Redemptionis, & ſalutis eſt. In Divinitate enim plenitudo Divinitatis: Omnis itaque ſufficientia noſtra in ipſo eſt, & propterea nihil deſiderabile præter ipſum, deſideratur in eo quod bonus ad ſalutem, deſideratur in eo quod Deus ad Beatitudinem, ſolus igitur ille deſiderabilis eſt, ſed & totus, quia pleniſſime ſolus ſufficit.* Omnia ſunt in ipſo, & præter ipſum nihil deſiderabile.

Cant. 5. num. 16.
Guille. in Delrium.

In Ieſu omnia deſiderabilia.

58. Multis miſeriis, ac laboribus oppreſſus in hoc luctuoſo lacu afflictionis, & anguſtiarum Rex David, adhuc tamen recognoſcens Divinam erga ſe bonitatem dicebat: Pſalm. 39. num. 2. *Eduxit me de lacu miſeriæ; & de luto fæcis.* Et unde illi tanta felicitas, ut à tot, ac tantis malis liber, victorioſuſque conſurgeret? Ipſe explicat immediatè ſubdens: *Statuit ſuper petram pedes meos.* verſ. 3. Poſitus fuit à Dei gratia in firmiſſima Petra Ieſu, cùm tantam protectionem aſſecutus eſt, ſtatim omnium malorum triumphator exivit; Habe tecum Ieſum, & ab omni perverſitate ſecurus eris; in eo enim eſt omnium bonorum ſtabilitas, ac copia; ad hoc tendit Niculaus Primus Summus Pontifex in Reſp. 62. Bulgaris recenter ad fidem converſis, qui dicebant ſe habere lapidem ad remedium infirmitatum, tunc ſic ait Pontifex: *Nos tamquam vobis conſulentibus de cætero ſic agendum, an reſpondendum, reſpondemus quoties omnis lapidis ſumptus penitus prohibeatur, & in ſolo illo lapide Domino Noſtro Ieſu Chriſto, quem reprobaverunt ædificantes, ſpes tota ſalutis humanæ ponatur, & tamquam à fortiſſimo recuperanda fortitudinis noſtræ remedium expectemus.*

Pſal. 39.

Qui habet ſecũ Ieſum omnium malorũ triumphator exibit.

59. Ait Regius Vates Pſalm. 4. num. 7. *Quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Sollicitus eſt Propheta in agnoſcendo, quis ſit ille, qui ei indicavit omne bonum, & ait; *Lumen vultus tui Domine*, nempe lumen vultus Æterni Parentis, & quodnam eſt lumen iſtud vultus Æterni Chriſtus Ieſus, qui eſt *ſplendor gloriæ Patris* Hebræor. 1. num. 3. qui cum ſecum habeat omnia bona, ille nobis oſtendit, ut mereamur ut nobis illa exhibeat, & illa nobis infundat. D. Ambroſ. lib. 3. epiſt. 11. ſic ait: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine; quis autem lumen vultus Patris, niſi ſplendor gloriæ, & imago inviſibilis Dei. Ipſe ergo Dominus Ieſus ſummum bonum, hoc bonum veniat in anima noſtra, quod propitius Deus dat petentibus ſe, hic eſt theſaurus noſter, hic eſt vita noſtra, hic eſt ſapientia noſtra, juſtitia noſtra, Paſtor noſter, & Paſtor bonus. Vide quanta bona in uno bono.*

Pſal. 4.
Hebr. 1.

In Ieſu omne bonum.

D. Ambr.

60. Hanc plenitudinem omnium bonorum in Ieſu jam à principio voluit Deus manifeſtare. De Agno Sacrificando mandavit Deus Filiis Iſrael Exod. 12. num. 6. *Servabitis eum uſque ad quartam decimam diem menſis hujus: Immolavitque eum univerſa multitudo filiorum Iſrael:* Omnia plena ſunt myſterio, cur Agnus non aliter diſponebatur immolandus, niſi in die decima quarta, quid habet hic dies præ cæteris? Dies decima quarta eſt Luna plena, jam tunc in Sacrificio Agni immolati ſimul demonſtrabatur plenitudo omnium bonorum Eccleſiæ, à qua omnes ejus filij impinguantur, & replentur. D. Athanaſ. Synaita lib. 5. examer. ait: *In illa die quarta decima luna in principio, eo die juſſus eſt Iſrael imprimis Sacrificare Paſcha in typum Chriſti: ſi ergo Agnus Chriſtum figurabat, eſt perſpicuum, quod luna quoque dies, quo eſt plena Luna ſignificat plenitudinem Eccleſiæ, propter quam Chriſtus eſt ſacrificatus.* In quo eſt omnis plenitudo noſtra, & à quo omnes nos pleni ſumus, ut ait Apoſtol. ad Coloſſenſ. 1. num 19. *In ipſo, ſcilicet Ieſu complacuit omnem plenitudinem inhabitare.* Vide quæ ſupra dixi ſup. capite tertio quæſtione 11. numer. 57. & quæſtione 18. num. 101. 102. 103. & 104.

Exod. 12.

In Ieſu omnium bonorum plenitudo.

D. Atha. Synaita.
Coloſſ. 1.

Actor. 4. num. 13. Videntes autem Petri conſtantiam, & Ioannis, comperto, quod homines eſſent ſine literis, & idiotæ admirabantur, & cognoſcebant eos, quoniam cum Jeſu fuerant.

Num. 14. Hominem quoque videntes ſtantem cum eis, qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere.

Num. 15. Juſſerunt eos foras extra Concilium ſecedere, & conferebant ad invicem.

Verſiones

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV.

61. D.Chryſoſt. Pagnin. Tigurin. Origen. Lyran. Æthyop. Arabicus. Verſ.13. **V***Identes autem Petri conſtantiam.* D. Chryſoſt. *libertatem*, Origenes *fiduciam*, Paguin. & Tigurina. *In dicendo audaciam*: *Quia*, ait Lyranus, *in nullo ſtupebant, nec terrebantur cognoſcentes eos eſſe homines ſine litteris.* Æthyopicus *Cum vidiſſent promptos, ut publicè loquerentur* Arabic. *Eos eſſe ignaros ſcripturæ*, erant enim homines carentes ſcientiâ acquiſita, nullum habentes illius ſtudium, & tamen promptè, & expeditè allegabant ſcriptum.

62. Græcus. Beda. Hugo. *Idiota* Græcus *illiterati*, qui propriâ linguâ contentus nullum habuit ſtudium litterarum. Ita Beda, vel alij deducunt *Idiota* à verbo *Idus* id eſt *diviſus*. Cardinalis Hugo. Qui omnino diviſus, ac ſeparatus eſt ab omni ſtudio literarum. *Admirabantur, ſeu ſtupebant*, unde illis tanta audacia, & ſcientia, ac fortitudo: *Cognoſcebant eos quoniam cum Ieſu fueram* Pagninus, & Tigurina. *Eos fuiſſe diſcipulos Ieſu*, & cum ipſo ſtabant, vel cum Jeſus prædicaret, vel ambolaret.

63. Syriac. D Chryſoſt. Syriac. Verſ.14. *Hominem videntes ſtantem cum eis.* Syriacus *ſtans cum eis claudus, qui ſanatus fuerat.* Maximè laudandus eſt claudns hic de ſua gratitudine cum D. Chryſoſtomo, qui ſemper comitatus eſt Apoſtolos ſibi benefactores, in carcere, & in Concilio. *Nihil poterant contradicere* Syriacus: *Nec habebant prætextum dicendi contra*, nam claudus ſanatus erat evidens miraculi teſtimonium; aliunde candida ſimplicitas, probitas, ac ſincera virtus, audacia, ac efficacia in dicendo Apoſtolorum cum multis aliis circunſtantiis evidenter demonſtrabant nihil poſſe præſumi, ne dici quidem de arte magica.

Syriac. Arabic. Verſ.15. *Iuſſerunt autem eos foras extra Concilium.* Syriacus *Ut exirent à Synagoga eorum*, Ut abſentibus illis melius inter ſe poſſent conferre, quid faciendum foret. *Et conferebant ad invicem.* Arabicus *conſultarent alter cum altero.*

QUÆSTIO VIII.

Quare Petri, & Ioannis conſtantia in tanta admiratione erat coram tota Synagoga?

64. *Admirabilis Petri, & Ioannis conſtantia.* D Chryſoſt. **A**Derat in præſenti totus Senatus Synagogæ, Summus Sacerdos, Pontifices, Seniores, Magiſtratus templi, ac multum, Scribæ, & Phariſæi, & tamen ſoli duo Petrus, & Joannes intrepide, & generosè contra eos omnes Chriſti magnalia loquuntur, de quibus, ut tacerent vocabantur in judicium, quorum conſtantiam conſiderans D.Chryſoſtomus in præſenti ait: *Non verbis ſolis monſtrabant non curare ſe de quibus judicentur, & quod extrema intententur pericula, ſed etiam habitu, & voce, & aſpectu in ſummam omnibus libertatem apud Populum demonſtrabant per ea, quæ loquebantur.* Apoſtoli non ſolum verbis expeditiè, ſed etiam aſpectu abſque ulla coloris mutatione, voce abſque ulla trepidatione, pedeque fixo imperterriti totum ipſum judicium contemnentes conſtantiam, & valorem animi indicabant.

65. Prov.28. *Iuſtus nô timet.* D.Greg. Pſal.90. Ut dicitur Proverb. 28. num. 1. *Iuſtus quaſi Leo confidens, abſque terrore erit.* Quæ verba expendens D. Gregor. lib. 31. Moral. cap. 4. ait: *In occurſu beſtiarum Leo non trepidat, quia prævalere ſe omnibus non ignorat, unde viri juſti ſecuritas rectè Leoni comparatur*, quod late proſequitur Sanctus Doctor, nititur in Deo, ac ejus veritate. Pſalm.90. numer.5. *Scuto circumdabit te veritas ejus*, ſcutum autem veritatis fortius, ac validius eſt quocumque alio militari.

Petrus, & Joannes duo tantum, ſtant contra totum Senatum, ac contra totam Rempublicam Iudaicam, & nil mirum, quod ſic firmiter adſtarent, cauſam enim juſtitiæ, & veritatis agebant. Totus Populus Iſrael coadunatus condemnat Suſannam, ut fœdatam acerbo crimine; & quis totius Populi furentis impetum poterit cohibere? quis? Unius pueri vox pro veritate, & juſtitia. Ait Textus: *Suſcitavit Deus Spiritum Sanctum pueri, junioris, cujus nomen Daniel, & exclamavit voce magna: mundus ſum à ſanguine hujus, & converſus eſt populus.* Daniel. 13. num. 49. mirum ſanè, quod univerſus Populus conglobatus, furore ſuccenſus, in unum innocentem Suſannam quaſi Leo rapax vellet deſæviret tam ferveſcentem animorum furorem comprimit, ac reprimit unius pueri vox, ut cauſa audiatur, & examinetur; & licet vox fuerit unius pueri, vox erat pro juſtitia, & veritate, quæ innocentem liberavit, eique juſtitiam ſervavit, & in eam à populo infamiam, ac dedecus conceptum propulſavit. Divus Ambroſius lib 2. de Virgine ait: *Daniel ſpectaturus ſupplicium Suſannæ advenit, & quam Populus damnavit, unus abſolvit.* Unus parvulus pro juſtitia, & veritate à confluente populo abſolvit. Nota quod nunquam Daniel dicitur puer junior, niſi modo, nec quando explicat ſomnia Nabuchodonoſoris, nec quando expoſuit Viſionem Balthazaris, nec quando ſupra ſatrapas conſtituitur, vel quando inter Leones mittitur, ſed modo cùm pro juſtitia, ac veritate ſtat, ipſamque defendit: Ut Spiritus Sanctus denotaret, quod contra totum regnum, pro juſtitia, ac veritate unus puellulus ſufficiens, atque abundans ſit ad ipſam juſtitiam, veritatemque defendendam, & ejus cauſam agendam, *quam populus damnavit, unus abſolvit.* — 66. *Unius pueri vox pro veritate, ac juſtitia pro toto orbe.* Daniel.13. D.Ambr.

67. Bethulienſes magno timore Holofernis conterriti, Ozias Sacerdos, majores, ac Principes populi facto Concilio determinant intra quinque dies ei tradere civitatem, quod cum agnoviſſet Iudith eos ad ſe advocat, & reprehendit, brevibuſque verbis ac rationibus paucis eos convincit, eorumque conſilium mutare, & ab illo deſiſtere facit: *Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri; omnia, quæ locuta es, vera ſunt; & non eſt in ſermonibus tuis ulla reprehenſio, nunc ora pro nobis.* Iudith. 8. num. 28. Quod Senatus totius Populi cum majoribus presbiteris, ac ſacerdotibus decreverat, unius mulieris voce, quæ in domo ſua clauſa negotiis forenſibus omnino ſequeſtrata erat, totum mutetur, omneſque majorem ſuum fateantur errorem, (quod eſt difficilimum,) non tam mirum, cum illa pro juſtitia, ac veritate pugnaret, cujus vis tam valida eſt, ut etiam in manu tenui, ac debili robur habeat ad ſubjiciendum. Lyran. ait: *Hæc ponitur locutionis Iudith gratioſa effectus, nam ei conſenſerunt Principes, & presbyteri tanquam manifeſta veritati.* — Iudith.8. *Magna vis juſtitia, & veritatis in manu debili.*

Actor.4. num.16. Dicentes quid faciemus hominibus iſtis? Quoniam quidem notum ſignum factum eſt per eos omnibus habitantibus Jeruſalem: manifeſtum eſt, & non poſſumus negare.

Num 17. Sed ne amplius divulgetur in populum, comminemur eis, ne ultra loquantur in nomine hoc ulli hominum.

Num. 18. Et vocantes eos denuntiaverunt ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Jeſu.

Verſiones,

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE V.

68. Verſ. 16. D*Icentes quid faciemus:* Verba ſunt hæc animi perplexi, ac dubitantis de reſolutione ſequenda, & ille villicus dicebat, *quid faciam quia Dominus meus aufert à me villicationem.*
Luc. 16. Peluſi. Luc. 16. num. 13. ſic iſti dicebant, *quid faciemus*, & ut ait Iſidorus Peluſi. libro tertio epiſt. *Verba hæc victis conveniunt non vincentibus*, ſed re vera Magiſtratus, ut ait Lyranus præſentia claudi, & conſtanti aſſeveratione Petri, ac Ioannis, ac magno aſtantium teſtimonio, in quorum præſentia miraculum fuit perpetratum.

69. Interlin. *De hominibus iſtis.* Gloſſa Interlinealis ait: *per contemptum, quaſi illiteratis*, ac nullius momenti, vel quia præ odio, & invidia eorum nomen non poterant habere in ore, vel quia omnino erant indigni, ut eorum ora tantum Petri, ac Joannis nomen caperent, *manifeſtum eſt, & non poſſumus negare.*
Arabic. Æthyop. D. Chryſoſt. Arabicus *res eſt perſpicua* Æthyopicus *conſpicuum ſignum.* Divus Chryſoſtomus. *Inficiari non poſſumus*, & aliunde eos incarcerare, ac punire non poterant, quia populus clarificabat eos. Infra verſ. 21. & omnia, quæ in hoc apparebant, erant proba, & ſancta, & miſeri hoc cognoſcunt, & fatentur, & nolunt credere in Chriſto, uti & Chryſoſtomus
Carthuſ. ponderat Carthuſianus: *Obcæcavit eos malitia eorum.*

70. Syriac. Verſ. 17. *Sed ne amplius divulgetur in populum.* Syriacus *ſed ne amplius exeat fama hæc*, tam in Jeruſalem, quam in toto regno: Malitia inſipiens, & ſtulta eſt, volebant extinguere nomen Jeſu in populo, quo populus in ejus vita multa beneficia acceperat, & modo per Apoſtolos accipit. *Comminemur eis.*
Arabic. Græcus. Pagnin. Arabicus *Interminemur & minemur eis* Græcus *minis comminemur.* Pagninus *minaciter interminemur*, quæ geminatio emphatica eſt, & magnam indicat vim, in minis multam efficaciam, &
Lyran. capitalis erat pœna teſte Lyrano.

71. Syriac. Oecum. *Ne ultra loquantur in nomine hoc.* Syriacus *Ne ultra loquantur ſub nomine hoc.* Oecumenius *de Nomine hoc*, ſive invocando, ſive prædicando. En manifeſta invidia, & apertum odium, prohibent ſanctum, ac ſalutiferum nomen Jeſu in populo invocari, à quo tanquam oleum effuſum univerſa beneficia manabant, potius volebant ſuos infirmitatibus, & doloribus vexari, quam Divinum Jeſu nomen celebrari, ac invocari ab ullo homine, ſive Ju-
Interlin. dæo, ſive Græco ait Gloſſa Interlinealis.

72. Syriac. Pagnin. Arabic. Verſ. 18. *Et vocantes eos denuntiaverunt* Syrus, Pagninus *Præceperunt.* Arabicus *Accercitis illis juſſerunt.* Non contenti ſunt ſimplici admonitione, ſed rigido, ac forti mandato ſub capitali pœna præceperunt: *Ne omninò loquerentur, neque docerent*
Vatabl. Æthiop. *in nomine Ieſu* Vatablus: *Ne docerent ſub nomine Ieſu.* Æthyopicus *comminati ſunt eos, nunquam alloquimini, & non docebitis quenquam.* Non prohibent miraculum claudi, cum enim claudus valde notus eſſet, valdeque nota ejus miraculoſa ſanitas, ſed ſolum prohibent evulgari, ac diu ſanctiſſimum nomen Jeſu præ odio, ac invidiá, qua contra hoc ſacroſanctum nomen fremebant.

QUÆSTIO IX.

Quare auditis Petro, & Ioanne Magiſtratus Iſraeliticus tam perplexus, ac timidus eſt?

73. CUm Petrus, & Joannes cum tanta conſtantia, ac generoſitate coram toto pleno Senatu, & alta, & intrepida voce publicabant claudi miraculum factum fuiſſe in nomine Jeſu, & hujus ſanctiſſimi nominis multa magnalia publicabant, non eſt aliud nomen, in quo nos oporteat ſalvos fieri, tunc totus Senatus graviſſimorum virorum totus perplexus, ac tremebundus dicebat: *Quid faciemus hominibus iſtis?* Unde illis tanta timiditas, ac perplexitas. *Difficultas quæſtionis.*

Reſpondeo primo, quod illa Apoſtolorum præſentia omni ſanctitate, virtute, ac gratia repleta arguebat, confundebat, ac terrore concutiebat omnium illorum animos. Salomon factus Rex vocavit ad ſe Semei, & ait illi: *Ædifica tibi domum in Ieruſalem, & habita ibi, & non egrederis inde huc, atque illuc: quacumque die egreſſus fueris, & tranſieris torrentem Cedron, ſcito te interficiendum.* 3. Reg. 2. num. 36. Recte ponderat Doctiſſimus Mag. Didacus de Baeza tom. 4. de Chriſto figurato lib. 8. cap. 13. §. 7. Cur maluit Salomon ut iſte Semei maxime Ieroſolymis habitaret facto juramento, non exeundi in aliam ſuæ ditionis civitatem? Semei graviſſima crimina commiſit contra Davidem Patrem Salomonis cum fugeret à facie Abſalonis, cum maledictione peſſima; dicens eum *Virũ Belial, virum ſanguinum, ſpargentẽ lapides contra David.* 2. Reg. 16. num. 7. Cur ergo iſte tam facinoroſus erit habitator Ieruſalem? Solent Reges, ac Principes à ſua curia homines nefarios, ac criminoſos relegare, & ingreſſum in illam vetare, cur ergo Salomon terribilem Semei à ſua curia non abjecit, ſed in ea volt clauſum detineri? In ſancta civitate Ieruſalem erant multi viri, auctoritate, virtute, ac ſcientia, & probitate pleni inceſſanter magnificantes opera Davidis, canentes quotidie ejus Pſalmos; igitur ibi inter eos permaneat Semei, ut de ſua maleficentia arguatur, confundatur, deque ſuis iniquis factis multo pudore afficiatur. 74. 3. Reg. 2. 2. Reg. 16. *Præſentia iuſtorum arguit, & confundit iniquos.*

Secundo: Unde huic Senatui, in quo erant omnes majores populi, Summus Sacerdos, Pontifices, Principes, Magiſtratus militum, & Seniores populi cum cæteris tanta perplexitas, ut in nullo poſſent ſtare fixo pede; ex eorum nempe malitia, ac nequitia, quia, ut dicitur Sapient. 17. num. 10. *Cum ſit timida nequitia dat teſtimonium in condemnationem.* D. Gregorius 27. Moral. cap. 18. legit *condemnationi*, ſeu, ut legit D. Bonavent. *data eſt in omnium condemnationem* cum iniquitas ſit timida, omnia opera ejus abeant in condemnationem, ac reprobationem, quia ab ipſo timido nil validum, ſecurum, ac fixum poteſt provenire, & ideo ad rem vertit Syrus: *Quoniam malitia eorum teſtatur de illis, & condemnat eos, quia fecerunt mala.* 75. *Iniquitas timida.* Sapient. 17. D. Greg. D. Bona. Syrus.

Cum Herodes audiſſet Regem natum Iudæorum, ad quem adorandum Stella duce venerunt Magi: *Turbatus eſt* & quid tunc? *Iratus eſt valde* & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlem, & in omnibus finibus ejus Matthæi 2. num. 16. Inexecrabilis extitit crudelitas Herodis, ut occideret pluſquam tria millia puerorum, ad hæc tamen accipe, & conſidera verba Magni Auguſtini tract. 115. in Ioannem, & ait: *Herodes ille maior, cum Chriſtus natus nuntiaretur, expavit, & tot infantes, ut ad eum mors perveniret, occidit, timendo magis, quam iraſcendo crudelior.* Hoc crudeliſſimum facinus, quod Herodes occideret tres mille pueros innocentes, proceſſit in eo ex timore: *Turbatus eſt* & ex ira *iratus eſt valde.* Tamen quid in eo extitit crudelius, metus, an ira: *Timendo magis, quam iraſcendo crudelior?* metus in mala, & ſæva conſcientia, nullum turpe factum veretur, ſed & omne malum aggreditur, ut ita illud valeat effugere, quod timet. 76. Math. 2. *In Herode crudelior timor, quam Ira.* D. Aug.

Poſtquam

77. Poſtquam Caïn occidiſſet fratrem ſuum Abel vo-
catus à Deo in judicium ait Caïn ad Deum: *Om-*
Geneſ. 4. *nis, qui invenerit me occidet me* Geneſ. 4. numer.
14. Unde huic homini talis in mentem venit cogi-
tatio, quod à quocumque eſſet occidendus: Om-
nes, qui erant in mundo, vel erant filij Caïn, vel
ejus conſobrini filij fratris ſui, à quibus ergo timet
Iniquus ſemper timidus. mortem ſibi infligi? Caïn totus malitia, ac nequi-
tia plenus inde totus timore, ac terrore repletus
mortem timebat à quolibet etiam intimo amico, at-
Procop. que adſtrictiſſimo conſanguineo. Procopius. *Primo*
omnium miſerum terrebat futurè cogitatio, exiſtima-
bat enim viciſſitudinem quandam fore, quemadmo-
dum ipſe turpiter cædem conſiderat, ſic & ſe à po-
ſteris interficiendum cogitabat.

QUÆSTIO X.

Quare contra verba Apoſtolorum ſapientes ſcribæ, ſeniores, nec reſpondent, nec dant aliquam rationem?

78. ASriterunt in Concilio valde generoſo, ac con-
ſtanti animo Petrus, & Joannes Chriſti mag-
nalia prædicantes, ejus nempe glorioſam Reſurre-
ctionem juſtificantes, celſitudinem nominis Jeſu,
quod non ſit aliud nomen, in quo ſit ſalus, & vi-
Diſſimul- ta, & quod ſit lapis angularis, in quo totius Ec-
tas quæ- cleſiæ fundamentum innititur. Præſens Concilium
ſtionis. hæc omnia volebat extinguere in Chriſto Domino,
cur ergo ad verba Apoſtolorum, cum ibi eſſent ſa-
pientes populi, non reſpondent, nec opponunt ali-
quid, vel cur ſuæ nequitiæ, ac perverſitatis non
reddunt aliquam rationem, ſed in his obmuteſcunt.

79. Reſpondeo verba Apoſtolorum erant veriſſima,
malitia Pharizæorum nequiſſima, & falſiſſima, pro-
prium autem eſt nequitiæ, ac falſitatis, ut appa-
rente veritate omnino pereat, obmuteſcat, ac diſſi-
Pſal. 61. petur Pſalm. 61. numero decimo dicitur: *Verunta-*
men vani filii hominum, mendaces filij hominum in
ſtateris, ut decipiant ipſi de vanitate in id ipſum,
A conſpectu veritatis iniquitas, & falſitas pereunt. *nolite ſperare in iniquitate.* Iniquitas tota de men-
dacio vivit, cur homines mendaciſſimi in ſuarum
falſitatum iniquitate non ſperabant, cum ipſa ini-
quitate, ac falſitate multa, & magna ſibi compa-
raverint, & valde magnifici facti ſunt, cur igitur
in via eis tam proficua non ſperabunt? Recte dici-
tur *mendaces filij hominum in ſtateris*, quia cogi-
tat plus ponderis habere in ſtatera iniquitas falſi-
tatis, quam probitas veritatis, quæ cum nunquam
poſſit vinci, exorta veritate ſtatim omnis iniquitas
D. Aug. corruit, perit, ac deſtruitur. D. Auguſtin. ibi ait:
Nolite ſperare ſuper iniquitatem, vana eſt iniquitas,
nihil eſt iniquitas, potens non eſt, niſi juſtitia, occul-
tari poteſt ad tempus veritas, vinci non poteſt, flo-
rere poteſt ad tempus iniquitas, permanere non poteſt.
Expende verba: *Occultari poteſt ad tempus veritas,*
vinci non poteſt.

80. Ait Iſaias 2. numer. 20. *In die illa projiciet ho-*
Iſaias 2. *mo idola argenti ſui, & ſimulacra auri ſui, quæ fe-*
cerat ſibi, ut adoraret., & quænam erit dies illa,
in qua homo idola ſua fecerat magno ſumptu ex
Exorta veritate Chriſti idolorũ falſitas corruit. pretioſa materia auri, & argenti, & multis expen-
ſis ob illorum magnam æſtimationem; tamen dies
illa ſubitò cum Chriſti veritas apparuit ad illud
tempus refertur, ſtatim omnis idolorum falſitas to-
to cum auro, & argento, in contemptum ſunt ha-
Tertull. bita, & pro nihilo reputantur. Tertullianus lib. 3.
contra Marci. ait: *Genus hominum delucidata per*
Chriſtum veritate idola projecit. idem fere noſter
D. Cyril. Divus Cyrillus Alexandrinus. Quamvis falſitas,
ac nequitia pomposo, ac triumphali apparatu pro-
deat, & exeat in lucem, ſtatim omnia illa obte-
nebrantur, pereunt, ac diſſipantur relucente ve-
ritate.

Cum Jacob accepiſſet à filiis ſuis falſam, & com- 81.
mentitiam mortem Joſeph, oſtenſa ejus tunica hæ-
di ſanguine tincta Geneſ. 37. numer. 34. multis Gen. 37.
perfuſus lachrymis dicebat: *Deſcendam lugens ad*
filium meum in Infernum. Ad mortem uſque proſe-
quar eum lachrymis, poſtea vero cum de ejus vita
nuntium accepiſſet, ac de ejus dominatione in Æ-
gypto ait Textus Geneſ. 45. numer. 27. *Revixit* Gen. 45.
Spiritus ejus. Conſidera quid importet falſitas, quid
veritas? falſitas tenebras mortis *Deſcendam lugens*
ad infernum, at veritas diſſipat ipſas tenebras, &
importat Spiritus vitæ. *Revixit Spiritus ejus.* Quia
falſitas regnat in tenebris, quas deſtruit veritas;
mendacium introducit tenebras, & mortem, veri-
tas lucem, & vitam. Lyppomanus ait: *Splendor lu-* Lyppo.
cis, qui erat in eo, etiamſi extinctus penitus non eſ-
ſet, tunc cum obtulerunt filij ejus tunicam Ioſeph hædi
ſanguine maculatam, & mendacio eorum decipi po-
tuit dicens. Deſcendam lugens in infernum ad filium
meum, propter hac quoque nunc ſuſcitatur, & revi-
viſcit Spiritus ejus.

Actor. 4. num. 19. Petrus vero, & Joannes reſ-
pondentes dixerunt ad eos: ſi juſtum eſt in
conſpectu Dei vos potius audire, quam
Deum, judicate.

Num 20. Non enim poſſumus quæ vidimus,
& audivimus non loqui.

Num. 21. At illi comminantes dimiſerunt eos,
non invenientes quomodo punirent eos
propter populum; quia omnes clarifica-
bant id, quod factum fuerat in eo, quod
acciderat.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VI.

Verſ. 19. PEtrus vero, & Ioannes reſpondentes. 82.
Tot minis impoſitis non expaveſcunt
Apoſtoli, *ſi juſtum eſt in conſpectu Dei.* Syriacus *Si* Syriac.
ſit rectum coram Deo. Arabicus, *An ſit res juſta* mag- Arabic.
nam vim habent hæc verba, *coram Deo, in conſpe-*
ctu Dei, quibus frequenter utuntur Prophetæ, ut
Patens Helias 3. Reg. 18. numer. 1. qui præ oculis 3 Reg. 18
habent Deum ſpectatorem recte judicant, & faciunt. Æthyop.
Vos potius audire, quam Deum. Tamquam ſi dicant
Apoſtoli, vos præcipitis numero antecedenti 18. ut
non loquamur, nec annuntiemus nomen Ieſu; Deus
autem præcepit nobis prædicare, ac teſtificari in
omnibus gentibus Ieſum Chriſtum eſſe Filium Dei,
& ejus prædicationem confirmare multis miraculis,
cui ſit obediendum vobis, an Deo, judicate.

Verſ. 20. *Non enim poſſumus, quæ vidimus, &c.* Ara- 83.
bic. *Nobis enim eſt impoſſibile.* Æthyop. *non poſſumus* Arabic.
occultare. Ipſe Dominus Jeſus antequam aſcẽderet in Æthyop.
Cœlum Act. 1. n. 8. nobis præcepit: *Vos eritis mihi te-* Actuu. 1.
ſtes in Ieruſalem, Samariæ uſque ad ultimum terræ co-
rum, quæ vidiſtis in me, & audiſtis ex ore meo, ac
proinde ejus mandatum non poſſumus præterire, ut
ait Lytan. *liceat* alij bona conſcientia *Iudicate* cui Lytan.
obediendum nobis., an Deo?

Verſ. 21. *At illi comminantes dimiſerunt eos.* 84.
multis minis interpoſitis: *non invenientes quomodo*
punirent eos. Syriacus *Interminati ſunt, & cauſam,* Syriac.
quam ponerent in capite eorum. Arabicus *cum non* Arabic.
inveniſſent occaſionem adverſus eos. Æthyopicus Æthiop.

cum non habuiſſent aliquod, in quo condemnarent eos. Tanta erat probitas, ac ſincera virtus Sanctorum Apoſtolorum, ut etiam malitia Phariſaica non poſſet aliquem prætextum invenire ad eos arguendos, ac puniendos; & maxime quia timuit aliquam ſeditionem, & commotionem populi contra ſe, ut ſubditur: *Propter populum; quia omnes glorificabant id, quod factum fuerat.* Arabicus: Glorificaverunt ob miraculum, quod factum fuerat. Lucifer. *Honorificabant Deum in facto.* Claudi, confitentes omnes, ut ait Lyranus, factum fuiſſe virtute Divina; nam illud Deo attribuebant: ecce in populo plus ſapientiæ, & pietatis, quam in principibus.

Arabic. Lucifer.

QUÆSTIO XI.

Quare Sacri Apoſtoli coram toto pleno Concilio contemptis eius mandatis, & minis, conſtanter affirmant ab ipſis nomen Ieſu, & eius opera eſſe prædicanda?

85. ET patet ſupra ex verſ.18. Concilium præcepit Apoſtolis ne prædicarent, nec annuntiarent in popolo nomen Jeſu; at illi reſponderunt hoc non poſſe fieri ab eis, cum accepiſſent mandatum à Deo, illud ſanctiſſimum nomen publicare, ut dixi in expoſitione ad verſ.19. & potius obediendum eſt Deo, quam hominibus: Unde ait D. Bernard. epiſt. 7. *Quid enim quod jubet homo, prohibet Deus, ego audiam hominem, ſurdus Deo?* & ideo Apoſtoli non tenebantur obedire Synagogæ, ac ejus Pontificibus, quia præcipiebant contra Dei mandatum.

Obediendum Deo.

86. Secundo: Sacri Apoſtoli jam non erant ſubditi Synagogæ, atque illius miniſtris, eo quod promulgato Evangelio in die Pentecoſtes, mortua eſt Synagoga, & omnis auctoritas illius Pontificum periit, & extincta fuit, & proinde Apoſtoli creati ſunt à Deo principes ſuper omnem terram, ideoque nulli erant ſubjecti.

Apoſtoli non ſubditi alicui.

87. Tertio Apoſtoli adveniente Spiritu Sancto, fuerunt repleti illius gratia, ac timore, & ubi intrat divinus timor, omnis alius timor expellitur, Apoſtolus Ioannes epiſt. 1. cap.4. num.18. *Perfecta charitas foras mittit timorem:* eſt timor Filialis Dei, & eſt timor ſervilis rerum nempe temporalium, perfecta charitas, quæ fundatur in timore Filiali Dei omnem alium timorem temporalium excludit, quo maxime Apoſtoli ante adventum Spiritus Sancti erant fatigati. Ait Ioannes de eis capit. 2. num. 19. *Cum ergo die illo fores eſſent clauſæ, ubi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum:* nunc vero poſtquam Divinus Spiritus eos ſuo timore replevit, coram toto magiſtrant Iudæorum ſtant Petrus, & Ioannes imperterriti Chriſti magnalia, & ejus ſanctiſſimi nominis contemptis omnibus minis alta voce prædicantes.

Charitas foras mittit timorem. 1. Ioan. 4.

Ioan. 2.

88. Cap.11. n. 2. ait Iſaias de Chriſto Domino: *Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ, & intellectus, Spiritus conſilij, & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ, & pietatis: & replebit eum Spiritus timoris Domini.* Magno diſcrimine, & aliis Divini Spiritus donis de ſapientia, intellectu, ac fortitudine, ac de timore loquitur. De aliis ſpiritibus ait quod requieſcent in eo; At de timore *Replebit eum Spiritus Domini:* Illud, quod eſt repletum non aliquid aliud ſecum admittit, divinus timor non ſecum patitur alium timorem mundanum, ſed illud foras expellit: Caſſianus collati.1.cap.13. ait: Diceret *Replebit eum Spiritus timoris Domini, tanta uberitatis ejus eſt magnitudo, ut quem ſemel ſua virtute poſſederit non partem, ſed totam ejus occupat mentem. Nec immerito, illa enim, quæ nunquam excidit, adhærens charitati, non ſolum replet, ſed etiam perpetua, & inſeparabilis poſſidet jugitate, nullis oblectationibus imminutus,* quas ſecum non patitur, ſed foras expellit.

Iſaias 11.

Divinus timor alios temporales, timores expellit.

Caſſian.

Vehemens, & furibunda tempeſtas inſequitur fugitivum Ionam, oppreſſi nautæ, & quærentes cauſam, cur tantum illis obveniſſet malum, datiſque ſortibus deprehenſus eſt Ionas, ut ſævientis maris cauſa, & radix: Congregati nautæ ab eo ſuſcitantur quiſnam eſſet, & cujus inſtituti, quibus ille reſpondit cap.1.n.9. *Dominum Deum Cæli ego timeo, qui fecit mare, & aridam,* & ſtatim ſubdit: *Tollite me, & mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis.* Valde miranda ſunt hominis verba ipſe contra ſe profert ſententiam, & ut mittatur in mare proclamat, cur non timet ſævientem illius procellam, undarum voraginem, & aquarum impetum? Timebat Deum, *Deum Cæli ego timeo,* & timor Dei in eo omnem alium timorem excutiebat, nec naufragium, nec quodcumque aliud malum ei formidini erat, certus ſcilicet, quod cum timore Dei omnia vinceret D. Zeno ſerm. de Timore ait. *Ionas timens Dominum ſpontaneum* non timet adire naufragium. 89.

Ionas 1.

Ubi timor Domini nil aliud timetur.

D. Zeno.

QUÆSTIO XII.

Quare ad verba Petri, & Ioannis Senatus Iudaicus minas jactat, ab illis ſe devictum manifeſtat, & declarat?

VAlde injurioſum eſt in diſputationibus ad minas, & contumelias pro ratione confugere; ſic mandatum datum fuit à Concilio ne in nomine Ieſu prædicarent, quibus Apoſtoli dixerunt, hoc non poſſe ab eis obſervari, cùm haberent à Deo præceptum Sanctiſſimum Ieſu nomen annuntiandi; nam oportet Deo obedire; quid ad hæc Concilium Iudæorum; rationem non rationibus diluit, ſed ad minas, *Comminantes eos,* & forte ad contumelias confugit, quæ aliquorum conſuetudo eſt cum ſe adſtrictos argumentorum rationali laqueo vident, in contumelias, ac minas prorumpunt, ardorem iræ pro rationibus ſubſtituunt, in quo ſe victos, ac dejectos ab adverſarijs fatentur, ut in præſenti Concilium Iudæorum, cùm rationibus Apoſtolorum proſtratum ſe agnoſceret, ad minas, & contumelias ſe recepit. 90.

Devictus in diſputatione jactat contumelioſa verba.

Venit meus Ieſus in Synagogam, cumque ei datus fuiſſet Iſaiæ liber, qui apertus ſcriptum habebat locum: *Spiritus Domini ſuper me propter quod unxit me evangelizare pauperibus miſit me, &c.* & cum complicuiſſet librum: *Cœpit dicere: ad illos; quia hodie adimpleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris.* Luc.4. n.21. at aſtantes, cum intelligerent quod de ſe ipſo loquebatur, dicebant: nonne hic eſt Filius Ioſeph. n.23. & inde majori furore rabidi, *ducebant eum ad ſupercilium montis, ut præcipitarent eum.* n.29. Unde tanta ira, tantus eorum furor contra Chriſtum, ſi locum Iſaiæ explicavit de ſe ipſo? cur Doctores Synagogæ non inſurgunt, locum non de ipſo, ſed de alio explicandum, cum ſe ipſos victos agnoſcunt, & non habent quid contradicant, ac opponant, injurioſa verba, ac præcipitia quærunt, & dicunt: *nonne hic eſt Filius Ioſeph.* D. Chryſoſt. homil.49. in Matth. ait: *Parvipendunt ipſum, eo quod putabatur Filius Ioſeph,* inde pro ira, & odio ducunt extra civitatem, ut præcipitarent. Auctor Græcus in Catena D. Thomæ ait: *Pro eo quod dixeras hodie completa eſt hæc prophetia, arbitrati ſunt quod ſe ipſum compararet, & ideo indignabantur, & fugant eum extra civitatem.* 91.

Cum ſe homines victos agnoſcit ad opprobria confugiunt.

D. Chryſoſt.

Græcus.

In

92. In quadam concione Chriſtus Dominus ſapientiâ Patris convicit, & ſua ipſorum pertinacia nolebant credere, & auſcultare ejus verba, tunc ait illis Jeſus: *Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi*. Ioan. 8. n. 45. Chriſtus ait: Quare juxta optimam diſpoſitionem ad illam interrogationem *Quare non creditis?* proferendus erat prætextus ſuæ crudelitatis, ob quam ejus verba non recipiebant, nec audiebant, ſed quid dicunt: *Reſponderunt ergo Iudæi: nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes*. Cum non habeant, nec verba, nec rationes, quibus ſatisfaciant, contumeliis, ac injuriis, humana libertatis aſtutia rationum robur intendit obfuſcare, ac ſupprimere. Ad hoc ſpectat Caſſiodorus lib. 12. epiſt. 27. *Ad injurias tunc proſiliunt cum ſe ſuperatos turpiter erubeſcunt.*

Ioan. 8. — *Iudæi pro ratione injurias ſubſtituunt.* — Caſſiod.

QVÆSTIO XIII.

Quare Sacri Apoſtoli ipſoſmet adverſarios judices appellant?

93. PRohibet Concilium Synagogæ nomen Ieſu prædicare, ac docere ab Apoſtolis, qui reſpondent ſe de ejus prædicatione habere mandatum à Deo, cui oportet obedire, & dicunt *Iudicate*. Eos in hac re conſtituunt judices, & nulla major veritatis comprobatio, quam ipſos adverſarios judices appellare, ut docent noſter D. Cyrillus Alexandr. D. Hieron. Procopius, Beda ad loca citanda Iſaiæ, & Ieremiæ.

Iudex ex adverſariis probatio veritatis.

94. Ait Dominus per Iſaiam 5. n. 3. *Nunc ergo habitatores Ieruſalem, & viri Iuda, judicate inter me, & vineam meam, quid eſt quod ultra debui facere vineæ meæ, & non feci*. Et Ieremiæ 2. n. 4. ait: *Audite verba Domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Iſrael: Hæc dicit Dominus: quid invenerunt Patres veſtri in me iniquitatis, quia elongaverunt à me*. Mich. 6. n. 2. dicitur: Audiant montes judicium Domini, & fortia fundamenta terræ, quia judicium Domini cum populo ſuo, & cum Iſrael dijudicabitur. Popule meus quid feci tibi, aut quid moleſtus fui tibi, reſponde mihi? Sic & paſſim Prophetæ pro majori ſuæ probitatis, ac integritatis comprobatione à populo ſibi adverſario requirebant teſtimonia, ſic Moyſes Num. 16. n. 15. Samuel 1. Reg. 12. n. 3. Iob. 31. n. 7.

Iſai. 5. — Ierem. 2. — Mich. 6. — Num. 16. — 1. Reg. 12. — Iob. 31.

95. Et tandem ipſe Dominus Ieſus dicebat Iudæis: *Quis ex vobis arguet me de peccato*. Ioan. 8. n. 46. & de illis agricolis vineæ, qui ſervos Domini interfecerunt, & tandem ejus filium occiderunt, & cum ſub parabola ipſi Iudæi intelligerentur, ab eis quærit Chriſtus, quid faciet Dominus vineæ veniens de illis agricolis: *Aiunt illi: malos male perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis*. Matth. 21. n. 41. Ecce miſeri tamquam conſtituti judices à Chriſto contra ſeipſos proferunt ſententiam, quod vinea, ſeu regnum ab eis ſit auferendum; tanta enim eſt vis, & efficacia veritatis, quæ nullis poteſt impedimentis teneri, quin aliquando fulgeat, & reſplendeat, veluti ſol, qui nubium impedimenta ſua virtute rumpit, & mortalium oculis apparet, ſic veritas mendacij caligines diſſipat, ut juſtorum oculis niteat. D. Chryſoſt. homil. 40. in Matth. in Imperfect. Quid dicerent: malos male perdet, ait, *non fuit illorum, quod juſte judicaverunt, ſed ipſius cauſæ; eſt enim cauſa veritatis, quæ quaſi violentiam illis facit, ut non poſſint ea celare, ſicut ſole in nubibus conſtituto, hoc, quod eſt dies, non ut nubium permittentium eam apparere ſuper terram, ſed virtus ſolis, quæ tranſiens nubes, etiam impedientibus eis apparet.*

Ioan. 8. — Matth. 21. — *Veritas nulla malitia poteſt obſcurari.* — D. Chryſoſt.

96. Ait Chriſtus D. Matth. 24. n. 27. *ſicut fulgur exit ab Oriente, & paret uſque ad Occidentem, ita erit & adventus filij hominis*. Quæ verba commentans Origenes homil. 30. ait: *Huic fulguri ſimilis eſt filij hominis adventus, id eſt verbum veritatis*. Et quid habet verbum veritatis cum fulgure? Quamvis nubila condenſa tenebritate conglomerata cœlum à mortaliũ oculis abducunt, ſic licet veritas falſitate, ac mendacio conſtringatur, ac premattur, tamen hoc habet Verbum veritatis inter tot tenebras, ut ſemper ejus lux emittat, ut ab amicis, ac probis ſemper dignoſcatur.

Matth. 24. — Origen.

Actor 4. num. 22. Annorum enim erat amplius quadraginta homo in quo factum fuerat ſignum iſtud ſanitatis.

Num. 23. Dimiſſi autem venerunt ad ſuos, & annuntiaverunt eis, quanta ad eos Principes Sacerdotum, & ſeniores dixiſſent.

Num. 24. Qui cum audiſſent unanimiter levaverunt vocem ad Deum, & dixerunt: Domine, tu es, qui feciſti Cœlum, & terram mare, & omnia, quæ in eis ſunt.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VII.

Verſ. 22. *ANnorum enim erat amplius quadraginta homo*, quia, ut patet ſupra cap. 3. n. 2. claudus erat ab utero Matris, & inde ejus infirmitas, cum eſſet habitualis, & à natura inſita difficilior erat euratione, cumque eſſet per tantum tempus claudus ejus infirmitas valde nota erat, & cum tantæ eſſet ætatis quadraginta annorum ejus teſtimonium magnæ erat auctoritatis, *In quo factum fuerat ſignum iſtud curationis*. Æthiopicus: *Super quem* factum fuerat ſignum vitæ. 97.

Æthyop.

Verſ. 23. *Dimiſſi autem*. Non innocentes declarati, ſed tantum à pœna abſoluti, & liberi, *venerunt ad ſuos*. Syriacus *ad fratres ſuos*, alij ex Græco *ad domeſticos ſuos*, Quia inde: *Annuntiaverunt*. Lucifer *Retulerunt eis quanta* Pagnin. & Tigurina *Quæcumque* Tamen noſtra vulgata explicatius habet *quanta* quæ ſignificat valde magna, & gravia juxta illud. Luc. 4. n. 23. *Quanta audivimus facta in Capharnaum*. Iob. 13. n. 23. *Quantas habeo iniquitates*. 98.

Syriac. — Græcus. — Pagnin. — Tigurin. — Luc. 4. — Iob. 13.

Verſ. 24. *Qui cum audiſſent* Petri, & Ioannis conſtantiam, generoſitatem, atque audaciam. *Unanimiter levaverunt vocem ad Deum*. Syriacus *ſuſtulerunt vocem ſuam ſimul*. D. Chryſoſt, Oecumenius *ad cor animi*, melius tamen Lyran. ait: quod corde, & voce laudaverunt, & nota, quod laudaverunt Petrum, & Ioannem de ſua conſtantia, & audacia, ſed Deum utpote auctorem omnium donorum, & Apoſtoli omnes laudaverunt Deum uno corde, & ore ſimul, quod non potuit fieri ſine magno miraculo: *Quia tu feciſti Cœlum, & terram, & mare*, hæc expreſſe nominant tamquam præcipuas Orbis partes cum his, quæ in eis continentur. 99.

Syriac. — D. Chryſoſt. — Oecum. — Lyran. — *Opera bona Deo referlda.*

Actor. 4 n. 25 Qui Spiritu Sancto per os Patris noſtri David pueri tui dixiſti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania?

Num. 26. Aſtiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus.

Num. 27. Convenerunt enim verè in civitate iſta adverſus Sanctum puerum tuum Ieſum, quem unxiſti, Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Iſrael.

Num. 28. Facere quæ manus tua, & conſilium tuum decreverunt fieri.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VIII.

100. Verſ.25. **Q**Vi Spiritu Sancto. Pro his, quæ Pe-
trus, & Joannes fecerunt in Conci-
lio Judæorum, quod eos ſuis rationibus devincerent,
laudant Apoſtoli Deum cum. Pſalm. 2. *Qui Spiritu*
Syrus. *Sancto.* Syrus. *per manum Spiritus Sanctus* ipſo
Græcus. Divino Spiritu repletus. *Pueri tui*, Græcus *ſervi tui*
Hebraicus frequenter pueri ponuntur pro ſervis.
Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt ina-
Arabic. *nia.* Arabicus: *Quare tumultuaverunt gentes, & di-*
litaverunt populi falſitatis. Idem magno tumultu, ac
concitatione congregati ſunt gentes, nempe Genti-
les, & populi, nempe Judæorum. *Meditati ſunt ina-*
Græcus. *nia.* Græcus *Vacua*, Hebræus *fruſtra* inaniter. Crede-
Hebræus bant ſuis Conciliis poſſe concludere Chriſtum, ſed
eorum conſilia fuerunt vacua, & fruſtranea ſine ul-
lo effectu.

101. Verſ.26. *Aſtiterunt Reges terræ.* Hebraïcus, *Ere-*
Hebraic. *xerunt ſe.* Syrus *inſurrexerunt ſe Reges terræ*, nempe
Syrus. Herodes, ut inquit Lyra, qui Matth.14.n.19. dici-
Lyran. tur & Pilatus, qui in Judæa vices Imperatoris gere-
Math.14 bat, *& principes Iudæorum nempe, ut Sacerdotum.*
Adverſus Dominum, nempe adverſus ipſum Deum,
qui Filium ſuum Jeſum Chriſtum regem conſtituit,
& adverſus Chriſtum ejus, ab ipſo Deo Patre conſti-
tutum Regem.

102. Verſ.27. *Convenerunt enim vere in civitate adver-*
Syriac. *ſus, &c.* Syriacus *Congregati ſunt vere adverſus San-*
Tertull. *ctum Filium tuum.* Ita legunt etiam Tertullianus, &
Hilar. Hilarius, & ita ipſimet Apoſtoli explicant infra verſ.
30. *quem unxiſti* unctione gratiæ, & unionis Hypo-
ſtaticæ. Cum gentibus, utpote Pilato, ac Magiſtra-
tu templi, de quo dixi ſuprà verſ.1. *& populis Iſrael*
Judæis nempe.

103. Verſ. 8. *Facere quæ manus tua.* Syriacus: *Voluntas*
Syriac. *tua.* Arabicus Dextera tua, *manus tua* id eſt, potentia,
Arabic. providentia, & directio tua, *& conſilium tuum*, id eſt
tua alta, & infinita ſapientia, ac ſcientia, & præſen-
tia, qua ab æterno prævidit, quod ſi Chriſtus in tali
occaſione poſitus argueret, & increparet peccata Ju-
dæorum ab ipſis erat occidendus. Tunc Deus poſuit
Filium ſuum Jeſum in tali occaſione præcipiens, &
ut acceptaret mortem inferendam à Judæis, & voluit
permittere peccatum Judæorum, & mortem Chriſti
ab eis illatam, quam Deus ſua infinita bonitate ordi-
navit in ſalutem generis humani, & in exaltationem
ſui ipſius, ac ejus Eccleſiæ, quod egregie explicat
D.Leo. D.Leo ſerm.16. de paſſione.

QUÆSTIO XIV.

Quare tanta fuit cæcitas, & malitia in regibus, ac principibus, ut contra Deum, ac Chriſtum ejus inſurrexerint?

104. **V**Alde ſtupendum facinus! quod Reges, ac Prin-
cipes audeant ſe erigere atque opponere contra
D.Chry- Deum, ad quod reſpondet D.Chryſoſt. ad citatum In-
ſoſt. itium Pſalmi: *Quemadmodum cæcus unâ virga pugnat*
Malitia *cum divite, & paupere, cum ſervo, & libero, ita ali-*
paula- *quando Iudæi, & Græci, & gentes incredulitate cæcu-*
tim ſuâ *tientes in Prophetas, & Chriſtum bellum ſimiliter geſſe-*
improbi- *runt.* Primò iſti Prophetas occiderunt, deinde ſua ip-
tate in ſorum malitia tumultuantes ſe præcipitarunt, ut in
maius Deum, ac Filium ejus Jeſum Chriſtum inſurrexerint.
malum Malitia paulatim creſcit, & ad majora mala ſe extēdit.
ruit.

105. De his perverſis, ac diabolicis hominibus dicitur.
Apoc.17. *Hi cum Agno pugnabunt.* Apocalypſ.17.n.14. & unde
ipſis Regibus terræ tanta temeritas, ac audacia. D.
Ambroſ. ibi ait: *Cum Agno pugnaverunt, quia Eccleſiā* Expug-
Dei perſecuti ſunt, populumque Dei interfecerunt. Quia na cum
temerario auſu Eccleſiam perſecuti ſunt, inde ardenti juſtis
oris febre: frenetici in gravius ruunt malum, ut con- pugna eſt
tra ipſum Deum pugnæ ſe accingant. Deo.
D.Ambr.

Iacob benedicens filiis ſuis ait: *Simeon, & Levi* 106.
fratres vaſa iniquitatis bellantia: In conſilium eorum
non veniat anima mea, qui in furore ſuo occiderunt vi-
rum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum. Geneſ.49. Gen.49.
n. 5. Alij legunt: *Quia in indignatione ſua interfece-* Ex occi-
runt homines, & in concupiſcentia ſua cæciderunt ner- ſis Pro-
vos tauro: furor illorum initium habuit ab homini- phetis oc-
bus occidendis, & proceſſit uſque ad taurum interfi- ciditur
ciendum; ſed qui erant homines, & qui taurus? Homi- Dei Fi-
nes, Prophetæ, & juſti, Taurus, Chriſtus D. ita fre- lius.
quenter ſignificatus in ſcriptura: *Quaſi primogeniti*
tauri pulchritudo ejus. Deuter.33.n.18. Vitulus Sagina- Deut.33.
tus Luc.15.n.23. & quia in Prophetas deſævierunt, Luc.15.
inde non timuerunt manus ſuas crudeliſſime in Chri-
ſtum Filium Dei extendere, ut clavis nervos ejus per-
foderent. Tertullian. lib.3. in Marc. ait: *Quia indigna-* Tertull.
tione ſua interfecerunt homines, id eſt Prophetas, & in
concupiſcentia ſua exciderunt nervos tauro, id eſt Chri-
ſto, in quem poſt necem Prophetarum ſuffingedo nervos
ejus clavis, deſævierunt. Maxime cavendum, ne Dei
ſervos contemnas, inde enim facile ad Dei contemp-
tum devenies.

QUÆSTIO XV.

Quare in his, quæ pertinent ad ſalutem generis humani, non ſolum Dei conſilium, ſed etiam ejus manus decreverunt facere?

AIt Textus: *Herodes, & Pilatus cum gentibus,* 107.
& populis, facere, quæ manus tuâ, & conſilium
tuum decreverunt fieri. Senſum litteralem, & Theolo- Difficul-
gicum jam propoſui in expoſitione ad verſ.28.n.103. tas quæ-
nunc vero quærimus cur dicatur, *manus tua, & con-* ſtionis.
ſilium tuum decreverunt fieri. Decernendi opus, ad
conſilium, & non ad manum pertinet; cur ergo ma-
nus ipſa decretis divinis aſtitiſſe dicitur, cur ibi di-
vina manus?

Præclare reſpondet D.Leo ſerm. 16. de paſſi. di- 108.
cens: *Ut mirabilior fieret gratiā Dei, non ſecundum* D.Leo.
merita hominum, ſed ſecundum divitias ſapientiæ, &
ſcientiā Dei, miſericordia præparata. Quia antece-
denter ad omnia merita noſtra à Deo præparata eſt,
conſilio ſuæ ſapientiæ, & in manu ſuæ Omnipoten-
tiæ, quæ frequenter in ſcriptura per manum ſignifi-
catur: *In manu ejus ſunt omnes fines terræ.*

Mira Dei ſapientia, & potentia reſplenduit in 109.
redemptione generis humani, ut latè expendunt Per eadē
communiter Sancti Patres, dum conſiderant, quod media
per eandem viam, per quam mors introducta eſt, mors &
per eandem mors mortua eſt, & vita eſt data: mors vita.
introducta fuit per mulierem, arborem, & ſerpen-
tem, per eaſdem vita recuperata eſt, & per Chri-
ſtum Dominum figuratum in ſerpente: *Sicut Moy-*
ſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oper-
tet filium hominis. Ioan.3.n.14.

Quod recte expendit Caſſiodorus lib. de anima, 110.
& ſic ait: *Per te, admirande Domine, pœna facta eſt*
æternæ requies, paſſio remediabilis, mors fidelium, ſa- Corona
lutis introitus... Quoniam res, quæ pandebat Infer- omnipo-
nos, nunc producit ad Cœlos: Vere omnipotens, tētia eiſ-
qui & ipſas miſerias feciſti potentes, ſcilicet ad vi- dem me-
tam. Quaſi omnipotentiæ corona ſit, contrariis ar- diis vi
mis in ipſam examinandam contuliſſe potentiam: mortē
Unde proſequitur: *Noſti enim bonum facere per ini-* dat vi-
tam.

quos

quos convertens in adjutorium, quod paratum eſt ad nocendum: potentius eſſe dijudicans paſſiones ad utilitatem convertere, quam cauſas malorum radicitus amputare.

111. Iſai. 9. Ait Iſaias cap. 9. num. 6. *Parvulus datus eſt nobis, cujus imperium ſuper humerum ejus.* Satis vulgare eſt, quod nota Imperij, atque regni oſtenditur à Regibus in Corona, vel Sceptro, ſeu purpura; at novus iſte Rex in humero oſtentat, in quo Crucem portavit, in qua ejus regnum conſtitutum eſt: *Dominus regnavit à ligno.* Pſalm. 95. num. 10. Inimicum ipſo ligno, ſeu Cruce devicit, ac deſtruxit: Tertullianus adverſus Judæos cap. 10. *Quid novum ſi non de Filio Dei dicit? Natus eſt nobis, cujus imperium factum eſt ſuper humerum ejus. Quis omnino regum inſigne poteſtatis ſuæ humero præfert, non, aut capite diadema, aut in manu Sceptrum, aut aliquam propriæ veſtis notam, ſed ſolus unicus ſæculorum Rex Chriſtus Jeſus nova gloria, & poteſtatem, & ſublimitatem ſuam in humero extulit, Crucem ſcilicet ſecundum prophetiam.* Quibus inimicus vicerat, illum devinceret, ac de eo triumpharet. Adverſarius homo primos parentes decepit, ligno in humero ipſo crudelis hoſtis profligatur, ac deſtruitur.

Pſal. 95.

Tertull. *Armis inimici devincere magna potentia.*

112. In auguſtiſſimo Reſurrectionis matutino euntibus mulieribus ad ſepulchrum: Reſpondens autem *Angelus dixit mulieribus; nolite timere vos, ſcio enim, quod Jeſum, qui crucifixus eſt, quæritis; non eſt hic, ſurrexit, ſicut dixit, venite, & videte locum, ubi poſitus erat Dominus, & cito euntes dicite diſcipulis ejus, quia ſurrexit.* Matth. 28. num. 5. Statim perſtrepit difficultas; quare prius ad mulieres, quam ad diſcipulorum chorum hilara, ac feſtina reſurgentis Domini nuntia declarantur, & intimantur? Quorſum fœminæ prius, quam Apoſtoli divinæ claritatis radiis perfruuntur? & dato quod mulieres in hoc Apoſtolos antecedant, cur tanto nobilitantur favore, ut reſurrectionis magiſterio potiantur: *Cito euntes dicite diſcipulis ejus, quia ſurrexit*, cur etiam Angelus, qui prima mulieribus detulit nuntia, Apoſtolis etiam non detulit? O ſublime, & altum Dei conſilium? Una mulier pœnam mortis mundo intulit, per alias mulieres declarantur, ac publicantur reſtaurationis, ac vitæ media, una mulier facta eſt magiſtra ad virum ſuum decipiendum, & ad ipſius mortem, & ruinam; Alteræ mulieres magiſterij fungantur officio ad januam vitæ, & ſalutis aperiendam: Egregie D. Auguſt. ſerm. 17. de tempore ait: *quod Chriſtus tertia die ab inferis reſurrexit primum mulieres per Angelum adorantes accurrunt, quibus ideo jubet reſurrectionem Apoſtolis nuntiare, ut homini oſtenderetur: Ecce per quem cecidiſti in mortem, per reſurrectionem mortuorum nuntiatur: mulier enim, quia prior guſtaverat, prior etiam reſurrectionem vidiſſe monſtratur, ut ne perpetui reatus apud virum opprobrium ſuſtineret, quia, quæ culpam nobis transfuderat, transfundit, & gratiam.* Quod latius proſequitur D. Petrus Chryſolog. ſerm. 80.

Math. 28

Per quã mortis ingreſſa eſt vita.

D. Aug.

Actor. 4. num. 29. Et nunc, Domine, reſpice in minas eorum, & da ſervis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum.

Num. 30. In eo, quod manum tuam extendas ad ſanitates, & ſigna, & prodigia fieri per nomen Sancti Filij tui Jeſu.

Num. 31. Et cum oraſſent, motus eſt locus, in quo erant congregati, & repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & loquebantur Verbum Dei cum fiducia.

Num. 32. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IX.

Verſ. 29. *ET nunc Domine reſpice in ruinas eorum.* Syrus *Induere, & vide*, Arabicus: *O Domine admone aſpectum tuum.* Ut notat D. Chryſoſtomus, Apoſtoli non imprecantur aliquod malum, ſed ut removeantur prædicationis impedimenta, ut mandatum Domini adimpleant: *Prædicate Evangelium omni creaturæ.* 113. Syrus. Arabic. D. Chryſoſt.

Cum omni fiducia: Syrus *Ut palam ſint prædicantes.* Arabicus *Cum omni libertate.* Æthyopicus *libenter loquantur.* Cajetanus *Cum fiducia* Pagninus. *Cum omni audacia*: Quæ omnia bene explicantur verbo noſtræ vulgatæ: *Cum fiducia*, quæ bene ſecum importat audaciam, libertatem, ac conſtantiam. 114. Arabic. Æthyop. Caiet. Pagnin.

Verſ. 30. *In eo, quod manum tuam extendas*: per manum intelligitur potentia; poſtulant fiduciam ad prædicandum, & aſſiſtentiam divinæ potentiæ ad facienda miracula in confirmationem ſuæ doctrinæ, ut eis promiſſum fuit à Chriſto Marc. ultimo: *Ad ſanitates*, Vatablus, *Ad miracula*: Æthyopicus *Ut facias ſigna in nomine tuo.* 115. Marc 16. Vatabl. Æthyop.

Verſ. 31. *Et cum oraſſent motus eſt locus.* Hoc terræ motu indicabat Deus eorum orationem exauditam, & ſe illis eſſe præſentem, & omnibus illorum hoſtibus quantumvis terribilibus, & terribiliorem fore: repleti ſunt omnes Spiritu Sancto; quanquam in die Pentecoſtes repleti fuerint omnes Spiritu Sancto tamquam in habitu, nunc replentur in actu, ut cum fiducia prædicent. 116.

Verſ. 32. *Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una.* Syriacus *Una mens*, Arabicus *Erat cordis unius, & animi unius*, non phyſice, ſed ſumma concordia, ſummoque animorum conſenſu, ita ut unius voluntas ab alio nõ diſcreparet; *nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat.* Arabicus *Nec dicebat quiſquam, de ulla re, quam habebat eam ſibi eſſe peculiarem.* Æthyopicus *Hoc meum eſt ſubſtantia illis communis.* Senſus eſt: Nemo facultatum ſuarum, quas habuerat aliquid ſuum, vel proprium eſſe dicebat: ſed erant illis *omnia communia.* Nec quiſquam aliquid particulare habebat. 117. Syriac. Arabic. Lyranus. Æthyop.

QUÆSTIO XVIII.

Quare poſt orationem Apoſtolorum motus eſt locus, in quo erant.

AIt Textus: *Cum oraſſent motus eſt locus, in quo erant*: facto terræ motu, ut explicat Lyranus, cujus rei multæ aſſignantur cauſæ: Primo oſtendit Deus tali ſigno orationem eorum eſſe exauditam, & quod ipſe eorum precibus annuebat. Ita D. Chryſoſtomus, Gloſſa Ordinaria, Beda, Hugo, & alij, ſic orante Paulo, & Sila in carcere in ſignum orationis eorum exauditæ, factus eſt magnus terræ motus in carcere. Infrà Act 16. n. 26. 118. Lyran. D. Chryſoſt. Gloſſa. Beda. Hugo. Actor. 16

Secundo: Ut demonſtraretur Deum eſſe præſentem ad eis opem ferendam, ac ad inimicos ejus ſubjugandos; Dei enim præſentia ob ſui magnificentiam, ac reverentiam infert terrorem, ac metum. Hinc Deus cum deſcenderet in Sina Moyſi, & Hebræis: *Mota eſt terra a facie Domini*: Pſalm. 113. nu. 6. Exod. 19. num. 19. Tanta eſt Dei advenientis 119. *Ad Dei præſentiã omnia timore commoventur.* Pſal. 113. Exod. 19.

majeſtas, ut omnia tanquam ei famulatura; etiam cum timore, ac tremore commoveantur. Ita Philo lib. de Decalogo explicans locum Exodi, ſic ait: *Oportebat ad Dei adventum turbari mundum omnibus ſuis partibus, & exciri ad miniſterium.*

Philo.

120. Tertio: Ut fieret apertum ſignum, quod gentes, ac incolæ etiam remotiſſimæ audito Evangelio cum tot, & tantis ſignis maximè ſunt commovendæ ac ſubjugandæ ad Chriſti fidem. Ita Beda, & Lyra, quod prophetatum fuit ab Aeg. cap. 2. num. 7. ait Deus: *Commovebo Cœlum, & terram, & movebo omnes gentes* ex Hebræo legitur: *Terrefaciam omnes gentes*, magnis prodigiis, & miraculis adducam ad fidem Chriſti. Ita Noſter Cyrill, Alexand. D. Hieronym. Remig.

Omnes gentes ſubjugandæ. Aeg. 2. D Cyrill. D Hier. Remig.

121. Quarto ob tantum donum datum Apoſtolis terra lætabunda videtur cum illo tremore exultare, ut canit Arator:

Arator.

—— Horum ſub greſſibus ergo
Læta movetur humus.

Hinc cum Chriſtus reſurgeret, terra præ gaudio, ac hilaritate tremuit, ac velut quoſdam edidit ſaltus, Matth. ultimo: quod communiter confirmatur; quia moriente Sancto Paulino Epiſcopo Nolani ejus cubiculum contremuit, quod factum eſt à terra tanquam præ gaudio exultante, quod ejus corpus ipſa mox eſſet receptura, cum anima tranſiret ad gloriam, & pro hac exultatione in mirabilibus Dei facit illud Pſalm. 113. *Montes exultaverunt, ut arietes, & colles ſicut Agni ovium*; tamquam præ gaudio tripudiantes.

Mathæus. *Præ gaudio tremuiſſe terra.* Pſal. 113.

122. Quinto Oecumen. Ut hoc motu excluderet à diſcipulorum cordibus metum; quem ex Judæorum minis conceperant, qui enim faciebat tremere loca inſenſibilia, faceret tremere à conſpectu eorum homines, ut dicitur Eccleſiaſtes 5. num. 7. *Quia excelſo excelſior eſt alius* legunt Complutenſes: *Habet enim oppreſſor ille ſuperiorem ſe.*

Oecum. *Expellitur timor.* Eccleſ. 5. Complu.

123. Sexto: Motus eſt locus, ut Apoſtoli timore concepto ſe præpararent ad recipiendum Divinum Spiritum; ſicut in die Pentecoſtes ſonu vehementi advenit ipſe Cœleſtis hoſpes, ut metu, ac timore ſe diſponerent Apoſtoli ad ipſum excipiendum; timore enim Dei maximè anima aptatur, ut venientem Deum valeat recipere.

Timor Deum adducit.

124. Ait Iſaïas 26. num. 17. *Sic facti ſumus à facie tua Domine, concipimus, & quaſi parturivimus, & peperimus Spiritum.* Septuaginta: *Propter timorem tuum, Domine, in utero accepimus, & parturivimus, & peperimus ſpiritum ſalutis.* Theodorus in Catena græca in Pentateuch. ait: *Oſtendit utilitatem, quæ ex minis Dei percipitur. Accipientes timorem tuum, velut bonum ſemen, & hunc in utero geſtantes, opportuno tempore ſalutem reportabimus.* Ait quod ubi primum in animo concepit Dei timorem, tamquam *bonum ſemen* receptum, ſtatim parturivit, ac reportavit ſpiritum ſalutis.

Iſaï. 26. Septuag. Theod.

125. Peſſimus, ac perverſus Baalam cum pergeret conductus à Rege Balac, ut malediceret Iſrael, in itinere apparuit ei Angelus evaginato gladio ad eum interficiendum, qui totus tremebundus ſuum agnoſcens delictum Numer. 22. numer. 34. tandem cum veniſſet ad Regem, aris extructis, & cum incederet ad maledicendum populum: *Dominus autem poſuit verbum in ore ejus* Numer. 23. num. 5. ut benediceret populum Iacob, & tabernacula ejus. Mirabile ſane, quod Deus Verbum ſuum ſanctum, & purum, in ore hominis malefici poneret, atque in maligno ore hominis peſſimi, ac imperfectiſſimi? Pulchre Procopius apud Gloſſam: *Animus illi apparatus eſt, metu enim apparitionum adornatus fuerat.* Homo peſſimus omni ſpurcitia, ac maleficio plenus, cum tamen in eo præceſſit timor, ipſe ſic eo adornatus, ac compoſitus eſt, ut aptus fieret, ad Verbum Dei ſuo in ore recipiendum, & capax foret cœleſtium beneficiorum.

Num. 23. Procop. *Timore homo ſit aptus ad divina.*

QVÆSTIO XVII.

Quare modo dicuntur Apoſtoli repleti Spiritu Sancto cum jam ipſo fuiſſent repleti in die Pentecoſtes.

126. AIt Textus: *Repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & loquebantur cum fiducia Verbum Dei.* In die Pentecuſtes omnes receperunt Spiritum Sanctum tamquam in habitu, hic verò tamquam in actu, ut prodirent in admirabiles actus, ut prædicarent Verbum Dei cum fiducia, ut Judæorum minas, & aliorum tyrannorum non timerent, ut facerent prodigia, & miracula, ut poſtulaverunt. Unde ait D. Chryſoſtomus in præſenti: *Deaccenſi ſunt Spiritu Sancto, & reaccenſum in ipſius chariſſimos.* D. Gregor. ad cap. 10. lib. 1. Reg. ait: *Iam non metuunt, quia cor in eis Spiritus Sanctus mutavit.* Lyranus ait: *Per hoc datum eſt eis novum augmentum gratiæ, & charitatis*, ut exterius prodirent in tam illuſtres actus, operandi ſcilicet miracula, & cum fiducia prædicandi.

Datur Spiritus Sanctus ad magnos actus. D. Chryſoſt. D. Greg. Lyran.

127. Cum diſcipuli quærerent à Ieſu: *Quis putas major eſt in regno Cœlorum. Advocans Ieſus parvulum ſtatuit eum in medio eorum.* Matth. 18. num. 2. Quinam eſſet parvulus iſte, multorum variæ ſunt ſententiæ, ut ſuo loco retuli, quas etiam referens D. Hieronym. ait: *Alij parvulum interpretantur Spiritum Sanctum, quem poſuerit in cordibus diſcipulorum.* Res omni admiratione digniſſima, ut Spiritus Deus immenſus, & infinitus implens Cœlum, & terram, idem cum Patre, & Filio qui nullo loco teneri poteſt, dicatur parvulus. Ita nempe in cordibus diſcipulorum, qui cum adhuc eſſent rudes, & parvuli in fide, inde ipſe in eis dicitur parvulus, ut cum ipſo ſpirante eorum virtus excreverit, ipſe quoque in effectibus ibi adoleſcere videatur Spiritus Sanctus, cùm ſit Deus immutabilis in ſe nec magnus, nec parvulus, ſed ex effectibus in humano corda talia nomina ſortitur.

Math. 18. D. Hier.

128. Poſtquam Samuel unxit Saulem in regem ait ei: *Inſiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis.* 1 Reg. 10. num. 6. ex Hebræo legitur: *Proficiat ſuper te Spiritus Domini*, id eſt, *Proventum faciat.* Cajetanus *ad inſtar* ait: Proficiendo deſcribitur Divinus Spiritus in homine ſecundum novum donum operans, eo quod tamquam prius exiſtens in homine progrediatur de bono in melius, non proficit Spiritus Dei in ſe ipſo, ſed in homine.

1. Reg. 10. Caiet. *Spiritus Sanctus proficit non in ſe, ſed in nobis.*

129. Docens Chriſtus Dominus ſuos diſcipulos orare, præcipit, quod hoc modo dicant: *Pater noſter, qui es in Cælis, adveniat regnum tuum.* Matthæi ſexto numero decimo quæ verba ſic legit D. Gregorius Nicænus lib. de oratione ibi à me datus: *Adveniat Spiritus Sanctus, ut purificet nos.* Sed quomodo Viri Sanctiſſimi maxime repleti donis Spiritus Sancti, ac ejus gratiâ pleniſſime purificati, atque juſtificari poſtulant, ut ipſe Divinus Spiritus adveniat, & purificet eos? Quia ipſi Viri Sanctiſſimi, licet Divino Spiritu, & ejus gratiâ pleni præ Cœleſtium deſiderio adhuc non quieſcunt, ſed avidi exoptant donis Spiritus Sancti, & ejus gratia impinguari, & locupletari.

Matth. 6. D. Niſſenus. *Iuſti ſemper avidi de majori gratia.*

130. Ad hoc pertinet id, quod ait Regius Vates Pſalm. 103. num. 21. dicens: *Catuli Leonum rugientes, ut rapiant,*

Pſal.103. *piant, & quærant à Deo eſcam ſibi.* Extraordinarius dicendi modus contra omnem ordinem conſuetum; prius enim eſt quærere, deinde rapere eſcam ſibi; è contra ait David, *ut rapiant, & quærant eſcam* quomodo, prius eſt rapere, deinde quærunt, ſi ex rapina jam habent, quod quærunt? Lauret. *Juſtus quærit majus auxilium.* Lauretus Cervarienſis ex D.Gregorio per eſcam intelligit auxilium gratiæ, quod eſt donum Spiritus ſancti, quod ſi quis tanquam ex raptu poſſidet, non quieſcit, ſed ardentius aliud, & aliud, magis, & magis intendit ſibi comparare, pluſque deſiderat, & affectat acquirere.

QUÆSTIO XVIII.

Quare in primitivis Chriſtianis tanta erat unitas, ut in eis eſſet anima una, cor unum, nullúſque aliquid ſibi proprium habebat?

131. Aliqui expoſitores multa hic congerunt de eleemoſyna, paupertate, deque abnegatione temporalium, de quibus omnibus multa dixi varijs in locis, hic tantum tractabo, quæ pertinent ad expoſitionem literæ.

132. In hoc maximè apparet, ac relucet gratia Spiritus ſancti, qui hos primus Chriſtianos impleverat, quia, Euthym. ut ait Euthymius ad cap. 13. *Charitas erga nos in Magiſtro Chriſto inter omnes alias virtutes potiſſimum eluxit.* Hæc eſt unitas Spiritus in vinculo pacis, Epheſ.4. Epheſ.4.n.3. *Hoc eſt cor unum, & anima una.* Sicut in Phyſicis. Anima informat, & fovet omnia corporis membra, quamvis valde diverſa ſint, & nullum habeat aliquid ſibi proprium, id eſt, ad ſuum proprium commodum, omniaque conveniunt in commune corporis obſequium, ſive comedat, bibat, Simile. dormiat, requieſcat, vel ambulet: ſic divinus Spiritus, tanquam anima vitæ ſpiritualis, quos ſua gratia adimplet, licet ſint valde diverſi generis, & conditionis, omnes adjungit, & conjungit in unum, ut nullum habeat aliquid ſibi proprium, ſed omnia ſint illis communia in Dei obſequium, ejuſque charitatis.

133. Et inde tanta unitas, ac concordia in eis erat, quia interveniente gratià Spiritus ſancti, *nec quiſquam eorum aliquid ſibi proprium eſſe dicebat.* Ad quæ Petrus Dam. verba ſic ait Petrus Damianus lib. 1. epiſtol. 16. *Ecce ubi non erat diverſitas rerum, vigebat unitas voluntatum, nimirum, ubi non eſt diviſio cenſus in unione charitatis plurium mentium conſtatur affectus: Illic enim mens à mente dividitur, ubi facultatum communio non tenetur, ubi poſſeſſionum diverſa proprietas,* Mentis diviſio lucra quærit. *ibi mens poſſidentium non eſt una:* frigidum illud verbum *meum, ac tuum* multas uniones diſſulvit, pacis vincula rumpit, juris fœdera contemnit, ut videre eſt in Abrahamo erga ſuum dilectiſſimum conſobrinum Loth, Geneſ.13.n.8. & apud multus alios. Geneſ.13.

Ait Textus: *Cor unum, & anima una.* Quæ ver-
134. ba exponens Caietan. ait: *Unitas cordis ſimilitudinem ſignificat voluntatum, unitas autem animæ ſimilitudinem affectionum.* Ego vero ita expono: Unitas Quid ſit cor unū, & anima una. cordis ſignificat unitatem voluntatum. *Una anima* dicit unitatem aliarum potentiarum, intellectus, ſcilicet, & memoriæ; ac ſi diceret: tanta in eis erat unio, ac ſi in omnibus idem eſſet velle, intelligere, ac memoria habere.

135. Potho. Prima laus Eccleſiæ primitivæ unitas. Hæc eſt prima laus, quæ de illa præclariſſima primitiva Eccleſia ſcribitur, ut notavit Potho Presbyter Prumienſis. lib.3. de ſtatu domus Dei, & ait: *Beatus ille populus tunc in fide adunatus ſancti Spiritus unctione doctus primam hanc emiſit jubilationem, hanc conſonam deprumpſit cœleſtis muſicæ modulationem, quam in Actibus Apoſtolorum audivimus: Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.* Quæ unitas tanta erat, ut dicat D.Baſilius in Conſtitut. Monaſticis cap.19. D.Baſil. *Homines ex diverſis Nationibus, & regionibus profectos per exactam morum, ac diſciplinæ ſimilitudinem, adeo velut unum coaluiſſe ut in pluribus corporibus unus tantum animus eſſe videatur, viciſſimque plura corpora unius animi inſtrumenta.*

Quod etiam explicans D.Cyprianus lib.3. teſtim. 136. ad Quirinum cap.3. ait: *Turba autem eorum, qui crediderant, anima, ac mente una agebant, ne inter illos diſcrimen ullum.* D. Cypr. Juxta efficaciam orationis Chriſti, qui in ultima Cœna ſuum Æternum Patrem exorans, Joan.17.n.12. dicebat: *Pater Sancte ſerva eos in nomine tuo, ut ſint unum, ſicut & nos,* & n.21. Ioan.17. *Ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me,* & n.22. *Ut ſint unum ſicut & nos unum ſumus.* Quæ verba eleganter explicat ibi D.Cyrillus Alexandr. dicens: D.Cyrill. *Charitatis, pacis, & concordiæ vinculum petit, quod ad tantam ſpiritualem credentes unionem producat, ut naturalis, conſubſtantialiſque in Patre, Filio, ac Spiritu ſancto unionis ſimilitudinem imitetur.* Unio noſtra imitetur divinam. Maximè ponderanda eſt gravitas, ac ſublimis altitudo orationis Chriſti, qui tantam unionem ſpiritualem vult in ſuis fidelibus, ut aliquo modo quantum fieri poteſt valeat imitari, ac adumbrari illam ſubſtantialem unionem inter três divinas Perſonas, in qua Pater totus eſt ſubſtantialiter in Filio, & Spiritu ſancto, totus Filius in Patre, & Spiritu ſancto, ipſeque divinus Spiritus totus in Patre, & Filio, in eis unus eſt intellectus, eademque voluntas, ſapientia, ac potentia; veſtigium tantæ unionis exoptat Chriſtus, ut fideles ſui imitentur, quod & ſi ſint multi, ac diverſi, ſpiritualiter tamen, ac charitate ſint unum inter ſe, ſicque in eis unum velle, ac intelligere, unaque efficacia operandi: *Quod ad tantam ſpiritualem credentes unionem producat, ut & naturalis, conſubſtantialis, quæ eſt in Patre, Filio, ac Spiritu ſancto unionis ſimilitudinem imitetur.*

Ait Regius Vates Pſalm.4.n.6. *Signatum eſt ſu-* 137.
per nos lumen vultûs tui Domine, & cur cum in plu- Pſal.4.
rali loquatur ſtatim ſermonem divertit ad ſingulare: *Dediſti lætitiam in corde meo.* Conſequenter videbatur dicendum. *Dediſti lætitiam in corde noſtro?* Altè & profundè loquitur. Ubi primus vultus Divini flamma irradiat, ejuſque amoris fulmen plures percutit, deſtruit pluralitatem, & in unicum cor corda Valens plures unus. omnium adſtringit. Rupertus de glorificatione Trinitatis lib.6.cap.15. ait: *De multitudine credentium cum dixiſſet; ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine; protinus uti maluit ſingulari numero, dicens ex perſona ipſorum: Dediſti lætitiam in corde meo, & rectè quia multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.*

Ad ipſos fideles valde divites cum magno proven- 138.
tu pergit loquens eodem Pſalm.n.8. idem Vates: *A* Pſal.4.
fructu frumenti & olei ſui multiplicati fideles Eccleſiæ filij à fructu cœleſti panis, ac oleo divinæ gratiæ in magna, & copioſa multiplicatione *ſunt*; tamen de tam ampla multitudine tanquam de uno ſingulari ſtatim agit: *Quoniam tu, Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.* Quos amor in ſe in unum connectit, ſub unica eadem ſpe omnes cohibet, ut non multiplex, ſed una, & unica ſit expectatio: ſic pergit citatus Rupertus; Rupert. *Quam quoque videlicet unitatem cordis, & animæ, illud quoque adverbium pulchrè exprimit: Quoniam tu, Domine, ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.* Ipſe namque Spiritus ſanctus de multis efficit unum. Vide ſupra cap.1. quæſt.30. num.209. & 210.

Actor.4.n.33. Et virtute magna reddebant

Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Jeſu Chriſti, & gratia magna erat in omnibus illis.

*Num.*34. Neque enim quiſquam egens erat inter illos, quotquot enim poſſeſſores agrorum, aut domorum erant vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant.

*Num.*35. Et ponebant ante pedes Apoſtolorum: Dividebant autem ſingulis, prout cuique opus erat.

*Num.*36. Joſeph autem, qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis (quod eſt interpretatum filius conſolationis) Levites Cyprius genere.

*Num.*37. Cum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & poſuit ante pedes Apoſtolorum.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE X.

139. Verſ.33. *Virtute magna*, Tigurina, Paguinus,
Tigurin. *Potentia, & robore*, hoc eſt fiducia, &
Pagnin. audacia. *Reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectio-*
Arabic. *nis.* Arabicus: *Promulgabant teſtimonium.* Æthio-
Æthiop. picus: *Faciebant teſtimonium.* Ait Textus: *Reſur-*
D.Chryſoſt. *rectionis* juxta mandatum Chriſti; quia hoc myſte-
Occum. rium eſt præcipuum noſtræ fidei, & illud maximè
Lyra. negabant Judæi. D.Chryſoſt. & Oecumen. premunt
verbum ex radice Græca, quod eſt tanquam depoſitum reddere, & ferebant hoc teſtimonium, quod eis impoſuit Chriſtus multis miraculis confirmatum, ut notat Lyranus.

Gratia magna erat in omnibus illis. Arabicus:
140. Arabic. *Super eos ingens gratia*: Sermo eſt de Apoſtolis. *Gratia magna* ſanctitatis erga Deum, & *magna* charitatis, & unionis inter ipſos Apoſtolos, & magna benevolentiæ, & beneficentiæ erga omnes, ex quo omnibus erant valde amabiles, ut in magna reverentia,
Actor 2. tia, ut dicitur cap.2.n.47. *Gratiam habebant ad omnem plebem.*

141. Verſ.34. *Neque enim quiſquam egens erat inter illos.* Omnes primitivi Chriſtiani erant pauperes, non tamen egentes; nam pauper dicitur qui facultates non habet; egens cui neceſſaria deſunt: erant ergo omnes pauperes, quia nemo aliquid ſuum eſſe dicebat; non tamen erant egentes, quia illa omnia diſtribuebantur prout unicuique opus erat. Poſſeſſiones agrorum, & domorum vendebant, quod non in-
Eſtius. telligitur de illis domibus, ut bene notat Eſtius, in quibus habitabant, has enim habebant non tanquam proprias, ſed ut ad communem uſum, vel ſuum, ſeu aliorum fratrum; ſiquidem Petrus à carcere libera-
Act.12. tos venit in domum Mariæ matris, Joan. infra Act.12.
Act.21. n.12. & Philippus unus ex ſeptem Diaconis habebat domum Cæſareæ Act.21. n.8. & etiam in Evangelio dicitur domus Simonis, & etiam Marthæ, & Mariæ.

142. Verſ.35. *Et ponebant ante pedes Apoſtolorum.*
Æthyop. Æthiopic. *ſub pedibus Apoſtolorum*, quod faciebant,
Arabic. tum ob eorum reverentiam tum ob contemptum temporalium, de quo infra q.19. *Dividebatur autem ſingulis.* Arabicus: *Pro ratione egeſtatis ejus.*

143. Verſ.36. *Ioſeph autem, qui cognominatus eſt Barnabas* qui interpretatur *filius conſolationis*, ſeu, ut alij legunt, refrigerij, & hujus viri facit mentionem, in
Actor.13. Barnab. magnum, & præclarum exemplum; qui & cum Paulo infra vocatus eſt in Apoſtolatum. Dicitur *Conſolationis*, ſeu refrigerij, quia multam conſolationem Apoſtolis attulit, vel etiam pauperibus, quia multam conſolationem Apoſtolis attulit, vel etiam pauperibus; vel quia ſua eximia manſuetudine, charitate, ſeu eloquentia, gratia, ſanctitate multa pollebat facultate conſolandi afflictos, & miſeros; ita Alexander in ejus vita; de hoc illuſtri viro quæſtione ultima.

QUÆSTIO XIX.

Quare primitivi Chriſtiani tam avidè paupertatem amplectebantur, & terrena contemnebant?

Ratio à priori hujus rei eſt, quia gratia divini 144.
Spiritus, ſic eorum corda adimpleverat, ut in omnibus Chriſtum imitarentur, ejuſque veſtigia ſequerentur; Chriſtus autem Dominus dicebat de ſe:
Ego mendicus ſum, & pauper, Pſalm.39.n.18. Vulpes Pſal.39.
foveas habent, & volucres cœli nidos: filius autem
hominis non habet, ubi caput reclinet, Matth.8. Math 8.
n.20. Ipſamque paupertatem maximè in omnibus divinus Magiſter commendabat, enumeranſque Beatitudines, paupertatem in capite omnium collocavit, dicens: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt*
regnum Cælorum, Matth.5. num.3. ſicque præcepit Math.5.
ſuis Apoſtolis, ut in via nec portarent argentum, *Chriſtus*
nec peram, nec calceamenta, Matth.10.n.8. ad quæ *ſequendus ab*
verba alludens D.Hieronymus epiſt. ad Heliodor. de *homine*
laude vitæ ſolitariæ, ait: *Non pera ſibi ſumenda eſt,* *nudo.*
non virga eſt, affatim dives eſt, qui cum Chriſto dives eſt. Idem D.Hieron. epiſt.150. ad Hedibidian. q.1. ait: *Fac, quod fecerunt Apoſtoli: Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere ſalvatorem, ut nudam, ſolamque crucem nuda ſequaris & ſola.*

Deinde, ut ait Apoſtolus, 1. Timoth 6. n.10. *Ra-* 145.
dix omnium malorum cupiditas. Quis Regem Pha- 1.Tim.6
raonem demerſit in mare tanquam plumbum: *Dixit* *Radix*
inimicus perſequar, & comprehendam, dividam *omnium*
ſpolia, & implebitur anima mea, Exod.15.n.9. Ex ve- *malorũ*
hementi cupiditate animam ſpiritualem terrenis vo- *cupiditas.*
lebat adimpleri. D.Chryſoſt. homil.41. ad Popul. An- Exod.15.
tioch. ait: *Nihil erat, quod poſſet ejus explere libidinem.*

Hanc radicem, & cupiditatem omnium malorum 146.
in nobis avellit, & extinguit Charitas, quæ, ut ait Paulus: *Diffuſa eſt in nobis per Spiritum ſanctum, qui*
datus eſt nobis, Rom.5.n.5. Apoſtolus ſolum loquitur Rom.5.
de Charitate diffuſa in nobis, per Spiritum ſanctum; quia *Charitas*, ut ait D.Auguſt. de Spiritu, & litera
tanquam catena cæteras virtutes adduxit ſecum, qui- *Per charitatem*
bus omnia mala, eorumque fomenta, ac depravata cu- *amputantur om-*
piditates propulſantur; cum ergo in illis primitivis *nia mala.*
Chriſtianis charitas Dei eſſet diffuſa per Spiritum ſanctum, omnes pravæ cupiditates eradicatæ ſunt, Chriſti paupertas, ac ejus nuda Crux plantata cum contemptu omnium temporalium, & cum intima fraternitatis unione, ut in eis omnia eſſent communia.

Ait divina Sponſa Cantic.1. n.3. *Introduxit me* 147.
Rex in Cellaria ſua. Reſpondent Sodales. *Exulta-* Cant.1.
bimus, & lætabimur in te memores uberum tuorum. Ex eo quod ipſa ſit introducta in promptuarium, gaudent, & exultant ancillæ, *memores uberum tuorum*, quia lac, quod in eis nutritur, & ab eis dimanat, ipſis ſodalibus erat, non vero ſibi ipſi perſonæ ſolum; quia totum ipſum illarum erat; præclarè
D.Bernardus ſerm.23. in Cantic. ſic ait: *Introduxit* *Introrſi*
me Rex in Cellaria; Putate, & vos pariter introdu- *bona omnia.*
cta. Sola introducta videor; ſed ſili non proderit: ve- D.Bern.
ſtrum omnium eſt meus omnis profectus: vobis proficio, vobiſcum partibor... audi quid illa reſpondeant: Exultabimus, & lætabimur in te: & addunt, memo-

res

res uberum tuorum aquanimiter ſuſtinemus, *dum venias, ſcientes te plenam ad nos reverſuram uberibus.*

148. Apoc. 19. Clamant illuſtriſſimi Seniores ante Dei ſedem: *Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ Agni, & uxor ejus præparavit ſe, & datum eſt illi, ut cooperiat ſe byſſino ſplendenti, & candido*, Apoc. 19. n. 7. Magnam, & pompoſam in cœleſti curia lætitiam, atque exultationem nobis narrat Evangeliſta in celebratis nuptijs Agni, pro cujus exacta enodatione inveſtigandum eſt, quænam ſint hæ nuptiæ, quæve hæc Sponſa? Juxta communem Doctorum placitum, ut ibi dixi, nuptiæ, eſt felix dies retributionis, ac præmij meritorum, ac coronæ debitæ gloriæ; Sponſa vero ponitur pro filijs Eccleſiæ militantis, dum indui puto, & candido byſſino juſtitiæ, charitatis, omniumque virtutum ad cœleſtem curiam aſſumuntur. Unde ibi dicitur: *Beati, qui ad cœnam Agni vocati ſunt.* Inde tanta exultatio, & tam plauſibile gaudium in cœleſtibus ſpiritibus, jam enim alios vident participes ſuæ gloriæ, & eos in ea ſocios, ac conſortes habere. D. Ambroſ. ibi in nomine cœleſtium ſpirituum ſic loquitur: *Ideo gaudeamus, & exultemus eo quod miſericordia conditoris noſtri Eccleſiam ſuam, quæ ſumus nos, ita ſibi conjungere ſit dignatus, ut ſponſa conjungitur ſponſo.*

Juſti gaudent cum ſuis donis communicatis. — D. Ambr.

QUÆSTIO XX.

Quare primitivi Chriſtiani omnia ſua non ad manus, ſed ad pedes Apoſtolorum ponebant?

149. Æthiop. TExtus ait: *Ponebant ad pedes Apoſtolorum.* Æthiopic. *Sub pedibus Apoſtolorum*, pretia eorum, quæ vendebant, non ad manus, ſed ad pedes
D. Hier. ponebant, ad quod reſpondet primo D. Hieronymus epiſtol. ad Paulin. & ait: *Quando Domini noſtri adhuc calebat cruor, & fervebat recens in credentibus fides vendebant omnes poſſeſſiones ſuas, & pretia earum ad Apoſtolorum deferebant pedes, ut oſtenderent pecunias eſſe calcandas, nihilque faciendas.* Ex hoc divit arum contemptu in tantum ſunt ſublimati, ut Spiritu ſancto replerentur. Moyſes grandis factus reputatus eſt filius filiæ Pharaonis, ita ut ſuccedentibus rebus poſſet fieri Rex Ægypti, ſicut ipſe Pharao; has tamen omnes rerum amplitudines ipſe con-
Hebr. 11. tempſit, ut ſcribit Apoſtolus Hebræor. 11. n. 26. *Majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti.* Quid inde factum, ut non ſolum fieret Rex, ut Pharao, ſed etiam Deus Pharaonis, at-
Exod. 7. que Ægypti, Exod. 7. Ingenioſè D. Ambroſ. in Pſal.
D. Ambr. 118. ubi ſic ait: *Moyſes noluit eſſe Rex cum poſſet, ſed opprobrium Chriſti theſauris Ægypti arbitratus eſt præferendum, & fugiendo potentiam potentior factus eſt; factus enim in Deum, Regi Pharaoni, Rex erat Pharao, ſed Deus non erat.* In tantum evectus per temporalium rerum contemptum.

Ex contemptu temporalium magna proveniunt.

150. D. Chryſoſt. Secundo D. Chryſoſt. ad illa verba Pauli: *Oportet hæreſes eſſe*, ſic loquitur: *Non dicit quod in manus ipſorum ponebant, ſed ad pedes, declarando ſimul fidem, pietatem, ac reverentiam: Et quod majoris ducebant, quod ab eis reciperentur, quam quod darent dona; hoc eſt paſcere Chriſtum eſurientem, ſi abſque arrogantia, & faſtu hoc facias, ſicque das quaſi ſibi ipſi plura, quam dans beneficia dare videaris.* Non ad manus, ſed ad pedes ponebant, ut ſuam reverentiam, humilitatem, animique demiſſionem oſtenderent, & quod illa omnia ſua ſic pro pauperibus alendis, dabant, tanquam ibi non eſſent permanſura, ſed iterum ab eis eſſent accipienda; quæ enim pauperi elargitis, ita elargiuntur, ut magis à donante accipiantur.

Quæ pauperi dantur magis accipiantur.

Ait Eccleſiaſtes cap. 11. n. 1. *Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt tempora multa invenies illum.* Chaldæus in Biblia Regia ſic legit: 151. Chald.
Porrige alimentum tuum pauperibus, qui ambulant in navibus ſuper facies aquarum; quoniam poſt tempus dierum multorum invenies mercedem ejus in ſæculo hoc, & in ſæculo venturo. Omitto id, quod in præſenti dicitur datum pauperibus habere ſuam mercedem in hoc ſæculo, & venturo, illud tamen eſt maximè inquirendum, quid habet eleemoſyna data pauperibus cum tranſeuntibus maritimis (de illis interpretatur Chaldæus) quod in aquis marinis jacitur rapido aquarum vorągine cito tranſit, & perit, quid ergo eleemoſyna cum ipſis aquis marinis? Vera Philoſophia docet: *Aqua fontana ex marina hauritur, marina rurſus non attenuatur propter retributionem, quæ fit è ſupernis, quæ id, quod evaporavit per Solem auctum diſtillat, calſeus, & exundat per rorem exhalationum quotidie ſurſum tendentium excreſcens.* Certum eſt quod aqua marina ſe ſe per terræ meatus transfundit, ut fontes, & flumina adimpleat; deinde vero aqua ipſa vaporibus terræ, & rore cœleſtium adaucta revertitur in mare, indeque aquæ marinæ exereſcunt, & ideo optimo jure panis datus pauperi cum aquis marinis comparatur; quia ſic eleemoſyna confertur pauperi, ut in ipſum dantem cum beneficentia terrena, & cœleſtium rore reverſatur multum creſcere faciat, & adimpleat omnibus cœleſtibus donis.

Philoſ. — *Qui dat pauperi magis accipit, quã dat.*

Ait Apoſtolus 2. Corinth. 8. *Notam autem facimus vobis gratiam Dei fratres, quæ data eſt in Eccleſijs Macedoniæ, quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudium ipſorum fuit, & altiſſima paupertas eorum, abundavit in divitias ſimplicitatis eorum.* Macedoni conſtituti erant in extrema paupertate propter Chriſtum, & tamen in illa gravi paupertate, adhuc egentibus neceſſaria largiebantur, ac ſi ipſi eſſent abundantiſſimi, de qua illorum liberalitate loquens Apoſtolus, ait: *Notum facimus vobis gratiam Dei, quæ data eſt in Eccleſijs Macedoniæ.* Quænam eſt iſta gratia, quæ data eſt Macedonis, ut ſua pauperibus darent, ut exinde omnium gratiarum cumulum cum magno augmento reciperent, & ita nulla alia gratia major potuit eis dari. D. Brunus ſic ait, ibi: *Gratiam Dei digno nomine vocat eleemoſynas, intelligens, majorem eſſe gratiam Dei miniſtrandi pauperibus, quam ſint genera linguarum.* Certo ſciat unuſquiſque, quod ille, qui dat eleemoſynam pauperi longè majorem gratiam ipſe reportat, quàm panem, quem miſero elargitur. 152. 2. Cor. 8.

Eleemoſyna Dei gratia. — D. Brun.

QUÆSTIO XXI.

Quiſnam eſſet iſte Barnabas, de quo hic ſit mentio?

AIt Textus: *Ioſeph autem, qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis, quod interpretatur filius conſolationis.* Cur ſic ſit dictus, jam propoſui rationem; quia ipſe ſua perſona eam attulit Apoſtolis, & alijs. Dubitatur tamen, an hæc interpretatio nominis fuerit poſita à D. Luca, vel ab Interprete? Reſpondeo fuiſſe ſcriptam à D. Luca; quia ita habetur in autographo græco textu Lucæ, & Syriacô: Voluit Sacer Evangeliſta reddere rationem cur cum Joſeph eſſet proprium illius nomen, ab Apoſtolis nomen fuit mutatum, & impoſitum *Barnabas*, quod Hebraïcè ſignificat filius conſolationis, ſicut infra nomen *Elyma* interpretatur *magus* cap. 13. n. 3. 153. Act. 13.

Cur dicitur filius conſolationis.

De hoc facit D. Lucas peculiarem mentionem, tanquam valde illuſtre exemplum, tum ratione ſuæ perſonæ: ob ſingulares illius dotes tum etiam ut habetur 154.

betur infra cap.13. cum Paulo vocatus fuit ad Apo-
Diſtinctus ab alio. ſtolatum. Hic autem diſtinctus eſt ab illo Joſeph,
qui cum D Matthia accepit ſortes ad Apoſtolatum,
D Chryſoſt. ut tenent hic D.Chryſoſt. homil. 11. D.Hieronymus
de viris illuſtribus; ille enim cognominatus eſt Bar-
D.Hier. ſabas, iſte vero Barnabas; ille, ut notat Lyranus, di-
citur Alphei filius, ſicque de Galilæa natus; iſte
vero dicitur Cyprus, & ſic de Cypro natus: Iſte ſcri-
bitur genere Levites ortus ex tribus Levi, de qua
tribu non videtur fuiſſe Alpheus ille alius.

155. Dicitur Levites; hoc eſt, ejus parentes erant ex
Cur Levites. tribu Levi; Levitæ Deo conſecrati prohibebantur
habere agros in Iudæa, Num.18.n.20. Tamen in alia
Num.18. terra, ſeu Provincia poterant habere, ut notat Lyran.
imo & in Juda poterant habere, ſi eſſent paſcuales
Num.25. ad alenda pecora, Num.25. n.3. Alexander in vita
Barnabæ exiſtimat agrum fuiſſe in Juda; Hugo, &
Hugo. Lyranus tenent fuiſſe in Cypro, & à ſuis parentibus
Lyran. emptum.

alexand. 156. *Cyprus.* Judæi poſt captivitatem Babylonicam
Natus Cypri. diſperſi, ac diviſi ſunt per totum Orbem, & in varijs
partibus conſtituerunt domos, Parentes Barnabæ in
Cypro, ubi ipſe natus; deinde divino impulſu ſe
Alexand. tranſtulit Jeruſalem, ut tradit Alexander in ejus
vita, ubi cum Stephano, Saulo, atque alijs ſacras li-
Ex Chriſti diſcipulis. teras didicit ſub Gamalide Magiſtro, ac tandem ad
Chriſtum D. venit cum conſobrino ſuo Joanne, qui
appellatus eſt Marcus, in cujus domo cœpit nova
Chriſti Eccleſia creſcere, ac pullulare, ut ſæpe dic-
tum eſt, Barnabas autem fuit unus ex 72. Domini
D.Epiphan. diſcipulis, ut tradunt D.Epiphan. hæreſi 1. Clem.
Clem. Alexand. lib.2. Strom. Euſebius lib.3. Hiſtor. cap.33.
Euſeb. & alij ita exiſtimant.

CAPUT V.

1. *Vir autem quidam nomine Ananias cum Saphira uxore ſua vendidit agrum.*
2. *Et fraudavit de pretio agri conſcia uxore ſua: & afferens partem quandam, ad pedes Apoſtolorum poſuit.*
3. *Dixit autem Petrus: Anania cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto, & fraudare de pretio agri?*
4. *Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate? quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? non es mentitus hominibus, ſed Deo.*
5. *Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, & expiravit, & factus eſt timor magnus, ſuper omnes, qui audierunt.*
6. *Surgentes autem juvenes amoverunt eum, & efferentes ſepelierunt.*
7. *Factum eſt autem quaſi horarum trium ſpatium, & uxor ipſius neſciens quod factum fuerat, introivit.*
8. *Dixit autem ei Petrus: Dic mihi mulier, ſi tanti agrum vendidiſti? at illa dixit: etiam tanti.*
9. *Petrus autem ad eam: quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum, qui ſepelierunt virum tuum ad oſtium, & efferent te.*
10. *Confeſtim cecidit ante pedes ejus, & expiravit. Intrantes autem juvenes invenerunt illam mortuam, & extulerunt, & ſepelierunt ad virum ſuum.*
11. *Et factus eſt timor magnus in univerſa Eccleſia, & in omnes, qui audierunt hæc.*
12. *Per manus autem Apoſtolorum fiebant ſigna, & prodigia multa in plebe, & erant unanimiter omnes in porticu Salomonis.*
13. *Cæterorum autem nemo audebat ſe conjungere illis, ſed magnificabat eos populus.*
14. *Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum, ac mulierum.*
15. *Ita ut in plateas ejicerent infirmos, & ponerent in lectulis, ac grabatis, ut, veniente Petro, ſaltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis.*
16. *Concurrebat autem, & multitudo vicinarum civitatum Ieruſalem, afferentes ægros, & vexatos à ſpiritibus immundis, qui curabantur omnes.*
17. *Exurgens autem Princeps Sacerdotum, & omnes, qui cum illo erant (quæ eſt hæreſis Sadducæorum) repleti ſunt zelo.*
18. *Et injecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica.*
19. *Angelus autem Domini per noctem aperiens januas carceris, & educens eos, dixit:*
20. *Ite, & ſtantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ hujus.*
21. *Qui cum audiſſent, intraverunt diluculo in templum, & docebant. Adveniens autem Princeps Sacerdotum, & qui cum eo erant, convocaverunt Concilium, & omnes Seniores filiorum Iſrael, & miſerunt ad carcerem, ut adducerentur.*
22. *Cum autem veniſſent miniſtri, & aperto carcere non inveniſſent illos, reverſi, nuntiaverunt, dicentes.*
23. *Carcerem quidem invenimus clauſum cum omni diligentia, & cuſtodes ſtantes ante januas: aperientes autem neminem intus invenimus.*
24. *Ut autem audierunt hos ſermones Magiſtratus Templi, & Principes Sacerdotum ambigebant de illis quidnam fieret.*
25. *Adveniens autem quidam nunciavit eis: Quia ecce viri, quos poſuiſtis in carcerem, ſunt in Templo ſtantes, & docentes populum.*
26. *Tunc abijt Magiſtratus cum Miniſtris, & adduxit illos ſine vi; timebant enim populum ne lapidarentur.*
27. *Et cum adduxiſſent illos, ſtatuerunt in Concilio, & interrogavit eos Princeps Sacerdotum, dicens.*
28. *Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine iſto: & ecce repletis Ieruſalem doctrinâ veſtrâ, & vultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius.*
29. *Reſpondens autem Petrus, & Apoſtoli, dixerunt: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.*
30. *Deus Patrum noſtrorum ſuſcitavit Ieſum, quem vos interemiſtis, ſuſpendentes in ligno.*
31. *Hunc Principem, & Salvatorem Deus exaltavit dextera ſua, ad dandam pœnitentiam Iſraeli, & remiſſionem peccatorum,*
32. *Et nos ſumus teſtes horum verborum, & Spiritus ſanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus ſibi.*
33. *Hæc cum audiſſent, diſſecabantur, & cogitabant interficere illos.*
34. *Surgens autem quidam in Concilio Phariſæus, nomine Gamaliel, legis Doctor honorabilis univerſæ plebi, juſſit foras ad breve homines fieri.*
35. *Dixitque ad illos: Viri Iſraelitæ, attendite vobis ſuper hominibus iſtis quid acturi ſitis.*
36. *Ante hos enim dies extitit Theodas, dicens ſe eſſe aliquem, cui conſenſit numerus virorum circiter quadringentorum: qui occiſus eſt: & omnes,*

omnes, qui credebant ei, diſſipati ſunt, & redacti ad nihilum.

37. *Poſt hunc extitit Iudas Galilæus in diebus profeſſionis, & avertit populum poſt ſe, & ipſe periit; & omnes, quotquot conſenſerunt ei, diſperſi ſunt.*

38. *Et nunc itaque dico vobis, diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos: quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus, diſſolvetur.*

39. *Si verò ex Deo eſt, non poteritis diſſolvere illud, ne forte & Deo repugnare inveniamini. Conſenſerunt autem illi.*

40. *Et convocantes Apoſtolos, cæſis denunciaverunt ne omnino loquerentur in nomine Ieſu, & dimiſerunt eos.*

41. *Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu Concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.*

42. *Omni autem die non ceſſabant, in templo, & circa domos docentes, & evangelizantes Chriſtum Ieſum.*

ARGVMENTVM.

ANANIAS, ac ejus uxor Saphira ob fraudatum, ſeu occultatum agri pretium ſubitanea morte plectuntur à Petro, cujus, & aliorum Apoſtolorum illuſtriſſima miracula ſcribuntur, qui incarcerati à Judæis, ab Angelo liberantur: rurſus pertracti in Concilium, tunc Gamaliel valde prudenter loquitur pro defenſione Apoſtolorum, ipſi tamen flagellis cæduntur, quibus mirifice gaudent, & exultant, indeque ferventius, ac audacius Chriſtum Jeſum prædicant.

Actor. 5. *num.* 1. Vir quidam nomine Ananias cum Saphira uxore ſua vendidit agrum.

Num. 2. Et fraudavit de pretio agri conſcia uxore ſua, & afferens partem quandam ad pedes Apoſtolorum poſuit.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I.

1. Hebraic. Verſ. 1. *VIr autem quidam nomine Ananias.* Ponit Evangeliſta nomen ejus, & uxoris ad majorem expreſſionem veritatis, & quia iſti cum uxore ſua erant viri nobiles. *Ananias* Hebraïcè idem eſt, ac *donum Dei*: Unde opportunius Syriacus legit *Cananias*, id eſt *mercator Domini*; quia pretij partem Deo dicatam ſibi tamquam mercator retinuit. *Saphira* Hebraïce idem eſt, ac *numerans* pretium ſcilicet agri. *Vendidit agrum* Syriacus *fundum ſuum.* D. Chryſoſt. *Poſſeſſionem ſuam* Æthyopic. *Vineam eorum*, Græcus *Villam ſuam.*

Syriac. Significatio nominis Anania & Saphira.

2. Syriac. Verſ. 2. *Et fraudavit de pretio agri.* Syriacus *Abſtulit autem ex pretio agri, abdiditque.* Syrus Reg.

Arabic. *Abſtulit partem ex argento.* Arabicus *Et fraudans furatus de pretio.*

Æthiop. Æthyopic. *fraudaverunt inventos conſilium*, tamquam conſilio inito, & hoc indicat noſtra volgata *conſcia uxore ſua*, & fraus fuit. Ait

Interlin. Interlinealis, quia *totum voverant, ſicut cæteri*, & partem attulerant.

QUÆSTIO I.

An Ananias habuerit votum paupertatis, & quando illud emiſerit?

3. *Sacri Apoſtoli fecerunt tria vota.* SAcri Apoſtoli doctrina Chriſti, ac illuminati gratia Spiritus Sancti omnes ſuas virtutes perfectiſſimo gradu adimpleriunt, & inde tanta luce ditati bene agnoverant perfectius, & excellentius eſſe opus voto firmatum: ergo ſuas virtutes Obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis voto firmarunt. Ita

D. Hier. D. Aug. D. Tho. docent D. Hieronymus, D. Aug. D. Thom. & alij, quos citavi Opuſculo 3. reſol. 1. quæſtione 1. num. 41. Ubi hanc quæſtionem latius tractavi, & hanc votorum perfectionem docuerunt Sacri Apoſtoli ſuos diſcipulos, fuitque valde frequens inter illos primitivos Chriſtianos.

Partem negantem Ananiam, multoſque ex primitivis Chriſtianis feciſſe votum paupertatis, ac tria vota negant omnes Hæretici Monaſtici ſtatus 4.
inimici, ut Calvinus, Marloratus, & alij hujus furfuris, quibus ex Catholicis, videtur ſubſcribere Cajetanus. *Calvinus. Marlor. Caiet.*

Contraria ſententia, quod Ananias, & aliqui primitivi Chriſtiani feciſſent votum paupertatis, eſt vera, & communis inter Patres, & Catholicos, eam aperte docent D. Chryſoſt. homil. 12. & ait: *Quare hoc feciſti? voluiſti habere? Oportebat initio habere, & non promittere: nunc autem poſtquam conſecraſti majus ſacrilegium commiſiſti.* D. Aug. ſerm. 27. de verbis Apoſtoli: *Dum (ait) ex eo, quod promiſerat partem ſubtraxit; ſacrilegij damnatur, & fraudis: ſacrilegij, quod Deum in pollicitatione fefellerit: fraudis, quod integris muneribus portionem quandam putaverit ſubtrahendam.* D. Hieronym. epiſt. 8. ad Demetr. ait: *Ananias, & Saphira diſpenſatores timidiſſimo corde duplici, & ideo condemnati, quia poſt votum abſtulerunt quaſi ſua, & non ejus, cui ſemel ea voverant, partemque ſibi jam alienæ ſubſtantiæ reſervantes.* D. Gregor. lib. Epiſt. 33. ad Venantium, inquit: *Ananias pecunias Deo voverat, quas poſtea victus perſuaſione Diaboli ſubtraxit.* D. Baſil. ſerm. 1. de Inſtitut. Monaſtica ſic loquitur: *Humana gloria cupiditate Ananias quidquid bonorum habebat Deo palam conſecrat, ut hominum de ſe opinionem excitaret.* 5. *Pars affirmativa certa.* *D. Chryſoſt.* *D. Aug.* *D. Hier.* *D. Greg.* *D. Baſil.*

Idem docent multi alij Patres, quorum verba breviatis cauſa omitto, D. Athanaſ. ſerm. de paſſion. & Cruce, D. Cyprian. lib. 3. Teſtim. cap. 30. D. Nazian. Canone de Virgine. D. Fulgent. de debito conjugali cap. 8. Caſſian. Collat. 18. cap. 7. Utraque Gloſſa, Ordinaria & Interlinealis, Petrus Damian. epiſt. 15. cap. 3. Magiſter Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ in Acta cap. 22. & communiter Comment. hic Oecumen. Arator, Beda, Carthuſian. Lyran. Hugo, Lorinus, Cornel. Eſtius, Menoch. & alij, imo Hæreticus Beza. 6. *D. Atha. D. Cypr. D. Fulg. Caſſian. Gloſſ. Damian. Magiſt. Oecum. Carthuſ. Lyran.*

Probatur primo; quia Ananias fraudavit, ſeu, ut habet Arabicus, *furatus eſt de pretio agri.* Fraus, & furtum non fit in re propria, ſed aliena, vel vendita, vel data, ſeu ex voto, ſeu promiſſione in alterius poſſeſſionem tranſlata; fuit etiam ſacrilegus; quia votum paupertatis, quod Deo promiſerat, violavit, ſervando ſibi, & occultando partem aliquam; facto enim voto illud non erat ſuum, & ſic fuit 7. *Fundamentum.* *Ananias fur, & ſacrilegus.*

furtum,

furtum, & ſacrilegium, ut expendit D.Auguſt. jam datus. Secundo D.Petrus arguit Ananiam de mendacio in Spiritum ſanctum, & Deum, *mentiri te Spiritui ſancto*; & iterum: *Non es mentitus hominibus, ſed Deo*; ille enim verè dicitur mentiri Deo, & Spiritui ſancto, quia id, quod promiſit, & vovit non adimplet, quod etiam communiter confirmatur ex gravi pœna ſubitaneæ mortis inflicta.

Tempore Voti.

8. *Cum videret nō habebat votum.* Communiter Auctores ſupponunt, quod quando Ananias vendidit agrum jam habebat factum paupertatis votum; contrarium tamen mihi verum videtur; quia D.Petrus arguens Ananiam, dixit ei: *Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate.* Id eſt, ut omnes Doctores exponunt, pretium venundati in tua erat poteſtate: ergo ipſe tunc non habebat votum; quia ſi haberet pretium non erat in ejus poteſtate, ſed Eccleſiæ ejuſque Superiorum, ſcilicet Apoſtolorum. Deinde, ſi habebat paupertatis votum, non habebat dominium in agrum, ac proinde non poterat illum vendere ſine majorum licentia.

9. In illo Apoſtolorum tempore primitivi Chriſtiani ſuas vendebant poſſeſſiones, & earum pretia ad Apoſtolorum pedes afferebant, in ipſaque oblatione *In oblatione votum.* fiebat votum tacitum, vel expreſſum paupertatis, ſeu renunciationis omnium ſuorum, & qui faciebant in magna opinione erant apud omnes, ut ait D. Baſilius ſupra datus: *Humanæ gloriæ cupiditate Ananias*, tamen ipſe partem pretij ex agro vendito poſuit ad pedes Apoſtolorum, faciens in ipſa oblatione votum paupertatis, contra ipſius ſubſtantiam occultans, & pretij partem reſervans.

QUÆSTIO II.

Quare Ananias defraudavit de pretio agri?

10. *D.Hier.* *Magiſter.* Reſpondet D.Hieronym. epiſt.8. ad Demetr. & ait: *Diſpenſatores timidi, ac metuentes famem, quam vera fides non timet.* Magiſter Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ in Acta cap.22. exiſtimat, quod uterque iſte ſe ſocietati aggregavit, ut neceſſaria vitæ abſque labore haberet. *Lyran.* Lyran. inquit: *Voluiſſe de medietate pretij habere expenſas communes, ſicut habebant alij, & de alia medietate vivere lautius in occulto.* Petrus *Damian.* Damian. epiſt.15. de cont. ſec. cap.3. ait: *Pro ſuſtentanda quaſi longa vita, uterque retinuit aliquid. Fortaſſe etiam cum animadverterent perſecutionem commotam, ſibi hac ratione conſultum de Viatico voluerunt, ſi migrandum foret, vel ut ſe redimerent, ſi opus foret.* Ac proinde voluerunt aliquid ſibi reſervare pro aliquo caſu fortuito, ut haberent unde ſibi ipſis providerent, *ne neceſſitate laborarent.*

11. *D.Hier.* Quod totum eis proveniebat, ut ait D.Hieron. *Erant timidi diſpenſatores* ex debili ſpiritu, parva fide, tenuique gratia; qui enim in Deo confidunt, *Pſal.36.* nihil eis deficit, ait Regius Vates Pſalm.36. n.25. *Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem.* *Syrus.* Syrus legit: *filios ejus*: ſed quomodo hoc verum eſt? Nam David quæſivit panem ab Achimelech, 1.Reg.1.n.3. & Patens Elias à vidua Sarephtana 3.Reg.n.8. Quomodo *Mira Dei providentia erga ſuos ſervos.* ergo dicitur: *Nec ſemen ejus quærens panem.* D.Auguſt. D.Remigius, *Quærens panem ita ut ei deficiat.* Deus vult ut homo faciat, & ſi eſt in tali caſu, in *D.Aug.* *Remig.* quo ſolertia humana nihil poteſt præſtare, ipſe Deus *3 Reg.15* ſubvenit, ut Eliæ apud torrentem Carith per Corvos, *Dan.14.* 3.Reg.18. n.3. & Danieli in lacu Leonum per Prophetam Habacuc deferentem prandium ſuis meſſoribus, Daniel. c.4. n.34.

Cum in præſenti alicui ponitur magna felicitas dicitur: *Mamillâ Regum lactaberis*, Iſaias 60. n.16. 12. *Iſai.60.* In Regibus ad nutriendum ſolum unum pectus, una mamilla conſideratur; at de Chriſti Sponſa Eccleſia, habetur: *Duo ubera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs*, Cantic.4.n.5. Ad alimentum Regum, qui tam laute, ac ſplendide vivunt, *Cant.4.* una aſſignatur mamilla, & in Eccleſia Chriſti duo inveniuntur, & dicitur, ſicut duo hinnuli, qui, ut ibi notant Expoſitores ſunt valde eleganti aſpectu, ſuavemque mittunt odorem cum paſcantur in lilijs; *Deus abundantiſſimus erga ſuos.* Unde in Regibus tam anguſta limitatio, in Eccleſia Dei tam ampla abundantia? In Regibus unum pectus ad nutriendum, in præſenti tantum & cum multis moleſtijs, & doloribus; at vero Eccleſia duo habet ubera, è quibus lac præbet in præſenti, ut notat Beluis, & providet in futuro, tam in hoc ſæculo, quàm in futuro multa ſuavitate, ac dulcedine, ſic Gillibertus Abbas ſerm.31. in Cantic. loquitur ſic: Uberibus geminis erga ſubditos abundare dicitur, his muniri mammis à dextris, & à ſiniſtris, ut qui ei commiſſi ſunt, potenter à lacte, & ſatientur ab uberibus conſolationis ejus. Harum alteram reputa ſiniſtram, alteram dexteram, ſiniſtram in temporalibus ſubſidijs, dexteram in ſpirituali conſolatione. *Gillib.*

Actor.5.n.3. Dixit autem Petrus: Anania cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto, & fraudari de pretio agri.

Num.4. Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate? quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? non es mentitus hominibus, ſed Deo.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE II.

Verſ.3. *Dixit autem Petrus*: tanquam caput Eccleſiæ, ac primus Apoſtolorum, ut notant Gloſſa, Carthuſian. & Hugo. *Cur Satanas* adverſarios, & inimicos noſter *tentavit cor tuum*, Græcus *implevit cor tuum.* Syrus: *Cur ita obfirmavit, & complevit cor tuum*, hoc eſt, cur permiſiſti te à Satana in tantum peccatum induci: ſumitur hic tentatio cum actu completo, ut involuit ſecum conſenſum, Græcus *implevit cor tuum* mentem tuam tantâ avaritiâ, ac cupiditate. 13. *Gloſſa.* *Carthuſ.* *Hugo.* *Græcus.* *Syriac.*

Mentiri te Spiritui ſancto. Alij, ut Arias, legunt *mentiri Spiritum ſanctum*, & ſive legatur in dativo, ſive accuſativo idem eſt ſenſus, ut ſi dicas Benèdico tibi, vel benedico te: Mentiri autem Spiritui ſancto eſt negare illi rem voto promiſſam, & voto obligatam, ex quo patet peccatum, cum eſſet contra votum, fuiſſe ſacrilegium, & dicitur peculiariter contra Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis ad regendam, & gubernandam Eccleſiam. Caietanus ſic explicat mentiri Spiritum ſanctum, ut ſimulares Spiritu ſancto te agente ponere pretium agri, prima expoſitio germana, *& defraudare de pretio agri.* Syrus ut defraudaris de argento pretij, Arabicus *furaris pretium agri.* 14. *Arias.* *Sacrilegium.* *Caiet.* *Syrus.* *Arabic.*

Verſ.4. *Nonne manens tibi manebat?* Syrus *Nonne tuus erat antequam vendidiſſes.* Textus *Nonne manens tibi manebat.* Illa repetitio Hebrahiſmus eſt ad magnam vehementiam denotandam. *Caſtigans caſtigavit me Dominus*, Pſalm.117.n.18. *Manens tibi manebat* explicat Lyra: Ante votum tuum, & liberum tibi erat offerre, vel non offerre, obligari, vel non. *Et venundatum in tua erat poteſtate.* Syriacus 15. *Syrus* *Hebrah.* *Pſal.117.* *Lyra.* *Syriac.*

Æthiop. *Et poſtquam venundatum eſt, rurſus in poteſtatem habebas ſuper pretium.* Æthiopic. *In voluntate pretium tuum*, id eſt, pretium agri venditi in tua libera poteſtate erat; ex quo patet, quod quando vendidit agrum non habebat votum, ſed quando partem pretij obtulit, hoc fecit cum voto, primitivi enim Chriſtiani cum oblatione ſuarum rerum paupertatis votum emittebant.

16. Syriac. Vatabl. Tigurin. Syriac. *Quare poſuiſti in corde tuo hanc rem?* Syriac. *Quid tibi venit in mentem, ut exequaris hanc voluntatem.* Vatabl. *Cur concepiſti.* Tigurina *cur induxiſti in animum*, cur apud te ſtatuiſti, & determinaſti: *Non es mentitus hominibus, ſed Deo.* Syriac. *Non es mentitus in homines, ſed Deum.* Nempe præcipuè, ac principaliter contra Deum; Ananias mentitus eſt Petro, Apoſtolis, & Deo; & quia tam execrabile fuit mendacium contra Spiritum ſanctum, ut præ cæteris de illo maximè ſit deteſtandum, ac commemorandum, Pſal. 50. ſicut David ait Pſal. 50. n. 5. *Tibi ſoli peccavi*, quamvis deliquerit contra Uriam, & Berſabe, ut explicant Theodorus, & Heſychius; Theod. Heſychius. & cum ſupra dixiſſet *mentitus es Spiritui ſancto*, nunc vero ait mentitus es Deo, apertè conſtat Spiritum ſanctum verum eſſe Deum, ut tenet Catholica fides, & contra Macedonium, ut latè probant D. Athanaſ. D. Nicenus, D. Ambroſius, & alij Patres.

QUÆSTIO III.

Quare D. Petrus arguit Ananiam de tentatione Satanæ, non vero de conſenſu ſuæ voluntatis, in quo extitit peccatum?

17. AIt D. Petrus ad Ananiam: *Cur tentavit Satanas cor tuum?* Videbatur quod non erat ille increpandus de tentatione Dæmonis, cum id non eſſet in ejus poteſtate, ſed de conſenſu, quam libero ſuæ voluntatis actu præſtitit, in quo peccatum extitit.

18. Tentatio pro actu completo. Reſpondetur primo, & ad literam juxta morem Hebraicum, tentatio ſumitur hic pro actu completo, & conſummato prout involuit voluntatis conſenſum, ſic ait Paulus 1. Cor. 7. n. 15. *Non tentet vos Satanas.* Apocal. 7. n. 10. *Serva te ab hora tentationis*, & 1. Iacob. 12. *Beatus vir, qui ſuffert tentationem.*

19. Secundo. *Cur tentavit Satanas*, Syrus legit? *Cur implevit cor tuum* avaritia, ac cupiditate, & cum cor ejus terrenis eſſet impletum, inde facilem Satanas ad illud habuit ingreſſum, ut ſuũ faceret, ac ſibi ſubjectũ.

20. Luc. 12. De illo Avaro ſcribit D. Lucas 12. n. 17. *Cogitabat intra ſe dicens: quid faciam? quod non habeo, quod congregem fructus meos: & dixit ſcio quid faciam, deſtruam horrea mea, & majora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi, dicam animæ meæ: Anima habes multa bona in annos multos, requieſce, manduca, bibe, epulare: dixitque illi Deus: Stulte hac nocte animam tuam repetent à te.* Ex terreno affectu ingreſſus Diaboli. Mens hominis tota erat in futurum quid faciam, majora faciam, congregabo fructus meos, dicam animæ meæ, & de præſenti, quid habeat, nihil aliud, niſi anxietates, ac ſollicitudines, quibus maximè torquebatur, de deſtruendis horreis, ac reædificandis, & de coacervandis fructibus: Deinde tota vox ejus erat per interrogationem *quid faciam?* & cum tantum ipſe terrenis eſſet deditus, cum nullo alio loquebatur, niſi cum Satana, à quo poſſeſſus, & arreptus ſepultus eſt in Inferno. D. Chryſ. D. Chryſol. ſerm. 104. expendens hominis verba ſic ait: *Quid faciam? Interrogantis vox erat, & quem putas interrogat iſte? erat in illo alter, quia ad ejus penetralia jam Diabolus poſſeſſor inſederat.* Ex terreno affectu jam homo ſuus non erat, ſed illius poſſeſſor, ac Dominus Diabolus.

21. D. Baſil. Tertio juxta lectionem Syriac. *Implevit cor tuum.* D. Baſil. ſerm. de inſtit. Monach. ſic ait: *Ananias humanæ gloriæ cupiditate inductus, quidquid in bonis habebat, per profeſſionem Deo conſecravit, quo videlicet egregio facto hominum de ſe admirationem excitaret, de pretio autem callide, poſtea neſcio, quid intervenerit.* Diabolus per vanitatem intrat in animã. Solebant primitivi Chriſtiani venditis rebus ſuis earum pretium cum paupertatis voto ad Apoſtolorum pedes afferre, & qui hoc ita faciebant, in magna opinione habebantur, apud alios hujus vanitatis vento implevit Satanas cor Ananiæ, & quamvis evacuavit eum de magna parte pretij ſuarum rerum inſufflavit in eum vaniſſimos laudum humanarum ventos, quibus illius cor impletum ſtatim tranſivit in poſſeſſionem, & dominium Satanæ, avaritia humanæ gloriæ cupiditate inductus, &c.

22. Geneſ. 3. Vanitate decipitur Eva. Dixit ſerpens mulieri: *Nequaquam morte moriemini; ſcit enim Deus, quod in quocumque die comederitis, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum*, Geneſ. 3. n. 3. quæ comedit, deditque viro ſuo: Valde mirum, quod mulier imo ſerpentis verbo perſuaſa fuerit, & abſque dubitatione, ac cunctatione quieverit dictis ſerpentis, & contra Dei mandatum comederit. Non mirum, quod ubi primum ſerpens cœpit mulieris aures percutere, tumorem, ac inflationem vanitatis infundit: *Eritis ſicut Dij*, confeſtim ipſam devictam, ac proſtratam habuit, ibi D. Chryſoſt. ſic ait: D. Chryſoſt. *Vidiſti quomodo illam Diabolus captivam duxit, quomodo inflata ſpe vana, ab his, quæ ipſi conceſſa erant, exciderit.*

23. Alienus à vanitate, & dolo. De viro ſancto, ac juſto dicitur Pſalm. 23. n. 5. *Qui non accepit in vano animam ſuam, nec juravit in dolo proximo ſuo.* Expende ultima verba: *Nec juravit in dolo*, id eſt omnino alienus eſt à dolo, mendacio, ac ſimulatione, omnia ejus opera, ac verba ſunt in ſimplicitate, ac ſinceritate, omnique virtute; & unde illi tanta probitas, ac rectitudo? Ex his, quæ præmiſerat: *Non accepit in vano animam ſuam*, non in vanitatibus, ac mendacibus rebus meditatur, nec ventos paſcit, ſed totus ad æterna, ac ſuperna fertur, & ideo falſitatum parentem à ſe abjecit. D. Auguſt. ibi, D. Aug. ait: *In rebus non permanentibus non deputavit animam, ſed æternam ſtabilem, atque incommutabilem deſideravit; ideo ſine dolo ſicut ſimplicia, & non fallacia ſunt æterna; ita ſe præbuit proximo ſuo.*

24. Pſal. 23. Ait idem Regius Vates citato Pſ. n. 7. *Attollite portas Principes veſtras, & introibit Rex gloriæ*, ut Rex gloriæ intraret, ſufficiebat portas aperire, cur ergo præcipitur attolli? Ut hoc ſcias, vide quænam ſint iſtæ portæ; ſunt nempe præſumptio, & vanitas, quæ omnino ſunt amovendæ, ac rejiciendæ, ut Chriſtus valeat in animam intrare. D. Auguſt. quæſt. 112. ait: *Tollendas dicit fallaces portas Diaboli ſubtilitate compoſitas, quæ ſunt præſumptio, ut introeat Rex gloriæ Chriſtus Ieſus Dominus noſter.*

QUÆSTIO IV.

Quare cum hoc peccatum Ananiæ fuiſſet occultum inter ipſum, & ſuam uxorem, tamen notum, ac manifeſtum factum eſt?

25. Omnia manifeſtantur. ANanias depoſuit in corde ſuo defraudare de pretio agri, ſolumque hoc tractavit cum uxore ſua tamquam conſilio inito, ut dixi ſupra in expoſitione ad verſ. 2. & tamen hoc maximè factum eſt publicum in tota Eccleſia; nam, ut Chriſtus D. dixit: *Nihil eſt opertum, quod non reveletur, & occultum, quod non ſciatur*, Matth. 10 n. 26. & unde hoc factum eſt manifeſtum inquirimus.

L Primo

26. Primò. A lumine Spiritus ſancti, qui abdita, & obſtructa revelat, ita D.Cyrill.Hieroſol.Catech.16. *Non adfuerat Anania, & Saphira Petrus, cum ſua bona vendebant, ſed per Spiritum aderat; nullus erat accuſator, nullus teſtis, unde igitur evenit, ut noſſet? Qui erat abſque literis per gratiam Spiritus illa didicit.* Cum Petrus eſſet repletus Spiritu ſancto abſque teſte, ac accuſatore illa agnovit, & penetravit.

D Cyrill. *Spiritus ſanctus omnia penetrat.*

27. Cum accuſaretur Suſana à falſis teſtibus, ex nullo humano medio eorum falſitas deprehendi poſſet, ex quo illi de ſuo mendacio maximè ſe ſecuros promittebant, illa ab omnibus deſtituta clamat ad Dominum: quid tunc? *Excitavit Dominus Spiritum S. pueri adoleſcentis*, Daniel.cap.13.n.45.qui totas falſitatum machinationes aperuit, ac detexit. D. Ambroſ. lib.3. de Spiritu ſancto c.8. ſic loquitur: *Ubi Dominum invocavit, Spiritum meruit, qui latentem Presbyterorum conſcientiam revelavit.* Juxta humanam conditionem ſeniorum falſitas potuit latere, at ubi divinus Spiritus acceſſit, nil valuit eſſe abſconditum, ſed omnia in lucem claram prodierunt.

Dan.13. D Ambr. *A divino Spiritu omnia in luce.*

28. Secundo D.Petrus agnovit per revelationem Spiritus ſancti, & quomodo alij agnoverunt? ad quod reſpondet D.Athanaſ. orat. in Paſſ. Domini, ibi ait: *Miniſter veritatis Petrus eum à ſe extrudit*, dicens: *Non es mentitus hominibus, ſed Deo. Qua in parte ingens miraculum editum eſt: & quod enim ſolus noſcat Petrus, id morte Anania omnibus innotuit.* Si fraudis mendacium in abdito, & ſecreto Ananias, & Saphira determinarunt, unde publicum, ac manifeſtum eſt. *Id morte Anania omnibus innotuit.* Mors, & ſupplicium teſtatur eos mendaces, eorum crimen, ac culpam teſtatur, & clamat: Omnibus tacentibus ipſa pœna perenne culpæ memoriale eſt de eorum falſitate in voto, ſeu juramento facta.

D.Atha. *Pœna teſtificat crimen mentientis, ac pejerantis.*

29. Loquens Zacharias Propheta de ſupplicio hominis mendacis, ac falſo jurantis cap.5. n.4. ait: *Educam illud, dicit Dominus exercituum & veniet ad domum furis, & ad domum jurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus ejus, & conſumet eam, & ligna ejus, & lapides ejus.* Valde mirum, quod ſupplicium contra hominem mendacem, non ſolum fulminatur contra ipſum, ſed etiam contra domum ejus lapides, ac ligna, ut omnia diſſipentur, ac deſtruantur; & cur tanta fiet deſolatio in domo ejus? Ut ipſa totalis ruina ſit perpetuum monimentum pœnæ mendaciter loquentis, ac falſo jurantis; hoc enim execrabile crimen eſt, ut tanta afficiatur pœna, qua puniuntur facinoroſi, ac rei humanæ, ac divinæ Majeſtatis læſores, quorum domus diſſipantur, ſoloque æquantur, ut eorum crimen ſemper ſit vivum in hominum memoria, & nunquam ab illa excidat. D.Chryſoſt. homil.15. ad populum ſic ait: *Qua vero cauſa, & ligna jurantis diſſolvit? ut ruina alijs correctio fiat: Poſtquam enim jurantem mortuum terra condi acceſſum eſt domus diſſoluta, & ruina facta prætereuntibus, & cernentibus admonitio erit.*

Zach.5. *Pœna delinquentis doctrina aliorum.* D Chryſoſt.

30. Pro libertate populi Iſraëlis, ac deſtructione Ægypti, ait Deus, Exod.6.n.6. *Redimam in brachio excelſo, & judicijs magnis.* At de deſtruendo Sedecia Rege ait Dominus per Ezech.17.n.9. *Non in brachio grandi, nec in populo multo, ut evelleret eum radicitus.* Et ſi deſolatio Ægypti facta eſt in brachio excelſo, & judicijs magnis, cur non ſic in Sedecia deſtruendò brachium magnum non requiritur? Ille mendax prævaricatus eſt juramentum Deó præſtitum, ut ait idem Ezech.citat.cap.17.n.16.& 18. perditus autem falſo jurans non indiget brachio excelſo; ipſi per ſe fit imbellis, & levi impulſu per ſe ruit, & cadit: citatus D.Chryſoſt. ſic inquit: *Demonſtrare volens quod non humana vi deſtrueretur, ſed quoniam Deum fecit ſibi inimicum per illa juramenta ſubjunxit: & non in brachio grandi.* Et ad hoc D.Chryſoſt. citat. multa adducit.

Exod.6. Ezech.16. *Mendaciter jurans per ſe ipſum ruit.* D.Chryſoſt.

QUÆSTIO V.

Quare Ananiæ mendacium dicitur ſpecialiter commiſſum contra Spiritum ſanctum?

31. Hoc mendacium Ananiæ poterat dici commiſſum contra Patrem, & Filium, tamen particulariter dicitur factum contra Spiritum ſanctum, & primo: Poſtquam Chriſtus aſcendit in cœlum miſſus eſt nobis in die Pentecoſtes Spiritus ſanctus, tanquam Pater, Sponſus, Dominus, ac Rector totius Eccleſiæ, ſic dicitur, Actor.20.n.28. *In quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* Sic & in rebus magnæ conſiderationis, quæ ad bonum Eccleſiæ regimen pertinebant dictum eſt ab Apoſtolis, Actor.15.n.28. *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis &c.* cum ergo fraus, & dolus Ananiæ eſſet commiſſus contra Eccleſiam, etiam ſpecialiter eſt perpetratum contra Spiritum ſanctum, qui eſt illius Dominus, Pater, Gubernator, ac Rector.

Act.20. Act 15 *Spiritus Eccleſiæ gubernator.*

32. Secundo Spiritus ſanctus, cum ſit amor infinitus, & increatus ipſe nobis infundit omnia dona, gratias, virtutes, ac bona opera, lucemque ad veram cognitionem, ac intelligentiam, ſic de eo canit Eccleſia *Veni dator munerum, accende lumen ſenſibus.* Ipſe divinus Spiritus excitavit, & movit Ananiam ad hanc ſublimem cogitationem, ut omnia ſua per votum Deo conſecraret, in quo mentitus eſt Spiritui ſancto Auctori tam ſublimis cogitationis, defraudans partem illius.

Eccleſia. *Spiritus infundit omnia dona.*

33. Tertio: Spiritus ſanctus eſt Spiritus veritatis, ſic appellatur à Chriſto D. Joan.16.n.13. *Mittam vobis Spiritum veritatis.* Dicitur autem Spiritus veritatis; quia ipſe, ut explicant noſter D.Cyrill. & D. Auguſt. eſt Doctor, inductor, ac illuminator totius veritatis, quam ipſe divinus Spiritus infundit, & communicat Eccleſiæ in omni puritate, & ſimplicitate; mendacium autem, ut erat illud Ananiæ, maximè eſt contrarium veritati, indeque maximè repugnans Spiritui veritatis, qui omnia illuminat, & illuſtrat in veritate.

Ioan 16. *Spiritus veritatis manifeſtat omnem veritatem.*

34. Cum Chriſtus D. transfiguraretur ait D.Petrus: *Domine, bonum eſt nos hic eſſe, ſi vis, faciamus hic tria Tabernacula, ſibi unum, Moyſi unam, Eliæ unam,* Matth 17. n.4. Petró meditante tabernacula *Nubes lucida obumbravit eos*, quæ nubes lucida, ut volunt D Cyrill. Aug D.Chryſoſt. eſt Spiritus ſanctus, quid eſt quod Petrus intentans fabricare tabernacula divinus ſpiritus ſe oſtentat in nube lucida? Ut oſtendatur, quam diverſus ſit Spiritus divinus ab humano; humanus intentat tabernacula, quæ obſcuritatem inducunt, Solem, & lucem excludunt, & arcent; at divinus Spiritus veritatis totus lucidus, ac nitidus eſt, omne tenebroſum, ac obſcurum excludit, omnia facit apparere in luce, ac ſplendore; Spiritus humanus umbroſum, ac fictitium quærit, ut faciebat Ananias in præſenti; at Spiritus divinus, ut Spiritus veritatis, ſic movet, ut cuncta in luce innoteſcant, ut per ſuam ſanctam inſpirationem Petrum illuminavit. D.Chryſoſt.homil.10.in Marcum inquit: *Mihi videtur iſta nubes eſſe gratia Spiritus ſancti: O Petre, qui vis tria tabernacula, reſpice unum tabernaculum Spiritus ſancti, qui nos pariter protegit, ſi feciſſes tabernacula, utique feciſſes humana, & utique illa feciſſes, quæ lucem excluderent, umbram includerent; nubes autem ipſa lucida, & obumbrans, hoc eſt unum tabernaculum, non excludit Solem juſtitiæ, ſed includit.* Vide de hac re ſuperiorem quæſtionem n.26. 27.

Math 17. D.Cyril. D Aug. D Chryſoſt. *Divinus Spiritus omnia facit in notitia.* D.Chryſoſt.

Act.5.n.5. Audiens autem Ananias hæc verba

cecidit, & expiravit & factus eſt timor magnus, ſuper omnes, qui audierunt.

Num.6. Surgentes autem juvenes amoverunt eum, & afferentes ſepelierunt.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE III.

35. Syriac. Græcus Æthyop. Verſ.5. *AUdiens autem Ananias hæc verba*, Syriacus *hos ſermones* ſuum crimen notum, & manifeſtum *cecidit, & expiravit*, Græcus *collapſus expiravit.* Æthiopic. *Convictus fuit Ananias, & proſtratus fuit, & obijt.* Ad vocem Petri, ac ad ejus verba lethali plaga divinitus Anania percuſſus, quam D.Petrus divino Spiritu repletus agnovit, & annunciat, ut pœna duorum fiat correctio multorum: Syrus. *Factus eſt timor magnus*, Syrus: *Pavor ingens invaſit omnes*, agnoſcentes quantum crimen ſit Dei legem violare, & votum Deo factum non adimplere.

36. Æthyop. Arabic. Verſ.6. *Surrexerunt autem juvenes.* Æthiopic. *Juvenes oneris* fortè aliqui adoleſcentes pij, ac devoti, qui in multis inſerviebant Apoſtolis *Amoverunt eum, & efferentes ſepelierunt.* Arabicus, *operuerunt eum, ſublatum eſt, & ſepelierunt.* Extra Civitatem, nempe ut erat conſuetudo apud Judæos, ut conſtat ex Geneſi de ſepultura Patriarcharum, & ex libro Regum de eorum ſepultura, & etiam ex ſepulchro Chriſti Domini.

QUÆSTIO VI.

A quo tam rigida mortis pœna Ananiæ inflicta eſt?

37. Orig. *Mors ex verecundia.* AUdiens Ananias verba Petri increpantis cecidit, & expiravit: Ad quod Origenes homil.8. in Matth. tanquam quid naturaliter factum videtur innuere, quod Ananias increpatione Petri percuſſus ex magno pudore, ac mœrore confectus cecidit, ac expiravit, ſicut refert Plinius lib 7.cap.53. Diodorum Dialecticæ profeſſorem ſubito ex pudore obijſſe, eo quod quæſtionem quandam luſoriam non ſolviſſet.

38. *Mors animæ à Deo.* D.Hier. Communis, & vera ſententia eſt, quod Ananias ad vocem Petri lethali plaga à Deo inflicta cecidit, & mortuus eſt, ſic D.Hieron.epiſt.ad Demetriadem c.7. ait: *Petrus Apoſtolus, nequam increpatur eis mortem, ut ſtultus Porphyrius calumniatur, ſed Dei judicium* D.Tho. *prophetico ſpiritu annunciat.* Unde merito ait D.Th. 2.2.q.64.art.4. Petrum non ſua auctoritate, vel manu eos occidiſſe, ſed magis divinam ſententiam de eorum morte promulgaſſe, quod maximè apparet in Saphira, ſicut Parens Elias mortem Regis Ochoziæ 4.Reg.1. ex Dei mandato declaravit, 4.Reg.1. n.4. & paſſim Carthuſ. Tertull. facicbant Prophetæ. Carthuſian. exiſtimat eos fuiſſe occiſos ab Angelo. Tertull.lib.de pudicitia cap.11. tenet hic indicari typum excommunicationis, quæ eſt mors animæ.

39. Sciant potentes ſæculi Deum ſcelerum eſſe ultorem. Poſtquam fornicatus eſt Iſrael cum filiabus Moab, mandat Deus Moyſi: *Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra Solem in patibulis.* Num.25. Apollin. Numer.25.n.4. ſed cur contra Solem, ut Solem intuentes moriantur, Apollinaris in Catena Græca ſic ait: *Suſpende contra: Id vero non tantum, ut occulta eorum facinora proderentur, quam ut per Solem, qui ſymbolum gerit ipſius Patris totius naturæ Deum agnoſcerent omnia intuentem, quem nec cogitationes quidem noſtræ mentis fallere poſſunt, quem quidem non pigeat occultum eſſe teſtem noſtrorum operum.* *Deum agnoſcrent ſcelerum vindicator.* Ad intuitum Solis mandantur Principes ſuſpendi, Sol iſte noſter viſibilis ſymbolum eſt Dei omnipotentis, qui eſt verus Sol juſtitiæ; ſciant Principes, & potentes, quod Deus omnia eorum opera intuetur, illorumque vindex eſt, morte, & tormentis, ut alij tali exemplo melius diſpoſiti è vivis abeant, ut pœna eorum fiat aliorum correctio.

QUÆSTIO VII.

Quare tam rigidâ mortis pœnâ Ananias punitur.

RAtio literalis eſt ob fraudatum pretium agri, in quo furtum, & magnam injuriam contra Eccleſiam commiſit: quia ob votum paupertatis, jam 40.
illa pecunia pretij non erat ſua, ſed Eccleſiæ: injuriam etiam intulit Apoſtolis, quia eos intendit decipere, injuriam etiam fecit omni fidelium Congregationi, quia illud pretium dividebatur per ſingulos, ut unicuique opus erat, Actor 4.n.34. & 35. & ideo ſuæ fallaciæ merito pœnas luit. D.Ambroſ.lib.3.Offic.cap.11. ſic ait: *Licuit utique illi nihil offerre, & hoc ſine fraude feciſſet; ſed quia fraudem immiſcuit, non libertatis gratiam reportavit, ſed fallaciæ pœnas exolvit.* *Fallaces puniuntur.* D.Ambr.

Secundo Cæſarius Nazianzeni frater Dialogo 5. 41. Cæſar.
ſic ait: *Quamobrem tam enormiter lapſus, Sanctus ille vir Petrus veniam conſecutus, ipſe quoque veniam non dedit Ananiæ, & Saphiræ, ſed in una hora utroſque occidit verbis,* & poſt pauca ſic reſpondit: *Quandoquidem ſemel Deo dicatum aurum ſacrilegio vulneratus alienaverat, interrogatuſque negaverat, nec enim facultas concedendi ſcelus erat,* non conſentiente cum labijs corde Petrus peccavit, tamen uno oculorum Chriſti intuitu doluit, ac flevit amarè; at Ananias ter interrogatus, *cur Satanas, nonne manens, & venundatus in tua,* & obduratus perſiſtit, nec ſignum doloris, aut confeſſionis oſtendit, & ſi Petrus magnam habebat poteſtatem, & charitatem ad condonanda peccata, quæ per confeſſionem prodeunt in ore, non vero quæ obdurato corde abſcondita in eo retinentur, ut Ananias aliud habens in corde, aliud in ore, unde ipſe damnatus perditus eſt. Illi, qui ad nuptias veſte non competente intravit, ait ille Matth. 22. n.12. *Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit.* In quo extitit tota ſuæ perditionis ruina, ut ibi ex multis Patribus dixi. *Si deeſt confeſſio adeſt damnatio.* Matth.22.

Tertio. Petrus, & cæteri Apoſtoli multas inju- 42.
rias pertulerunt, ut dicerentur hebrij, Actor.2. ut Actor 2.
vincti ponerentur in carcere, Actor.4. n.1. & infra Actor.4.
in hoc cap.n.18. cæſique ſunt flagellis infra in hoc cap n.40. At vero modo tam rigoroſè ſe habet Petrus cum Anania, & Saphira. D.Petrus Prælatorum exemplar injurias illatas in propriam perſonam patienter ſuſtinet; at vero, ea, quæ machinabantur contra auctoritatem ſui muneris, ut dolis, ac fallacijs deciperetur non diſſimulat, ſed rigidè invehitur, ac increpans punit. *Prælatus ſuam injuriam ſuffert, non vero muneris.* Judæi Chriſtum D. voluerunt de monte præcipitare, Luc.4.n.29. volueruntque etiam lapidare, in quibus placido vultu ſe habuit; at cum diceretur eum Dæmonium habere, atque Dæmonis ope operari, Joan.8.n.49. Luc.11.n.19. *Quod valde alienum erat à Salvatore*, ut ait Haymo, multis occurrit, calumniam refutat, ut Salvatoris dignitas in nullo offendatur. Lucæ 4. Joan.8. Luc 11. Haymo.

Quarto, inquit D. Hieronym. citatus ſuperiori q. 43.
epiſt.ad Demetriadem: *Ut pœna duorum eſſet correctio multorum.* Lyranus, Ananias ſubito à Deo percuſſus: tranſgreſſores enim alicujus legis, ſeu ordinationis graviter in principio ſunt puniendi, ut lex firmetur, & alij terreantur, & hoc modo Nadab, & Abiud filij Aaron offerentes ignem alienum D.Hier. Lyran. *Pœna unius correctio multorũ.*

percuſſi ſunt à Deo in die ſuarum conſecrationum, Levit. 10. n. 1. & colligens ligna in Sabbatho lapidatus eſt, Num. 15. n. 32.

Levit. 10. Num. 15.

44\. Quinto Oecumenius in præſenti ſic ait: *Hic autem ſacrilegium apparuit; ſiquidem quæ Deo ad egentium alimentum repoſita erant, ipſi ad ſuperfluos uſus inſumebant.* Illa, quæ Deo ad pedes Apoſtolorum offerebantur erant ad egentium, ac pauperum alimentum, ut patet ex loco proximè citato, Actor. 4. Ananias autem pecuniam, quæ ad pauperes pertinebat ad ſuperfluos uſus reſervabat, & inde, in laqueum mortis incidit.

Oecum. *Superflua irā Dei ſolli citans.*

45\. Per quadraginta annos populus alimentatus eſt cœleſti cibo manna abſque ulla offenſione, petierunt carnes, venerunt Coturnices, adhuc erant in faucibus eorum, & furor deſcendit ſuper eos, Num. 11. n. 33. de quo Pſalmographus, Pſal. 77. n. 31. *Et pluit ſuper eos ſicut pulverem carnes, & ſicut arenas maris volatilia pennata, & adhuc eſca erant in ore eorum, & ira Dei deſcendit ſuper eos.* Per tot annos nunquam cum manna in iram Dei inciderunt, ut modo cum coturnicibus ſtatim ipſa prima manducatione. Unde tanta rei differentia? Manna dabatur cum menſura accommodata uniuſcujuſque neceſſitati: *Colligat unuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum*, Exod. 16. n. 16. At in carnibus non erat menſura, ſed multa ſuperflua, & abundans ſupra neceſſitatem; & talia dum eduntur ſine menſura ruunt, & in interitum præcipitantur. D. Nazianz. orat. 3. & ait: *Panis in deſerto pluvia inſtar fuſus, obſonium è Cœlo miſſum, ille neceſſitati correſpondens, hoc etiam ſupra neceſſitatem impertitum.*

Num. 11. Pſal. 77. *Non neceſſaria interitū generāt.* Exod. 16. D. Naz.

46\. Quinto Theodorus apud Caſſianum collat. 6. c. 11. ait; Ananias, & Saphira tam grandi pœna plectuntur; *quia novæ prævaricationis præſumptores reperti.* Hi duo maritus, & uxor fuerunt inventores, aut Auctores fallaciæ, ac deceptionis in Eccleſia fraudantes de bonis illius, & inde illis tanta pœna. Satis agitata quæſtio eſt, cur Angelo peccanti venia denegatur, quæ homini delinquenti conceditur. Peccat Angelus, utque Deus punitur nulla ſpe veniæ data; peccat homo, & ut reus punitur, tamen condonatur peccatum, cujus rei optimam dat Albinus rationem ad cap. 4. Geneſ. & ait: *Angelus ſui ſceleris inventor fuit, homo alterius fraude ſeductus.* Angelus fuit primus, qui contra Deum ſe erexit, & ipſum graviter offendit, ſed Adam prius ſeductus eſt ab Eva, quæ prius peccaverat: At Angelus extitit primus inventor peccati, indeque tam miſerrimè in peccato ſepultus eſt, omni reſurgendi ſpe denegata, utpote, qui primus in cœlo peccaverat, & primus in terra Evam ſeduxit.

Theod. *Peccandi Magiſtros, ac inventores Deus odit.* Albinus.

47\. Mandat Deus Moyſi facere ſerpentem æneum: *Fecit Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno*, Num. 21. n. 9. Cur non potius fecit Leonem, Lupum, vel Urſum, qui æquè ac Serpens ſolent ſævire in homines? D. Maximus homil. de Paſſion. *Uſque primus apud Deum peccaverat primus Crucis ſententiâ ferietur.* Serpens fuit primus, qui peccavit in cœlo, primus qui induxit ad peccandum homines in terra, inde jure optimo ſuſpenditur in ligno, ut primus omnium ſui ſceleris pœnam, ac caſtigationem ſentiat, atque importet.

Num. 21. *Prior peccandi artifex puliſatur.* D. Max.

QUÆSTIO VIII.

Quare non lente, ac charitativè admonet D. Petrus Ananiam, ut Ioſue ſe habuit erga furti reum?

48\. INventus fuit Acham furti reus, cumque ad ſe advocat, Ioſue 7. n. 19. & ait illi: *Fili mi da gloriam Deo Domino Iſrael, & confitere, atque indica mihi, quid feceris ne abſcondas: Reſponditque Achum Ioſue, & dixit ei: Verè ego peccavi Domino, & poſt hæc fuit interfectus.* Si ergo tam benignè ſe habet Ioſue, cum delinquente, eumque filium appellat, ut inducat ad pœnitentiam, ac confeſſionem: Cur ergo ſimiliter D. Petrus non benevole, ac paternaliter ſe habet cum Anania, ſed ſtatim tam ſeverè, ac durè increpat.

Ioſue 7. *Difficultas quæſtionis.*

Reſpondetur primo cum D. Thom. 2. 2. quæſt. 33. art. 7. ad ſecundum, quod admonitio, ac correctio fraterna eſt adhibenda, quando datur ſpes emendationis, quæ nulla erat, nec in Juda, nec in Anania, & ideo ait Sanctus Doctor uterque non fuit corripiendus, nec admonendus; quia talis actus eſt otioſus non ſolum negativè, ſed etiam poſitivè, & *Sanctum non eſt dandum canibus*, Proverb. 9. 49.

D. Thom. *Correctio quando danda.*

Secundo D. Iſidorus Peluſiota lib. 2 epiſt. 185. ait: *Cum tunc Evangelij ſementem Apoſtoli jacere cœpiſſent, ac ſtatim zizania enata conſpexiſſent, ſapienti conſilio ea confeſtim evulſerunt, ne unà cum tritico auctu futuro igni ad exuſtionem ſervarentur.* Inter incunabula ipſius Eccleſiæ, ac illius exordia, nata zizania fraudis, ac fallaciæ, rigidè, ac ſeverè in aliorum documentum fuit amputanda, ac eradicanda, ne purum fidelium triticum inficionaretur; ac venenum exhauriret, ut in ignem, ac perditionem rueret; Sic Magnus Elias *Occidit Prophetas Baal, & ne unus quidem effugiat ex eis*, 3. Reg. 18. num. 40. ne parva ſcintilla magnum excitaret incendium. 50.

Peluſiot. *Peccata initio ab amputanda.* 3. Reg. 18.

Tertiò D. Chryſoſtom. homil. 12. ait: *Oportebat, inquit, iſtum corrigi, ſed non correctus eſſet: Nam qui talia viderat, nullumque lucrum inde fecerat, multo magis nec alia ratione lucri fieri poterat.* Cur magnus Petrus ſita Apoſtolica charitate Ananiam placidè, ac dulciter non commonefacit, ut pœnitens ſuam fraudem detegat, peccatum confiteatur, & miſericordiam, ac veniam impetret. Prudentiſſime Petrus tales admonitiones prætermiſit; *nam qui talia viderat; nullumque lucrum inde fecerat;* Nam pro tunc Apoſtoli magnis ſignis, ac præclariſſimis virtutibus fulgebant, & ſine ulla intermiſſione in converſione fidelium, ac ut eos ad pœnitentiam adducerent, incumbebant, qui omnes fideles ardentiſſima charitate, oratione, Sacramentis, eleemoſynis erant dediti, & qui inter tot, tantaſque virtutes degens avaritiam ſuæ fraudis non cohibuit, inutilis illi erat quæcumque alia admonitio; nulla enim major, & efficacior, quam tot, & tantorum virorum vivum exemplum. 51.

D. Chryſoſt. *Damnatur peccator inter probos convers.*

Videns Dominus ficulneam infructiferam ait ad cultorem vineæ: *Succide illam: Ut quid etiam terram occupat*, Luc. 13. num. 7. ex quo motivo beniſſimus Dominus tam ſeverè ſe habet erga illam ficulneam Gillibert. ſerm. 23. in Cantic. ſic inquit: *Forſitan, & ficulneam illam ſterilem, quam Dominus juſſit ſuccidi, fertiles de vicino vinea condemnabant.* Undique vineæ florentes parturientes ſuaviſſimos fructus, circumdabant ficulneam, omnes fructibus plenæ, & ipſa ſola infructifera merito damnatur, ut igni comburatur. 52.

Luc. 13. *Inter fructiferas vineas damnatur ficulnea.*

Cum populus detineretur in Settim unus ex filijs Iſrael introivit ad ſcortum Madianitidem, quod cum vidiſſet Phinees aſcenſus zelo Dei *arrepto pugione ingreſſus poſt virum Iſraëlitam in Lupanar, & perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet, & mulierem*, Num. 25. n. 7. Cur Phinees, qui deſtinabatur in ſummum Sacerdotem, non prius ad eos clamat, ut eum timeant, & à tam nefario crimine ſe abſtineant. Iſti ſuam 53.

Num. 25.

turpitudinem

Inter aliorum lachrymas peccant deploratim. turpitudinem perpatrantur, ut ait Text. ibi n.6. quando Moyſes, & omnis turba filiorum Iſrael ſtabant ad oſtium Tabernaculi, & orantes, & qui inter aliorum lachrymas, gemitus, ac orationes à ſua turpi libidine refrenabantur, ſed tanquam equus indomitus præcipitabatur, nulla admonitione erat trahendus, omniſque illi inutilis & improficua. Procop. Procopius apud Gloſſam ſic ponderat: *Hic ſcortator impudicitiis ſua atrocitate ad juſtam iram provocavit Phinees, quod videlicet in conſpectu Moyſis, & principum libidinem exercuit, nihil etiam reveritus ipſorum lachrymas, quas ante tentorium effuderunt.*

QUÆSTIO IX.

An Ananias, & Saphira ſint in æternum damnati?

54. *Pars affirmans.* Caſſian. D.Aug. QUæſtio præſens eſt, An Ananias, & Saphira ſint in æternum damnati? Aſſeruot aliqui, ut Caſſianus collat.18.cap.7. Pro ea citatur D. Auguſt. ſerm.27. de verbis Apoſtoli, dum ait: *Ananias pariter & vitam perdidit, & ſalutem.* Et D.Baſil.ſer.1. de Inſtit.Monach. dum ait: *pœnitentiæ aditum invenire non potuit.*

55. *Sententia vera, & negãs.* Origen. Peluſiot. D.Aug. Contraria ſententia, ut benignior, & communis magis placet: Origenes tract.18.in Matth.D.Iſidorus Peluſiota lib.1.epiſt.181.citaturque pro ea D.Auguſt. lib.3.contra Parmen. cap.1. ad illud 1. Cor.5. num.5. *Tradidit Satanæ in interitum carnis*, ſic ait: *Quid ergo agebat Apoſtolus, niſi ut interitu carnis, ſaluti ſpirituali conſuleret, ut ſive aliqua pœna, vel morte corporali, ſicut Ananias, & uxor ejus ante pedes Apoſtoli Petri ceciderunt, ſive per pœnitentiam, quoniam Satanæ traditus erat, interimeret in ſe ſceleratam mortem carnis concupiſcentiam.*

56. Damian. In eadem ſententia eſt Petrus Damianus epiſt.15. de contempt.ſæculi cap.3. & ait: *Et quidem illi, utpote rudes, & ad fidem denuo venientes, nec dum fortaſſe ad plenum Evangelica præcepta didicerant; nec* *Ratio r. & abſoluta.* *dum enim ſacri doctrina Codices ad publicum commune proceſſerant: attamen qui in ipſo fidei tyrocinio quodammodo ſimpliciter peccaverunt, diſtricto quidem, pro judicio, ſola, ut credimus, ſunt corporis morte mulctati.* Erant iſti in principio Eccleſiæ & adhuc rudes in doctrina Apoſtolica, & poſſunt excuſari ſine gravi peccato aliquid ſibi eſſe licitum ad proprios Carthuſ. Lorin. Cornel. Menoch. uſus ſervare: Unde Carthuſian. exiſtimat, quod Petrus ſua prece Ananiæ gratiam pœnitendi impetravit, quem externis tam rigidè correxit. Hanc ſententiam communiter ſequuntur recentiores Lorinus, Cornel. à Lapide, Tirinus, Menoch. & alij.

57. Nec ex tam grandi mortis pœna colligitur eos mortaliter peccaſſe, quia hoc ſæpè fieri, & maximè in principio legis, ut lex magis firmetur, & alij ad ejus obſervantiam exhortentur, ut Deus morte punivit Ozam ob arcæ contactum, ex eo quod eam la- 2.Reg.6. beotem ſuſtentaſſet, ne caderet 2.Reg.6.n.7. & ille alius Propheta per Prophetam occiſus eſt, eo quod contra Dei mandatũ in Bethel comediſſet, ſeductus, ac deceptus ab alio Propheta, affirmans ſibi revela- 3 Reg.3. tum eſſe poſſe comedere, 3.Reg.13.n.24. Similiter colligens ligna in Sabbatho ex Dei mandato lapida- Num.15. tus eſt. Numero.15.n.32. In quibus tantum videtur peccatum veniale fuiſſe.

58. Et eſto quod concedatur Ananiam, & Saphiram mortaliter peccaſſe audita tamen Petri increpatione, poterant in ipſo mortis tempore dolere ad ſalutem, D.Hier. ſic ait D.Hieron. in cap.1. Nahum: non paucos de ſubmerſis in diluvio, vel mari rubro, & de crematis in Pentapoli, dolore interno evaſiſſe æternam mortem; qua etiam de cauſa dicitur, quod ille, qui moritur in duello, vel clauſo oſtio à parte interiori, & invenitur laqueo ſuſpenſus, vel in puteo demerſus, ac ſuffocatus, vel interfectus cum amaſia in lectulo ſepeliendus eſt in loco ſacro, atque pro eo ſunt offerenda ſacrificia, quia ſemper præſumitur quod in extremis homo totis viribus agit de ſua ſalute æterna. Ita Navar.lib 3.concil.7. de ſepult. Villalob. tom.2. Navar. Villalob. tract.31.diff.3.n.4.Barboſ.de offic.Paroch.c.26.n.49. Barboſ. Dian.p.5. tract.3. reſol 10. Rodrig. Menoch. Graſis, Dian. Hurt.de Mendoza, multique alij, quos citavi, & ſe- Rodrig. quutus ſum in Opuſculis opuſc.2. reſol.48. quæſt.2. Menoch. num.11. 12. & 13. Graſis. Hurt.

Actor.5.n.7. Factum eſt autem quaſi horarum trium ſpatium, & uxor ipſius neſciens, quod factum fuerat, introivit.

Num.8. Reſpondit autem ei Petrus: Dic mihi mulier, ſi tanti agrum vendidiſtis? At illa dixit, etiam tanti.

Num.9. Petrus autem ad eam: Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum, qui ſepelierunt virum tuum ad oſtium, & efferent te.

Num.10. Et confeſtim cecidit ad pedes ejus, & expiravit. Intrantes autem juvenes invenerunt illam mortuam, & extulerunt, & ſepelierunt ad virum ſuum.

Num.11. Et factus eſt timor magnus in univerſa Eccleſia, & in omnes qui audierunt hæc.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV.

Verſ.7. *FActum eſt autem quaſi horarum trium ſpatium.* Syrus *Tribus vero poſt horis.* 59. Syrus. Pagnin. Pagninus *Intercesſit intervallum trium horarum.* De quo quæſt.ſequenti; *Neſciens quod factum fuerat,* nullus fuit auſus tam infelix nuntium ei aperire. *Introivit* Oecumenius: *Non vocabat eam Petrus, ſed* Oecum. *expectabat, ut ipſa, dum vellet, ingrederetur, data illi poteſtate reſipiſcendi, & non impudenter ingrediendi.* Vocabat eam culpa ſua, ut debitas lueret pœnas.

Verſ.8. *Reſpondit ei Petrus.* Caietan. *Mulieri nimirum* 60. *pe eum ſalutanti,* Syrus, & alij pro *reſpondit,* legunt: Caiet. *dixit.* Hebræi frequenter ſumunt reſpondère pro di- Syrus. cere: *Dic mihi mulier,* nomen ejus tacuit, ut notat *Familiaritas mulierũ fugiẽda.* Lorinus, virum tamen expreſſerat Ananiam, cavenda eſt cum muliere familiaritas, cujus nota eſt, ac ſignũ agnitio nominis: ſic ait Deus Moyſi: *Novi te ex nomine, invenisti gratiam coram me,* Exod.33.n.12. & Exod 33. ad Iſaiam: Dominus ab utero vocavit me, & recor- Iſai.49. datus eſt nominis mei, cap.49.n.1.

Si tanti agrum vendidiſtis, Syriacus *fundum.* Oe- 61. thiopic. *Vineam veſtram* Lucifer. *Prædium,* & cùm Syriac. Apoſtolus ait: Si tanti vendidiſtis, notat Lyranus, Æthiop. expreſſit pretium oblatum ab Anania, cujus tamen Lyran. quantitatem Lucas tacet, ut denotaret breve cum muliere colloquium.

At illa dixit: Etiam tanti. In quo mentita eſt; 62. nam magnam partem pretij cum ſuo marito abſcon- *Mulier mendax.* dit, mulierum ingenium valde proclive ad mendacium: ſic Eva ait Serpenti: *Præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus,* Geneſ.3.n.2. & Geneſ.3. Deus ſolum interdixit eſum, non vero tactum: Sara audiens ſe parituram riſit, & poſtea aſſeruit, ſe non riſiſſe, Geneſ.18.n.15. Sic mentita eſt Saphira. D. Geneſ.18 Chryſoſtom. Magna cœcitas cum pertinacia multa D.Chryſoſt. reſpondit, putabat enim quod cum homine loqueretur.

63. Verſ.9. *Petrus autem ad eam, quid utique convenit tentare Spiritum Domini?* Syrus *Quoniam aquales fuiſtis ad tentandum.* D. Chryſoſt. *Conſpiratum eſt inter vos.* Æthiopic. *Quomodo communicaſtis inter vos.* Conventione facta eſt inter vos tentare Spiritum Domini propheticum in me, qun ego prædictus ſum, & ſcio, & agnoſco veſtrum fructum; ita utraque Gloſſa & Caietan. vel, ut ait Carthuſian. tentare Spiritum Domini exiſtimantes furtum veſtrum poſſe effugere cognitionem Dei, quam mihi communicat.

Syrus. D. Chryſoſt. Æthyop. Gloſſa. Caiet. Carthuſ.

64. Ecce pedes juvenum forſitan D. Petrus audivit ſtrepitum eorum pedum redeuntium è ſepultura, ſicut audit Achias Propheta uxoris Roboam ſonitum pedum ejus, 3. Reg. 14 n. 6. vel Petrus agnovit, & vidit, ut Eliſæus, 4. Reg. 5. n. 26. Giezi currentem poſt Naaman.

3. Reg 14. 4. Reg 5.

65. Verſ.10. *Confeſtim cecidit ante pedes ejus, & expiravit.* Syrus *Et eo ipſo momento.* Æthiopicus, *Et proſtrata ſtatim fuit ſub pedibus ejus.* Carthuſianus exiſtimat, quod percuſſa fuit ab Angelo, ſicut vir ejus Ananias. Ocumenius: *Quoniam* (ait) *in dolo conformem viro reperit, ſimili quoque pœna condemnavit.* Similes in colpa, ſimiles & in pœna. *Intrantes autem juvenes.* Æthiopic. *Iuvenes oneris*, qui erant deputati ad ſerviendum Apoſtolis. *Extulerunt, & ſepelierunt ad virum ſuum.* Syrus *ad latus viri ſui.* Arabic. *Prope maritum ejus.* Fuit celebris conſuetudo apud Hebræos ut conjuges eodem ſepulchro conderentur, ut teſtatur Abulenſis, 2. Reg. 15. q. 14. & ait: *Ut carnis conjunctionem ſequeretur conjunctio pulveris, & quia de coſta viri facta eſt mulier.* Quod probat multis exemplis.

Syrus. Carthuſ. Æthiop. Occum. Syrus. Arabic. Abulenſ.

66. Verſ.11. *Factus eſt autem timor magnus.* Syriacus *Extitit timor ingens*, & ſubdit Textus: *In univerſa Eccleſia, & in omnes, &c.* Æthiopic. *Timuerunt omnes Eccleſia.* Et quamvis in illa ſancta unione fidelium, nullus aderat, qui mentitus eſſet Deo, tamen ut ait Oecumenius, ex *facto*, quod circa *Saphiram accidit, oritur in alijs ſalutaris timor*, in ruina unius prudens timet, ſic percuſſo Oza, qui juxta arcam Dei mortuus eſt, extimuit David Dominum in die illa, 2. Reg. 6. n. 9. & maxime ponderandum, quod mortua Saphira, & marito, ut advertit D. Chryſoſt. *Nullus ibi tamen ingemuit, nullus ejulavit cum divinum judicium venerarentur, & diſcerent Deum non eſſe contemnendum*, ſed omnes ejus divinam voluntatem venerabantur cum multa humilitate.

Syriac. Æthiop. Occum. 2 Reg. 6. D. Chryſoſt.

QUÆSTIO X.

Quare in ſpatio trium horarum nullus extitit, qui nuntiaret Saphiræ terribilem ſui mariti mortem?

67. VAlde mirum eſt uxorem de mariti morte nihil omnino reſciviſſe tribus horis, nemo è domo egreſſus renuntiavit? Nemo ſanè: quod pulchrè expendit Theodorus ſtudita ſerm. 117. & ait: *Scriptum eſt in Actis Apoſtolorum: factum eſt, quaſi horarum trium ſpatium, & Saphira uxor ipſius neſciebat quod factum fuerat. Certè in publico acta fabula eſt, & frequenti vulgi corona, ſed erat in idem, nimirum circumſpectio, modeſtia, Dei reverentia.* Tanti de malo domeſtico fuit ſilentium, & licet in auditorum oculis res peracta fuerat, inter Cancellos tamen domeſticos elapſa eſt, ita ut nefas duxerit unuſquiſque illud poblicare.

Theod. *Res domeſtica tacenda.*

68. Præſcribit Deus modum, quo hoſtia offerenda eſt pro peccato, Levit. 6. n. 25. & 26. *Sacerdos, qui offert comedet eam in loco Sancto in atrio Tabernaculi, &c.* Cavet Moyſes ne hoſtia, quæ pro erratis expiandis offertur, efferatur extra domum ſacram: non ſic mandatur in alijs, quæ oblata erant pro purificanda muliere, vel pro redimendo parvulo, vel pro erratis per ignorantiam contra res ſacras; ſolum verò ea, quæ pro peccatis erant, in loco ſancto comedi jubentur; ſic bonus Deus errata aliorum vult eſſe abdita, ut non patiatur extra ſacrum ſeptum evehi, ac propalari. Philo Hebræus lib. de victimis, ſic ait: *Nihil enim extra fanum effertur, ne pœnitenti exprobrentur peccata priſtina, jacta in vulgus inimicorum ſuſurris, & linguis petulantibus.* Sic Deus curabat famam hominis, ut quæ pro ejus peccatis erant, veluti velo obducto occultarentur, atque abſconderentur.

Levit. 6. *Maximè occultanda aliorum ſcelera.* Philo.

69. Valde publicum, & notorium fuit omnibus, quod Saül bello fractus una cũ filio ſuo Jonatha ceciderit in bello, tamen David lachrymans ait: Nolite annuntiare in Geth, neque annuntieris in compitis Aſcalonis, 2. Reg. 1. n. 20. Valde publicum extitit prælij infortunium, cur ergo David tam rigidè, ac ſeverè prohibet illud evulgari in Civitatibus Philiſthinorum, in magnum ſanè documentum; ſi enim ea, quæ ſunt aperta in omnium oculis ſunt operienda, quanto magis ea, quæ ſunt ſecreta, & occulta tegenda, ut abdita remaneant, ne per aliorum ora dicantur. Bachiar. epiſt. ad Januar. *Prohibetur* (ait) *ne in terminis Geth, neque in finibus Aſcalonis, hoc eſt in notitiam ſæcularium hominum caſus fratris, vel ruina ſemineter.* Hæc jubet, & monet David.

2. Reg. 1. *Aliorum defectus tegendi ſunt.* Bachiar.

70. Proditorem notans ait Divinus Magiſter: *Unus veſtrum me traditurus eſt*, Matth. 26. n. 21. contriſtati cæteri Apoſtoli ſollicitè quærunt n. 22. *Nunquid ego ſum Domine?* quærit etiam Judas n. 25. *Nunquid ego ſum Rabbi.* Impudens proditor, ne hoc audenter quæras, cum experientia agnoſcas cœleſtem Dominum cordium cogitationes penetrare, & ſcire, ſic aliquando ad circunſtantes dixit: *Quæ cogitationes aſcendunt in cordibus veſtris*, Matth. 9. n. 4. Similiter autem de Phariſæo cogitante intra ſe, Luc. 7. n. 39. ergo bene debebat Judas hoc cognoſcere quod Chriſtus D. ſuas proditorias machinas apertè deprehendebat, quomodo ergo audet interrogare: *Nunquid ego ſum Rabbi?* Et non timet quod in faciem ei dicat Chriſtus: Tu es ipſe proditor. Perbelle Euthymius ait: *Interrogas & ipſe confidens de præceptoris benignitate, quod palam non argueris eum.* Sciebat Judas Chriſtum de peccato domeſtico taciturum, qui docuerat peccantem hominem vulgò exponendum non eſſe.

Matth. 26. Math. 9. Luc. *Occultũ ſcelus palã non carpit Magiſter.* Euthym.

QUÆSTIO XI.

Quare Saphira mortua cecidit ad Petri pedes?

71. POſtquam Saphira interroganti Petro negat pretium agri vendiri eam admonet, dicens: *Quid convenit vobis tentare ſpiritum Domini! ecce pedes eorum, qui ſepelierunt virum tuum, efferent te.* Et objicit Apoſtolus terribilem mariti mortem, ut eam inducat ad pœnitentiam, & alto Dei judicio eam ad pedes ſuos admittit, ut ſi velit abſque auditu aliorum valeat confiteri, & veniam, & remedium obtinere, & mortis pœnas evitare eleganter Oecumen. & ſic ait: *Quomodo ad pedes ejus? quia juxta eum ſtabat: Petrus vero ſtetit juxta eam, ut ſi reſipiſcere vellet, ac confiteri non vereretur alios, qui audirent.* Eximius Chriſti Vicarius Petrus, ne inferret mortem merenti mulieri, ſed proponit mariti caſum, ut ex timore ſimilis pœnæ eam inducat ad pœnitentiam confeſſionis, quam facile poteſt præſtare, cum ad

Occum.

ipſius

ipſius pedes eam admitrit, ex quo aliqua ſunt colligenda.

72. Primo quod calamitas, ac adverſa fortunæ multum conſcientiam ſtimulat, multum oculos aperit ad cognoſcenda propria vendirur Joſeph in Ægyptum a fratribus ſuis, qui pluſquam per viginti annos, cum multa felicitate degunt in domo paterna abſque nllo remorſu criminis in fratrem, tempore famis deſcenduntin Ægyptum ad quærenda alimenta, quos agnoſcens Joſeph *tamquam ad extraneos* Gen.42. *durius loquebatur.* Geneſ. 42. num. 7. arguit deinde *Calamitas adigit ad peccati confeſſionem.* homines, ut dolis ſuadendis artifices: *exploratores eſtis* num. 9. minatur ſordes carceris, ut deprehendat vera, ne dixerint: *Vos eritis in vinculis*: Tunc ipſi fratres tanto labore prudentiores facti inter ſe dolentes dicunt: *Merito hac patimur, quia peccavimus in fratrem noſtrum.* Ibidem nu. 21. cum enim aliena infelicitate felices agerent fratres, nulla erat peccati conſcientia, nullius pœnitentiæ dolor, cum vero vexantur calamitatis motſu, atque adversâ fortunâ opprimuntur, erratum agnoſcunt, & fatentur Rupert. pudore ingenuo. Rupertus lib.9. cap. 3. ſic pro Joſeph loquens: *Iuſta namque, & idonea ſeveritatis fuit, quod peccatores tandiu flagellas, & corripit verborum ſtimulis, clavisque acatis, donec peccatum ſuum agnoſcant, & dicant: merito hac patimur, quia peccavimus in fratrem.* Quod confirmari ex prodigo poteſt, qui in ſe reverſus dicebat: Luc. 15. Luc.15. numer. 18. & ex ſancto latrone: *Nos quidem juſte,* Luc.23. *&c.* Luc. 23. num. 41. Unde Petrus mulieri objicit mortem mariti.

73. Secundo magna miſeria hujus mulieris, quia ad *Ubi remedium ibi mors.* pedes Apoſtoli mortua cecidit, ubi remedium aderat, in quo poterat ſalutem impetrare, cum boves recalcitrarent, & declinarent arcam: *Extendit Oza manum ad arcam, & tenuit eam, iratus Dominus contra Ozam percuſſit eum, qui mortuus eſt ibi juxta* 2.Reg 6. *arcam.* 2.Reg.6.num.7. In omni ſuo labore populus ad magnum ſubterfugium ad arcam confugiebat, & cum populus vellet lapidare Moyſen, ipſe ad tabernaculum confugit, in quo erat arca. Rupertus lib. Rupert. 6. & ait: *Lamentabilis caſus tactu arca perit, cuius viſa alij ſanabantur.*

74. Tertio: Audiens mulier verba Petri cecidit ad pedes, apud quos proxima erat, ut ſi vellet confiteretur peccatum ſuum, ut veniam impetraret: peccavit populus magno peccato adoratione vituli; Moyſes rogans, ut Deus dimitteret tantam offen- Exod.32. ſam Exod. 32. num. 31. ait: *Obſecro; peccavit populus iſte peccatum maximum, fecerunt ſibi Deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis dele me de libro tuo.* *Ex confeſſione corona.* Ut Deus condemnaret peccatum multas poterat Moyſes rationes proponere, prima omnium eſt peccatorum confeſsio: *Peccavit peccatum maximum.* D. Chryſoſt. apud Caten. Lyppom. & D Chryſoſt. ait: *Cur quaſo incipit Moyſes à confeſſione peccati? quia in mundanis, ac forenſibus judiciis, poſt accuſationem, & criminum confeſſionem ſequitur mors: Caterum apud Divinum tribunal poſt accuſationem, & confeſſionem criminum datur corona.* Tamquam omnium efficaciſſimum remedium ad indulgentiam proponit Moyſes peccatorum confeſſionem; nam inter ipſam, & coronam nullum eſt medium.

75. Poſtquam Caïn perpetravit ſuum fratricidium, loquens Deus cum eo, & interrogat: *Ubi eſt Abel* Geneſ 4. *frater tuus?* Geneſ. 4. numer. 9. Bene ſciebat Deus *Ad confeſſionem ſcelerum allicit Deus.* Abelem à Caino fuiſſe obtruncatum, ſed quærit judex omnium agnitor, ne reus peccatum tegat, indeque occaſione data, eum ad pœnitentiam, ac confeſſionem inducat, ut ait Tertull. lib. 2. in Marcio- Tertull. nem cap. 25. *Ut daret locum ſponte confitendi delicta, & eo nomine relevanda.* Dare veniam Caino judex voluit, cum eum ad confeſſionem eliceret; aperit enim locum indulgentiæ vera confeſſio delictorum.

Actor, 5. num. 12. Per manus autem Apoſtolorum fiebant ſigna, & prodigia multa in plebe, & erant unanimiter omnes in porticu Salomonis.

Num. 13. Cæterorum autem nemo audebat ſe coniungere illis: ſed magnificabat eos populus.

Num. 14. Magis autem augebatur credentium multitudo virorum, ac mulierum.

Num. 15. Ita ut in plateis eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis, ac grabatis, ut veniente Petro, ſaltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis.

Num. 16. Concurrebat autem & multitudo vicinarum civitatum Jeruſalem afferentes ægros, & vexatos ab ſpiritibus immundis, qui curabantur omnes.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE V.

Verſ. 12. PER *manus autem Apoſtolorum*, id eſt 76.
per operationes, & actiones Apoſtolorum, omnium enim manus eſt organum, ſic dicitur Actor. 2. num. 23. Judæos interfeciſſe Chri- Act.2.
ſtum *per manus iniquorum*, hoc eſt per homines iniquos, vel quia ſuis manibus miracula faciebant benedicendo, ſignum Crucis faciendo, ac ſuo contactu, quo Petrus elevavit claudum Actor. 3. num. 7 Act.3.
ſigna, & prodigia. Syrus Edebantur *ſigna, & virtutes.* Æthyopic. *miracula.* Syrus Æthyop.

In plebe, ut notat Lyranus: *Non dicit in Principibus, quia non credebant paucis exceptis*, qui oc- 77. Lyra.
culte Chriſtiani erant, ut Gamaliel, Nicodemus, & aliqui *unanimiter omnes.* Gloſſa gratiæ magnitudo non fecit in eis diviſionem, ſed potius unitatem. Gloſſ.
In porticu Salomonis Æthyopicus *In domo ſancta.* Æthiop.
De hoc porticu jam dixi ſupra cap. 3. num. 2. Gloſſa Gloſſa.
alludens ad Salomonem ait: *Erant ſapientes in domo ſapientis, ubi orationi ſimul inſtabant, & doctrina.* Deinde hic porticus erat valde ampliſsimus & capax tot millium Chriſtianorum.

Verſ. 13. *Caterorum autem nemo audebat ſe conjun-* 78.
gere illis. Syriacus *Ex aliis autem nemo audebat ad eos accedere.* Aliqui referunt ad infideles, alij ad fideles; ſed indefinitè ad omnes, ad infideles, qui trepidi, ad fideles ex reverentia Apoſtolorum Ly- Lyran.
ranus, & Gloſſa ob pœnam impoſitam ſuper Ana- Gloſſa.
niam, & Saphiram, ſed hoc non ſtat, quia dicitur ſequenti numero: magis augebatur credentium numerus.

Verus ſenſus eſt nemo audebat ſe Apoſtolis inſe- 79.
rere, aut Apoſtolorum ſe familiarem oſtendere, partim metu Judæorum, partim reverentia Apoſtolorum, quia, ut ait D. Chryſoſt. *Erant ſicut Angeli* D Chryſoſt.
admirabiles, gravitate venerabiles, oratione cæleſtes, moribus Divini, vultu venerabiles, affabilitate amabiles, ignem zeli, ac devotionis ſpirantes. *Magnificabat eos populus.* Æthyopicus *Honorabant eos* Æthiop.
populi.

Verſ. 14. *Magis autem augebatur credentium in* 80.
Domino. Syrus *magis accreſcebant ij, qui in Domino* Syrus.
credebant. Lucifer. *Magis addebantur* Oecumenius Lucifer.
magis accedebant. Hebraiſmus eſt *in Domino* pro in Oecum.

 Dominum,

Dominum, ſicut dicitur tangere in capite, id eſt in caput. *Virorum, ac mulierum* facit hic mentionem mulierum ad honorandum ſexum, ne videatur deturpatus ruinâ Saphiræ.

81. Caiet. Verſ. 15. *Ita ut in plateas ejicerent infirmos.* Notat Cajetanus quod tanta erat miraculorum copia, ægrorum multitudo concurrentium ad Apoſtolos, ut eos, nec ad Apoſtolos deferre, nec Apoſtoli domatim obire poſſent, quapropter eos offerebant in plateas, per quas tranſituri erant Apoſtoli, ut ibi ab eis curarentur, *& ponerent in lectulis*, Syrus *efferrent*, D.Chryſoſt. *Exportarent.* Æthiopic. *Adducebant, in grabatis*, grabatum eſt ſpecies lectuli ſimplicior, & vilior, qualis eſt pauperum, & ægrorum geſtatilis.

Syriac. D.Chryſoſt. Æthyop.

82. *Ut veniente Petro ſaltem umbra illius obumbraret.* Syrus *umbra illius operiret.* Æthiopic. *Ita ut attingeret eos umbra Petri, quando tranſiret.* Boſius de notis Eccleſiæ lib.18.cap.1. & favet Chryſoſt. exiſtimat, quod umbra Petri uno duntaxat tangente, cæteri propinqui, vel in eadem platea exiſtentes ſanabantur, licet ab umbra Petri non tangerentur, & huic ſenſui favent ſequentia verba in plurali. *Liberarentur ab infirmitatibus:* tamen germanior ſenſus eſt, certatim omnes contendebant inſerere ſe ſub umbra Petri, & quotquot eâ tangebantur, ſalutem conſequebantur.

Syrus. Æthyop. Boſius D.Chryſoſt.

83. Verſ. 16. *Concurrebat multitudo* ex omni loco, ac civitate vicina *vexatos à ſpiritibus immundis*, nempe energumenos, poſſeſſos, & obſeſſos à Dæmonibus, dicuntur immundi, quia ad multas immunditias homines provocabant, ac excitabant, ſcilicet ad odium Dei, iram, luxuriam, gulam, ac ſimilia. *Et curabantur omnes.* Æthiop. *Et vivificabat eos omnes.*

Æthiop.

QUÆSTIO XII.

Quare D.Petrus umbrâ facit miracula, & ſanat, quod de nullo alio Sancto legitur?

84. VAlde mirabilis prærogativa D.Petri, quod umbra ſanaret infirmos, non ſolum enim, quem umbra tangebat, ſed etiam illum, qui ei proximus erat, omneſque in platea exiſtentes, ut in expoſitione dixi ex Boxio, quod de nullo alio ſancto legitur: Unde Petro tanta excellentia?

85. Lyran. Reſpondet primo Lyranus: *Ponitur differentia Petri ad alios Apoſtolos in operatione miraculorum, nam alij Apoſtoli curabant infirmos per tactum manuum, ſicut dicitur ſupra per manus Apoſtolorum, & Petrus autem non ſolum per tactum, ſed etiam per umbram, quod eſt majus, quod fiebat ad oſtendendum, quod erat principalis Apoſtolus.* Maxima ſanè excellentia Petri, utpote primus, & principalis Apoſtolus, ut ejus umbra, quæ eſt privatio lucis, ac nihil, majora magnalia operetur, quam quæcumque alia mirabilia aliorum Sanctorum ut jam notavi tom.2. in Apocalypſ cap.21.

Nihil Petri valde mirabile.

86. Theoph. Secundo D.Theophylus Alexandrinus de celebratione Paſchatis ait: *Apoſtolica umbra non obfuſcat, ſed in vita lucem inducit.* Magna excellentia in Apoſtolica umbra, quod non nitet, ac magna apparet inter obſcuras umbras, ſed inter ſplendentes vitæ luces, hæc eſt illuſtriſſima celſitudo; non de aliorum initio, ac obſcuritate ſplendeſcere, ſed de proprijs virtutibus fulgere; nam ut pulchrè ait D. Nazianz. orat. 2. de Pace: *Extrema quippe miſeria eſt non proprijs viribus, ſed de aliorum imbecillitate niti.*

Magna gloria de proprijs viribus illuſi. D.Naz.

87. Math.26. Tertio peculiariter umbra Petri ſanat, ipſe ter negavit D.Magiſtrum: *Non novi hominem*, Matth.26. Ut ergo ipſe verus, ac firmus Chriſti diſcipulus, & amicus jam in ſua gratia per pœnitentiam agnoſceretur ab omnibus, requirebatur, ut majora, ac illuſtriora miracula, quam omnes alij ederet, ac demonſtraret, & ideo Reſurrectionis nuntium præcepit Angelus mulieribus: *Ite dicite diſcipulis ejus, & Petro*, Marc.16 n.7.

Multum requiritur, ut inimicus pro amico habeatur. Marc 16.

88. Rabban. Quarto. Rabbanus ait: *Tot erant tunc infirmi à credentibus allati, ut omnes non poſſent Petrum contingere*, & inde per umbram ſanabat; magna, & præclara charitas D.Petri; quia gratia ſibi à Deo data omnes appropinquando non poterant frui, illam extendebat, non ſolum ad propinquos ipſum tangentes, ſed etiam per umbram ad diſtantes in platea, ut notavi in exordio quæſtionis. Cum turba fameſcens Chriſtum ſequeretur in deſerto ſcribit D. Joan. cap.6.n.3. *Ieſus* ſubijt in montem, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis *Et cum ſublevaſſet oculos, & vidiſſet, quia multitudo maxima venit ad eum.* D. Magiſter elevat oculos, non ad diſcipulos ſedentes cum eo, ſed ad turbam fameſcentem, & diſtantem; non enim coarctat ſuam gratiam in amicos, & propinquos, ſed in extraneos, ac remotos exundat.

Gratia Petri præſentibus, & abſentibus. Joan. 6.

89. Beda. Quinto Beda, & ait: *Petrus umbra corporis ſui inviſibiliter allevabat infirmos, qui nunc inviſibili ſua interceſſionis umbraculo fides infirmos corroborat.* Eximia Petri beneficentia, per umbram ſanat, & dat ſalutem, ſicque ſuam impendit gratiam, ut umbra eam tegat, & abſcondat, non voce, non tactu, vel aliquo ſigno tantum ſalutis donum elargitur, ſed ſua inviſibili virtute operatur. Maximè beneficij miraculum illuſtratur, dum abſconditur, incrementum accipit à tenebris, nob[illegible]tatur ab umbra, à qua generoſius, ac illuſtrius evadit; nam illius evulgatio multum corrodit doni gratiam, ac minuit benefacientis largitatem.

Abſconditur beneficium dum benefacit.

90. Cum in vertice montis Thabor cum tribus Apoſtolis ſuis Petro, Jacobo, & Joanne, apparent in gloria Moyſes, & Parens Elias, loquitur Petrus, ut tria fiant Tabernacula, tunc *adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos*, Matth.17. n.5. alia lectio habet: *Incumbravit eos*, ex quo magna inſurgit quæſtio, ſi nubes lucida, quomodo obumbrans, & obſcurans; magnum enim diſcrimen eſt inter lucidum, & obſcurum, ſi lucida, quomodo obumbrans, & obſcurans. Cardin. Hugo *Nubes lucida obumbravit eos ex luciditate obumbrantur.* Nubes illa erat D. Spiritus ſub figura nubis, ut jam dixi ex D.Chryſoſt. & docet D.Damaſc. orat. de Transfiguræ. Nubes lucida, ut eos illuminet in cogitatione tantorum myſteriorum obumbrans, & occultans perſonam Divini Spiritus apparentis ſub nube, ut inde, (ut moraliter dicam) maximè grandeſcat cœleſte donum, benefacit illuminans, & abſcondit perſonam dantis, hocque ſolum invenitur in Divinis donis, non humanis.

Math.17. Hugo. D Chryſoſt. D.Damaſc. *Divinũ beneficiũ perſona dantis abſconditur.*

91. Urgente fame deſcendunt filij Jacob in Ægyptum ad frumenta comparanda, quos agnoſcens Joſeph præcipit Miniſtris, ut in ore ſaccorum ponerent eorum pecunias, qui religatis ſacculis portantes frumenta profecti ſunt, & venientes in diverſorium, unus ex eis aperiens ſacculum, ut daret pabulum jumentis, invenit pecuniam in ore ſacculi, qui admirabundus ait fratribus ſuis, pecunia mea reddita eſt mihi, & eam inveni in ſacco, qui omnes *Obſtupefacti, turbatique mutuo, dixerunt: quidnam eſt hoc, quod fecit nobis Dominus*, Geneſ.42.n.28. & poſtea Gen.42. cum ipſi reverterentur in Ægyptum, declarantes ſuam conſcientiam ab omni re aliena, dixit eis Procurator: Nolite timere, *Deus veſter, & Deus Patris veſtri dedit vobis theſauros in ſacculis veſtris*, Geneſ.43.n.23. Valde ſanè mirum eſt, quod tam filij Jacob, quam procurator Joſeph nummos in ſacculo

inventos

Dei eſt occultè benefacere. Philo.

inventos nulli alteri attribuunt, niſi Soli Deo, cur non examinant, an aliquis ex fratribus, eos ibi repoſuiſſet, vel potius ex injuria Procuratoris, vel alio caſo id occidiſſet, ſed tantum Deo totum referunt? *Quidnam eſt hoc, quod fecit nobis Deus?* Philo lib. de Joſeph ait: *Qui invenerat pecuniam, ſtupens miraculo, ait fratribus*, & in quo miraculum, dum tanta pecunia inventa largitore occultato, non hominis, Dei opus, & ſane miraculoſum, nam homo vanitatis cauſa manum non abſcondit, ſed patenter manifeſtat, unde tam largas pecunias præbeat, ut beneficentiæ auctorem inveſtigare non poſſimus, homo quidem non eſt, ſed abſque dubio Deus.

QUÆSTIO XIII.

Quare Divus Petrus dum umbra ſanat, magnum dat omnibus prælatis documentum?

92. PRimo D. Petrus Eccleſiæ Paſtor, Prælatorum exemplar, umbra curat, & ſanat, corpus tantum ubi præſens eſt, umbram ſuam diffundit, minimè vero in locum diſtantem, ac ubi ipſum non eſt Petrus ſua umbra ſalutem impendit, Prælatus ſuos ſubditos præſentes obumbrat, ac protegit, eiſque medicamen ſalutiferum in vita, moribus, ac neceſſariis præbet, ſi vero non adeſt omnium bonorum abſentiam in ſubditis parturit. Vide tom. 4. cap. 19. q. 14 n. 105. n. 106. & 107.

Prælatus non proficis niſi præſens.

93. Secundo Beda de Divo Petro ſic loquitur in præſenti: *Ipſe rectus incedit, ſed umbra jacentes erigit.* Petri ſumma rectitudo, probitas, ac ſanctitas jacentes elevat; nam ſuperior virtutibus exornatus infirmorum eſt fulcimentum, & omnium malorum exilium. Cujus optimum exemplum nobis inſinuat Deus mandavit Exod. 28. num. 4. quod quando ſummus Sacerdos ingrediebatur, ut oraret pro populo, in rationali quod erat in pectore haberet ſcriptum *Doctrina, & veritas*, quia ut ejus oratio eſſet proficua pro populo oppreſſo; ac miſerabili in ejus corde haberet ſculptum *Doctrina, & veritas*, ut ſit exarata in corde ejus doctrina, & veritas divina, ut tunc valeat pro populo impetrare, Angelus autem Sacerdos Dei eſt. Mach. 2. num. 2. D. Hieronym. ibi ait: *Angelus Sacerdos Dei veriſſimus dicitur, quia Dei, & hominum ſequeſter eſt, ejusque ad populum nuntiat voluntatem, idcirco in ſacerdotis pectore rationale eſt, & in rationali doctrina, & veritas ponitur, ut diſcamus ſacerdotem doctum eſſe debere, & præconem Domini veritatis.*

Beda. *Probitas prælati mirabilia in ſubditis operatur.* Exod. 28. Mach. 2. D. Hier.

94. Tertio Petrus per ſuam umbram, tamquam per ſui Vicarium, ac miniſtrum ſanat, & curat, per quod docet, Principes, ac Reges debere habere ſuos miniſtros, per quos negotia expediant, ſui in adminiſtrando poteſtate commiſſa, cùm ipſi non poſſunt per ſe ipſos omnium negotiis intendere, omniumque cauſas cognoſcere, ac determinare, ne eis dicatur, quod ſapienter in ſimili dictum eſt à Jethro Moyſi ſe ipſum ſtulto labore conficere, ac conſumere. Exod. 18. n. 18.

Princeps habeat miniſtros. Exod. 18.

95. Tamen Princeps, & miniſtri inter ſe taliter ſe gerant, ut umbra ad corpus; nam umbra ſequitur corpus, non verò corpus umbram; miniſtri ſunt tamquam umbra principis, ejus ductum perſequantur, illique ſe accommodent, non vero Princeps illis ſe componat, ac ſubjiciat, ita ut ab eis regatur, ac dominetur, eorumque voluntati inſerviatur, quod magnum malum intollerabile eſt, hoc deplorat Jeremias 51. num. 46. *Iniquitas in terra: Dominatur ſuper dominatorem* pro eo, quod noſtra vulgata habet. Iniquitas *in terra*, legunt Septuaginta. *Miſeria; & injuſtitia in terra.* Tigurina *violentia*. Pagnini. *Regina in terra* Chaldaic. *Multiplicabuntur raptores dominator ſuper raptorem.*

Miniſtri ſequantur ductū principis, non vero princeps miniſtrorum. Jerem. 51. Septuag. Tigurin. Pagnin. Chaldai.

96. Ille triumphalis currus Ezechielis manifeſtatus, portabatur à quatuor animalibus, homine, leone, Aquila, & bove: & in his animalibus veri Dei miniſtri adumbrantur, tamen tam cœleſtes miniſtri pleni omni ſcientia; nam ambulabant juxta ſuum beneplacitum, ſed ut dicitur Ezechiel. 1. numer. 12. *Ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur, nec revertebantur, cum ambularent.* Impetus Spiritus, ſcilicet Divini, nam ut ait D. Gregor. homil. 5. in Ezechiel. *Deus auriga erat*, ad cujus nutum, ac directionem, animalia movebantur, tamquam boni miniſtri: *Nec revertebantur cùm ambularent* recto tramite, nec huc, nec illuc declinantes ibant juxta ſui Domini mandatum; ac diſpoſitionem, nec in minimo retrocedebant. Theodoretus relatus in Gloſſa ait: *Poteſtatem illarum, quæ cerni nequeunt in omnibus obedientiam ſignificat, atque etiam, ut conſtitutam viam minime relinquebant. Et hoc ipſum Divinus David ait: Benedicite Domino omnes Angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendam vocem ſermonum ejus.* Pſalm. 102. Cum audirent, & ſequerentur Domini vocem, dicuntur potentes virtute.

Ezech. D. Greg. *Miniſtri ſequantur directionem ſui Principis.* Pſal. 102.

QUÆSTIO XIV.

Quare D. Petrus ſanat umbrâ, quod à Chriſto Domino non legitur factum.

97. SAnat Petrus umbrâ, quod à Chriſto Domino factum non legitur, quamvis præclariſſima, ac mirabilia facinora edidiſſet: Cæcum ſanans digito Ioan. 9. num. 9. Puellam mortuam manu. Math. 9. num. 24. Voce dum filium viduæ ſuſcitat Luc. 7. num. 14. Inſufflatione dum Apoſtolis dat Sanctum Spiritum Ioan. 20. tali modo Chriſtus operatur, ut in operando ſe oſtendat filium ſui Patris. Æternus Pater operatus eſt digito in Ægypto Exod. 8. num. 19. Manu; in mundi opificio, *Opera manuum suarum, annuntiat firmamentum.* Pſalm. 18. num. 1. voce in productione lucis Geneſ. 1. num. 4. Inſufflatione in hominis animatione Geneſ. 2. num. 7. & ita Chriſtus Dominus ut Filius ſui Æterni Patris habet ſimilem illi operandi modum: at vero Divus Petrus cùm ſit Spiritus Sancti juxta illud Chriſti Domini Matth. 16. num. 17. *vocaberis Simon Barjona*, id eſt filius columbæ, ut ibi habet D. Hieronymus & ait: *ex revelatione ſortitur vocabulum, quod revelationem ex Spiritu Sancto habeat, cujus filius appellandus ſit. Siquidem Barjona in noſtra lingua ſonat filius columbæ.* Spiritus autem Sanctus præclariſſima myſteria umbrâ operatus eſt, ſic Gabriel Archangelus ad Virginem Mariam loquutus eſt: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Luc. 1. num. 35. & in Transfiguratione de Apoſtolis dicitur. *Nubes lucida obumbravit eos* Matth. 17. quæ nubes obumbrans, ut ex D. Chryſoſt. ac alias dixi ſupra quæſtione 12. erat Spiritus Sanctus. Sponſa Cantic. 2. *ſub umbra illius, quem deſideraveram ſedi.* Umbra deſiderata eſt Spiritus Sanctus, Filius Patrem refert, Petrus Filius Spiritus Sancti, proindeque ejus operandi modum per umbram participat, ut ipſa paterna virtus in filioli actione manifeſte appareat, ac reſpondeat, ut inde agnoſcatur cujus filius ſit Petrus nempe Spiritus Sancti obumbratus.

Ioan. 9. Math. 9. Ioan. 20. Exod. 8. Pſal 18. Geneſ. 1. Geneſ. 2. Math. 16 D. Hier. *Petrus ſanat umbrâ, ut Filius Spiritus Sancti.*

98. Secundo ut adimpleretur Chriſti verbum, quo dixerat Ioan. 14. num. 12. *Qui credit in me, opera,* Ioan. 14.

quæ

quæ ego facio, ipſe faciet, & majora eorum faciet ad quos Petri umbra ſe extendebat, ſanabantur, quod à Chriſto factum non legimus, ſunt tamen multi apud D. Vincentium Ferrera ſerm. in Paraſce. qui exiſtimant, *Ideo unum dumtaxat latronem, qui à dextris erat Chriſti crucifixi, fuiſſe converſum; quia ipſum ſolum tangebat umbra Chriſti crucifixi.* Non ille alter crucifixus talem gratiam accepit, ſed ille feliciſſimus latro, quem Chriſtus obumbrat, ita ex Sancto Vincentio tranſcribit Cornelius, ideo ille jam futurus paradyſi præmaturus incola, delibans ex Chriſti umbra, redemptricis gratiæ exuberantes copiosè primitias; *quia ipſum ſolum tangebat umbra Chriſti crucifixi*, ex cujus umbra multam viriditatem, ac florentem gratiarum largitatem Eccleſia hauſit, ut ſcribit D. Ambroſ. lib. 3. Hexameron. alludens ad D. Petrum. Hanc viriditatem gratiæ ſemper florentis in Chriſto, ſecuta Eccleſia dicit: *In umbra ejus concupivi, & ſedi.* Cantic. 2. *Hanc prærogativam doni virentis acceperunt, & Apoſtoli, quorum nec folium unquam potuit elabi, ut eorum etiam umbra curaret ægrotos; obumbrabat enim infirmitati corporis, fides mentis.*

D. Vinc. Ferrera. — *Ab umbra Chriſti latro convertitur.* — *D. Ambr.* — *Gratia Chriſti in Apoſtolis viridа, & florida.*

99. Tertio: Hæc gratia peculiariter conceſſa eſt Petro, ut umbra ſanaret, ut principalis, atque omnium caput Apoſtolorum, & ut erat meritis inſignis inter omnes, ſic eſſet donis, & gratiis. Primus omnium in terris, ac inter omnes, Chriſti Divinitatem per æternam generationem confitetur: *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi.* Matth. 16. num. 16. Apoſtolus Paulus ut agnoſceret Dei arcana *raptus eſt uſque ad tertium Cœlum.* Corynth. 2. cap. 12. num. 2. Joannes, ut penetraret alta Sacramenta: *In Cœna Domini recubuit ſupra pectus* Joan 13. num. 23. Thomas, ut Chriſti Divinitatem percipiat, *manum in latus ejus mittit.* Joan. 20. num. 27. Petrus vero tam ſublimi, & alto lumine eſt repletus, ut quod Paulus in tertio Cœlo, Joannes in Chriſti pectore, Thomas in ejus latere agnoverunt, ipſe in terris, & inter homines degens introſpexit, ac ſequitur, & alta voce confitetur, & publicat. *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi.* & cum recognoſcit Filium Dei vivi, ejus Divinam generationem profitetur generatio enim propria viventis actio eſt.

Math. 16. — *2. Cor. 12.* — *Ioan. 13.* — *Ioan. 20.* — *Altiſſima D. Petri cognitio.*

100. Si tanta extitit Petri ſcientia, etiam eximia fuit Petri charitas, & amor in Chriſtum: Dixit enim ipſe Dominus proximus paſſioni Joan. 13. num. 36. Petro interroganti, Domine quo vadis? *Reſpondit Ieſus: quo ego vado non potes me modo ſequi, dicit ei Petrus, quare non poſſum te modo ſequi? animam pro te ponam.* Cujus generoſam audaciam reprehendit Chriſtus, ut merito notat D. Auguſt. tract. 66. in Joan. & ait: *Inſultando quaſi dicat: Ita ne facias pro me, quod ego nondum feci pro te.* Ita eximius amor Chriſti in hoc apparuit, quod ipſe vitam pro nobis dederit, veluti, videtur, quod cum hoc amore Chriſti intendit Petri amor contendere, ut prius vellet pro Chriſto animam ponere, quam Chriſtus in ara Crucis emiſiſſet, & ideo de hoc primato reprehenditur, cum poſt mortem Chriſti ſequelam per Crucem ei denuntiatur.

Ioan. 13. — *D. Aug.* — *Petri amor velut antecedens Chriſti amorem.*

101. Ex his conſidera ad quantam elevatus ſit Petrus ſublimitatem: ait Regius Vates, Pſalm. 144. nu. 3. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non eſt finis.* In miſerendo, benefaciendo, ac largiendo, hanc tamen magnitudinem, ac magnificentiam coarctat, ac determinat, ut per manus Petri diſtribuatur, ac diſpenſetur; dixit enim ei Chriſtus: *Tibi dabo claves Regni Cœlorum, & quodcumque ligaveris, &c.* Ad quæ verba ſic eleganter ait D. Ambroſ. lib. 5. de fide: *Videte diſtantiam; ſervus aperit, Dominus largitur, iſte per ſe, ille per Chriſtum, famulus claves accipit, Dominus ordinat poteſtates, aliud jus donantis, aliud diſpenſantis obſequium eſt.* Ut Dominus concedat ex ordinatione Divina exigitur, ut ſervus aperiat.

Pſal. 144. — *Domini magnificentia per manus Petri diſpenſatur.* — *D. Ambr.*

QUÆSTIO XV.

Quare tempore Chriſti, ac Apoſtolorum, tot, & tanti homines erant poſſeſſi à Dæmone.

VAlde frequens eſt in toto libro Evangeliorum, ac in hoc Actorum mentio Energumenorum, ſeu poſſeſſorum à Dæmone, multo magis frequentior, quam in veteri teſtamento, ac quocumque alio tempore, ut conſiſtat ex hoc libro: Dicuntur autem Energumeni à voce græca, id eſt Exercitati à Dæmone invadente, & poſſidente. 102.

Cur Energumeni?

Reſpondetur primo ad quæſtionem: Tempore Chriſti, atque Apoſtolorum vigebat multum hæreſis Sadducæorum, qui conſtanter affirmabant non dari Spiritus, nec Angelos Actor. 23. num. 8. ad hunc ergo errorem eradicandum, atque extirpandum permiſit Deus tot, & tantos homines à Diabolico ſpiritu poſſideri, & vexari, & per os hominis loqui, perque manus, & pedes ejus multas extraordinarias agere actiones, ita ut duo habentes Dæmonia *habitantes in monumentis ſævi nimis, ita ut nemo poſſet tranſire per viam illam.* Matth. 8. n. 28. 103.

Extirpatur error Sadducæorum. — *Matth. 8.*

Secundo Pharizæi Chriſtum calumniantes frequenter blaſphemabant, & dicebant illum Dæmonium habere, *Quod in Beelzebub principe Dæmoniorum ejicit Dæmonia* Luc. 11. num. 15. Eorum falſus error manifeſte reprehenditur ex ſumma poteſtate Chriſti, qua Dæmonibus imperabat, & quia, ut ipſe Dominus argumentabatur: *Si Satanas in ſe ipſum diviſus eſt, quomodo ſtabit regnum ejus* citato loco num. 18. & ipſi Dæmones multa tormenta à Chriſto patiebantur, & aliquando *Exclamaverunt dicentes: quid nobis, & tibi Ieſu Fili Dei? veniſti huc ante tempus torquere nos.* Matth. 8. n. 29. 104.

Oſtenditur Chriſti imperium in Dæmones. — *Luc. 11.* — *Math. 8.*

Et ſequenti num. 30. poſtulant facultatem à Chriſto, ut ingrediantur in gregem porcorum, & inde dicuntur ſpiritus immundi, quia immundorum ſpecies ſumunt animalium, ut porcorum, aſinorum, hircorum, atque ſimilium, & quia etiam ad immunda excitant, atque provocant, ut ad venerem, gulam, hebrietatem, rapinam, & latrocinia, ac ſimilia. Quod autem peccator ſit tamquam jumentum, ac pecus, multa dixi in omnibus meis libris in Sybillario verbo Peccator. 105.

Cur Immundi Spiritus.

Hanc poteſtatem ejiciendi Dæmonia, dedit Deus Eccleſiæ ſuæ: *In nomine meo Dæmonia ejicient.* Marc. 16. num. 17. & hæc eſt una eminens ex multis poteſtas Eccleſiæ, ut patet ex continua, & longa experientia, ut objicit Gentilibus D. Iuſtinianus dialogo contra Tryph. per exorciſma ab ipſa Eccleſia inſtituta. E contra vero cum Lutherus vellet ejicere Dæmonem à quodam homine, Diabolus inſiluit in eum, & uſque ad extremas anguſtias redactus eſt, ut teſtantur Bredembachius lib. 7. collat. cap. 40. & cap. 42. & 43. ubi habes plura exempla. 106.

Marc 16. — *Eadem poteſtas in Eccleſia.* — *Bredem.*

QUÆSTIO XVI.

Quare Deus permittit ut Diabolus ingrediatur in humanum corpus.

PRima ratio hujus rei eſt, ut notat D. Chryſoſtomus, ſuprema Dei providentia, cujus inveſtigabiles ſunt viæ ejus: & etiam aliquando hoc Deus permittit 107.

D. Chryſoſt.

Homo per peccatum fit Diaboli domicilium. D. Greg. Caſſian. Lorin.

permittis ob propria peccata, vel parentum, ſeu filiorum, præcipue ob lethalem, & gravem culpam, & etiam aliquando ob levem, & venialem, quorum exempla referunt D. Gregorius lib. 1. Dialog 4. Caſſian. collat. 7. cap. 27. Cæſarius lib. 5. miraculor. cap. 11. 12. 26. quæ latè invenies apud Lorin. in præſenti.

108. 1. Reg. 19. D. Baſil. *Homo per peccatū vocat ad ſe diabolū.*

Lib. 1. Reg. cap. 19. num. 9. dicitur: *Factus eſt Spiritus Dei malus in Saule:* Ipſe repletus odio invidiâ, homicidio ad ſe deſertiſſimum traxit diabolicum ſpiritum. D. Baſilius, Seleucus orat. 16. & ait: *Cum in talibus eſſet Saul, & cædem Davidis molitetur Dæmoni repentinum fit ipſe domicilium, merum perverſitate Dæmonem ad opus vocante. Anima enim, quæ virtute exuta improbitatem induerit, eum vocat ad habitationem quæ malis affectibus gaudeat.*

109. Luc. 15. *Peccator Diaboli civitas.*

Ille prodigus filius poſtquam diſceſſit à Patre, & abijt in regionem longinquam, & vivendo luxurioſè totam ſuam ſubſtantiam diſſipavit, in miſerabilem ſortem deveniens, ut ſibi provideret: *adhæſit uni civium regionis illius* Luc. 15. num. 15. Maximè inquirendum eſt quiſnam eſſet ille civis regionis longinquæ, in qua tot vitia ebibit vivendo luxurioſè? Pro certo habe Diabolum fuiſſe, qui in turpitudine morum ſuam ſedem, ac inhabitationem conſtituit. Aſterius in Catena Græca D. Luc. ait: *Ipſius Regionis à Deo remota, atque ſeparata incola eſt Diabolus. Etenim peccatorum civitas civem habet, & gubernatorem Diabolum.*

Aſterius in Catena Græca D. Lucæ.

110. Luc. 8. Boſtren.

Obtenta facultate à Chriſto Domino: *Exierunt Dæmonia ab homine, & intraverunt in porcos.* Luc. 8. num. 33. Cur D. Jeſus Dæmonum poſtulationi annuit, illique conceſſit introire in porcos? quia petierunt ingreſſum in porcos, & non in alia animalia? quia in porcorum moribus deditos ſuum domicilium conſtituit. Titus Boſtren. in Catena Græca, & ait: *Eis Dominus conceſſit, ut oſtenderet porcos, vel porcina indole homines, & ad terram converſos, atque in peccatorum paſſionibus volutantes, dæmonum amicos eſſe; quiſquis igitur porcus eſt moribus Dæmonum fit hoſpitium.*

Actor. 5. num. 17. Exurgens autem Princeps Sacerdotum, & omnes, qui cum illo erant, (quæ eſt hæreſis Sadducæorum) repleti ſunt zelo.

Num. 18 Et injecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia.

Num. 19. Angelus autem Domini per noctem aperiens januas carceris, & educens eos, dixit:

Num. 20. Ite, & ſtantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ hujus.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VI.

111. Verſ. 17. Exurgens autem Princeps Sacerdotum. Caput nempe, ac primus Sacerdotum exurgens præ ira, & furore impatiens: *quæ eſt hæreſis Sadducæorum.* Syrus *Preinde replebatur invidia ſummus Sacerdos.* Arabicus *Inſecta, & factione Sadducæorum.* Sadducæi crudeliter Apoſtolos perſequebantur, eo quod, ut ſæpe dictum eſt, prædicabant Chriſti Reſurrectionem, quam ipſi Sadducæi pertinaciter negabant. Sadducæi, ut auctor eſt Lyranus, dicebantur à verbo Hebræo *Sadoch* quod ſignificat juſtitiam, quia ipſi Sadducæi in judiciis, ac punitionibus erant acerrimi, ac crudeliſſimi, ut patet ex hiſtoria. Innuit Textus Pontificem, ſicut, & cæteri de concilio fuiſſe Sadducæos. *Repleti ſunt zelo;* alia lectio *invidia* de quo quæſtione ſequenti.

Syrus. Arabic. Lyran. *Sadducæi negabant Reſurrectionem.*

112. Syrus. Æthiop. D. Chryſoſt.

Verſ. 18. *Et injecerunt manus in Apoſtolos.* Syrus *Prehenſos obvinxerunt in carcere.* Æthyopic. *In domo vinculi.* Arabic. *Clauſerunt eos.* Rectè D. Chryſoſtomus. *Nihil impudentius, neque audacius malitia, quæ contra Sacros Apoſtolos, qui tantis virtutibus, ſignis, ac miraculis fulgebant, ſe audet opponere. In publica cuſtodia.* Græcus *Populari, & plebea.* In qua, ut notat Lyranus, tenebantur malefactores, ut homicidæ, & latrones, ut pro majori ignominia tales reputarentur, & ut advertit Hugo: *Nobiliores ponebantur in carcere ſecrete, atque videlicet honoratiore, & commodiore.* Et non ſtatim adducuntur in judicium, ſed ad carcerem an forte zelus Apoſtolorum ſqualore carceris miteſceret, ut notat Oecumenius, & ait: *Verſute anſâ timoris carceris facti pœnitentiam ab illis quærebant.*

Græcus. Lyra. Hugo. Oecum.

113. Interlin. D. Chryſoſt.

Verſ. 19. *Angelus autem Domini per noctem.* Dicitur Domini ait Gloſſa Interlineal. ad differentiam mali. *Per noctem.* D. Chryſoſt. ait: *Non permiſit Deus hoc miraculum videri, ſicut neque Chriſtus converſionem aquæ in vinum, neque ſuam Reſurrectionem* forte ob majorem venerationem miraculorum, & quia nec omnes ſunt digni videndi illa, & maximè in præſenti Angelum Domini. Panellon. apud Surium 29. Septembr. exiſtimat fuiſſe Sanctum Michaelem, Arator ait veniſſe Angelum multa cum luce coruſcantem.

Michael. Panel. Aratot.

114. Syrus. Græcus. Gloſſa. Cartha.

Aperiens januas carceris. Syrus: *Reſeravit fores carceris.* Græcus *Aperuit januam vinctorum.* Quædam Gloſſa; Rupert, Dionyſius, Ganæus, & alij tenent, januas carceris non fuiſſe realiter apertas, ſed per phantaſiam ita viſum fuiſſe, & Angelos eos eduxiſſe per portas penetrativè, ut Chriſtus egreſſus eſt de ſepulchro clauſo penetrans lapidem: Tamen contraria ſententia tenenda eſt cum Lyrano; nam re vera Angelus aperuit carcerem ut tenent Syriacus, & Græcus; Angelus enim non poteſt, quod unum corpus penetret aliud, ac proinde ut Angelus aperiens januas carceris eos eduxit, & iterum clauſit, ut Apoſtolorum egreſſus mirabilis, ac miraculoſus videretur.

Lyran. Græcus.

115. Sapient. 5. D. Hier. *Juſtitia dat fortitudinē, peccatū frangit.*

Verſ. 20. *Ite, & ſtantes:* ſtare proprium eſt juſtorum Sapient. 5. num 8. *ſtabunt juſti in magna conſtantia.* Et notat D. Hieronym. in cap. 2. Ezechiel. & in Jerem. cap. 14. & in Iſai. cap. 47. In ſcriptura dicitur juſtum ſtare; nullus autem peccator in ea dicitur communiter ſtare: ſtare dicit fortitudinem, ac generoſitatem, quam juſtitia confert, peccatum vero enervat, & frangit *In templo*, portico nempe Salomonis, ut ſupradictum eſt verſ. 12. in quo frequenter Chriſtus prædicabat. Boni diſcipuli ſui magiſtri ſecuntur veſtigia, & in quo ipſi cœperunt prædicare: Juſtus à ſua ſalutari via, quam cœpit, non retrocedit, ſed perſiſtit. *Plebi*, id eſt omnibus; *Fecit Redemptionem plebis ſuæ.* Luc. 1. nu. 68. & 79. *Omnia verba vitæ hujus*, Syriacus *omnes ſermones vitæ hujus*, Chriſtianæ, quæ ad æternam ducit.

Luc. 1. Syriac.

QVÆSTIO XVII.

Quare Principes Sacerdotum replentur zelo, non contra latrones, ac homicidas, ſed contra ſanctiſſimos Apoſtolos.

116. *Difficultas quæſtionis.*

Ait Textus cum ſanctiſſimi Apoſtoli fulgerent omni virtutum genere, magniſque miraculis, ita ut ex omnibus vicinis civitatibus ad eos adducerentur infirmi, qui curabantur, quod videns, *Princeps Sacerdotum, & omnes, qui cum illo erant Sadducæi*

ducæi repleti ſunt zelo, Syriacus *Repleti ſunt invidia*. Arabicus *Pleni invidia*, D. Chryſoſt. *Pleni æmulatione.*

117. *Venenum invidiæ ſub pallio zeli.* Iſti iniqui, peſſimique homines venenum ſuæ invidiæ, ac odij, pallio tegumento zeli operire, ac palliare intendebant; ſi enim ipſi verum habuiſſent zelum, inſurgerent in homicidas, latrones, ac divinæ legis prophanatores, ut fecit Mathathias, qui Judæum publicè idolis Sacrificantem: *Inſiliens trucidavit eum ſuper Aram, & zelatus eſt legem.* 1. Machab. 2. num. 24. at vero peſſimi iſti zelatores in Sacros Apoſtolos virtutum, ac miraculorum operatores inſaniebant. De his præclare ait D. Chryſolog. ſerm. 32. *Ad infamiam judicis, & nequitiam cognitoris, quæritur de cura crimen, de pietate accuſatio, reatus de virtute, de ſalute ſupplicium: ſed mirum non eſt: ſemper offendunt bona malos, pia impios, ſancta prophanos, aut quando non laſcivus diſciplinam, virtutem vitioſus, innocentiam crimînoſus accuſat.*

1. Mach. 2. D. Chryſol.

118. Rex Darius recognoſcens virtutem, & ſapientiam Danielis, conſtituit eum ſuper omnes Sattrapas, quod illi ægre ferentes, ut Danielem caperent, malitioſe pro authoritate Regis fecerunt, ut ab eo conſtitueretur decretum, quod per triginta dies nullus auderet aliquid à quocumque Deo, & homine, niſi ab ipſo Rege petere, quod audiens Daniel januia apertis verſus Jeruſalem tribus vicibus orabat, quod cum Sattrapæ obſervaſſent, de contempto decreto accuſarunt Danielem apud Regem, qui pro Daniele *poſuit cor ſuum, ut eum liberaret*, quod cum intellexiſſent viri illi, dicunt Regi: *Scito Rex, quia rex Medorum atque Perſarum eſt, ut omne decretum, quod conſtitueris Rex non liceat immutari.* Daniel. 6. num. 5. Iſti videntur pro lege pugnare non amore, & affectu legis, ſed invidiæ ſtimulo: Unde à Lyra dicuntur iſti: *Invidi ſpeculatores.* Conſidera populorum Magiſtratum, Civitatum gubernatores, rectores hominum, quas agitant cauſas, atque inquirunt, eaſque ad examen vocant, non mercatorum fraudes, non piratarum latrocinia, non fœminarum laſciviam, ſed tantum ſanctam Danielis innocentiam, hanc accuſant, & in crimen vertunt, & legem pro Regis decore aſſumunt, ut juſtum, & ſanctum invidiæ gladio valeant perimere, ac perdere.

Pro lege pugnat fomentū invidia. Daniel. 6

119. *Invidia nullo ſigno, ac miraculo quieſcit.* Ecce quam crudelis, & tenax eſt malorum invidia, & nullo virtutum genere, nulla ſignorum, ac miraculorum multitudine miteſcit, ac frangitur. Cum Chriſtus Dominus jejunaſſet quadraginta diebus, & noctibus, cum eſuriret accedens tentator ait illi: *Si Filius Dei es, dic, ut lapides iſti panes fiant.* Matth. 4. num. 3. Exiguam rem expoſcit inimicus, ut Chriſtus manifeſtetur: Quare ergo in tam parva petitione repellitur; quando Divinitatis declaratio in multis poterat eſſe valde proficua univerſo Orbi? Elegantet D. Cyprian. ſerm. de jejun. ac tentat. & ait: *Nec opus erat, ut hoc facto inſidiatori innoteſceret, quia nullo ſigno ejus poterat invidia commutari.*

Matth. 4. D. Cypr.

120. Magna, & præclariſſima miracula facta ſunt in Reſurrectione Chriſti Matth. 28. num. 11. *Ecce quidam de cuſtodibus venerunt in civitatem, & nunciaverunt principibus Sacerdotum omnia, quæ facta fuerant, & congregati cum ſenioribus, Concilio accepto, pecuniam copioſam dederunt militibus, dicentes: Dicite: quia Diſcipuli ejus nocte venerunt, & furati ſunt eum.* Pecuniam præbent ad obſcuranda, & obtenebranda radiantia Reſurrectionis Signa: Ecce terra tremuit, Sol obſcuratur, lapides franguntur, monumenta aperiuntur, milites teſtificantur, centurio clamat: *Vere Filius Dei erat iſte*, & ſolùm Judæorum immobilis perſiſtit invidia? D. Zeno lib. 2. ſerm. 6. ait: *Quia neſcit æternitas mori, aut Dominus poſt ſepulchrum, & ad Iudæos remanſit, ſola damnata voluntatis invidia: quia Dominum nec agnoſcere voluerunt.* Mors à Chriſto fugit, opprobria in gloriam converſa, vulnerum ſigna pro noſtra ſalute clamant, ſepulchrum non valuit Chriſtum retinere, ſola apud Judæos tenaciſſime eſt retenta invidia, & apud Judæos remanſit ſola damnatæ voluntatis invidia.

Math. 28 *Tenaciſſima invidia nullo frangitur ſigno.* D. Zeno.

QUÆSTIO XVIII.

Quare Diabolus non valet liberare ſuos Veneficos à carcere, ut modo Angelus liberavit Apoſtolos?

Angelus in præſenti liberavit Apoſtolos à carcere, ſicut in aliis locis, cur etiam Diabolus ſuos magos, ac veneficos à carcere non valet educere, ac ab omni pœna eximere, cum ſæpe hoc Diabolus eis promittat, ut pollicitus fuit cuidam inſigni venefico Ludovico de Lapenha, de quo facit mentionem Emmanuel de Valle de Incantationibus opuſcul. 1. ſect. 2. cap. 1. num. 3. Qui poſt ibi narrata iterum à Tribunali Sanctæ Inquiſitionis comprehenſus eſt & in carcere Diabolus ei apparuit promittens ſe eum à carcere, atque ab omni pœna exempturum, quod minime præſtitit; ipſe enim in publico theatro fidei, ut relapſus ad ignem damnatus, & combuſtus eſt Eboræ. Quæſtio ergo eſt, cur ergo Dæmon ſua arte, & induſtria eos non poteſt liberare? 121.

Reſpondeo primo: Non permittit Deus, ut Diabolus habeat eam præeminentiam, ac benevolentiam erga ſuos maleficos, ac veneficos, quam ipſe Deus Omnipotens habet cum ſuis juſtis, ac ſanctis, dum ad ſui gloriam eos eripit à carceribus, ac ab expectatione ſuorum inimicorum, ut fecit cum D. Petro Actor. 122. *Deus in ſuos juſtos habet ſingularem favorē.*

Secundo ob authoritatem, & decorem miniſtrorum Eccleſiæ, nam videretur Diabolus de eis eludere, ſi malefactores, ac iniquos eriperet de ejus manibus, cum ipſi miniſtri Eccleſiæ habeant poteſtatem ſuper Dæmones ad eos ejiciendos Marc. 3. num. 14. Deinde cum ipſis à Deo data ſit poteſtas, ut quæcumque ligaverint in terra, ligata ſint in Cœlo Matth. 16. ac proinde à nullo, nec homine, nec Dæmone poſſent ſolui, niſi tantum ab omnipotenti Deo. 123. *Authoritas miniſtrorū Eccleſiæ ſuper diabolū.* Marc. 3. Math. 16

Tertio: Ut manifeſte appareat, quam falſus, ac mendax ſit Diabolus in ſuis promiſſionibus, quibus ſolum intendit homines decipere, ut hac experientia manifeſta omnes diſcant ei non credere, nec ejus dictis acquieſcere, cum ejus promiſſiones ſint vanæ, nec liberant à carcere, nec à pœna. Hinc ait Iob. 41. num. 23. quod Satanas ingerit homines in mentem: *Æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem.* Hæc eſt ſerpentina Leviothani, ut omnem immenſitatem, ac amaritudinem laborum perſuadat homini breviter ſeneſcere, ac hebetari. D. Gregor. lib. 34. Moral. ſic ait: *Abyſſum namque ſeneſcere æſtimat, qui terminari quandoquidem in ſupplicijs ſupernam animadverſionem putat.* 124. *Diabolus ſuos decipit.* Iob. 41. D. Greg.

Quarto Deus judex juſtus non permittit, ut à Diabolo eripiantur, quia vult, ut ipſi iniqui puniantur, & debitas pœnas perſolvant pro ſuis iniquitatibus D. Bernard. ſerm. 11. in Pſalm. Qui habitat, ait: *Ubi malum flagellum quoque appropinquat, neceſſum eſt, ſemper enim malum pœna concomitatur.* 125. *Peccatū ſecū adducit pœnam.* D. Bern.

Ait Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis Matth. 16. num. 6. 126.

(Math. 16) num. 6. *Intuemini, & cavete à fermento Pharizæorum.* (Pœna concomitatur peccatū.) Per fermentum communis vox Interpretum intelligit malitiam, & quæ combinatin inter unum, & alterum inter malitiam, & fermentum? Pulchre (Tertull.) Tertullianus lib. 4. in Marcum ait: *Quia poſt fermentationem clibanus, vel furnus gehenna ſequatur.* Ubi eſt fermentatin in maſſa, conſequens eſt ignis furnum, ſic peccatum ſtatim certiſſimum ſupplicium ſecum impottat.

127. (Ierem. 17) Ait Deus Ieremiæ 17. n. 1. *Peccatum Iudæ ſcriptum eſt ſtylo ferreo, ungue adamantineo, & exaratū ſuper latitudinem cordis.* Hanc ſcripturam mandat Deus exatari, tam duro, & forti inſtrumento, ut nunquam deleatur, ſed ſemper exiſtens perſeveret, & hoc non in marmnre, nec plumbi lamina, ſed in pectore peccatoris cœteris omnibus durinre, & cur in corde, quia ibi extitit officina, nbi malitia peccati nata, ſimul cum ea peccati pœna concremata eſt, catenatim ſe habent peccatum, & ſupplicium, ad quod tendit to- (D. Ambr.) ta hæc ſcriptura. D. Ambtnſ. lib. 5. epiſt. 32. & ait: *Scripta eſt, Iuda, culpa tua graphio ferreo, & ungue adamantino ſcripta in pectore tuo, hoc eſt ſcripta unde proceſſit.*

Actor. 5. *n.* 21. Qui cum audiſſent intraverunt diluculo in templum & docebant. Adveniens autem Princeps Sacerdotum & qui cum eo erant, convocaverunt Concilium, & omnes ſeniores filiorum Iſrael: & miſeruntt ad carcerem, ut adducerentur,

Num. 22. Cum autem veniſſent miniſtri, & aperto carcere non inveniſſent illos, reverſi nunciaverunt.

Num. 23. Dicentes: carcerem invenimus clauſum cum omni diligentia, cuſtodias ſtantes ante januas, aperientes autem neminem intus invenimus.

Num. 24 Ut autem audierunt hos ſermones magiſtratus templi, & principes Sacerdotum, ambigebant de illis, quidnam fieret?

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VII.

Verſ. 35. QVi *eum audiſſent.* Verba, ſcilicet Angeli, & fervidâ nbedientiâ, abſque en, quod per aliqua civitatis loca ambularent. (Græcus. Syrus.) *Intraverunt diluculo*, Græcus: *ſub primum diluculi punctum.* Syrus *Tempore auroræ, vel tempore pulchritudinis:* (Aurora pulcherrima.) valde enim pulcherrima eſt Aurora è vicinn jam ſole radiante, avium cantu, eleganti camporum aſpectu, ſuavique flornm odnte. *In templum;* primo ad orandum, in omnibus actinnibus noſtris præcedat oratio; deinde facto convenienti hominum concurſu ad prædicandum, ac docendum populum juxta Angeli mandatum.

128. (Syrus.) *Adveniens autem Princeps Sacerdotum,* primus, & principalis *Convocaverunt Concilium,* Syrus *ſuos ſocios, & collegas,* nẽpe inferiores Pontifices, & ſeniores filiorum Iſrael, à ſenintibus ductum eſt Senatū, à ſenibus maturum eſt Concilium larga experientia; *miſerunt ad carcerem,* (Syrus.) Syrus *In domum vinctorum.*

129. (Græcus. Syrus.) Verſ. 22. *Cum autem aperto carcere,* Græcus: *cum carcerem aperuiſſent,* Syrus *aperuiſſent domum vinctorum.*

130. (Syrus. Arabic. D. Chryſoſt. Lyran.) Verſ. 23. *Dicentes carcerem invenimus clauſum,* Syrus *Clauſum cautè* Arabicus *Obſeratum cum omni ſecuritate,* D. Chryſoſt. *Cum omni integritate,* & addunt *cuſtodias ſtantes ante januas,* id eſt, ait Lyranus *diligenter cuſtodientes,* tamquam ſi dicat, nõ exierunt per deffectum clauſuræ, vel cuſtodiæ, & dicunt *neminem intus invenimus:* ergo virture diuina exierunt, quod miraculum ipſi miniſtri etiam inviti tenentur fateri, ex quo eos pungit Beda in præſenti, & ait: (Beda.) *Quid profane Iudæe cæca ſtimularis inſania, furantibus dicens Apoſtolis Dominum fuiſſe de monumento ſublatum; Dic ergo eoſdem Apoſtolos de carcere tuo clauſo, cujus furto credis ablatos.*

Verſ. 24. *Ut autem audierunt.* Arabicus: *Auditis his ſermonibus, Sacerdos, & Præfectus Templi admirati ſunt, demirati ſunt, quidnam hoc futurum eſſet,* D. Chryſoſt. *Princeps Sacerdotum, & Dux militia Templi.* Syriacus: *Obſtupeſcebant ſuper his,* Lucifer: *Hæſitabant de illis, quid illud eſſet.* Æthyop. *Procuratores templi neſciebant, quid facerent.* Tigutina *Quidnam hoc ſibi vellet.* Vatablus *Quomodo hoc factum eſſet.* Pagninus *quidnam hoc futurum eſſet?* & omnes juxta ſuam depravatam malitiam in ſyniſtram partem rem interpretabantur: An cuſtodes carceris fuerint pecuniâ corrupti ad eum apetiendum, an aliqus vi occulta, vel arte magica fuiſſet factum, ut Apollonius Thyenæus incatceratus Rnmæ à Domiciano ſubitm eodem tempore Putenlis, ut teſtatur ejus diſcipulus Philnſtratus lib. 8. de ejus vita, multi de hoc dubitant, & dicunt factum amore Magiſtri, quod de Apoſtolis nnn poterat excogitari, cum ipſi eſſent altâ voce in templn prædicantes. 131. (Arabic. D. Chryſoſt. Lucifer. Æthiop. Tiguſin. Pagnin. Philoſtr.)

QUÆSTIO XIX.

Quare Sacri Apoſtoli valde diluculo tendant in Templum?

AIt Textus: *Intraverunt diluculo in templum,* Græcus habet *ſub primum diluculi punctum,* hoc eſt valde mane, matutinum tempus valde npportunum eſt ad orationem, & ideo ad eam Deo exhibendam Apoſtoli tali tempore ibant in templum, quod conſueverunt Patres antiqui Iob. 1. num. 5. *Conſurgens diluculo offerebat holocauſta.* Pſalm. 62. num. 2. *Deus meus ad te de luce vigilo.* Proverb. 11. num. 27. *Bene conſurgit diluculo qui quærit bona* & Prnverb. 8. n. 17. *Mane vigilaro.* Jerem. 25. n. 3. *De nocte conſurge* Iſai. 26. n. 9. *Mane vigilabo ad te.* Amos 4. n. 4. *Offerte mane victimas veſtras,* & ſic multis aliis io locis. 132. (Græcus. Oratio matutina frequens. Iob 1. Pſal. 62. Prov. 11. Prov. 8. Ierem. 25 Amos 4)

Imo Gentiles, ut ſcribit Platn lib 10. de legibus, tam Græci, quam Barbari adnrabant ſolem, ſive Orientem, ſive occidentem tamquam Deum unde Summus Pontifex Clemens lib. 2. cnnſtitut. cap. 24. rigide teprehendit Chriſtiannos tardius ad Eccleſias adeuntes, cum Gentiles, & Judæi diluculo ſuas Synagogas frequentarent. Unde Sacri Apoſtoli in ſancta, & vera doctrina illuminati ab Spiritu Sancto intraverunt diluculo in templum ad nrandum, ex quibus Sacræ Religinnes didiſcerunt media nocte Deum laudare decantantes matutinum, juxta illud David: *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi:* Pſalm. 118 n. 62. & illud *Media nocte Paulus, & Silas orantes laudabant Deum* Act. 16. n. 25. 133. (Plato. Clemens Papa. Gentiles etiam. Pſal. 118. Act. 16.)

Matutinum tempus valde npportnnum, ac commodum eſt ad oratinnem, in eoque offert homo Deo primitias ſui cordis, ac cogitationnm, omniumque ſuarum actinnum, ex quo matutinum tempus maxime eligebat David dicens: *Prævenerunt oculi mei ad te diluculo* Pſal. 118. n. 148. Tota ejus cogitatio, ac meditatin maxime ſe anticipabat, ut valde mane Dei mirabilia contemplaretur, ejus multa beneficia ſibi impenſa, prn eiſque multas perſolvebat gratias, cujus rei rationem præbet D. Ambroſ. in dictum Pſalm. arguens tepidos, & tarde exurgentes ſerm. 19. & ait: *Grave eſt, ſi te otioſum in ſtratis radius Solis Orientis inverecundo pudore conveniat: & lux clara ferias oculos* 134. (Cur matutinum tempus. D. Ambr. Pſal. 118.)

los ſomnolento adhuc corpore depreſſos. An neſcis ô homo, quod primitias tui cordis, ac vocis quotidie Deo debeas. Ex quo bene ſequitur, quod prima luce ſurgendum ad Dei laudes.

135. Unde Iſaïas 5. nu. 11. maxime ingemiſcit: Væ, ait; *qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam.* *Ebrietas deteſtanda.* Ebrietas omni tempore deteſtanda, cur potius Propheta illam reprehendit, quæ matutino tempore contrahitur, quam quocumque alio? Sane ex eo, quia illud tempus maximè orationi eſt dicatum, & ab illa defraudatur, ut gulæ, ac intemperantiæ impendatur. D. Ambr. D. Ambroſ. lib. de Elia, ac jejunio cap. 15. ſic ait: *Non immerito va illis, qui mane ebrietatis potum requirunt, quos conveniebat Deo laudes referre, prævenire lucem, & vacare orationi.*

136. Etſi oratio maximè ſemper ſit Deo grata, potiſſime tamen matutino tempore: David totus erat ſemper deditus in oratione, ac meditatione Dei, Pſal.118. ſic de ſe ait: Pſalm. 118. num. 97. *Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea eſt:* Tamen ſolum de oratione ſua matutino facta ait: Pſalm.5. Pſalm.5. n.4. *Mane aſtabo tibi, & videbo,* ac ſi tunc *Oratio matutina Deo grata.* oratio maxime eſſet Deo grata, iodeque ex ea tali tempore, quam quocumque alio, ut ad tantum donum, ac Dei viſionem, & cognitionem elevaretur: Incognit. Ad huc tendit Noſter Incogoitus dicens: *Mane aſtabo tibi, aſtare enim Deo notat mentis directionem ad Deum,* Videbo quoniam tu es, id eſt, *Sciam, quoniam tu es, qui ſtabilis manens das cuncta moveri* in ſuis actionibus, & operationibus.

137. Matutinum igitur tempus valde aptum, & proportionatum eſt ad Dei magnalia percipienda: Moy- Exod.16. ſes ait populo Exod. 16. nu. 6. *Veſpere ſcietis quod Dominus eduxerit vos de Ægypto, & mane videbitis gloriam Domini,* cur non etiam veſpere, ſed mane; quia tunc anima purior, & defecatior eſt ad Dei dona accipienda, & recognoſcendam ſummam Dei largitatem, & benignitatem.

Actor.5. num 25. Audiens autem quidam nuntiavit eis; quia ecce viri, quos poſuiſtis in carcerem ſunt in templo ſtantes, & docentes populum.

Num 26. Tunc abiit Magiſtratus cum miniſtris, & adduxit illos ſine vi; timebant enim populum ne lapidarentur.

*Num.*27. Et cum adduxiſſent illos ſtatuerunt in Concilio, & interrogavit eos Princeps Sacerdotum.

Num. 28. Dicens Præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine iſto, & ecce repletis Jeruſalem doctrina veſtra, & vultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VIII.

138. Verſ.25. *Audiens autem quidam* verba Sacerdotum inquirentium de Apoſtolis. *Sunt in templo,* loco valde publico, *ſtantes, & docentes populum.* In quo oſtenditur ſumma Apoſtolorum conſtantia, generoſitas, ac confidentia; non enim in abſcondito, nec obiter, ſed firmiter, & conſtanter in publico docent, de quo iſte annuntians admirabatur.

139. Syrus. Arabic. Æthiop. D.Chryſoſt. Verſ.26. *Tunc abiit Magiſtratus cum miniſtris,* Syrus *Tunc abierunt præfecti* Arabicus *Abiens præfectus.* Æthyop. *Tunc ivit procurator templi,* D.Chryſoſ. *Dux militiæ.* Magiſtratus nomen eſt officij, Dux nempe militum cum ipſis ad cuſtodiam templi, ac ad ea, quæ ad ipſum templum pertinebant, ut dixi ſupra c.4.q.1. n. 8. His cum ſuis miniſtris abiit. *Adduxit illos ſine vi.* Arabicus. *Non violenter.* Æthyop *Magnates ſe gerentes erga eos.* Hoc leniter, ac honorificentiâ eos adduxit, ut fieri ſolet cum magnatibus, & rationem ſubdit Textus: *Ne lapidarentur.* Arabic. Æthiop.

Promptè venerunt Sacri Apoſtoli, cum facile ſe potuiſſent ſua divina virtute, ac populi auxilio tueri, noluerunt tamen, ut nobis magnum præberent documentum Evangelicæ patientiæ, humilitatis, conſtantiæ, ac obedientiæ erga magiſtratus, affectuque procurandæ pacis, & evitandi ſeditiones, quod maxime eis fuit commendatum à ſuo Divino Magiſtro Ioan. 14. n. 27. & cap. 2n. n.21. & 26. Deinde quia eorum ſancta, & pura conſcientia magnum illis erat præſidium, ut nihil timerent. Deinde addunt Lyranus, & Hugo. *Fuit prompta voluntas veniendi, ſecuritas de aſſiſtentia Dei,* ut eis promiſſum fuit à Chriſto Domino Matth.10. num.17. 140. *Pacis ſtudium.* Ioan.14. Lyran. Hugo. Math 10

Ne lapidarentur, Syriacus: *Ne lapidibus obrueret eos populus,* miniſtri tam honorifice ſe habebant erga eos, non timore Dei, ſed populi, ſic Herodes venerabatur Ioannem propter populum, *qui eum tamquam Prophetam habebat.* Matthæi 14.oum. 5. & hac de cauſa Iudæi ſæpe revocati à cæde Chriſti. Matthæi 21. numer. 46. Marc. 11. numer. 18. Luc. 19. numero quatto. Bene poterant iſti homines advertere quod Deus, qui tanta mirabilia operatus fuerat per manus Apoſtolorum, eos etiam poterat eripere tamquam volucres, ut notat D. Chryſoſtomus, ſed mirabilis conditio humana potius homines, quam Deum pertimeſcit. 141. Syriac. Math.14 Marc.11. Luc.19. D. Chryſoſt.

Verſ. 27. *Et cum adduxiſſent illos, ſtatuerunt in Concilio.* Syriacus *coram tota Synagoga.* Tunc fuit adimpletum vaticinium dictum à Chriſto D. Matth. 10.n.17. *Tradent vos in Conciliis, & in Synagogis ſuis flagellabunt vos*: Apud Jodæos criminoſi ducebantur ad Synagogam, hoc eſt ad concionem totius populi, ubi qui erant flagellis digni flagellabantur, vel juxta crimen lenioribus pœnis plectebantur, Cõcilium autẽ Synedriũ ad graviores cauſas pertinebat. 142. Syriac Math.10

Verſ. 28. *Dicens præcipiendo præcepimus vobis.* Arabicus *præcepimus mandato præciſo,* Syriacus & Arias per interrogationem: *Nonne præcipiendo præcepimus* ad majorem efficaciam, & energiam eos arguendi. *Repletis Ieruſalem doctrina veſtra,* eos accuſat tamquam commorores, ac ſeductores, qui novâ doctrinâ volunt populum decipere, ac commovere. 143. Arabic. Syriac. Arias.

Vultis inducere ſuper nos ſanguinem, id eſt vultis nos reos facere homicidij Chriſti, ejoſque quaſi injuſte occiſi pœnas à nobis depoſcere, tum apud Deum, & plebem, tum etiam apud Romanos rerum dominos potentes ſcelerum vindices, ſed oblitus es ô Caipha, ait Beda, *de his, quod ipſe ſibi, & ſuis imprecatus fuerat, dicens, ſanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* 144. Beda. Luc.23.

Hominis iſtius Bis Chriſtum Jeſum intelligit tam modo hic, quam ſupra in hoc verſu: Ne doceretis in nomine iſto, oomen ſanctum Jeſu intelligens, quem expreſſe non exprimit: Primo, ut ait Gloſſa Propter claritatem nominis os impurum tantum nomen capere non poterat Secundo ex invidia Sacroſanctum nomen intendebant abolere, ac ex hominum memoria avellere, tum etiã propter odium; quos enim odio habemus, nec videre, nec audire, nec nominare volumus. 145. Gloſſa. *Os impurum ſanctum nomen Ieſu non capit.*

Actor.5. num. 29. Reſpondens autem Petrus, & Apoſtoli dixerunt: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.

N. 30. Deus Patrum noſtrorũ ſuſcitavit Ieſum, quem vos interemiſtis ſuſpendentes in ligno.

Num. 31. Hunc Principem, & Salvatorem Deus exaltavit dextera ſua ad dandam pœnitentiam

nitentiam Iſraeli, & remiſſionem peccatorum.

Num. 32. Et nos ſumus teſtes horum verborum, & Spiritus Sanctus quem dedit Deus omnibus obedientibus ſibi.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IX.

146. Lyranus. Gloſſa. Interlin. Carthuſ. Hiſtoria Eccleſia. Verſ. 29. R*Eſpondens Petrus, & Apoſtoli.* Lyranus exiſtimat ſolum Petrum locutum, ne fieret vocum confuſio. Aptius tamen Gloſſa Interlinealis Carthuſian. Hiſtoria Eccleſiaſtica cap. 17. tenent Petro inchoante, cæteri Apoſtoli proſecuti magno zelo, & fervore concepta ejus dicta approbantes, ac confirmantes, multa tamen cum modeſtia, ac reverentia.

147. Æthiop. *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Æthyopicus: *Oportet nos placere Deo potius, quam ut placeamus homine*: Non negant eos habere poteſtatem præcipiendi, ac leges condendi, quod hodie de Præfectis Eccleſiæ negant hæretici, ſed negant eis obediendum, cum aliquid præcipiunt legibus Dei repugnantibus; omnis enim humana poteſtas ſubor-
D. Bern. dinata eſt Divinæ, ut ait D. Bernard. lib. de præcepto, & diſpenſ. cap. 12. *Sive Deus, ſive homo Vicarius Dei, mandatum quodcumque tradiderit, pari profecto obſequendum eſt cura, pari reverentia deferendum, ubi tamen Deo contraria non præcipit homo.*

148. D. Chryſoſt. Verſ. 30. *Deus Patrum noſtrorum* D. Chryſoſt. ait: *Magna cum ſapientia oſtendunt, quod illi cum Deo pugnant*, ac proinde illis non ſit obediendum, & ad conciliandam benevolentiam, eundem Deum, ac Pa-
Lyran. trem dicunt *Patrum noſtrorum.* Lyranus: *Quem coluerunt Patres noſtri. Quem vos interemiſtis ſuſpendentes*
Arabic. Æthyop. Actor. 2. Actor. 3. *in ligno.* Arabicus *Appendentes eum trabi*: Æthyopic. *Quem vos negaſtis.* Et ſic non imponimus vobis falſo ſanguinem ipſius effuſum à vobis cujus rei vos eſtis teſtes, & hic fit repetitio illius, quod ſupra dicitur cap. 2. n. 23. & c. 3. n. 17. quod ibi ſatis eſt explicatum.

149. Chriſti paſſio maxime nos corroborat ad ſuſtinendas adverſitates. Maxime nota, quod tam hic, quàm proximè citatis locis habentes Apoſtoli cum Principibus Synagogæ ſermonem à Chriſti paſſione incipiunt, ut ipſa commemorata patienter ſuſtinerent tempeſtatum contrarietates, quæ in ipſos ab adverſariis excitabantur, ut carceres, vincula, cruces, gladios ac fuſtes, qui adverſus ipſos parabātur, cōſtanter, fortiterque ſuſtinerēt.
D. Cypr. D. Cyprian. lib. 3. epiſt. 25. ad Marty. ait: *Neque enim ad fuſtes chriſtianum corpus expavit, cujus ſpes omnis in ligno eſt.* Vide tom. 5. in Evangel. lib. 8. cap. 1. q. 16. n. 90. 91. 92. & 93.

150. Æthyop. Iſai. 9. Iſai. 12. Iſai. 62. D. Aug. Verſ. 31. *Hunc Principem.* Æthyopic. *Principem vitæ*, ſic dicitur ab Iſaïa *Princeps pacis.* c. 9. n. 6. *Et Salvatorem*, ſic ab eodem Iſaia proclamatur cap. 12. n. 2. *Ecce Deus Salvator meus* & cap. 62. n. 11. *Ecce Salvator tuus venit.* D. Aug. lib. 3 de Trinit. c. 10. ait: *Qui eſt hebraice Ieſus, noſtra autem locutione Salvator eſt.*

151. *Exaltavit dextera ſua*, hoc eſt potentia ſua. Supra verſ. 30. facit mentionem de Reſurrectione *Quem Deus ſuſcitavit*, hic vero cum ait: *Exaltavit* ſua mi-
D. Chryſoſt. rabili Aſcenſione ut exponunt D. Chryſoſt. & alij, & etiam exaltavit per miracula, prædicationem Evangelicam, nominis claritatem, & ſubjiciendo ei multas gentes, quæ paſſim ad Eccleſiam veniunt. *Ad dandam pœnitentiam Iſrael*, ut per Chriſti merita adducantur ad veram pœnitentiam, ut gratia habituali infuſa juſtificentur, ac ſanctificentur, ut docet
Trident. Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 11. contra errores Calvini.

152. Pagnin. Verſ. 32. *Et nos ſumus teſtes horum verborum, & Spiritus Sanctus* Pagninus Tigurina: *Inſuper autem & Spiritus Sanctus*: Utrumque fuit prædictum à
Tigurin. Chriſto D. Ioan. 15. n. 26. *Ille teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis.* Cum ergo dicitur: *Nos teſtes ſumus horum rerum*, nempe Reſurrectionis, Aſcenſionis, & ſalutis æternæ, à Deo per
Lyranus. Chriſtum credentibus promiſſæ, ut ait Lyranus; Inſuper & eorum omnium teſtis eſt etiam *Spiritus Sanctus* tum per ſe ipſum veniens in die Pentecoſtes ſub figura ignis, & venti, tum per nos tot, & tanta miracula, ac ſigna operans ad has veritates quas prædicamus, veluti cœleſtibus ſigillis ſuis comprobans, ac confirmans, & ideo de Spiritu Sancto loquens Paulus ait. Roman. 8. n. 16. *Ipſe etiam nunc teſtimonium*
Rom 8. *reddit Spiritui noſtro, quod Filij Dei ſumus.* Operibus quibus operatur in nobis, nos oſtendit Filios Dei.

153. Et quia Spiritus Sanctus adducitur ab Apoſtolis ad omnia ſupradicta confirmanda, ac corroboranda, ideo ab eis ponitur in ultimo loco. *Quem dedit Deus*
Syrus. Arabic. *omnibus obedientibus ſibi.* Syrus: *Qui credunt in ipſo.* Arabicus *Qui obediunt ei.* Nam qui verè credit in Deum eſt illi obediens; eſt enim Spiritus Sanctus teſtis omnibus per fidem, ſpem, ac legis Evangelicæ ob-
D. Cyril. ſervantiam ſe illi ſubjicientibus. D. Cyrill. lib. in Ioan.

Actor. 5. *num.* 33. Hæc cum audiſſent, diſſecabantur, & cogitabant interficere illos.

Num. 34. Surgens autem quidam in Concilio Phariſæus nomine Gamaliel legis doctor honorabilis univerſæ plebi, juſſit foras ad breve homines fieri.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE X.

154. Syrus. Arabic. Lucifer. Æthyop. Hebraic. Verſ. 33. H*Æc cum audiſſent, diſſecabantur.* Syrus *Corripiebantur furore, vel exardebant furore.* Arabicus *Moleſte, atque amare animo tulerunt.* Lucifer *Fremebant* Æthyop. *Indignati ſunt*: Hebraicus *Se ipſos dilacerantes erant præ furore, ac impatientia.* Aptiſſime tamen noſter Interpres vertit: *diſſecabantur*; nam iratı animus tamquam ſerra, vel gladiolo ſcinditur, & æſtuans in varios motus, ac cogitationes fertur.

155. Quod in eis erat ob exaltationem nominis Jeſu exauditum valde durum erat: tum etiam quia non poterant infringere, nec ad verba Apoſtolorum reſpondere, & ut ſolet fieri, illi, qui devicti ſunt, & non poſſunt verbis ſatisfacere, ſolent ad opprobria, & ar-
Syriac. Arabic. Sapient. 7. ma confugere, & ideo: *Cogitabant interficere illos* Syriacus: *Machinabantur eos interficere.* Arabicus *Conſultabant, ut interficerent eos*, ut dicitur Sapient. 17. n. 10. *Semper præſumit ſæva perturbata conſcientia*, ſeu timebant populum, qui Sacros Apoſtolos, ut dignum erat, in multa reverentia habebat.

156. Syriac. Arabic. D. Chryſoſt. Verſ. 34. *Surgens autem quidam.* Syriacus: *Surrexerat autem quidam honoratus ab omni populo.* Arabicus *Valde honorandus.* Divus Chryſoſtomus, *In pretio habitus apud totam populum*: & ait Textus *Surgens*, quia ut conciliarius ſedebat, & cum per ordinem dicturus eſſet ſuam ſententiam, forte ex more ſurgebat.

157. Ioſephus. Phariſæus ex Hebræo idem eſt, ac *ſeparatus ab aliis*, ſeu *Explanator*, de quibus multa Joſephus libro 13. antiq. capit. 8. & 9. & libro 18. capit. 2. dicitur explanator, quia legem, & ejus præcepta expla-
Phariſæi quinam eſſent. nabat ad populum. Dicitur ſeparatus ab aliis, religione; nam fatebantur reſurrectionem, ac vitæ ſublimitatem, & ideo fimbrias protrahebant uſque ad talos, ac pedes, in quorum extremitate geſtabant ſpinas, ut ſcribit D. Hieronymus in cap. 23. Mat-
D. Hier. thæi, ut earū punctionibus tibias, & pedes cruentarēt

in ſignum ſeverioris vitæ, & legem in membranis
per modum coronæ in fronte, ac capite circumpo-
nebant oſtendentes ſemper memoriã legis ſe habere
Deut. 6. juxta illud Deuteronom.6.n.8. & inde in multo ho-
Aƈt.23. nore habebantur apud populum, & Paulus ante
ſuam converſionem fuit Phariſæus infra in hoc lib.
Philip.3. cap.23.n.6.& ad Philippenſes cap.3.n.5.
158. *Juſſit foras ad breve tempus fieri*: Innuit Præſidi
ut extra Concilium imperaret Apoſtolos egredi ad
breve tempus. Syriacus: *foras paululum temporis*,
Chriſoſt. tum, ut ait Chryſoſt. ne illis, qui in Concilio aſta-
Syriac. bant, ſuſpicionem faceret, quod Apoſtolis favebat,
ſi eos in eorum præſentia defenderet, tum etiam, ut
ait Lyra, abſentes efficacius defenderet, & liberior
Lyra. eſſet dicendi modus.

QUÆSTIO XX.

Quare Gamaliel tali modo loquitur in Concilio, & quinam eſſet?

159. AB hoc ſecundo incipio, Gamaliel, ex Hebræo
Gamal. idem valet, ac *retributio mea Deus*, vel *ablatus*
Virtute *Deo*, vel *Camelus meus fortis*, ut ex nominibus Hebr.
inſignis. habet Pagninus, & optime conveniunt Gamalieli; Ip-
Pagnin. ſe enim fuit vir ſanƈtitate præſignis, ut habet Mar-
Martyr. tyrologium Romanum die 13. Auguſti, dicens: *Iroſo-*
lymis inventio corporis Beatiſſimi Stephani Protho-
martyris, & ſanƈtorum Gamalielis, Nicodemi, & Abi-
Baron. *bonis*, ejuſque ſanƈtitatis eximiæ magnum indicium
eſt, ut notat Baron. anno Chriſti 34. §. *certum quod*, à
primitivis Chriſtianis fuiſſe ſepultum apud Corpus
Sanƈti Stephani, & cum ipſo ejus corpus fuerit divi-
na revelatione inventum, ut habetur ex Martyrolo-
gio Romano.
160. Fuit vir magnæ authoritatis, valde honorabilis,
Doƈtor & in magno pretio habitus ab omnibus, inſigniſ-
inſignis. que legis doƈtor, fuit Magiſter Sanƈtorum Stepha-
ni, Barnabæ, ac Pauli, ut teſtatur Lucianus in
libro de inventione corporis Sanƈti Stephani; fuit
etiam naturalis pater Abibonis, de quo Martyro-
log. citat, & ex talibus filiis tam naturalibus, quam
moralibus collige qualis ille fuerit.
161. Gamaliel Chriſtianis, ac Apoſtolis favebat, an
Multum modo tempore hujus Concilij eſſet jam baptizatus,
favebat & Chriſtianus? Affirmat Clemens libro primo Re-
Apoſto- cogniti cap. 9. & 10. Beda in Reƈtaſi in Aƈta cap 5.
lis. Id tamen negat in præſenti Chryſoſt. Apoſtolorum
perſuaſione fidem ſuam occultabat; ut in Concilio
melius poſſet Apoſtolos tueri, & Conſilia Pontifi-
cum contra eos diſſipare, ac deſtruere, & ut notat
D. Clem. citatus Clemens lib. 1. conſtit. cap. 3. Apoſtolos
Beda. plagis affeƈtos, ut dicitur infra verſ. 40. à Concilio
dimiſſos, id plane nequaquam ex ſententia Gamalie-
lis fuiſſe faƈtum, ſed mandato Caïphæ, Annæ,
Alexandri, & aliorum.
162. Cum David fugeret à facie Abſalon totus erat de-
precans Deum: *Infatua quæſo Domine conſilium A-*
chitophel, tũc occurrit Davidi Chuſai valde ſenex, cui
Amicus ait David: *Si veneris mecum eris mihi onus, ſi autem*
occultus *in civitatem reverteris, diſſipabis Conſilium Achito-*
in Con- *phel*, 2. Reg. 15. n 33. Magis proficuus erat Chuſai Da-
ſilio vid manens cum ſuo adverſario, ad reprimenda, ac
multum deſtruenda conſilia data contra ipſum, quam ſi ei eſ-
utilis.
2. Reg. 15 ſet comes in via; nam ſi in itinere eſſet ſocius erat
ei onus, ſi in Concilio adverſarij multum adjuvamen.
Abulenſ. Abulenſ. ibi q. 36. ait: *Magis utilis eſſet Chuſai in*
negotio David, ſi iret in Ieruſalem; nam ait David
ſi veneris mecum, eris mihi onus, ac inutilis.
163. *Nicodemus Princeps Iudæorum venit ad Ieſum no-*
Ioan. 3. *ƈte*. Ioan. 3. n. 2. Si Princeps, & magnus cur non clare,
& patenter venit, ut notavi tom. 2. in Evangel. cap. 3.
q 5. n. 25. & ut ibi dixi: Venit noƈte, ut bonus, & pru-
dens, ut bonus homo, venit ad lumen fidei, ut de via
ſalutis haberet documenta, ut prudens ſub noƈtis um-
bra, ut cautè cum Chriſto loqueretur, ut ſie poſſet ei
melius inſervire, ut iniqua Conſilia Judæorum diſſi-
pando, ut efficaciter præſtitit in Concilio, dum Judæi
volentes comprehendere Chriſtum, ipſe Nicodemus Nicod.
reſtitit, dicens: *Nunquid lex noſtra judicat hominem,* Ioan. 7.
niſi prius audierit ab ipſo Ioan. 7. n. 50.

Aƈtor. 5. *num.* 35. Dixitque ad illos: Viri Iſrae-
litæ, attendite vobis ſuper hominibus iſtis,
quid aƈturi eſtis.
Num. 36. Ante hos enim dies extitit Theodas,
dicens ſe eſſe aliquem, cui conſenſit nu-
merus virorum circiter quadringentorum,
qui occiſus eſt: & omnes, qui credebant ei
diſſipati ſunt, & redaƈti ad nihilum.
Num. 37. Poſt hunc extitit Judas Galilæus in
diebus profeſſionis, & avertit populum poſt
ſe, & ipſe periit, & omnes quotquot con-
ſenſerunt ei diſperſi ſunt.
Num. 38. Et nunc itaque dico vobis, diſcedite
ab hominibus iſtis, & ſinite illos, quoniam
ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus
diſſolvetur.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE XI.

Verſ. 35. V*Iri Iſraelitæ*: Eos Iſraelitas dicit, ut 164.
ait Lyranus tamquam in prophetiis, Lyran.
ac lege eruditos demoliens verbis, benevolentiam
captans: *Attendite vobis ſuper hominibus iſtis.* Ara- Arabic.
bicus *Quid intendatis agere de negotio iſtorum homi-*
num. D. Chryſoſt. *Proſpicite vobis*: Eos, ut notat idem D. Chry-
Chryſoſtomus, ad maturum, & conſideratum conſi- ſoſt.
lium exhortatur, ne furore, aut ira correpti ſententiã
aliquam præcipitem proferant, ideoque ait: *Attendi-*
te vobis cum ſitis judices, ad cujus munus ſpeƈtat ſe-
riò, ac mature agere, & non furore, ac ira repentina
commoveri; *nam præceps ſententia præcipitem ruinam*
ſecum affert: ait Laertius lib. 1. Laertius.
Verſ. 36. *Ante hos dies extitit Theodas.* Syriacus 165.
Ante hoc tempus ſurrexit: frequens eſt in ſcriptura Syriac.
dies poni pro tempore, iſte Theodas ferè poſt me- *De tem-*
dium imperij Auguſti, & circa viginti annos ante *pore quo*
Chriſtum, de quo dicam quæſtione ſequenti: *Dicens* *extitit.*
ſe eſſe aliquem. Syriacus *Dixerat de ſe ipſe ſe eſſe* Syriac.
quid eximij Arabicus: *Quod eſſet vir præclarus*, Æ- Arabic.
thyopicus: *Magnificavit ſe ipſum.* Arias *eſſe aliquem* Æthiop.
ſe ipſum magnum Græcus: *Dicens ſe eſſe Rab, ſeu Rab-* Arias.
bi, id eſt magnum Doƈtorem, ſeu Prophetam. De illis Græcus.
vero, qui ad eum acceſſerunt dicam quæſt. ſequenti.
Verſ. 37. *Poſt hunc extitit Iudas Galilæus*, Syria- 166.
cus: *Surrexit Iudas Galilæus* ex Galilæa natus, & Syriac.
ab ipſo ejus ſeƈta nomen Galilæorum habuit, qui
acriter negabant non eſſe licitum Judæis, eum qui
erat ſub dominio Dei, alium Dominum, ſcilicet
Cæſarem, cognoſcere, illique tributum dare, de
quo latius q. 22.
In diebus profeſſionis, Syrus *Quibus diebus de-* 167.
ſcripti ſunt, quique in pecunia capitatim. Arabicus Syrus.
In diebus cenſus, Arias: *In diebus deſcriptionis*: Arabic.
Dicuntur dies deſcriptionis, quando ſcilicet *Exiit* Arias.
ediƈtum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univer-
ſus orbis Luc. ſecundo, numero primo; dicuntur au- Luc 2.
tem dies profeſſionis, quia illa ſolutione cenſus,
ac

ac deſcriptione omnes profitebantur ſe Cæſari ſubditos, ac proinde hoc contigit primo, vel ſecundo anno Nativitatis Chriſti Domini: *Et omnes redacti ſunt* ad nihilum, omneſque ſunt deſtructi, ac diſſipati, ut dicam quæſt. 22.

168. Syrus. Æthyop. Verſ. 38. *Et nunc itaque dico vobis diſcedite ab hominibus iſtis.* Syrus *Abſtinete vos.* Æthyopicus: *Sinite, & non lædatis eos*, id eſt nolite vos intromittere in negotio horum hominum, nec eorum prædicationem approbando, nec reprobando. *Quoniam ſi ex hominibus conſilium hoc.* Syriacus: *Si ex hominibus eſt hæc cogitatio, & opus deficient vel cacabunt.* Syriac. Arabic. Arabicus: *Et tranſibit hoc, & peribit:* Ut probat Gamaliel citatis exemplis.

QUÆSTIO XXI.

Quare Theodas tam citò periit, & quiſnam eſſet?

169. De tempore Ioſeph. THeodas iſte valde diverſus eſt ab illo, de quo Juſephus facit mentionem lib. 20. antiq. nam Theodas Joſephi extitit multis annis poſt hanc orationem Gamalielis ſub Claudio Cæſare; noſter autem, de quo agitur in præſenti fuit antecedenter ſub Auguſto Cæſare, niſi fortaſſe dicitur, Theodas, de quo agit Joſephus extitit filius, aut nepos noſtri Theodæ, quod rebellionem ſopitam ſuſcitare, patriſque, vel Avi necem vendicare conatus.

170. Tempus Nativitatis Chriſti tempus Meſſiæ. Tacitus. Sub hoc tempore Nativitatis Chriſti intelligebant Judæi ex oraculis Prophetarum, ac ex Sceptro Juda in Herodem alienigenam tranſlato adeſſe tempus Meſſiæ, qui Judæis patrocinium ferret, & toti Orbi imperaret, cujus intelligentiæ, ac cognitionis meminit Tacitus lib. 120. & ideo hac de cauſa per id temporis multi pſeudo-Chriſti, ſeu ſeditioſi, qui pro Meſſia haberi, ac venerari voluerunt, de quibus tacito nomine, Ioſeph. ac cognomine facit mentionem Ioſeph. lib. 18. Antiq.

171. Quis eſſet Theodas. Beda. Gloſſa. Lyran. Carthuſ. Hugo. Hic autem Theodas, ſeu Theudas, ut Beda, Gloſſa, Lyranus, Carthuſianus, & alij ex Joſepho lib. 20. Antiquit. cap. 1. referunt, cum multas ex Urbe Jeroſolymitana facultates ſuſtuliſſet ſuis perſuaſit obſidere ripas Jordanis, cumque eſſet magus Prophetam ſe venditabat promittens ſe diviſo fluvio tranſitum præbiturum. Huic juſſu Cuſpij Fidi Romani procuratoris ſuperveniente equitum copia, multis ex ejus adhærentibus interfectis, vel captivis, ipſi caput amputatum fuit, & in urbem delatum.

172. Qui multum ſe exaltat deprimitur. En cauſa, & ruina hujus miſerabilis, quia de ſe ipſo jactabat eſſe quid magnum, eximium, præclarum & magnificum, ac prophetam, ut patet ex verſionibus ad verſ. 36. & qui ita ſuper cæteros ſe voluit extollere, ut ſolus ipſe omnia ſibi arrogaret, inde alto Dei judicio ſic deprimitur, ut ipſe cum ſuis adhærentibus ſic cadat, & tamquam ad nihilum omnes redigantur; Diſſipati ſunt, & redacti ad nihilum.

173. Ex multa præſumptione magnus lapſus. Math. 26. Maxime dignum eſt in quæſtionem vocari cur Petrus ex omnibus Apoſtolis, omniumque caput, ita graviter cadat, ut dilectiſſimum Magiſtrum, à quo tot, & tanta dona acceperat, ter neget? *Non novi hominem; neſcio quid dicis.* Cum Chriſtus D. dixiſſet: *Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte.* Reſpondet Petrus: *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.* Matth. 26. nu. 33. Et rurſus ait: *Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo* ibidem nu. 35. Petrus ſupra omnes ſe extollebat, ac præſumebat, quod nec ſcandalizaretur, nec negaret, infra omnibus habet ſcandalum, & negat. Pulchre D. Auguſtin. epiſt. 120. ait: *Petrus ex egregio præſumptore, tam creber negator effectus eſt.* Ex multa præſumptione ad miſerabilem caſum.

174. Ex conſilio ſerpentis comedunt primi Parentes de pomo vetito tamquam ſibi perſuadentes Deos futuros, ac omnipotenti Deo æquales evadere poſſe: Tunc Deus clemens venit in Paradyſum, vocans eum, & dicens: *Adam ubi es?* tunc ſubdit textus: *Cum audiſſent vocem Domini Dei ambulantis ad auram poſt meridiem abſcondit ſe Adam, & uxor ejus* Geneſ. 3. nu. 8. Geneſ. 3. Nonne illi magni Progenitores tanta audacia fuerunt pleni, ut ſibi perſuaderent poſſe conſtitui Deos, & omnia ſub eorum nutu, ac imperio continere, cur modo ad unam blandam vocem fugiunt? Cum tam altos, & ſublimes auſus ſupra omnem naturam conceપiſſent; ut æquales fieri Deo intenderent, inde tam miſerrimè pavidi, & timidi evadunt, ut ab una leni voce omni vehementi conatu ſe abſcondere contendant. Ex multa audacia magna timiditas. D. Athanaſ. orat. in Aſſumpt. Virg. ait: *Generis noſtri origo ſub arbore ſe abſcondit, fugit ad ſtrepitum juſtè de divinitate perſuaſa.* Qui tantum ſe voluerunt exaltari, ut de divinitate præſumerent, inde in tantam infirmitatem, atque animi fractionem devenerunt, ut ad tenuem quandam vocem, atque ad levem unius folij ſtrepitum, ac motum, fugam ſibi arripiunt. D. Atha.

QUÆSTIO XXII.

Quare Iudas Galilæus, & ſui adhærentes graviter pereunt?

ISte Iudas Galilæus natus ex Galilæa, quæ erat Provincia confinis Iudææ, & maxime in rebus religionis diſceptabat, extitit Auctor cujuſdam ſectæ, quæ ab ipſo Authore Galilæorum obtinuit nomen, vixit autem iſte tempore Nativitatis Chriſti D. quando deſcriptio totius orbis facta eſt ab Auguſto Cæſare Luc. 2. n. 1. tributo perſoluto, quod ab Auguſto fuit imperatum. *Primo* Ut omnes ſe ipſos Cæſari ſubditos profiterentur. *Secundo* In ſignum ſubjectionis ſolvebant cenſum. *Tertio* Deſcribebantur in tabulis Cæſaris, ut ipſe ſciret quot, quantæque gentes, ac provinciæ illi erant ſubjectæ, tum ad ſolvendum vectigal, tum ad numerum militum, ſi neceſſarij forent, cognoſcendum. 175. Cur exigebantur tributa.

Tunc ſurrexit, ſeque oppoſuit Cæſaris procuratoribus Iudas iſte Galilæus, & rebellionem excitavit in populo, dicens: Non eſſe licitum populo Dei, qui eum eduxit de Ægypto, alium Dominum præter ipſum cognoſcere, nec alicui alteri tributum ſolvere, niſi ipſi ſoli Deo, quod pertinaciter ad mortem uſque defendebant; hac de cauſa Romanus Præſes armata militum manu Iudam ipſum, multis cum ſequacibus occidit, de quo Ioſephus libro decimo-octavo Antiquit. capite primo & libro 20. capite quinto & capite tertio addit duos filios Iudæ hac de cauſa ſub Claudio Imperatore fuiſſe crucifixos. 176. Iudas Galilæus Author ſecta erronea. Ioſeph.

Et quamvis ipſe Iudas cum multis ſequacibus fuiſſent occiſi, multi tamen remanſerunt, & ideo hæc ſecta, & hic error tempore Chriſti perdutavit, & ea propter hanc quæſtionem propoſuerunt adverſarij Chriſto D. Matth. 22. n. 16. & 17. *An liceat cenſum dare Cæſari?* ut ibi notat D. Hieronymus, & iſti Galilæi ſunt; quos occidit Pilatus, quorum ſanguinem miſcuit cum ſacrificiis eorum Luc. 13. n. 1. ut ibi dixi tom. 6. in Evangel. & hæc ſecta, ſeu rebellio in Romanos occaſionem præbuit Tito Veſpaſiano Ieroſolymæ excidendæ, ac penitus devaſtandæ. 177. Matth. 22. Cauſa devaſtationis per Titum. Luc. 13.

Regibus, ac Principibus obediendum uſque ad debitum tributum perſolvendum; ad hoc Paulus Apoſtolus nos exhortatur Rom. 13. num. 1. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit* & n. 7. *cui tributum tributum, cui vectigal vectigal ſit* & ad 178. Regibus tributũ dãdum.

Titum cap, 3. nom. 1. *Admone illos Principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe.* Et hoc etiam probatur ex
Ieremia 38. num. 17. qui perſuadebat populo obe-
2. Parali. dire Regi Chaldæorum, & ex 2. Paralypom. cap.
ultimo num. 17. ubi reprehenditur Sedechias Rex
Judæ, quod fidem datam Nabuchodonoſori fregit.
Tandem Chriſtus Dominus omnium Magiſter cita-
Math.22 to cap. 22. Matth. num. 21. ait: *Quæ ſunt Cæſaris
Cæſari, quæ ſunt Dei Deo*: obi multa de hac re, ac
de tributis ſolvendis dixi.

179. Tributa debent imponi à Regibus, quæ ſunt ne-
ceſſaria, non vero cum exceſſu, ac nimietate: tunc
enim ſunt valde oneroſa, atque odioſa. Potentiſ-
ſimus Nabuchodonoſor repræſentabatur in valde
procera, & magnifica arbore, cujus culmen pertin-
gebat Cœlum, de qua agens Daniel cap. 4. oum. 9.
Daniel.4 ſic inquit: *Folia ejus pulcherrima, & fructus nimius.*
Pulchritudo ſolum erat io foliis, in fructibus ni-
mietas; pulchritudo grata, & delectabilis, nimie-
tas vero odioſa, atque iovifa: Arbores frequenter
nobilitantur ex fructibus, ſic dicitur Geneſ. 3. nu. 6.
Geneſ. 3. *Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad ve-
Tributa ſunt moderata, & non nimia. ſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile.*
Cur ergo Danielis arboris fructus nec polcher,
nec gratus, neque aſpectu delectabilis dicitur, ſed
tantum de foliis, quod eſſent pulcherrima? Folia
denotabant magnificentiam, & amplitudinem im-
perij Nabuchodonoſoris, quæ erat valde elegans,
& decora, fructus verò repræſentabant tributa, &
exactiones, quos fructus Principes à ſuis ſobditis
volunt exigere, ac recipere, & ſi minimi ſunt val-
Theod. de odioſi, atque ingrati ſunt, Theodoretus ibi ſic
ait: *Folia vocat decus illud, quod conſpiciebatur in
veſte, & throno, & regiis ſcutatis haſtis ſatelli-
tibus, ac ſtipatoribus corporis: fructum verò tribu-
tum, quod undique ei afferebatur, idcirco multum
fructum, non autem pulchrum dixit; neque enim ju-
ſtum erat, ubi tributum eſt multum nihil eſt pulchrum,*
ſed omne inviſum, & odioſum.

Actor. 5. num 39. Si verò ex Deo eſt non pote-
ritis diſſolvere illud, ne forte Deo repug-
nare inveniamini. Conſenſerunt autem illi.
Num. 40. Et convocantes Apoſtolos, cæſis de-
nunciaverunt ne omnino loquerentur in
nomine Jeſu, & dimiſerunt eos.
Num. 41. Et illi quidam ibant gaudentes à con-
ſpectu Concilij quoniam digni habiti ſunt
pro nomine Jeſu contumeliam pati.
Num 42. Omni autem die non ceſſabant in
templo, & circa domos docentes, & evan-
gelizantes Chriſtum Jeſum.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE XII.

180. Verſ. 39. *SI vero ex Deo eſt non poteritis diſſol-
Syriac. vere illud.* Syriacus: *Non eſt facultas
in manibus veſtris, ut faciatis illud compeſcere*, vel,
ut habet alia lectio *ceſſare*. Valde prudenter loqui-
tur Gamaliel, non abſolute affirmat quod hoc ſit
ex Deo, ut recte poterat dicere, ut conſtabat ex mi-
raculis, ſignis, ac virtutibus Apoſtolorum, ſed lo-
quitur conditionate: *Si vero ex Deo eſt*, ut ſuum af-
fectum in Apoſtolos non manifeſtaret, eo quod ſic
ejus conſilium tamquam ab animo ſincero, & inte-
gro eſſet magis acceptabile apud alios judices furore
commotos in Apoſtolos.
181. *Ne forte Deo repugnare inveniamini*, Syriacus:
Ne reperiamini contra Deum inſurgere. Æthyopic. Syriac.
Ne videamini, ſicut ille, qui cum Deo pugnat. Val- Æthyop.
de temerarium eſt Divinæ voluntati velle reſiſtere:
*Niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum labo-
raverunt qui ædificant eam* Pſalm. 126. *Conſenſerunt* Pſal.126.
autem illi. Syriacus: *Acquieverunt ei.* D. Chryſoſt. Syriac.
Perſuaſi ſunt ab eo. Placuit Conſilium Gamalielis, D.Chryſoſt.
ut non interficerent Apoſtolos, ut paulo ante verſ.
33. conſtituerant, tamen eorum indignatio non om-
nino quievit. Unde ſequitur.
Verſ. 40. *Et convocantes Apoſtolos*: nam ex Con- 182.
ſilio Gamalielis Apoſtoli juſſi ſunt foras egredi. Su-
pra verſ. 34. *Cæſis denunciaverunt.* Syriacus: *Fla-* Syriac.
gellaverunt eos. Arias *Cadentes*: Verbum autem græ- Arias.
cum ſignificat *verberare excoriare*, ne eorum furor Græcus.
io vanum fuiſſet, & ſine cauſa eos flagellarunt, ſic-
que adimpletum eſt id, quod Chriſtus Dominus eis
prædixit: *In Synagogis ſuis flagellabunt* Matthæi 10. Math 10
num. 17. *Denunciaverunt.* Syriacus: *Præceperunt.* *Flagellis*
Principes Synagogæ flagellis cæderunt Apoſtolos, *non franguntur,*
ut eos deterrerent à prædicando nomine Jeſu: at *ſed corroborantur.*
ipſis flagellis maxime corroborabantur ad prædi-
candum, cum viderent verba Chriſti exactiſſime
adimpleta in eis, & quod omnia, quæ illi patiebant-
tur à Chriſto fuiſſe prædicta. Hujus flagellationis
Authores fuerunt Caiphas, Annas, Alexander, non
vero Gamaliel S. Clemens lib. 5. conſt. cap. 2. D Clem.
Verſ. 41. *Illi quidem ibant gaudentes à conſpectu* 183.
Concilij, non ibant triſtes, nec lugentes, ſed gau-
dentes ad majorem Dei gloriam, & ſuorum inimi-
corum confuſionem, quia eorum flagella in eis non
erant cauſa triſtitiæ, ſed gaudij D. Chryſoſt. *Tam* D.Chryſoſt.
*fortis, invictaque eſt virtus, & dum patitur, affli-
gentes vincit*, & mox *eſt quippe fortitudinis excel-
lentiſſimus gradus, non tantum patienter, & liben-
ter, ſed lætanter quoque adverſas res ferre*, de quo
latius quæſtione ſequenti.
Quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contume- 184.
liam pati, Syriacus *Ignominiam pati.* Arabicus: *Qui* Syriac.
contempti fuiſſent. Æthyopicus: *Quia portio eorum* Arabic.
contumelia erat, ut deſpectui eſſent propter nomen Ie- Æthyop.
ſu: Eſt enim hoc magnum Dei donum.
Verſ. 42. *Omni autem die non ceſſabant in templo.* 185.
Mira, & mirabilis eſt Sanctorum Apoſtolorum for-
titudo, ac conſtantia; quia nec minacibus verbis,
nec duris flagellis tenentur, ut deſiſtant prædicare
Jeſum Chriſtum: *Verbum enim Dei non eſt alliga-
tum*, ut ait Apoſtolus: mirabilis eſt etiam ſtupor
Magiſtratuum, qui non poſſunt cohibere Apoſtolos
à ſua prædicatione, ſed, ut ait Eſther: *Quis poterit,* Eſther.6
*Domine, reſiſtere voluntati tuæ, ſi tu decreveris ſal-
vare nos* cap. 6. num. 13.
In templo hoc eſt porticu Salomonis. Æthyopi- 186.
cus: *Sedebant in templo*, hoc eſt cum perſeveran- Æthiop.
tia, & animo quieto, & placido, hoc denotat ver- D.Chryſoſt.
bum ſedere. *Circa domos*, Græcus *De domo in do-* Pagnin.
mum. Divus Chryſoſtomus, Pagninus: *In domi-* Græcus.
bus ſingulis. Vatablus, Tigurina: *Domeſticatim.* Vatabl.
Quod faciebant Apoſtoli tanquam boni, & præ- Tigurin.
clariſſimi Prælati, docebant publicè, & privatim: Apocal.4
Prædicabant in templo, quando opportune erat
conveniens, & quando occaſio non dabatur docen-
di in templo, hoc præſtabant per ſingulas domos,
ut illa ſancta quatuor animalia, quæ non habebant
requiem die, ac nocte in laude Dei Apocalypſis 4.
numero decimo-octavo.

QUÆSTIO

QVÆSTIO XXIII.

Quare dicit Apoſtoli flagellati in Concilio non ibant triſtes, ac lugentes, ſed gaudentes.

187. Ait Textus: quod *Cæſis Apoſtolis, ibant ipſi gaudentes à conſpectu Concilij*, non triſtes, & lugentes, ſed gaudentes, quia ſummum, ac perfectum gaudium erat illis pro Chriſto pati; unde ait
Iacobus. Apoſtolus Jacobus cap. 1. num. 2. *Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tentationes varias
Græcus. incideritis.* Illud *Omne gaudium* juxta radicem græcam *totum perfectum*, plenum, ac conſummatum gaudium, & ubi eſt tantum gaudium *cum incideritis in tentationes varias* laborum, ac perſecutionum, præclare ait D. Nazianzenus orat. 2. de pace; ubi ſic habet: *Non detrimentum ducentes pati, ſed non pati, quod periculorum, quæ pro Chriſto ſubeuntur, guſtum cepimus.* Ceperunt guſtum in flagellis, ærumnis, ac periculis pro Chriſto, & ideo nihil dulcius, aut ſuavius erat, & hac de cauſa dicebat noſtra S. Thereſia: *Domine, aut pati, aut mori.*

Dulce eſt ſanctis pati, durum non pati.

S. Ther.

188. Pſal. 30. Regius Vates Pſalm. 30. num. 20. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abſcondiſti timentibus te.* Et quænam eſt hæc magna multitudo, ſeu ampla, & excelſa, quæ ab hominum mente, & oculis eſt remota, & ſolum timentibus Deum manifeſta, & cognita; nempe multitudo laborum, ac preſſurarum, quæ etſi mundanorum oculis ſit aſpera, & acerba, tamen timentibus Deum illam guſtantibus dulciſſima, & omni ſuavitate plena:
Apoc. 2. ad hoc reſpicit Angelus in Apocalypſ. cap. 2. num. 17. cum ait: *Vincenti dabo Manna abſconditum*: per manna, ut ibi dicitur, intelligitur omnis copia ſuavitatis, ac dulcedinis, quam ſolum ſapit, atque agnoſcit, qui preſſuras pro Deo vincit, & ſu-
D. Bern. perat. D. Bernard. ſerm. de S. Andrea ait: *Noſtra culpa eſt, quod non ſapit nobis, quæ pro Chriſto eſt tribulatio, ne guſtamus & nos Manna abſconditum.* Valde jucunda, & delitioſa eſt tribulatio pro Chriſto, non tamen omnibus, ſed tantum Deum timentibus; de hac dulcedine non guſtat mundanus, ſed ſolum juſtus, & ſi nobis non ſapit ex eo eſt, quia non pro Chriſto, ſed pro mundo patimur, & mole-
Pſal. 93. ſtamur, ſi pro Chriſto diceremus cum Pſalmiſta Pſal. 93. num. 19. *ſecundum multitudinem dolorum meorum, conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam.*
2. Cor. 7. Et Apoſtol. 2. Corynth. 7. num. 4. *Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.* Non gaudium, ſed ſuperabundans gaudium illi erat in omni tribulatione pro Chriſto.

In laboribus magna dulcedo ſolum ſanctis nota.

189. Ideo Apoſtolus ſcribens ad Philippenſ. cap. 1.
Philipp. 1. num. 7. ait: *ſicut eſt mihi juſtum ſentire pro omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defenſione, & confirmatione Evangelij, ſocios gaudij mei omnes vos eſſe.* Ait Paulus, quod Philippenſes ei ſunt in corde, & vinculis; quia ſunt ſocij gaudij ejus: quodnam erat iſtud Pau-
D. Chryſoſt. Theoph. Euthym. li gaudium? D. Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius, & communiter Recentiores exiſtimant vocari à Paulo ſuum gaudium, ſeu gratiam vincula, & tribulationes, quas pro Chriſto, ac prædicatione Evangelij patiebatur, cujus cauſa Philippen-
Theoph. ſes ſui ſocios, ac conſortes vocat Theophylactus ait: *Vos cordi habeo, quia ſocij mihi, & participes eſtis hujuſcemodi gratiæ, ſeu gaudij, hoc eſt preſſurarum, & compendium effecti: Curandum itaque diligentius, ne à vobis vos deſciſcatis, & in malis hiſce, & vinculis conſtituti.* Paulus ſua vincula, gaudium ſuum dicit, & Chriſtus explicans ſuam Cœleſtem Beatitudinem, gaudium appellat: *Serve bone intra in gaudium Domini tui.* Matth. 25. num. 21. eadem phraſi appellat Chriſtum ſuam Beatitudinem gaudium, ac Paulus ſuos labores, & perſecutiones; quia tam dulce, ac ſuave eſt pati pro Chriſto, ut ſit quædam prælibatio ſupremæ felicitatis, ac æternæ jucunditatis Cœleſtis Beatitudinis.

Labor pro Chriſto prælibans vita æterna.

190. Ait Iacobus Pharaoni: *Dies peregrinationis meæ centum & triginta.* Geneſ. 47. num. 9. De tempo-
Gen. 47. re prædicationis contra Antichriſtum dicitur, quod Elias, & Henoch prædicabunt diebus mille ſexaginta ſex Apocalypſ. 11. num. 3. Pro quo meritò notat
Apoc. 11. Fuſtath. Euſtathius in exordio ſui commentarij in Hexamer. *Quare dum tempora commentimur, dies autem, non noctes annumeramus:* Tempore annorum non ſolum computantur dies, ſed etiam noctes, quæ æquali parte tempus abſumunt, cur ergo in juſtis ſolum numerantur dies, qui ſemper fuerunt multis laboribus pleni, & ærumnis, & preſſuris, & ſub Antichriſto, quales nunquam fuerunt ab initio, cum hæc omnia ſuſtineant pro Deo, ipſa obſcura, & tenebroſa nox, ut clara, & jucunda dies videbatur, ipſum gaudium patiendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, ſic ait Regius Vates Pſal. 138. num. 12. *Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.*

Gaudiũ patiendi noctem vertit in diem.

QUÆSTIO XXIV.

Quare Apoſtoli gaudent in pœnis, & flagellis Chriſtus verò Dei Filius in illis triſtatur?

191. Apoſtoli flagellati: *Ibant gaudentes à conſpectu Concilij*, at meus Jeſus accedens ad ſuam paſſionem dicebat de ſe: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.* Matth. 26. num. 38. Homines gaudent in
Math. 26. pœnis, Chriſtus Dominus maluit in illis triſtari; quia triſtitia eſt ſupremum malum ſuper omnia mala, & ſuper omnia tormenta, voluitque hoc tormentum etiam in ſua paſſione ſuſtinere, ait D. Am-
D. Ambr. broſius lib. 10. in Lucam: *Homo enim in plaga, & ſciens, inquit, ferre infirmitatem, nos voluit erudire, ut quia in Ioſeph didicerimus, carcerem non timere, mortem vincere, diſceremus in Chriſto, & quod eſt amplius, quemadmodum futuræ mortis mæſtitiam vinceremus.* Notanter adverte illud, quod *eſt amplius*; quippe ſuper carceres, aculeos, ac ſupra mortem eſt triſtitia, quam ſibi Dominus Jeſus voluit aſſumere, quam vincere ab uno ſolo Jeſu diſcere poſſumus.

Triſtitia ſuper omnia tormẽta.

192. Puniens Deus mulierem ob guſtatum pomum ve-
Geneſ. 3. titum ait illi Geneſ. 3. num. 16. *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios.* Græca exemplaria habent: *Multiplicans multiplicabo majores tuos, & gemitum tuum, in triſtitia generabis filios.* Adamus, quia audivit vocem mulie-
Græcus. ris in multis caſtigatur, dicitur maledicta terra in opere ſuo, & quod terra pro bono ſemine dabit tribulos, & ſpinas, & quod in labore, ac ſudore comedet panem, & tandem mortis pœnam, quod in pulverem revertatur, ac mulier peccati auctrix mœrore ſolo, ac triſtitia punitur, quia hæc pœna omnium acerbiſſima, ac duriſſima putatur, & omnibus collectivè æquivalẽs, imo & ſuperior. D. Chryſ. epiſt.
D. Chryſoſt. 8 ad Olympiam ait: *Multiplicans multiplicabo majores tuos, & gemitum tuum: In triſtitia generabis, nuſquam dolor, nunquam labor, & ſudor ſed mœror, & gemitus, & illa, quæ ex iis vindicta deſcendit doloribus, & infinitis mortibus eſt coæqualis, imo etiam multò deterior.* Expende ultima verba.

Triſtitia omnium pœnarũ durior.

193. Ait Deus populo ſuo per Ezechiel.23.n.33. *Ebrietate, & dolore repleberis, calice mœroris, & triſtitia.* Ezech 23. Septuaginta, *Calice mœroris & perditionis.* Septuag. Hebr. Hebræus: *Calice ſolitudinis, & vaſtationis.* Ex quo conſidera quod eodem vocabulo intelligitur triſtitia, quo & vaſtatio, ac perditio; ubi enim triſtitia hominis animum occupat, ſtatim omnium illius fit perditio, ac devaſtatio: proximè citatus D.Chryſoſtom. ſic ait: *Triſtitia crudeliſſimus carnifex.* *Triſtitia animarum crudele tormentum eſt; dolor quidem inexplicabilis, judicium omni judicio, vindictaque deterius; Nam & vermi eſt ſimilis venenato, non ſolummodo carnem, ſed & animam ipſam periments, & tinea non ſolum ad oſſa, ſed & corda pertingens, & perpetuus quidam carnifex.* D Chryſoſt. Unde peſſimus ille Antiochus morti proximus dicebat de ſe: *En pereo triſtitia magna in terra aliena,* 1.Machab.6.n.13. 1. Machab.6.

QUÆSTIO XXV.

Quare Apoſtoli pati, & flagellari pro Chriſto habent pro magna dignitate?

194. AIt Textus: Flagellati Apoſtoli *Ibant gaudentes a conſpectu Concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Chriſtus D. ſuos duodecim diſcipulos elegit in Apoſtolos ſupremam Eccleſiæ dignitatem, Luc.6.n.14. Luc 6. Eis ſic electis dedit poteſtatem curandi infirmos, ejiciendi dæmonia, &c. Marc.3.n.15. Marc.3. Et tunc non dicitur, quod gauderent, quia digni habiti ſunt tanta dignitate, tantaque poteſtate, ſed modo quia digni habiti ſunt pro Jeſu contumeliam pati, ac ſi ipſum pati contumeliam pro Jeſu ipſis in majore honore, ac excellentia ſit, quam quæcumque alia etiam ſuprema dignitas, ac poteſtas; *Suprema dignitas martyrium, ac pati pro Deo.* ad hoc ſpectat id quod ait D.Methodius apud Theodoret. Dialog.1. dum ait: Method. *Adeo enim admirabile, & omni ſtudio expetendum eſt martyrium, quod ipſe Dominus Ieſus filius Dei, ſe eo honorari teſtatus ſit. Non rapinam arbitratus eſt, ſe eſſe æqualem Deo, ut etiam hoc dono, hominem, ad quem deſcendit, coronaret.* Tam excellens, & magnum donum eſt ipſum pro Deo pati, martyriumque ſuſtinere, ut Jeſus filius Dei veniens in mundum, non alio voluit coronari, niſi ſua paſſione, ſic ait Apoſtolus Hebræor.2.n.9. Hebr.2. *Vidimus Ieſum propter paſſionem mortis, gloria, & honore coronatum.* Suoſque non alia dignitate, ac honore voluit coronari, niſi paſſionis, *ut etiam hoc dono hominem, ad quem deſcendit, coronaret.*

195. Philip.1. Ait Paulus ad Philipp.n.1.n.19. *Quia nobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolum, ut in eum credatis, ſed etiam pro illo patiamini.* Pro magno, & ingenti dono hoc vobis datum eſt. D. Anſelm. ibi ſic ait: D.Anſel. *Pati pro Deo præmium.* *Vobis donatum eſt quaſi præmium pro Chriſto, quem diligitis, non ſolum ut in eum credatis, ſed etiam ut pro illo patiamini ad cumulum gloriæ.* Expende illa verba quaſi præmium, ac ſi ipſum pati pro Deo ſit præmium tam magnifici operis. Iſta conſideratione pondera verba Apoſtoli: *Vobis donatum eſt, ut in illo credatis, & pro illo patiamini.* Supremum donum, quod Deus homini communicat in hac vita eſt lumen fidei, & tanto dono cohærens, *ut pro illo patiamini.*

196. Dicunt Sodales, vel etiam Angeli, ut vult Alanus, & Chaldaïcus: *Soror noſtra parva, & ubera non habet, quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt,* Cantic.8.n.8. Cant.8. Communiter Patres, ut Aponius Philo, Carpati. Honoratius, Hortolanus Apon. Philo. Carpat. Honor. Hortol. referunt hæc verba ad Eccleſiam, quando tempore tyrannorum Neronis, Diocletiani, ac etiam Antichriſti Eccleſia in ſuis filijs ad tribunalia illorum adducta loquenda ſuſtinens, & patiens tot, & tantas perſecutiones, ac adverſitates, quales nunquam fuerunt, nec erunt ab initio, pro quo ſtat lectio R.Salomonis, Rab. Salom. quæ ita habet: *In die, quo gentes conſilia agitabunt de ea delenda.* Hoc poſito in quæſtionem voco cur ſancti Angeli inter ſe quærunt, & diſcutiunt: *Quid faciemus ſorori noſtræ,* in quo nempe loco, dignitate, ac honore, eam conſtituamus in die quando alloquenda eſt cum crudeliſſimis tyrannis, eorum crudeliſſimas adverſitates, ac perſecutiones ſuſtinens, cur hoc non diſcutiunt, & quærunt, quando audiunt eam, ut electam Sponſam, ad magnificam, & excelſam totius gloriæ coronam: *Veni ſponſa mea coronaberis,* Cantic.4.n.8. Cant.4. *Magis gratificatur Sponſa dum patitur, quam dum coronatur.* Sed modo inter tantas contradictiones *cum conſilia agebant de illa delenda,* ac ſi majorem dignitatem in ea recognoſcant, cum patitur inter tribulantes adverſarios ſuis flagellis, ac verberibus, quam cum inter triumphantes Angelorum choros, ut electa Sponſa glorificâ coronâ ſublimatur, indeque pro tanta dignitate, inter adverſariorum perſecutiones decantantur ei gratulationes: Carpatius ait: Carpat. *Quid faciemus, ſunt voces Patriarcharum, Apoſtolorum, Prophetarum, ac Doctorum ipſi gratulantium.*

Tres illi ſancti pueri Ananias, Miſael, & Azarias 197. ſanctiſſimè vivunt cum omni puritate, caſtitate, jejunantes, orantes, tamen cum mittuntur in fornacem Babylonicam, exclamans Rex ait: *Ecce video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei,* Daniel.3.n.92. Dan.3. Ecce quanta eſt dignitas tribulationum, ac ærumnarum; non enim habent ſecum Deum, ut ſocium, ac collegam, veluti patem omni cum virtute fulgent, ſed cum flammas ignis ſuſtinent. D.Chryſoſtom. tom.1. ſerm. de tribus pueris, ait: *O quibus te incorrupta fides triumphis extendis: adeſt tibi unica majeſtas, ut innocentia liberetur. Patitur ſe Deus cum pueris in ſupplicio numerari: Video tres viros.* Expende illud *numerari,* ac ſi dicatur Deum cum illis tribus numerum facere, ac quaternarium complere.

CAPVT VI.

1. *In diebus autem illis; creſcente numero diſcipulorum, factum eſt murmur Græcorum adverſus Hebræos, eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum.*
2. *Convocantes autem duodecim multitudinem diſcipulorum, dixerunt: Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis.*
3. *Conſiderate ergo fratres, viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem, plenos Spiritu ſancto, & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus.*
4. *Nos vero orationi, & miniſterio verbi inſtantes erimus.*
5. *Et placuit ſermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu ſancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Simonem, & Parmenam, & Nicolaum advenam Antiochenum.*
6. *Hos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum, & orantes impoſuerunt eis manus.*
7. *Et Verbum Domini creſcebat, & multiplicabatur numerus diſcipulorum in Ieruſalem valde: multa etiam turba Sacerdotum obediebat fidei.*
8. *Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, & ſigna magna in populo.*
9. *Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenenſium, &*

Alexandri

Alexandrinorum, & eorum, qui erant à Cilicia, & Aſia diſputantes cum Stephano.

10, *Et non poterant reſiſtere Sapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur.*

11. *Tunc ſummiſerunt viros, qui dicerent ſe audiviſſe eum dicentem verba blaſphemiæ in Moyſen, & in Deum.*

12. *Commoverunt itaque plebem, & Seniores, & Scribas, & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in Concilium.*

13. *Et ſtatuerunt falſos teſtes, qui dicerent: Homo iſte non ceſſat loqui verba adverſus locum ſanctum, & legem.*

14. *Audivimus enim eum dicentem: Quoniam Ieſus Nazarenus, hic deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyſes.*

15. *Et intuentes eum omnes, qui ſedebant in Concilio viderunt faciem ejus, tamquam faciem Angeli.*

A R G V M E N T V M.

CRESCENTE numero credentium exortum eſt murmur Græcorum contra Hebræos, eo quod eorum viduæ eſſent deſpectui in quotidiana diſtributione, & ideo Apoſtoli eligunt ſeptem Diaconos, inter quos inſigniter eminet Stephanus, qui raptus ad Concilium, reſplenduit facies ejus, ut Angeli.

*Act.6.n.*1. In diebus illis creſcente numero diſcipulorum factum eſt murmur Græcorum adverſus Hebræos, eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum.

*Num.*2. Convocantes autem duodecim multitudinem diſcipulorum, dixerunt: non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I.

1. Æthiop. D.Chryſoſt. Dexter. Baron. Verſ.1. IN *diebus illis.* Æthiopic. *In die illo,* ut notat D.Chryſoſt. in quibus Apoſtoli fuerunt incarcerati, flagellati, qui fuerunt paulo poſt ejus Aſcenſionem, anno Chriſti 34. ut advertit Lucius Dexter in Chronico, & cum Euſebio Baronius, quod tali anno fuerunt Diaconi creati.

2. Oecum. Æthyop. D.Atha. *Creſcente numero diſcipulorum.* Oecumen. Æthiopic. *Cum multiplicarentur diſcipuli:* Tunc in primitiva Eccleſia fideles non vocabantur Chriſtiani, ſed diſcipuli, ut notat D Athanaſ. diſput. contra Arrium. *Creſcente numero.* Ipſa perſecutio, ſanguiſque Martyrum effuſus erat tamquam ſemen, ut grex Chriſtianus ampliſſimos, ac copioſiſſimos fructus germinaret. Tertull. Tertullian. in Apolog. cap. ultimo ait ad Gentiles: *Nec tamen nihil proficit, exquatur crudelitas veſtra, illecebra eſt magis ſectæ; plures efficimur, quoties metimur à vobis, ſemen eſt ſanguis Chriſtianorum.* Hilar. D.Hilar. lib.7. de Trinit. inquit. *Eccleſiæ proprium eſt, ut tunc vincat cum læditur.* D Hier. Et D.Hieron. in vita S.Malchi cap.6 a. *Perſecutionibus crevit Eccleſia Martyrijs coronata.* *Sanguis martyrii germinat fructus.* In Sanctis enim Martyribus tanta innocentia, fortitudo, charitas, ac pietas cum contemptu omnium terrenorum, evidens demonſtratio erat, quod ibi aliquid divinum lateret.

3. Æthiop. Vatabl. *Factum eſt murmur Græcorum.* Æthiopic. *Murmurati ſunt Iudæi.* Vatabl. *Murmur Græciſtarum.* Omnes iſti tam Græci, quàm Hebræi erant Judæi, qui vel in Græcia fuerant nati, vel in ea fuerant diu verſati, Græcaque utebantur lingua, Græciſque moribus, & ad hos Apoſtoli Petrus, & Jacobus ſcribunt ſuas epiſtolas. Hebræi dicuntur nati in Judæa Hebraica lingua, ac moribus utentes. Ita Lyran. Hugo, Lorinus, & alij. Lyran. Hugo. Lorin.

4. Syriac. Æthiop. *Eo quod deſpicerentur in miniſterio.* Syriacus: *Eò quod deſpectui haberentur.* Æthiopic. *Quia videbant viduas eorum quotidie occupatas.* Tota murmurationis occaſio erat propter viduas Græciſtarum, vel non bene fiebat cum illis in diſtributione rerum, vel quia in vilioribus officijs occupabantur, de quo dicam quæſt.2.

5. Syriac. Verſ.2. *Convocantes autem duodecim.* Syriacus: *Congregationem univerſam vocaverunt.* Duodecim Apoſtoli utpote enutriti doctrina Regis pacifici Chriſti D. de pace, ac quiete agunt, quam debent maximè procurare omnes, qui Congregationibus præſunt. *Dixerunt: non eſt æquum.* Syriacus: *Non eſt pulchrum.* Græcus: *Non eſt conveniens.* Tigurina: *Non eſt commendabile.* Pagnin. *Non eſt placitum Deo.* Text. *Nos derelinquere verbum Dei,* ut omittamus paſcere animas veſtras ſpirituali cibo verbi Divini, & attendamus temporali alimento menſis; ſemper enim ſpiritualia ſunt temporalibus anteponenda, ut ait Lyranus. Syriac. Græcus. Tigurin. Pagnin. Lyran.

6. Ex quo patet, quod tota querela Græcorum pro viduis erat, circa adminiſtrationem temporalium. *Miniſtrare menſis*, pro quo nota: Menſæ hæ, vel erant ſacræ, vel profanæ, & communes. Primo in illa primitiva Eccleſia ſolebant fideles celebrare menſam ſacræ Euchariſtiæ. Deinde *Agapen*, quod dilectio, & ſignificat menſam communem omnium fidelium, quod fiebat in ſignum Charitatis, & benevolentiæ, & in utroque miniſterio deputati Miniſtri erant Diaconi, & inde à verbo Græco nomen habent, quod ſignificat Miniſtrum. *Quænam eſſent menſæ.* Græcus.

QUÆSTIO I.

Quare creſcente numero diſcipulorum exoritur murmur, & querela?

7. *In multitudine diviſio.* QUandiu diſcipuli erant in parvo numero, erat in eis cor unum, & anima una, ut dicitur cap.1. & 4. ad finem, cum vero crevit numerus, & facta eſt multitudo magna, pax, quæ in paucis retinebatur, in multis diſſipata eſt, Iſai.9.n.3. *Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam.* Sanchez ex Hebræo: *Non auxiſti lætitiam.* Iſaiæ 9. Sanch.

8. Judæi in Græcia nati cum ſuſpicarentur, quod ſuis viduis non æqualiter provideretur, cum illis, quæ Judæorum erant, qui in Judæa fuerant nati murmurabant: Sacri Apoſtoli ſumma æquitate ac providentia, omnia diſtribuebant; tamen ipſi, qui dæmones depellebant, mortem vincebant, cum mortuis vitam darent, ægritudines ſanarent, verbo cuncta reformarent; non quiverunt in alimentorum, ac donorum diſtributione murmur, atque querelam evitare facile, qui cum ex qualibet circumſtantia ſe exiſtimat deſpectui *Valde durum quod homo ſe exiſtimet eſſe deſpectum.*

deſpectui habitum, cujus præſumptio animom exaſperat, & querela pacem perturbat, & ideo ſumma cautela eſt neceſſaria.

9. Ad quod nos admonet ſupremus omnium Artiſex in primo rerum molimine; creavit primos parentes, ut eſſent in carne una, matrimonio conjoncti ut æquales eſſent, eadem forma verborum, eademqoe methodo in utrioſque creatione utitur, cum homo fabricatur; tamqoam facto conſilio ait Deus: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem no-* Geneſ. 1. *ſtram*, Geneſ. 1. n. 16. & cum ad mulieris ſtructuram devenitur idem verbum, tamquam inito conſilio, apponitur: *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum facia-* Geneſ. 2. *mus & adjutorium ſimile ſibi*, Geneſ. 2. n. 18. Poterat Deus efformare mulierem uno verbo, ut produxit ar- *Maximè vitandus alienius cōtemptus.* bores, plantas, volucres cœli, piſces maris, dicendo: *fiat mulier*: poterat tamen ipſa conqueri eſſe deſpectam, & tamqoam cætera inanimata produci; ut ergo hæc tanta æmulatio vitaretur, eodem verbo tanquam cum conſilio utitur bonus Deus. D. Baſil. D. Baſil. Seleuc. Seleuc. orat. 2. ſic ait: *Iterum deliberatio, iterum conſilium; iterum homo, qui formabatur illic dicebat: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, hic quoque faciamus ei adjutorium ſimile ſibi: haud diſſimilia conſilia: Etenim qui formabantur generis ejuſdem erant, figura ſimiles, quia pari pretio, qua fiebant æquali cum dignitate.*

10. D. Chryſoſt. Tertio D. Chryſoſt. homil. 14. in Acta relatus in Gloſſa ait: *Hoc non erat malitia, ſed multitudinis* *Diſtributio donorum res valde periculoſa.* *forſan ignavia.* Apoſtuli exactiſſima providentia diſtribuebant alimenta, nec in hoc alicujus peculiaris affectus ſubornatio interveniebat, ſed ipſa rerum, ac munerum diſtributio querelas parturiebat; querela enim, ac querimonia certus electionis partus, quam nec exacta Apoſtolorum integritas evitat, nec eorum circunſpecta providentia comprimit, quod ex multitudinis ignavia, ut ait D. Chryſoſt. proveniebat, & ad hanc referendam, etiam ſæpe miracula requiruntur.

11. Ex mandato Dei unxit Samuel Saulem in Regem, & ſtatim quod ipſe Saul veniat in cœtum Prophetarum. *Et inſiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis, & mutaberis in virum alium*, 1. Reg. cap. 10. 1. Reg 10 n. 6. Ut deſignatur Saul in Regem, ſtatim admirabili, ac ſupernaturali Prophetæ dono fulget? Ut ejus electio eſſet bene grata omni populo, ſufficiens, & abundans videbatur, quod Propheta Samuel teſtifi- *Ad evitandas querelas in electione ſignum de cœlo.* caretur, Dominum ipſum elegiſſe, & non eſſe ei ſimilem in univerſo populo citato cap. 10. n. 24. Ad quid oltra tam mirabile prophetiæ ſignom? tam alte, ac ſublime homo ea ſua arrogantia de ſe præſumit, ac valde durum, ac ægrum ei ſit, quod alter in honore, ac dignitate ei præferatur, ita ut, ad hoc ut ejus invidia quieſcat, animuſque pacificetur, neceſſa- Abulenſ. rium ſit ſignum ſupernaturale de Cœlo. Abulenſ. ad citatum locum ait: *Accidit hoc ſignum, ubi Saul maximè notus erat, ut qui eum prophetico ſpiritu afflatum divinitus viderent, regia dignitate pariter donandum minimè dubitarent.* Vide ſupra cap. 5. quæſt. 57. n. 264. 265. & q. 38. n. 271.

QUÆSTIO II.

Quare non de adoleſcentibus ſeu uxoratis excitatur querela, ſed tantum de viduis?

12. *Explicatio Textus.* Ait Textus: *Eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum.* Quod dupliciter accipi poteſt juxta communoem Doctorum ſenſum. Primo activè, ita ut mulieres Hebrææ deputarent Græcas tamquam rudiores ad inferiora miniſteria, ita ut raro miniſtrarent. Secondo nempe quod viduis Græcorum non ita promptè, ac largiter daretur, atque divideretor æque, ut fiebat cum mulieribus Hebræis; uterque modus probabilis, ſecundus tamen probabilior.

13. Quæſtio præſens eſt: Cur hoc murmur, & querela non excitabatur de adoleſccotibus vel de mulieribus uxoratis, ſed tantum de viduis? Quia hæ maximè ſolēt eſſe deſtitutæ, quod optimè probat M. Didac. de Celada. Celada in Judith c. 9. o. 82. ex ipſa nomiois ethymologia; Vidua enim juxta radicem Hebraicā idem valet, ac *alligata, vel obmuta*; quia marito mortuo *Vnde nomen viduæ.* eſt veluti alligata, & vincta domi, ut ſileat, & obmuteſcat, nec valet ſe defendere, & jus ſuum tueri. Ex radice græca vidua eſt *deſolata*, ac *deſtituta*, & ideo Judith 9. Anſelm. Laud. Judith 9. verſ. 3. Orans dicebat ad Deum, ut habet Anſelm. laud. *Domine Deus meus ſubveni mihi viduæ deſolatæ.* Multa, & magna merita poterat Judith allegare, ut à Deo exaudiretur, tamen ſolum ſe viduam proponit, ut ipſa ex ſuo ſtatu deſolato, ac deſtituto maximè divinam ſollicitaret benignitatem. Hinc à Davide, ut notat Carthuſianus, Pſalm. 67. n. 6. Pſal 67. *Pater orphanorum, & judex viduarum* appellatur Deus, quod juxta Tertullian. lib. 1. ad uxorem cap. 7. exponitur *aſſertor, ac vindex viduarum.* Hinc David Deum clamat: *Pupillum, & viduam ſuſcipiet*, Pſ. 145. Tertull. n. 9. Pſal 145. quod ex Hebræo explicans D. Hieronymus ait: D. Hier. *Exaltans, erigens, confortans, fulciens, adjuvans*, ſcilicet pupillum, & viduam, ac ſi hoc ſit magnum di- *Deus propenſus ad viduas.* vinitatis elogium, quod ipſos pupillos, & viduæ tam deſolatis, ac deſtitutis proſpiciat, adjuvet & fulciat.

14. Pſal. 67. Iterum tedeo ad illa verba citati Pſalmi 67. *Patris orphanorum, & judicis viduarum*, pro judice habet alia litera: *Adſertor, ſeu defenſor viduarum*, con- *Deus viduis loco mariti.* ſequenter videbatur dicendus Pater orphanorum, & ſponſus, ſeu maritus viduarum, ſed ſolum Deum vocat aſſertorem, ſeu defenſorem viduarum, veluti mariti ſubſtitutum, quod eleganter notavit D. Chryſoſt. D. Chryſoſt. ſcribens ad viduam juniorem ait: *Quoniam vero illum* (maritum Theraſium) *ad ſe vocavit Deus, ipſe nunc illius loco ſe tibi ſubſtituit; neque hoc meum eſt, ſed beati Prophetæ, qui ita inquit: Pupillum, & viduam ſuſcipiet, ac rurſus ipſum vocat Patrem pupillorum, & judicem viduarum.* Cur ergo, ſicut dicitur Pater orphanorum, non dicitur ſponſus viduarum, ſed ſubſtitutus loco illius? ne gloriam, & excellentiam viduitatis minuat, dum permanens in ſuo ſtatu, in puritate, ac caſtitate, & patientia obtineat, ideo non ſibi arrogat Deus mariti nomen, ſed illius ſubſtitutom, ut perſeverans vidua multum omnium virtutum radijs reſplendeat: *Ipſe nunc illius loco ſe tibi ſubſtituit.*

15. Totus muodus premebatur vehementi fame, & ſua ingenti pietate ſubvenit Deus; forſitan noo mulieribus uaoratis, vel adoleſcentibus, ſed uni tantum viduæ pauperculæ; cum magnus Elias accederet ad portas Civitatis, apparuit ei mulier vidua, & vocavit eam; dixitqoe ei: *Da mihi paululum aquæ in vaſe, ut bibam, & affer buccellam panis*, 3. Reg. 17. 3. Reg 17 D. Ambr. n. 10. Quæ verba pulchrè expendit D. Ambroſ. lib. de viduis paulo poſt initium, & ait: *Quid vero illud, quod temporibus ijs, quibus fames omne genus urge-* *Magno Propheta nobilitatur vidua.* *bat humanum Elias ad viduam deſtinatus eſt? Et vide quemadmodum propria ſingulis gratia reſervatur Angelus ad Virginem, Propheta ad viduam: Adde quod Gabriel illic, hic Elias, ut ex Angelorum, & Prophetarum numero præſtantiſſimi Principes videantur electi.* Conſidera ſuprema, & alta myſteria; ad Virginem Mariam, ut ſupernam omniom Reginam, & ad ſupremum negotium, ſupremus Angelus mittitur, & ad viduam pauperculam pro ratiooe ſui ſtatus mittitur Propheta Elias: *Vide quemadmodum*

propria

propria ſingulis gratia reſervatur. Ad ſupremam Virginem ſupremus Angelus, ad viduam in ſupremo viduitatis ſtatu ſupremus Prophetarum: *Gabriel illic, hic Elias, ut ex Angelorum, & Prophetarum numero præſtantiſſimi Principes videantur electi.* Vide quæ dixi tom.3. in Evang.cap.11.q.8.per totum.

QUÆSTIO III.

Quare ſacri Apoſtoli volunt ſe abſtinere à menſis ac eorum miniſterio?

16. INquiunt ſacri Apoſtoli: *Non eſt æquum,* ſeu juxta alias lectiones *Non eſt commendabile, pulchrum, conveniens,* nos omittere prædicationem,& doctrinã divini Verbi, ut præclariſſimum miſericordiæ opus, quo paupereulis viduis pabula miniſtrantur. D.Hieronym. in cap.2.Malach. ſic ait: *Sanctum utique, & Apoſtolicum miniſterium viduis, & pauperculis miniſtrare. Et non oportet, inquiunt, dimiſſo verbo Dei miniſtrare nos menſis.* Quando ob divini Verbi ſemina vix permittitur baptizare, aut eleemoſynas erogare, ut munus adimpleatur, nec alio divertatur, quanto cum piaculo faciunt; qui temporalibus, ac mundialibus implicati divini Verbi jacturam contemnunt. Diſcant à SS.Patribus D.Baſil.D.Chryſoſt. D Nazianz. & D.Auguſt. qui ita prædicationi, ac ſpiritualibus negotijs erant addicti,ut temporalia, ac mundana, nec loqui, nec audire volebant,ut conſtat ex eorum vita.

D.Hier. — *Pro nullo opere pio omittenda eſt prædicantia.*

17. Quod non ſolum eſt faciendum, ut omittantur temporalia, ſed inter res ipſas ſpirituales agendum id quod magis neceſſarium,ac utile eſt, quod nos docet omnium Magiſter Chriſtus Jeſus,ut ſcribit Ioan. cap.4.n.2. *Quamquam Ieſus non baptizaret.* Quia ut docent noſter D.Cyrill. D.Thom D.Bonaveut. Lyran. & alij erat ipſe ſupremus Magiſter occupatus in rebus gravioribus docendis, prædicandis, ac illuminandis gentibus in altiſſimis myſterijs,ad cujus imitationem dicebat Paulus 1.Corinth.1.n.17. *Non miſit me Chriſtus baptizare, ſed evangelizare,* tam excelſum, ac ſublime munus eſt prædicare, ut etiam cæteris ſpiritualibus, ut baptizare, ſit præferendus. D.Anſelm. ibi: *Quia igitur & minores poſſunt baptizare, qui ſapientiam, & virtutem prædicandi non habent: ideo non baptizare miſſus eſt Paulus, ne retardaretur à prædicatione, ſed evangelica ſemina ſpargeret.*

Ioan.4. D.Cyril. D Tho. D.Bonavent. Lyran. 1.Cor.1. Prædicare cæteris rebus ſpiritualibus præferendum. D.Anſel.

18. Judas marſupium Apoſtolicum ſecum aſportabat, inde quærunt communiter Doctores cur hoc ei fuerit à Chriſto commiſſum, cum optimè eum ignoſceret eſſe latronem,ut de eo ſcribit D.Ioan.12.n.6. *Fur erat, & loculos habebat.* Quam quæſtionem tractavi tom.5.in Evang.lib.7.cap.1. q.10. ad eam reſpondet Theophylact. *Nonnulli aiunt ideo creditam Iudæ pecuniarum diſpenſationem, ut minorem alijs; nam pecunijs miniſtrare, minus eſt quam doctrina; ſicut in actis dicunt Apoſtoli: Non licet nobis relicto ſermone miniſtrare menſis.* Hæc eſt alta, & ſuperna diſpoſitio, ut majoribus majora, minoribus minora tradantur, ut ponderat S.Gregor.Magn. homil.34. dicens: Hi autem, qui minima nuntiant Angeli, qui verò ſumma Archangeli vocantur. Hinc eſt quod ad Mariam Virginem, non quilibet Angelus, ſed Gabriel Archangelus mittitur.

Ioan.12. Minora minoribus. Theoph.

Actor.6.n.3. Conſiderate ergo fratres,viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem plenos Spiritu ſancto,& ſapientia, quos conſtituamus ſupra hoc opus.

Num.4. Nos vero orationi,& miniſterio Verbi inſtantes erimus.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE II.

Verſ.3. CONſiderate. Syriacus: *Exquirite.* Græ- 19.
cus: Proſpicite. D.Chryſoſt. *Circumſpicite*: Ecce prima conditio ad bonam electionem, ut fiat non repente, ſed alta, & magna conſideratione, ac indagine, ut id nos docet ſupremus omnium Magiſter Chriſtus D. qui antequam eligeret Apoſtolos: *Erat pernoctans in oratione Dei,* Luc.6.n.12. Vide ſupra cap.1.q.37. *Viros*: ecce ſecunda conditio; nam mulieres excluduntur à Hierarchia Eccleſiaſtica, ait Gloſſa Interlinealis viros, id eſt virili; & forti animo præditos, ut ait D.Bernard.lib.2.de conſid.ut ad ſe advocent bonos, & indignos rejiciant ſine acceptione perſonarum. *Ex vobis* tertia conditio, quos melius cognoſcitis, quàm extraneos,ut ait Lyranus, qui bene noti ſunt à vobis. Unde Deus dicebat populo ſuo per Oſeam 1.n.15. *Dabo vobis vinitores ex eodem loco.*

Syriac. Græcus. D.Chryſoſt. Luc 6. Interlin. D Bern. Lyran. Oſeæ 1.

Boni teſtimonij. Syriac. Vatabl. *Bono teſtimonio* 20.
probatos. Tigurina: *Spectata probitatis.* Arabicus: *Quorum virtus teſtimonio probetur.* Ecce quarta conditio, ut eligantur viri probæ vitæ, fidei, ac prudentiæ; ex quo præclarè monet D.Bernard. ſerm.4. de Conſid. *Oportet eligi viros probatos, non probandos.*

Syriac. Vatabl. Tigurin. Arabic. D.Bern.

Septem, nam ſicut in Eccleſia triumphante ſeptem 21.
ſunt Angeli,qui tamquam primarij Miniſtri aſſiſtunt ante Thronum ad miniſteria Apocalypſ.1.n.4. ita in Eccleſia militante eliguntur ſeptem Diaconi, id eſt Miniſtri (ut jam dixi ex Græco) ad ipſius Eccleſiæ miniſteria, ita ut Eccleſia militans correſpondeat Triumphanti: Utraque eſt una, eademque Eccleſia, unaque alteri connexa eſt, & ſubordinata. Multa de numero ſeptennario ſcribit Origenes homil.6.in Levitic. ſeptem ſunt Eccleſiæ Sacramenta, ſeptem columnæ in domo ſapientiæ,Proverb.9. ſeptem hebdomadæ defluxerunt ante Pentecoſtem.

Apoc.1. Eccleſia triumphans & militans. Origen. Prov.9.

Plenos Spiritu ſancto, ac prudentia. Quinta con- 22.
ditio; quia ad tantum miniſterium non ſufficit teſtimonium bonum, & externa bona exiſtimatio, ac fama, ſed etiam requiruntur optimæ diſpoſitiones, ſanctitatis, ac prudentiæ, quæ per actiones externas declarantur, ac manifeſtantur, ut tanti Miniſtri rectè adimpleant ſuas functiones. *Conſtituamus ſuper hoc opus.* Arabicus *ſuper hoc negotium.* Origenes *in hunc uſum.* Caietanus *ſuper hanc neceſſitatem,* & ut tot, & tanti viri patienter, ut ait Oecumenius, ſuſtineant murmurationes, & oblationes orphanorum, & viduarum, quia ad hoc magni viri requiruntur.

Arabicus. Origen. Caiet. Oecum.

Verſ.4. *Nos vero orationi,*&c. Syriacus: *Nos vero* 23.
perſeverabimus. Arabicus: *Inſtabimus.* Chryſoſt. *Prædicationi incumbemus.* Arias: *Perdurabimus.* Æthiopic. *Nos occupati erimus.* Sub oratione non ſolum intelligo meditationem, & contemplationem, ſed etiam ſacrificium Miſſæ, quod nobiliſſimum, & altiſſimum orationis genus eſt, & in ſcriptura hoc nomine ſignificatur. Hebræor.5. n.7. *Qui in diebus carnis ſuæ preces,ſupplicationeſque ad eum,*&c. Deinde Apoſtoli ſibi adſcribunt munus prædicandi, per orationem aſcendunt ad Deum, & per prædicationem deſcendunt ad bonum proximorum, ait Lyranus, ad modum Angelorum in ſcala Jacob aſcendentium, & deſcendentium, Geneſ.28.n.12.

Syriac. Arabic. Æthiop. D Chryſoſt. Arias. Hebr.5. Gen.28.

QUÆSTIO IV.

Quare Apoſtoli proponunt viros plenos Spiritu S. & ſapientia, cum ſapientia ſit donum Spiritûs ſancti?

24. AGebatur de eligendis viris virtute, & ſanctitate præclaris ad exactum viduarum miniſterium implendum, & ad hoc requirùnt viros *plenos Spiritu ſancto & ſapientia:* Atque unum ex donis Spiritus ſancti eſt ſapientia; ex quo exoritur dubium, nempe: Cum Apoſtoli dicunt viros plenos Spiritu ſancto, dicunt etiam plenos ſapientia, ſicut & plenos conſilio, fortitudine, ac timore, & ſicut cum dicunt plenos Spiritu ſancto hæc dona ſubintelliguntur, ſic & ſapientia, ad quid ergo fuit ſingillatim exprimenda? Tam neceſſaria, ac requiſita eſt ſapientia in gubernatore, ac moderatore, ut non ſemel, ſed multipliciter fuerit in eò inculcanda, ſemel implicitè cum cæteris donis, & iterum explicitè pro ſui magna exigentia. D.Chryſoſt. homil.14. in Acta ait: *Eligere autem viros illis permittunt, ut ne videantur ipſi in gratiam quorundam agere; etenim ſapientia multa opus eſt in hujuſmodi diſpenſationibus.*

In Prælato maximè neceſſaria ſapientia.

D.Chryſoſt.

25. Magna Architectura, ac fabrica diſponit, & ordinat Deus veſtem Sacerdotalem Summi Pontificis Aaronis, & inter cætera mandat, ut rationale, quod erat in pectore. *Et ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhumeralis,* Exod.28.n.18. Reliquæ Aaronis veſtes, tam quoad pedes, ac manus erant fluxæ, ac latæ, at Rationale, quod erat in pectore, vult Deus ut eſſet maximè attritum, ac conſtrictum, ut habet Chaldaicus, & hoc valde fortiter Catenis aureis, ut dicitur in Textu. *Erat rationale judicij habens ſcriptam, doctrinam, & veritatem.* Ibidem n.30. Cum ergo in rationali denotaretur ipſa ratio, & prudentia erat maximè attrita, & colligata in pectore Pontificis, ac Prælati, in cujus corde debet eſſe maximè retenta ac impreſſa ipſa judicij ratio, ut cum omni doctrina, ac veritate, cuncta regens gubernet ſecundùm veritatem, & doctrinam abſque eo, quod in hanc, vel illam partem incliner. D.Gregor.Magn. 2.p. Curæ Paſtoral. cap.2. ait: *Divina voce præcipitur, ut in Aaron pectore rationale judicij vittis ligantibus imprimatur, quatenus Sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxa poſſideant, ſed ratio ſola conſtringat, ne indiſcretum, vel inutile cogitet, qui ad exemplum aliis conſtitutus ex gravitate vitæ ſemper debet oſtendere quantam in pectore portet rationem.*

Exod.28

In corde Prælati firma ſit judicij ratio.

D.Greg.

26. Ad hoc tendit id, quod dicitur de Sponſa, quæ conſtituta fuerat cuſtos vinearum, Cant.1.n.5. ac ut norma Prælatorum: *Collum tuum ſicut Turris David, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea,* Cantic.4. n.4. ex Hebræo habetur: *Quæ ædificata eſt ad doctrinas:* ac ſic ipſum munimen, quo Prælatus ſe, ac ſuos tuetur, ab omni iniquitate, contrarietate, ac murmuratione eſt doctrina ſacra in vera ſapientia, ac prudentia. Vide tom.2.in Evang. cap.8.q.7.n.50. & 51.

Cant.4. Hebr.

Prælatus doctrina ſe, & ſuos tuetur.

QUÆSTIO V.

Quare Diaconi deputantur ad negotium viduarum, Apoſtoli ſibi reſervant orationem, & prædicationem?

27. INquiunt ſacri Apoſtoli in præſenti, quod eligantur ſeptem Diaconi ad viduarum miniſterium, & inquiunt: *Nos vero orationi, & miniſterio verbi Dei inſtantes erimus.* In quo ſacri Apoſtoli ſibi reſervant, & aſſumunt abſolutum, & perfectiſſimum vivendi modum, quod conſiſtit in vita contemplativa in oratione, activa verò in miniſterio prædicationis quoad proximos. Deinde præclarè Sancti Apoſtoli dicunt primo *Nos vero orationi,* ſecundo *miniſterio Verbi Dei inſtantes erimus:* Quia, ut in vita activa miniſterium prædicationis exequatur, prius per orationem in contemplatione bibatur. D.Gregor.lib.6. Moral.cap.17. *Ut quieti contemplantes ſorbeant, quod occupati erga proximos loquentes refundant.* D. Aug. lib.4. de doctrina Chriſtiana cap.15. ait: de Prædicatore: *Sit orator antequam doctor ipſa hora, ut dicat accedens, priuſquam exerat proferentem linguam ad Deum levet animam ſitientem, ut eructet, quod biberit, vel quod impleverit, fundat.* D.Proſper.lib.1. de vita contemplat.cap 23. ait de Prædicat. *Lachrymas, quas vult à ſuis auditoribus fundi, ipſe primitus fundat, & ſic eos compunctione ſui cordis accendat.*

Vita Activa, & Contemplativa tenenda.

Prædicator prius oratione habeat à Deo quod prædicet.

D. Greg. D Aug. D.Proſp.

28. Cherubini apud Ezechiel.1.n.14. *Ibant, & revertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.* Fulgur verſans ſe in gyrum, unde exijt, inde revertitur: Ibant tanquam exeuntes à Deo ejus amore accenſi in ſimilitudinem fulguris coruſcantis, & ad ipſum revertuntur cum exercitio bonorum operum, ac prædicationis fructu; ſic ait D.Ambroſ.conſ.1.in Pſ.118. *Servos Dei per orationem, & prædicationem eſſe velut fulgura.* Et D.Gregor.lib.30.Moral.cap.2.& homil.5. in Ezechiel. *Eunt, atque revertuntur, ut flamina, quæ ad locum unde exeunt per contemplationis ſecretum, & per publicum operationis, ſeu prædicationis revertuntur.*

Ezech 1.

D.Ambr.

D Greg.

Prædicator exeat à Deo, & ad ipſum revertatur.

29. Maximè inter ſe connectitur vita Contemplativa, & Activa: Cum Draco, ſcilicet Diabolus, perſequeretur mulierem, & ſtaret contra eam, ut devoraret ejus filium: *Data ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret in deſertum.* Apocalypſ.12.n.14. Si verò inquiras quænam ſint hæ duæ alæ? Reſpondent Gloſſa Interlin. D. Anſelm. Haymo, Albert. Magn. Hugo: *Data ſunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, tanquam arma, quibus ſe poſſet elongare; hæ alæ ſunt vita activa, & contemplativa.* Utraque hæc vitæ alæ ſunt non cujuſque volucris, ſed aquilæ magnæ, quia utraq; maximè exaltatur, & magno conatu ſuũ obtutum in Chriſtum verum Deum figit, talique metaphora ſignificatur; licet enim vita contemplativa tota in Deum, ac ejus attributa conſiderans feratur, inde optimo jure per alam exprimitur: At vita activa non ita, ſed circa varia charitatis miniſteria erga pauperes, infirmoſque verſatur, tamen præclarè vita activa, & contemplativa binis alis denotatur: quia ſi volucres unâ truncantur alâ in ſublime nequaquam ferri poſſunt, ita ſi vita activa, à contemplativa omnino ſeparetur, vel è contra, mutila cenſebitur, & nequaquam evolare poterit.

Apoc.12.

Interl. D.Anſel. Haymo. Albert. Magn. Hugo.

Vita contemplativa cõjungẽda cum activa.

30. Tota, & conſummata juſti perfectio ex utraque vita componitur; De Magdalena ad pedes Chriſti, ait ipſe Dominus: *Maria optimam partem elegit,* Luc.10.n.42. Non ait totum elegit, ſed partem perfectionis, vitam ſcilicet contemplativam, ut notat Caietan. alteram enim partem, vitam ſcilicet activam Marthæ reliquit, ex utraque enim componitur, & conflatur conſummata, & abſoluta perfectio.

Luc.10.

Perfectio ex utraque vita.

Actor.6.n.5. Et placuit ſermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu ſancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Simonem, & Parmenam, & Nicolaum advenam Antiochenum.

Num.6. Hos ſtatuerunt ante conſpectum

Apoſto

Apoſtolorum, & orantes impoſuerunt eis manus.

*Num.*7. Et Verbum Dei creſcebat, & multiplicabatur numerus diſcipulorum in Ieruſalem valde; multa enim turba Sacerdotum obediebat fidei.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IIᴵ.

31. Arabic. Æthiop. Verſ.5. *ET placuit ſermo coram omni multitudine.* Arabicus: *Fuit ſermo iſte gratus apud omnem Congregationem.* Oethiopicus: *Et bonus fuit hic ſermo in conſpectu eorum.* Illa Apoſtolorum determinatio extitit maximè grata, & plauſibilis omni fidelium congregationi; quia ex illa fieret optima proviſio viduis, & amputabatur murmurationis anſa, & deſignatio eligendorum, ad eorum voluntatem, ac vota reducebatur. Carthuſ. Carthuſianus, ait: *Ut boni filij patrum ſuorum conſilio tam rationali celeriter acquieverant, quod & cunctis ſubditis eſt penſandum.*

32. *Elegerunt Stephanum, &c.* Hoc non fuit electio, ac ordinatio Canonica, ſed quædam poſtulatio, ac oblatio ex votis, ac voluntate Congregationis; nam eos Diaconos creare, ac inſtituere ad Apoſtolos pertinebat; ut patet ex verſ. antecedenti, dixerunt Apoſtoli: *Conſiderate ergo fratres ex vobis boni teſtimonij ſeptem, quos conſtituamus ſuper hoc opus.* Hoc eſt: Vos diligenter perquirite tales viros, & nobis præſentate, ut eos conſtituamus, ſicut hodie Principes laici, qui habent jus patronatus, præſentant aliquem Epiſcopo, ut ei conferat beneficium Eccleſiaſticum, vel Romano Pontifici, ut eum creet Epiſcopum, vel Archiepiſcopum. De his ſeptem Diaconis ſingillatim quæſt. ſequenti.

Hoc non fuit electio Canonica, ſed poſtulatio.

33. Syriac. Verſ.6. *Hos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum.* Syriacus: *Cum precati fuiſſent.* Græcus; *Cumque preces fudiſſent.* Orationis forma non ſcribitur, D.Clem. tamen ut colligitur ex Clemente lib.8 Conſtit.c.25. poſtularunt Apoſtoli obumbrationem, ac plenitudinem Spiritus ſancti in eis ad ſuam rectam, & perfectam adminiſtrationem, & ſub hac oratione intelligitur etiam ſacrificium Miſſæ, ut indicat citatus Clemens, & ideo ad hunc modum in Eccleſia Diaconi ordinantur in ſacrificio Miſſæ. D.Chryſoſt. Act.13. Addit Chryſoſt. etiam fuiſſe adhibitum jejunium, ut apertè exprimitur in ordinatione Pauli, & Barnabæ, Actor.13.n.3. ex quo Eccleſia ante tempus ordinationis præmittit publicum, & ſolenne jejunium: *Impoſuerunt in eis manus* Ordinantes eos in ordine ſacro Diaconatus, de quo latius infra q.7.

34. Æthiop. Verſ.7. *Et Verbum Dei creſcebat, & multiplicabatur numerus.* Æthiopic. *Et magnum fuit Verbum Dei, & multiplicati ſunt populi valdè.* Dicitur: *Verbum Dei creſcebat*, effectivè per multiplicationem fidelium, Coloſ. 1. Gloſſa Ordin. ſic ait Paulus ad Coloſſ.1. n.6. *Verbum Dei creſcit in vobis.* Gloſſa Ordinaria *fide, & opere*, quod fiebat continua, ac perenni prædicatione Apoſtolorum, qui ex ſua ingenti charitate, ut dicitur in fine ſuperioris capitis. *Non ceſſabant in Templo, & circa domos docentes.* Verbum creſcere propriè pertinet ad agriculturam, & fit alloſio ad parabolam Chriſti de ſemente, Matth. 13. Marc. 4. Matth.13. n.3. & Marc.4.n.26. Nam ſemen jactum in terram præparatam, & diſpoſitam multum fructum affert: ſic Verbum Dei receptum in corde bene diſpoſito Dei gratia in magnum fructum multiplicatur.

35. Syriac. *Multa autem turba.* Syriacus: *Multus populus ex Iudæis.* Cum dicitur turba Sacerdotum intelliguntur, qui tunc erant ex ordine Aaronis, & cum dicitur *turba* ut notat D.Chryſoſtom. denotatur non fuiſſe ex Principibus, ac magnatibus, ſed ex inferioribus, ac minoribus; tales enim magis ſolent eſſe propenſi ad pietatem. Merito idem D. Chryſoſt. ait in præſenti: *Conſidera quanta eſt benignitas erga illos, qui ad eandem turbam exaſperaverunt, qui talia clamaverant, & dixerant; alios ſalvos fecit, ſe ipſum ſalvum facere nequit*, eos tamen adduxit ad ſalutem, & vitam: pergit citatus Chryſoſt. *Illius igitur & nos ſiamus imitatores, nempe diligendo inimicos, & bene eis faciendo.*

D.Chryſoſt. Chriſti benignitas.

36. Syrus. Arabic. Rom.1. *Obediebant fidei*: Syrus *Auſcultabant fidei.* Arabicus: *Obtemperaverunt fidei*, id eſt perfectè credere cum omni ſubmiſſione, ſic ait Apoſtolus: *Ad obediendum fidei in omnibus*, Rom.1. n.5. Obedientia pertinet ad voluntatem; aſſenſus verò fidei *Credo* ad intellectum; & quia res fidei ſunt ſupra omnem captum & intelligentiam humanam ad credendum juxta communem doctrinam Theologorum præcedit in voluntate habitus piæ affectionis, ut moveat intellectum ad credendum, & ad captivandam ſuam intelligentiam in obſequium fidei, 2. Corinth.10. n.5. 2.Cor.10

QUÆSTIO VI.

Explicantur qui, & quales fuerint ſeptem iſti Diaconi.

37. Carthuſ. Epiph. D.Aug. CArthuſianus exiſtimat hos ſeptem Diaconos fuiſſe ex numero eorum, qui elegerunt. D. Epiphanius hæreſi 21. tenet fuiſſe ex numero 72. diſcipulorum Chriſti, tamen D. Aug. ſerm.94. de diverſis multum dubitat, an Stephanus converſus fuerit ad Chriſtum poſt ejus Aſcenſionem.

38. Cum nomina Stephani, ac cæterorum Diaconorum ſint græca, inde multorum eſt ſententia, hos ſeptem Diaconos genere Hebræos, patria vero Græcos, id eſt natos in Græcia, ita apertè, ac diſertè affirmat Lucius Dexter in Chronico 34. Lucius Dexter. & favet multorum ſententia exiſtimantium Divum Stephanum eſſe cognatum Pauli, qui erat Tarſenis, Tarſis Civitas inclyta Metropolis Ciliciæ, de quo infra cap.9. verſ.11. & hoc magna providentia factum eſt, ut electi Diaconi eſſent ex Grecizantibus, ut ita murmur Græcorum pro eorum viduis contra Hebræos magis quieſceret. Diaconi Græ.

Stephanus.

39. Nomen Stephani. Beda. Primus Stephanos quod Græcè idem eſt, ac *Corona*, Hebraice, ut vult Beda ſignificat *norma veſtra*: ipſe enim dum primus pro Chriſto ſanguinem generosè effudit, ſequentibus Martyribus formam, ac normam dedit pro ipſo fortiter, ac conſtanter moriendi.

40. Elogia Stephani. D.Aug. Nicetas. D.Max. D.Dam. Varia elogia de eo celebrant Sancti Patres in ſuis ſermonibus, D.Aug. de diverſis dicitur: *Primus ut inter Apoſt. Petrus.* Aniceta apud Metaphraſt. *Inter Apoſtolos Apoſtolus, Propheta inter Prophetas, Doctor inter Doctores*, & iterum ſubdit: *Quod charitate ardebat magis, quam omnes Sancti ſui temporis.* Intellige poſt Apoſtolos; à D.Maxim. ſerm. de S.Stephano: *Diſcipulus erat ordine, ſed factus eſt Magiſter exemplo.* A D.Damaſc.lib.4.c.16. *Primus Chriſti miniſter.*

41. Dicitur *plenus fide*, nempe Chriſtiana, ut pro ipſa pugnaret ad mortem uſque: plenus fide, id eſt fidelitate in ſuo miniſterio, ac eleemoſynarum diſpenſatione. Tertio *fide* in Deum, ut multa cum libertate loqueretur, ac doceret coram Principibus Synagogæ. Quarto *fide* in Deum, ut diſputaret cum adverſarijs, *Mirificè plenus fide.*

eoſque ſuperaret. Quintò *fide* ut multa miracula, ac prodigia faceret. Sexto *fide* qua pro ſuis exorabat inimicis, ut illis veniam, & gratiam impetraret, ut viſum eſt in Saulo.

42. Plenus Spiritu ſancto. Actor. 7. *Et Spiritu ſancto* qui cum omnibus ſuis gratijs, ac donis repleverat, & ideo cùm lapidaretur Stephanus vidit Cœlos apertos, *& Ieſum ſtantem à dextris Dei*, Actor. 7. n. 55. Vidit Deum Patrem, & Deum Filium Jeſum, non tamen vidit Spiritum ſanctum, quia ipſum in ſe habebat cum omnibus ſuis donis.

Philippus.

43. Actor 8. Clem. Euſeb. Tertull. De hoc fit illuſtris mentio infra cap. 8. à n. 5. & cap. 31. à Clemente lib. 5. Conſtitut. cap. 7. & Euſebio lib. 3. hiſtor. cap. ultim. Tertullian. lib. de Baptiſm. cap. 8. vocatur Apoſtolus, non quia fuiſſet ex numero duodecim, ſed late, prout Apoſtolicum munus in ſuis actionibus, ac operibus exercebat, ſicut cap. 21. Eius elogium. n. 8. dicitur Evangeliſta; non quia Evangelium compoſuerit, ſed quia illud magno, ardentique cum fervore, ac veritate prædicabat; ſicut Apoſtolus ait ſuo 2. Tim. 4 diſcipulo Timoth epiſt. 2. cap. 4 n. 5. *Opus fac Evangeliſtæ.* De ejus morte, ac fine non potui aliquid invenire, ipſum tamen, ut ſanctitate eximium celebrat Martyrologium Romanum die 6. Iunij, & ita habet.

44. Martyrolog. Roman. *Cæſareæ Paleſtinæ natalis B. Philippi, qui fuit unus ex ſeptem primis Diaconis, hic inſignis, ac prodigijs clarus Samariam ad fidem convertit, & Candacis Æthiopum Reginæ Eunuchum baptizavit, ac demum apud Cæſaream requievit. Iuxta quem tres Virgines ejus filiæ Propheteſſæ tumulatæ jacent, nam quarta filia ejus plena Spiritu ſancto Epheſi occubuit.* In Paleſtina apud Cæſaream Maritimam temporibus D. Hieronymi recens erat memoria Philippi Diaconi, & filiarum ejus; nam ædicula Philippi, & filiarum celluiæ adhuc integræ permanebant, quas omnes D. Hier. S. Paulus Ieroſolymis inviſit, ut teſtatur D. Hieron. epiſt. 27. ad Euſtochium.

Prochorus.

De hoc facit mentionem Martyrolog. Romanum
45. Martyrolog. Hippolit. die 9 Aprilis, dicens: *Antiochiæ Sancti Prochori, qui fuit unus ex ſeptem primis Diaconis, & fide, ac miraculis clarus martyrio coronatus eſt.* Hippolitus Martyr lib. de ſeptem diſcipulis, D. Doroth. in ſynopſi De Natali. eum teſtantur. Primum Epiſcopum Nicomediæ. Petrus de Natali lib. 4 cap. 36. affirmat eum fuiſſe nepotem S. Stephani, & Joannis Apoſtoli comitem in Aſia, à quo Antiochiam miſſus, ibi martyrio coronatus in Domino obdormivit: in Biblioth. citanda Bibliotheca dicitur: *Diſcipulus Chriſti.*

46. Lib. de vita Ioãnis. Scripſit librum de vita S. Joannis Evangeliſtæ, qui extat in primo tom. Biblioth. typis datæ in Colonia Agripina anno 1618. in quo ab incerto Authore multa indigna, & fabuloſa impoſita ſunt, ut notant Bellarmin. & alij de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Nicanor.

47. Martyrol Romanum. De quo ita habet Martyrologium Romanum die decima Januarij: *In Cypro Beati Nicanoris Diaconi de ſeptem, qui gratia, fide, & virtute admirandus glorioſè coronatus eſt.* Unde non congruit id, quod Doroth. ait Dorotheus in ſynopſi, eodem die cum Protomartyre Stephano, & multis alijs uſque ad duo millia Baron. martyrio occubuiſſe; nam ut ait Baronius in notis ad Martyrologium Dorothei authoritas non in omnibus firma ſubſiſtit.

Timon.

48. Martyrolog. De quo ſic habet Martyrologium Romanum die decima Aprilis: *Natalis S. Timonis Diaconi de ſeptem primis, qui primo apud Beroeam Doctor reſedit, ac deinde Verbum Domini diſſeminans venit Corinthum, ubique à Iudæis, & Græcis (ut traditur) flammis injectus, ſed nihil læſus, demum Cruci affixus, martyrium ſuum implevit.* Ita etiam de eo ſcribit Petrus de Na- Petrus. talibus lib. 4. cap. 66. & cap. 67. oſtendit eum diverſum eſſe ab alio in Arabia ejuſdem nominis, qui ex Diacono factus eſt Epiſcopus.

Parmena.

De quo ita habet Martyrologium Romanum 23. 49. Januarij: *Philippis in Macedonia S. Parmena, qui* Martyrolog. *fuit unus de ſeptem primis Diaconis; hic traditus gratia Dei injunctum ſibi à fratribus officium prædicationis, plena fide conſumans ſub Trajano martyrij gloriam eſt adeptus.* Unde non placet id, quod de eo ſcribit Dorotheus in ſynopſi, *quod hic in ipſo Apoſto-* Doroth. *lorum conſpectu Diaconi officio fungens mortuus eſt.*

Nicolaus advena.

Multi exiſtimant, quod ex Judæo factus ſit Chri- 50. ſtianus; Lyranus, Carthuſ. ex Gentili fuit Auctor Lyran. ſectæ Nicolaitarum, ut tradunt D. Irenæus lib. 1. c. 27. Carthuſ. D. Epiphan. hæreſi 25. Tertull. lib. de præſcript. c. 46. D Iren. D. Hilarius can. 25. in Matth. D Hieronym. epiſt. 1. D Epiphan. & 48. aſſerebant Nicolaïtæ licitum eſſe concubitum Tertull. vagum ad remedium naturæ, de quo fit mentio in D. Hilar. Apocal. cap. 2. n. 15. Vide ibi dicta q. 43. n. 314. nam *In qualibet familia defectuoſum.* ſicut inter Apoſtolos ex alta Dei permiſſione extitit Judas Iſcariotes, ſic inter hos ſanctos Diaconos inventus eſt Nicolaüs iſte.

Nicolaum ab hac turpitudine, ac hæreſi excu- 51. ſant S. Ignatius epiſt. ad Trallian. Clemens Alexand. D Ignat. lib. 3. Stromat. cap. 5. Euſebius lib. 3. hiſtor. cap. 23. Clem. Alex. D. Auguſt. lib de Hæreſ. cap. 5. Carthuſ. Baron. tom. 1. Euſeb. Annal. anno Chriſti 68. apud Sponda. n. 4. qui dicunt D Aug. homines malos, ac perverſos voluiſſe ſuum errorem, Carthuſ. ac turpitudinem ſub ejus nomine inculcare, ac palliare; Baron. cum ipſe Nicolaus aliàs eſſet vir bonus, & Hippolitus in lib. de ſeptuaginta duobus diſcipulis dicat Hippolitus. Nicolaum Diaconum virum fide Catholica probatiſſimum creatum fuiſſe ab Apoſtolis Epiſcopum Samaritanorum, & in hanc ſententiam ut magis piam maximè inclinamus.

QUÆSTIO VII.

Quare ſacri Apoſtoli manus ſuper hos Diaconos imponunt?

Ex quo liquet Diaconatum eſſe Ordinem ſacrum, 52. in quo ſacro Ordine per manuum impoſitionem *Manuũ* conſtituerunt Apoſtoli hos Diaconos; nam Græcè *impoſitio.* ordinatio idem valet, ac *manuum impoſitio*; nam per talem manuum impoſitionem communicatur virtus, poteſtas Sacerdotalis, & gratia, ut ait Apoſtol. 1. Timoth. 4. n. 14. *Noli negligere gratiam, quæ data* 1. Tim. 4 *eſt tibi cum impoſitione manuum Presbyteri.* Et ſimiliter epiſt. 2. cap. 1. n. 6. & ideo ait Gregor. IX. cap. Greg. IX *Presbyter de Sacramentis non iterandis.* Manuum impoſitionem eſſe ritum ab Apoſtolis introductum, non quod ipſi eum inſtituerint, ſed quia ipſi primi cœperunt illo uti in ordinationibus.

Ex quo conſtat, quod ipſa manuum impoſitio, non 53. ſit quid accidentale in ordinatione, ut dixit Soto, ſed quid eſſentiale, ut probat Bellarmin. lib. de Ordinat. Bellarm. cap. 9. nam hoc viſibili ſigno vult Deus demonſtrare characterem, gratiam, & poteſtatem, quam interius communicat, ut factum legimus in vita D. Chryſoſt. D. Chryſoſt. nam cum Epiſcopus Antiochenus eum crearet Presbyterum in ſpecie Columbæ deſcendit ſuper eum Spiritus ſanctus.

54. Si verò quæras, quænam ſit materia hujus Sacramenti, dicimus eſſe librum Evangeliorum, ſi vero talia liber non fuit adhibitus ab Apoſtolis, hoc fuit diſpenſatione divina; quia tunc non erat ſcriptum; nam hoc contigit eodem anno Aſcenſionis Chriſti. *Materia.* D. Matthæus, primus omnium ſcripſit ſuum Evangelium anno duodecimo poſt Chriſti aſcenſionem, & ideo vel etiam Chriſtus pro hoc Sacramento non inſtituit unicam tantum materiam pro hoc Sacramento Ordinis, ſed dedit poteſtatem ſuis Apoſtolis, ejuſque ſucceſſoribus, ut eam determinarent. Ita Bonacina tom. 1. diſp. 8. de Sacramento Ordinis puncto 3. n. 4. (Bonac.) Quidam exiſtimant nunc tradi quandam chartam, in qua erant ſcripta myſteria fidei, quæ habentur in Evangelio.

55. *Diaconi creantur ad miniſtrandū in ſacris.* Ex quo conſtat quod iſti ſeptem non fuerunt inſtituti Diaconi ad miniſtrandum menſis viduarum; quia ad hoc non requiritur ſolemnis ordinatio, ſed ad miniſtrandum Apoſtolis, ac Eccleſiæ in ſacrificio Miſſæ, alijſque multis ſacris Miniſterijs, ita ut Deus ordinatum illuminaret, ac corroboraret in omnibus actionibus, & miniſterijs Eccleſiæ, de quo latè Amalarius lib. 1. de Eccleſiaſtico officio cap. 12. (Amalar.)

56. Myſticè per hanc cæremoniam oſtendit ordinandum totum eſſe offerendum Deo tamquam victimam, & holocauſtum. In lege veteri ſuper victimam, quæ offerebatur in holocauſtum imponebat Sacerdos manus tamquam illam accipiens totam in obſequium Dei, Levitic. 1. n. 4. ita ibi Lyranus, Abulenſis, & alij. (Levit. 1. Lyra. Abulenſ.) Ita ſuper ordinandum Epiſcopus manus imponit, ut nomine Eccleſiæ ipſum accipiens tamquam victimam in cultum, & obſequium Dei, ut jam non ſibi vivat, ſed totus ſit Deo.

57. *Magna ſanctitas in Sacerdote.* Quod totum optimè Deus declaravit in veſtimento Sacerdotali, quod Deus mandavit fieri, Exod. 28. n. 6. *Facient ſuperhumerale de auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta.* Quæ verba expendit D. Gregor. 2. part. Paſtoral. cap. 3. ubi ſic ait: (Exod. 28. D. Greg.) *Rectè ſuperhumerale ex auro, & hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta fieri præcipitur. Ut quanta Sacerdos clareſcere virtutum diverſitate debeat demonſtretur.*

58. Quod per ſingula Sanctus Doctor expendit, *in Sacerdotis habitu aurum fulget, ut in eo intellectus ſapientiæ principaliter emicet:* debet in eo reſplendeſcere aurum purum intellectus, & ſapientiæ, ut ſecundum illam omnia diſponat, & dirigat. *Cui hyacinthus adjungitur, ut per omne, quod intelligendo penetrat, non ad favores infimos, ſed ad amorem cæleſtium ſurgat.* (*Sanctitas Sacerdotum denotatur in eius veſte.*) Hyacinthus cœleſtem, ac cæruleum colorem habet, ut omnes cogitationes, in cœlum, atque cœleſtia tendant. *Purpura permiſcetur, ut Sacerdotale cor, veluti ex regia poteſtate contradicat.* Purpura Regius color, ut tanquam Regia poteſtate ſuas ſuggeſtiones comprimat, ac reſtrænet. *Bis intinctus coccus adjungitur, ut omnia virtutum bona ex charitate decorentur, qua quia Deum, & proximum diligit, ex duplici tinctura fulget,* charitate ſcilicet in Deum, & proximum. *Quid vero per byſſum, niſi candens decora munditia caſtitas deſignatur.* Byſſus ob ſuum candorem puritatem caſtitatis indicat, *quæ bis torta dicitur*; quia neceſſum eſt, ut caſtitatem habeat Sacerdos interius, in ſe ipſo, & exterius in ſuis operationibus, & actionibus.

59. Etſi Sacerdos tali indumento fuerit exornatus, & compoſitus dicitur de illo id, quod Eccleſiaſticus decantat de Summo Pontifice cap. 45. n. 10. (Eccl. 45.) *Beatificavit illum in gloria Sanctorum:* Ex Græco habetur: (Græcus.) *Beatificavit illum in veſtitu Sacerdotali.* Sacerdos ſuperiori veſte indutus exiſtens in terra, jam erit tamquam Beatus in cœlo. De hoc multa in omnibus meis libris in ſyllabario verbo Sacerdos.

Actor. 6. n. 8. Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, & ſigna magna in populo.

Num. 9. Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenenſium, & Alexandrinorum, & eorum, qui erant à Cilicia, & Aſia diſputantes cum Stephano.

Num. 10. Et non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui loquebatur.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV.

Verſ. 8. *STephanus autem plenus gratia, & fortitudine.* Syriacus: *Plenus bonitate.* Græcus: *Fide, ac virtute.* Lyranus ſic explicat *plenus gratia* ad operandum, fortitudine ad patiendum; ſuperius dixerat plenum Spiritu ſancto, non dicit plenum gratia, quam Spiritus ſanctus communicat. Secum tamquam in radice, ac ut comites omnes virtutes, ac chariſmata importans, ac proinde idem valet, ac plenus omnibus virtutibus, & donis, in quibus etiam includitur fortitudo, tamen peculiariter exprimitur, quia in ea maximè reſplenduit Stephanus, arguendo, diſputando, prædicando, ac patiendo martyrium: Aliqui Codices habent *plenus fidei*, quod jam explicavi ſupra n. 41. 60. (Syriac. Græcus. Lyran.)

Faciebat prodigia, & ſigna magna in populo. Syriacus: *Miracula.* Arabicus *edidit prodigia maxima:* Quomodo autem hæc duo diſtinguantur dixi ſupra cap. 2. expoſitione 11. n. 183. 61. (Syriac. Arabic.)

Verſ. 9. *Surrexerunt quidam de Synagoga,* Pagninus: *Exorti ſunt quidam.* Oecom. *de congregatione*; non quidem eorum omnium una erat Synagoga, ut ait Catena, ſed multæ, & variæ erant Synagogæ, ita ut unaquæque ex his Nationibus ſuam haberet Synagogam peculiarem, ſicut in hac Civitate Ulyſſiponenſi eſt unum Collegium Anglorum, aliud Hybernorum, ſic in Ieruſalem, quæ erat Metropolis Religionis fidei, ac ſapientiæ, ſic Judæi diſperſi per varias orbis partes mittebant filios ſuos in Ieruſalem ad Collegium ſuæ nationis v. g. Libertinorum, vel Cyrenenſium, ut de illis omnibus ad Religionem ſpectantibus inſtruerentur: De his autem nationibus dicam ſingillatim quæſt. ſeq. 62. (Pagnin. Oecum. Catena.)

Diſputantes cum Stephano. Syriacus: *Diſceptabant.* Æthiopic. *Altercati ſunt.* Arias: *Altercantes ſimul* fidem Catholicam quantum poterant arguendo, & impugnando: Illi multi erant, ut ponderat D. Nyſſen. orat. de S. Stephano; *Veluti in phalanges quaſdam conſpirati, ſic impetum Stephani ſuſtinere nitebantur: At ille omnibus pariter invictus erat, ſive cum multis ſolus, ſive cum paucis congrederetur.* 63. (Syriac. Æthiop. Arias. D. Nyſſ.)

Verſ. 10. *Et non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui loquebatur.* Syriacus: *Non poterant conſiſtere contra ſapientiam; & ſpiritum, qui loquebatur in eo.* Alij codices habent: *Propter quod redarguerentur ab eo cum omni fiducia.* Æthiopicus: *Et non potuerunt; quia in ſapientia, & Spiritu ſancto loquebatur.* Dicitur ſapientia; quia ex omnibus Scripturis, ſignis, ac circunſtantijs apertè, ac evidenter demonſtrabat Chriſtum Jeſum eſſe verum Meſſiam promiſſum in lege, ac Salvatorem Mundi. 64. (Syriac. Alij Codices. Æthiop. *Chriſtus D verus Meſſias.*)

Et ſpiritui, qui loquebatur. Ut habent alij Codices: *Cum omni fiducia.* Hic adimpletum eſt in B. Stephano Chriſti promiſſio, Matth 10. n. 20. *Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis,* & Luc. 21. n. 15. *Ego dabo vobis* 65. (Math. 10. Luc. 21.)

bis es, &c. ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes adverſarij veſtri.

QUÆSTIO VIII.

Quare non dicitur quod Iudæi diſputantes cum Stephano erant ex Ieruſalem, ſed ex varijs Orbis partibus, quæ hic explicantur?

66. *Omnes diſputantes Iudæi.* OMnes iſti diſputantes cum Stephano erant genere, & religione Judæi, vel exiſtentes, vel nati in varijs orbis partibus, qui ad diſcendas literas mittebant filios ſuos in Jeruſalem ut dixi in expoſitione, &c.

67. *D.Chryſoſt. Beda. Caiet. Philo.* Primo *Libertini erant*, qui nati ſunt ex Judæis in ſervitutem per Pompeum, ac alios duces olim abductis Româ, ſed jam libertate donatis, ut inquiunt D.Chryſoſt. Beda, Caietan. Hos enim tanquam ex ſervili genere prognatos: Alij ex libetis nati nolebant ſecum eos admittere in ſynagogis, & cogebant eos ſeorſim convenire. Horum Libertinorum Romæ in Transtyberina regione degentium meminit Philo in ſua legatione ad Caium; dicens: *Non paſſus fuiſſet Auguſtus trans Tyberim bonam Urbis partem teneri à Iudæis, quorum plerique erant Libertini, &c.*

68. *Oecum. Lyran. Gloſſa. Ganæus.* Alij vero, ut Oecumenius, Hugo, Lyranus, Gloſſa, Ganæus Libertinos intelligunt oriundos ex Lybia, & dicunt corruptum fuiſſe vocabulum, ut pro *Lybiſtinorum* ponatur *Libertinorum*; tamen prima expoſitio verior videtur, & omnia exemplaria, tam Latina, quam Græca, ac Syriaca habent *Libertinorum*, & pro ea multum facit Philo adductus.

69. *D.Chryſoſt. Oecum. Ganæus. A Lapid.* Cyrenenſes, nempe qui ſuam originem, ac natalia habebant in Syria, quæ triplex eſt, una in Syria, alia in Media, alia in Africa. De tertia hic agitur, ut videtur, quia Cyrenenſes junguntur Alexandrinis, qui ſimul ſunt in Africa, & veluti convicini; ita D. Chryſoſt Oecumen. Ganæus, à Lapide.

70. *Salmer. Sanch. Tirinus.* Alexandrini, qui orti erant ex Alexandria Metropoli Ægypti, & eorum, qui erant à Cilicia, quæ hodie dicitur à Turcis Caramina, ut videre eſt apud Ortelium, & Atlas ex hac Synagoga tenent Salmeron, Sanchez, Tirinus fuiſſe S.Paulum Tarſenſem, & ejus conſobrinum Stephanum.

71. *D. Stephanus pugnat cum toto Orbe.* Ecce B.Stephanus in ſua diſputatione pugnavit cum toto Orbe ſecundum ſuas tres partes, quæ tunc erant cognitæ, & notæ; pugnavit ex Europa cum Libertinis, Romanis; Ex Aſia cum Cilicibus, qui in ea habitant, ex Africa cum Cyrenenſibus, & Alexandrinis ibi commorantibus. Ecce totus Orbis tamquam conglomerata manu pugnabat contra Stephanum, qui lorica fidei armatus totum ſuperabat, ita ut non poſſent reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui in eo loquebatur.

72. *Suſpecti de aliqua re laborant ad ſe vindicandum.* Tamen maximè inquirendum, quod Judæi nati in diverſis Orbis partibus, Roma, Cyrenenſi, Alexandria, Cilicia erant in hac diſputatione cum Stephano; Judæi vero nati in Ieruſalem, vel Judæa non ſunt inventi in hac controverſia, ſed ſolum illi extranei? Hi cum tales eſſent ex tam remotis partibus contemnebantur ab habitatoribus Jeruſalem, tamquam minus docti, ac periti in Scriptura, ac lege, illiuſque intelligentia, ac obſervatione; illi ergo ut ab hac opinione ſe vindicarent, ſeſeque oſtenderent apprimè verſatos in Scriptura, ac lege, illiuſque acerrimi zelatores, ideo potiſſimè in certamen deſcendebant altercantes cum Stephano, ut ita haberentur non eſſe in ſcientia inferiores, alijs.

73. *Actor 9.* Saulus ſpirans minarum in diſcipulos, & multa mala fecit in omnibus, qui invocabant Sanctum nomen Jeſu. Actor.9. & cum lapidaretur Stephanus ipſe omnium veſtimenta cuſtodiebat, Actor.7.n.57. *Ut eſſet in omnium lapidantium manibus*, ait D.Auguſt. *& petijt à Principibus Sacerdotum epiſtolas ad comprehendendum omnes, quos in Chriſti nomine inveniret*; non miſſus eſt, ſed ipſe ſe obtulit, & poſtulavit epiſtolas. D.Hieronym.in cap.15.Geneſ. *Saulus ſanguis Martyrum ſitiens ſpirans minarum in diſcipulos Chriſti, ut videretur legis zelator poſtulat epiſtolas.* Paulus in Tarſis, in gentilitate nempe, ut modo ſupra dixi, inferior alijs in legis zelo haud poterat reputari: *Ut videretur legis zelator*, non inferior, ſed alijs major, ideoque poſtulat Epiſtolas, ut omnem ſiniſtram opinionem à ſe propulſaret. *Actor.7. D Aug. Saulus intendebat ſiniſtram opinionē propellere. D.Hier.*

QUÆSTIO IX.

Quare modo poſt electionem, & non antea dicitur D.Stephanus plenus fortitudine?

INcipimus ſermonem facere de B.Stephano, in cujus exordio dicam id, quod ait D.Auguſt. ſer.3. de Sanct. & 51 de Diverſis: Donet mihi Dominus pauca dicere ſalubriter, qui donavit Stephano tanta dicere fortiter. 74. *D.Aug.*

Stephanus dicitur *plenus fortitudine*, & ſtatim etiā ſcribitur *plenus ſapientia*, ut habetur ſtatim: *Non poterant reſiſtere ſpiritui, & ſapientia*; quia fortitudo debet eſſe cum ſapientia, ut non detur acceptio perſonarum, ſapientia cum fortitudine, ut ipſam fortitudinem valeat dirigere, ac gubernare. Ait Iob.12. n.12. *In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia; apud ipſum eſt ſapientia, & fortitudo.* Comparat ſapientiam mundialium cum Dei ſapientia; in mundialibus, ac ſenibus antiquis erat tantum ſapientia ſine fortitudine ad removendum, vel acquirendū id quod ipſa ſapientia dictabat; at in Deo eſt ſapientia cum fortitudine: *Apud ipſum eſt ſapientia, & fortitudo*, ut perducat ad ultimū effectum, ea, quæ bona agnoſcit, & penetrat: Rupert.l.b.1. cap.3. de utraque ſapientia agens ait: *In hoc differunt, quod in illis tantum eſt ſapientia; apud iſtum*, ſcilicet Deum, *ſapientia, ſimul, & fortitudo eſt*; etiam illi, quod ſapiebant ad effectum perducere non poterant. Iſte autem ſapientiam actis perduxit uſque ad victoriam. 75. *Sapiētia coniungatur fortitudini. Iob 12. Rupert.*

Quæſtio tamen principaliter inquirit; cur D.Stephanus ante electionē dicatur plenus fide, & Spiritu ſancto tantum; at poſt electionem nunc in præſenti dicitur *plenus Spiritu ſancto, ac fortitudine, faciens ſigna, & prodigia*: D.Chryſoſt. & Oecumen.ait: *Qui ante electionem prodigia non faciebat, ut qui nec ſaltus cognitus erat: Ubi per electionem cognitus effectus, tunc etiam donum, quod electionem conſecutum erat, demonſtrabatur, ut manifeſtum fiat, quod non ſufficiat gratia, ſed opus eſt quoque addi electionem.* Ecce qui ante electionem etſi plenus fide, & Spiritu S. & verè Sanctus, non tamen habebat fortitudinē ac robor ad pugnandum cum adverſarijs, ad facienda prodigia, & miracula; at cum electus, & vocatus fuit à Deo ad Eccleſiaſtica munera, ſtatim eis datur robur ad pugnandum, atque ad adverſarios confundendos, poteſtaſque ad mirabilia operandum. 76. *D Chryſoſt. Quos Deus vocat dat adiuvamē ad officia.*

Proverb.9. n.1. dicitur: *Sapientia ædificavit ſibi domum miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam, miſit ancillas ſuas, ut vocarent ad arcem, & mœnia Civitatis.* Sapientia æterna Divini Verbi ædificavit ſibi domum, Eccleſiam nempe ſuam, munitam ſeptem columnis, quæ ſunt ſeptem Spiritûs ſancti dona, ut interpretatur D.Chryſoſtom. in imperfecto homil.50. in Matth. poſuit menſam omnium cœleſtium donorum, ac dulcedinum juxta id, quod tradit Herodot.lib.3. *Miſit ancillas ſuas, nempe Apoſtolos, ac prædicatores,* 77. *Prov 9. D Chryſoſt. Herod.*

Lyran. Hugo. Ianſen.

prædicatores, ut explicant Lyranus, Hugo, Janſenius, & dicuntur ancillæ, quia in oculis hominum videbantur humiles, & abjecti, *ut vocarent ad arcem, & ad mœnia Civitatis.* Majori conſequentia videbatur dicendum, ut vocarent ad menſam, quam poſuit, ſed ait: *Ut vocarent ad arcem, & mœnia Civitatis*; ex Hebræo legitur: *Vocavit ad pinnacula, vel faſtigia Civitatis.* Pagninus: *Vocavit ad ſummitates excelſorum Civitatis*, vocat eos Deus ad excelſa munera, ad ſupremum faſtigium dignitatum Eccleſiæ, ibi eos vocat, ibi eos convocat ad ſuam menſam cœleſtium donorum; quos enim Deus eligit ad officia, & dignitates, eis confert ſua dona ad exactè, ac perfectè obeundas functiones ſuas.

Hebr. Pagnin. *Vocatos ad dignitates providet Deus.*

78. Poſtquam Chriſtus D. in horto ad Patrem cum jam tradendus ſuis inimicis veniens ad diſcipulos ſuos, eos inveniret dormientes dixit illis: *Dormite jam, & requieſcite; ecce appropinquavit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, ſurgite eamus*, Matth. 26. n. 45. Contradictio videtur latere in dictis: *Dormite, & requieſcite*, cum his, quæ ſequuntur: *Surgite eamus*: Unum apertè repugnat cum alio dormire, & requieſcere cum ſurgere, & ire; nulla tamen eſt contradictio, ſed omnia ſibi optimè conſonant; nam ſi à Deo deſignaris ad certamina, ut certus requieſce, quod ipſe tibi dabit adjuvamen ad ſuperandum, ut glorioſus triumphator evadas. D. Laurent. Juſtinian. de triumphali Chriſti agone, & ait: *Facile enim quiſque, quod acquiſivit, amittet, ſi non vocatus ſe inconſultè exponat: Nullus itaque inaniter Dominum in paſſionibus præſumat imitari, niſi impellente Spiritu, aut vocatus quieſcat.* Expende ultima verba: *Aut vocatus quieſcat*; ſi vocatus fueris à Deo, quieſce, in promptu tibi erunt omnia.

Math. 26. *Si à Deo es vocatus, eſto ſecurus.* D. Laur.

QUÆSTIO V.

Quare tanta multitudo diverſarum nationum contra unum Stephanum ſtat.

79. VAlde mirum quod tam ampla, & lata multitudo ex toto ferè Orbe, ut dixi ſupra q. 8. n. 71. inſurgat diſputans cum Stephano, cur non potius cum Apoſtolis, qui erant Principes, & Primarij in populo Chriſtiano? Stephanus erat agnitus tamquam vir doctiſſimus diſcipulus Gamalielis, plenus, ut dicitur in Textu, *Spiritu ſancto, & ſapientia.* Apoſtoli autem reputabantur tamquam homines, viles, rudi, ac idiotæ, proindeque tota eorum manus conglomerata inſurgebat contra doctiſſimum Stephanum, quia hoc devicto cæteri facile eſſent ſuperati.

Totus Orbis contra Stephanum ſapientiſſimum.

80. Secundo ad quæſtionem reſpondet D. Chryſoſt. ſerm. de S. Stephano tom. 6. ubi ſic ait: *O quantam turbam improbitas congregavit: O quantam invidia multitudinem convocavit: Libertinos, Cyrenenſes, Alexandrinos, & qui erant à Cilicia, & Aſia; infinita inquit turba contra unum.* Malitia infinitam ferè iniquorum multitudinem convocat, ut ſuum defectum juſtitiæ, veritatis, ac rationis hominum multitudine cooperire, ac recompenſare valeat.

D. Chryſoſt. *Iuſtus unus iniqui multi.*

81. Ait Iſaias 3. n. 1. *Ecce dominator Dominus exercituum auferet à Ieruſalem, & Iuda validum, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ, fortem, & virum bellatorem: & dabo pueros Principes eorum.* Ait *auferam fortem, & dabo pueros*, unus ſingularis aufertur, & dantur multipliciter pueri; & cur multi pueri proponuntur, quando unus ſolus vir aufertur? pueri intelliguntur non ætate, ſed ſtultitia, & inſipientia, ac ignorantia, & ſemper hi multi, & in magno numero ſunt; infinitus penè eſt numerus ſtultorum D. Baſil. ibi ait: *Bonum quidem expreſſit ſingulariter, puta fortem, validum, bellatorem, &c. malorum autem commonat in excrevit in numeroſam multitudinem, ſic ſunt juvenes, Principes, & illuſores dominabuntur vobis.* Ubi mali, & iniqui ibi multum excreſcit inimicorum, ac iniquorum numerus. Tamen profundè nota, quod quando dicitur unus juſtus ſingularis, dicitur *fortis, validus, ac bellator.* Cum omni robore panis, & aquæ; at iniqui licet multi, ſunt tamquam pueri: *Dabo pueros Principes eorum*, utpote invalidi, imbecilleſque ſine viribus, judicio, ac ratione, & ideo unus juſtus, ut Stephanus eſt fortis Athleta, contra eos generosè ſtat, ut eos valeat ſuperare, ac devincere.

D. Baſil. *Iniqui multi, & invalidi, juſtus unus & fortis.*

Scribens Apoſtolus Paulus ad ſuum diſcipulum Timotheum 2. cap. 4. n. 3. ait: *Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi Magiſtros.* Ubi D. Anſelm. ſic ait: *Acervum ſibi congregabunt Magiſtrorum, qui doceant ea, quæ deſiderant.* Multitudo iniquorum per acervum explicatur ab Apoſtolo: aliter David loquens de Sanctis ait: Pſalm. 16. n. 14. *A paucis de terra divide eos.* Per paucos juſtos intelligit communis interpretatio, & ita quædam lectio habet: *A mortalibus mundi divide eos*, alia vero lectio, *Ab electis*: Multitudo iniquorum declaratur per acervum incompoſitum, in quo nulla eſt diſpoſitio, nec ordo, nec ratio: At paucitas juſtorum per electionem, in qua eſt altum conſilium, & ſuprema judicij diſcretio. In multitudine iniquorum nulla ratio, & diſpoſitio, quæ maximè cernitur in paucitate juſtorum, cum in eorum electione maximè eluceat altum conſilium cum ſumma providentia, attenta ratione meritorum uniuſcujuſque. 82.

2. Tim. 4. Anſelm. *Iniqui multi, juſti pauci.* Pſal. 16.

QUÆSTIO XI.

Quare tanta ſapientum multitudo uni Stephano non poterat reſiſtere?

ECce omnes ſapientes Ieroſolymæ congregati contra unum Stephanum non poterant reſiſtere ſapientiæ, ſpiritui, ac fortitudini illius, qua erat plenus, ſed Stephanus eos omnes ſuperabat, & unde ejus ſapientia, ac fortitudo tantam vim habebat? quia erat fundata, ac radicata in humilitate, ut notat D. Chryſoſt. ſerm. de S. Stephano tom. 6. *Diaconus menſis præfectus eſt, & prodigiorum effector redditus.* Non recuſavit Stephanus humile menſarum miniſterium, indeque ex ſua humilitate aſſequutus eſt, ut eſſet prodigiorum operator, utque multa ederet mirabilia. 83.

Sapientia, & fortitudo in humilitate. D. Chryſoſt.

Scribitur cathalogus fortiſſimorum David, & de ipſo dicitur: *Sedens in Cathedra ſapientiſſimus Princeps, inter tres, ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui octoginta interfecit impetu uno*, 2. Reg. 23. n. 8. Ut ſapientiſſimus in Cathedra oſtenditur, & ut fortiſſimus, qui octoginta uno impetu proſtravit; & unde illa tanta ſapientia, tantaque fortitudo? quia ita ſe dejecit, ac reputabat; *quaſi tenerrimus ligni vermiculus*, & inde ex tanta humilitate conſequens erat, ut prodiret multa ſapientia, ac fortitudo, ut uno impetu proſterneret octoginta, quod eleganter ponderavit D. Leo ſerm. 7. de Epiphania, ubi ſic ait: *Tota Chriſtiana ſapientiæ diſciplina, non in abundantia verbi, non in aſtucia diſputandi, neque in appetitu laudis, & gloriæ, ſed in vera, & voluntaria humilitate conſiſtit, quam D. Ieſus ab utero Matris uſque ad ſupplicium Crucis pro omni fortitudine elegit.* Expende verba *pro omni fortitudine elegit.* Ipſa æterna ſapientia veniens in mundum ad pugnandum cum Diabolo, humilitatem pro omni fortitudine elegit. 84.

2. Reg. 23. *Sapientia, & fortitudo eſt humilitate devincit.*

85. Secundò : Tota Doctotum multitudo non poterat teſiſtere Stephano : Gloſſa Otdinaria *Pugnabat ipſa ſapientia Scripturarum.* Verba ſacræ Scripturæ ſunt tela, & ſagittæ, quæ inimieos configunt, perdunt, ae deſtruunt. Cum meus patens Eliſæus ægrotaret, jamque motti proximus, deſcendit ad eum Joas Rex Iſrael largiter flens, ad ejus dolorem mitigandum ait ei Eliſæus : *Affer arcum, & ſagittas ; & dixit Eliſæus : jace ſagittam, & jecit : & ait Eliſæus : ſagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis contra Syriam, percutieſque Syriam*, 4.Reg cap.13. à n.15. 16.& 17. Quæ verba motaliter expendit Gloſſa Otdinaria, & inqoit : *Arcus ſacra Scriptura, qua ex utroque teſtamento, velut ex cornu, & chorda conſtat : vetus eſt cornu propter duritiem, novum chorda ; & dum chorda trahitur, cornu curvatur ; quia cum novum Teſtamentum diſcutitur, vetus de rigore ſuo ad intellectum ſpiritualem flectitur : ſagitta ſunt verba, qua Doctores proferunt ; nos ergo cum Scriptura dicta penſimus arcum tendimus cum verba doctrina damus ſagittas emittimus.* Per allegoriam ad ſaeram Scripturam voluit Sanctus Propheta Regi Iſrael denotare victotiam de Sytia. Mandat patare arcum, & ſagittas, illaſque emittete ad petcutiendam Sytiam. Arcus ſacta Scriptura ; eornu ex quo eomponitur
Verba vetus teſtamentum ob ſui dutitiem denotat, chorda
Scriptu- ob ſui lenitatem ac tenetitudinem, novum dicit ; ſa-
ra ſagit- gittæ vetba Doctorum, dum ex Scriptura proferunt,
ta acuta. ac exeunt, percutiunt, & vulnerant Sytiam nempe idololatriam, & iofidelitatem eum omnibus ſuis erroribus.

86. Ait Job.39.n.25. *Ubi audieris buccinam ; dixit*
Iob.39. *vah* : ex Græco legitur *ſignum dante tuba dicit euge*,
Græcus. *procul odoratur bellum.* Hæc vox *euge* importat ootam exultationis, ac gratulantis : *Euge ſerve bone.*
Ubi ſonat Et quænam eſt hæc tuba, quæ cum illa ſonat, ſta-
Scriptu- tim fit exultatio, ae gtatulatio de victotia, ae de
ra vox bello jam ptoeul abeunte, ae eeſſante ? hæc tuba eſt
victoria ſaeta Scriptura, cujus vox cum ſooat ſtatim certa
certa. eſt victoria bello profligato, & procul abeunte, ae omnino deſtructo. D.Ephrem ſerm. de Pœnitentia
Ephrem. ſic ait : *Loco tuba divinas Scripturas adhibe, & quemadmodum tuba belli tempore ſonans ſtrenuorum militum alacritatem in adverſos excitat, ita & divina Scriptura te promptiorem ad omne opus bonum reddunt, teque adverſus improbas paſſiones, ac vitia magis animant, & corroborant.*

Actor.6.n.11. Tum ſummiſerunt viros, qui dicerent ſe audiviſſe eum dicentem verba blaſphemiæ in Moyſen, & in Deum.

Num.12. Commoverunt itaque plebem, & Seniores, & Scribas, & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in Concilium.

Num.13. Et ſtatuerunt falſos teſtes, qui dicerent : Homo iſte non ceſſat loqui verba adverſus locum ſanctum, & legem.

Num.14. Audivimus eum dicentem : quoniam Jeſus Nazarænus hic deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyſes.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE V.

87. Verſ.11. T*Unc ſummiſerunt viros.* Tigurina :
Tigurin. *Subornaverunt.* Pagnin. *Clam acce-*
Pagnin. *perunt viros.* Arabicus : *Tunc ergo expedierunt homi-*
Græcus. *nes.* Græcus *ſubjecerunt.* Quæ omnia verba denotant
Arabic. quandam occultam ſubornationem, ac confictam compoſitionem, quam fabricarunt Libertini, Alexandtini devicti, ae ſuperati ab Stephano in diſputatiooe, tunc falſos teſtes miſerunt, qui dicerent, ut fecit Jezabel contra pium Naboth, 3.Reg.21.n.9.10. & pro hoc facit lectio Sytiaca, quæ ſic habet : *Tunc miſerunt quoſdam, & docuerunt eos, ut dicerent ; Nos audivimus.* Et io hoc D.Auguſt.ſerm.93.de Sanctis, D.Aug.
agnoſcit magnam ſimilitudinem in B.Stephano cum Chriſto D.

Verba blaſphemia. Arabicus : *Audivimus ſermones* 88.
commentitos. Vatablus : *Verba impia, contumelioſa.* Arabic.
Blaſphemia ex tadice Græca ; idem eſt ac mala fama Vatabl.
ab aliquo evulgata, ac ptoinde idem valet, ac maledicentia, vituperium, ac calumnia ; & quamvis va- *Blaſphe-*
riè poſſit accipi, tamen ex uſu Eeclesiæ communiter *mia quid*
accipitur pro contumelia, & opprobtium jactum in *ſit.*
Deum, ſuoſque Sanctos.

Et in Moyſen. Pet Moyſen vel intelligitur ejus 89.
perſona, quæ in magna authotitate erat apud Judæos, vel lex ab ipſo ptomulgata, quam D.Stephanus docebat eſſe jam abolitam, & extinctam per Chriſtum, qui erat filius Dei, & major Moyſe. *Et in Deum* Injurioſum illis videbatur affirmare Jeſum eſſe Filium Dei naturalem, ac verum Deum, quem ipſi falſiſſimè purum hominem reputabant.

Verſ.12. *Commoverunt itaque plebem.* Syriacus : 90.
Concitaveruntque. Æthiopicus : *Et exorti ſunt, &* Syriac.
conſociaverunt contra eum. Arabicus : *Et abripuerunt* Æthiop.
ſecum populum, nempe Communem plebem. *Et ſe-* Arabic.
niores, graviores, qui erant in populo, & qui ex eorum partialitate, ac factione erant. *Et ſcribas* legis Doctores. De Sacerdotibus nulla fit mentio ; quia cum ipſi eſſent præcipui in Concilio, maximè cum de re Religionis agebatur, doloſè, & abſcondite commovebant populum, ac alios, ut ſic apparenter tamquam judiees integerrimi viderentur, & fortios
agerent. Contra Stephanum, & quia, ut notat Ca- Caiet.
ietanus, hæc non ſunt facta onico tempore.

Rapuerunt eum, & adduxerunt in Concilium. Sy- 91.
riacus : *Adduxerunt in medium Synagoga.* D Chry- Syriac.
ſoſt. *Invadentes corripuerunt eum.* Æthiopic. *Traxe-* D.Chryſoſt.
runt ad Concilium. Quæ omnia verba indieant, ut Æthiop.
notat Lyranus, quod cum rapuerunt, ac traxerunt Lyranus.
vi, & furote, non vero tatione.

Verſ.13. *Statuerunt falſos teſtes, qui dicerent ho-* 92.
mo iſte. Ex odio, ac contemptu cum ptoprio nomi-
ne non dicunt. *Non ceſſat loqui.* Lyran. *Non ſolum* Lyran.
ut blaſphemus, ſed etiam ut blaſphemia aſſuetus. Tex- D. Greg.
tus : *Verba.* Arabicus : *Sermones commentitos.* S.Gre- Nyſſen.
gor.Nyſſenus : *Verba contumelioſa.* Textus : *Adver-* Arabic. Syriac.
ſus locum Sanctum, & legem. Sytiacus : *Contra hunc* Matth.5.
locum ſacroſanctum, Templum intelligunt, & legem & io hoc falſo dixerunt quia Matth.5. num.17. ut ait Chriſtus : *Non veni ſolvere legem, ſed implere*, eamque perficere.

Verſ.14. *Audivimus eum, &c. Quoniam Ieſus Na-* 93.
zaraus deſtruet locum iſtum, & mutabit traditio-
nes. Sytiacus : *Mutaturum ritus.* Arabicus : *Demo-* Syriac.
lietur locum iſtum, & mutabit inſtituta. Æthiopic. Arabic.
Solvet legem noſtram. Pagnin. *Mutabit conſuetudi-* Æthiop.
nes ; & in hoc falſum dixerunt ; nam D.Stephanus Pagnin.
ſemper locutus eſt ſermone cohærente ad Chriſti verba ; Chriſtus autem non dixit, quod ipſe deſtrueret civitatem, ſed quod illud erat faciendum à ſuis inimicis, nempe Romanis : *Inimici tui circundabunt*
te, & proſternent te. Luc.19.n.44. de quo quæſtio- Luc.19.
ne 13.

QUÆSTIO XII.

Quare numerus teſtium, qui ſurrexerunt contra D. Stephanum non exprimitur, nec declaratur?

94. INſurrexerunt contra D. Stephanum in diſputatione ex toto fere orbe, ut jam dixi, Libertini, Cyrenenſes, Alexandrini, & illi qui erant à Cilicia, Aſia, ita in magno numero, ut non valerent numerari præ eorum magna multitudine quot, & quanti erant ex qualitate nationum, ita tot, tantique fuerunt contra Stephanum falſi teſtes, ut omnem excederent numerum; nam cum illi eſſent devicti in diſputatione, non poſſentque ejus ſapientiæ reſiſtere, tamquam ad arma confugientes manus injecerunt in Stephanum magna cum multitudine teſtificantium Stephanum blaſphæmum contra legem, ac locum ſanctum, & ſic multitudinem teſtium cum multitudine diſputantium componit Oecumenius, & ſic ait: *Quemadmodum per unos eſt diſputatio, ita & per alios eſt accuſatio, & forma dolos texentium, & deploratorum*, & quando in iniquorum Concilio multa depravatorum turba aderat, conſequens erat, ut multi falſi teſtes in unum confluerent.

Malum Concilii malis replentur miniſtris.

Oecum.

95. Cum Judæorum Principes, & Seniores conveniſſent, ut Jeſum morti traderent: *Multi falſum teſtimonium dicebant adverſus eum, & convenientia teſtimonia non erant.* Marc. 14. num. 56. Et quomodo ad magnorum virorum Concilium, qui, maxime de Religione tractabant, audent falſi teſtes accedere rigidam legis pœnam non metuentes? Iudices illi in Concilio erant peſſimi, ac ſceleratiſſimi, inde ſequebatur, quod eorum tribunal eſſet plenum falſis teſtibus, ac omni iniquitate; majorum enim perverſitas omnes ſceleratos ad ſe convocat. Victor. Antioch. ibi ſic ait: *Illorum conſeſſus nihil erat aliud prorſus, quam peſtilentium hominum cœtus; nec enim teſtimonia, quæ a ſubmiſſis teſtibus adverſus Ieſum afferebantur, convenientia, hoc eſt veritati conſona non erant; nam ut illorum Concilium erat profanum, utpote ex profanis, & ſceleratis impoſtoribus conflatum, ita nihil non eſt hic profanis turbis, & tumultibus erat plenum.* Expende *Concilium ex profanis*, quod inde ex profanis turbis, & temulentis erat plenum

Marc. 14.

Victor. antioch. *Iudices iniqui falſos, ac iniquos ſecum habent.*

96. Ad auferendam, & ſurripiendam vineam Naboth ſcripſit Jeſabeth. *Epiſtolam ad majores natu, & optimates, qui erant in civitate*, hoc ait Abulenſis ibi quæſt. 4. ad eos: *qui tenebant regimen civitatis*, qui faciebant ejus Concilium, & civitatem gubernabant: Summa autem epiſtolarum erat: *Submitte duos filios Belial contra eum* ſcilicet Naboth, & *falſum teſtimonium dicant* 3. Reg. 21. n. 10. quod exacte, *fecerunt cives ejus, majores natu, & optimates*, ad perquirendos teſtes falſos, nulli alteri Jeſabeth negotium committet, niſi ad ſeniores, ac optimates, qui erant de regimine, & Concilio magno civitatis. Hi cum eſſent peſſimi, perverſi, ac maligni ſine dubio ſimiles miniſtros habuere plenos omni malitia, nequitia, ac falſitate.

Abulenſ.

3 Reg. 21

Cū iniquis ini quorum Concilii.

97. Secundo D. Chryſoſt. eleganter ait: *Quoniam & legis cognitione ſuperior erat Stephanus, illiſque intolerabilis, falſoſque teſtes conſtituunt.* Totus orbis cum falſis teſtibus conglomeratus irruit contra unum Stephanum; & inde adverſus eum tanta exorta eſt tempeſtas: *Quoniam legis cognitione ſuperior erat.* Unde Spiritu ſeductionis, ac deceptionis falſos requirunt teſtes, atque contra eum opponunt.

D Chryſoſt. *Stephanus illis ſuperior contra unum omnes.*

98. De Chriſto Domino ait David Pſalm. 68. nu. 3. *Tempeſtas demerſit me* quiſnam extitit ventus, qui tam rigidam excitavit adverſus meum Jeſum tempeſtatem? Proculdubio fuit ille ventus, Spiritus mendacis, & ſeductionis, quo fuere commoti Judæorum Principes, & videntes Chriſti mirabilia, cùm non haberent, quod contra eum opponerent, in irarum æſtus cœperunt inſævire. Rupertus lib. 1. in Jonam ait: *Quis ille ventus fuit, qui turbas Iudæorum, quaſi mare turbavit, niſi Spiritus ſeductionis, qui illos in odium Domini noſtri concitavit? ille intus eos perflavit, ut adverſus eum fremerent.*

Pſal. 68. *Tempeſtas ex Spiritu ſeductionis contra inſtum.*

QVÆSTIO XIII.

Quare iſti dicuntur falſi teſtes, cum multa vera dixiſſent?

ADducti falſi teſtes clamant, & dicunt: *Homo iſte non ceſſat loqui verba adverſus locum ſanctum, & legem, audivimus eum dicentem: Quoniam Ieſus Nazarenus hic deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyſes.* Ecce Textus, de cujus literali ſenſu jam egi in expoſitione. Nunc vero ſumma teſtimonij hæc eſt; Stephanus dixit quod lex Moſaïca ſuis cum traditionibus in Evangelium ſit tranſitura, Iudaiſmus in Chriſtianiſmum, Moyſes in Chriſtum verum Meſſiam, verumque Dei Filium naturalem, hæc ſane vera ſunt, & ut credimus ſæpe ab Stephano Chriſtum prædicante inculcata ſunt. *Quomodo ergo*, ait Oecumenius in præſenti, *hi ſuppoſititij, falſique teſtes?* 99.

Difficultas quæſtionis.

Recte reſpondet ipſe Oecumenius: *Quia non ut audierant ita narrabant, ſed alio quidem modo audierant, nunc vero ipſi alio modo proferebant, merito itaque falſi teſtes proferuntur.* Tam pura, ſincera, ac ſimplex eſt veritas, quod minima diſcrepantia jam veritas non eſt, ſed in falſitatem pertranſit, teſtes ſubſtantiam rei integram, inviolatamque ſervantes, rei modum adulterant, inde à veritate decidunt, & falſi teſtes dicuntur; ſic proſequitur citatus Oecumenius, dicens: *Quemadmodum enim de Chriſto, quod poſſet Templum diſſolvere, falſum fuit teſtimonium (neque enim Chriſtus dixerat, ſolvam, ſed ſolvite, ad illos, non ad ſe referens ſolutionem) ita, & nunc mendaces ſunt, qui Stephanum aiunt legis, ac loci demolitionem Nazarano tribuere: quodque vir Nazarenus ſuis videlicet manibus faceret, & non Deus per Romanos exercitus: Moyſi vero inſtituta manifeſtè Deus per diſcipulos ſuos, & Apoſtolos commutavit.* Jeroſolymitanum excidium Deus fecit per Romanos; & Moyſaïcæ legis commutationem per ſuos Apoſtolos exequi fecit, ut umbra in ſolidam veritatem tranſiret: hi autem teſtes, ut anſam accuſationis haberent æquivocis verbis malitioſe uſi ſunt, magiſque innuunt, quod Chriſtus ſuis manibus, & ſuis verbis, urbem, atque legem diſſipabit, unde veritatem ſic adulterantes teſtes falſi effecti ſunt. 100.

Veritas ex modo dicendi deperditur.

Oecum.

Ioan.

Ait Sapiens Proverb. 12. num. 19. *Labium veritatis firmum erit, qui autem teſtis eſt repentinus concinnat linguam mendacij.* Tigurina *verax labium firmum eſt ſemper; mendax vero lingua in momento variat.* Magnum eſt diſcrimen inter veritatem, & mendacium; veritas enim ſemper, ac conſtans perſiſtit, in adæquatione, ac conformitate cum ipſa re. Lyranus ait: *Labium veritatis non variatur de uno in aliud*; at mendax in momento variat addendo, vel ſubtrahendo, in nulloque certo, ac determinato puncto perſiſtit; cujus rei optimam aſſignat rationem Rabbi Salomon, & ait: *Labium verax ſolida baſi nititur, atque ad æternitatem durabit, teſtis fallax* 101.

Prov. 12.

Veritas uno labio loquitur.

verò temporis momento, brevique durabit, nec ullum progreſſum faciet, cum, ut aiunt, mendacia pedibus trunca ſint; veritas perſiſtit mendacium per ſe ipſum corruit.

102. Pſal. 61. Hebr. 1. D. Chryſoſt. D. Aug. Dioniſ. D. Hier. Theod.

Ait Regius Vates Pſalm. 61. num. 12. *Semel locutus eſt Deus.* Apoſtolus Paulus Hebræor. 1. num. 1. *Multifarie, multiſque modis olim Deus loquens Patribus noſtris*, ex quo magna exoritur quæſtio apud ſanctos Patres D. Chryſoſt. Auguſt. Dionyſium, quomodo hæc cohæreant inter ſe; ſi enim ſemel locutus eſt, quomodo *multifarie, multiſque modis*? Illud *ſemel loquutus eſt Deus* explicat D. Hieronym. *Unum locutus eſt Deus.* Theodoretus: *Conſtanter loquens.* Deus cùm ſit ſumma veritas, quamvis multa locutus ſit, ſic tamen inter ſe ſunt connexa, cohærentia, ac invariata; ut non tamquam plura, ſed ut unum quid reputentur D. Hilarius ait: *Quæ ſunt cognita neceſſe eſt ea ſibi eſſe connexa.* Ad quod ſpectat id quod dicitur de ſponſa multa loquente in Cantic. 4. numero quarto. *Eloquium tuum dulce*: multa ejus verba *unum eloquium* dicit, ob multam ejus cohærentiam, & conformitatem.

Omnia Dei verba uniſ. D. Hilar. Cant. 4.

Actor. 6. num. 15. Et intuentes eum omnes, qui ſedebant in Concilio viderunt faciem ejus, tamquam faciem Angeli.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VI.

103. Syrus. Arabic. Syriac.

Verſ. 15. I*Ntuentes eum*, Syriacus *Intuiti ſunt eum.* Arabicus: *Intuens autem eum congregatio.* Ob novum ſplendorem relucentem in facie ejus. *Viderunt faciem ejus.* Syriacus: *Conſpicati ſunt vultum ejus*, tamquam faciem Angeli, ex quadam pulchritudine, ac claritate divinitus data ad declarationem ſuæ ſanctitatis, puritatis, ac luminis ſuæ doctrinæ juxta illud Chriſti Domini: *Vos eſtis lux Mundi*: Ut ita Stephanus magis mirabilis videretur, & ſic ipſi à ſua malitia retraherentur, & eum libentius audirent.

QUÆSTIO XIV.

Quare facies Divi Stephani tamquam Angeli reſplendebat.

104. *Lux Stephani ut Sol.* Gloſſ. Hugo. D. Aug. D. Niſſen.

DIvus Stephanus eleganti, & pulchra facie erat, ſed hæc nova claritas, novuſque ſplendor ei additus eſt: ita omnes Gloſſæ, & Hugo D. Auguſt. ſerm. 99. de Diverſis ait: *Faciem Stephani radiaſſe inſtar ſolis.* D. Niſſenus oratione de S. Stephano ait: *Angelicum decorem, & mutationem faciei in Angelicam formatam habuiſſe.* Unde illi tantus ſplendor, ac lux, inquirendum.

105. D. Aug. Tertull. D. Chryſoſt. Beda. Carthuſ.

Primo D. Auguſt. ſerm. de Sanctis, Tertullian. lib. de Reſurrect. cap. 55. in præſenti D. Chryſoſtomus, Beda, Carthuſianus, Damianus citandus faciunt comparationem de vultu Stephani reſplendente cum facie Moyſis radiante. Contulit Deus Beato Stephano ſplendorem, ac radios corporis glorioſi, quales tribuit Moyſi, inter utramque tamen magna erat differentia; nam in lucem à vultu Moïſis *non poterant filij Iſrael intendere.* 2. Corynth. 3. num. 13. at in lucem à vultu Stephani erant omnes intendentes, & intuentes: Lux Moyſis utpote legis veteris erat imperfecta, & caligniosa, quæ excæcabat, & percutiebat oculos, ideoque non poterant filij Iſrael in eam intendere: at lux Stephani erat à lege Evangelica, quæ ut valde perfecta, acuebat viſum, & illuminabat, juxta verba Chriſti D. *Vos eſtis lux mundi*, & ideo omnes erant intendentes, & intuentes in faciem Stephani.

2. Cor. 3. *Lux antiqua excæcabat, Evangelica illuminat.*

106. D. Aug.

Secundo D. Auguſt. lib. 15. de S. Stephano ſic ait: *Adapertis Cælis aſpectus mutatus eſt confeſſoris, & cœpit tamquam Sol illuſtrans juſtitia ita ſplendeſcere, ut humanam ſpeciem non haberet: ipſis patentibus Cælis, ipſis roſtantibus inimicis. Nam ſtabat in medio luporum, & erat facies ejus tamquam facies Angeli.* Stephanus homo luteus, & carneus cum ſtaret in medio luporum, ac inimicorum cum Cœlis apertis è regione contemplaretur Jeſum, & ex radiis ſuæ majeſtatis in eum reverberatis, ſic cœpit ſplendeſcere, ut non homo, ſed Angelus videretur.

Ex radiis Chriſti Stephanus apparet Angelus.

107. Math. 11.

De Joanne Baptiſta ait Chriſtus D. Matthæi 11. numer. 10. *Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem meam, & præparabit viam tuam ante te.* Omnes Prophetæ, qui venerunt ante Chriſtum ad præparandam viam ejus ſunt miſſi, cur ſolus Baptiſta Angelus eſt appellatus? D. Chryſoſt. in Imperfect. homil. 27. in Matth. ait: *Quomodo de ſolo Ioanne, quaſi de gratia ſingulari eſt judicium: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam? Omnes quidem Prophetæ ante faciem Chriſti tranſmiſſi ſunt, ſolus autem Ioannes ſic miſſus eſt ante faciem Chriſti, ut pene cum ipſo Chriſto veniret.* Ex intima approximatione cum Chriſto præ cæteris tamquam ex ejus radiis verberatis, habuit, ut non homo, ſed Angelus videretur, ſic & Stephanus ex peculiari aſſiſtentia, ac viſione Chriſti ex ejus ſplendore præ omnibus habuit, ut Angelus appareret.

Ioannes Angelus ex Chriſti radiis.

108. D. Hilar. Arelat.

Tertio D. Stephanus plenus erat Spiritu Sancto, ut dicitur ſupra num. 5. & cap. 7. in fine, & tamen ſolum in ſe oſtentat faciem Angeli, quod pulchre notavit D. Hilarius Arelaten. ſerm. de S. Stephano, & ait: *Abſcondita pectoris ornamenta ſpeculum frontis irradiant habens in ſe Spiritum Sanctum, os per ſe geſtat Angelicum.* Sic D. Stephanus nitebatur plenitudinem D. Spiritûs, quam in ſe intrinſecus habebat abſcondere, ut extrinſecus non Deus, ſed Angelus appareret; hoc eſt cœleſte ingenium majora abſcondere, minora oſtendere. De illis antiquis ſanctis ait Paulus Hebræor. 11. num. 37. *Circumierunt in melotis in pellibus caprinis egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes.* Utebantur melotis pellibus caprinis per ſolitudines, ac deſerta; nam ut notat D. Ephrem in Confeſſ. ac reprehenſ. ſui ipſius: *In civitatibus habitum mutabant; neque enim ſcire volebant quidnam, ipſi agerent.*

Magna virtus ſe abſcondit, & non manifeſtat. D. Ephr.

109. *Reſplêdet ut ſuos illuminet adverſarios.*

Quarto & maximè ponderandum, quod Stephanus inter falſos teſtes eum accuſantes inter voces iniquorum clamantium, inter judices depravatos plenos odiis, ac invidia, etiam ipſe ſtabat, non torvo, ac terribili vultu, ſed placida, ſuavique facie, velut Angeli, pro quo audiendus eſt Euſebius Gallican. ſerm. de S. Stephano, & ait: *Aſpectu Angeli facies impiorum caduntur, & lapidantium conſcientia, lapidati lumine percuſſa agnitionis cereis lapidantur.* Inter illa tot, & tanta adverſa facies Stephani relucebat, ac reſplendebat tamquam facies Angeli, ut ille velut cereis accenſis illuminati, agnita veritate, à ſua iniquitate, ac perverſitate deſiſterent.

110. Exod 34. D. Aug.

Quinto, & in confirmatione ſuperioris rationis; facies Moyſis, & Stephani radiabant lumine, ſed ut Moyſes loqueretur ad populum *ponebat velamen ſuper faciem ſuam.* Exod. 24. num. 3. at Stephanus differens in Concilio nullum tale appoſuit operimentum, quod egregie ponderat D. Auguſt. ſerm. 6. de ſancto Stephano, & ait: *Moyſis veſte, quando velamentum poſuit contra ſanctam faciem ſuam, nolebat videre criminoſam faciem noſtram; Stephanus*

vero

A Ieſu meruit beneficiū etiā in hoſtes.

vere revelata facie ſua ſpeculabatur in Cœlum gloriam Filij Dei, ideo videbant vultum ejus Iudæi, tamquam vultum Angeli Dei. Moyſes non reſplendebat ex Jeſu, & ideo nec videre, nec videri permittebat ab inſeuſis Judæis; àt Stephani ſplendor totus dimanabat à Jeſu, & ideo neminem excludebat, imo crudeliſſimos, impiiſſimoſque hoſtes admittebat, atque in eos ſuam infundebat lucem.

111. Sexto: Reſplendeſcere tamquam Angeli proprium eſt corporis glorioſi poſt reſurrectionem juxta illud Chriſti Domini Matth 22. num. 30. *In reſurrectione non nubunt, neque nubentur, ſed erunt quaſi Angeli Dei.* Sancti poſt reſurrectionem in ipſa gloria beatitudinis apparent tamquam Angeli Dei, Stephanus exiſtens mortalis in terra tanta eminebat ſanctitate, & fulgore, ac tamquam Beatus in corpore glorioſo fulgeret ut Angelus Dei in Cœlo. D. Fulgent. in ſerm. de S. Stephano ait: *Beatus qui in ipſa colluctatione pugnantes jam præfert ſpeciem reſurgentis ſplendore Angeli enim Deus ſanctificatum circumfudit aſpectu.* Exiſtens in terra ſanctificatum Beatorum Cœli habet aſpectum; Imo & altius Tertullian. lib. de reſurrect. carnis cap. 55. ait: *Stephanum inſtar Chriſti in transfiguratione Angelicum faſtigium induiſſe, ne dicam tranſcendiſſe*, intelligendum in externa apparentia.

Math 22

Stephanus in terra ita fulget ut Beatus in Cœlo D. Fulg.

Tertull.

112. Septimo: Stephanus modo in Concilio magnum, & amplum habuit ſermonem plenum altiſſimis myſteriis, quo non ſolum ſua voce illuminavit præſentes, ſed etiam nunc ſcripto abſentes. De Doctoribus ait Daniel 3. numer. 12. *Qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Stephanus autem non fulgebat, ut ſplendor firmamenti, vel Stella Cœli, ſed ut quid ſuperius, ac ſupernaturale luce Divini Spiritus, qua erat plenus, quæ in ejus vultu apparebat, ac ſi eſſet Angelus à Deo miſſus, ut alta, & ſupernaturalia denuntiaret, & ut aſtantes faceret ſibi attentos.

Daniel 3

Stephanus Angelus ad annunciādum.

113. Octavo D. Fulgentius in proprio ſermone ait: *Abundantia cordis tranſit in decus oris, in exterioris gloriam candor interioris redundat, habens intra ſe Spiritum Sanctum os per ſe geſtat Angelicum.* Puritas, & ſanctitas Stephani in interiori non erat hominis, ſed Angeli, inde vultus ejus in exteriori non apparebat hominis, ſed Angeli, interna puritas erat Angelica, ſic & externa facies, quod ſatis eleganter dixit Euſebius Emiſſenus homil. de S. Stephano ubi ſic ait: *Abundantia cordis tranſit in corporis decus, in exterioris gloriam candor interioris exundat, & abſcondita pectoris ornamenta ſpeculum frontis irradiant*; habens intra ſe Spiritum Sanctum, os præ ſe geſtat Angelicum.

D. Fulg. *Interna virtus reddit lucē in exteriore corporis.*

Euſſen.

114. De fortiſſimo Davide ait Textus 1. Reg. 16. num. 12. *Erat autem adoleſcens rufus, & pulcher aſpectu.* Theodoretus legit: *Rufus pulchritudine oculorum.* Cum David eſſet elegantiſſima facie, cur præ cæteris pulchritudo oculorum ejus decantatur? quid habuerunt oculi, ut inſigniter eorum decor tantum extollatur? Dicebat ipſe Pſalm. 24. num. 15. *Oculi mei ſemper ad Dominum.* Cum interni oculi ſemper eſſent defixi in meditatione, ac contemplatione Divinæ bonitatis, ejuſque magnitudine, inde ex tanto ſuo decore novum quendam pulcherrimum ſplendorem in externos oculos exundarunt. Theodoret. quæſtione 40. ſic ait: *Et ipſe erat Rufus cum pulchritudine oculorum: Imitabantur enim animi oculos oculi corporis; illi enim acute cernebant, & contemplabantur eum, qui non cadit ſub aſpectu.*

1. Reg. 16

Pſal 24. *Pulchritudo interna redundat in externam*

Theod.

115. Internus animus ſemper proditur, & manifeſtatur in facie: Ob furatam benedictionem Eſau per induſtriam Iacob ait Textus: *oderat ergo ſemper Eſau Iacob pro benedictione, qua benedixit ei Pater: dixitque in corde ſuo: venient dies luctus Patris mei, & occidam Iacob fratrem meum* Geneſ. 27. num. 41. Ille dixit in corde ſuo, & ſubdit textus: Nuntiata ſunt hæc Rebeccæ, ſi dixit in corde ſuo, quomodo fuerunt aliqui; qui hoc nuntiarunt matri. Unde hoc cognoverunt venenum, quod latebat in corde in faciem redundavit torvo, & minaci vultu. Acacius in Catena Græca, Diodorus, & inquiunt: *Quamquam hoc ſecum facinus ſæpe volutans Eſau non potuit ſuam non prodere mentem, ita ut ex conjectura facile quis matri renuntiari potuerit.*

Gen. 27.

Odium animi foras prodit. Acacius. Diodor.

QUÆSTIO XV.

Quare fulgente Stephani facie iniquitas aſtantium in Concilio non refrænatur, ac miteſcit?

DE qua multum, & optimo jure miratur Cardinalis Petrus Damianus ſerm. de S. Stephano ubi ſic ait: *Mirum quia non revocabantur inſueti novitate miraculi, quod luminoſa Protomartyris facies non refrenet inſanes. Videbant, inquit, faciem ejus tamquam vultus Angeli ſtantis inter illos.* Hoc valde mirum, & inuſitatum erat, maximè oſtendens hominum inſaniam, qui videntes Stephani faciem relucentem, à tanta luce non illuminantur illorum animi, ut à ſua tenebroſa inſania deſiſtant. 116.

Damian. *Nequitia nullo quieſcit miraculo.*

Aſtant cuſtodes ad ſepulchrum facto magno terræmoto reſurgit Chriſtus, milites veniunt in civitatem, auroque corrupti veritatem abſcondunt, dicuntque, quod *Ipſis dormientibus venerunt diſcipuli ejus, & furati ſunt eum.* Matth 28. num. 13. Chriſtus reſurrexit corpore glorioſo mirabiliter radiante, maximo fulgore, admirabilique luminum ſplendore ad cujus conſpectum, cætera hujus ſæculi lumina, ut valde exigua diſparent, & tamen militum animi ſic ab avaritia ſunt obcæcati, & ut ait D. Auguſt. in Pſalm. 63. *Avaritia captivavit militem cuſtodem ſepulchri*, ita eorum animi perverſa, ac caliginoſa malitia erant obtenebrati, ut à toto fulgore, quo totus illuminabatur orbis, ipſi in ſua perverſitate, ac tenebroſitate depreſſi remanerent, dicentes: *Nobis dormientibus venerunt diſcipuli ejus, & furati ſunt eum.* 117.

Math 28 *Animus malitia obſcuratus nulla illuminatur luce.* D. Aug.

Magnis, ac præclariſſimis donis reſplenduit Daniel in Babylonia ſomnia, & viſiones inexplicabiles aperuit, ac expoſuit Nabuchodonoſori, ac Balthazari, ſcripturas Dario declaravit, & tandem inſtantibus ejus accuſatoribus in Leonum lacum miſſus eſt, unde illæſus exivit, ipſis ſuis criminatoribus injectis in momento à Leonibus devorati ſunt. Daniel. 6. n. 16. & 24. Poſtea rebus decurrentibus, cum Babylonici adorarent quendam draconem tamquam Deum, ipſum Daniel interfecit, ut tantam ab hominum mente aboleret perverſitatem, Draconis Sacerdotes indignati Danielem ad leonum lacum expoſcunt, tamque inſtanter, ut Regi dicant: *Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te, & domum tuam.* Daniel. 14. n. 28. & ita Daniel damnatus eſt ad lacum leonum: Omni ſane, admiratione, & expenſione digniſſimum? Cur iſti Sacerdotes non recogitant Danielis mirabilia, & quomodo jam Daniel à lacu leonum ſemel abſque ulla læſione ſuperſtes prodiit, & quod ejus poſtulatores in momento cum ſuis filiis, ac uxoribus deglutiti ſunt à leonibus, cur igitur non timent, quod ita ſimiliter eveniat in præſenti? Ita erant malitiâ, ac propriâ nequitiâ, & odio obcæcati, ut Danielis magnalia eis è memoria exciderint, & nullum ſuum eminens periculum præcaverent. Vide tom. 6. in Evangel. cap. 27. Matth. q. 5. 118.

Daniel 6

Dan 14. *Nequitia nec aliena dona recogitat, nec proprium periculum timet.*

CAPUT

CAPVT VII.

1. *Dixit autem Princeps Sacerdotum: ſi hae ita ſe habent?*

2. *Qui ait viri fratres, & patres audite: Deus gloria apparuit Patri noſtro Abrahæ cum eſſet in Meſopotamia, priuſquam moraretur in Charan.*

3. *Et dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam monſtravero tibi.*

4. *Tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitavit in Charan. Et inde poſtquam mortuus eſt pater ejus, tranſtulit illum in terram iſtam, in qua nunc vos habitatis.*

5. *Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec paſſum pedis, ſed repromiſit dare illi eam in poſſeſſionem, & ſemini ejus poſt ipſum, cum non haberet filium.*

6. *Locutus eſt autem ei Deus: Quia erit ſemen ejus accola in terra aliena, & ſervituti eos ſubjicient, & male tractabunt eos annis quadringentis:*

7. *Et gentem, cui ſervierint, judicabo ego, dixit Dominus, & poſt hæc exibunt, & ſervient mihi in loco iſto.*

8. *Et dedit illi teſtamentum circumciſionis: & ſic genuit Iſaac, & circumcidit eum die octavo: & Iſaac, Iacob: & Iacob, duodecim Patriarchas.*

9. *Et Patriarchæ æmulantes, Ioſeph vendiderunt in Ægyptum, & erat Deus cum eo.*

10. *Et eripuit eum ex omnibus tribulationibus ejus, & dedit ei gratiam, & ſapientiam in conſpectu Pharaonis Regis Ægypti; & conſtituit eum præpoſitum ſuper Ægyptum, & ſuper omnem domum ſuam.*

11. *Venit autem fames in univerſam Ægyptum, & Chanaan, & tribulatio magna; & non inveniebant cibos Patres noſtri.*

12. *Cum audiſſet autem Iacob eſſe frumentum in Ægypto: miſit patres noſtros primum.*

13. *Et in ſecundo cognitus eſt Ioſeph à fratribus ſuis, & manifeſtatum eſt Pharaoni genus ejus.*

14. *Mittens autem Ioſeph accerſivit Iacob Patrem ſuum, & omnem cognationem ſuam in animabus ſeptuaginta quinque.*

15. *Et deſcendit Iacob in Ægyptum, & defunctus eſt ipſe, & Patres noſtri.*

16. *Et tranſlati ſunt in Sichem, & poſiti ſunt in ſepulchro, quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor filij Sichem.*

17. *Cum autem appropinquaret tempus promiſſionis, quam confeſſus erat Deus Abrahæ, crevit populus, & multiplicatus eſt in Ægypto,*

18. *Quoadusque ſurrexit alius Rex in Ægypto, qui non ſciebat Ioſeph.*

19. *Hic circumveniens genus noſtrum afflixit patres noſtros, ut exponerent infantes ſuos, ne vivificarentur.*

20. *Eodem tempore natus eſt Moyſes, & fuit gratus Deo, qui nutritus eſt tribus menſibus in domo patris ſui.*

21. *Expoſito autem illo, ſuſtulit eum filia Pharaonis, & nutrivit eum ſibi in filium.*

22. *Et eruditus eſt Moyſes omni ſapientia Ægyptiorum, & erat potens in verbis, & in operibus ſuis.*

23. *Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus, aſcendit in cor ejus, ut viſitaret fratres ſuos filios Iſrael.*

24. *Et cum vidiſſet quendam injuriam patientem, vindicavit illum: & fecit ultionem ei, qui injuriam ſuſtinebat, percuſſo Ægyptio.*

25. *Exiſtimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipſius daret ſalutem illis; at illi non intellexerunt.*

26. *Sequenti vero die apparuit illis litigantibus, & reconciliabat eos in pace, dicens: Viri fratres eſtis, ut quid nocetis alterutrum.*

27. *Qui autem injuriam faciebat proximo, repulit eum dicens: Quis te conſtituit principem, & judicem ſuper nos?*

28. *Nunquid interficere me tu vis, quemadmodum interfeciſti heri Ægyptium?*

29. *Fugit autem Moyſes in verbo iſto, & factus eſt advena in terra Madian, ubi generavit filios duos.*

30. *Et repletis annis quadraginta apparuit illi in deſerto montis Sina Angelus in igne flammæ rubi.*

31. *Moyſes autem videns, admiratus eſt viſum, & accedente illo ut conſideraret, facta eſt ad eum vox Domini, dicens.*

32. *Ego ſum Deus Patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Tremefactus autem Moyſes, non audebat conſiderare.*

33. *Dixit autem illi Dominus: ſolve calceamentum pedum tuorum: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.*

34. *Videns vidi afflictionem populi mei, qui eſt in Ægypto, & gemitum eorum audivi, & deſcendi liberare eos. Et nunc veni, & mittam te in Ægyptum.*

35. *Hunc Moyſen, quem negaverunt dicentes: Quis te conſtituit principem, & Iudicem? hunc Deus principem, & redemptorem miſit, cum manu Angeli, qui apparuit illi in rubo.*

36. *Hic eduxit illos faciens prodigia, & ſigna in terra Ægypti; & in rubro mari, & in deſerto annis quadraginta.*

37. *Hic eſt Moyſes, qui dixit filiis Iſrael: Prophetam ſuſcitabit vobis Deus de fratribus veſtris, tamquam me ipſum audietis.*

38. *Hic eſt, qui fuit in Eccleſia in ſolitudine cum Angelo, qui loquebatur & in monte Sina, & cum patribus noſtris, qui accepit verba vitæ dare nobis.*

39. *Cui noluerunt obedire Patres noſtri, ſed repulerunt, & averſi ſunt cordibus ſuis in Ægyptum.*

40. *Dicentes ad Aaron: Fac nobis Deos, qui præcedant nos, Moyſes enim hic, qui eduxit nos de terra Ægypti neſcimus quid factum ſit ei.*

41. *Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hoſtiam ſimulachro, & lætabantur in operibus manuum ſuarum.*

42. *Convertit autem Deus, & tradidit eos ſervire militiæ Cœli, ſicut ſcriptum eſt in libro Prophetarum: Nunquid victimas, & hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto domus Iſrael?*

43. *Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch, & Sidus Dei veſtri Rempham, figuras, quas feciſtis, adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem.*

44. *Tabernaculum teſtimonij fuit cum Patribus noſtris in deſerto, ſicut diſpoſuit illis Deus, loquens ad Moyſen, ut faceret illud ſecundum formam, quam viderat.*

45. *Quod & induxerunt ſuſcipientes Patres noſtri*

cum

cum Ieſu in poſſeſſionem Gentium, quas expulit Deus à facie Patrum noſtrorum uſque in diebus David.
46. *Qui invenit gratiam ante Deum, & petiit, ut inveniret tabernaculum Deo Iacob.*
47. *Salomon autem adificavit illi domum.*
48. *Sed non excelſus in manufactis habitat, ſicut Propheta dicit.*
49. *Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Quam domum adificabitis mihi, dicit Dominus, aut quis locus requietionis mea eſt.*
50. *Nonne manus mea fecit hæc omnia?*
51. *Dura cervice, & incircumciſi cordibus, & auribus, vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis, ſicut Patres veſtri, ita & vos.*
52. *Quem Prophetarum non ſunt perſecuti Patres veſtri, & occiderunt eos qui prænuntiabant de adventu juſti, cujus vos nunc proditores, & homicidæ fuiſtis.*
53. *Quia accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum, & non cuſtodiſtis.*
54. *Audientes autem hæc diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum.*
55. *Cum autem eſſet plenus Spiritu Sancto, intendens in Cœlum, vidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantem à dextris Dei, & ait: Ecce video Cœlos apertos, & Filium hominis ſtantem à dextris Dei.*
56. *Exclamantes autem voce magna continuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt unanimiter in eum.*
57. *Et ejicientes eum extra civitatem lapidabant: & teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua, ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus.*
58. *Et lapidabant Stephanum invocantem, & dicentem: Domine Ieſu ſuſcipe Spiritum meum.*
59. *Poſitis autem genibus, clamavit voce magna dicens: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixiſſet obdormivit in Domino. Saulus autem erat conſentiens neci ejus.*

ARGVMENTVM.

LATAM, & peramplam concionem facit D. Stephanus magnis myſteriis plenam, omnia objecta contra ſe altiſſime refutat, ut patebit ex dicendis, oſtenditque Dei beneficentiam in populum Iſraeliticum, illiuſque ſumma in Deum ingratitudo, indeque D. Stephanus ejicitur extra civitatem, ut lapidetur.

Actor. 7. *num.* 1. Dixit autem Princeps Sacerdotum: ſi hæc ita ſe habent.

Num. 2. Qui ait viri fratres, & Patres audite: Deus gloriæ apparuit Patri noſtro Abrahæ cum eſſet in Meſopotamia, priuſquam moraretur in Charan.

Num. 3. Et dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam monſtravero tibi.

Num. 4. Tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitavit in Charan, & inde poſtquam mortuus eſt Pater ejus tranſtulit illum in terram iſtam, in qua nunc vos habitatis.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I.

1. Aliȷ codices. Interlin. Syriac. Arabic. Lyran. D. Stephanus refutat objecta.

Verſ. 1. *Dixit autem Princeps Sacerdotum.* Multi codices, & Gloſſa Interlinealis habent: *Dixit Stephano, ſi hæc ita ſe habent* Syriac. *per interrogationem: Interrogabant eum, num hæc ita ſe haberent.* Arabicus *Ut hi commemorant*, ſcilicet falſi teſtes, qui quatuor, ut notat Lyranus, depoſuerunt contra Stephanum, locutum fuiſſe contra Deum, Moyſen, legem, & Templum. Quæ omnia efficaciter refutat Stephanus, nihil ſe contra Deum dixiſſe, cujus gloriam prædicat verſ. 2. non contra Moyſen, cujus magnalia refert, verſ. 20. & deinceps; non contra legem, quam dicit eſſe datam per diſpoſitionem Angelorum verſ. 53. non contra Templum, quod recognoſcit, ut tabernaculum teſtimonij verſ. 44. Prædicat Stephanus Chriſtum Jeſum, quem prædixit Moyſes, & mandavit omnibus obedire verſ. 37. Ita non ſum blaſphæmus cum prædico Jeſum Filium Dei, quem Moyſes mandavit vobis obedire.

Verſ. 2. *Qui ait: Viri fratres*: ſic valde benevole dicit ſuos coævos, ac juniores: *Et Patres*, nempe ſeniores, coram quibus cauſam dico *Deus gloriæ*, nempe glorioſiſſimus, quia ſua gloria Patres noſtros glorioſos effecit. *Apparuit Patri noſtro Abrahæ.* Novies locutus eſt Deus Abrahamo, & hæc extitit prima. 2. Novies Deus locutus eſt Abrahamo.

Cum eſſet in Meſopotamia. Syriacus *Cum eſſet inter fluvios.* Arabicus: *Cum eſſet in Inſula.* Æthyopicus *In medio fluviorum.* Videtur hic repugnantia, cùm dicitur, *in Meſopotamia.* Cùm Geneſ. 11. nu. 30. & 12. num. 1 Abrahamus dicitur eductus, ac vocatus ex Ur Chaldæorum, tamen Chaldæa continetur ſub Meſopotamia late ſumpta; Meſopotamia enim extenditur uſque trans fluvium Euphratem, & terminus terræ promiſſæ eſt: *Ab ipſo fluvio magno Eufrate uſque ad Mare Occidentale.* Deuteronomij 11. num. 24. 3. Syriac. Arabic. Æthiop. Gen. 11. Gen. 12. Deut. 11.

Priuſquam moraretur in Charan. Syriacus: *Priuſquam veniſſet habitaturus in Charan.* Æthiop. *Priuſquam ſe tranſtuliſſet in Charan.* Charan, ſive Haran, ſive Charræ utroque modo dicitur, ut patet ex Lucano lib. 1. de bello Civili, extitit nobiliſſima Parthorum Urbs ſita in finibus Meſopotamiæ verſus terram Chanaan. 4. Syriac. Æthiop. Lucanus

Verſ. 3. *Et dixit ad illum, exi de terra tua, & de cognatione tua.* Syriacus: *Ex filiis cognationis tuæ.* Arabicus: *De gente generis tui.* Illud vero, quod habetur Geneſ. 12. nu. 1 *de domo Patris tui*, omiſit Stephanus, quia id valde notum erat, ait Hugo his, quibus loquebatur, & ait: *Exi de terra tua*, nempe patria tua, quæ valde dulcis eſt homini: & cum ait: *Exi de terra tua* non ſolum corpore, ſed etiam animo, & ſub terra: poteſt etiam intelligi aliquam poſſeſſionem, vel hæreditatem, quam ibi habebat Abrahamus: *De cognatione tua*, conſanguineis, ac familiaribus, niſi, ut benenotat Cajetanus in Geneſim, aliquis ex eis vellet ire cum Abrahamo, ut fecerunt Thare ejus Pater, & conſobrinus Loth. 5. Syriac. Arabic. Geneſ. 12. Caietan.

Et

6. *Et veni in terram, quam monſtravero tibi.* Syria-
Syriac. cus: *Commonſtravero.* Arabicus: *Quam tibi oſten-*
Arabic. *dam.* Summa obedientia neſciebat an iter eſſet lon-
Carthuſ. gum, vel proximum. Carthuſianus exiſtimat An-
D.Chry- gelum ei fuiſſe ducem in via; neſciebat etiam, an
ſoſt. terra, ad quam tendebat, eſſet ſterilis, fœcunda,
D.Aug. ac bonæ conditionis, ut notant D.Chryſoſt. D.Au-
Lyppo- guſt Lyppomanus, & alij.
manus.
7. Verſ. 4. *Tunc exiit de terra Chaldæorum*, ex hoc
aperte conſtat, quod Chaldæa intelligitur ſub Me-
ſopotamia, in qua verſ. 2. dicitur quod habitabat
Abrahamus. *Tunc exiit*: Perfecta obedientia ad Do-
mini mandatum: *Tranſtulit illum in terram iſtam.*
D.Aug. D. Auguſt. lib. 16. de Civit. cap. 16. legit *Colloca-*
Syriac. *vit.* Syrus *mutavit*, ſedem, nempe Abrahæ, ac ha-
bitationem ex Haran in Chanaan: *In qua vos nunc*
Gloſſa. *habitatis*: Non ait habitamus, quia, ut ait Gloſſa:
Ipſe & Apoſtoli non habitant in terra, ſed tam-
quam degentes ſupra terram properabant in Cœlum.

QUÆSTIO I.

Quare Divus Stephanus loquens prius vocat fratres, poſtea patres, cùm è contrario videbatur dicendum?

8. AIt Protbomartyr *Viri fratres, & Patres*; Per
Patres intelligit majores, ut Pontifices, & Se-
Difficul- niores; per fratres eos; qui minores erant, & tam-
tas quæ- quam de popolo; communis tamen uſus, ac ſtylus
ſtionis. benevolentiam captantium, ut reverentiam à majo-
ribus poſtulent, indeque ad minores deveniant: at
D. Stephanus mutato ſtylo ab inferioribus incipit,
poſtremo majores commemorat; prius dicit fratres,
deinde Patres commemorat.

9. Per Patres intelligit majores, ut Pontifices, per
fratres homines vulgares, ac de populo, inter quos
Singularis erant ejus accuſatores, qui tamquam facto agmine,
amor in ipſum rapuerunt, & adduxerunt in Concilium; &
inimicos. teſtes falſi, ut dicitur ſuperiori cap... . verſ. 1. & 12.
& grandia crimina contra eum depoſuerunt, & ea-
rum nequitia, ac perverſitate non eſt imminuta Ste-
phani Charitas, ſed inde potius eſt ſtimulata, atque
excitata, ut magis eos diligeret, magiſque honora-
ret, in majorique reverentia haberet, ut ab illis
prius veniam poſtularet,

10. Ait Regius Vates Pſalm. 34. numero decimo-
Pſal 34. tertio de dura perſecutione, quam patiebatur à Sau-
le: *Ego autem cum mihi moleſti eſſent: induebar ci-*
licio, humiliabam in jejunio animam meam; & ora-
tio mea in ſinu meo convertetur. Ni fallor, nullo
alio loco video orationem tam fervidam Davidis,
ut modo cum cilicio, jejunio, ac humilitate, &
pro quibus tam vehementer deprecabatur; de illis,
D.Aug. explicant D. Auguſtin. Noſter Incognit. Genebrard.
Incogni- & alij, *Qui ei erant moleſti*, ſeu, ut habet alia li-
tus. tera: Qui fremebant in eum. Ex tanta perſecutio-
Genebr. ne, ac moleſtia non remittebatur Davidis Charitas,
Alia le- ſed inde magis vehementi oratione ardebat, ut pro
ctio. eis cilicio, jejunio, ac humilitate exoraret; *in ſi-*
nu meo quod etiam erat in meum commodum, ac
utilitatem ex tanta charitate proveniente.

11. Pergit David: *Quaſi proximum, & quaſi fratrem*
Caiet. *noſtrum ſic complacebam.* Cajetanus: *Quaſi ſocius,*
quaſi frater. Schola apud Bibliam maximam, *qua-*
Lyran. *ſi natum ex eadem matre*, Lyranus: *ſic complace-*
bam in eorum proſperitate. Tanta benevolentia, ac
charitate erga ſuos adverſarios, qui de eorum malis
triſtaretur, eorumque bonis jocundaretur, atque in
eis maximè complacebat.

QUÆSTIO II.

Quare D. Stephanus ſuos accuſatores, ac carnifices vocat fratres, ac Patres?

SUum magnum, & altum ſermonem incipit Ste- 12.
phanus, dicens: *Audite viri fratres, & Pa-*
tres, tam affabiliter orditur, ut eos benevolos au-
ditores faciat; ſed quomodo ſuos accuſatores, te-
ſtes falſos, judiceſque iniquos, qui omnes anhe-
labant ad eius perditionem, & interitum, tam
manſuete, ac benevole alloquitur? Quod recte
ponderat Nicænus oratione de ipſo, & ait: *Illi* Nicæn.
quidem ad ſedem ſpectabant, & jam manus lapidi-
bus armabant, obtutu, anhelatione, dentium colli-
ſione ſævitiam præferentes, hic vero tamquam fratres
aſpiciebat, & tamquam Patres ſalutabat: Viri enim
fratres, & Patres audite. Et quam excellens fue-
rit hæc virtus, & quantum illà promeruerit, ſic
pergit citatus Nicænus: *Talis martyrij princeps*
erat, qui adverſus omnes inimici copias, ſeſe oppo-
ſuiſſet, adverſus omnes victoriâ clarus deſignatur.
Expende illud *talis martyrij Princeps erat*, quia
tanta charitate, benevolentia, ac patientia Stepha- *Cur Ste-*
nus eminebat, inde in tantum ſublimatus eſt, ut *phanus*
inter tot illuſtriſſimorum martyrum millia prima- *Princeps,*
tum obtineret, princeps, ac anteſignanus eorum *ac dux*
dux: *Talis martyris Princeps erat.* Joſeph elevatus *marty-*
eſt à Pharaone, ut eſſet Princeps, ac præpoſitus *rum?*
ſuper omnes Ægyptios Geneſ. 41. num. 41. & conſe- Gen. 41.
quenter à fratribus eſt adoratus, de ipſo ait Ha-
merus ibi: *Ioſeph nec expoliatus tunica in ciſternam*
miſſus, & venditus à fratribus, captivus in Ægy-
ptum in carcerem miſſus charitatem, ac pietatem non
amiſit, ſed in vinculis cordis omnes retinebat, ideo-
que omnium primus factus eſt.

Maxime tamen ponderandum venit, quod ſci- 13.
licet valde ſuaviter, leniterque loquatur Divus
Stephanus, ut ponderat Divus Auguſtinus ſerm. D. Aug.
tertio de Sancto Stephano capite primo: Audite
fratres, & patres, & ait: *Quid lenius, quid cle-*
mentius? blande locutus eſt, ut diu audiretur. Poſtea *In præla-*
magno rigore invehitur in eos numero 51. *Dura* *to benig-*
cervice, & incircumciſis cordibus. Magnus, & præ- *nitas cū*
clarus præſul prius blande, ac benigne agit, ut eos *rigore.*
alliciat, ac devincat, cum vero non proficit, ſed
obſtinate perſiſtunt, tunc rigorem interponit, ut
eos compeſcat: Oecumenius ſic ait: *Hactenus man-*
ſuete concionatus; nunc aſperè agit, quia videbat il-
los animum non advertere his, quæ dicebantur.

Benedicens Iacob Filium ſuum Ioſeph ait illi: 14.
Sedit in forti arcus ejus, & diſſoluta ſunt vincula bra-
chiorum, & manuum illius per manus potentis Ia-
cob; Inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. Geneſ. 49. n. Gen. 49.
24. ait in forti, quia extitit fortis in perſecutioni-
bus fratrum, ac tentationibus impudicæ mulieris.
Diſſoluta ſunt vincula Dei auxilio, quibus venditus, *Prælatus*
& captivus eſt. *In rem noſtram; Inde paſtor egreſſus* *ſit blan-*
eſt lapis Iſrael. Quomodo hæc cohærent, Paſtor to- *dus, &*
tus blandus, ac ſuavis, lapis durus rigidus, & aſ- *rigidus*
perus. Ita ſane cum Ioſeph eſſet Prælatus, talis erat *pro occa-*
lenis, & blandus in bonos, durus, & aſper in ma- *ſione.*
los, & prius paſtor, deinde lapis, prius blandus
poſtea durus. Divus Gregorius lib. 1. Regeſti epiſt. D. Greg.
ubi ſic ait: Neceſſe eſt enim, ut prælatus, & bene
agentibus ſit per humilitatem ſocius, & contra de-
linquentium vitia per zelum iuſtitiæ erectus quate-
nus, & bonis in ullo ſe præferat, & cum delin-
quentium culpa exigit, prioratus ſui poteſtatem
agnoſcat.

Ab

15. Ab ipſo Joſeph non diſcedamus; cum ipſe teneret clavum Ægypti, fame urgente, deſcendunt ejus fratres in Ægyptum ad frumenta comparanda, quos cum agnoviſſet duriùs loquebatur, & ait Textus: *Tollenſque Simon, & ligans illis præſentibus, juſſit miniſtris, ut implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias ſingulorum in ſacculis*

Gen. 42. *ſuis, datis ſupra cibariis in viam.* Geneſ. 42. numer.

In prælato rigor diſciplinæ, dulcedo humanitatis. 25. Ecce in præſenti ſumma rigiditas, ſummaque benignitas, rigiditas dum dure loquitur, ut exploratores arguit, & fratrem Simonem ipſis præſentibus ligat; ſummaque benignitas apparet, dum triticum, inſuper pecunias, & cibaria in viam illis confert; quomodo hæc tam diverſa ſibi conſtant? Perſonam Prælati agebat Ioſeph attendens ad eorum crimina, & culpam, ob quam ſunt accuſati, rigidum ſe exhibebat: at conſiderans eorum neceſſitatem ad alendam vitam, & ad viam peragendam blandus, ac lenis erat; ad hoc advoco id, quod dicit D. Gregorius homil. 34. ad cap. 14. Lucæ, ubi ſic ait: *Iuſti ſolent peccatoribus zelo diſciplinæ indignari; quia etſi foris increpationes per diſciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem ſervant.*

QUÆSTIO III.

Quare cum Deus hic apparet Abrahamo dicitur Deus gloriæ?

16. AIt Textus: *Apparuit Rex gloriæ*, frequenter in Scriptura Deus dicitur Rex gloriæ Pſalm. 23. numer. 9. & 10. *Introibit Rex gloriæ, Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ*, & Apoſt. 1. Corynth. 2. numer. 8. *nunquam gloriæ Dominum crucifixiſſent*, ſic & aliis in locis, ipſe enim eſt omnium glorioſiſſimus Rex, cui ſoli omnis gloria, & honor eſt debitus. 1. Timoth. 1. numero decimo-ſeptimo in cujus conſpectu, ac viſione conſiſtit tota noſtra gloria, ac Beatitudo, & tam glorioſus, qui ſuæ gloriæ ſuos participes facit, eoſque glorioſos reddit, ac conſtituit.

Frequenter dicitur Deus Rex gloriæ. Pſal. 23. 1. Cor. 2. 1. Tim. 1.

17. Doctiſſimus Salianus exiſtimat, quod Deus in hac prima apparitione facta Abrahæ, illi ſe exhibuit multa cum gloria, ac majeſtate, non quod Deus ei apparuiſſet in ſua ſubſtantia, ſed per Angelum in ejus perſona, ut tenent hoc loco Carthuſianus, Hugo, & in Geneſi Lyranus, Abulenſis, Cajetanus, inde nunc hic dicitur Deus gloriæ, cum tanta majeſtate, ac gloria Abrahamo apparuit, & merito ſanè mandabat Deus Abrahamo exire de terra, & quia unuſquiſque magno affectu ad patriam ſuam tenetur, ut ipſa ei deſpectibilis videretur, eſſetque ei ſuave eam relinquere, ideo ei oſtenditur tanta gloria cœleſtis, ad cujus conſpectum omnia terrena diſparent, & tamquam in nihilum labantur.

Salianus. Carthuſ. Hugo. Lyran. Abulenſ. Caiet.

18. Loquens Divus Matthæus 24. numer. 29. de adventu Chriſti Domini ad judicium ait: *Statim autem poſt tribulationem dierum illorum Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & Stellæ cadent de Cœlo, & virtutes de Cœlo commovebuntur, & tunc apparebit ſignum filij hominis.* Valde diverſimode loquitur Iſaias 30. numer. 26. *Et erit lux Lunæ, ſicut lux Solis, & lux Solis ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum in die quando alligaverit Dominus vulnus populi ſui.* Sanabit nempe mortalitatem noſtram per dotes corporis glorioſi. Ita Noſter D. Cyrillus Alexand. D. Hieronymus, Hugo, Cornelius. Quomodo hæc poſſunt ſtare, ſi in adventu Filij Dei cœleſtia lumina obſcurantur, quomodo tanta luce fulgebunt? Iſaias habet ſermonem de ſplendore, quem in ſe habent, qui ſeptempliciter erit multo major, D. Matthæus loquitur reſpective ad fulgentes radios gloriæ Chriſti tunc apparentis, ad cuius intuitum ſplendidiſſima lumina obſcurantur, & ita diſparent, ac ſi de Cœlo caderent, & non eſſent. D. Paſchaſ. lib. 11. in Matth. ait: *In comparatione veræ lucis omnia Cœlorum luminaria ſic futura prophetantur à Domino, ac ſi tenebroſa. Non in ſua natura, ſed ad fulgorem æternæ lucis comparata, valde obſcura erunt.* Cum fulget Dominica gloria omnia pulcherrima, & decora creata in nihilum abeunt, & videntur tenebroſa, non in ſua natura, ſed ad fulgorem æternæ lucis comparata.

Math. 24. Iſai. 30. D. Cyril. D. Hier. Cornel. Hugo.

Dei gloria apparente temporalia evaneſcunt. D. Paſch.

19. Ait Regius Vates Pſalm. 36. n. 36. *Vidi impium ſuperexaltatum, & elevatum, ſicut Cedros Libani, & tranſivi, & ecce non erat.* Unde fieri potuit, ut qui tam magnificus, amplus, & altus erat, qui præ ſui proceritate cum Cedris Libani competebat, brevi Davidis tranſito periret, & non extaret, nec illius veſtigium reperiretur? Vis cauſam ſcire? conſidera quo tranſierit David, nempe ad contemplandam Dei gloriam & majeſtatem, ubique in illam defixit mentem ſuam, ſtatim omnia mundialia evanuerunt, & ita diſparuerunt, ac ſi omnino nihil eſſent. Sic fatur Elias Creten. orat. 3 *Quid illud eſt, quod tranſit juſtus, ut iſta ceſſet elatio? Cum videmus extolli impios, & in nimiam ſuperbiam creſcere, tranſeamus, & nos mente, & intellectu ab iis, quæ videntur, & temporalia ſunt, & transferamus intellectum noſtrum ad æterna.* Si mens ad æterna elevatur omnia temporalia tamquam ad nihilum redacta videntur evaneſcere; ſic de anima ſancta elevata ad Cœleſtem Beatitudinem dicitur: *Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum.* Cant. 3. n. 6. nam reſpective ad illam gloriam totus mundus deſertus, & vacuus erat.

Temporalia magnifica nihil apparent ad Dei intuitu. Elias Creten. Cantic. 3.

QUÆSTIO IV.

Quare dicitur mandatum Abrahæ exire de terra ſua, cum hoc videatur exequutioni datum à Patre eius Thare?

20. GRavis inſurgit difficultas, in eo quod ait Textus Deum Mandaſſe Abrahamo: *Exi de terra tua, & de cognatione tua*, & tamen non videtur factum, nec executum ab Abrahamo, ſed à Patre ſuo, ſic dicitur Geneſ. 11. n. 31. *Tulit itaque Thare Abram filium ſuum, & Lot filium Aram, filium filij ſui, & duxit eos de Ur Chaldæorum, ut irent in terram Chanaan.*

Difficultas quæſtionis. Gen. 11.

Ad quod recte reſpondet D. Chryſoſt. homil. 36. in Geneſim, & ait: *Elegit Abrahamus paternam regionem relinquere, & alienam inhabitare, ut præceptum Dei perficeret, & paratus erat, etiam abſque familiaribus peregrinus fieri, ſed viri virtus, & inſignis erga parentes pietas effecit, ut pater comes fieret itineris.* Communis doctrina eſt, quam optime explicat Sapientiſſimus Magiſter Didacus Baeça tom 3. de Chriſto figurato lib. 6. cap. 1. §. 3. Præceptum exeundi à terra, ac cognatione ſua datum fuit à Deo Abrahamo, quod cum ille ſequens Dei vocationem Patri aperuiſſet, ipſe non tantum ob amorem filij, ſed potius ob illius virtutem, à quo illuminatus fuerat in fide noluit ab eo ſeparari, ſed cum eo peregrinare Abrahamus paratus erat propriam terram, & parentes relinquere, ſed pater ejus Thare voluit eum comitari, ut filium, ac magiſtrum: Thare enim infectus fuit idololatria Chaldæorum, ſed à filio Abraha-

D. Chryſoſt. Baeça. *Thare ſequitur Abrahamum.*

D.Chryſoſt. D.Aug. Abulenſ.

mo eſt edoctus, ac illuminatio in fide unius veri Dei, ut docent D. Chryſoſt. citatus, D. Aug. Abulenſ. ad citatum locum Geneſ. 11.

23. Non dedignentur Patres filiorum ſequi virtutes, ac imitari, aliquando hoc eſt eis valde decorum, & decens. Cum Sanctiſſima Virgo Maria viſitaret Eliſabeth; & cum hæc videns, & audiret vocem Mariæ exclamat: *Exultavit infans in utero ejus, & repleta eſt Spiritu Sancto Eliſabet, & exclamavit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: & unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me* Luc. 1. à numer. 45. Unde Eliſabeth ſublime, & abditum Incarnationis myſterium agnovit à filio, nempe Joanne parvulo in utero ejus, ut ait Beda ibi, ad primum caput Lucæ: *Exultavit infans, & repleta eſt mater; non prius mater repleta eſt, quam filius, ſed cum filius eſſet repletus, repleta eſt mater.* Prophetant matres ſpiritu parvulorum; parvulus erat Joannes, & adhuc in materno utero, indeque replevit, & docuit matrem, ſic ſæpe ita fit alta Dei providentia.

Luc. 1. Beda. *Sæpe Patres à filiis illuſtrantur.*

23. Sæpe à minoribus, ac inferioribus majores magna habent virtutum documenta, cum Stephanus glorioſo martyrio obdormiſſet in domino, ut dicitur cap. 7. numer. 59. ſtatim cap. 8. numer. 1. ſcribitur: *Facta eſt autem illa die perſequutio magna in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudææ, & Samariæ præter Apoſtolos.* Mortuo Stephano omnes fideles timentes Judæorum furorem à Jeroſolyma receſſerunt, & fugerunt: At Apoſtoli eorum rabiem contemnentes perſiſtunt, & non fugiunt, cum aliis fugam permitterent; cur ergo ipſi non declinant exardentem Iudæorum rabiem? Pulchrè D. Maxim. Taurinenſ. ſerm. de Sancto Stephano ubi ſic ait: *Cum Sanctus Stephanus ab Apoſtolis ordinatus ſit Diaconus Apoſtolos ipſos beata, ac triumphali morte præceſſit, ac ſic qui erat inferior ordine, prior factus eſt paſſione, & qui erat diſcipulus gradu, magiſter cœpit eſſe martyrio.* Apoſtoli Magiſtri erant Stephani, atque in ſuperiori ordine conſtituti; videntes tamen fortitudinem, ac conſtantiam Stephani inter ſuos accuſatores, falſos teſtes, iniquos judices, lapidantium manus animoſi facti illius exemplo, ac veluti magiſterio, ut generoſi milites pro Chriſto omni periculo, mortique ſe exponunt: *Qui erat diſcipulus gradu, magiſter cœpit eſſe martyrio.* Diſcant, diſcant majores minorum facta non contemnere, ſed aliquando illa ſequi, & imitari.

Actor. 8. D.Maxi. *Stephanus in martyrio fit magiſter majoribus.*

QVÆSTIO V.

Quare cum Abrahamus eſſet in Meſopotamia, mandat ei Deus exire de terra ſua, ac cognatione ſua?

24. CUm Abrahamus eſſet in Chaldæa, quæ ſub Meſopotamia continetur, ut jam dixi ſupra numero tertio mandat ei Deus exire de terra ſua, & de cognatione ſua, quod promptiſſime Abrahamus obediens fuit executus, nam ſi Thare pater ejus, & conſobrinus Loth ipſum ſecuti ſunt, hoc ex eo eſt, quia illi permiſit, & ipſi voluerunt eum comitari; deinde ut eos magis firmaret, ac corroboraret in fide, quorum magiſter, ac Doctor ipſe erat.

Quomodo exiuit à cognatione.

25. Mandat Deus Abrahamo exire de terra ſua per ignotas, barbaraſque nationes peregrinare (de quo multas, & varias rationes Commentatores ad cap. 12. Geneſ. quæ tanquam ad tres reducuntur, ad ejus exactam obedientiam; ut ejus virtus omnibus eſſet nota; & ut ipſe omnes lucri faceret.

Triplex cauſa.

Prima, ut fieret nota, ac manifeſta excellens hominis obedientia, cum valde durum ſit unicuique patriam ſuam deſerere, ab eaque ſeparari. Illa Illuſtriſſima Virgo ter ad coronam, ac Sceptrum vocatur: *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni coronaberis* Cantic. 4. numer. 8. ſemel vocatur, & viam non capit, ſecundò vocatur, & adhuc moras facit, & mirum? vocatur adoleſcentula à monte Vaſto ad urbem Regiam, à vili domo ad aulam nobilem, à ligone ad Sceptrum, & purpuram, *veni coronaberis*, cur adhuc moras nectit, ut tertio ſit compellanda? A ſolo paterno etſi ruſticano exire jubetur, ideoque cunctatur, quod innuit Bruno Carthuſianus: *Neque enim facile illi erat Patriam, parenteſque relinquere.* Multa vis neceſſaria, ut Virgo lares patrios relinquat. Vide cap. 1. n. 72. 26.

Cant. 4. *Efficax amor patriæ.* Bruno.

Secundo, ut tam præclara hominis virtus nota eſſet omnibus, non tantum propriis, & naturalibus, ſed etiam extraneis, in quibus maxime reſplendet virtus. 1. Reg. 5. numero quarto refertur quomodo arca Dei fuit captiva, & ab inimicis repoſita in Templo ſuorum Idolorum: *Tulerunt Philiſthiim arcam Domini, & intulerunt eam in Templum Dagon, & ſtatuerunt eam juxta Dagon; cùmque ſurrexiſſent diluculo Azotii altera die: Ecce Dagon jacebat pronus in terra ante arcam.* Magna expanſione dignum, cur Deus alta ſua providentia permiſiſſet Arcam à ſuo ſancto loco extrahi, in profano reponi, & in Altari cum Idolis gentium, ab ipſiſque captivam adduci? Cur Domine non diſponis, ut arca teſtamenti tibi maximè conſecrata in ſuo loco ſancto permaneat, ut à tuis Sacerdotibus debitam obtineat venerationem? Ad celſitudinem, ac majeſtatem Arcæ maxime pertinebat, ut non ſolum in ſuo proprio loco, ſed etiam in alieno oſtenſam ſuam faceret excellentiam, gentium idola deſtruens in terram projiciens capite, & manibus abſciſis tamquam in fruſta comminuta: *Ecce Dagon jacebat pronus in terra.* Divus Chryſoſtomus orat. tertia adverſus Iudæos, & ait: *Arca capta in aliena terra vim ſuam oſtendit, ideo idolo bis in ſolum dejecto, effecit, ut etiam comminueretur capite, & manibus abſciſis.* 27.

1. Reg. 5. *Virtus in extraneis manifeſtatur.* D.Chryſoſt.

Tertio: ut illa lucerna accenſa omnium virtutum Abrahami non eſſet abſcondita ſub modio, ſed poſita ſuper candelabrum, ut cunctos illuminaret, ac illuſtraret, ita ad illa verba Geneſ. 12. *Egredere de terra tua*, ſcribit Divus Chryſoſtomus homil. 32. ubi ſic habet: *Quare luminare quoddam, hominem, qui in Chaldæa latuerat, illinc evocavit, ut eos, qui in errorum tenebris ſedebant, ad veritatis viam introduceret.* Una hæc, & juſta Abrahamo cauſa ut patriam relinqueret, ab eaque fugeret, hæc viris Apoſtolicis occaſio deſerendi patriam, & in terras longinquas abire, ut barbaras gentes illuminent in fide. 28.

D.Chryſoſt. *Salus alienigenarum quærida.*

Ad quod nobis magnum exemplum, ac documentum præbet omnium Magiſter Chriſtus D. qui modo hanc, modo illam luſtrat, ſemel, iterum, ac millies, ut veritate explicata gentes illuſtraret: Deinde mare navicula tranſibat, ut homines de fide, ac religione admoneret. Scribit Div. Matthæ. cap. 8. numer. 23. quod *aſcendente Chriſto in naviculam ſecuti ſunt eum diſcipuli*, & ſtatim ſubdit 29.

Matth. 8

nu. 28.

> *Terra, marique quærit Deus hominum ſalutem.*

numer. 28. *Et cum veniſſet trans fretum in regionem Geraſenorum, &c.* Stare uno loco neſcit hominum Salvator, terram percurrit, novum mari tentato tentat iter, ut omnium ſalutem lucretur. Divus Chryſologus ſerm. 16. ait: *Chriſtus quod loca circuit, quod mare transfretat, non eſt res humani deſiderij, cauſa eſt humana ſalutis.* Non curſitat meus Ieſus per mare, per terram affectu gentis pervidendæ, ac cognoſcendæ, ſed ſtudio ſaluris providendæ, ac communicandæ.

Actor. 7. *num.* 5. Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec paſſum pedis, ſed repromiſit dare illi eam in poſſeſſionem, & ſemini ejus poſt ipſum, cum non haberet filium.

Num. 6. Locutus eſt autem ei Deus; quia erit ſemen ejus accola in terra aliena, & ſervitute eos ſubjicient, & male tractabunt eos annis quadringentis.

Num. 7. Et gentem, cui ſervierunt, judicabo ego, dixit Dominus, & poſt hæc exibunt, & ſervient mihi in loco iſto.

Num. 8. Et dedit illi teſtamentum circunciſionis, & ſic genuit Iſaac, & circumcidit eum die octavo: & Iſaac Jacob, & Jacob duodecim Patriarchas.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE II.

30\. Verſ. 5. *NOn dedit illi Deus hæreditatem in ea;* quia in terra Chanaan Abrahamus non habitavit, ut in proprio domicilio, ſed ut peregrinus, & advena, *nec paſſum pedis.* Syrus, Pagninus, Tigurina: *nec veſtigium pedis*; alij ex Hebræo: *nec greſſum pedis.* Per quod ſignificatur, quod nihil omnino in ea habuit: Paſſus autem ea Plutarcho eſt menſura quinque pedum; Nec obſtat id, quod dicitur Geneſ. 23. numer. 9. quod ſcilicet Abrahamus emerit ſpeluncam duplicem ad ſepulturam Saræ, quia non poſſedit illam tamquam agrum fructiferum, ſed ad ſepulturam, quæ non eſt hæreditas virorum ad habitandum, ſed mortuorum carcer; vel, ut ait Divus Auguſtinus quæſtione 56. in Geneſ. quia Deus hanc illi per ſe non dedit, ſed pretio ipſe coemit. *Cum non haberet filium*, hoc dicitur ad maximè commendandam Abrahæ fidem; nondum enim natus erat Iſaac, vel Iſmael.

> Syrus. Pagnin. Tigurin. Gen. 23. D. Aug.

31\. Verſ. 6. *Locutus eſt autem ei Deus, quia erit ſemen ejus accola* Syriacus: *Erit ſemen tuum inquilinum in terra extranea.* Arabicus: *Erit ſtirps ejus inquilina.* Et ſubditur: *Et male tractabant eos quadringentis annis*, de hoc numero annorum longa exoritur difficultas, de quo quæſtione ſequenti.

> Syriac. Arabic.

32\. Verſ. 7. *Et gentem, cui ſervierint judicabo ego.* Syriacus, Vatablus: *Condemnabo eos*, vel puniam; Deus enim occidit Pharaonem, & Ægyptios oppreſſores Hebræorum in mari rubro.

> Syriac. Vatabl.

33\. Verſ. 8. *Et dedit eis teſtamentum circuncíſionis,* Syriacus: *fœdus circunciſionis.* Vatablus: *tradedit pactum*; Deus enim dedit Abrahamo, ac poſteris ejus circuncíſionem in ſignum fœderis, ac pacti, & tamquam in ſignum diſtinctivum ipſius, quem Deus ſibi eligebat, ut eſſet illius peculiaris protector, ac defenſor, ſi ejus legem cuſtodiſſent, ac voluntati obtemperaſſent. Deinde ipſe circuncidit filium ſuum, & ſic cæteri patres filios ſuos.

> Syriac. Vatabl.

QUÆSTIO VI.

Quare dicuntur Hebræi fuiſſe in captivitate Ægyptiaca per quadringentos annos.

GRandis, graviſque hæc ſe offert difficultas, nam Exod. 12. numer. 40. & Paulus ad Galat. 3. numero decimo-ſeptimo numerat in captivitate 430. Deus verò loquens cum Abrahamo Geneſ. 15. numero decimo-tertio, ait: *Peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubjicient eos ſervituti, & affligent quadringentis annis*, & ita eodem modo loquitur Divus Stephanus in præſenti; & tamen filij Iſrael ſolum fuerunt in Ægypto annis 212. ut per computationem temporum, ac ætatum ex ſcriptura oſtendunt doctiſſimi Recentiores Joannes de Lahay, Pereri. Cornel. Tyrin. ad citata Geneſis loca, & Exod. & in præſenti Lorinus; In re valdè difficili, & obſcura, claritatis gratia, ita explico. 34.

> Exod. 12. Ad Galat. 3. Geneſ. 15. Lahay. Pererius. Cornel. Tyrin. Lorin.

Primo: A vocatione Abrahæ de Meſopotamia, quæ facta fuit anno ætatis illius 75. uſque ad exitum de Ægypto fluxerunt anni 445. ita Divus Auguſtinus quæſtione 47. in Exod. & Interpretes Græci ita vertunt. Incolatus, quem incolaverunt filij Iſrael in Ægypto, & in Chanaan ipſi, & Patres eorum fuit quadrigentorum triginta annorum. 35.

> D. Aug. Græci.

Ad id vero, quod Divus Stephanus numerat quadringentos annos, Pererius, Cornel. Menochius, dicunt hos annos eſſe computandos à nativitate Iſaac, qui natus eſt Abrahamo ab exitu ex Meſopotamia poſt annos 25. nempe vitæ ejus centeſimo, & ex inde uſque ad exitum Hebræorum à ſervitute Ægyptiaca fluxerunt anni 405. & dicunt quod ſcriptura ſolet ponere numerum principalem, & minorem prætermittere; indeque hic quinque annos prætermittit, & ſolum ponit rotundum numerum quadringentenarium. 36.

> Pererius. Cornel. Menoch.

Dico tamen quod mihi videtur verius: Divus Stephanus loquitur juxta Dei verba facta in promiſſione Abrahæ citato cap. 15. Geneſ. quæ facta fuit anno quinto ante nativitatem Iſaac, ac proinde ab illo promiſſionis Divinæ tempore uſque ad regreſſum ſuæ poſteritatis ex ſervitute interfluxerunt 400. anni, ſub quibus 400. annis intelligitur tempus peregrinationis, ac ſervitutis in Ægypto, qui computandi ſunt à die promiſſionis Abrahæ à Deo factæ. Geneſ. 15. numero 13. & juxta hunc modum divinæ promiſſionis loquitur in præſenti Divus Stephanus. 37.

> Gen. 15. Genuina explanatio.

Sed ſi Deus Abrahamo immediatè antea in hoc cap. 15. numero quinto magnam felicitatem promiſerat in ſuis filiis: *Suſpice Cœlum, & numera ſtellas ſi potes, ſic erit ſemen tuum*, ad quid tot, & tantæ preſſuræ, antea in eis permittit, ut illi ſuas exaltationes promererentur; Et quia tam duræ, ac aſperæ oppreſſiones futuræ erant indignæ proſperitatis indices, ut poſt præfata verba ponderat Divus Chryſoſtomus in Pſalm. 104. & ait: *Demonſtrat itaque illud incrementum non natura fuiſſe, nam quo tempore pauciores eos eſſe oportebat, quod ſcilicet ab operum præfectis exagitarentur, ac filij in flumen projicerentur, naturaque ipſa vexaretur; tam magis creſcebant adeo, ut ingentem quoque incolis terrorem incuterent.* 38.

> *Ex afflictione magnum incrementum.* D. Chryſoſt.

Ad tantam oppreſſionem Pharao adduxit Hebræos in Ægypto ut negaret eis paleas; præcepit 39.

O 2 præfectis

præfectis operum: *Nequaquam ultra dabitis paleas populo.* Exod. quinto, numero quinto. Ad tantam oppreſſionem coarctavit populum, ut etiam paleæ eis denegarentur; alta tamen Dei providentia, ut populus exiit ex mandato Dei, fecerunt filij Iſrael, ſicut præceperat Moyſes, petierunt ab Ægyptiis: *Vaſa aurea, & argentea, veſtemque plurimam, & ſpoliaverunt Ægyptios.* Exod. decimoſecundo numero 35. & 36. ultima verba legit Chaldæus. *Vacuos reliquerunt Ægyptios.* Quid durius, & acerbius, negantur eis etiam minimæ paleæ, futurum præſagium, atque judicium plenæ dominationis omnium bonorum Ægyptiorum, auri, argenti, & veſtium; illi ab Hebræis omnia ſubtraxerunt, Deuſque illis omnia Ægyptiorum impertitus eſt.

Exod. 5.
Exod. 12.
Si homines negât, Deus largitur.

40. Cum Iſraelitæ magna premerentur fame, dixit Eliſæus. *Hæc dicit Dominus: cras modius ſimilæ uno ſtatere erit, & duo modij hordei ſtatere uno in porta Samariæ. Reſpondens unus de ducibus, ſuper cujus manum rex incumbebat homini Dei ait: Si Dominus fecerit etiam cataractas in Cælo, nunquid poterit eſſe quod loqueris? qui ait videbis oculis tuis, & inde non comedes* quarto Reg. ſeptimo, numero primo. Unde tanta pœna huic miſero homini; quia prudentialiter poterat conjecturare, quod tam breviter *cras modius ſimilæ, &c.* in tantam fertilitatis abundantiam, merito tamen ejus perfidia punitur, quando illa abundantia erat ex Deo ob tam calamitoſam penuriam; nam preſſura veniens ab eo, index eſt magnæ proſperitatis, ac ingentis ſaturitatis. D. Auguſt. ſerm. 211. de tempore relatus in Gloſſa: *Perfidia hominis non credit promiſſam libertatem, qui horrendam ſenſerat egeſtatem.* Ex horrenda egeſtate debebat conjecturare ingentem ſaturitatis fertilitatem.

4. Reg. 7.
Ingens fames index magnæ ſaturitatis.

QUÆSTIO VII.

Quare Deus mandavit Abrahamo circumciſionem in pueris, & in tali membro, & occulto, ac brevi carnis particula?

41. MUlta de circumciſione tractant Scripturarij ad caput decimum ſeptimum Geneſis, & Theologi cum Divo Thoma tertia p. quæſt. 62. & in 4. diſt. prima, articul. 5. primo inſtituta fuit pro parvulis, ſic dicitur Geneſ. 17. *Maſculus, cujus præputij caro circumciſa non fuerit delebitur anima illa de populo meo*, & etiam dabatur adultis, qui volebant aggregari populo Dei, ut tractant latè citati Theologi; breviter tamen, & ſummatim.

42. Circumciſio data fuit Abrahamo, quæ fiebat multo cum dolore, multaque ſanguinis effuſione, ac magna corporis afflictione ut ponderat, D. Zeno libro tertio ſerm. octavo & ait: *Cum Abrahamus integer ſit juſtificatus, & poſtea circumciſus, manifeſtum eſt circumciſionem Abrahamo non fuiſſe neceſſariam. Denique nil illi contulit, quia Deo antea, non poſtea, quam circumciſus placuit, ſed in hoc robuſta merita repromiſſionis accepit.* Expende ultima verba: In hoc robuſta merita repromiſſionis accepit, quæ non dantur, niſi multa corporis afflictione, ac pœnalitate.

D. Zeno.
Mortificatio ad magna merita.

43. Primo circumciſio in genitali membro, quod eſt effuſorium ſeminis, ut notat Rupert. libro quinto in Geneſ. cap. 31. ubi ſic ait de Abrahamo qui *promiſſi ſeminis ſignum in ipſo ſeminis effuſorio credenti poſuit homini.* In ipſo ſemine poſitum fuit ſignum; & fœdus ſalutis, ex quo prodiit ipſa ſalus Chriſtus Jeſus. Secundo circunciditur pars illa, ut magis eſſet purificata, ex qua tam ſalutiferum ſemen exiit Carthuſian. ad cap. 17. Geneſ. ait; *Oportuit populum iſtum, ex quo fuerat Chriſtus naſciturus multis privilegiis, & prærogativis, ornari, & præcipua purificatione pollere.*

Rupert.
Ita purus ſenſus, ut pura requirat inſtrumenta.

Ad idem tertio: Ibi Deus poſuit circumciſionem, ubi eſt ſedes luxuriæ, ut notant Divus Ambroſius & Strabus, ut ex tanto Dei ſigno refrænaretur homo à ſua inordinata concupiſcentia. Divus Chryſoſtomus homil. 39. in Geneſ. ait: *Quia ſciebat Deus eorum laſciviam, & quod licet infinities moniti, ut ſe ab illicito continerent obedituri non eſſent, ideo dato eis perpetuo memoriali injecit in eis circumciſionis ſignum, quaſi vinculum quoddam.* 44.

D. Ambr.
Strabus.
D. Chryſoſt.
Deus nos à laſcivia revocat.

Ad idem quarto: Divus Hieronymus epiſt. ad Taraſiam ait: *Ne juſtitiam noſtram coram hominibus faciamus, ſed in occulto, & coram eo ſolo, cui ſoli nihil eſt occultum, & quem ſolum remuneratorem bonorum novimus eſſe factorum, unde ne in carne palam, ſed in occulto cordis Iudæi eſſe debemus.* Poſuit Deus hoc ſignum non in fronte vel facie, ſeu manu, parte manifeſta, ſed valde in occulta, quam natura maximè intendit abſcondere, ut inde diſcamus opera noſtra hominibus abſcondita, & uni ſoli Deo videnda exponere. 45.

D. Hier.
Opera bona ab hominibus abſcondenda.

Secundo *Maſtalus octo dierum.* Tam dura, & aſpera lex infantibus octo dierum, quando jam aliquas habet vires imponitur cum multo dolore, ac ſanguine, pro quo audiendus eſt Divus Ambroſius libro ſecundo de Abraham capite undecimo ait: *Egregia autem infantia in primis vagitibus circumcidi mares lex jubet, nullum tempus vacuum debet eſſe tutela quia nullum eſt culpa vacuum, & infans revocandus eſt à peccato, ne idololatria polluatur contagio, & ne adorare aſſueſcat idolum.* Expende verba: *Nullum tempus vacuum debet eſſe tutela, quia nullum eſt culpa vacuum.* In infantibus ponitur ſignum veri Dei; quia infans à ſua nativitate debet eſſe totus Deo conſecratus, & in ſe habere ſignum, & tutelam, ut fugiat ab omni peccati contagio, ipſumque valeat evincere, quod bene notatur in ipſo luctamine Phares, & Zaram Geneſ. 28. numero 29. & quia Phares egreſſus eſt prior victor, inde ad generationem Chriſti pertinet, ut dixi Matthæi primo, numero tertio D. Cyprian. ſerm. de circumciſione ait: *Ut puer diſcat ab infantia dolores tolerare.* 46.

D. Ambr.
Pueri ab infantia Deo dicandi.
Gen. 28.
Matth. 1.
D. Cypr.

Tertio: Ab homine in circumciſione ſolùm particulam carnis Deus poſtulabat, ut illi totam Beatitudinis gloriam præberet: Unde ait Alcuinus ad caput decimū-ſeptimum Geneſ. *Pro Deo aliquid perdere lucrum eſt, non damnum* ſic pro buccella panis, quam mulier dedit parenti Eliæ, Deus largitus eſt panem, illi, ac filio ejus, totique domui per tres annos 3. Reg. 17. numer. 15. *comedit ipſe, & illa, & domus ejus.* 47.

Alcuinus
Deus pro pauco multum dat.
3. Reg. 17

Ad idem ſecundo: Deus petit ab homine parvam carnis particulam intendens totum hominem ſibi dedicare in ſui obſequium; qui enim Spiritu Dei aguntur in parvis, ac minimis datis magna, & totum exhibere videntur. Servus Abrahæ quærens uxorem filio Domini ſui Iſaac ait: *Puella, cui ego dixero, inclina hydriam tuam, ut bibam, & illa reſponderit bibe, quia & camelis tuis potum dabo, ipſa eſt, quam præparaſti ſervo tuo Iſaac* Geneſ. 24. numero 14. Prudens ſervus non quærit pulchritudinem, ac elegantiam puellæ, ſed illius mores, ut bene notat Theodoret. & pro ſigno puellæ eligendæ poſtulat ejus charitatem, ut ipſi pe- 48.

Gen. 24.

tenti

Ex Deo eſt in minimis dare omnia.

tenti parvum potum aquæ, non ſolum hue præſtet, ſed & inſuper totum aquarum canalem offerat ad camelos, ac omnem ejua comitatum potandum, quo ſigno evidenter oſtendebarur Divinus Spiritus movens, ac gubernans puellam, quæ ſic unum hauſtum aquæ offert, nt appareat ejns promptus animus ad totam aquarum affluentiam effundendam: Divina virtus ubi eſt, dum pauca exhibere videtur, totum abundantiſſimè largitur Ahulenſ. ibi: *Hoc poſuit Elieſer cantè, ut manifeſtè videret bonitatem Dei, quod enim aliqua puella videns hominem alienigenam libenter, & ſine petitione daret, & camelis ſuis potum, valde magna bonitas videbatur, ad quam nulla puella inclinaretur, niſi illa, quam Deus ſpecialiter inclinaſſet.* Espende ultima verba.

Abulenſ.

49. De vidua paupercula ſcribens Divus Lucas 21. numero tertio: *Vidit Ieſus quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo, & dixit: vere dico vobis, quia vidua hac pauper plus omnibus miſit.* Et quomodo in tam parvo munuſculo plus omnibus dedit? In minimo illo exhibito maximum, & grandem animum babuit omnia elargiendi: alij etſi plus darent, non habebant animum omnia exhibendi; hæc vero etſi minimum dederit, animus tameo promptus erat univerſa largiendi. Divus Chryſoſtomus homil. de Miſero, ait: *Minimum vidua divitum opulentias vicit, & vota divitum votum vidua ſuperavit; Divites enim ex multis modicum, vidua verò ex modico totum obtulit: Unde Dominus ſingulorum animos, & facultates oſtendit, & viduam in opere perfecto laudavit.*

Luc. 21.

Opus non dicitur magnum ex dato, ſed ex animo, quo elargitur.

D. Chryſoſt.

QVÆSTIO VIII.

Quare Deus Abrahamo, & ejus poſteris dedit circumciſionem?

50. *Cur data fuit circumciſio?*

SUperiori quæſtiune modum circumciſionis explicavimus, nunc vero quo fine à Deo fuerit inſtituta attingemua. Dicimus primario inſtitutam fuiſſe in ſignum diſtinctiyum pupuli Dei, ſecundario ad remittendum peccatum originale, & ad dandam parvulis gratiam ſanctificantem. In prima concluſiunis parte omnes conveniunt, ſecundam vero aliqui negant, de quo late Theologi tertia p. quæſtione 62. Reſolutio noſtra communis eſt ſecundum omnes ſuas partes. Ita Divus Thomas tertia p. quæſtione 62 articulo ſexto ad tertium. Scotus, Gabriel, Paludaons, Bonaventura, Rhichardus, Durandus, quos citant, ac ſequuntur Soar. tomo tertio ad tertiam p. diſput. quinta, ſection. prima, §. *Utraque iſtarum*, & §. *Dico* 2. Henriqu. lib. 6. capite ſexto, numero decimo-ſexto, Favent diſp. tertia, capite primo numero ſexto. Bonac. diſp. 1. qu. 1. punct. 3. §. unico n. 5.

D. Tho. Scotus. Gabriel. Palud. Bonav. Soar. Henriq. Bonacin.

51. Prima pars concluſionis patet Geneſ. 17. numer. 11. ait Deus: *Circuncidetis carnem præputij veſtri, ut ſit ſignum fœderis inter me, & vos*: ergo data fuit iu ſignum fœderis, ac diſtinctivum populi. Secunda pars oſtenditur, ait Deus: *Maſculus, cujus præputij caro circuncifa non fuerit, delebitur anima de populo illo*, ſcilicet ſanctorum: ergo qui circuncidebatur, erat in populo ſanctorum, ac proinde cum gratia ſanctificante, & ob alias rationes apud ipſos Theologos.

Gen. 17.

52. Qui inde dicuns, quod cauſabat gratiam ex opere operato. Ita D. Thom. Scotus Alexand. Bonaventura, Palud. Major, Durand. quos citat Vaſq. 3. p. diſp. 184. Soar. Axor. Pereyra, Barrad. Lorin. Valentia apud Lugum tom. 10. de Sacram. diſp. 5. n. 4. pagin. 86. & Rhicardns, Sotus, Argent. Villalob. apud Leandt. tom. 1. tract. 1. diſp. 3. q. 10. quia non dabat gratiam ex opere operantis: ergo ex opere operato; quia inter utrumque modum non datur medium in ſua entitate, & ſubſtantia, ſed in modo ex pretio ſoluto, vel ſolvendo, & Sacramenta oovæ legis præbent multo majorem gratiam, & imprimunt caracterem io animam, quod oon faciebat Circuncifio.

D. Tho. Scotus. Vaſques. Soares. Lugus. Rhicard. Villalob. Leand.

53. Et recte notat Divus Iſidorus Hiſpalenſ. Primus homo oblitus Dei mandati, ejus pactum, ae fœdus tranſgreſſus eſt, per quod peccatum originale in humanum genus diffuſum eſt. Deus volens hominem reſtaurare novum pactum, ac fœdus introduxit ad ipſum originale delendum, & ut tale fœdus nunquam è memoria excideret io ejus carne poſuit ſignum tamquam ibi illius memotiale perenne.

D. Iſidor. *Optima ratio.*

54. Hoc pactum initum eſt eum Deo præciſa carne, effuſo ſanguine, quia amicitix cum Deo non ſit niſi interjecto bello cum carne, & ſanguine, ut optime notavit Lyppomanus ad caput decimum-ſeptimum Geneſ. & ait. *Religio vera contra carnem, & ſanguinem militat ſemper, crux ſemper portanda docetur, libidinis carnes amputandæ toto corpore.* Nullæ teligio, nullum fœdus poteſt intervenite inter Deum, & hominem, niſi carni, ac ſanguini bellum inferatur.

Lyppoman. *Dei amicitia cũ ſanguine.*

55. De Eccleſia ſancta ait David. Pſalm. 127. numero tertio; *Uxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tua.* Sancta, & pura Chriſti Eccleſia, & ſponſa, cur cum vite comparatur, quævè combinatio inter utramque? Vitis, ut ſuos proferat fructus ferro præſcinditur, in multis amputatur, & ligonibus terra excavatur; ſic & nt Eccleſia in ſuis palmitibus, nempe filiis, fructum afferat, multa appetitus amputatione premenda, multiſque inflictis vulneribus percutienda. D. Zeno ſerm. ſexto de Iſai. ſic ait: *Dominus Eccleſiam ſuam pro voluntate plantavit, quam Sacerdotalibus officiis excolens, piaque amputatione fœcundans felici ligno ſuſpenſam uberrimam docuit afferre vindemiam.*

Pſal. 127. *Dei amicitia bellum cum carne, & ſanguine.* D Zeno.

56. Et ad quid mandatur Circumciſio, ait Deus: *Ut ſit ſignum inter me, & vos.* Geneſis decimo-ſeptimo, numero undecimo. Valde diverſimode loquitur Deus cum ſponſa ſua Eccleſia ſancta Canticor. octavo numero ſexto: *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum.* Signum Circunciſionis erat in carne, ſignum Chriſti in corde, hoc eſt in anima, quæ frequenter per cor ſignificatur: lex autem Chriſti ob ſui excellentiam, cum tota ſit ſpiritualis in anima, ae corde ſui collocat ſignum, quod Deus vult totum ſibi offerri, ac conſecrari.

Gen. 17. Cantic. 8. *Lex Evangelica in corde.*

57. Cantant Cœleſtes Spiritus. Apocal. quinto numero quioto: *Ecce vicit Leo de Tribu Iuda, radix David aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus*, fauſtis acclamationibus ſolemniſatur victoria, ſed tanti triumphi quænam ſunt ſpolia? *Aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus.* Aperire librum humani cordis, & ita ſolvere ſignacula ejus: ut nulli pateat niſi ſoli Ieſu, cui victoria decantatur.

Apoc 5. *Soli Deo cor aperiendum.*

58. Cum ad regales nuptias omnes convenirent ſplendido ornamento: *Intravit Rex ut videret diſcũbentes, & vidit hominem non veſtitum veſte nuptiali*: Math. 22. multi erant diſcũbentes, & unus oon veſte præclara indutus, cumque multi eſſent miniſtri, nullus illum ſordidum agnovit, niſi tantum Rex, & cur ſolus Rex, & non miniſtri vident? Illa inquinamenta non provenitbant ab exterrno veſtitu, ſed ab

Math. 22. *Non externa quærit Deus, ſed interna.*

interno corde, quod ſolus Rex quærebat, & introſ-
D.Paſch. piciebat. D Paſchaſ. lib. 10. in Matth. ſic habet: *Quia malos in conſcientia intus intelligere, non omnium eſt, ideo hunc malum ſolus Deus terribilis, & Rex magnus invenit.*

59. Quærens anima ſancta ſuum dilectum, & inveniens ait: *inveni eam, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum*
Cantic 3 *genitricis meæ.* Cantic. tertio numero quarto. Cur
Cor noſtrum ſuper ſit unum in Deo. non vult eum habere in fœcundo campo, amœno horto, vel frequenti platea, ſed tantum in domo, & non ſolum in domo, ſed in intimo, & maximè ſegregato cubiculo? Fugit ſponſa campum, hortum, vel plateas, ut non habeat quo poſſit dividi, ac ſeparari, ſed ita vult eſſe cum illo, ut nullo modo valeat ab eo diverti, ſed vult totis viribus defixa
Gillliber. eſſe in eo, ſic fatur Gillibertus Abbas ſerm. 11. in Cantica: *Novit illa dilectum ſuum non poſſe foris ſecure poſſideri, nec intingere quidem, & quam durum eſt amanti animum dividere cum Chriſto, & mundo? quam durum eſt, inquam dilectionis jura peregrinas admittere curas, & cæleſte ſecretum ſæcularibus infeſtaretur bellis.*

Actor. 7. *num.* 9. Et Patriarchæ æmulatores Joſeph vendiderunt in Ægyptum, & erat Deus cum eo.

Num. 10. Et eripuit eum ex omnibus tribulationibus, & dedit ei Deus gratiam, & ſapientiam in conſpectu Pharaonis Regis Ægypti, & conſtituit eum præpoſitum ſuper Ægyptum, & ſuper omnem domum ſuam.

N. 11. Venit autem fames in univerſam Ægyptum, & Chanaan, & tribulatio magna, & non inveniebant cibos Patres noſtri.

Num. 12. Cum audiſſet autem Jacob eſſe frumentum in Ægypto miſit Patres noſtros primum.

Num. 13. Et in ſecundo cognitus eſt Joſeph à fratribus, & manifeſtatum eſt Pharaoni genus ejus.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE III.

60. Arabic. Syriac. Verſ. 9. *ET Patriarchæ æmulatores.* Arabicus: *Principes Patrum invidentes,* Syriacus: *Invidia moti.* Oecumenius: *Invidia accenſi*, & ait *Patriarchæ*, id eſt, Principes, ſeu capita fratrum, ſeu aliorum, ut ex-
D Iſidor. Patriarc. plicat D. Iſidorus lib. 7. Æthymolog. cap. 12. ſcilicet Filij Jacob capita tribuum & non omnes, quia Benjamin erat ferè triennius, & Ruben non aderant, ſed ſecundum majorem ſui partem. *Æmulatores*: Invidia nempe accenſi *vendiderunt in Ægy-*
Lyran. *ptum.* Lyra, *breviter narrans, tranſit ad finem; non enim primo Ægyptiis, ſed Iſmaelitis negotiatoribus, & Madianitis venditus eſt, & illi vendiderunt eum in Ægyptum*: & dicitur: *Deus erat cum illo*; quo denotatur ſingularis Dei providentia erga illum, ſicut & cum Davide 1. Reg. 16. n. 18.

61. Syriac. Verſ. 10. *Et eripuit eum ex omnibus tribulationibus ejus.* Syriacus *Et liberavit eum ab omnibus oppreſſionibus ejus*, quæ quidem multæ fuerunt. Primo de manibus quærentium occidere. Secundo de ciſterna, ne
D.Chryſoſt. ibi fame periret. Tertio de captivitate, ſub qua venditus eſt. Quarto de falſo adulterio; nam, ut ait D. Chryſoſt *ſingulare Dei beneficium fuit, non occidi credit tum adulterium.* Quinto à carcere, in quo miſſus eſt. *Multæ tribulationes.*

Dedit ei gratiam, & ſapientiam. Ut ejus ſapien- 62.
tia eſſet bene accepta ei Deus gratiam contulit. *In conſpectu Pharaonis.* De nomine Pharaonis aliqui Recentiores multa dicunt: Pharao enim lingua Æ- Pharao.
gyptiaca idem eſt, ac Rex, ut habet Joſephus lib. 8. Ioſeph.
antiquit. cap. 2. vel 6. Et conſtituit eum præpoſitum ſuper Ægyptum. Arabicus: *Statuit eum moderato-* Arabic.
rem. Æthiopicus: *Et regem conſtituit eum totius re-* Æthiop.
gionis Ægypti, & diſpenſatorem fecit eum. Proſequitur Textus: *Et ſuper omnem domum ſuam.* Prius dicitur quod conſtituit eum ſuper Ægyptum, deinde ſuper domum ſuam; volebat Rex, ut ipſe prius intenderet communi bono regni, quam ſuæ peculiari domui; de qua ſcribitur Geneſ 41. n. 42. ei fuiſſe dictum à Pharaone: *Conſtitui te ſuper univerſam terram Ægypti.* *Rex prius de regno, quam de ſe.*

61. Syriac. Arabic. Verſ. 11. *Venit autem fames.* Syriacus: *Extitit fames, & oppreſſio magna.* Arabicus: *Vehemens, & anguſtia maxima.* Poſt multam abundantiam ſecuta eſt fames; felicitas enim catenatim ſecum affert multa infortunia, quot autem mala fames parturit multi multa ſcribunt: *Non inveniebant cibos Patres no-*
ſtri. Syriacus: *Non habebant unde explerentur.* Ara- Syriac.
bicus: *Non inveniebant ſaturitatem*, ut à fame poſſent liberari.

64. Arias. Verſ. 12. *Cum audiſſet Iacob eſſe frumenta in Ægypto.* Arias: *Exiſtentia frumenta in Ægypto.* Servata Providentia Joſeph ex tempore abundantiæ, & licet Iacob probe ſciret Deum ſibi eſſe valde propitium, liberavit eum de furore Eſau, & ira Laban; tamen pro præſenti neceſſitate non poſtulat ab eo frumenta; non enim eſt tentandus Deus, nec miracula inquirenda, quando adſunt media communia. *Miſit Patres noſtros*, filios, qui ſine ulla cunctatione, nec oppoſitu itineris labore patris mandatum exequuntur? *Media communia inquirẽda.*

65. Græcus. Syriac. Gen. 44. Verſ. 13. *Et in ſecundo cognitus eſt Ioſeph.* Græcus: *Secunda vice.* Syriacus: *Cum bis profecti eſſent*, patefecit ſe ipſum Ioſeph, ut totum conſtat ex Geneſi 44. & quando ipſi erant maximè timidi ob ſublatum Benjamin, tunc ſe eis manifeſtat Ioſeph. Valde benigne totum referens, non ad eorum conſilium, ſed ad Dei providentiam.

QUÆSTIO IX.

Quare Divus Stephanus tantus eſt in præſenti in referenda Abrahami, Ioſeph, & aliorum hiſtoria?

66. AD quod reſpondet Oecumenius, ut præſentium nequitiam arguat, eiſque exprobret eorum ferocinam, iram, & impatientiam valde oppoſitam ſingulari patientiæ, ac tollerantiæ Abrahami, ac Ioſeph, quorum primus non eſt deprecatus abbreviari tempus Ægyptiæ captivitatis ſibi revelatæ Geneſis decimo-quarto, nec contra ipſus tyrannos aliquid eſt locutus. Alter, nempe Ioſeph injurias compenſavit, cùm ulciſci poſſet: At vero Principes iſti Iudæorum valde diverſimodè, ac degeneres à ſuis parentibus, pervicaces, & impatientes, elati cõtra Chriſtum, in ejus Diſcipulos omnium benefactores conſpiraverunt undique, & ex omni parte eis mala machinantes. *Gen 14. Iudæi degeneres à parentũ virtutibus.*

67. Nullo enim magis poterant comprimi, ac refrænari à ſua prævaricatione, ac malitia, quam objectis parentum virtutibus; ſic dicebat ſanctus ille ſenex filio ſuo Tobiæ juniori capite 8. numero 5. *Filij* Tobiæ 8

ſanctorum

Sanctorum ſumus, & non poſſumus ita conjungi, ſicut gentes, quæ ignorant Deum. Apparet Deus Moyſi, & quærenti nomen ejus ait illi Deus: *Ego ſum qui ſum.* Et addidit Deus: *Hæc dices filijs Iſrael, Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac,*

Exod. 3. *Deus Iacob miſit me ad vos*, Exod. 3. n. 15. Nonne ſufficiebat dicere: *Ego ſum qui ſum*, ad quid ergo aliud apponit nomen: *Ego ſum Deus Abraham*, &c. Et per hoc nomen vult cognoſci, & publicari in populo. Volebat Deus Moyſen, ac ſuum populum tamquam tyrones, ac inſipientes inſtruere, & informare in omni virtute, ac ſanctitate, ideoque illis eorum parentes objicit, ac ante oculos ponit, ut eorum virtutibus provocarentur, ut in omnibus cum omni juſtitia vitam ſuam componerent, tam in labore, ac preſſura, quam in proſperitate. Caſſiodot. 1. variar. 4. ait: *Pudeat eum peccare, qui laudatis viris videtur potuiſſe ſuccedere.*

Filij parentum virtutes imitentur.

Caſſiod.

68. Valde execrabile eſt filios à parentum virtutibus degeneres eſſe: Loquens Deus per Amos 8. n. 7. ait: *Iuravit Dominus in ſuperbia Iacob, ſi oblitus fuero uſque in finem omnia opera eorum. Nunquid ſuper iſtud non commovebitur terra?* Cum dicitur per ſuperbiam Jacob, hoc eſt filiorum Jacob, ſeu populi deſcendentis à Jacob, quæ ſuperbia adeo Deum offendit, ut de ejus vindicta ſumenda Deus juramentum fecerit: Tamen maximè ponderandum eſt; ob ſuperbiam filiorum hominum ædificantium turrim uſque ad Cœlum, vel ob ſuperbiam Nabuchodonoſor, aliorumve Regum, nullum à Deo factum juramentum legitur; Cur ſuper ſuperbiam filiorum Jacob ad magnam exequendam vindictam Deus jurat? Jacob vir valde humilis ubique ſuam demiſſionem prædicans, habitabat in tabernaculis, cum uno baculo ſuo tranſivit Jordanem, longum iter in domum Labam pedibus confecit, quatuordecim annis ſervivit pro uxore, ante Pharaonem annos ſuæ peregrinationis paucos, & malos clara voce publicavit, & ſe, filioſque ſuos paſtores ovium confeſſus eſt: At quod filij Regum ſuperborum ſuperbi eſſent, tolerabile malum; ſed filij hominis humillimi in animo ſuo ſuperbi evaderent, & inflato, elatoque animo extitiſſent, Deum ad eos exterminandos interpoſito juramento concitaverunt, & etiam terram, ut omnibus ſuis elementis eos deglutiret, ac devoraret: *Nunquid ſuper iſtud non commovebitur terra!* Rupertus lib. 4. in Amos ait: *In filijs Patris ejuſmodi, qui tam humiliter vixit, ſuperbia eſt valde reprehenſibilis, imo execrabilis; idcirco ſatis congruè juravit Dominus, innuens quod graviter tulerit, quod à Patre tam humili, tam longè ſuperbiendo degeneraſſent filij.* Expende ultima verba.

Amos 8.

In filios degeneres à patrum virtutibus omnia inſurgunt.

Rupert.

69. Deplorat Iſaias cap. 1. Miſeram Judæorum ſortem, & primo ponit eorum nobilitatem, de illis ait Deus. *Filios enutrivi, & exaltavi*, n. 2. Et ſtatim n. 4. ſubdit: *Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, ſemini nequam; filijs ſceleratis*, gemens paulatim eorum malitiam exagerat: *Væ genti peccatrici*, id eſt valde depravatæ, ita ut nil aliud intendat, niſi peccare, *Populo gravi iniquitate*: Magno peccatorum pondere: *Semini nequam* peſſimo, & à ſuo generante valde diſcrepante, *filijs ſceleratis*. Et hoc tamquam extremum omnium malorum ingemiſcens lachrymetur; quia ex tam ſublimi ſpirituali generatione: *Filios enutrivi*, in tam profundum criminum abyſſum inciderunt. D. Baſilius ibi ait: *Ob hoc digni ſunt qui opplorentur, & quos proſequamur luctu, qui pro eo, quod filij eſſent Altiſſimi, filij facti ſunt exleges, & iniqui.*

Iſai. 1.

Filij degeneres, ut execrabiles deplorandi.

D. Baſil.

QUÆSTIO X.

Quare D. Stephanus facit hic tam amplam mentionem de Ioſeph?

QUia ipſe extitit peculiaris, & inſignis Chriſti D. figura. Primo fratres Joſeph ſedentes, ut comederent panem, *Viderunt : : : extrahentes eum de Ciſterna, vendiderunt eum Iſmaëlitis*, Geneſ. 37. n. 28. Qui panis allatus fuit ab ipſo Joſeph, ut notat D. Chryſoſt. homil. 9. in Lucam, ex accepto pane à Joſeph, ad ejus venditionem procedunt fratres, ex accepta buccella panis à Chriſto, Ioan. 13. n. 30. tetendit ad ipſum vendendum Judas. 70.

Gen. 37. D Chryſoſt.

Ex accepto pane ad venditionē.

Secundo: Venditus eſt Joſeph alto Dei conſilio, ut tempore famis daret fratribus ſuis fameſcentibus frumentum, & ſaturitatem panis, venditur Chriſtus, ut nobis divinum impertiretur frumentum corporis ſui, ac ſaturitatem omnium cœleſtium donorum; Ad quod tendit D. Paſchaſius lib. 12. ubi ſic ait: *Conſtituunt ergo pro Ieſu pretium ſervi, quia Chriſtus formam ſervi ſuſceperat, in cujus figura olim Ioſeph cum eſſet liber, à fratribus venditus eſt in ſervum, ut tempore famis erogaret frumenta fratribus.* 71.

Vt daret panem.

D Paſch.

Tertio fratres ex avaritia, ac amore pecuniarum vendiderunt Joſeph, ut ſcribit D. Baſil. Seleuc. orat. ubi ſic habet: *Velut aliquod cædis ſpolium fratres fratrem tradunt, amorque pecuniæ Ioſephum eodem cum illis ſtatu editum à morte in apertam ſervitutem vendicavit.* Sic & Judas eadem avaritia cæcus Dominum Jeſum vendidit, dicens: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos*, Matth. 26. n. 15. Quæ verba graviter ponderat D. Chryſoſt. homil. 6. in epiſt. ad Philipp. & ait: *Ex avaritia Dominum Orbis prodidit, quid iſta inſania peius! gravis eſt avaritia tyrannis ſtupidam potens efficere mentem, non ita ab hebrietate quiſquam, atque ab avaritia attonitus redditur.* Plus dementat avaritia, quam hebrietas. 72.

D Baſil. Seleuc.

Ex avaritia ad venditionem.

D. Chryſoſt.

Quarto vendidit Judas Chriſtum D. & ſuis manibus accepit pecuniam: *Dum proprio incumbunt ſceleri famulata ſunt Salvatori.* Ut ait D. Leo ſer. 12. de Paſſion. Ad opus, nempe Redemptionis, & ad exaltationem ſui nominis, ſic & fratres Joſeph ei: ex conſilio Dei in obſequium ſuum, ad ſui exaltationem eum vendiderunt, ut ponderat D. Greg. lib. 6. Moral. cap. 12. & ait: *Humana ſapientia dum reluctatur, comprehenditur, timuerunt fratres Ioſeph, ne ſuper eos excreſceret, ſed hoc, quod divinitus diſpoſitum fuerat, cavendo factum eſt, ut eveniret: Unde humana ſapientia voluntati Dei per intentionem reſiſtit, inde ejus impletioni militavit.* Similiter D. Baſil. Seleuc. orat. 8. Venditur Joſeph à fratribus ne adoraretur, ſed quia venditus adoratur, imperat, ſecundus eſt à Pharaone; eductus de carcere ad thronum, in quo Chriſti reſurrectionem præfiguravit. 73.

D. Leo.

D. Greg.

Pervicacitas inſervit aliquando Dei obſequio

D Baſil. Seleuc.

In ejus conſpectu ait D. Stephanus in præſenti. *Dedit ei Deus gratiam, ac ſapientiam.* Non ſolum dicitur ei data ſapientia etiam cum gratia; quia, ut ſapientia ſit plauſibilis apud homines, non ſolum ſufficit ſapientia, ſed neceſſaria eſt Dei gratia. De ſanctiſſimo Puero Jeſu ſcribit D. Luc. 2. n. 51. *Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.* Gratia exigitur ut ſapientia ſit grata apud homines. 74.

Scientia plauſibilis ex Dei gratia.

Luc. 2.

Quinto Judas vendidit Chriſtum *triginta argenteis*, Matth. 26. Fratres autem *vendiderunt Ioſeph Iſmaëlitis viginti argenteis*, Geneſ. 37. n. 8. Septuaginta habent *viginti aureis*, Chaldæus *viginti ſiclis*, at Origenes, Beda, & D. Auguſt. citandus. *Vendiderunt eum triginta argenteis.* D. Ambroſ. citandus: *Vendiderunt* 75.

Math 26. Gen. 37. Septuag. Chald. Origen. Beda. D Aug. D. Ambr.

derunt eum viginti quinque argenteis. Unde tanta lectionum varietas? Unum aureum plus valet, quàm unum argenteum, unum argenteũ magis quam unum ſiclum, & inde alij legunt viginti argentei, alij viginti quinque, alij triginta, cur tanta varietas? Unde aliqui dicunt, quod Joſeph tripliciter fuit venditus. Primo à fratribus Iſmaëlitis, ſecundo ab Iſmaëlitis Madianitis, tertio ab his Putiphari in Ægypto.

76. D. Ambr. *Chriſtus non æqualiter ab omnibus æſtimatur.* Luc. 7.

Ad principale quæſitum de tanta lectionum varietate, reſpondet S. Ambroſ. qui cùm Ioſeph eſſet figura Chriſti, ſic ait cap. 3. *Ideo alibi viginti, alibi viginti quinque aureis, alibi triginta invenimus emptum Ioſeph, quia non omnibus unius æſtimatione pretij valet Chriſtus, alijs minus, alijs amplius, fides ementis incrementum eſt mercedis.* Et confirmat S. Doctor exemplo peccatricis, Luc. 7. *Quæ ſuper pedes Chriſti effudit unguentum, & lachrymis lavit, & capillis ſuis terſit, & oſculis ſiccavit, de qua ait ad Simonem: Propter quod dico tibi, remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, cui autem minus dimittitur, minus diligit.*

77. D. Aug.

Similiter D. Auguſt. ſerm. de tempore ait: *Quod autem in diverſis tranſlationibus, non æquali pretio Ioſeph ſcribitur venditus, ſed alij dixerunt viginti argenteis, alij triginta, hoc ſpiritualiter ſignificavit, quod Chriſtus non æqualiter ab omnibus credendus, vel diligendus eſſet; denique etiam nunc in Eccleſia alij plus eum diligunt, alij minus; ipſi enim plus valet Chriſtus, qui eum majori charitate dilexerit.* Ioſeph cum eſſet Chriſti figura, ideo non æquali pretio comparatur; quia non apud omnes Chriſtus ejuſdem æſtimationis eſt, non ab omnibus æqualiter diligitur, plus dilexit Magdalena, quam Simon, ut patet ex Chriſti verbis, plus Petrus, quam cæteri diſcipuli; cum enim eſſent in navi, & audiſſet, quia Dominus erat in littore fervido quærendi Chriſtum amore, miſit ſe in mare: *Alij autem navigio venerunt,* Ioan. 21. n. 8. (Ioan. 21.) Cum Chriſtus vellet ire Ieruſalem divertebant diſcipuli: *Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc.* Thomas præ cæteris oſtentans ſuum amorem in Chriſtum ait ad Condiſcipulos: *Eamus, & nos, ut moriamur cum eo.* Ioan 11. n. 16. (Ioan. 11.)

78. Ierem. 23. Iſai 66. Pſal 21. *Valde diverſimo de Chriſto æſtimatur ab hominibus.*

Ob ſuam immunitatem ait Deus per Ieremiam 23. n. 24. *Cœlum, & terram ego impleo,* & per Iſaiam 66. n. 5. *Cœlum ſedes mea eſt, & terra ſcabellum pedum meorum.* Et tamen de ſe Chriſtus loquens in Pſ. 21. n. 7. ait: *Ego ſum vermis; opprobrium hominum, & abjectio plebis.* Quomodo tam diverſa cohærent, ac poſſunt ſtare. Cum Deus loquitur cum Prophetis cœleſti lumine illuſtratis, qui ejus celſitudinem, ac magnitudinem agnoſcebant, de ſe prædicat quod cœlum, & terram impleat. At vero per reſpectum ad homines depravatos, in quorum conſpectu, ut ait Lyranus (Lyran.) *vilis, & abominabilis apparebat,* inquit, quod ſit vermis, & non homo, juſtis, ac illuminatis omnia implet, cæcis, ac depravatis tamquam vermis, ac pene nihilum videtur.

QUÆSTIO XI.

Quare Ioſeph tanto tempore extitit in Ægypto abſque eo, quod mærentem Patrem de ſe certiorem faceret?

79. *Difficultas quæſtionis.*

MAximè inquirendum cur Ioſeph per fere 21. annos extitit in Ægypto, abſque eo quod de ſe lugenti parenti nuntiaret, optimè, & præcipuè in ultimis novem annis, quando ipſe, ut Princeps dominabatur in Ægypto.

80. Ratio à priori eſt Dei voluntas, ſupremum ejus Concilium, & altiſſima ejus ordinatio, ut ipſemet Ioſeph indicat cap. 45. Geneſ. n. 8. Cujus rationem pro noſtra tenuitate inveſtigamus. *Dei voluntas.*

81. D. Aug. Beda. D. Tho. *Deus ſuos laboribus probat.*

Primo. D. Aug. ſerm. 82. de Temp. Beda, D. Thom. & alij in præſenti, quia Deus voluit hoc quaſi Purgatorium mœroris dari Iacob licet juſto ob levia ejus peccata; tum etiam quia Deus diſpoſuit occultare Iacob vitam, & ſtatum Ioſeph, ut eum probaret, tum ad ipſius Iacobi, ac etiam Ioſephi virtutem, patientiam, reſignationem in voluntatem Divinam, illiuſque cum ea conformitatem probandam, ut probavit obedientiam, virtutemque Iſaac, & Abrahæ, cum ei mandavit ſibi filium ſuum immolare, Geneſ. 22. n. 2.

82. Theod. *Ne à captivitate exiret.*

Secundo Theodoretus: Si Iacob ſciviſſet filium ſuum Ioſeph eſſe captivum in Ægypto, multo quamvis pretio ipſum redemiſſet, & ſic nunquam Ioſeph elevatus eſſet ad Clavum, & Principatum Ægypti, quo Deus decreverat ejus virtutem, ac humilitatem exaltare, atque remunerari, Sapient. 10. n. 13.

83. Gen. 37. Gen. 46.

Tertio: Id alto Dei conſilio factum, ut hac ratione adimpleretur ſomnium Ioſeph ab ipſo immiſſum, Geneſ. 37. n. 7. Ut nempe fratres fame vexati, cogerentur in Ægyptum deſcendere, & Ioſeph humiliter adorare, Geneſ. 46. n. 7.

84. *Deus per vexationem inducit ad pœnitentiam.*

Quarto: Joſeph ex Dei nutu expectavit tempus famis, ut illa oppreſſi fratres deſcenderent in Ægyptum, eoſdemque aliquantulum dure, ac aſperè tractaret, ut per hujuſmodi vexationem, ſuum agnoſcerent crimen, ut ita ipſi loquentes ad invicem dixerunt: *Merito hæc patimur; quia peccavimus in fratrem noſtrum,* Geneſ. 42. n. 21. & inde pœnitentia caſtigati accerſito parente glorioſè viverent.

85. *Maximè aliorum defectus occultandi.*

Quinto: Si Ioſeph expoſuiſſet ſuo parenti adventum in Ægyptum, ei etiam erat manifeſtandum fratrum crimen, quod ne faceret patienter ſuſtinuit Patris dolorem, hacque de cauſa exiſtimo, quod licet Deus multoties apparuiſſet Iacob, tamen per illud ſpatium 23. annorum abſentiæ Ioſeph nunquam illi apparuit, ne fortè Iacob de Ioſeph interroganti ſcelus filiorum panderet, ideoque Ioſephi manifeſtatio reſervata eſt ad illud tempus, quando apertè comprehenderetur, quod ipſe miſſus eſſet in Ægyptum, non ex hominum facto, ſed potius ex Dei voluntate ita ordinante pro multorum ſalute; ut ipſe Ioſeph dixit fratribus: *Præmiſitque me Deus, ut reſervemini ſuper terram, & eſcas ad vivendum habere poſſitis.* Geneſ. 45. n. 7. (Gen. 45.)

86. Sexto: Hoc ita diſpoſuit Deus, ut Iacob tota cum ſua familia in Ægyptum deſcenderet, ibique multum multiplicaretur, ut inde illa magna, & valde mirabilia obvenirent in Ægypto ad oſtentationem divinæ potentiæ, quæ ejus avo Abrahæ fuerant in revelatione oſtenſa, Geneſ. 15. n. 13. 14. & latè referuntur in Exod. à cap. 3. & deinceps. (Gen. 15.)

87. *Homo nõ ſibi ſoli, ſed aliis.* D. Naz.

Iterum redeo ad illa verba: *Præmiſit me Deus, ut ſervaremini ſuper terram, & eſcas ad vivendum habere poſſitis.* Tantum munus ſibi à Deo datum, ut eſſet quaſi Pater Pharaonis, ac Princeps, & Gubernator totius Ægypti, non datum ſibi ſoli eſſe, ſed etiam pro aliorum ſalute; ſublime, & altum Dei donum, non in uno coarctatur, ſed in alios exundat. Præclarè ait D. Nazianzen. orat. 14. *Nihil tam divinum homo habet, quàm de alijs bene mereri, ſcimus neminem ſibi naſci, neque nos nobis tantum vivere; ſicut enim Angeli, qui ſunt adminiſtratorij ſpiritus, totum, quod acceperunt à Deo, in uſum humani generis impendunt, ita decet magis hominem homini tempore, & loco opitulari.* Angeli dicuntur ſpiritus adminiſtratorij, non quia ſibi miniſtrant, ſed nobis.

88. In perſona Chriſti agens Regius Vates, poſtquam de ejus glorioſa reſurrectione locutus eſt: *Non dabis*

Sanctum

Sanctam tuum videre corruptionem, ſubdit Pſalm.15. n.10. *Non relinques animam meam in Inferno.* Ubi ſermo eſt juxta communem ſententiam de animabus Sanctorum Patrum, quas Chriſtus D. reſurgens eduxit de Inferno, ſeu Limbo, ſed cohærentius videbatur dicendum: Non relinques animas eorum, & non ut dicitur: *Non relinques animam meam*, ſed ea eſt ſublimis Chriſti charitas, quod donum ſuis collatum, ſibi datum reputat: *Non relinques animam meam.* Deinde ingens reſurrectionis gratia à Patre accepta non in ſe tantum continuit, ſed in alios redundare fecit, & ſi Pater non reliquit eum in inferno, nec ipſe alios reliquit, ſed magnificum donum non in ſe continuit, ſed alijs communicavit. D. Athanaſ. ſerm.3. contra Arrianos ait, *quod non ſolum reſurrexerit, ſed & olim mortuos ex monumentis excitarit, idem cum eo eſt: Non relinques animam meam in inferno:* Expende verba *idem cum eo eſt.*

Pſal 15. *Dei Dei ſpiritu eſt donā non ſibi ſoli ſed etiā alijs dare.*

D.Ath.

89\. De Chriſto D. ait Paulus Rom.8. n.29. *Primogenitus in multis fratribus*, & cur ab Apoſtolis appellatur *primogenitus*, non in uno, vel altero, ſed *in multis fratribus*? Nam juxta communes leges primogenitus non totam abſolutè acquirit hæreditatem, ut eam tantum ſibi ſoli retineat, ſed ut ex ea alimoniam alijs fratribus præbeat: Optimo inde jure meus Jeſus primogenitus eſt nuncupatus, quia ampliſſimam Divinitatis hæreditatem cum omnibus donis non in ſe uno continuit, ſed etiam alios ſibi cohæredes fecit, cœleſtium donorum eos participes efficiens. D. Bruno ibi ait: *Ut ipſe filius ſit primogenitus in multis fratribus, ut quemadmodum primogenitus filius Dominus eſt paterna hæreditatis, & quod inde alij filij ab eo habent, ſic & Chriſtus D. eſt in hac hæreditate, & quicumque aliquid inde habent ab eo, & per eum totum habent.* Expende ultima verba.

Rom.8. *Chriſtus dona ſibi data alijs communicat.*

D. Brun.

Actor.7.n.14. Mittens autem Joſeph accerſivit Jacob patrem ſuum, & omnem cognationem ſuam in animabus ſeptuaginta quinque.

*Num.*15. Deſcendit Iacob in Ægyptum, & defunctus eſt ipſe, & Patres noſtri.

Num 16. Et tranſlati ſunt in Sichem, & poſiti ſunt in ſepulchro quod emit Abraham pretio argenti à filijs Hemor filij Sichem.

*Num.*17. Cum appropinquaret tempus promiſſionis, quam confeſſus erat Deus Abrahæ, crevit populus, & multiplicatus eſt in Ægypto.

*Num.*18. Quoad uſque ſurrexit alius Rex in Ægypto, qui non ſciebat Ioſeph.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV.

90\. Verſ.14. M*ittens Ioſeph accerſivit.* D. Chryſoſt. *Miſſo autem nuntio vocavit omnem cognationem ſuam.* Arabicus: *Omnes cognatos ſuos*, id eſt omnem proſapiam, filios nempe, ac nepotes Ioſeph. *In animabus ſeptuaginta quinque.* Tam in Exod.1.n.5. & Deuteronom.10. n.22. Numerantur tantum ſeptuaginta, ad quod dicimus, quod D.Stephanus ſecutus eſt lectionem ſeptuaginta Interpretum, quod eo tempore maximè erat in uſu in Republica Judaica; ipſi autem citatis locis poſuerunt ſeptuaginta quinque, & etiam Geneſ.46.n.26. numerant etiam duos filios Ioſeph, & tres nepotes; nam ſicut in alijs numerantur filij, & nepotes Iacob, ſic etiam in Ioſeph numerantur filij, & nepotes.

D. Chryſoſt. Arabic. Exod 1. Deut.10. Gen.46.

91\. Verſ.15. *Deſcendit Iacob.* Syriacus. *Proinde deſcendit* ut refertur Geneſ.46 n.26. *& defunctus eſt ipſe:* Ex Græco, & Chaldæo habetur *defecit, ſeu dereliquit*, quod, ut notat Lorinus ſignificat dulcem, & ſuavem mortem.

Syriac. Gen.46. Græcus. Chald. Lorin.

92\. Verſ.16. *Et tranſlati ſunt in Sichem*, Abraham, Iſaac ſepulti ſunt in Hebron, ut conſtat ex Geneſ.25. n.9. & cap.50. n.13. duodecim vero Patriarchæ Iacob ſepulti ſunt in Sichem, ut tenet D.Hieronymus in Epitaphio Sancti Pauli: Tamen primo ex Ægypto tranſlati, & ſepulti ſunt in Sichem, deinde in Hebron, ut apertè tenet Ioſephus lib.2. Antiquit. cap.4. ubi aſſerit, omnes, excepto Ioſeph, ſepultos fuiſſe in Hebron; Ioſephum ſequuntur Magiſter hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Carthuſian. & alij: Magnorum virorum corpora ſæpè de uno loco transferuntur in alium, & hoc denotat in præſenti D.Stephanus cum ait: *Poſiti ſunt in ſepulchro, quod emit Abraham* nempe in Hebron, Geneſ.23.

Gen.25. D.Hier. Ioſeph. Magiſt. hiſt Carthuſ. Ganæus. Gen.23.

93\. *Et poſiti ſunt in ſepulchro, quod emit Abraham pretio argenti* ſcilicet quadringentis ſiclis argenti, quo pretio Ephron ſepulchrum pro Sara vendidit Abrahæ: *Illud pretium inter me, & te*, Gen 24. n.15.

Gen.24.

94\. *A filijs Hemor filij Sichem:* Grandis, & implicata difficultas, quæ maximè torquet expoſitores; Abraham enim ſepulchrum emit ab Ephron filio Seor. Geneſ.23. n.16. & non à filijs Hemor filio Sichem, ab his partem agri in Sichem emit Iacob, non Abraham, Geneſ.33. n.19.

Gen.23. Gen.33.

95\. Omiſſis multis dico cum D. Gregorio lib.7. ep.55. Lyrano, Lorino, Cornelio, quod D.Stephanus agit de agro empto ab Abrahamo Ephron; Pater autem Ephronis erat Binominus, vocatus eſt Seor, & vocatus eſt Hemor, apud Hebræos multi erant binomini, ut patet ex 1. Paralipom.1. & 2.

D. Greg. Lyra. Lorin. Cornel. 1 Parap. 1. & 2.

96\. *Poſiti ſunt in ſepulchro, quod emit Abraham.* D. Stephanus eleganter, ac breviter multa conjungit. Patres noſtri præcipui, ac principaſes, ut Abrahamus, Iſaac, ac Iacob poſiti ſunt in ſepulchro empto ab Abrahamo in Hebron; Alij vero filij Iacob poſiti ſunt primo in Sichem, & facit quandam recopilativè diſtributionem, noſtri Patres poſiti ſunt in agro empto ab Abrahamo, & in Sichem priores tres in agro empto, alij in Sichem.

Explicatur difficultas.

97\. Verſ.17. *Cum autem appropinquaret tempus promiſſionis.* Syriacus: *Illius rei, quam pollicitus fuerat.* Lyranus *multiplicandi ſemen ſicut ſtellas cœli, & pulverem terræ*, Geneſ.13. n.16. & Geneſ.15. n.5. *Quam profeſſus erat*, Syriacus: *Quam pollicitus fuerat jurejurando*, Arabicus, Tigurina: *Quam juraverat*, ad oſtentationem majoria in promiſſione perſeverantiæ.

Syriac. Lyran. Gen 13. Gen.15. Syriac. Tigurin. Arabic.

98\. *Crevit populus, & multiplicatus eſt.* Syriacus *creverat populus, & invaluerat.* Alij Codices: *Multus fuit populus*, ita ut intra ſpatium 212. annorum, quo populus fuit in Ægypto, exceptis parvulis, mulieribus, & Tribu Levi *fuerunt omnis numerus filiorum Iſrael per domos, & familias ſuas à vigeſimo anno, & ſupra qui poterant ad bella procedere, ſexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta*, ut habetur Num. cap.1. num. 46. & tam amplam multiplicationem merito D. Auguſt. lib.18. de Civit. Dei cap.7. tribuit magno miraculo.

Syriac. Alij Codic. Num 1. D.Aug.

99\. Verſ.18. *Quoadusque ſurrexit alius Rex, qui non ſciebat Ioſeph.* Quantâ nempe beneficia Ioſeph Hebræus contuliſſet Ægypto, ideoque ab Hebræis averſus eos dirè affligebat, ut ſcribitur Exod.1. n.8. maximè homines obliviſcuntur de beneficijs acceptis.

Exod.1.

Actor.7.n.19. Hinc circumveniens genus noſtrum, afflixit Patres noſtros, ut exponerent infantes ſuos ne vivificarentur.

Num.20.

*Num.*20. Eodem tempore natus eſt Moyſes, & fuit gratus Deo, qui nutritus eſt tribus menſibus in domo patris ſui.

*Num.*21. Expoſito autem illo, ſuſtulit eum filia Pharaonis, & nutrivit eum ſibi in filium.

*Num.*22. Et eruditus eſt Moyſes omni ſapientia Ægyptiorum, & erat potens in verbis, & operibus ſuis.

*Num.*23. Cum autem compleretur ei quadraginta annorum tempus, aſcendit in cor, ut viſitaret fratres ſuos filios Iſrael.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE V.

100. Syrus. Vers.19. *Circumveniens genus noſtrum.* Syrus. *Doloſi agens in cognationem noſtram.*
Græcus. Græcus: *Sophiſmatibus implicans, & doloſis artibus.*
Arabic. Arabicus: *Exercuit pernicioſum dolum.* Cum ipſe Pharao agnoſceret quod nullam juſtam cauſam habebat perſequendi Hebræos, multis dolis, & fallacijs uſus eſt, ut eos perſequeretur, de quo quæſt.ſeq.
Arabicus *Ut exponerent infantes ſuos.* Arabic. *Ut infantes eorum projicerentur*, ſcilicet in flumen; *ne vivificarentur.*
Æthiop. Vatabl. Æthiopic. *Ne ſubadoleſcerent.* Vatablus: *Ne fœtus eſſent vitales.* Vivificare phraſis Scripturæ id
1 Reg.17 eſt vivum relinquere, 1.Reg.17.n.11. dicitur de Davide: *Virum, & mulierem non vivificabat.*

101. Syrus. Verſ.20. *Eodem tempore* tantæ calamitatis, & afflictionis, *natus eſt Moyſes, & fuit gratus Deo*, Syrus: *Charus Deo.* Alter Syrus vertit: *Dilectus Deo,*
D Chryſoſt. *gratioſus Deo.* D.Chryſoſt. *Irreprehenſibilis.* Arabic.
Arabic. *Qui erat voto conſecratus Deo*, fortè per patrem, & matrem, ſi puer incolumis à tanto periculo evaſiſſet.
Quidam. Quidam modernus Author legit: *Moyſes erat elegans Deo*, id eſt, inſigniter elegans, ac pulcher, quæ Deo ſunt pulchra eximia, & præclara ſunt.

102. Caiet. Dicitur Deo gratus, & gratioſus; quia Deus Moyſen à tanto periculo liberavit; ſecundo ait Caietanus: fuit Moyſes acceptus Deo, non ex proprijs meritis, ſed ex Dei bonitate tanquam æternaliter præ-
Cum ſãtu Moyſes. deſtinatus, atque *ad plura bona opera agenda præordinatus.* Multis hic oſtendit D.Sthephanus Moyſis excellentias, ut oſtendat falſiſſimè dixiſſe Judæos ipſum eſſe Moyſi contrarium.

103. Syriac. Verſ.21. *Expoſito autem illo.* Syriacus: *Cumque expoſitus fuiſſet à populo:* fortè omnes de populo infantem volebant occultare ob ejus elegantiam, &
Arabic. pulchritudinem, ne periret. Arabicus: *Cum projectus fuiſſet.* Tota hæc hiſtoria latè narratur cap.2. Exod.
Ioſeph. à n.5. nomen hujus filiæ Pharaonis exprimit Joſeph lib.1.Antiquit.cap.5.vel 9. dic Thermutem, & erat filia unica Regis, & valde dilecta ab eo, ut teſtatur
Clem. Alex. Clemens Alexandr.lib.1.Strom.cap.11.Pueritiam, ac educationem Moyſis latè ſcribit Joſeph cit. loco, cætera in quæſtionibus.

104. Exod.2. Verſ.22. *Et eruditus eſt Moyſes.* De hac ſapientia, ac eruditione Moyſis nihil habetur in Exodo, ſed ſolum ibi ſcribitur 2. n.3. quod filia Pharaonis
Caietan. adoptavit eum in filium, & ut ait Caietanus: *Satis innuens illis verbis regiam educationem in artibus liberalibus*, & ſtatim de ejus ingenio, ac ſagacitate ſcribitur: *Et erat potens in verbis, ac operibus*, Syria-
Syriac. Arabic. cus: *Diveſque erat dictis, & factis.* Arabicus: *Redditusque potens erat*, in his valde mirabilis *verbis*, eloquentia, qua cunctos in ſui ſententiam trahebat, *& operibus*, efficacia, ac executione rerum; nec ob-
Exod. 4. ſtat, quod Exod.4.n.10. Moyſes ſe ineloquentem dicat, hoc enim eſt comparatione Dei, cum quo loquebatur. Vel dicitur Moſes eruditus in omni ſapientia Ægyptiorum temporali, ineloquens in ſcientia ſpirituali ad gubernandum populum Dei.

Verſ.23. *Cum autem impleretur ei.* Arabicus: *Ut* 105.
autem impletum eſſet ſpatium quadraginta annorum. Arabic.
Tanto tempore perſeveravit in regalis Pharaonis pallatio, ut Regius filius. *Aſcendit in cor ejus.* Sy- Syriac.
riacus: *Subijt in animum ejus.* Deo inſpirante *ut viſitaret fratres ſuos* à quibus abeſſe, & eorum afflictionem, ac oppreſſionem videre moleſtiſſimum ei erat. Cur autem non antea, hoc pertinet ad ſupremam Dei providentiam, & quia quadragenarius erat in ætate matura, ac convenienti ad magna; & quia tunc maximè excrevit durities miniſtrorum, & afflictio populi, & tunc Deus propitius, & benignus remedio ſubveniens adfuit.

QUÆSTIO XII.

Quare Rex Ægypti tam crudeliter, ac durè perſequebatur Hebraos?

Dicitur Exod.1. n.8. *Surrexit Rex novus, qui* 106.
ignorabat Ioſeph. Rex novus, Princeps novus *Novitas*
novitates inducunt, frequenterque non in bonum *in populo.*
populi, quod bene probatur exemplo Roboam, qui ſuper onera impoſita à Patre ſuo Salomone multum 3.Reg 12
aggravarit, 3.Reg.cap.12.n.10.

Et ait ipſe Rex ad ſuos Ægyptios, Exod.1.n.10. 107.
Venite ſapientes opprimamus eum, ſcilicet Iſrael, ſtultè fatuus loquitur ipſe, plenus erat odio, & ira, indeque nulla ei inerat ſapientia. Ait Eccleſiaſtes 7. Ecclef.7.
n.10. *Ne ſit velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtultorum requieſcit.* Nota ubi requieſcat ira, in ſinu *Ubi ira, non eſt ſapientia.*
ſtultorum, quod pulchrè expendens ibi Caiet. ait: Caiet.
Ubi quieſcimus diu moramur, & invenimur tanquam in loco proprio: juxta hanc ſimilitudinem deſcribitur ira quieſcens in ſinu ſtultorum, quaſi proprius locus iræ ſit animus ſtultorum. Si ira ſuum incunabulum habet in ſtultitia, conſequens eſt, ut ira, & ſtultitia æqualiter diſtent à ſapientia, & ubi eſt ira, non eſt ſapientia.

Et quænam fuerit cauſa tanti odij, & iræ, ut dica- 108.
tur, Exod.1.n.12.13. *Oderant filios Iſrael Ægyptij, & affligebant illudentes eis*, & ad hoc movebantur Ægyptij metu, invidia, atque odio: primo metu quia frequenter loquebantur de terra ſibi promiſſa in Abrahamo, ac proinde timebant Ægyptij, quod Hebræi cum multum excreſcerent, & augerentur contra ipſos inſurgerent, & expoliato Ægypto exirent. Secundo ex invidia quia videbant Ægyptij ab Hebræis ſuperari, numeroſa, & ampliſſima prole robuſta, pulchra magnis dotibus ditata tam corporis, quam animi, ſagaciſque ac ſolertis ingenij. Tertia cauſa ex diſparitate cultûs; nam Ægyptij colebant ſuum Apin, ſive bovem, Hebræi reverẽtes adorabant verum Deum Creatorem Cœli, & terræ. Quartam odij cauſam ſcribit Joſephus, ſcilicet, quod vates Ioſeph.
quidam Ægyptiùs prædixerat, breviter quendam naſciturum puerum ex Hebræis, qui eos educeret ex Ægypto, ipſumque Ægypti imperium deſtrueret, ac ſpoliaret.

Tota perſecutionis, & afflictionis cauſa erat pro 109.
firmando, ac ſtabiliendo Ægypriaco Imperio, ac *Multiplex injuſtitia ob firmandum regnum.*
ſtatu, & hoc non intendebant juſtitia, ac virtute, ſed vexamine, & oppreſſione aliorum, ad perſeverationem regni Iſraëlitici in ſua progenie. Unam Davidis mortem requirebat Saul, qui ait filio ſuo Jonathæ: *Omnibus diebus, quibus filius Iſai vixerit ſuper terram, non ſtabilieris tu, nec regnum tuum*, 1.Reg.20. 1.Reg 20
n.31.

n.31. ut ita eum induceret ad procurandam Davidis mortem.

110. Ex quo ait ipſi David Pſalm.37.n.20. *Inimici mei*
Pſal.37. *vivunt & confirmati ſunt ſuper me, & multiplicati, qui oderunt me inique.* Unde Saul, ejuſque ſequaces requirebant confirmationem, & augmentum ſui re-
Solo cum gni, in Davidis morte; ac odio iniquo, quo ipſum
Deo firmatur proſequebatur: *Qui oderunt me inique.* Et in hoc ſe
regnum. exiſtimant confirmati, & corroborati ſuper me, quæ quidem confirmatio non innitebatur in juſtitia, rectaque ratione, ſed mala, ac depravata intentione
D.Ambr. mortis David. D.Ambroſ. præclarè ibi ait: *Confirmati, & multiplicati ſunt inimici David in hoc ſaculo, ſed non idoneum firmamentum, niſi ejus, qui confirmatur à Chriſto; denique illi confirmantur in ſaculo, qui oderunt juſtum inique.* Sunt, qui dum confirmantur habent firmum fundamentum, & hoc eſt in Chriſto, & aliud vel infirmum fundamentum, & eſt in hoc ſæculo.

QUÆSTIO XII.

Quare tot, & tantis calamitatibus opprimebantur, Hebræi ab Ægyptijs?

111. VT ſupra retuli ex Exod.1.n.13. *Oderant Ægyptij*
Exod.1. *Hebræos, & eos affligebant*, atque ad amaritudinem ducebant vitam eorum, & ſic dixit Rex: *Venite ſapientes opprimamus eum.* Sapienter callide, & aſtutè multis, & varijs modis; Primo ut firmarent lutum, & lateres, Exod.1.n.14. Secundo ut ædificarent
Ioſeph. urbes, & tabernacula. Tertio, ut ſcribit Ioſephus, ut Nilum in multas foſſas dividerent ad irrigandum ſingulorum agros, & prata. Quarto, ut inſervirent in omni famulatu, cultura, ac operibus terræ, ita ut nec die, nec nocte ullam haberent requiem.

112. Quinto ut dicitur Exod.1.n.22. *Præcepit Pharao*
Exod.1. *omni populo ſuo, dicens: quidquid maſculini ſexus natum fuerit in flumen projicite, quidquid fœminini reſervate.* Mandavit Pharao populo ſuo, ſuiſque Ægyptijs, ut cum omni diligentia per univerſas domos Hebræorum pueros inquirerent, & projicerent in flumen, quod illi omni crudelitate exequebantur eos è ſinu, pectoreque matrum avellentes.

113. De hac re elegantiſſime audiendus eſt D.Auguſt.
D.Aug. ſerm.89. de Temp. ubi ſic ait: *Quanta perierunt dolentium preces, quanta in caſſum effuſa ſunt lachrymæ, quanti gemitus, ululatuſque mulierum, cum parentes natos manibus exponi viderent, qui ſimile nihilominus mox facturi fuiſſent, ſuos jam caſus in alijs cernebant.* Omnes matres flebant, & lamentabantur, quædam quia eorum nati ex earum manibus extrahebantur, ut in flumen projicerentur, aliæ lachrymabantur; quia ſimile infortunium ſuos naſcituros filios expectabat, ſicque in aliorum interitu imminentem ſuam ruinam profuſis lachrymis deplorabant; *ſuos jam caſus in alijs cernebant.* De pueris necifis in Bethlehem ait
Ierem.31 Ieremias 31. n.15. ut refert D.Matth.2.n.17. *Vox in*
In aliorum caſu ſuum time imminens. *excelſo audita eſt lamentationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios ſuos:* & tamen pueri Bethleemitici, qui occidebantur, non erant Rachelis filij, ſed Liæ, ut eſt communis ſententia, & dixi ſuo loco: Unde ergo planctus Rachelis? Merito quidem, quia etſi filij Liæ occidebantur, multi tamen ex natis Rachelis erant vicini, ac proximati Bethleemiticis, & inde in aliorum caſibus imminens ſuis malum timens deplorat: *Suos jam caſus in alijs cernebant.*

113. Mandat impius Tyrannus: *Quidquid maſculini ſexus natum fuerit in flumen projicite, quidquid fœminei reſervate.* O Diabolicum & peſtiferum inventum! Viriles virtutes vult perimere, & extinguere; fœmineas vero laſcivas, quibus mulier multum inſervit, intentat retinere. Pulchrè Rupertus tam ibi, Rupert.
quam lib.1. in Exod. cap.6. ait: Sapiens: *ergo hic*
Pharao, nempe Diabolus, *talem virum odit, & jubet* *Diaboli eſt curis*
interimi, certus talem fœminam conſentientem adul- *frangere,*
terare poſſe. Sicut Diabolus fugit viriles animos, *luxuriâque fovere.*
qui fortiter contra ipſum inſurgunt, ſic ad arma perditionis fœminea quærit lenocinia, quibus homines facillimè inneſcantur. Vidit Pharao, quod *aſcendebant ſeptem boves pulchræ, & craſſæ nimis*, Geneſ.41. Gen.41.
n.1. denotabatur ibi ſumma fertilitas, ac rerum abundantia, ſed cur boves non erant maſculi, qui fortiores ſunt ad laborem, & ad agrorum culturam; denotabatur ibi multa rerum craſſitudo, ac pinguedo, quæ viriles animos enervat, ſua craſſitudine dant paſtum luxuriæ, & ineptitudinem virilis roboris.

Unde tanta crudelitas in diro Regis mandato 114.
exequendo: Graſſatur Pharao in populum univer- Exod.1.
ſum, dicens: *Venite ſapientes opprimamus eum*, Exod.1. n.10. Graſſantur etiam prætores, ac miniſtri pari immanitate ibi n.13. *Oderant filios Iſrael Ægyptij, illudentes illis:* Facile ad improbitatem volat ſervus, ſed herus prævolat, quod optimè obſervat Salvianus Salvian.
lib.8. ubi ait: *Promptum eſt intelligere quales illis*
familiæ omnes fuerint, cum ſerviles animos per ſe ma- *Servus improbus*
los, etiam dominorum feceris nequitia pejores. Nulla *improbũ*
difficultas eſt facere ſervum improbum, quidquid ju- *ſequitur Dominũ.*
bet herus improbus, quod ſuo ingenio ſcitè notat D.Hieronym.epiſt.4.ad Ruſtic. dicens: *Proclivis eſt malorum æmulatio, & quorum virtutes aſſequi nequeas citò imitaris vitia.*

Poſtquam Cain interfecit fratrem ſuum Abel, 115.
ſummopere timet ne vi aliena pereat, ſicque dicebat:
Omnis, qui invenerit me, occidet me, Geneſ.4. n.14. Gen.4.
Inſanus videri poterit Cain metus: In terris unus tantum erat Adamus ejus pater, ac Princeps univerſi; unde ergo Cain ſibi timet, quis contra eum manum
injiciet, quis ferrum acuet, quis gladium evaginabit? *Cain ſævitiam diſcat feri.*
Belluane contra eum inſurget? profectò inſurget: Rectè ſanè ſibi timet; ipſe enim ſuo cum parente Adamo conſtitutus eſt belluarum princeps, ac Dominus, eumque fratrem ſuum Abel interfeciſſet, inde verebatur beſtiarum ungues, ac dentes, quæ quidem tamquam ad ſui Domini exemplum, quodam veluti ſingulari impulſu contra ipſum Dominum inſurgere, & interimere potuiſſent. D. Ambroſ. lib.2. de D.Ambr.
Cain. cap.9. ait: *Potuit quidem, & incurſus beſtiarum timere, qui legis divinæ jura violaverat, & præſumere de ſubjectis animalibus cæteris, qui hominem docuerat occidi.* Expende verba *præſumere de animalibus ſubjectis*, quod facerent, quod ipſe docuit facere hominem occidendo.

De parentibus Baptiſtæ ſcribit D.Lucas cap.1.n.5. 116.
Fuit in diebus Herodis Regis Sacerdos quidam nomi- Luc.1.
ne Zacharias, & uxor ejus Elizabeth, & ſtatim ſubdit: *Erant juſti ante Deum.* Ad quid Sanctus Evangeliſta deſcribens præclaras parentum Baptiſtæ virtutes, impium Regem ſtatim commemorat? Solet *Magna laus, bonus ſervus ſub Principe protervo.*
enim Princeps trahere ſecum Senatum, ac populum quocumque velit, ideo pro magna horum parentum commendatione narratur tempus ſub quo impio Rege floruerint. Ea ſcilicet virtute erat Zacharias præditus, ut quod Herodes juberet, facile rejiceret, nec iret vi tractus, quod Herodes præiret. D. Chryſologus ſerm.89. ait: *Tempus memorat Regis nefandi, & hoc accedit ad meritum Zachariæ.*

QUÆSTIO XIV.

Quare cum illi boni patres ſua providentia potuerint abſcondere puerum Aaron ne periret in flumine, non valent abſcondere puerum Moyſen?

117. AIt noſter Text. *Natus eſt Moyſes gratus Deo, manſit in domo patris ſui tribus menſibus.* Exod. 2. n. 2. dicitur, quod *mater ejus abſcondit tribus menſibus*; quia, ut ſcribit ibi Lyran. *Reſpecerat ſtatutum, quod in tribus menſibus ſemel ſcrutarentur Ægypti domos Hebræorum, ne pueri ibi eſſent abſconditi*, & ita juxta Regis mandatum pueri in fluvium projicerentur. Hac lege tamen non obſtante boni parentes potuerunt abſcondere filium ſuum Aaron ſua bona diligentia, ne periret, cur etiam eadem ſolertia, & modo ſecundum filium natum Moyſen non abſcondunt, quid habuit puer hic Moyſes, cui niſi Deus peculiari providentia ſubveniret, abſque dubio demergeretur in flumen, & periret?

Lyran.

118. Natus eſt Aaron, & tamquam communis, & vulgaris homo apparebat, non ſic Moyſes, qui eximium, & altum ſui ſpecimen præbebat: ait Textus: Exod. 2. quod mater ejus *videns eum elegantem abſcondit*, Chaldæus *bonum*, Pagninus *pulchrum*. D. Chryſoſt. *gratum Deo*, ita ut de eo ſcribat Rupertus lib. 1. in Exod. cap. 8. *Breviter, & parce loquens Moyſes de ſemetipſo dixit infantem ſe eſſe elegantem, & re vera tanta fuit elegantia, quanta divinum ſplendorem præſignari decuit.* Puer Moyſes in facie oſtendit ſe magnum, ac præclarum præ cæteris futurum, indeque nulla humana diligentia, ſed tantum divina ab imminenti periculo liberari potuit, ne immerſus in flumine periret; nam proprij ingenij, ac virtutis fulgores, & radij aliorum arma acuunt ad vulnera, & mortem, ut interimant. Apoſtoli à militum Magiſtratu adducuntur in Synagogæ Concilium, Actor. 5. n. 26. & ad mortem non damnantur: At Stephanus ex Concilio rapitur ad lapides, quænam hujus rei cauſa? Eam ſacer aſſignat Textus, Act. 6. n. 15. *Intuentes eum omnes, qui erant in Concilio, viderunt faciem ejus tamquam faciem Angeli*, quæ, ut jam ex D. Aug. ſuo in loco dixi, tanto ſplendore iniquorum animos accendebat in ira, & odio, ut ad lapides recurrerent.

Chald. Pagnin. D. Chryſoſt. Rupert.
Splendore virtutis excitatur inimica malitia.
Actor. 5.
Actor. 6.

119. Secundo urgente Regis edicto puer Moyſes ponitur in Ripa fluminis, ut imber ab aquis abſorberetur. Conſidera ſupremum, & altum Dei conſilium, ut rectè ponderat D. Chryſoſt. homil. 14. in Act. ubi ſic ait: *Semper quæ videntur eſſe contra nos pro nobis fiunt. Hoc mirabile eſt, quod non per ea, quæ videntur ſecuritatis eſſe, ſed planè per contraria omnia pro nobis fiunt. Juſſit Pharao projici in flumen pueros; niſi pueri fuiſſent projecti, non fuiſſet ſervatus Moyſes, non in Aula educatus fuiſſet, quando expoſitus eſt tunc factus eſt in honore.* Impius Tyrannus ad ſupprimendum, ac immergendum puerum, in fluvium mandat immergi; at alta Dei providentia, id quod erat mandatum ad interitum, ordinat ad ſalutem, vitam, ac exaltationem. *Quando expoſitus eſt, tunc factus eſt in honore.* Si non fuiſſet expoſitus, nunquam Regis filius fuiſſet habitus, & ut talis in regali aula educatus, atque inſtructus in omni Ægyptiorum ſapientia: ſolet Deus de majori tyrannorum furore ſuis ſalutares vias educere.

D. Chryſoſt.
Quod inimicus molitur ad pœnā Deus vertit in gloriam.

120. Urgente Nabuchodonoſoris mandato tres illi Sancti pueri, ut erant veſtiti in ardentem fornacem immittuntur: *Confeſtim viri illi vincti cum braccis ſuis, & tyaris, & calceamentis, & veſtibus miſſi ſunt in medium fornacis ignis ardentis; nam juſſio Regis urgebat.* Daniel. 3. n. 21. Regis imperium vehementer inſtabat, ut confeſtim abſque ulla dilatione in ignem projicerentur ita ut non daretur ſpatium, ut tyaræ à capitibus, veſtimenta à corporibus extraherentur, ſed tantum vinculis ferreis abirent in ignem. Furibunda, ac tyrannica Regis mens ſua ferveſcente ita rapiebatur, ut pueri temporis momento ab igne devorarentur. At ipſum Regis furorem Deus in illorum incolumitatem, atque exaltationem ordinabat. Theodoret. valde eleganter ibi. *Ita devincti Sancti illi in ignem conjecti ſunt, & ille quidem celeritatis, ac brevitatis cauſa ipſos ita comburi præcipit: Divina vero gratia aliud hinc moliebatur myſterium; nam circumvincta illis ferrea vincula uſitato more ignis natura diſſolvit; indumenta autem, quæ admodum facilia ad comburendum erant, integra, & illæſa conſervavit.*

Dan. 3.
Deus per contraria media ſalutares effectus diſponit.
Theod.

121. Tertio D. Auguſt. ſerm. 86. ait: *Compotens proceſſit divina vindicta, ut ſuis à fletibus puniretur Pharao, & Moyſes pro alijs eruendis erueretur.* Notanter expende verba. *Pro alijs eruendis erueretur.* Alta Dei providentia ad populos ex captivitate, ac multis periculis eruendos ordinabatur Moyſes, inde providetur, ut ipſe prius à periculis eruatur, ut ipſe faciliùs, & valde promptè alijs exhibeat, quod ipſe tam mirabiliter ex Dei benignitate receperat.

D. Aug.
Aſſecutus miſericordiā facile miſeretur.

122. Prima Corinth. cap. 15. n. 14. ait Paulus: *Si Chriſtus non reſurrexit vana eſt fides veſtra, adhuc eſtis in peccatis veſtris.* Si Chriſtus à mortis vinculis per glorioſam ſuam reſurrectionem non eſt erutus, adhuc nos non ſumus à peccatis liberi: Atqui ante reſurrectionem præceſſit mors Chriſti, qua copioſiſſime ſumus redempti, & ab omni malo liberi, cur adhuc requiritur reſurrectio Chriſti, ut à peccatis ſimus juſtificati, ut idem Apoſtolus ait: Rom. 4. n. 25. *Reſurrexit propter juſtificationem noſtram.* Ad quod dicimus, quod Chriſtus D. in ſua reſurrectione tamquam in termino poſuit, & abſolvit complementum ſui muneris, ac meritorum, qua tam magnificè ſurrexit ad gloriam, ut nos quoque cum illo ad gloriam reſurgeremus, ad quam tota noſtra juſtificatio fuit ordinata, & quemadmodum ille reſurgendo liberatus, ac erutus eſt ab omni malo, ac corporis infirmitate, ſic, etiam nos per noſtram reſurrectionem liberos, ac erutos fecit. Theuphylact. ait: *Mortuus igitur eſt Chriſtus, & excitatus à morte, ut à pravis nos facinoribus eruat, ac juſtos reddat*, ſicut ipſe erutus eſt à corporis infirmitatibus, ſic ipſe abundantiſſime nos eruit ab infirmitate corporis, & animæ.

1. Cor. 15
Rom. 4.
A malo liberatus facile alios liberat.
Theoph.

QUÆSTIO XV.

Quare Pharaonis filia puerum Moyſen vagientem in filium adoptavit?

123. AIt noſter Textus: *Quem filia Pharaonis ſuſtulit, & adoptavit in filium*, quod latius deſcribitur, Exod. 2. n. 6. Cum filia Pharaonis vidiſſet fiſcellam, aperiens, cernenſque in ea parvulum vagientem, ejus commiſerata in filium puerum ipſum adoptavit, circa quæ multa adducunt Expoſitores ad citata verba Exodi: In quo oſtenditur ſingularis Dei providentia erga ſuos. Primo expendo *Parvulum vagientem*, ſeu *lugentem*, Septuaginta *flentem*, pro quo audiendus eſt D. Gregor. Nyſſenus de vita Moyſis, ubi ait: *Videmus re ipſa ſi quis turbini, ac procellis humanæ vitæ reſiſtit, nec ſe obrui patitur, cum à corrupta hominum ſocietate, ac vita tamquam onus grave rejici, atque repelli, quam qui effugit, vagitum imitetur Moyſis, nec lachrymis parcat: lachryma enim fidelis quædam cuſtos eſt eorum, qui veram quærunt virtutem.* Quem nec parentes, nec cognati, ac amici

Exod. 2.
D. Nyſſ.

Lachryma cuſtodiunt, & exaltant. amici potuerunt à morte cuſtodire, ac liberare, unius pueri vagitus, ac planctus ipſum cuſtodivit, incolumemq; ſervavit, ac, ut filius Regis fieret, exaltavit. De lachrymis ait Petrus Damian.lib.11.de perf. & Monach c.12. *Damian.* *Lachryma in conſpectu pij judicis ſupplicant, nihil haſitant, ſed ſic miſericordiam tamquam rem quamlibet proprij juris ſibimet vendicant, & impetrare ſe quod petierant, confidenter exultant.*

124. *Beneficia à Rege data contra Regem.* Secundo, altiſſima ponderatione dignum, quod puer in ripa fluminis expoſitus ab omnibus deſtitutus, à nemine ex ſuis parentibus notus aſſumatur, ut nutriatur in aula regali, foveatur in Reginæ ſinu, ut filius Regis multis donis, ac beneficijs veneratus, & ab omnibus ut Regis filius, ac regni hæres ita reverentià cultus, ut inter ſapientes, & doctos multa cum ſapientia proficeret; & tamen divina providentia diſponit tãtum puerum totius Ægypti depopulatorem, ac ipſius Pharaonis futurum flagellum, & talis domus deſtructorẽ, & interemptorẽ. Sic ſæpè *Beneficia à Rege data contra Regem.* fit Dei ordinatione ad majorem Regum pœnam, ut, ab his, quibus majora impendunt beneficia, majora damna recipiant, & beneficia collata adverſus Regem ipſum armentur; quod egregiè expendit Lippomanus, ubi ſic ait: *Ipſum inter Regiam aulam educari oportuit; intra aulam proficere commodius potuit ſcientia rerum multarum ob conſertia ſapientum, experientia rerum omnium: auctoritate quoque creſcere, velut ut adoptivus filius Reginæ, & potentia rerum agendarum; ſic igitur parabatur à Rege contra Regem volente Deo.* Impenſe expende verba: *Sic parabatur à Rege contra Regem*, ſic ut filius Regis adoptivus, multis donis, ac honoribus ditatus, ſapientia, auctoritate, & potentia auctus *parabatur a Rege contra Regem.* Et ſic valde frequenter fit, ut plurimi multis beneficijs locupletati parentur à Rege contra Regem.

125. *D.Mach.* *Natalium ſplendor multum conducit ad gubernatorem.* Tertio D.Macharius homil.9.ait: *Cum Deus Moyſen pranoſſet & praordinaſſet futurum Ducem, & Redemptorem populi, effecit, ut adoptaretur a filia Pharaonis.* Cur Domine puerum hominum ſervorum, ac captivorum ad tantam elevas dignitatem, ut filius Regis habeatur? Poterat facile fieri, ut à quodam piſcatore, vel vili homine inveniretur, & cuſtodiretur in vita: alta Dei providentia diſponit, à filia Regis inveniri. Elegerat Deus puerum, ut Præfectum, ac Ducem populi ſui, & altè providit, ut viles natales, quos dederat natura deponeret, & nobiles, regaleſque parentes per adoptionem compararet, ne abſque nobilitate Reipublicæ regimen ei *Eccl.10.* deferretur, unde ait Eccleſiaſtes 10. n.17. *Beata terra,* *Septuag.* *cujus Rex nobilis eſt.* Septuaginta: *Cujus Rex* *Venet.* *tuus filius ingenuorum.* Venet. *Si Rex tuus fuerit fi-* *Vatabl.* *lius nobilium.* Vatablus: *Filius candidorum.* Alius legit: *Rex natus ex clariſſimis*, ad auctoritatem, & reverentiam regnãtis multum facit auctoritas generis. De muliere illa forti dicitur: *Nobiles in porta* *Prov.30.* *vir ejus.* Proverb.30.

126. Vilis in principatu valde durus, & aſperus, & ideo populo exprobrat Jonathas filius Gedeon: *Conſtituiſtis Regem Abimelech filium ancilla*, *Iudic.9.* Iudic.9. n.18. qui 70. fratres interfecit, ut regnaret, ut ponderat D.Thomas de Regim. Principis cap.19. ex *Ignobilis in dignitate aſperus.* Ariſtot. dicens: *De vili loco aſſumpti ad Principatum, ut pluries ladunt politiam, & laſiruat aliquando Chalcedoniam juxta illud Poeta: Aſperius nihil* *D.Tho.* *eſt humili cum ſurgit in altum.* Econtra verò nobilis in ſublime valde lenis, & ſuavis eſt, ut optimè probat Joſeph ex illuſtri proſapia Abrahæ, Iſaac, Jacob prognatus ſuo exemplo, qui fratres, à quibus multa mala ſuſceperat, benignè, leniterque ſuſcepit, *Gen.45.* Geneſ.45. n.5.

Quarto puer Moyſes erat elegans, ac pulchra facie, ejus elegantiæ Principis animum multum devinxit, ac ad pietatem, clementiamque attraxit, & cum rectè ſciret, ut ipſa fuit teſtata: *De infantibus Hebraorum eſt*, & edictum Regis urgeret de enecandis Hebræorum pueris, oraculumque extaret naſciturum quendam Hebræorum puerum, à quo Ægyptiorum populus delendus eſſet; tanta nihilominus erat pueri pulchritudo, ut eam compelleret puero ſubvenire, & à periculo liberare. 127.

Ait Zacharias Propheta cap.11.n.7. *Aſſumpſi mihi duas virgas, unam vocavi decorem, alteram vocavi funiculum.* Se præparat tamquam ad exeundum in prælium, ut valeat placidè, & quiete paſcere ſuum gregem, & quænam ad hoc præparat arma? virgas ferreas, vel gladius? minimè; ſed tantum decorem, ac funiculum, quia ubi decor apparet ſtatim eſt injectus funiculus ad vincendos, ac attrahendos animos: Pulchritudo, ac elegantia magis devincit, ac ſubjugat, quàm quæcumque bellica inſtrumenta: Origenes homil.20. in Numer. ait: Forma vincit armatos, ferrum pulchritudo captivat, vincuntur ſpecie, qui non vincuntur prælio. 128. *Zach.* *Fortiſſimè pulchritudo attrahit*

Et maximè, quia iſta pulchritudo in puero Moyſe proveniebat veluti ab interno ex peculiari Dei gratia, qua eum ad magna, & alta diſponebat, Exod. 2. n.2. *Videns eum elegantem.* D.Chryſoſt.legit *gratum Deo* ob multa bona opera, quibus præparabatur ad ſerviendum Deo: illa autem elegans, & magna pulchritudo, quæ ex gratia futura erat, in anima illa jam elucebat in exteriori. Dicitur Geneſ.24. n.16. *Ecce Rebecca egrediebatur ... puella decora nimis, virgoque pulcherrima, incognita viro.* Notanter bis dicitur Rebecca pulchra, ſimel *puella decora nimis*, & iterum *virgoque pulcherrima*, ſimul & bis ejus virginitas declaratur his verbis: *Virgoque pulcherrima, & incognita viro*, & qua de cauſa bis dicitur Virgo, biſque decora? Ut oſtendatur quod pulchritudo illa exterior multum ab interiori puritate dependebat, ac virginitate; maximè augetur corporis elegantia ex animi candore, ac proinde toties dicitur pulchra in exteriori facie, quoties Virgo, & pura in interiori, maximè una dependet ab altera, unaq; ſine alia non bene relucet. Ad hoc tendit D.Chryſoſt.tom.6. homil. *Quales ducenda ſint uxores*, & ait: *Quid mihi narras in Rebecca pulchritudinem corporis? Ut diſcas inſignem ejus pudicitiam, ut diſcas animi pulchritudinem: ſuſcipienda namque res eſt ipſa pudicitia, ſed magis etiam ſi conjuncta ſit cum egregia ſpecie.* Ubi Sanctus Doctor conſiderat in Rebecca pulchritudinem corporis cum animi pulchritudine, pudicitiam cum ſpecie. 129. *Exod.2.* *Gen.24.* *Vera pulchritudo corporis eſt pulchritudine animi.* *D.Chryſoſt.*

Actor.7.n.24. Et cum vidiſſet quendam injuriam patientem, vindicavit illum, & fecit ultionem ei, qui injuriam ſuſtinebat percuſſo Ægyptio.

Nu.25. Exiſtimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipſius daret ſalutem illis: at illi non intellexerunt.

Num.26. Sequenti verò die apparuit illis litigantibus, & reconciliabat eos in pace, dicens: Viri fratres eſtis, ut quid nocetis alterutrum.

Num.27. Qui autem injuriam faciebat proximo, repulit eum dicens: quis te conſtituit principem, & judicem ſuper nos.

Num.28. Nunquid interficere me tu vis, quemadmodum interfeciſti heri Ægyptium,

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VI.

130. Syriac. Verſ.24. *ET cum vidiſſet quendam injuriam patientem.* Syriacus : *Cum conſpicatus
eſſet quendam ex filijs ſuæ proſapia vim patientem.*
Arabicus Arabicus : *Quendam eorum oppreſſum.* Æthiop. *Quen-*
Æthiop. *dam opprimentem eum.* D.Chryſoſt. *Quendam injuſtè*
D.Chryſoſt. *affligi*, ut ſcribitur Exod.2.n.11. Vidit quod vir qui-
dam injuſtè, atque tyrannicè perſequebatus He-
bræum; hic autem Ægyptius erat ex his, qui præ-
Syriac. erant operibus : *Vindicavit illum.* Syriacus *cauſam*
Arabic. *ejus egit.* Arabicus : *Ultus eſt*, cui damnum infere-
D.Chryſoſt. batur. Chryſoſt. *Fecit vindictam pro eo.* Ubi maxi-
mè nota cum D.Chryſoſt. homil.5. de laudibus Pau-
li, celſitudo animi Moyſis, qui cum eſſet habitus fi-
lius Regis, non contempſit fratres ſuos humiles, ac
Philo. ſervos, ut pro eis cauſam agat, & ut advertit Philo
lib. de vita Moyſis; aliorum animos nobiles, ac ge-
neroſos maximè ſollicitat, & inclinat.

131. Syriac. *Percuſſo Ægyptio.* Syriacus : *Interemit Ægy-
ptium illum, qui offenderat eum.* Æthiopicus : *Sepe-*
Æthiop. *livit eum in arena*, ad quod eum impulit, tum
Procop. amor populi, ut ait Procopius, tum etiam crude-
litas tyrannica viſa, ut ait Lippomanus; hoc ut
dicitur in Exodo fecit Moyſes multa cum circun-
Abulenſ. ſpectione; quia ut notat ibi Abulenſis noſtra opera
cum magna cautela ſunt agenda, & ideo ex hac
cautela eum abſcondidit, & ſepelivit in arena, ſeu
ſabulo.

132. Arabic. Verſ.25. *Exiſtimat autem intelligere, quoniam
Deus,* &c. Arabicus : *Exiſtimans percepturos, atque
agnituros, quod Deus per manum ipſius conceſſurus*
Æthiop. *eſſet libertatem.* Æthiopic. *Daret Deus redemptio-
nem.* Exiſtimabat Moſes jam eſſe publicum, ac no-
torium in populo, quod ipſe eſſet deſignatus à Deo
futurus liberator, ac Dux populi Iſraëlitici, tum
ex revelatione facta patri ejus Amaram, ut tradit
Ioſeph. Joſephus, quod filius ejus Moyſes educturus erat
populum de Ægypto, tum ex mirabili modo, quo
ſervatus eſt, & adoptatus filius Regis, tum etiam ex
mirabili elegantia, quæ in vultu ejus apparuit, quæ
Philo. quidem, ut ait Philo de vultu Moyſis, erat pluſquam
quid naturale.

133. Arabic. *At illi non intellexerunt.* Arabicus : *Non perce-*
Invidia fratrum in fratres. *perunt*, quæ hic adjunguntur à D.Stephano, propter
ea, quæ unus ex Hebræis verſ.7. dixit Moyſi; tum
etiam, ut denotetur prævaricatio Hebræorum reſiſ-
tens divinis ordinationibus; tum etiam quia dicun-
tur *fratres, & non intellexerunt*; quia ſæpe fratres
aliorum fratrum magnalia non poſſunt videre, nec
intelligere.

134. Æthiop. Verſ.26. *Sequenti vero die*, poſt interfectum Æ-
gyptium *Apparuit illis litigantibus.* Æthiopic. *In-*
Exod.2. *venit duos decertantes*, nempè ex Hebræis, ut pater
Syriac. Exod.2. n.13. *Reconciliabat eos in pace.* Syriacus :
Arabic. *Perſuadebat eis, ut in gratiam redirent.* Arabicus :
Arias. *Hortatus eſt eos ad concordiam, & pacem.* Arias :
Compulit eos in pacem; Optimi enim Principis eſt
de ſuorum pace, ac quiete agere; nam pace cuncta
florent, ac creſcunt, diſcordia omnia marceſcunt, ac
pereunt.

135. *Viri fratres eſtis*; fraternitatem commemorat, ut
ad amoris vinculum alliciat : *Ut quid nocetis alter-*
Syriac. *utrum.* Syriacus : *Cur alius alium offendit.* Arias :
Arias. *Quid injuria afficitis alij alios.* O præclara repre-
henſionis forma! nam, ut ait D.Chryſoſtom. ho-
mil.5. de verbis Iſaiæ : Cum increpatio de ſe ſit du-
Reprehenſio lenis. ra, & ingrata, brevis ſit, deinde ſic increpat, ut re-
prehenſio ſit æqualis ad omnes, nec magis pungat
unum, quam alterum; deinde cum multa modeſtia,
ac benignitate ſit, ut notat Procopius ad cap.2.Exod. Procop.
*Cum occurriſſet fratribus inter ſe contendentibus non
ſpiravit cædes, ſed eorum animas amica caſtigatione
mitigare inſtituit, quod quidem omen erat, ipſum futu-
rum judicem populi Iſraëlitici.*

Verſ.27. *Qui autem injuriam faciebat.* Syriacus : 136. Syriac.
Porro qui offendebat ſocium ſuum : Arabic. *Impedivit* Arabic.
autem eum is, qui injuria afficiebat alterum, & hic,
ut valde facinoroſus arroganter contra ſuum moni-
torem inſurgit; ſemper enim benignitas inter peſſi-
mos periclitatur, ut ait Lippomanus, & tales crimi- Lippom.
na, quæ faciunt, ac injurias, quas patrant, vo-
lunt eſſe impunitas, ut advertit Oleaſter in Exod. Oleaſter.
& qui pro beneficio pacis, ac reconciliationis gra-
tias debebat exſolvere contra ſuum inſurgit mo-
nitorem; *Nunquam non perit, quod datur in-
grato.*

Quis te conſtituit Principem, aut judicem ſuper 137.
nos? Semper iniquus à ſe vult repellere judicem, &
nullum alium ſuperiorem vult habere ſuper ſe, &
ex hoc conſtat, ut advertit Lyranus, iſtum non Lyran.
intelligere Moyſen eſſe à Deo conſtitutum judi-
cem, ac liberatorem populi, & ideo D.Stephanus *Impij nolunt judicem.*
dixit ſupra verſ.25. pluraliter : *Et illi non intelle-
xerunt*, & quamvis iſte non cognoſceret Moyſen,
ut Judicem, ac Principem populi, tamen maximè
ab eo venerandus erat, ut pacis, ac amicitiæ re-
conciliator, bene tamen notat Lippomanus : Im- Lippom.
pij neminem habere volunt Judicem, nec Ma-
giſtrum.

Verſ.28. *Nunquid interficere me tu vis?* Syriac. 138. Syriac.
Num nos interficere quæris? Ait Chriſtus Dominus Math.10.
Math.10.n.26. *Nihil eſt opertum, quod non reve-
letur, & occultum, quod non ſciatur.* Ad quæ ver-
ba ſic ait D.Paſchaſ. lib.6. in Math. *Opertum, &* D.Paſch.
*occultum dixit, quia nihil eſt in carne, aut anima
geritur, quod non reveletur, aut neſciatur; reve-
landa ſunt autem illa quæcumque perpetrata ſunt, &
commiſſa; ſcientur vero quæcunque fuerint cogitata;
nam ſtatim per varios effectus foris prodeunt, & ma-
nifeſtantur*, quod in anima latet.

Quemadmodum interfeciſti heri Ægyptium? 139.
Hæc autem dixit iſte malignus, & injurioſus non
leni, ac ſubmiſſa voce, ſed alte clamavit tamquam
voce præconis, præ ira, & odio contra ſuum moni-
torem; nam ut dicitur Exod.2. n.14. illa verba au- Exod.2.
dita ſunt à Pharaone, & conſequenter odium Moy-
ſis in Ægyptios.

QUÆSTIO XVI.

Quare Moyſes occiderit Ægyptium, & an in hoc facto peccaverit?

MIſſis multis, de quo latè Scripturarij ad cap.2. 140.
Exodi, dicendum exiſtimo, quod Moyſes *Moyſes à peccato excuſatur.*
licitè occidit Ægyptium, ex divina inſpiratione,
qua cognovit ſe eſſe conſtitutum à Deo ducem,
ac defenſorem, & liberatorem populi Iſraëlitici;
hoc apertè ſignificat Divus Stephanus in præſen-
ti verſ.5. *Fecit ultionem percuſſo Ægyptio; exiſti-
mabat autem fratres intelligere, quoniam Deus per
manum ipſius daret ſalutem.* Reputabat Moyſes apud
omnes eſſe manifeſtum, ſe eſſe jam à Deo deſignatum
ducem populi, & ideo pro ratione officij ſibi com-
miſſi, fecit ultionem in Ægyptium pro defenſione ſui D.Aug.
ſubditi, ac Hebræi, & pro hac re facit revelatio facta D.Tho.
patri Moyſis, & alia, quæ dixi ſupra ad verſ.25.n.132. Rupert. Lyranus.
Ita D.Aug.D.Tho.Rupert.Lyran.Hugo, communiter Hugo.
Recentiores,

Eſtius. Lorin. recentiores, Joannes do Lahai Eſtins, & hic in Acta latè Lorinus.

141. Moyſes educatus erat in tegali aula, ut filius Regis Ægypti habitus, cum vides Ægyprium Hebræum percutientem in eum inſurgit, ac interficit, cur non timet ipſos Ægyptios, iram Regis, perdere tantum dignitatis locum? Ferebatur Moyſes amore ſui populi, & veluti pondere naturæ, quod nunquam occultari poteſt, quin in effectum prodeat, & proſperum habeat eventum, ut optimè dixit D. Nazianz. epiſt. ad Eudoxium: *Quæ ad natura ductum fiunt, plerumque bene ſuccedunt, quæ vero præter naturam præſumuntur, fruſtra tentantur.* Cumque naturæ impetu Moyſes operaretur, feliciter Ægyptium interfecit.

Natura affectum non poteſt occultari. D. Naz.

142. Percutit David Philiſthæum, percutit Judith Holofernem, tamen de tam magnificis, ac glorioſis triumphis, quilibet diverſa ſpolia ſibi aſſumit, David poſt devictum, & proſtratum Philiſthæum *Aſſumens caput Philiſthæi attulit illud in Ieruſalem, arma vero ejus poſuit in tabernaculo ſuo*, 1. Reg. 17. num. 54. De percuſſo hoſte caput ejus, & arma ſecum aſportat; At Judith jugulato Holoferne, non pugionem, quo jugulavit, ſed caput ejus, & Conopeum ſecum aſſumit, & veniens in Civitatem convocatis omnibus magnatibus, ipſa in loco alto oſtendit illis dicens: *Ecce caput Holofernis Principis militiæ Aſſyriorum, & ecce Conopeum illius, in quo recumbebat in ebrietate ſua*, Judith 13. n. 19. Confer modo unum cum altero, ambo pro Dei populo pugnant, ambo adverſariorum capita præcindunt, ambo pro monimento victoriæ ſpolia deferunt, David non pretioſas inimici veſtes, ſed arma ſibi elegit; at Judith non arma, ſed Conopeum quærit: Unde tanta rei diverſitas? Ex affectu uniuſcujuſque naturæ: David vir bellicoſus ad arma currit, fœmina Judith aſſueta domui, Conopeum, tamquam velum, quo ſe abſcondat, ſibi eligit, unuſquiſque volat ad ea, quæ ſunt ſui proprij ingenij. Rectè dixit Salvianus lib. 7. *Vir in bello, mulier in domo; Vir cum lancea, mulier acu in manu; vir cum ſcuto; mulier cum circulo.*

1. Reg. 17. Judith. 13. *Natura prodit in ſuum affectum.* Salvian.

143. Semel, & iterum vidit Joſeph integro aſpectu decem fratres ſuos, imo & duris verbis locutus eſt ad eos, at in ultima vice, cum ingreſſus fuiſſet cum eis Benjamin, in ipſumque oculos defixiſſet Joſeph, ait Textus: *Commota fuerunt viſcera ejus ſuper fratre ſuo*, Geneſ. 43. n. 30. Septuaginta: *Convolvebantur inteſtina ejus ſuper fratrem ſuum.* Pagninus: *Incaluerunt miſerationes ſuper fratrem ſuum.* Et cur modo, & non antea, tam vehemens viſcerum fit commotio. Nota, Moyſes: *Vidit fratrem ſuum uterinum Benjamin*, & cum eſſet frater ſuus uterinus, quodam veluti naturæ impulſu ferebatur in eum, ut minimè ſe contineri poſſet. Oleaſter ait: *Non poteſt enim natura negare quod ſuum erat, non eſt ſuper alios fratres, ſed ſolum ſuper hunc commotus eſt.*

Gen. 43. *Quod eſt à natura negari nequit.* Oleaſt.

QUÆSTIO XVII.

Quare Moyſes videns duos rixantes ſe intromittit ad illorum pacem?

144. Exod. 2. *Iniuſto oſſenſuum Regis animi eſt defendere.*

AIt Textus: *Vidit*, ſcilicet Moyſes, *duos Hebræos rixantes, dixitque ei, qui faciebat injuriam, quare percutis proximum tuum?* Ex hoc facto rectè conjecturat D. Chryſoſt. magnum futurum Principem, cum eo, quod non poſſet ſuſtinere alicujus injurias, abſque eo quod ei ſuccurreret, ac opem ferret. Cum Nathan propoſuiſſet Davidi parabolam quod dives oppreſſerit pauperem, ut tolleret ovem ejus ad convivium hoſpitis, ait Textus *Iratus autem indignatione David, dixit ad Nathan, vivit Dominus, vir, qui fecit hoc ovem reddet in quadruplum*, 2. Reg. 12. n. 5. Valde mirum, non indignatur David indignatione magna contra ſuum perſecutorem Saulem, contra ſuum filium rebellem Abſalon, & contra maledicentem Semei, ſed contra iſtum, qui oppreſſerat pauperem? Abulenſ. *Indignatur ob magnam iræ affectionem erga virum, qui talia fecerat.* Ut Rex magnanimus patienter ſuſtinet inſurgentes in ſe, non vero contra pauperculum, abſque eo quod ab oppreſſione eum liberet, ac ei ſubveniat.

2. Reg. 12. Abulenſ.

Secundo ait: *Cur percutis proximum tuum*, non exaggerat culpam, non aggravat crimen, ſed cum modeſtia loquitur, ut notat D. Chryſoſt. & ait: *O juſti longanimitatem, ô excellentem modeſtiam!* Reprehenſio dura exaſperat, mitis proficit, & ſanat. Cum Acham per ſortes divinitus eſſet criminis reus in præda facta in Jericho, ait ad eum Joſue 7. n. 19. *Fili mi, da gloriam Deo, & confitere, atque indica mihi, quid feceris.* Ob cujus furtum multa confuſio facta eſt in populo, & multi milites corruerunt in prælio, & tamen in auctorem tantorum malorum non durè inſurgit Joſue, nec aliquo nomine aſpero eum compellat, ſed eum vocat, dicens: *Fili mi* ut ſuaviter, ac dulciter eum alliciat ad medicinam, ac ſalutem Carthuſian. ait: *Sanctus Ioſue vir diſcretus ac manſuetus non turbulenter, ſed pie, ac mitè, primo alloquitur reum, ne ex dura allocutione perterritus, aut exacerbatus non acquieſcat veram dare reſponſionem.* 145.

D. Chryſoſt. Ioſue 7. *Reprehenſio nō ſit aſpera, ſed ſuavis.* Carthuſ.

Tertio, rectè ſciebat Moyſes ſe eſſe à Deo conſtitutum Principem ac Ducem populi Iſraëlitici, cur ſua poteſtate, ac juriſdictione non utitur imperans huic injurianti, ut à ſua iniqua oppreſſione deſiſtat, ſed ait: *Cur percutis proximum tuum.* Ac ratione proximi objecta eum compeſcere vult, ut optimus, ac magnus Princeps optimè callebat, quod res potius ratione, quam potentia, ac vi ſunt diſponendæ: ait Ieremias 23. n. 5. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ſuſcitabo David germen juſtum, & regnabit Rex, & ſapiens erit.* Ad literam loquitur de Chriſto D. ut eſt communis ſententia Sanctorum Patrum noſtrorum. D. Cyrill. D. Hieron. Theodor., & aliorum, & ait: *Regnabit, & ſapiens erit.* Conſequentius videbatur dicendum: Regnabit Rex, & potens, & magnificus erit, ſed ait *Sapiens*, quia ut valde, & ſupremus Rex cuncta agebat, ac diſponebat, non vi, ac potentia, ſed ratione, ac ſapientia; Euſebius Gallicanus homil. 6. de Paſchate ait: *Potuit filius Dei hoſtem humani generis in Cœlo poſitus, uutu ipſo Divinitatis illidere, ſed ne quid tale Diabolus conqueri poſſet, placuit Deo ſecundum juſtitiam ſuam pro humano genere offerre filium*; noluit agere ſecundum potentiam, ſed ſecundum rationem juſtitiæ. 146.

Res ratione, & non potentia agenda. Ierem. 23. D. Cyrill. D. Hier. Theod. Gallic.

Quarto videns facientem injuriam ait ei: *Cur percutis proximum tuum?* Qui reſpondit ei: *Quis te conſtituit Principem, aut judicem ſuper nos.* Fatuè, ac inſipienter loquitur, ubi enim charitas urget, nullus eſt neceſſarius Princeps, vel judex: Ipſa charitas cuncta componit, ac redintegrat, ut ſupervacaneus ſit judex. Cum Scyphus Joſeph deeſſet, de illius furto accuſabatur Benjamin, Joſeph perſonam judicis agens ſeveram protulit ſententiam: *Qui furatus eſt Scyphum, ipſe meus ſervus ſit.* Gen. 44. n. 17. quo audito cæteri fratres in lachrymas prorumpũt, omneſq; cum periculo ſe exponunt, & offerunt carceri, vinculis, ac ſervituti, & captivitati pro liberando Benjamin. Quid Joſeph? perſonam judicis deponit & voce 147.

Gen. 44.

magna clamat : *Ego ſum Ioſeph frater veſter* , Ge-
Gen.45. neſ.45. n.4. Uſque modo tamquam ad alienos ju-
dex ſeverus, at ubi tanta charitas reſplendet, non
judex, ſed frater eſt. Pulchrè Theodoret qu.105.
Vbi fraterna charitas nullus iudex neceſſarius. & ait: *Experiri volens animum fratrum, & liquido
noſſe, an Bejamin calumniam paſſum defenderent;
ob id in ejus ſaccum ſcyphum abſcondit: At ubi
non tantum patrocinari, ſed & pro eo certare il-
los proſpexit, perſona ejus, qui imperaret, depoſita,*
Theod. *fraternum vultum exhibuit.* Quandiu dubitat de eo-
rum fraterna charitate, ut judicem ſeſe oſtentat, at
ubi vidit eos pro fratre tam fervidè decertare ad
vincula uſque, & carceres: *Perſona ejus, qui impera-
ret, depoſita, fraternum vultum exhibuit.*

QUÆSTIO XVIII.

*Quare modo Moyſes de afflictione populi agit, &
non antea?*

148. *Difficultas quæſtionis.* EXtitit Moyſes uſque ad quadrageſimum ætatis
annum in aula Pharaonis, & per hos annos vi-
dens crudelem, & barbaram tyrannidem Pharao-
nis, & duritiem eorum, qui præerant operibus, ta-
men Moyſes ad hæc ſemper obmutuit, nec ad mi-
nimum ullam actionem fecit; at vero modo egre-
diens viſitans fratres ſuos pro vindicando uno ab in-
juria *fecit ultionem percuſſo Ægyptio*, unde illi tam
novus, & repentinus zelus?

149. *Palatini maximè ſibi conſulunt.* Quandiu erat Moyſes in aula, & ſi apud ſe tan-
tam damnaret crudelitatem, tacebat tamen; at
ubi corpore, & animo egreſſus ab illa eſt, ſtatim
miſerabilium patrocinium ſuſcepit, eorum cau-
D.Ambr. ſas agit, & illatas injurias ulciſcitur. D. Am-
broſ. lib.2. de Cain cap.4. *Interficit Moyſes Ægy-
ptium, & fugax factus eſt de terra Ægypti, ut de-
clinaret ejus terræ tyrannum, ſed non ante illam in-
terfeciſſet Ægyptium, niſi prius in ſe abdicaſſet re-
galium luxum honorum.* Expende ultima verba,
quandiu erat in regali aula, & ſinu, & ſi bene
oppreſſiones agnoſceret, tacebat; at ubi corpore, &
animo receſſit ab ipſo regali luxu egreſſus ad fratres
miſerabilium miſeretur omnia contemnens juxta
Apoſtol. Hebræor.11. omnem eorum tutelam aſſu-
mens, ut eos liberaret.

150. *Qui in Regis aula pauperum non miſeretur.* Ad ſuum dilectum ait Anima ſancta, Cantic.8.
num.1. *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem
ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deoſ-
culer te.* Eum exoptat non inter ſuaviſſima, ac
dulciſſima matris ubera, ſed foris, ac extra illa,
ut ejus colloquijs fruatur, & ſibi opem habeat, &
illi in ſuis neceſſitatibus ſubveniat, tunc eum ma-
ximè ad miſerandum inveniat. Ad hoc tendit D.
D.Ambr. Ambroſ. lib. de inſtitut. Virgin. Dum anima ſan-
cta exoptat Chriſti adventum, & ait: *Vide illum
intus, quod in ſinu eſt Patris: cognoſce illum foris,
quando nos quærit, ut redimat, foris tibi factus eſt,
ut mihi intus eſſet. Idem ferè habet Philo referens ad*
Philo. *paſſionem.*

Actor.7. n.29. Fugit autem Moyſes in verbo
iſto, & factus eſt advena in terra Madian,
ubi generavit filios duos.

Num.30 Ex expletis annis quadraginta ap-
paruit illi in deſerto montis Sina Angelus
in igne flammæ rubi.

Num.31. Moyſes autem videns, admiratus
eſt viſum, & accedente illo, ut conſide-
raret facta ad eum eſt vox Domini, di-
cens.

Num.32. Ego ſum Deus Patrum tuorum Deus
Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob. Tre-
mefactus autem Moyſes non audebat
conſiderare.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VII.

Verſ.29. F*Ugit autem Moyſes in verbo iſto.* Ara- 151.
bic. *Fugit ad hujuſmodi ſermonem.* Arabic.
Æthiopic. *Propter hunc ſermonem timuit.* Syriacus: Æthiop.
Factus eſt inquilinus. Vatabl. *Peregrè habitavit.* Ex- Vatabl.
plicat Textus: *In terra Madian*, à qua Madiani- *Madianita à quo?*
tæ, & Urbs quædam fuit condita à Madian filio
Abrahæ ex Cætura, Geneſ.25.n.2. Ibi Moyſes duxit
uxorem filiam Jethro Sacerdotis, qui ut advertit Gen.25.
Euſebius lib.9. de Præpar. Evangel. cap. ultimo ex Euſeb.
Demetrio hiſtorico, erat ex progenie Abrahæ per
Jeſſan, & Cætura, Geneſ.25.n.3. ex ea habuit Moy- Gen.25.
ſes duos filios Gerſan, & Elieſer, Exod.18. n.3. Je-
thro autem Sacerdos erat hoc tempore Idolorum,
poſtea videns mirabilia, quæ fecit Deus in Ægypto
per Moyſen factus eſt Sacerdos veri Dei, Exod.18. Exod.18.
num.12.

Verſ.30. *Expletis annis quadraginta.* Arabicus: 152.
Cum abſolviſſet annos quadraginta, ut notat Lyran. Arabic. Lyran.
à fuga Moyſis de Ægypto, agebat tunc Moyſes an-
nos octoginta; hos autem quadraginta annos tran-
ſegit Moyſes paſcendo oves meditando, & contem-
plando Dei mirabilia. Pererius vult, quod hoc tem- Perer.
pore compoſuerit librum Job, & librum Geneſeos,
ut Hebræos in Ægypto oppreſſos conſolaretur.

In deſerto montis Sina. In Exod.3. n.1. dicitur in 153.
monte Horeb. Mons Sion, & Horeb in radice eſt Exod.3.
idem mons, poſtea in ſummitate dividitur in duos
colles, unus dicitur Horeb à voce Hebraïca ſignifi-
cante ſiccitatem, vel ſolitudinem; alter dicitur Sion *Mons*
reducta ſignificatione à nomine Hebraico, quod *Sion & Horeb.*
idem valet, ac copia, ſeu multitudo ruborum, no- Andrich.
tant Andrichomius, & alij Horeb propriè eſſe par-
tem, vel jugum eminens montis Sion.

Apparuit Angelus. Syriac. *Viſus eſt ei Angelus.* 154.
Exod.3. dicitur *Apparuit ei Dominus.* Re vera An- Syriac.
gelus erat, ut ait hic D.Stephanus agens, & loquens Exod.3.
in perſona Dei, non Patris, nec Spiritus ſancti, ſed *In perſona Dei*
Dei Filij; denotabatur ibi quomodo ipſe deſcendit *Filij.*
de Cœlis ad terram, ut nos liberaret à captivitate
Dæmonis, ita D.Chryſoſtom. in præſenti S.Iuſtin. D.Chryſoſt.
contra Tryphon. Tertullian. lib.2. contra Marc. D. D.Iuſtin.
Hilarius lib.4. de Trinit. D.Ambroſ. lib.5. de fide. Tertull.
Angelus autem iſte communiter exiſtimatur, quod D.Hilar.
fuerit Sanctus Michael; ſicut enim olim fuit cu- D.Ambr.
ſtos Synagogæ, ſic & nunc eſt Eccleſiæ Sanctæ
Dei.

In igne flammæ rubi. Syriacus: In igne, qui ar- 155.
debat in rubo. Arabicus: *In flamma ignis Rhamni.* Syriac.
D.Chryſoſt. *Flamma incendio.* In robo materia val- Arabic.
de facilis, & apta ad comburendum, ad majorem D.Chryſoſt.
evidentiam miraculi. *In flamma ignis.* Ignis non fuit
tantum apparens, ſed verus, & realis, aliàs decipe-
retur Moyſes, & ex aëre circumjacente excitatus fuit
ab Angelo, in cujus medio apparebat illud ſymbo-
lum, ſeu imago Angeli, quæ plus ſuper ipſum ignem
reſplendebat.

Verſ.31. *Moyſes autem videns admiratus eſt viſum.* 156.
Arabicus: *Demiratus eſt ſpectaculum.* Æthiopic. *Ad-* Arabic.
miratus eſt horrorem ejus, quem ex viſione concepit, Æthiop.
nam, ut ipſe dixit, Exod.3. n.3. *Vadam, & videbo* Exod.3.
viſionem

viſionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Cum de ſe facilis ſit combuſtibilis, de quo plura in quæſtion.

157. Verſ.32. *Ego ſum Deus, Patrum tuorum, Deus Abraham.* Non dixit: Ego ſum Deus Abraham, Iſaac, Jacob. Sed in ſingulis peculiariter ſe nominat Deum, *Deus Abraham, Deus Iſaac*, & ac ſi glorietur Deus de tantis, ac talibus ſervis, & peculiariter dicitur *Deus eorum.* Primo quia toto mundo ardente in idololatria Deum coluerunt; Secundo, quia ad hos tres promiſſa fuit terra Canaan, ad quam Deus per Moyſen Hebræos ducebat. Tertio quia his tribus maximè ſe Deus beneficum oſtenderat multa bona ſuis poſteris promittens. Quarto, quia in his tribus maximà reſplenduerunt virtutes; in Abrahamo fides, & obedientia, in Iſaac animi puritas cum contemplatione, in Jacob laborum tolerantia cum patientia, & conſtantia.

Cur dicitur Deus horum.

158. *Tremefactus Moyſes non audebat conſiderare.* Syriacus: *Non audebat intueri viſum.* Arabicus: *Non auſus contemplari.* Æthiopic. *Tremuit, & obſtupuit,* ob celſitudinem juſſionis rem novam, & non viſam, quod rubus arderet, & non combureretur, & quod Angelus in medio ignis plus reſplendeſceret ſuper ipſam flammam, tandem ob reverentiam tantæ viſionis tremefactus eſt.

Syriac. Arabic. Æthiop.

QUÆSTIO XIX.

Quare D. Stephanus tantum hic dilatatur in rebus, ac laudibus Moyſis?

159. QUinque intervenerunt cauſæ, ob quas D. Stephanus tantum hic ampliatur, & maximè in laudibus Moyſis; Primo quia Judæi oppoſuerunt contra Stephanum, Act.6. n.11. quod ipſe dicebat verba blaſphemiæ in Moyſen, & in Deum, id eſt, ejus legem, oſtendit totum eſſe falſum; nam Moyſen, maximè honorificat, cujus magnalia tam ampla, ac talia extollens refert. Secundo nil contra legem, quam multum veneratur, utpote datam per manum Angeli, hoc cap.num.17. Tertio dixerunt citato cap.6. quod ipſe Stephanus loquebatur contra locum Sanctum, ſcilicet Tabernaculum Dei, ac Templum, oſtendit totum eſſe à veritate alienum, teſtificatur factum à Moyſe juxta Dei ordinationem & templum ædificatum à Salomone infra in hoc cap. à n.44.

Actor. 6. Tres primæ rationes.

160. Quarto Moyſis exemplo tanti benefactoris, toties tamen à populo contempti, repulſi, exaſperati, & ad mortem, ac lapides expetiti, tacitè ſugilat ingratitudinem Judæorum in Chriſtum, à quo, tot, & tantis beneficijs, & ſanctiſſimis præceptis inſtructi, tamen eum poſt varias perſecutiones, & contumelias, in Cruce inter Latrones crucifixerunt, propter quod D. Stephanus in fine hujus orationis eos vocat proditores, & homicidas, patrumque ſuorum imitatores.

Sugilatur Judæorum crudelitas.

161. Quinto ut illius tam magni Prophetæ præclarum, ac manifeſtum de Chriſto teſtimonium, quod proferre volebat, commendabilius, acceptabiliuſque redderet. Unde ita de Moyſe ſermonem concludit: *Hic eſt Moyſes, qui dixit filijs Iſrael, Prophetam ſuſcitabit vobis Deus, de fratribus veſtris, tamquam me ipſum audietis.* Infra n.37. nempe Chriſtum D. omnium Prophetarum Principem, quem audietis diſſolvens peccata, & dans verba ſalutis æternæ.

Teſtimonium de Chriſto.

162. De Chriſto D. ait divina Sponſa: *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per Cancellos,* Cantic.2.n.9. Septuaginta legunt: *Proſpiciens per retia.* D. Ambroſ. *Eminens ſuper retia.* Erat homo in mundo maximè laqueis, ac retibus peccatorum colligatus, carnalium concupiſcentiarum catenis irretitus, & non habebat unde à tot ligaturis ſe poſſet expedire, venit Jeſus filius Dei factus homo *Eminens ſuper retia*, ut in ſe purus, & liber ab omni labe, & fæce peccati: *Eminens ſuper retia*, ut noſtrorum peccatorum, ac prævaricationum tendicula, ac irritamenta, ut illa conculcaret, comminueret, ac diſſiparet, ſuoſque doceret talia vincula diſrumpere, ut cum ipſo valeant in vitam æternam evolare. D. Ambroſ. ſerm.6. in Pſalm.118. ſic ait: *Venit Ieſus ad laqueos. Omnes retibus tenebamur, nullus alium eruere poterat, cum ſe ipſum non poſſet eruere. Talis ergo neceſſarius fuit, qui vincula generationis humanæ non teneret: Is ſolus erat Ieſus, qui cum hujus carnis ſe circumdediſſet vinculis, captus non erat, non erat alligatus, ſed diſrumpens illa, atque diſſolvens ad ſe magis vocavit Eccleſiam proſpiciens per laqueos, eminenſque ſuper retia, ut & ipſe diſceret vinculis non teneri.*

Cant. 2. A Ieſu præſentia omne peccatū deſtruitur. D.Ambr.

163. Ab eadem ſimilitudine, ac metaphora non diſcedamus: ait divinus Sponſus animæ ſanctæ, Cantic.2. n.10. *Surge, propera amica mea, formoſa mea, columba mea, & veni.* Quæ verba ſic legit D.Ambroſ. *Surge, veni proxima mea, noli timere retia, jam hiems præterit.* Jubetur quod non timeat retia peccatorum, & unde illi ſecuritas, ut talem à ſe amorem excutiat; quia Jeſus eminet ſuper retia, ad illa conculcanda, ac comminuenda, ita ut hyemalis, ac frigida peccatorum tempeſtas jam præterijt, ac diſſoluta eſt. D. Ambroſ. lib. de Iſaac cap.4. ait: *Iure ergo retia timere non debet, cum iſ vocat ad ſe animam, qui tentamentis, & retibus mundi non poteſt capi; nam cum nos homines ambulemus in medio laqueorum per appetentiam eſcæ, retibus ſimul, & laqueis obnoxij ſumus. Ille in corpore poſitus retia non timebat, ſed eminebat ſuper retia, id eſt ſuper tentamenta mundi, & corporis paſſiones, imo & alios eminere faciebat.*

Cant. 2. Ubi Ieſus peccatū deſtruitur. D.Ambr.

QUÆSTIO XX.

Quare D. Stephanus ait in præſenti, quod Moyſes præ timore Pharaonis fugerit, cùm Apoſtolus dicat ipſum veritum non fuiſſe Regis præſentiam.

164. NUnc ait D. Stephanus, quod publicata, & manifeſtata morte Ægyptij à Moyſe facta, timens Pharaonem fugerit ipſe, ſicut etiam habetur, Exod.2. n.15. Hoc videtur repugnare cum Apoſtolo Hebræor.11. n.27. Ubi ait: de Moyſe; *fide reliquit Ægyptum, non eſt veritus animoſitatem Regis.* Timere, & non timere contradictoria ſunt, quomodo ergo hæc poſſunt cohærere.

Exod.2. Hebr. 11.

165. Reſpondet D. Thomas ad citatum. Hebræorum locum, & ait: *Dicendum quod in timore duo ſunt conſideranda, & unum eſt vituperabile; ſi propter timorem, aut fiat, quod non eſt faciendum, aut quod faciendum non fiat, ſic non timuit Moyſes, qui propter timorem non omiſit juvare fratres ſuos; alterum eſt laudabile, ſi quis ſalva fide refugiat periculum inſtans, ſicut Dominus præcepit diſcipulis ſuis,* Matth.10.n.23. Cum perſequentur vos in Civitate iſta, fugite in aliam: *Si quis autem ſalva honeſtate ſua poſſet vitare periculum, & non vitaret, ſtultus eſſet, & tentaret Deum.*

D.Tho. Duo conſideranda in timore. Math.10

166. Tamen Lyranus, Abulenſ. Pererius aliter explicant locum Apoſtoli: *Fide reliquit Ægyptum non veritus*

Abulenſ. Lyranus. Perer.

animoſitatem Regis. Referunt ad egreſſum quando Moyſes eduxit Iſraëlitas de Ægypto fide plenus non timuit potentiam Regis, quod Deus eum adjuvaret faciens multa prodigia, & miracula contra Pharaooem.

167. At io præſenti loquitur D.Stephanus ob timorem iræ,ac furoris Pharaonis;Maximè inter viros fortiſſimos decantandus eſt David, qui de ſe ait : *Veniebat Leo, vel Urſus, & tollebat arietem de medio gregis : & perſequebar eos, eruebamque de ore eorum : & illi conſurgebant adverſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuperabam & interficiebam eos,* 1.Reg.17.n.37. Quæ major virium fortitudo, ac robur, animique generoſitas, ac audacia, poteſt io uno homine excogitari, quam quod ipſe inermis occurrat Leonibus, atque Urſis, illoſque, aut ſuffocet eliſis faucibus, aut manibus in fruſta concerpens dilaceret. Unde de eo ſcribitur Eccleſiaſt.47.n.3. *Cum Leonibus luſit, quaſi cum Agnis, & Urſis ſimiliter fecit, ſicut in agnis ovium in juventute ſua.* De quo aliquo alio homine talia ſcribuntur? Ubinam talis fortitudo inveniri poteſt, & tamen, ac tam magnanimus vir, qui ad prælium exijt cum Goliath, ſæpe ſæpius fugit à facie Saul, 1.Reg.18.n.10. & cap.22. n.1. & multoties alibi Adrichoo in tribu Juda 201. ait : *Fugiebat David, non ex puſillanimitate, ſed ex cautela.* Plus timenda ira,& furor unius maligni hominis, quam rabies, ac ſævitia omnium Beſtiarum, ac ferarum etiam Leonis, & Urſi, & qui hos contemnebat ab indignatione unius hominis toto pectore recedit, ac fugit.

1.Reg.17 — Eccl.47. — *Fortes timēt ex cautela.* — Adrich.

168. Hæc autem ſæva,& crudelis duritiea communiter invenitur in Regibus; ac potentatibus, ut in Pharaone erga Iſraëlitas, in Saule erga David. Ait Joan. in Apocalypſ.17.n.13. *Vidi mulierem ſuper beſtiam coccinam plenam nominibus blaſphemiæ,habentem capita ſeptem, & cornua decem; & mulier erat circundata purpura, & coccino.* Nunne ſufficiebat, quod mulier eſſet induta purpura,ad quid inſuper coccino, rubeus,& ſanguineus color; ut denotetur quod purpura regalium tyrannorum ſemper ſitiens eſt humanum cruorem,ut ipſi in omniū perditionem regnent. Rupertus lib.10.in Apocalypſ. & ait : *Rectè cum purpura ſociatur coccinum dicendo, & mulier erat circundata purpura, & coccino; quia profectò purpuram regnorum ſemper comitata eſt ignea crudelitas homicidarum.*

Apoc.17. — *Crudelitas in Regibus.* — Rupert.

QUÆSTIO XXI.

Quare Deus apparet Moyſi in flamma ignis?

169. CUm Moyſes duxiſſet gregem ad interiora deſerti, apparuit ei Deus in flamma ignis in rubo, qui ardeat, & non comburatur, ut ait hic D.Stephanus, & dicitur Exod.3.n.2. Cum tendit ad interiora deſerti ſegregatus ab hominum tumultu, ac frequentia, tunc dignatur videre Deum, ut expendit D Gregor.Magn.lib.23.Moral.cap.5.

Deus à mundo abdicatis apparet. — D. Greg.

170. Apparet Deus in forma ignis quia,ut dicitur Deuteron.4.n.24. & ad Hebræos 12. n.29. *Deus noſter ignis eſt.* De cujus ſimilitudine cum Deo latè agit D.Dionyſius de Cœleſti Hierarchia cap.15. & *primo*,ut ipſe ponderat ignis ſubtiliſſimus eſt,Deus puriſſimus Spiritus. *Secundo*, quia ut ipſe ait ignis eſt immixtus, & ſimpliciſſimus; talis eſt Deus,ut etiam conſiderat D.Thomas in cap.10.Iſai. *Tertio*, ignis eſt lucidiſſimus,Deus autem eſt lux immenſa.D Ambroſ. ſerm 5. in Pſalm.118. *Quarto*, ignis ſemper ſurſum fertur, Deus autem, ut ait D.Auguſt. q 7. ex veteri Teſtam.ſemper ſuis inſpirationibus nos mente, ac contemplatione ſurſum elevat. *Quinto* ignis inflammat, & accendit, & calefacit, ſic Deus, ut ait Author Catenæ, cor noſtrum inflammat in ſui amore, ac cœleſtium. *Sexto* Deus apparet in forma ignis in rubo; quia tunc viridior apparet. Rubus ſpinoſa ſignificat peccatores, ad quos Deus tamquam ſeveritatem minans, venit, non ut conſumat, & perdat, ſed ut eos faciat germinare,ac virides floreſcere gratia, ut ait D.Ambroſ. in Pſ.43.

Deut. 4. — Ad Hebr. 12. — D.Dion. — *Cur Deus in igne.* — D Tho. — D.Ambr. — D.Aug. — Author Catenæ. — D.Ambr.

Septimo ſub forma ignis apparet Deus rubo inſidens: Valde multum damnum timendum erat rubo, ex tanto igne in illo reſidente. At tota illa ignis flamma à Deo veniebat, & ideo non damnum, ſed multum bonum rubo offerebat, ut inde illuſtrior, ac viridior appareret. D.Hilarius lib.12. de Trinit. & ait : *Moyſi in forma ignis oſtenditur Deus, ut natura creata tam potius ad ſpeciem, quam ad ſubſtantiam diſceres. Habuit tum in ſe poteſtatem conflagrandi, nec tamen naturalem ſuſcipiens urendi neceſſitatem, quia ſine rubi damno conflagratio ignis apparuit.* Ignis ut talis minatur combuſtionem rubo, ſed cum ignis ſit à Deo, non damnum, ſed multum emolumentum ſecum importat.

171. — *Mala ex manu Dei ad ſalutem.* — D.Hilar.

Magna ira flagrabat Satan Jobi perditionem, & ait ad Deum cap.2.n.5. *Mitte manum tuam, & tange os, & carnes, & tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi.* Petit Satanas ad perdendum Job, quod Deus miſſa manu ſua eum tangat, multum inſipienter loquitur, quæ enim à manu Dei veniunt, non ad perditionem, ſed ad profectum conducunt. D.Ambroſ. in Pſalm.36. ait : *Diabolus ſuo ſermone deceptus eſt, qui dixit : mitte manum tuam in eum, & videamus ſi in faciem te non benedicat; miſit Deus manum ſuam, & confirmatus eſt Iob, cœpit benedicere, qui maledicere credebatur; ſanat enim juſtos cum tangit, manus divina, non vulnerat* Diabolus ſua ipſius malitia deceptus eſt, poſtulat, ut Deus ſua manu Job tangat, ut ipſum maladicat Deum, è contra accidit, Deum benedixit, multa patientia, & gratia adauctus duplicata bona obtinuit. *Cum tangit manus Divina non vulnerat.*

172. — Iob.2. — *Deus eſt vulnerat, ſanat.* — D.Ambr.

173. Diſponunt Phariſæi ſua depravata nequitia Chriſtum capere in ſermone, quærentes ab eo de tributo dando Cæſari, quibus iratus Dominus ait : *Quid me tentatis hypocritæ*, Matth.22. n.19. tam aſpero verbo eorum nequitia flagellatur, ad quæ verba ait D.Chryſoſtom. in Catena D.Thomæ; *Dixit ergo eis : Hypocritæ, ut conſiderantes eum humanorum cordium cognitorem, quod facere cogitabant, perficere non auderent. Vide ergo quod Phariſæi blandiebantur, ut perderent, ſed Ieſus eos confundebat, ut ſalvaret; quia utilior eſt homini Deus iratus, quam homo propitius.* Chriſtus contra eorum depravatam nequitiam ſe oſtendit iratum, declarans eorum cogitationes cordium penetrare, quod proprium Dei eſt, ut ita eorum malitiam, ac perverſitatem confundat, ut ipſi reſipiſcant, & ad ſalutem veniant; quia ipſa etiam ira Dei cum ſit Dei valde proficua, & utilis eſt homini : *Ut ſalvet, quia utilior eſt homini Deus iratus, quam homo propitius.*

Math.22 — D.Chryſoſt. — *Ira Dei etiam nobis utilis eſt, & proficua.*

QUÆSTIO XXII.

Quare Rubus ardebat, & non comburebatur?

174. VT ait hic D.Stephanus, & dicitur Exod.3. n.2. *Rubus ardebat, & non comburebatur.* Chaldai. *Non conſumebatur.* Oleaſter *Non comedebatur.* Quod videns Moyſes,dixit: *Vadam,& videbo viſionem hanc magnam.* Quæ viſio dicitur magna, quod de alijs viſionibus

Exod.3. — Chald. — Oleaſter.

viſionibus communicet non dicitur in ſcriptura, & unde Moyſes tantam promeruit viſionem? Præclare D. Baſilius Seleucus orat. 26. *Moyſes, ut inquit Apoſt. Hebræor. 11. numer. 25. magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem: Cujus electionis, ipſum Deus admiratus, ſe videndum offert viro tam cordato meriti.* Expende verba. *Cujus electionis ipſum Deus admiratus.* Adeo excelſum, & ſublime eſt, regnum contemnere præ ærumnoſa vita, & cũ ærũnoſo populo affligi, ut Deus quoad ſpeciem videatur admiratus, ut pro tanto merito tam magnam concedat viſionem.

D. Baſil. Seleuc. Hebr. 11. — Regni deſpectio valde mirabilis.

175\. Cur Rubus arderet, & non combureretur, multæ ſunt rationes, & communes, quas breviter attingam. *Primo*: Rubus ſignificabat Hebræos oppreſſos, ac vexatos igne perſecutionum, ac tribulationum Ægyptiorum, ſed minime peribant, ac conſumebantur, ſed magis creſcebant, & augebantur, ita Philo Theodoret. & alij. *Secundo* Deus apparet non in aliqua arbore magna, & nobili, ut Cedro, ſed in vili rubo, quia Deus nullam vilem conditionem reſpuit, ſed eam nobilitat, & exaltat, non ut pereat, ſed ut magis vireſcat, ac floreat D. Baſilius Seleuc. orat. 9. ait: Vilis rubus aſſumitur, qui ſuccenſæ flammæ obſiſtit.

Philo. Theod. — Vilis eligitur à Deo. — D. Baſil. Seleuc.

176\. *Tertio* Rubus cum flamma ſignificat juſtos, ac ſanctos; qui igne, ac flamma laborum perſecutionum, tormentorumque non conſumuntur, ac pereunt, ſed inde magis virent, ac floreſcunt. Ita D. Gregorius Niſſenus de vita Moyſis, ait Regius Vates Pſalm. 67. numer. 14. *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi ejus in pallore auri.* Cleros à voce græca, id eſt ſors, ſi juſtus inter ſortes omnium diſcriminum, ac periculorum quietus dormiat velociſſimè illi adeſt divina columba Spiritus Sancti omni cum Cœleſti dono, ac gratia in argento, & auro denotata, quibus dorſum ejus in verberibus, ac fuga exarmatur. Noſter Incognitus, Genebrardus.

D. Greg. Niſſenus. — Iuſti laboribus non conſumuntur, ſed creſcunt. — Pſal. 67. — Incogn.

177\. *Quarto* Rubus ſignificat Eccleſiam, quæ nulla adverſariorum flamma potuit imminui, ait Oleaſter: *Rubus habet ſpinas, ut oſtendatur, quod omnes, qui tetigerint eam a ſpinis pungendos, nullus enim cujuſcumque potentiæ, aut conditionis Eccleſiam unquam læſit, qui non maximas, & graviſſimas pœnas daret.*

Eccleſia.

178\. *Quinto* Ignis in rubo ſignificat Divinum Verbum in utero Virginali puriſſimæ, ac Sanctiſſimæ Deiparæ. Ita D. Gregor. Niſſen. orat. de Nativitate Chriſti, D. Leo ſerm. 1. de nativit. D. Hieronym. ſerm. de aſſumpt. D. Bernard. ſerm. in ſignum magn. Apocalypſ. 12. Et Eccleſia canit. Rubum, quem viderat Moyſes incombuſtum conſervatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem Sancta Dei Genitrix. Idem habet D. Hieronymus ſerm. de aſſumpt. Theodoret. Rupertus, & alij. Nam ſicut ignis deſcendens in rubo, nullum illi nocumentum intulit, ſed viridior factus eſt, ſic Deus noſter, qui ignis eſt, deſcendens in ſanctiſſimum uterum Deiparæ nullam illi intulit maculam, vel læſionem, Virgo concepit, Virgo peperit, imo in partu virginitas adaucta eſt, & ex umbra Mariæ habuit rubus virtutem, ut non combureretur ab igne. Ita Germanus Patriarcha Conſtantin. orat. in adoration. Crucis, & ait: *Neque rubus inconſumptus, & illæſus ſuavi in igne perduravit* (non tanquam à ſua natura), *ſed propter Mariam, quæ in mortali, & non ad corruptionem natura ignem Deitatis portavit.*

D. Niſſ. D. Leo. D. Hier. D. Bern. Eccleſia. — Deipara Virgo in partu. — German.

179\. *Sexto* Etiam hic dicimus præfigurari puram, ac Immaculatam Virginis Mariæ Conceptionem: Omnes filij Adæ flammâ peccati adnſti ſunt, ſed ſicut rubus umbra Virginis Mariæ, ut dixi ſuperiori numero, permanſit incombuſtus, ſic nec ulla flamma peccati eam attigit, eam Deo ſpecialiter præſervante: Unde ait D. Auguſt. lib. de natura, & gratia contra Pelagium cap. 63. *Excepta Sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini, cum de peccatis agitur, nullam prorſus habere volo quæſtionem, ſcimus enim, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere, ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum.*

Virgo Maria ſine peccato originali. — D. Aug.

180\. *Septimo* Rubus vilis, humilis, & ſpinoſus denotat Chriſti humanitatem, quam ipſe multis ærumnis, moleſtiis, ac laboribus, tamquam ſpinis ſubjectam, ac circunceptam, & humilem ſponte pro noſtra ſalute ſuſcepit, ſed ſicut ignis rubum, ſic Deitas humanitatem, ejoſque mortalitatem, ac infirmitatem non conſumpſit. D. Gregor. lib. 28. Moralium cap. 2. ait: *Per ſuccenſum rubum Moyſen alloquens Deus, quid aliud oſtendit, niſi quod ex illo populo exiret, qui in igne deitatis, carnis noſtræ dolores, quaſi rubi ſpinas ſuſciperet, & in conſumptam humanitatis noſtræ ſubſtantiam, etiam in ipſa Divinitatis flamma ſervaret.* Quo exemplo probat noſter D. Cyrillus contra Eutychetem duas naturas in Chriſto manſiſſe illæſas, integras, ac in confuſas, ut extiterunt rubus, & ignis.

181\. *Octavo* In tali viſione apparet Deus Moyſi, quem inſtruebat, ut ducem, & gubernatorem ſui populi: Bonus prælatus debet eſſe ſicut ignis in rubo, debet ſicut ignis lucere ſapientia doctrinæ, ac etiam prudentia regiminis, & ardere calore charitatis, debet ſecum habere conjunctas ſpinas juſtitiæ, & ſeveritatis ad puniendum, ac caſtigandum errantes, ac inobedientes, quod argumentum latè proſequitur Petrus Damianus opuſcul. 57. cap. 3. exemplo Apoſtolorum Petri, & Pauli, qui fuerunt maximè reſplendentes doctrina, & tamen Petrus punivit Ananiam, & Saphiram Actor. 5. & Paulus dicebat: *Vultis ut in virga veniam ad vos?* 1. Corynth 4. n. 25.

Bonus prælatus cum ſapientia, & rigore. — Damian.

182\. *Nono* Clemens Alexandrinus lib 2. Pædag. cap. 8. *Poſtquam verbum legem ferre, & cum hominibus verſari deſiit, myſticè rurſus ſpinea corona coronatur, veteris deſcenſus initium inſtaurans, ut quod primum per rubum verbum viſum fuerat, per ſpinam rurſus aſſumptam oſtenderet omnia eſſe unius potentiæ.* Deus olim liberaturus Iſrael, in quo præfigurabatur noſtra Redemptio à ſervitute Dæmonis, venit per ſpinas in rubo, nunc in executione myſterij per ſpinas, illis coronatus implevit Ioan. 19. n. 5. Oſtendens ex modo operandi, quod idem ſit Dominus, & ſine ſpinis noluit tantum opus perficere, docens, quod ſi illius fructum volumus aſſequi, per ſpinas ſit incedendum; magna enim ſine ſpinis, & ærumnis non obtinentur.

Clem. Alexand. — Ioan. 19. Per ſpinas ad ſalutem.

183\. *Decimo.* Apparet hic Deus Moyſi *in flamma ignis de medio rubi.* Aliter ſeſe oſtentat Ioſuè 5. numer. 13. qui ait: *Vidi virum ſtantem contra ſe tenentem gladium evaginatum, qui dicebat ſum Princeps exercitus Dei.* In utroque loco apparet Angelus in perſona Dei, cur & tam diverſo modo? Moyſi in igne, Joſue in gladio: Rupertus lib. 1. in Ioſue cap. 18. ait: *Moyſi apparuit Deus in flamma ignis de medio rubi, Ioſue tamquam vir præliator, evaginatum habens gladium; Illi ſplendes facturo miracula, ignis apparuit: Huic mox cruenta bella facturo evaginatum gladium tenens apparet.* Deſtinabatur Moyſes, ut ſplendeſceret claritate miraculorum, Ioſue ut fulgeret potentia gladij, & prout uterque ſe exhibebat, in obſequio Dei, ſic & Deus illis ſimilem ſe exhibebat, ſplendenti miraculis in igne ſplendet, forti bellatori, bellator apparet.

Ioſue 5. Qualis homo Deo, talis ſe Deus illi exhibet. — Rupert.

184\. Scribitur Geneſ 32. numer. 24. de Iacob: *Traductiſque omnibus, quæ ad ſe pertinebant manſit ſolus,* &

Gen. 32.

& ecce vir luctabatur cum eo uſque mane. Sub forma luctatoris apparet Deus Jacob, cur non potius in aliqua nube ſplendida, ut communiter dicitur de Abrahamo, quando Deus illi apparuit, vel in throno majeſtatis, ut Iſajæ 6. ſed ſpecie luctatoris? Repræſentabantur in Jacob filij ejus Judæi, qui rigidè, & crudeliter obluctaturi erant, & ideo in eadem luctatoris forma ſe Deus illis exhibet. Noſter D. Cyrillus Alexandrinus epiſt. ad Anaſta. ait: *Patriarcha Deus antea oſtenſus eſt, quod & homo futurus eſſet olim unigenitus eius verbum, & quod obluctantem habiturus eſſet Ieruſalem, & quod coram eo non eſſent inceſſuri recte.* Expende illa verba: *Et quod obluctantem habiturus eſſet Ieruſalem*; quia Iſraelitæ in Iacob repræſentati obluctaturi erant cum Deo, ideo & illis ſe Deus obluctatorem exhibet.

Quod quiſquis fuerit Deo, ſic Deum ſibi inveniet.

D. Cyril.

185. Pſal. 101. Conqueritur David Pſalm. 101. numer. 12. *Dies mei declinarunt*, & cur viro præclariſſimo in omni virtutum genere, de quo dicitur à Deo *vir ſecundum cor ejus*, cur dies ſic declinaverunt, cùm ad vocem Ioſue Sol, & Luna ſteriſſent, & ad fletum Ezechiæ dies multiplicentur 4. Reg. 20. numer. 5. Cur ergo Davidi clamanti non ſteterunt, ac multiplicati ſunt ejus dies? Elegantiſſimè D. Auguſt. ibi ait: *Potuerunt eſſe dies tui non declinantes, ſi tu à die vero non declinaſſes. Declinaſti, & accepiſti dies declinantes, quid mirum, ſi dies tui, facti ſunt ſimiles tui. Ipſi ſunt dies declinantes, quia tu deviaſti*; Per id, quod homo eſt Deo, dies, & bona, omnia erga eum menſurantur, ſtant cum ſtante, declinant cum declinante.

Dies declinant declinanti à Deo.

D. Aug.

Cap.7. num. 33. Dixit autem illi Dominus, Solve calceamentum pedum tuorum, locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.

*Num.*34. Videns vidi afflictionem populi mei: qui eſt in Ægypto, & gemitum eorum audivi, & deſcendi liberare eos, & nunc veni, mittam te in Ægyptum.

Num. 35. Hunc Moyſen, quem negaverunt dicentes, quis te conſtituit Principem, & Judicem: Hunc Deus principem, & redemptorem miſit, cum manu Angeli, qui apparuit illi in rubo.

*Num.*36. Hic eduxit illos faciens prodigia, & ſigna in terra Ægypti, & in rubro mari, & in deſerto annis quadraginta.

*Num.*37. Hic eſt Moyſes, qui dixit filiis Iſrael, Prophetam ſuſcitabit vobis Deus de fratribus veſtris, tamquam me ipſum audietis.

*Num.*38. Hic eſt qui fuit in Eccleſia in ſolitudine cum eo, qui loquebatur ei in monte Sion, & cum patribus noſtris, qui accepit verba vitæ dare vobis.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VIII.

186. Syriac. Æthiop. Verſ.33. A*It illi Dominus, ſolve calceamentum.* Syriacus *Solve calceos tuos.* Æthyopicus. *Ejice calceamenta, quando conculcaveris hanc terram*; Hoc ei præcipit Deus, ut reverentiam exhiberet Divinæ Majeſtati in loco illo præſentiam ſuam exhibenti, & ut magna animi ſubmiſſione, ac veneratione accederet ad percipienda Dei oracula. *Locus, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Non ratione ſui, ſed præſentia Angeli apparentis in perſona Dei, de quo quæſtione ſequenti.

Verſ. 34. *Videns vidi afflictionem populi mei, qui eſt in Ægypto.* Syriacus: *Vidi oppreſſionem populi mei.* Arabicus: *Videns vidi damnum populi,* Hæc latius in Exod. cap. 3. à num. 6. Illa repetitio *videns vidi* ſignificat magnum, & peculiarem affectum, & Deus, cui omnia ſunt præſentia, dicitur videre oculo pietatis, & clementiæ, ut notat D. Baſilius Seleucus orat. 26. *Gemitum eorum audivi.* Arabicus: *Et audivi ſuſpirium eorum.* Æthyopicus: *tribulationem populorum.* Afflictio dat vires orationi, ejuſque oratio maxime evolat ad Deum, ut obſervat D. Gregor. relatus in Gloſſa, etſi cito non exauditur, ex eo eſt, ut meritum creſcat, & augeatur, ut notat idem D. Gregor. lib. 2. Moral. cap. 24. 187. Syriac. Arab e. Exod. 3. D. Baſil. Seleuc. D Greg.

188. D Chryſoſt. D. Aug. *Deſcendi, ut liberarem eos.* D. Chryſoſtomus: *Ut eripiam eos* locutio non eſt propria, quaſi Deus de uno loco ſe transferat ad alium, cum ipſe ſit ubique, ſed eſt metaphorica, cum Deus in terra aliquid inſigne, ac ſpeciale operatur, ut obſervat D. Auguſt. lib. 16. de Civit. cap. 5. & ait: *Significat aliquid in terra fieri præter uſitatum naturæ curſum.* Ferè ſimiliter Origenes homil. 4. in Geneſ. D. Hieronym. Theodoret. in cap. 1. Michææ. Dicitur ergo deſcendere Deus cum ſua potentia operatur ad liberandum Hebræos de tyrannide Pharaonis, ſicut deſcendere dicitur ad impediendam fabricam turris Babel Geneſ. 11. numer. 5. & ad delendam Sodomam Geneſ. 18. numer. 21. quamvis, ut bene notat Lyranus per reſpectum ad Angelum, qui loquebatur in perſona Dei bene competit aſcendere, & deſcendere de uno loco ad alium. Origen. D. Hier. Theod. Gen. 11. Gen. 18.

189. *Et nunc veni.* Si ipſe erat præſens, ad quid ei dicitur *veni.* Rupertus, & Lyranus dicunt, quod ipſe erat præſens corpore, non tamen animo: tamen ex magna obedientia Moyſis exiſtimo cum Lorino Joanne de Lahay, quod ipſe erat valde promptus ad omnia Dei mandata. Dicitur ei *veni* phraſis hebraica, ac ſi dicatur: Eia age, diſpone, & præpara te.

190. Verſ. 35. *Hunc Moyſen, quem denegaverunt* graviter, & fortiter pungit hic D. Stephanus rebellionem, & contumaciam Iudæorum, quia hunc Moyſen, quem Deus tot, & tantis ſublimavit miraculis, negaverunt, dicentes: *Quis te conſtituit Principem, & judicem?* Supra verſ. 27. & multoties in deſerto Numer. 15. & ſæpe. *Hunc Deus Principem, & Redemptorem miſit.* Syriacus: *liberatorem*, vobis contradicentibus, ac invitis, ut vos educeret de captivitate Ægyptiaca, ſic & nunc vobis invitis, & contradicentibus, negantibuſque conſtituit Deus Ieſum Chriſtum Redemptorem, ac Salvatorem totius mundi. Num. 15. Syriac.

191. *Auxilium Angeli.* *Cum manu Angeli.* Id eſt cum auxilio, ope, ac miniſterio Angeli, hæc enim omnia ſignificat manus, cum illorum omnium ſit inſtrumentum, ac proinde ope ipſius Angeli tot, & tanta mirabilia operatus eſt Moyſes in liberando Iſraele.

192. Verſ. 36. *Hic eduxit illos faciens prodigia, &c.* Syriacus: *Dum edidit miracula: virtuteſque.* In Ægypto, ut patet Exod. à cap. 5. uſque ad 12. & in mari rubro diviſione aquarum, ac ſubverſione curruum Pharaonis Exod. 14. & ut teſtantur Paulus Oroſius lib. 1. Hiſtoria. cap. 10. & Gregor. Turon. p. 1. Hiſtor. cap. 10. ſuo tempore extare impreſſos in rubro mari tractus curruum, rotarumque orbitas: *Et in deſerto annis quadraginta* de quo agitur lib. Numer. & Deuteron. ob eorum contumaciam non eduxit eos Dominus per viam rectam, ſed tamquam per gyrum. Syriac. Exod. 14. Oroſius. Gregor. Turon.

193. Verſ. 37. *Hic eſt Moyſes, qui dixit filiis Iſrael Prophetam* nempe Chriſtum Dominum Principem omnium

Redarguit D. Stephanus Iudæos.

omnium Prophetarum. *Suſcitabit vobis Deus*, quo ergo pacto fingitis me adverſari Moyſi, dum Chriſtum à Moyſe promiſſum vobis denuntio, potius vos illi adverſamini, dum Chriſtum ab illo promiſſum, & præceptum, ut audiatis, & à me denuntiatum repellitis, & opprimitis. *Prophetam ſuſcitabit vobis Deus*. Explicatum eſt cap. 3. verſ. 22 q. 21.

194. *Syriac. Arabicus*

Verſ. 38. *Hic eſt, qui fuit in Eccleſia in ſolitudine* Syriac. Æthyopic. *Qui fuit in Congreg.* Arabicus *qui fuit in cœtu*. Hebræorum cum Angelo, qui illi aſſiſtebat dans verba vitæ, nempe decalogum, aliaſque Dei leges, quarum obſervatio ducit ad vitam æternam, ac gloriam.

QUÆSTIO XXIII.

Quare Deus mandet Moyſi ſolvere calceamenta pedum ſuorum?

195. *Ex malo Prælato etiam Deus dat voces.* *D. Ambr.*

EX Rubo clamat Deus ad Moyſen: *Solve Calceamentum de pedibus tuis.* Rubus arbor ſpinoſa, agreſtis, & infructifera, & ex illa dat Deus Cœleſtes voces, quia ſæpe ex malo Prælato in rubo adumbrato dat Deus magna, & alta documenta ad ſalutem, & vitam. Mens eſt D. Ambroſ. lib. de Virginib. ait: *Haud dubitas, ut ex eo divinæ voces aliis præfutura audiantur.* Ad quæſtionem.

196. *Cũ magna reverentia.* *Euſeb. Hugo. Rupert. Ioſue 5. Exod. 30.*

Primo mandat Deus ſolvere calceamenta, ut ad illam magnam viſionem accederet, non tamquam ad materialem rubum, nec materialem ignem, ſed tamquam ad magnum, & altum divinum myſterium cum ingenti reverentia, veneratione, ac ſubmiſſione, & humilitate; hoc enim denotat, & ſignificat pedes diſcalceare. Ita Euſebius, Hugo Victorinus, Rupert. Cajetan. & ex hac ratione Angelus præcipit Ioſue 5. numer. 15. calceos deponere, & Sacerdotibus Aaronicis mandabatur, ut nudis pedibus in tabernaculo inſervirent Exod. 30. num. 19.

197. *Theod.* *Per ſpinarum mentionem magna.*

Secundo, & ita hac de cauſa mandat Angelus Moyſi calceamenta deponere, ait Theodoret. q. 7. in Exod. *Et merito ut religioſiorem hac ratione Moyſen redderet.* Tertio ut ita Moyſes tanta religione veneratione, humilitate, ac etiam ſpinarum compunctione mereretur tam ſublime, & altum myſterium intueri, ac contemplari, & mereretur magnam poteſtatem faciendi miracula accipere, mereretur quoque altum gubernatoris munus, ac ducis totius Populi. Petrus Damian. lib. 3. epiſt. 8. *ad illa obtinenda tanta compunctio requiritur.*

198. *Theod.*

Quarto Theodoretus arguens contra Hæreticos orat. de Chriſti Nativit. habita in Concilio Epheſi tom. 6. cap. 10. ait: *Tu Deum ex rubo loquentem, Moyſique dicentem: Ego ſum Deus Abraham audiens, & ipſum Moyſen pronum adorantem cernens, credis, non ignis, qui cernebatur, ſed Dei tantum, qui loquebatur, rationem habens*: Moyſes magno affectu currebat tamquam ad rubum, & ignem materialem, clamat Deus: Solve calceamenta, ut ita multa reverentia attendat, non ad ea, quæ oculis videntur, ſed ad Dei voces alta myſteria teſtificantes: *Non ignis, qui cernebatur, ſed ad Dei tantum, qui loquebatur rationem habens.* Quod maximè in omnibus fidei myſteriis eſt conſiderandum, ut non attendas ad oculis, ac ſenſibus patientia, ſed ad Deum loquentem. In illo rubo ignito incombuſto inſinuabatur altum, & ſublime Incarnationis myſterium, eminentiſſima, ac integerrima puritas Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, ut dixi ſuperiori quæſtione 22. quæ omnia tranſcendunt noſtræ mentis capacitatem Bruno in Allegor. Tilm. *Ne appropries huc, ne quæras ea, quæ ſupra te ſunt, noli Virginis caſtitatem, noli Chriſti Incarnationem inveſtigare.* Similia habet Gualfrid. in iiſdem Allegor. Tilm.

Fidei myſteria non attendenda ſecũdum ſenſus, ſed Dei verba. Puritas Deiparæ tranſcēdit noſtram mentem. *Bruno.*

199. *D. Ambr. Ad divina percipiẽda temporalia dimitte.* *Arnold.*

Quinto D. Ambroſ. de fuga ſæculi cap. 5. *Tranſi ſicut Moyſes, ut videas Deum Abraham, Iſaac, & Iacob, & videas viſum magnum, ſed ſi videre vis, ſolve calceamenta pedum tuorum, ſolve vincula ſæculi, relinque calceamentum, quod terrenum eſt.* Calceamentum fit ex pellibus animalium, proindeque ſignificat quid terrenum, temporale, ac carnale, qui properat ad Cœleſtia, ac divina contemplanda, debet illa omnia à ſe abjicere, ſi terrenis vale dixeris, ſenſum acuiſti, mentem excitaſti, ut alta, & ſublimia valeas penetrare. Arnold. tract. de ſeptem verbis Domini: *Conſecratum enim pectus doctrina, & veritas, ut intelligat, non debet ſæcularibus negotiis, ac actionibus, & lucris occupari.*

200. *Doctor, ac gubernator carnis affectus deponat.* *D. Ambr.*

Sexto calceamenta fiunt ex pellibus animalium, quæ producuntur, ac creſcunt, ex eorum carne, ac ſanguine, & inde denotant temporales affectus carnis, & ſanguinis, deponendi, ut notant D. Hieronym. lib. 1. contra Iovinia. Theodoret. quæſtione 7. in Exod. Cum Moyſes vocaretur à Deo, ut legem Divinam populo daret, ipſumque duceret, ac gubernaret, recte ei mandatur calceamenta deponere, omneſque terrenos affectus carnis, & ſanguinis à ſe abdicare, ac alienare, à quibus maximè debet eſſe ſequeſtratus legis doctor, ac populi gubernator. D. Ambroſ. lib. de Iſaac: *Dicitur ſolvere calceamenta pedum ſuorum, ut evocaturus Populum ad Dei regnum prius carnis exuvias deponeret, & nudo ſpiritu mentis incederet.* Ita ſimiliter Procopius.

201. *Ioſue 5. Math 10.* *Cũ Deus vocat nullum periculũ timendũ.* *Procop.*

Septimo vocat Deus Moyſen, ut abjectis calceamentis incedat per terram inaquoſam plenam ſpinis, & tribulis acutiſſimis Joſue 5. num. 15. ut nudatis pedibus ingrediatur terram hoſtilem inimicorum; ſuis Apoſtolis, ut diſcalceatis pedibus Math. 10. num. 10. peregrent per totum orbem, ſub torrido Cœlo, & alia ex parte frigido, inter ſerpentes, & Leones, cur ergo nudis pedibus, cum exinde videantur multa pericula, & nocumenta inſurgere? Pro certo habe, quod cum Deus vocat, ne timeas ſpinas, nec inimicos, nec horrendas feras, & leones inter hæc omnia lætus, & ſecurus vives abſque aliquo nocumento. Procopius ad caput 5. Ioſue ait: *Securitatem pollicetur Angelus Ioſue, quemadmodum Moyſi, diſcipulis autem Dominus, nec virgam, nec peram, nec calceos conceſſit, dedit eis poteſtatem calcandi ſemper ſcorpiones, & ſerpentes.*

202. *D. Greg. Niſſenus* *A virtutis via, quã homo ſemel tenuit non deſiſtat.*

Octavo: Mandavit Deus Moyſi diſcalceare pedes, & eos inde ſemper diſcalceatos habuit per totam vitam, ut notat D. Gregorius Niſſenus orat. 11. in Cantic. ait: *Nec Moyſes quidem poſtquam ex Divino mandato ſemel cadavereſo pellium tegumento pedes ſuos exeluit, quo tempore in ſolo ſacro, & illuminato incedebat, calceamentis pedes deinceps cinxiſſe creditur.* Moyſes ſemel depoſuit calceamenta, inde ſemper nudis pedibus incedere voluit; qui enim ſemel curis ſæcularibus vale dixit, & qui ſemel nudam, & liberam ab omni carneo, & libero affectu animæ affectionem geſſerit, & qui ſemel ſanctitati ſtudere cœperit, ab ea nullo modo ceſſare, aut retrocedere debet.

203. *Gen. 22.*

Nono compone modo Moyſen cum Abrahamo, Moyſi mandatur, calceamenta ſolvere, quia terra, in qua ſtat, ſancta eſt. Abrahamus etiam in terra ſancta ſtabat, in qua erat ſacrificaturus filius ſuus, indeque proprio vocabulo appellabatur: *Dominus videbit.* Ipſaque terra à Deo ei eſt demonſtrata; pergebant ergo pariter & venerunt *ad locum, quem oſtenderat ei Deus.* Geneſ. 22. numer. 6. Et tandem ille locus deſignatus erat à Deo ad futurum Templum, & tamen Abrahamo in terra tam ſancta non

Evacuā da eſt mens à temporalibus, ut divinis adimpleatur.

mandatur calceos deponere, cur ergo Moyſi? Moyſes veniebat ex Ægypto, terra immunda cujus aliquem pulverem ſecum aſportabat, & adhuc in temporalibus detinebatur, paſcebat oves ſoceri ſui Jethro, & ideo locus ſanctus ei prohibetur, niſi abjiciat calceamenta, terrenos nempe affectus. At Abrahamus ab his maxime erat denudatus: *Exivit de terra ſua, de cognatione ſua, de domo patris ſui* Geneſ. 12. & ita ab omni carnali affectu erat ſequeſtratus, ut proprio filio ſuo non parceret, & illi, qui omnia creata à ſe abjecerat, merito locus ſanctus non prohibetur, ſed conceditur. Origenes homil. 8. in Geneſ. & ait: *Moyſes cum veniſſet ad locum, quem oſtendit ei Deus, non permittitur accedere, ſed ante ei dicitur, ſolve corrigiam calceamenti de pedibus tuis; Abraha nil horum dicitur, & Iſaac, ſed aſcendunt, nec calceamenta deponunt. In quo illa fortaſſis eſt ratio, quod Moyſes, quamvis eſſet magnus, tamen de Ægypto veniebat, & erant aliqua mortalitatis vincula pedibus, ejus annexa; Abraham vere nihil horum habet, ſed venit ad locum, ædificat altare.* Dico etiam, quod cum Abrahamus pergeret ad ſacrificandum filium ſuum, conſiderabat mortem Chriſti in tali ſacrificio præfiguratam, & contemplatione tanti myſterij, maxime diſpoſitus, ac præparatus erat, ut ad magna, & alta divina admitteretur.

Gen. 12. *Origen.* *Contemplatione mortis Chriſti elevamur ad magna.*

204\. Decimo: Mandat Deus Moyſi ſolvere pedum calceamenta, cur non potius denudare caput, quod ſignum reverentiæ, ac venerationis valde frequens eſt apud omnes, ad quid pedum diſcalceatio, quod nulli antea dictum fuit? Informabat Deus Principem, & Gubernatorem populi in optima, ac præclara gubernandi methodo, capitis operimentum fit ex lana ovium, quæ tondendo abſque ulla oppreſſione deſumitur, calceamenta vero ex animalium pedibus, quæ multa in excoriando extrahitur: Bonus Gubernator à ſubditis exquirat, quæ levi, ac ſuavi tonſione haberi poſſunt, ea vero, quæ excoriando, ac deglubetando fiunt procul ſe abjiciat, & repellat: Hinc notat Concilium Pariſienſe ſub Gregorio X. lib. 2. cap. 1. Rex dicitur à rectè, ac ſuaviter regendo; tyrannus vero à vi, ac oppreſſione.

Princeps ſubditos non violenter, ſed ſuaviter regat.

205\. Undecimo, Qui olim omni juri ſuo cedebat calceamentum extrahebat, & propinquo dabat Ruth. 4. num. 7. Hinc Deus cum Moyſen ad ſe vocat, mandat ei calceamenta deponere; qui enim à Deo vocatur, ut in terra ſancta vivat, ut ei debitum obſequium, ac famulatum præſtet, debet omni juri cedere, omnibuſque temporalibus vale dicere. Quod argumentum late proſequitur B. Antioch. homil. 73. *Dixit Deus Moyſi, ſolve calceamentum de pedibus tuis; hoc eſt ſolve juſtificationem tuam carnalem; iſtam prudentiam, ac faſtum propria voluntatis, locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt:* late proſequitur.

Ruth 4. *Propria voluntati cedat, qui Deo ſervit.* *Antioch.*

206\. Duodecimo: Per rubum inflammatum, ac incombuſtum. diximus ſuperiori quæſtione denotari Sanctiſſimam Virginem Mariam, ejuſque illibatam puritatem, ſupremam, & altiſſimam ejus excellentiam, indeque merito mandatur Moyſi ſolvere calceamenta, quia ad tantam celſitudinem, ac majeſtatem contemplandam ab omnibus mundanis, ac terrenis mens eſt denudanda: cum magnalia Sanctiſſimæ Deiparæ tranſcendant omnem creatū captum Rhicardus de S. Laurentio lib. 10. de laudibus Virginis ſic ait; *Mens ſepita eſſe debet à curis ſecularibus, ac occupationibus exterioribus, quæ videre appetit, id eſt intelligere dignitatem, & altitudinem Mariæ Virginis.*

Ad intelligēda Mariæ magnalia terrena dimitte. *Richard*

207\. Clamat unus Angelus ad Ioannem: *Veni oſtendam tibi ſponſam uxorem Agni, & ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum, & altum,* Apocal. 21. n. 9. & 10. Per hanc ſponſam uxorem Agni interpretatur Rhicardus à S. Laurentio lib. 5. de laudibus Virginis; Ipſam Sanctiſſimam Virginem, ait: *dici ſponſam, & uxorem, utpote omnibus titulis conjunctiſſimam Agno.* Dicam etiam, ut ibi dixi quæſtione 15. num. 125. Sponſa ea nuncupatur, quæ nondum ad conjugium venit; Deipara decantatur ſponſa ob ſuam eximiam puritatem, uxor tamquam fœcundiſſima, quæ quotidie ſua prece, ac interceſſione innumeros filios ſpirituales Deo generat, ac producit, tamen in rem noſtram, cur ad hanc videndam, & contemplandam Angelus Ioannem elevat ſpiritu in montem altum, & ſublimem, quod ad percipienda ſublimia, & alta myſteria de morte, paſſione, ac Chriſti victoria, ejuſque poteſtate judiciaria factum non legimus in Apocalypſ. cap. 4. 5. & 21. cur ergo hic in ſublimem, & altum montem elevatur? Magnalia Sanctiſſimæ Deiparæ ita noſtræ mentis tranſcendunt captum, ut ad tot, & tanta in una pura creatura contemplanda neceſſe ſit multum ſpiritu elevari, ac veluti ſuper ambinum tranſcendere. Ad illa verba Proverb. 31. num. 9. *Multa filiæ congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas.* Sic ait D. Bonavent. in ſpeculo cap. 2. 8. ac 10. *Supergreſſa eſt Maria cunctas filias, ſupergreſſa eſt in natura, ſupergreſſa eſt in gratia, ſupergreſſa eſt in gloria univerſas filias, id eſt univerſas animas, & univerſas intelligentias, tam hominum, quam Angelorum ſupergreſſa eſt.*

Apoc. 21. *Rhicard. à S Laurent.* *Apoc. 4. 5 21.* *Deiparæ magnalia ſupra omnem intelligentiam.* *Prov 31.* *D.Bona.*

208\. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi pulveris pigmentarij.* Cantic. 3. num. 6. De Sanctiſſima Virgine admirantium vox eſt ſanctorum, ac juſtorum, ut interpretantur Caſſiodor. Aponius, Beda, & D. Anſelmus, vel Cœleſtium ſpirituum Angelorum, ut vult D. Gregor. Niſſenus homil. 6. Rupertus, & alij, tamen id mihi facit quæſtionem dum cœleſtes ſpiritus quærunt: *Quæ eſt iſta*, ſicut & Cantic. 8. num. 5. nullus eſt, qui reſpondeat quæ, & qualis illa eſt, nam dum Chriſtus ingrederetur in gloriam, & mandantur portas tolli ad introitum ejus, & interrogatur: *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* Reſpondent *Dominus virtutum, ipſe eſt Rex gloriæ* Pſalm. 23 n. 10. ſeu ut legit D. Hieronymus *Dominus exercituum ipſe eſt Rex gloriæ.* Dum de Beata Virgine quæritur: *Quæ eſt iſta?* nullus reſpondet, & tamen de Chriſto reſpondent. De Chriſto Domino dicunt quod ſit *Rex virtutum, Rex exercituum*, quod eſt proprium Dei, ac quod ſit Deus, ut notant D. Auguſt. D. Remig. Noſter Incognitus, ipſumque Deum acclamant, qui eſt immenſum pelagus omnium perfectionum, indeque de eo decantant, omne id, quod dici, ac concipi poteſt; at totum, & ampliſſimum, quod reſplendebat in una pura creatura Virgine, non eſt methodus, nec phraſis, quæ de ea tantillum valeat inveſtigare, ac leviter attingere, huc refero, quæ pie, ac devote dixit doctus Idiota cap. 11. *Cum ad te ſe convertit noſtra devotionis affectus, verba deficiunt, os comprimitur, lingua obmuteſcit, mens obſtupeſcit, ratio hæſitans inhæret, de te magis contemplandum, quam loquendum eſt; taceant de te Inſulæ, & omnes gentes mutam faciant fortitudinem ſuam.* Vide quæ dixi tom. 2. in Apocalypſ. cap. 12. q. 55.

Cantic. 3 *Caſſiod.* *Aponius.* *Beda.* *D.Anſel.* *D.Nyſſ.* *Cantic. 8* *Pſal. 23.* *D.Hier.* *Nullus intellectus creatus poteſt inveſtigare magnalia Virginis.* *Idiota.*

Actor 7. num. 39. Cui noluerunt obedire Patres noſtri, ſed repulerunt, & averſi ſunt cordibus ſuis in Ægyptum.

Num. 40. Dicentes ad Aaron: Fac nobis Deos, qui præcedant nos; Moyſes enim hic, qui eduxit nos de terra Ægypti, neſcimus quid factum ſit ei.

Num. 41.

*Num.*41. Vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hoſtiam ſimulachro, & lætabantur in operibus manuum ſuarum.

*Num.*42. Convertit autem Deus, & tradidit eos ſervire militiæ Cœli, ſicut ſcriptum eſt in libro Prophetarum: Nunquid victimas, & hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto domus Iſrael.

*Num.*43. Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch, & Sydus Dei veſtri Rempham, & figuras, quas feciſtis, adorare eas, & transferam vos trans Babylonem.

*Num.*44. Et tabernaculum teſtimonij fuit cum Patribus noſtris in deſerto, ſicut diſpoſuit illis Deus loquens ad Moyſem, ut faceret illud, ſecundum formam, quam viderat.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IX.

209. Syriac. Æthiop. Lyra. Verſ. 39. *Qui noluerunt obedire Patres veſtri.* Syriac. *Noluerunt ad eum mentem advertere.* Æthyopic. *Spreverunt eum.* Advertit Lyranus, quod hic facit corollarium de rebellione Iudæorum *Reverſi ſunt cordibus in Ægyptum.* Vatablus *Deſiderio Ægypti flagrarunt.* Æthyopic. *Converterunt verba ſua ad terram Ægypti, non ſolum dolentes quod eos educeret de Ægypto* Exod. 14. nu. 11. *Quid hoc facere voluiſti, ut educeres nos de Ægypto,* ſed etiam omni affectu volebant revertere in Ægyptum, & dicebant: *Conſtituamus nobis ducem, & revertamur in Ægyptum.* Numer. 14. num. 4. Unde de tam conſtanti rebellione maxime conqueritur Deus: *Tentaverunt me jam per decem vices, & non obedierunt voci meæ* citat. Numer. 14. n. 22.

Vatabl. Æthiop. Num. 14.

210. Syriac. D. Chryſoſt. D. Cyrill. Verſ. 40. *Dicentes ad Aaron; fac nobis Deos, qui præcedant nos,* Syriacus: *Qui præeant nobis.* Recte D. Chryſoſtom. D. Cyrill. Alexandr. homil. de prodit. Juda exclamant: *Incredibilis eſt hæc inſipientia, & ſtupiditas, cum effrænata quadam, & contumaci diffidentia, atque recentium beneficiorum nullo modo ferenda oblivio:* Et dicunt, *Moyſes autem hic* loquuntur tamquam per contemptum, tamquam de ingrato homine: Ingratitudo ſemper ignorat ſuum benefactorem, de his latè Exod 32. n. 1. & 2.

Exod. 32

211. Syriac. Æthiop. Verſ. 41. *Et vitulum fecerunt.* Syriac. *Proinde fecit eis vitulum.* Æthyop. *Fecerunt vitulum fuſilem,* quia Aaron ad hoc faciendum coegerunt & aurum ei miniſtrarunt, in quo graviter peccavit; quia facere idolum eſt intrinſece malum; quia debebat potius mortis periculo ſe exponere, quam idolum fabricare, quamvis ex tumultuante, & furibundo populo aliqualiter ejus culpa poteſt minui. *Et lætabantur in operibus manuum ſuarum* Syriacus: *Oblectaverunt ſe ſe,* Arabic. *Exhilarati ſunt* circa idolum, quod fabricaverunt, cantantes, ſaltantes, & convivia agentes, quæ latius referuntur Exod. 32.

Syriac. Arabic.

212. Vatabl. Syriac. Verſ. 42. *Convertit autem Deus, & tradidit eos ſervire militiæ Cœli.* Vatabl. *Avertit ſe ab eis Deus.* Syriac. *Averſus eſt Deus ab eis.* Alij *Retraxit ſe ab eis:* ergo cum dicitur convertit, & tradidit eos, intelligitur activè, non poſitivè impellendo, ſed permiſſivè, & occaſionaliter, deſerendo eos ſua gratia, & auxilio, & objiciendo occaſiones, & hoc in pœnam ſuarum iniquitatum, ac peccatorum, & in hoc ſenſu dicitur: *Peccatum eſt pœna peccati* D. Thom. 1. 2. q. 87. art. 2. & dicitur Pſalm. 104. n. 25. *Convertit cor eorum, ut odirent populum ejus.* D. Auguſt. ibi: *cor eorum ſponte malum, & invidum convertit ad odium.*

D. Tho. Pſal. 104. D. Aug.

213. Pagnin. *Militia Cœli.* Pagninus: *Ut colerent militias Cœli* id eſt Solem, Lunam, & Stellas, quæ in phraſi ſcripturæ militiæ Cœli dicuntur, quia cùm ſint multæ, ſunt tamquam ordine diſpoſitæ, ac ordinatæ, tamquam exercitus, & unaquæque manet in ſuo loco, & omnes ad nutum Domini ſui ſunt paratæ.

214. Amos 5. *Sicut ſcriptum eſt in libro Prophetarum* locus deſumptus ex Propheta Amos cap. 5. numer. 25. Sed quomodo hoc verum; nam in conſecratione Aaronis obtulerunt victimas Levit. 9. num. 7. & in dedicatione Tabernaculi Numer. 7. num. 2. Reſpondent primò D. Hieronym. Albertus, Rupertus, & hic in Actibus D. Chryſoſtom. Beda, quod non obtulerunt ſponte, ſed, ut coacti, ac obligati à Moyſe, obſequium non voluntarium ſuum valorem deperdit. Lyran. Vatabl. Arias dicunt, quod Hebræi in deſerto rara, & pauca ſacrificia obtulerunt, quia verſabantur in continua peregrinatione, nec certi erant de ſtatione ad unum diem, quia movebantur ad motum Angeli columnam moventis, ob quam cauſam non fuerunt circuncisi in deſerto Joſuë. 5. numer. 7.

Levit. 9. Num. 7. *Cur dicitur nõ ſacrificaſſe in deſerto?* D. Hier. D. Chryſoſt. Rupert.

215. *Propria expoſitio.* Dicam etiam permiſit D. Stephanus ſuperiori verſ. 41. quod execrabili vitulo fecerunt ſacrificia, cum multa lætitia, ac jucunditate: ait ergo Deus: Non mihi obtuliſtis victimas in deſerto, eadem nempe feſtivitate, ac ſolemnitate, ut feciſtis diabolico idolo multa cum lætitia.

216. Syriac. Alij Amos 5. Verſ. 43. *Et ſuſcepiſtis tabernaculum.* Syriacus *Portaſtis tabernaculum.* Alij *Portaſtis conopeum,* quod erat operimentum tabernaculi; locus etiam deſumptus eſt ex Amos cit. cap. 5. num. 25. *Melech,* vel *Melock,* id eſt *Rex eorum,* id eſt Saturnus, vel Juppiter, vel Sol, qui in Cœleſti militia, ut Principes eminent, *& Rempham,* id eſt Lucifer, ſeu Stella veneris, de quo quæſtione ſequenti. *Et transferam vos in Babyloniam.* Apud Amos habetur: *Trans Damaſcum.* D. Hieronym. reſpondet, quod S. Stephanus potius reſpexit ad ſenſum, quam ad verba; Iſraelitæ enim captiui ducti fuerunt trans Damaſcum apud Aſſyrios, & ſimul fuerunt trans Babyloniam, de quo ibi Lyra, & alij.

D. Hier. Lyra.

217. Syriac. Verſ. 44. *Tabernaculum teſtimonij fuit cum Patribus noſtris.* Syriacus: *Ecce tabernaculum Patrum noſtrorum in deſerto fuit.* Ecce oſtendit Divus Chryſoſtomus falſo ſibi imponi eſſe blaſphæmum contra Dei templum, quod dicit eſſe factum, & ordinatum ex diſpoſitione Divina Tabernaculum teſtimonij, ſeu fœderis, dicebatur teſtimonij, quia in eo erat arca, in qua erat Urna, Manna, in teſtimonium beneficiorum, quæ eis dedit in deſerto, erantque in ea tabulæ legis, quæ teſtabatur Dei voluntatem, & quid eis Deus præceperat, & quidquid Deus ab eis exigebat.

Cur tabernaculum teſtimonij.

218. Arabic. *Ut faceret illud ſecundum formam, quam viderat.* Arabicus: *Iuxta delineamentum, & figuram, quam viderat.* Deus Ideam, & exemplar Moyſi oſtendit in monte Sina, & juxta eam illud fabricavit; ſic enim eſt ei mandatum: *Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.* Exod. 26. numer. 1. Cujus tanta erat diſpoſitio, fabrica, architectura, ac magnitudo, ut notat D. Hieronym. epiſt. 1. cap. 28. ut diceatur, quod totus orbis in eo erat deſcriptus.

Exod. 26 D. Hier.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XXIV.

Quare D. Stephanus Luciferum appellat Rempham, ſtellam obſcuram, & tenebroſam?

219. Divus Stephanus arguens perverſitatem Judæorum, quia derelicto cultu veri Dei, à quo tot, & tanta beneficia receperant, adorarunt Solem, Lunam, & Stellas, & præcipue ſplendidiſſimum Sydus, quod D. Stephanus appellat Rempham, quod
Interlin. Sydus Interlinealis, Beda, Lyranus, ac M. Dida-
Beda. cus de Baeça lib. 6. de Christo figurato lib. 12. cap.
Lyran. 8. §. 2. & alij tenent eſſe Luciferum matutinum,
Baeça. ſeu Auroram, quæ ante Solem fulgentiſſime reſplendet, quam etiam multo tempore coluerunt Turcæ,
Conſtan. ac Sarraceni ſub nomine *Cobar*, ut memorat Conſtantinus Imperator lib. de adminiſtratione Imperij ad Romanum filium cap. 14.

220. Theod. Scholiaſ. Oecum. Quæſtio tamen eſt cur tam ſplendidum Sydus appellatur à D. Stephano *Rempham*, quod Theodoſius, & ejus Scholiaſtes, ſimul & Oecumenius dicunt *Rempham verè eſt ſpecies tenebrarum*; quæ tamen cohærentia datur inter fulgentiſſimum Sydus; unde ergo venit in mentem D. Stephano tam ſplendidum aſtrum, quod tenebras diſſipat, dum mane ſcintillat tenebras appellare, ac dicere.

221. Expende, ait D. Stephanus: *Sydus Dei veſtri Rempham, figuras, quas feciſtis, ut adoraretis eas*,
Honor indebitus non honorat, ſed deprimit. cum autem ſydera tamquam quid Divinum cœperunt ab hominibus coli, ac adorari ex tam indebito cultu, cœperunt apud homines obſcurari, ac obtenebrari, ut non ſint fulgentiſſima ſydera, ſed denſa, ac colligi novæ tenebræ mentes obſcurantes, ac ob-
D. Atha. tenebrantes: Ad hæc pulchrè ait D. Athanaſius oratione in Paraſceve, quæ habetur apud Pretheſet tom. 2. de Cruce, & ait: *Magnum quidem opificum eſt Cœlum; magnum quoque Angelorum natura eſt: eum his Sol coruſcans, & terra, ſed cum hæc omnia pulchra imprimis fuerint, homo tamen eorum pulchritudinem deturpavit immoderata venerationis abundantia injuriam iis ipſis, quæ coleret, molitus; cum enim in res conditas admirationem contuliſſet, quæ rerum conditarum modum ſuperaret, & excederet, ignominiam iis, quæ coleret, effudit.* Cultus, & dignitas diſconveniens, & improportionata non inſervit ad honorem, ſed ad injuriam, & opprobrium: *Ignominiam iis, quæ coleret, effudit.*

222. Prodigus reverſus ad Patrem: *Exclamat, Pater*
Luc. 15. *peccavi in Cœlum, & coram te.* Luc. 15. numer. 20. Quod contra Patrem peccaverit, Deumque offenderit, facile intelligitur, ſed in quo extitit ejus peccatum, ac offenſa contra Cœlum, cujus aſtra magno cultu, ac reverentia venerabatur, ut tamquam
Honos improportionatus iniurioſus. Deum adoraret, in eo graviter offendit, quod adoraret, immodicus honor, ac improportionatus non extollit, ſed deprimit, & in contumeliam, & injuriam illius, cui tribuitur, vertitur. D. Chryſolo-
D. Chryſolog. gus ſerm. 5. ait: *Peccavit in Cœlum, dum in Cœlo Solem, Lunam, ſydera Deos eſſe blaſphemat, & hæc eadem profanat adorando.* Vide ſupra cap. 1. q. 39. n. 276. 277. 278 & cap. 3. expoſit. 8. n. 94.

Actor. 7. *num.* 45. Quod & induxerunt ſuſcipientes Patres noſtri cum Jeſu in poſſeſſionem gentium, quas expulit Deus à facie Patrum noſtrorum uſque in diebus David.

Num. 46. Qui invenit gratiam ante Deum, & petiit ut inveniret tabernaculum Deo Jacob.

Num. 47. Salomon autem ædificavit illi domum.

Num. 48. Sed non excelſus in manufactis habitat, ſicut Propheta dicit.

Num. 49. Cœlum mihi ſedes eſt; terra autem ſcabellum pedum meorum: Quam domum ædificabitis mihi dicit Dominus? aut quis locus requietionis meæ eſt.

Num. 50. Nonne manus mea fecit hæc omnia.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE X.

Verſ. 45. *Quod induxerunt Patres noſtri.* Sy- 223. Syriac.
riacus: *Quod quidem tabernaculum etiam introducendo introduxerunt.* Iſta repetitio ſignificat magnam vehementiam, multumque ardorem Hebræorum in transferendo tabernaculum: Illud autem tabernaculum dicebatur, in quo arca tenebatur incluſa: Unde apud nos locus, in quo Sacra Eucharistia habetur, dicitur tabernaculum, ut Maſius.
obſervat Maſius ad cap. 3. Joſue: & ubi nos habe- Alia loca.
mus *ſuſcipientes Patres noſtri*, alij legunt: *Portantes*; quia ad tranſitum Iordanis ſtupendo miraculo Sacerdotes portaverunt Arcam Ioſue 3. num. 12. ſicut ad expugnandam Iericho Ioſue 6. n. 6.

224. Cum Ieſu, ſeu Ioſue, quo ſignificabatur, quod cum Ieſu Chriſto nobis datur ingreſſus in Cœleſtem patriam: In poſſeſſionem gentium, eos introduxit Ioſue in terram Chanaan, quæ erat poſſeſſio gentium: Uſque in diebus David, ſeu ut clarius habet Græcus.
Græcus: *Uſque ad dies David*; nam tabernaculum Moyſis perſeveravit uſque ad dies Davidis; ipſe enim David per filium Salomonem pro tabernaculo mobili, & anguſto Moyſis decrevit facere templum firmum, ſtabile, valde amplum, & magnificum.

225. Syriac. Verſ. 46. *Qui invenit gratiam apud Deum.* Syriacus: *Qui invenit miſericordiam in conſpectu Dei.* Arabicus: *Qui nactus fiduciam apud Deum:* qui gratus fuit Deo, & dilectus ab ipſo. *Petiit, ut inveniret tabernaculum.* Petiit, ut Deus deſignaret ei locum ad ædificandum templum, & tanta vehementia, ut ediderit votum, non ingrediendi propriam domum, donec à Deo acciperet locum demonſtratum à Deo Pſal. 131.
Pſalm. 131. numer. 2. *Votum vovit Deo Iacob, ſi introivero in tabernaculum domus meæ, donec inveniam locum Domini, tabernaculum Deo Iacob.*

226. Hunc locum poſtulavit David à Deo ſibi oſtendi, cum peſtis valdè horrenda ſæviret in populum. 2. 2. Reg. 24.
Reg. 24. & tunc per Gad Prophetam intellexit, velle Deum in eodem loco, & colle, in quo Davidi apparuit Angelus gladium vibrans, id eſt in monte *Moria*, ubi Deum offenſum ſibi placaverat, ubi illico ſacrificium obtulit, & emit aream Ornam Iebuſæi, cæteraque omnia ad ſacrificandum templum comparavit, atque congregavit.

227. *Deo Iacob*, ſicque dicitur citato loco Pſalm. 131. Pſal. 131.
num. 2. & peculiariter dicitur Deus Iacob, quia fuit primus, qui fecit ſimile votum, & erexit lapidem, qui dicebatur domus Dei Geneſ. 28. num. 22. & cum Gen. 28.
dicitur Deus Iacob, intelligitur etiam Deus Patrum ſuorum Abraham, & Iſaac.

228. Verſ. 47. 48. *Salomon ædificavit domum, id eſt templum.* 48. *ſed non excelſus in manufactis habitat.* Syriac.
Syriac. *At altiſſimus ille non habitat.* Arabicus: *Ex-* Arabic.
celſiſſimus; Deus cum ſit infinitus, incomprehenſibilis, & immenſus ubique eſt, & omnia replet, & hic D. Stephanus refutat errorem Iudæorum exiſtimantium Deum eſſe affixum ſuo templo. Unde

Chriſtus

Chriſtus Dominus dixit Samaritanæ : *Vos dicitis, quia Hieroſolymis eſt locus, ubi adorare oportet* Ioan.4. Joan. 4. numer. 20. Deus enim, cum ubique ſit, ubique adorati poteſt ; Deus tamen propriè, & formaliter habitat in ſemetipſo in ſua Divinitate, & immenſitate, effectivè, ac demonſtrative in toto mundo, ac in templis, prout Deus in eis vult honorari, coli, ac adorari, & ob talia obſequia ibi peculiariter exaudit noſtras preces, ac orationes.

229. D.Tho. Dicitur autem Deus; *Altiſſimus, Excelſiſſimus*, ut ait D.Thomas ad cap 31 Iob. verſ. 28. quia ille ſolus, & nullus alter venerandus eſt ſupremo, & alto latriæ cultu. *Sicut Propheta dicit* Iſaiam intelligit.

230. Syriac. Verſ. 49. *Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum.* Syriac. *Cœlum mihi thronus ſit, & terra ſuppedaneum.* Locus deſumptus eſt ex Iſaiæ 66. Iſaia 66. n. 1. & ex eo probant omnes Patres Deum eſſe immenſum ubique, & omnia implere; *Cœlum* Pſal. 10. *mihi ſedes*, ſeu thronus, ſic & multis in locis Pſal. 10. Pſal 102. n. 9. *Dominus in Cœlo ſedes ejus.* Pſal 102. n. 19. *Dominus in Cœlo paravit ſedem ſuam.* Dicitur Cœlum ſedes ejus; quia ibi electis ſuam Divinitatem oſtendit, gloriamque, & majeſtatem in æternum, ac perpetuum, & hoc indicat *ſedere*.

231. Matth. 5. *Terra autem ſcabellum pedum meorum*, ſic etiam ait Chriſtus D. Matth. 5. n. 15. *Nolite jurare, neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus*, & dicitur ſcabellum pedum ejus; quia terra eſt quid minimum, ac inferius, veluti ſub pedibus ſuppoſita, ut ait D. D.Tho. Thomas, & in ea minora oſtendenda præbet Deus; quam in Cœlo.

232. Syriac. 3. Reg. 8 *Quam domum ædificabitis mihi.* Syriacus : *Quam ædem*, tamquam ſi dicat (explicat Lyranus) nullam, ſed tantum ad hoc, quod ibi fiat Deo oblatio orationum, ac ſacrificiorum, ut dixit Salomon 3. Reg. 8. *Aut quis locus requietionis meæ*: tamquam ſi dicat, nullus creatus eſt, nam Deus habitat, & quieſcit in ſe ipſo antequam mundum crearet per infinita ſæcula, in ſe ipſo habitabat, & quieſcebat, & per mundi creationem nihil ei denuò advenit, neque in illo aliqua mutatio facta eſt, cum ipſe ſit immutabilis.

Actor. 7. *num.* 51. Dura cervice, & incircuncisis cordibus, & auribus, vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis, ſicut Patres veſtri, ita & vos.

Num. 52. Quem Prophetarum non ſunt perſecuti Patres veſtri, & occiderunt eos; qui prænuntiabant de adventu juſti, cujus vos nunc proditores, & homicidæ fuiſtis.

Num. 53. Qui accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum, & non cuſtodiſtis.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE XI.

233. Syriac. Arabic. D Chryſoſt. Æthiop. Verſ. 51. *DUra cervice, & incircuncisis cordibus, & auribus.* Syriacus : *Duri cervice, & auditu.* Arabic. *O quorum duæ ſunt cervices.* D. Chryſoſt. *Incircuncisis labiis.* Æthyopic. *Incraſſati cordibus, & ſurdi auribus.* Tria notat D. Stephanus in Judæis. Prima, quod ſint *dura cervice*, id eſt obſtinati, inflexibiles, & obdurati, qui nolunt Evangelio obedire ſumpta metaphora à vitulis, qui jugum cervici impoſitum rejiciunt. Secundò *Incircuncisis cordibus*, id eſt cor, & aures habetis, pelle, ac tegmine infidelitatis obductas, & non vultis circuncidere, & auferre à vobis, & hoc cor obduratum, ac lapideum notabat in eis Deus per Ezechiel. 36. n. 1. Ezech. 36 Tertio, *& auribus* ut legit Æthyopicus *ſurdis*, nempe obduratas habentes, in hujus rei ſignū Conſtantinus Imperator, ut refert D. Chryſoſt. homil. 2. contra Iudæos juſſit eis amputare auriculas, & in hujus rei Symbolum D. Chryſoſt. D. Petrus Malchum valde ſollicitum in Chriſti comprehenſione amputavit auriculam dexteram, ut denotaretur Iudæos perditurus autem dexteram ad percipienda Chriſti myſteria.

Vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis. Syriacus : *Vos in omni tempore Spiritui Sanctitatis obſtitiſtis.* In quo 234. Syriac. admonemur de noſtra libertate, ut docet Concilium Trident. ſeſſ. .. cap. 5. *Sicut & Patres veſtri, ita & vos*, ut dicitur Pſalm. 27. n. 8. *Ne fiant ſicut patres eorum* Pſal. 7. *generatio prava, & exaſperans, quæ non direxit cor ſuum*, & non eſt creditus cum Deo ſpiritus ejus.

Verſ. 52. *Quem Prophetarum non ſunt perſecuti* 235. *Patres veſtri* Græcus habet : *Quem ex Prophetis.* Græcus. Oſtendit Divus Stephanus ſuorum Patrum prævaricationem *Patres veſtri*, ut explicat Lyranus pauci Lyran. fuerunt, qui non perſequerentur, & occiderent eos, ſcilicet Prophetas, ut notat D Hieronymus paſſim in prologo Prophetarum Iſaïæ, Jeremiæ, Ezechielis, &c. qui ferè omnes ab eis interfecti ſunt, ut oſtendi in Opuſcul. Opuſculis opuſculo 1. reſol. 3.

Qui prænuntiabant de adventu Iuſti. Græcus : 236. *Qui prophetabant de adventu Iuſti*, ſcilicet Chriſti Græcus. Jeſu, qui antonomaſtice ſimpliciter, & abſolutè omnibus modis eſt juſtus, & omnes in eum credentes facit juſtos, & ideo à Daniele cap. 9. numer. 24. Daniel 9 *Vocatur Sanctus Sanctorum juſtitia ſempiterna*; ſic & Iſaiæ 45. n. 8. *Nubes pluant juſtum*, Ierem. 23. num. 5. Iſaiæ 45. *Germen juſtum.* Ierem 23

Cujus vos nunc proditores, & homicidæ fuiſtis, 237. Græcus *Occiſores*, quia per Iudam eum prodidiſtis, Græcus. & data pecunia eum emiſtis ejus proditionem ſollicitantes, & vos eum proditum à Iuda tradidiſtis Pilato, & Gentibus, ut ipſe Chriſtus prædixit: *Tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, ac crucifigendum.* Matth. 20. n. 19. Math. 20

Verſ. 53. *Qui accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum.* 238. Syriacus : *Per manum mandata Angeli*, Syriac. Arabicus : *Secundum præſcripta Angelorum*, Oecumen. Iſidor. *Per diſpoſitiones Angelorum* D. Auguſt. Arabic. Oecum. Iſidorus. de Civit. Dei. cap. 20. *In dictis Angelorum.* Graviter, D.Aug. & valde opportunè hæc adjungit Divus Stephanus retorquendo argumentum contra ipſos Iudæos; Ipſi accuſabant Stephanum tamquam legis contemptorem, ipſe vero oſtendit eam habere in magna veneratione, utpote datam per Angelum, & inde oſtendit ipſos, & Patres eorum eſſe legis contemptores, quia contra legis præcepta ipſi juſtum occiderunt, & patres eorum Prophetas, *& non cuſtodiſtis*, ut ait Chriſtus D. *Irritum* feciſtis mandatum Dei propter traditionē veſtram Matth. 15.

QUÆSTIO XXV.

Quare Divus Stephanus tam acriter invehitur in Iudæos, cum valde lenis extiterit in exordio prædicationis, ac fine, ut pro eis etiam exoraret?

VAlde lenis extitit Divus Stephanus in exordio 239. ſuæ prædicationis, ut eos diceret : *Viri fratres, & Patres audite* ut patet ex hoc cap. num. 2. cum eos quietos, & tamquam benevole audientes, vidit, benevole, ac placide cum eis agit, cum eos protervos, ac Oecum. obſtinatos agnovit rigide in eos invehitur. Oecum. *Prædicator accommodes ſe auditoribus.* *Quia videbat illos nō advertere animū his, quæ dicebantur.* Ut ergo obfirmatos, eos vidit ſua in pertinacia rigide in eos invehitur, audacia, & fortitudine apoſtolica, ut ſic eorū nequitiā magis cōtereret, ac cōminueret;

Spiritus Apoſtolicus valde diverſis verbis utitur pro auditorum diſpoſitione, ut quos benevole allicere non poteſt, ſeveritate compeſcat. Vide quæ dixi tom. 2. in Evang. cap. 10. q. 3. n. 18. 19. 20. & tom. 1. in Apocalypſ. cap. 8. q. 4. n. 48. 49. 50.

240. Secundo, & notatu digniſſimum; modo tam dure increpat *dura cervice*, & ſtatim flexis genibus pro eis exorat: *Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum*, ut ſignificaretur, ait D. Auguſt. ſerm. 1. de S. Stephano, quod ipſe non habebat odio Iudæos, ſed eorum malitiam, ad perverſitatem, in quo ſenſu ait Re-

Pſal. 138. gius Vates: *Perfecto odio oderam illos*. Pſal. 138. n. 21. Perfectum odium non odit hominem, ſed peccatum.

241. D. Aug. Tertio ad idem D. Auguſtin. Pſalm. 132. & ait: *Quando debuit plus iraſci Stephanus, quando audiebatur, aut quando lapidabatur? Ecce mitis factus eſt cum lapidaretur, & ſæviebat cum audiretur. Venientibus in ſe lapidibus non victa eſt charitas, quia unguentum à capite deſcendebat.* Sapientiſſimus Medicus, ac Magiſter, primo leniter, ac ſuaviter agit, dicens: *Viri fratres, & Patres*, & cum nihil proficit ad ferrum ſæveritatis recurrit, *Dura cervice, & incircumciſis cordibus*, cum adhuc eos obſtinatos, & obduratos vidit pro ſua ferventi charitate ad Deum ſe convertens recurrit, ut eorum animos emolleſcat, & ideo omiſſo increpationis gladio, ſuave Chriſti unguentum adhibet, pro eiſque rogat: *Ne ſtatuas illis hoc peccatum.*

Pro obduratis ad Deũ recurrendum.

242. Quarto, compone modo hanc acerbam, & duram reprehenſionem: *Dura cervice, & incircumciſis cordibus*. Cum illa ſumma clementia, ac pietate: *Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum*, an cum reprehendebat, minus amabat, quàm cùm pro eis orabat, an in prima reprehenſione erat aliquod odium adverſus rebelles? abſit, ſed totum erat ex ferventi charitate erga hoſtes ſuos. D. Fulgentius ſerm. de Sancto Stephano ait: *Neque enim fratres, exiſtimandus eſt Stephanus tunc inimicos dilexiſſe, cum pro eis oraret, & non dilexiſſe cum eorum incredulitatem arguendo corriperet, abſit hoc ab anima martyris ad Cœlum feſtinantis.* Ab anima ad Cœlum feſtinantis valde longe abeſt, quod in hoſtium amore aliquantulum tepeſcat, ſed maxime in eorum amore ferveſcit, ut cum ad Cœlum feſtinat omnes ſecum vult habere ſocios, ut cum ipſo Cœlum ingrediantur, & ſuæ Cœleſtis felicitatis vult eos ſecum habere participes. *Abſit hoc ab anima Martyris ad Cœlum feſtinantis.*

D. Fulg.

In hora mortis charitas erga ſibi infenſos.

243. Quinto Stephanus ſi homicidas, & proditores vocat, quando eis ſalutem negotiatur: *Ne ſtatuas illis hoc peccatum*, ſeveritatem illam, non odium, ſed charitas imperabat, cujus eximius affectus inter ſæviſſimas iras interdum, & aſpera relucet, & cohibere non poteſt, quin ſui radios emittat Divus Chryſoſtomus homil. 17. in Acta ait: *Quod non ex furore locutus fuerit Stephanus, oſtendebat quando in cruciatibus pro illis orabat, & dicebat: Ne ſtatuas illis hoc peccatum, adeo non iraſcebatur illis, ſed dolebat pro illis, & mordebatur hæc dicens: Proditores, & homicidas.*

Inter magnas iras affectus amoris relucet.

D. Chryſoſt.

244. Exod. 7. Ait Deus Moyſi: *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis* Exod. 7. numer. 5. cur non potius illius ſit Judex, ſed Deus, cur tantam ſupereminentiam Deus ſibi non reſervat, ſed etiam eam committit Moyſi? datur magna differentia, Judex poteſt inferre malum delinquenti, ſed non poteſt auferre, cùm non ſit ſupremus Dominus; at cum Deus talis ſit, ſolus ille poteſt removere malum, quod infligit. Divus Hilarius lib. 7. de Trinit. ait: *Ad Moyſen dictum eſt: Dedi te Deum Pharaonis, cum Cynomiam, quam immiſeras, abigit, cum grandinem poteſtate, quam evocaverat, avertit; cum locuſtas ea virtute, qua invexerat, repulit, cum in operationibus ejus Magi confitentur digitum Dei eſſe, ſic Moyſes Pharaonis Deus datus eſt, dum timetur, dum oratur, dum punit, dum medetur.* Expende ultima verba *Dum punit, dum medetur*; talis eſt Spiritus Divinus, dum punit, ibi radios ſuæ pietatis, ac clementiæ oſtentat, effudit Deus iram ſuam in Ægyptum, ſed cum clementia, ut amoveri, ac ſuſpendi valeret.

D. Hilar. *Deus dũ infert malum confert medelã.*

245. Pſal. 74. Ait Regius Vates Pſalm. 74. numer. 9. *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinavit ex hoc in hoc, verumtamen fæx ejus non eſt exinanita.* Alluſio ad peſtilentiam, quam miſit Dominus in Iſraelem per tres dies ob numeratum populum, & non perduravit per unum integrum 2. Reg. 24. Cur ergo fæx illa non eſt exinanita; quis illam continuit? miſericordia nempe continuit Calicem ne totum effunderetur, ſemper Deus in omni ira ſua miſericordiæ recordatur. Divus Ambroſius in Pſal. 37. ait: *Plenus erat Calix ad terrendum, ad feriendum non eſt exinanitus; Plenus erat Calix, cum mors per triduum mandaretur, ſed occurrit Miſericordia Dei, tenuit manum Angeli, priuſquam Calicem iſtum exinaniret.*

Deus in ſuos nunquam effundit totam iram. D. Ambr.

QUÆSTIO XXVI.

Quare Divus Stephanus dum præſentes Iudæos arguit, eorum parentes commemorat nequiſſimos?

Ait D. Stephanus in præſenti: *Vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis, ſicut Patres veſtri, ita & vos, quem prophetarum non ſunt perſequuti Patres veſtri.... cujus vos proditores, & homicidæ fuiſtis.* Expende illa verba: *Ita & vos*, ut tam intolerabiles, & inveterata ſit veſtra malitia, ita ut cum ſanguine, ac ſucceſſione hauſta, ac participata, D. Chryſoſtomus ibi. *Et quod maius eſt, ſicut Patres veſtri, inquit, ita & vos.* Et quidem maius eſt, & intolerabilius, & ruinæ extremæ valde vicinum, quod cum ſanguinis propagatione propagentur, & vitia, ut videantur cum ipſa natura congenita, & inde valde difficiliter, ut evelli poſſint. 246.

Peccata ex genere propagata.

Ait Chriſtus Dominus Matth. 23. numer. 31. *Væ Scribæ, & Phariſæi..... Itaque teſtimonium eſtis vobiſmet ipſis; quia filij eſtis eorum, qui Prophetas occiderunt; & vos implete menſuram patrum veſtrorum, ſerpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis à judicio gehennæ.* Ad quæ verba ſic ait Divus Hieronymus: *Sicut de viperis naſcuntur viperæ, ſic de homicidis parentibus, vos nati eſtis homicidæ.* Veniunt enim cum ſanguine mores. Illud in rem noſtram maxime eſt expendendum: *Quomodo fugietis à judicio gehennæ.* Cum in vobis malitia ita ſit congenita à majoribus: *Quomodo fugietis* juxta communem ſenſum Patrum; nullo modo fugietis à meo judicio, quo ego vos condemnabo ad ſupplicium Inferni ſempiternum tam propter meam, quam propter mortem meorum diſcipulorum. 247. Math. 23

Sed unde iſti miſeri, ac patres eorum in tantam nequitiam, ac ſtultitiam venerunt, ut interficerent Prophetas juſtos, & ſanctos, qui ad eorum ſalutem miſſi erant, quos eorum Patres maximè venerari, ac coli debebant, ait de eis Regius Vates Pſalm. 105. numero 37. *Immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas Dæmoniis.* Quid magis execrabile, ac inhumanum excogitari poteſt, quam quod Patres contra omne naturæ jus filios jugularent, ac ſacrificarent Dæmonibus; ſed cum ad tantum nefas inaudita 248. Pſal. 105.

malitia

Unum peccatū aliud gravius ſecū importat. maliria pervenit, ibi non quievlt, ſed ultra proceſſit, & ad aliud horrendum crimen ſe extendit, ut cum ferro armato, & gladio evaginato juſtos, ac Sanctos Dei occideret. Divus Hieronymus ad cap. 57. Iſaiæ ait: *A parricidio liberorum, ad Prophetarum ſanguinem pervenerunt*, & ideo in Ieroſolymitanum excidium tot hominum millibus interfectis inciderunt. D.Hier.

249. Veniunt Angeli in Sodomam, ſtatim Sodomitæ inſurgunt, ut eis abuterentur, ita ut domum Loth, in quam ſe receperant, vallaverint, ut Angeli ad eorum manus pervenirent. *Tunc Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham Sulphur, & ignem à Domino de Cœlo, & ſubvertit Civitates has, & omnem circa regionem.* Geneſ. 19. numer. 24. Cur Domine, non magis miſereris creaturæ? eſto quod Sodomitæ vellent abuti hoſpitibus Loth, tu valde benignus, & longanimis expectans peccatores ad pœnitentiam, cur hos non expectas, vel ſaltem cur ante tantum ſupplicium aliqua non præceſſit admonitio, ut factum legimus cum Ninivitis? *Adhuc & quadraginta dies & Ninive ſubvertetur* Ionæ 3. nu. 4. Cur etiam eis non conceditur aliqua reprehenſio, vel aliquod pœnitentiæ tempus? Ubi tantum excrevit eorum malitia, ut non tantum quieſcerent ſuo nefando crimine in ſuos, ſed etiam extraneos, & alienos vellent ad illud adducere, & trahere, addendo, & multiplicando ſuis peccatis nova peccata, ex tanto criminis exceſſu, fiebat evidens, quod nulla admonitio proficeret, indeque in eos extrema ruina evolavit. D. Machar. homil. 4. ait: *Temporibus Sodomorum accidit; nam cum multa deliquiſſent, ne ſe converterent, poſtremo in tam grave peccatum ceciderunt ob peſſimum in Angelos initum Conſilium, ut nullam poſtea pœnitendi facultatem habuerint, ſed perpetuo reprobati ſint: Impleverant terminum ſcelerum, imo etiam exceſſerant, quapropter Divino judicio incendio traditi ſunt.* Quod etiam probat exemplo Pharaonis poſt decem plagas non quievit, ſed inſecutus eſt Iſraelitas per medium maris, à quo ſuffocatus eſt. Exod. 14.

Ionæ 3. — *Grandis pœna in addites peccata ſuper peccata.* — D.Machar. — Exod. 14

QVÆSTIO XXVII.

Quare lex dicitur data per diſpoſitionem Angelorum?

250. ALiqui Codices habent per diſpoſitiones, per mandata, & præcepta Angelorum, per Angelos Magiſter ſententiarum, D. Chryſoſtomus, Oecumenius, D. Ambroſius, Theophylactus, Euthymius, Priaſius, & alij, multi in Epiſt. ad Galatas cap. 3. numer. 19. & epiſt. ad Hebræos cap. 2. num. 20. Ubi dicitur *Lex ordinata per Angelos*, per hos Angelos intelligunt Moyſen, Aaron, & Ioſue; Tamen D. Auguſt. D. Hieronym. D. Anſelm. Theodoret. Gloſſa, & alij veros, ac proprios Angelos interpretantur, qui ſunt adminiſtratorij ſpiritus miſſi à Deo, ut ait Apoſtolus Hebræor. 1.

Magiſter ſentent. — Galat. 3. — Hebræ. 2 — Verus Angelus.

251. *Unus Angelus.* Divus Stephanus hic, & Apoſtolus citatis locis dicunt in plurali *per Angelos*, & D. Stephanus in hoc cap. 7. numer. 35. & 38. loquitur in ſingulari *In manu Angeli, cum Angelo*, Revera unus fuit Angelus, ſcilicet, Michael, tamen dicitur in plurali ad majorem auctoritatem reconciliandam, ut ſæpe Reges loquuntur. Deinde quamvis Angelus loqueretur nomine Dei, etiam multi Angeli inferiores videntur in hoc negotio intervenire ad excitandum ignem, fumum, fulgura, tonitrua, ac tubarum ſonitum, aliaque prodigia, quæ ibi intervenerunt. Exod. decimo-nono. Exod. 19

Multi miniſtri.

Et recte dicitur cum diſpoſitione, ſeu per diſpoſitiones, quas obſervavit Angelus in lege tradenda: Nam primo dedit legem naturalem, ſeu Decalogum, & in hoc dando illa tria, quæ pertinent ad Dei honorem, deinde alia, quæ ſpectant ad proximum Exod. 20. Secundo Tradidit leges judiciales cap. 21. 22. Tertio leges Ceremoniales cap. 25. & ſequentibus. 252. *Magna & alta diſpoſitio.* Exod. 20 21. 22.

Deinde Angelus ante dandam legem multa, & magna diſpoſuit, ut omnes ablutis veſtibus ſe purificarent, ac mundarent, & ut ex monte exirent ignis, fumus, tonitrua, & fulgura, & cum Moyſes deſcenderet portans legis tabulas, maximè reſplendebat ejus facies, ita ut *filij Iſrael non intenderent in faciem ejus* 2. Corinth. 3. num. 13. quæ omnia maxime inducebant ad magnam reverentiam, venerationem, ac promptam obedientiam, ac obſervationem erga legem. 253. *Ad obſervationem legis multa diſponuntur.*

Tandem, & maximè ponderandum, quod ait Divus Stephanus: *Qui accepiſtis legem in diſpoſitionem Angelorum.* De hac lege data ab Angelo nomine Dei audiendus eſt Salvianus lib. 1. de Gubern. Dei, & ait: *Adde tonitrua, adde fulgura, terribiles buccinarum Cœleſtium ſonos, tremendum undique totius aeris fragorem...... loquentem quominus Dominum, diſcentem populum, ac mixtis pene hominibus, atque Angelis unam Cœli, ac terra Scholam.* In quonam eſt iſta Schola Cœli, & terræ, in qua magna, & alta doctrinæ dantur documenta? Angelus nomine Dei, & ex mandato Dei dabat legem, & tot, ac tanta commovebat in monte, ut inde diſcerent homines Dei mandatis obedire: Angelus, ut obediens Deo dabat legem tot, ac tantis ſignis: ergo etiam homines tot, & tantis tenebantur, legi etiam eſſe obedientes; unde *mixtis pene hominibus, atque Angelis una Cœli, ac terra Schola* conſtrueretur. 254. Salvian. *Prelatus quod imperat in ſe exequatur.*

At hac data lege non diſcedamus: Cùm Deus deſcenderet in monte Sion, ut daret legem populo Iſraelitico: *Cœperunt audiri tonitrua, micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clamorque buccinæ vehementius perſtrepebat, totuſque mons fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eo in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi ex fornace.* Exod. 19. numer. 16. & 18. quæ verba ponderans Philo Hebræus lib. 1. Decalogi ait: *Interea, ut par erat in præſentia Numinis omnia perſtrepebant prodigioſis tonitribus aures obtundentibus, coruſcabant fulguribus micantiſſimis, ſonus tubæ inviſibilis è longinquo exaudiebatur, &c.* Et ad quid tam extraordinaria omnium elementorum commotio? ſubdit ipſe Philo: *Oportebat enim ad Dei adventum turbari mundum omnibus ſuis partibus, & exciri ad miniſterium.* Deſcendebat Deus leges condens, ac promulgaturus, omnes mundi partes concutiuntur, elementa commoventur tamquam ad promptum obſequium præparata, ſi forte aliquid eis mandatum ſit, & tamquam præſto ſe exhibentes ad ſui Domini famulatum, inde conſuetos naturæ terminos tranſiliunt, ſic Deo alto judicio omnia diſponente, ut ab inſenſibilibus elementis informentur homines in debita, & prompta obedientia ſuo conditori. 255. Exod 19 Philo Hebræus *Obedire Deo diſcant homines ab elemētis.*

Actor. 7. *num.* 54. Audientes autem hæc, diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum.

Num. 58. Cum autem eſſet plenus Spiritu Sancto intendens in Cœlum vidit gloriam Dei,

& Jeſum ſtantem à dextris Dei, & ait: Ecce video Cœlos apertos, & Filium hominis à dextris Dei.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE

256. Verſ. 54. *AVdientes autem hæc diſſecabantur cordibus ſuis.* Syriacus: *Repleti*
Syriac. Arabic. *ſunt furore intra ſe, & fremebant.* Arabicus: *Ægre tulerunt, & eorum corda acerbo dolore affecta ſunt.*
Æthiop. Æthyopicus: *Incraſſati cordibus.* Ex Græco legunt multi: *Diſſerrabantur*, præ furore, ira, ac indignatione, tamquam veluti ſerra ſcindebantur; quia, ut no-
D. Chryſoſt. tat D. Chryſoſt. omni affectu volebant occidere Stephanum, & cum accuſarent eum, ut blaſphæmum contra legem, videbant eum legem laudantem, ac extollentem tamquam ab Angelo datam, inde nulla erat cauſa ad ipſum accuſandum, ac interficiendum, unde tamquam canes rabidi ſtridebât dentibus in eum.

257. Verſ. 55. *Cum eſſet plenus Spiritu Sancto* Syriacus:
Syriac. *Cum eſſet plenus fide, & Spiritu Sanctitatis.* Æthyo-
Æthiop. picus: *Cum plenus eſſe Spiritu Sanctus ſuper Stephanum.* Introducitur hic Stephanus cum nova gratia, noviſque donis Spiritus Sancti, illiuſque illapſu ad eum in tanta adverſariorum contrarietate corrobo-
Syriac. randum: *Intendens in Cœlum* Syriacus: *Suſpexit in*
D. Greg. Niſſen. *Cœlum.* D. Gregor. Niſſen. *Intentis oculis in Cœlum contuitus:* terrena omnia ut vilia deſpiciens oculis animæ, & corporis totus in Cœlum ferebatur.

258. *Vidit gloriam Dei*, non Eſſentiam Divinam, ut aliqui dixerunt, ſed quandam imaginem valde magnificam, ac auguſtam, & ſummopere nitentem, quæ quandam Dei ſpeciem repræſentabat, inſtar ſupremi regis, vel Judicis judicantis: *Et Ieſum ſtantem* cum ſuo naturali, ac glorioſo corpore, ſtabat tamquam dux pugnaturus cum ſuo milite Stephano, ut advocatus rogans pro eo ad Patrem, & tamquam Rex, aut quaſi Agonotheta, bravium cœleſtis gloriæ oſtendens, ac exhibens martyri ſuo in ſtadio.

259. *Ecce video Cœlos apertos*, vel ut multi volunt quaſi quendam hiatum Cœli, & in eo Chriſtum Dominum ſe viſibiliter oſtendentem, vel ut mihi probabilius eſt, ejus oculus per virtutem Dei ſupernaturalem, elevatus eſt, & quaſi omnes Cœlos patentes penetravit, provectuſque eſt uſque ad Cœlum Empyreum, ibique ipſum *vidit ſtantem à dextris Dei*, ſeu, ut multi codices habent, *à dextris virtutis Dei*, hoc eſt ſtantem cum multa gloria, & majeſtate. De hac Cœli apertione dixi tom. 1. in Evangel. lib. 3. cap. 2. q. 15.

QUÆSTIO XXVIII.

Quare D. Stephanus, nec attendit in ſe, nec in ſuos perſecutores, ſed ſolum in Cœlum?

260. MAgna conſideratione dignum quod dicitur in textu Stephanus *cum eſſet plenus Spiritu Sancto intendens in Cœlum vidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantem.* Stephanus in Cœlum intendens Jeſum videt, & contemplatur, cur non etiam oculos in ſe convertit, cur etiam eos non conjicit in perſecutores ſuos, ſed omnibus his omiſſis totus eſt intendens in Cœ-
Quia cœleſtia contemplantur terreſtria deſpiciunt. lum. Advertead id, quod immediate ante dicitur: *Cum eſſet plenus Spiritu Sancto*: Cum ergo totus à Divino Spiritu ageretur, ac moveretur, totus rapiebatur ad Cœleſtia dona, illarumque meditatione nil de corpora cogitabat, quod expoſitum erat ſuis inimicis, ut lapidibus illum confringerent, ac dirumperent. Pe-
trus Damianus ſerm. de S. Stephano ait: *Simul ſignanter intellige conſecutionem verborum; Plenus eſt Spiritu Sancto, & ſic intendit in Cœlum, quia, qui Spiritu Divinitatis afflantur conculcatis terreſtribus, cœleſtibus inhiant, & æternis.* Qui animum elevat ad Divina, temporalia contemnens faſtidit, & ſolum Cœleſtia quærit. Petrus Damian.

Divus Ambroſius ſerm. in feria 5. poſt Paſcha pulchram quæſtionem excitat inter D. Stephanum, ac 261.
Magdalenam; nam ut ſcribit Ioan. 20. n. 11. *Magdalena ſtabat ad monumentum foris plorans; dum ergo fleret inclinavit ſe, & proſpexit in monumentum, & vidit duos Angelos in albis ſedentes.* Inter Angelos ſtabat Magdalena, & à lachrymis non poterat temperari; Ioan. 20.
quia Ieſum non inveniebat, nec videbat: At D. Stephanus ſtans inter crudeliſſimos, ac furibundos hoſtes, *videt Ieſum ſtantem à dextris Dei.* Stephanus inter frementes hoſtes tamquam Leones videt Ieſum, & Magdalena inter placidos, & feſtivos Angelos in albis Ieſum non videt; Stephanus elevavit oculos in Cœlum: *Video Cœlos apertos*, & inde videt Ieſum, at Magdalena oculos demiſit ad ſepulchri terram: *Inclinavit, & proſpexit in monumentum*, & ſolus ille videt Ieſum, qui terrenis dimiſſis Spiritu fertur ad Cœleſtia. *Vt Chriſtum habeas dimitte terrena, & quære cœleſtia.*
D. Ambroſ. citatus ait: *Stephanus non ſupra terram quæſivit, qui ſtantem Ieſum ad dexteram Dei vidit. Maria autem, quæ quærebat in terra tangere non poterat: Stephanus tetigit, quia quæſivit in Cœlis; Stephanus inter Iudæos vidit abſentem, Maria inter Angelos non vidit præſentem.* Vis habere Ieſum quære in Cœlis, inter terrena non invenies, & facilius invenitur inter ſuos Athletas pro eo decertantes, quam inter Angelorum choros cantantes. D. Amb.

Ait Apoſtolus ad Coloſſ. 3. numero primo. *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum, ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.* Qui etiam cum Chriſto volunt vivificari, ut ſuæ reſurrectionis participes fiant, ſolum debent intendere, & quærere quæ Cœleſtia ſunt, & non terrena; ſic ait Divus Ambroſius ſupra proxime citato loco: *Ergo non ſupra terram, nec in terra, nec ſecundum carnem Ieſum quærere debemus, ſi volumus invenire.* 262. Coloſſ. 3 *Solum abjectis terrenis invenitur Ieſus.* D. Ambr.

Cum Chriſtus Dominus triumphali pompa ingrederetur Ieruſalem acclamantes turbæ occurrunt. *Benedictus qui venit in nomine Domini Oſanna in Altiſſimis* Matth 21. n 9. *In excelſis.* Marc. 11. n. 9. Si cum tanta gloria illi occurrunt ex civitate, cur eum non acclamant, ut Benedictum inter nos, vel in hac noſtra Civitate, vel regno, ſed in Altiſſimis, vel Excelſis, ſeu, ut explicat Lyranus: *Salve ſalute excelſa, & æterna.* Cum ab Spiritu Divino moverentur, ac agerentur, ut explicavi ſuo loco tom. 4. in Evangel. cap. 40. nil de terrenis cogitant, ſed tantum ad excelſa, altiſſima, & Cœleſtia ſublevantur. 263. Math 21 Marc. 11. Lyran.

QUÆSTIO XXIX.

Quare ait D. Stephanus Video Cœlos apertos cum alibi ſolum dicatur Cœlum apertum?

AIt D. Stephanus in præſenti: *Video Cœlos apertos*, & tamen Chriſtus Dominus de ſe agens ait: 264.
Ioan. 1. n. 51. *Videbitis Cœlum apertum, & Angelos aſcendentes, & deſcendentes ſuper filium hominis*, & Ioan 1.
ſcribens Chriſti baptiſmum D. Lucas 3. n. 21. ait: *Ieſu baptiſato, & orante apertum eſt Cœlum, & deſcendit* Luc. 3.
Spiritus Sanctus & D. Marc. 16. n. 19. *Dominus quidem Ieſus aſſumptus eſt in Cœlum, & ſedet a dextris Dei.* Marc. 16
Et Pſalm. 10. numer. 5. *Dominus in Cœlo ſedes ejus*, & Pſal. 10.
Pſal. 102.

Pſal. 102. Pſalm. 102. num. 19. *Dominus in Cœlo paravit ſedem ſuam.* Cum de Chriſto D. eſt ſermo dicitur Cœlum, cum vero de ſervo D. Stephano Cœli.

165. Reſpondeo, quod cum Chriſtus Dominus dicatur, ac ſit declaratus in Baptiſmo, & vita ſua, ac Aſcenſione verus Filius Dei ſecum importat omnem magnificentiam, ac majeſtatem; at quod in una pura Creatura, ut Stephano inter adverſariorum exercitus tanta virtus, fortitudo, conſtantia, fides, claritaſque reſplendeſcerent, tamquam quid novum, ac valde mirabile in mundo novo, ac quodam mirabili modo, fuit declaranda, ac honoranda, ut omnes Orbes Cœleſtes patentes illi inſervirent.

Ad celebrãdum Stephani triumphum.

266. Secundo: *Video Cœlos apertos* ad hoc refero id, quod ait Origenes homil. 1. in Ezech. *Aperti ſunt Cœli; non ſufficit unum Cœlum aperiri, aperti ſunt plurimi, ut deſcendant non ab uno; ſed ab omnibus Cœlis Angeli ad eum:* Ad tam inclyti Martyris animam deferendam in Cœlum non ſufficit unus Angelus, ſed veniunt omnes Angeli, ideoque aperti ſunt omnes Cœli.

Origen. *Omnes Angeli ad Stephanum.*

267. Tertio: In Chriſti Baptiſmo ſcribit Evangeliſta: *Apertum eſt Cœlum* D. Thom. 3. p. quæſtione 39. art. 5. & ibi cum eo multi Theologi de viſione imaginaria exponunt, ac ſi in imaginatione Cœli aperti viderentur. At Petrus Damianus ſerm. de Sancto Stephano exiſtimat, *quod ipſe verè, & realiter viderit Cœlos apertos*, Chriſto Domino Cœli imaginatione aperitur, Stephano vero in realitate. Unde hoc cum Chriſtus ſit omnium ſupremus Dominus, Chriſtus Jeſus cùm ſit Deus: *Hic eſt Filius meus dilectus* ſecum naturaliter habet omnem celſitudinem, ac ſublimitatem; at quod in uno puro homine, ut Stephano tam præclara virtus, ut magnum Orbis miraculum irradiaret, illuceret, novo etiam Cœlorum miraculo fuit honoranda, ac condecoranda, ut Cœleſtes Orbes natura ſua incorruptibiles rumperentur, atque aperirentur: Huc pertinet id, quod ait D. Auguſt. ſerm. 37. de tempore in Appendice 29. *Aperti ſunt Cœli*, ait, *exiſtimo, ut in Cœleſtibus eſſet miraculum de his; quæ gerebantur in terris.*

D. Tho. Petr. Damian. *Cœli velut novo miraculo venerantur Stephanum.*

268. In agone Divi Stephani omnia multis miraculis clareſcunt, tam in naturalibus, quam in ſupernaturalibus. In naturalibus Cœli rumpuntur, moriente homine vox deficit; at Stephanus ad Chriſti ſimilitudinem *clamat voce magna.* In tormentis membra laxantur, ac proſtrantur in terram; Stephanus in ipſo certamine generoſo animo firmus *ſtat*, & ut Dominus ſuarum actionum flexis genibus orat. In ſupernaturalibus, ut ait Joannes 1. n. 18. *Deum nemo vidit unquam*, nempe in hac vita mortali, ut communis eſt ſententia; at cum D. Stephanus ait: *Video gloriam Dei*, quod etiam Divinitatem viderit, multi affirmant, de quo quæſtione ſequenti, Cœleſtem gloriam non videt, niſi poſt mortem; at Stephanus in hac vita ante obitum. D. Marcus agens de Chriſti Aſcenſione ait de Chriſto Domino: *Aſſumptus eſt in Cœlum, & ſedet à dextris Dei*, D. Stephanus ait hoc, ut multi Codices habent; *Video, & Filium hominis à dextris virtutis Dei*; quia in Stephano tam generosè patiente ipſa virtus Divina multis mirabilibus, ac ſignis ſe ſe oſtentabat, ac manifeſtabat. Emiſſenus in feſtivitate Sancti Stephani ait: *Tuba Stephanus ſonabat, quando incredulos Iudæos arguebat, & prædicabat: Lampadem manu tenebat, cum prodigia, & ſigna magna faciebat.* Alludit ad lampades Gedeonis Judic. 7. n. 16. ac proinde lapides in Stephano erant veluti lampades ad eum illuſtrandum in multis magnalibus, & mirabilibus. Tandem nota, quod Chriſtus ſuo pretioſo ſanguine, ac Cruce tamquam clave regia aperuit Cœlum, Stephanus ſuis lapidibus, tamquam vocibus ſublime ſonantibus apertum publicavit.

In Stephani agone multa mirabilia. Ioan. 1. Alij Codices. D. Greg. Emiſſen. Iudic. 7.

QUÆSTIO XXX.

Quare D. Stephanus de ſe teſtatur, quod viderit gloriam Dei, & quomodo viderit?

169. Aliqui apud Lyranum teſtantur, quod D. Stephanus viderit Eſſentiam Divinam, quibus favent D. Gregorius Niſſenus orat. de Sancto Stephano cum ait: *Eum vidiſſe ipſum lumen de lumine Dei plena mentis comprehenſione, atque Deum, & Trinitatem*, & ſimiliter D. Auguſt. ſerm. 96. ſcribit: *Eum vidiſſe revelata facie Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum:* & ſerm. 99. ait: *Vidiſſe Deum, ac Trinitatem ipſam, & Divinitatem.* Et etiam favent Divus Hilarius Arelaten. Petrus Damianus, & alij ſerm. de Sancto Stephano, atque jam oſtendi ad illa verba: *Deum nemo vidit unquam.* Ioan. 1. num. 18. talem viſionem nemini conceſſam fuiſſe in hac vita. Aliqui, ut Carthuſianus hoc referunt ad viſionem imaginariam.

Lyran. D Niſſen. D. Aug. D. Hilar. *Sententia quod viderit.* Ioan. 1. Carthuſ.

170. Dicendum tamen exiſtimo cum Cajetano, ut jam dixi in Expoſitione, quod Beatus Stephanus viderit quandam imaginem corporalem multa majeſtate valde magnificam multo fulgore, ac claritate reſplendentem, quæ Dei gloriam repræſentabat, ſic dicitur de Moyſe Exod. 24. numer. 17. *Erat autem ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens*, Et idem habetur Numer. 14. num. 10. & 3. Reg. 8. num. 10.

Caiet. *Vera ſententia.* Exod. 24 Num. 14 3. Reg. 8.

271. Quæſtio tamen principaliter inquirit; cur his tanta Dei gloria Stephano eſt manifeſtata? Primo eleganter reſpondet Divus Hilarius Arelaten. ſerm. de Sancto Stephano, ubi ſic ait: *Ecce video Cœlos apertos, & gloriam Dei. Iſte incunctanter offert ſanguinem ſuum, qui præ oculis habebat regem ſuum ſimul, & bravium ſuum, & Filium hominis à dextris virtutis Dei. Vides quod expectantis intuitus armat conſtantiam triumphantis? Digne patentibus Cœli portis comparatur Cœlum, & bella ſuadent.* Et pondera ultima verba *Bella ſuadent.* Conſidera ordinem rerum. Videt Stephanus Dei gloriam, quid inde ſequitur ſtatim extrahitur, ut lapidibus opprimatur, Dei apparitio, ac oſtentatio in hac vita, non vocat ad quietem, ac requiem, ſed ad certamina, ac bella: *Bella ſuadent.* Sua præſentia, ac præmio oſtenſo armat milites, & fortes, ac alacres facit. Apparet Deus Abrahamo Geneſ. 12. numer. 1. *Exi de terra tua, & de cognatione tua*, ad laborioſam peregrinationem eum vocat.

D Hilar. Arelat. *Dei apparitio ad certamen vocat, & armat.* Gen. 12.

272. Secundo Petrus Damianus ſerm. de Sancto Stephano ait: *Intendit in Cœlum, & vidit jam non Cœlum, ſed Cœlos apertos, vidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei. Movet me hæc intentio, quæ de cordis puritate refuſa, vim facit Cœlis, & ad ipſius Divinitatis conſiſtorium penetrat, & attigit. Cœli aperiuntur, gloria Dei videtur, Ieſus conſpicitur; hanc intentionem fecerat dilectio Dei, amor proximi.* Unde intuitus Stephani tam fortis, ac efficax extitit, ut non unum Cœlum, ſed Cœlos penetraret, ut uſque ad ipſam Dei gloriã, & uſque ad ipſum unigenitum Dei Filium Chriſtum Ieſum intuendum elevaretur. Unde illi tanta perſpicacia? Ejus eximia charitas, ut pro inimicis exoraret: *Ne ſtatuas illis hoc peccatũ*, viſum acuebat, ut omnia illi patefierent, omnia penetraret, uſque ad ipſum Dei thronum; tam illuſtris intẽtio animi valde illuſtrẽ reddit intẽtionem oculorũ, ut omnia perſcaleret. Huc veniat Emiſſenus datus in

Charitas in proximos mentem illuſtrat ad divina. Emiſſen.

fine ſuperioris quæſtionis, qui aſſerit lapides Stephani fuiſſe tamquamlampades Gedeonis ad illuſtrandam, illuminandamque ejus mentem.

Cantic.8 Charitas lucerna.

273. Dicitur Canticorum 8.n.6. *Fortis eſt, ut mors dilectio: dura ſicut Infernus æmulatio: lampades ejus, lampades ignis, atque flammarum.* Ecce charitas in proximos habet lampades flammarum, quæ ſunt tamquam lucernæ ardentiſſimæ, quæ illuminant ad omnia excelſa, ac divina penetranda. Ita habent tres Patres apud Delrio, *quæ illuſtrat in luce veritatis mentem, atque ignorantiæ tenebras diſcutit.*

Tres Patres.

D.Cyril. Hier.

274. Tertio D. Cyrillus Hieroſolymit. Catech.17.ait: *Video Cælos apertos, & filium hominis ſtantem ad dexteram Patris. Vidit autem non ſua virtute, ſed, ut inquit ſcriptura, cum eſſet plenus Spiritu Sancto, ſuſpiciens Cælum vidit gloriam Dei, &c.* Unde tam acuti, ac perſpicaces fuerunt oculi Stephani, ut omnia pervaderent uſque ad ſolium æterni Patris: Unde illi tantus intuitus? rationem indicat ſcriptura? *Cum eſſet plenus Spiritu Sancto.* Ex eo quod erat in eo ſpiritus, ac ejus efficaci luce illuſtratus, ac illuminatus, ut ſuis oculis ſecreta, & alta divina penetraret.

Cum lumine Divini Spiritus omnia penetrantur.

Lux Spiritus ſancti in Stephano ſuper alios.

275. Ex effectu cognoſcitur cauſa, de nullo altero ſancto legitur ſimile efflatum, ut de B. Stephano dicente: *Video Cælos apertos, & gloriam Dei, & Filium hominis ſtantem à dextris Dei:* quod totum proveniebat à plenitudine Divini Spiritus, qua erat impinguatus, proindeque cum talis effectus viſionis extiterit ſuperabundans ſuper omnes alios, excepta Sanctiſſima Virgine Maria, inde ejus ampla plenitudo Spiritus Sancti ſuperexcelluit ſuper cæteros alios. Petrus Damianus ſerm. 8. Sancti Stephani ait: *Quod ſi corporalibus oculis inſpexit certum eſt hunc omne hominum genus diſparitate gloriæ prætervolaſſe, pennis fidei, & virtutum incorporea corporeis, etſi non comprehendiſſe, apprehendiſſe tamen luminibus.* Expende verba: *Omne hominum genus diſparitate gloria prætervolaſſe.*

Damian.

QUÆSTIO XXXI.

Quare D. Stephanus ante certamen abſolutum, & mortem guſtatam gaudet ſupremo felicitatis præmio?

276. ALiis poſt mille paſſos labores, poſtque multas antelatas ærumnas tranſeuntibus per ignem, & aquam, datur in magnum præmium, quod nullum majus eſt; videre gloriam Dei, & Chriſtum ſtantem ad dexteram Patris; Cur ergo Stephanus ante pugnam abſolutam, & in ipſo conflictu gaudet felicitatis præmio.

Emiſſen.

277. Maxime notandum id, quod ſcribit Euſebius Emiſſenus homil. de Sancto Stephano, ubi ait: *Vide quantum agat in pectoribus, ſervorum ſuorum Divinæ charitatis ardor, quod ſperabatur deſideriis, oculis demonſtratur; Nec dum explet famulus miniſterium ſuum, & jam Dominus aperit regnum ſuum.* Nondum ſervus curſum ſuum abſolverat, & jam ſui triumphi coronam contemplatur, præ oculis habet, quod totis viribus, omnique affectu exoptabat, quod totum ad charitatem, ac ad amorem Dei, & proximi in Stephano refert citatus Emiſſenus, dicens: *Vide quantum agat in pectoribus ſervorum ſuorum charitatis Divina ardor proximi.*

Ex claritate anticipatur præmiū.

278. Valde notum eſt in toto Canticorum libro quam ferventer Anima Sancta per vicos, & plateas, & inter Cuſtodes Civitatis quærat ſuum dilectum Chriſtum Jeſum, & per adoleſcentulas, ac Sodales diligenter exquirat, & inveſtigetur, ubi eum invenire valeat, & eum in tam ſedula, ac diligenti perſcrutatione verſetur ſtatim dicitur: *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiens colles, ſimilis eſt dilectus meus Capreæ hinnuloque cervorum.* Cantic. 2. numer. 8. quæ verba eleganter expendit D. Ambroſius ſerm. 6. in Pſalm. 118. in nomine ſponſæ ſic loquens: *Ecce iſte advenit ſaliens ſuper montes*, adhuc ego eum quæro, & ille jam venit, adhuc ego ſuffragia capto, & ipſe jam proximus eſt: *Ego ſuſcitari mihi charitatem cupio, ad me plus charitatis ipſe feſtinat?* Maxime charitate inclinatur, & allicitur Chriſtus, ut noſtros affectus præveniat: Anima Sancta quærit antequam ſuum curſum terminet, *& ille jam venit* ſi illum vehementer deſidero: *Iam ille proximus eſt:* Si ego multo charitatis fervore exopto, *ad me plus charitatis ipſe feſtinat*, ſic Deus tantopere antevertit ſuæ dilectiſſimæ animæ affectus.

Cantic.2

Servi Dei aliquando præmiis ſolet præveniri.

Dicam etiam quod D. Stephanus tam purus, ac ſanctus omnique juſtitia, ac virtute reſplendens, omnique gratia plenus, adhuc degens in terris, ac ſi quodammodo jam eſſet Beatus in Cælo, & ideo cum adhuc in hoc mortali corpore detineretur, jam jure Beatorum gaudet; *Video* (ait) *gloriam Dei, & Ieſum ſtantem à dextris Dei*, in quo tota noſtra felicitas ſita eſt. 279.

Stephanus ita purus in terra, ac ſi eſſet in Cælo.

Omnes, qui erant in Concilio viderunt faciem Stephani tamquam faciem Angeli Actor. 6. nu. 15. Circa quæ verba ait D. Gregorius Niſſenus orat. de Sancto Stephano: *Angelicum decorem, & mutationem faciei in Angelicam formatam habuiſſe.* Tertullianus lib. de Reſurrect. cap. 55. ait: *Stephanum inſtar Chriſti in Transfiguratione Angelicum faſtigium induiſſe*, de quo late dixi citato cap. 6. quæſtione 14. Atqui Chriſtus in Transfiguratione reſplenduit corporis glorioſi dotibus, ſimili glorificatione Stephani facies radiabat, ut inter mortales degens jam Beatorum dono conſpicuus apparet, qui ſic vivebat in corpore, ac ſi eſſet extra illud, & totus in Cœleſtibus, ac divinis verſabatur; nam, ut ait Beda, Stephanus: *Advena in terra* D.Fulgentius *Corpore in terra, ſpiritu totus in Cælo.* 280.

Niſſenus

Tertull.

Beda. D.Fulg.

QVÆSTIO XXXII.

Quare D. Stephanus primo dicit Ieſum, deinde ſecundo Filium hominis?

DUplici nomine hic D. Stephanus Chriſtum nominat. Primu, *Video Ieſum.* Secundu *Video Filium hominis*, ut omnibus nominibus, quibus Chriſtus Dominus nominabatur, & erat cognitus, ejus gloriam publicaret; nam, ut notat D.Maximus ſerm. de S. Stephano, Iudæi fortiter negabant Chriſti reſurrectionem, ut multoties ſupra ſæpe diximus; inde D. Stephanus generosè, ac alta voce eum dicit, ac acclamat vivum, reſuſcitatum, glorioſum, ac regnantem in Cœlo, quo duriores lapides mittebat in Iudæos, quam ipſi Iudæi in Stephanum. 281.

D.Maxi.

Oſtenditur Ieſus vivus & reſuſcitatus.

Dicit Ieſum, & filium hominis, ut ait citatus S. Maximus: *Plus honoris Domino delaturus videretur, ſi Dei potius, quam hominis Filius diceretur.* Primo eum vocat *Ieſum*, ut ipſo ſanctiſſimo nomine pronuntiatu maxime eſſet armatus, & corroboratus ad certamen, & pugnam. Secundo, quia Divus Stephanus in ſuo ſermone loquutus eſt de Patribus, ac aliis, nunc verò incipit de ſe agere, ac proinde à nomine Ieſu exordium facit. Tertio cum nomen *Ieſu*, ſit nomen Salvatoris, maxime de eo gloriatur Chriſtus, 282.

Nomine Ieſu corroboratur ad martyrium.

Chriſtus, & maximè Jeſus dicitur in præſenti, quia apparebat, ut ſubveniret Stephano.

283. *Ieſum imitatur.* D.Proſp. Quarto Jeſum dicit ; quia eum maximè habebat præ oculis, ut ipſum imitaretur, ut ſequeretur orans pro inimicis, ſic ait D.Proſper lib.2. de vita Contemplativa cap.2. *Quid eſt Chriſtum ſequi niſi præſtare beneficia etiam ingratis, non retribuere ſecundum ſua mala vobis, & orare pro inimicis.*

284. Filium hominis dicit, in quo denotatur quod Filius Virginis Mariæ ſit, de quo ipſe Dominus tamquam de ſui magno ſplendore multum gloriatur. Secundo, quia ipſe in ſupremo gloriæ throno ſe Filium hominis agnoſcit, ut hominibus miſereatur. Tertio Beda in præſenti ait : *Ne innexius homo lapidatus titubaret in terra Deus homo crucifixus patet coronatus in Cœlo.* Filius hominis cum ſuorum vulnerum ſignia oſtenditur, ad præſentiam ſignorum mortis Chriſti, ac ejus Crucifixionis, omnis mors eſt levis, & ſuavis, omnis cruciatus dulciter præferendus, cum hæc omnia in coronam, & triumphum abſolvantur.

Beda. *Morte Chriſti conſiderata mors noſtra ſuavis.*

285. 1Cor.15. Ait Apoſtolus 1.Cor.15.n.54. *Abſorpta eſt mors in victoria.* Mors etſi ex ſe ſit horribilis, & tremenda, interveniente jam Chriſti morte, & apparente, jam non eſt formidoloſa, cum tota ſit transmutata in glorioſam victoriam, ac magnificum triumphum. D. Athanaſ.homil.de Incarnat. ait : *Homo certè naturaliter mortem, & corporis ſui deſolationem expaveſcit, is tamen ubi indutus eſt fidem Crucis, res naturales vilipendit, & mortem per Chriſtum non exhorreſcit.* Imo ipſum pati pro Chriſto pro gloria, & honore habet.

D.Ath.

286. Pſal.140. D.Aug. In perſona Chriſti ait Regius Vates : *Singulariter ſum ego donec tranſeam* Pſalm.140.n.10. Ibi eleganter D.Auguſt. ait : *Quid eſt ſingularis ? In paſſione tu ſolus patris, tu ſolus occideris, ab inimicis, ſingularis ergo, ſed quid eſt donec tranſeam, niſi de hoc mundo ad Patrem : Tunc enim confirmavi columnas ejus, id eſt columnas terræ, quando in me didicerunt mortem non eſſe timendam : donec ergo tranſeam ſingularis ſum ; cùm tranſiero, multiplicabor, multi me imitabuntur, multi patientur pro nomine meo.* Antequam Chriſtus crucem ſubiret, ſolus ille in mortis agone erat, at poſtquam ſanguine laureatus apparuit, jam non eſt ſolus, ſed multis Martyrum millionibus concomitatus, qui tamquam Columbæ ad feneſtras ſuas ad Crucem, ignem, & gladium ejus amore convolarunt.

Chriſtū paſſum promptè ſecuntur milites.

QUÆSTIO XXXIII.

Quare D.Stephanus vidit Ieſum non ſedentem, ſed ſtantem à dextris Dei ?

287. *Multi Angeli cū Chriſto.* D.Aug. AIt D.Stephanus : *Video Ieſum ſtantem à dextris Dei.* Dicitur ad dexteram pro valde magnifico, & honorifico loco ; multi Codices habent. *A dextris virtutis Dei* ; quia Divina virtus maximè ſe oſtentavit, ac declaravit cum D.Stephano in hoc ſuo Martyrio, & ut notat D.Auguſt.ſerm.98. de Diverſ. notat quod Chriſtus D. hic apparuit cum multa militia cœleſti Angelorum ſtipatus.

288. *Pater videtur ſtans.* Niſſen. Damian. Dicitur quod Chriſtus ſtabat à dextris Dei, ſcilicet Patris, qualiter ipſe Pater tunc apparet, ſtans, vel ſedens. Textus non exprimit, D.Gregor. Niſſenus orat.de S.Stephano ait : *Quod ſi qui objiciunt, quod filius ſtabat, oſtendant hoc loco, quod Pater ſedebat.* Petrus Damian. ſtatim citandus ait : *Quod Chriſtus cum Patre ſtante ſtabat.* Tota Trinitas erat valde propenſa, & ſollicita in adjutorium Stephani, Pater, & Filius ſtantes, & Spiritus ſanctus habitans in eo ; dicitur hic Chriſtus ſtans, cum Marc.16. & in ſymbolo habetur ſedere ad dexteram Patris.

Primo ſtans apparet Chriſtus, ut Sacerdos, (qui ſtans ſacrificabat Levitic.16. n.17.) offerens ſuo Æterno Parenti illud magnificum ſacrificium mortis, & ſanguinis Stephani. Secundo ſtabat tamquam optimus Princeps, & Dux, ut cum ſuo milite, ac ſervo pugnaret. Petrus Damianus ſerm.de S.Stephano ait : *Chriſtus cum Patre ſtante ſtabat, & cum bellante bellabat, nec minor illo erat.* Expende ultima verba, cum ſtaret, ut cum ſuo milite pugnante illi opem ferret, in hoc oſtendebatur non minor Patre, ſed illi æqualis, cum magnum elogium Divinitatis ſit laborantibus ſubvenire. 289.

Damian. *Propriū divinitatis ſubvenire.*

Tertio, ſtat Chriſtus tamquam valde promptus ut ſit in opem, & adjutorium ſuo Martyri, ſimulque illi coronam triumphi præſtet. D.Ambroſius epiſt. ad Vercellenſem 25. vel 82. ait : Dicitur *Chriſtum ſtetiſſe, ut ſollicitus juvaret Athletam, quam paratus coronaret.* Imo D.Hieronymus in Pſal.34. ait : *Quid fortius, quid pulchrius, quam Chriſtum armatum ſtare pro ſuis Sanctis, ſicut Beatus Stephanus vidit, quando dixit. Video Ieſum ſtantem*, id eſt tamquam pro ſuo milite armatum. 290.

D.Ambr. *Prōptus in adjutorium.* D.Hier.

Quarto ſtat Chriſtus tamquam advocatus ad Patrem, & maximè compatiens de doloribus, ac vulneribus ſui Martyris, D.Gregor. lib.1. Moral.cap.1. & lib.1. Reg. ait : Patiente Stephano *Chriſtus ſtabat, quoniam ſtare ejus compati eſt.* 291.

D.Greg. *Chriſtus compatiens.*

Quinto olim judices ſtantes judicabant, unde dicitur in Pſalm.81. n.1. *Deus ſtetit in Synagoga deorum, in medio autem deos dijudicabat.* Apparet Deus Stephano tamquam judex, ut ei debitam coronam pro ſuo inclyto martyrio reddat, & ſuis tortoribus, ac carnificibus pœnas debitas infligat. 292.

Pſal.81. *Vt Iudex.*

Sexto Chriſtus D. qui pro ſua majeſtate ſedebat ad dexteram Patris, ſurgens ſtat ad videndum cum magno gaudio magnificum ſpectaculum in Martyre. Petrus Damian. citato ſerm. ait : *Curramus ad ſpectaculum, ad quod currit, qui exultat ad currendam viam, & videamus quibus armis armatus vexilifer Martyrum in campum deſcendit.* Ex more humano loquamur. Cum ſe oculis offert aliquod magnum, novum ſpectaculum præ gaudio, ac deſiderio videndi, ſolemus ſurgere : Cum tam magnum, eximiumq; ſpectaculum in forti Athleta divinis oculis præſentaretur, præ gaudio, & lætitia ſignificanda Chriſtus D. non ſedens, ſed ſtans introducitur : *Curramus ad ſpectaculum, ad quod currit, qui exultat*, &c. 293.

Damian. *Stat præ lætitia ad vidēdū magnum ſpectaculum.*

Cum tres pueri eſſent in fornace, ad hos videndos accedit Rex, & ait : *Video quatuor viros ſolutos, ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis eſt in eis, & ſpecies quarti ſimilis Filio Dei.* Daniel.3.n 92. & qualiter Filius Dei ad tantum ſpectaculum venit, canens explicat Prudentius in Apoth. 294.

Dan.3. Prudent.

Nempe, ait, ô Proceres, tres vaſta incendia anhelis
Suſcepere viros fornacibus, additus unus
Ecce vaporiferos ridens interſecat ignes
Filius ille Dei eſt, &c.

Expende verba : *Ridens interſecat.* Videns nempe Dei Filius ſuorum ſervorum generoſitatem in tanto lnctamine, gaudio, ac viſu perfuſus ; ſic apparente Stephani fortitudine, Chriſtus cum ingenti lætitia, ad tantum ſpectaculum videndum, veluti currens ſtabat : *Curramus ad ſpectaculum, ad quod currit, qui exultat*, &c.

Septimo ſtat Chriſtus, ut cum eximio gaudio, ac honorificentia coronet, ac excipiat Stephanum. Loquens Chriſtus de judicio finali, ait : *Cum venerit Filius hominis in majeſtate ſua, & omnes Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem majeſtatis ſuæ*, Matth.25. n.31. 295.

Chriſtus honorat, & exaltat Stephanum.

n.31. Tunc in ipſo finali jodicio ſuis electis dicet:
*Venite Benedicti Patris mei poſſidete paratum vobis
regnum.* Ibidem n.14. Ecce electi à Chriſto ſedente
vocantur ad gloriam, ac præmium; Chriſtus autem
D. hic ſtans introducitur Stephanum vocans ad co-
ronam, & gloriam, ut cum multo gaudio, & hono-
rificentia, ac gratulatione ipſum excipiat. Sedebat
Rex Salomon in ſuo magnifico rhrooo, ex quo om-
nium cauſas dicebat, tamen cum videret, quod Ma-
ter ejus Bethſabee veniebat ad loquendum cum eo:
3.Reg.2. *Surrexit Rex in occurſum ejus*, 3.Reg.2.n.19. Abu-
Abulenſ. lenſis ibi: *Surrexit Rex ad eam honorandam*, ac ſin-
gulari modo venerandam. Supremus, ac verus Rex
Salomon ſuos electos in ſede majeſtatis ſedens bea-
titudine remunerat; at Stephanus, ut ſingulari con-
decoretur honore, non ſedens, ſed ſtans ipſum exci-
pit, ab eoque Beatitudinis diademate inſignitur.

QUÆSTIO XXXIV.

*Quare D.Stephanus ſuam viſionem non tacet, ſed
publicat, ac prædicat?*

296. D. Chryſoſt. in præſenti exiſtimat, D.Stephanum
à principio ſuæ prædicationis cap.6. hanc ha-
buiſſe viſionem, gloriam Dei, & Chriſtum ſtantem,
ac proinde ex tanta viſa gloria faciem ejus Angeli-
cum fulgorem participaſſe, & uſque modo tacuiſſe,
nunc vero neceſſitate compolſum ipſam prædicaſſe,
& manifeſtaſſe.

297. Primo Judæi fortiter negabant Chriſtum reſuſci-
tatum, ac glorioſum, & verbis Stephani id affirman-
Oculatū tis, ac docentis nolebat credere; nunc vero Stepha-
teſtimo- nus adeo hoc certum eſſe affirmat, ut ipſe proprijs
nium de oculis viderit gloriam Dei, & Chriſtum ſtantem à
gloria dextris Dei. D.Auguſt. ſerm.1. de Sanctis, aliàs 94.
Chriſti. de diverſis ait: *Ut teſtimonium liberè ederet de Chri-*
D.Aug. *ſto*, ac ſi diceret: Ecce video cœlum apertum, & Je-
ſum, quem crucifixiſtis, quem illuſiſtis morientem,
quem ſignato ſepulchro poſuiſtis jacentem, video
ego ad dexteram Patris ſtantem.

Secundo ut oſtendat tantam ſuam fortitudinem,
298. ac conſtantiam non ab ipſo provenire, ſed à Jeſu
A Chri- ſtante, cujus conſpectu omnes mortis honores fu-
ſti con- gantur, & vehemens deſiderij ardor accenditur ad
ſpectu eum veniendi, ipſoque fruendi. D.Auguſt. ſerm.95.
honores de Diverſis ait: *Ad Chriſtum flagrantiſſimo amore*
mortis *ſuſpenſus carnem quantocius relinquere deſiderabat, &*
fugātur. *ad ipſum cupiebat evolare, nec mortem jam timebat,*
D.Aug. *quia Chriſtum, quem pro ſe occiſum ſciebat, viventem*
videbat, ac per hoc feſtinabat, etiam ipſe mori pro illo,
ut viveret cum illo.

299. Tertio D. Hilarios Arelatenſis homil. de S.Ste-
Præ gau- phano ait: *Fuit nimirum ineffabilis exultatio, quæ*
dio exte- *exundavit etiam exterius.* Tanto gaodio, ac lætitia
rius erū- repletus eſt Stephanus ex Chriſto viſo, ut non po-
pit. tuerit ſe continere, quin exterius erumperet, ac de-
D.Hilar. clararet eximium, quo flagrabat, deſiderium venien-
di ad Chriſtum, ut ait Auguſt. citato ſermone de Di-
verſis 94. ubi ſic habet: *Non tacuiſſe Stephanum,*
quod vidit, ut perveniret ad eum, quem vidit.

Quarto D.Stephanus divino afflatus Spiritu ait:
300. *Video Cœlos apertos, & Filium hominis*; Nam cum
Stepha- ipſe eſſet Princeps, & dux omnium Martyrum eos
nus ex- ſuo exemplo hortatur, ut fortiter, ac conſtanter Mar-
hortatur tyrium ſubeant, & non timeant; Chriſtus enim ad-
Marty- ſtat ad eos juvandos, ac corroborandos, & tamquam
res ad ad januam expectans ad dandam eis coronam, &
Marty- præmium. Quinto ut oſtenderet, quod Judæorum
rium. furor non tantum erat contra ipſum Stephanum, ſed
etiam contra Chriſtum D. qui pro ipſo pugnans &
adjuvans ſtabat.

Sicut laudabile eſt aliquando tacere, & non lo- 301.
qui, unde ait Iſaias 24. n.16. *Secretum meum mihi,* Iſai.24.
ſic etiam aliquando laudabile eſt loqui, & non tace-
re, ſic Iſaias poſtquam vidit Deum in throno eleva-
to, & magnifico inter alas Seraphim clamans dixit:
Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum,
cap.6. n.5. ſeu ut habent Septuaginta, *O miſer ego:* Iſai.6.
Quia illa viſio manifeſtata eſt ei, ut eam publicaret, Septuag.
Deumque laudaret, vel ut Regem Oziam increparet. *Lauda-*
D.Hieronym. ait: *Plangit ſe Propheta, quia non eſt* *bile ali-*
auſus laudare Dominum, quia labia habebat immun- *quando*
da, vel certè intelligendum, quia tacui, & non auda- *loqui, &*
cter Oziam impium Regem corripui. *non ta-*
cere.
D.Hier.

Actor.7. n.56. Exclamantes voce magna con-
tinuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt
unanimiter in eum.

Num.57. Et extrahentes extra civitatem la-
pidabant, & teſtes depoſuerunt veſtimen-
ta ſua ſecus pedes adoleſcentuli, qui vo-
cabatur Saulus.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE XIII.

Verſ.56. *EXclamantes autem voce magna conti-*
nuerunt aures ſuas. Syriacus: *Clama-* 302.
verunt alta voce, & obturaverunt aures ſuas. Arabic. Syriac.
Tenentes aures ſuas. D Auguſt. *Clauſerunt aures ſuas.* Arabic.
Lucifer: *Compreſſerunt aures ſuas.* Ex Græco: *Hor-* D.Aug.
ribili voce crocitantes. Corvorum more clamaverunt Lucifer.
voce magna, & alta, ac horribili, ne audiretur Ste- Græcus.
phanus dicens: *Video Cœlos apertos,* &c. quem ipſi
ut blaſphemum reputabant, & ſimul, ut ait D.Aug. D.Aug.
ſerm.98. de Diverſis, contra Jeſum Chriſtum, quem
Stephanus ad dexteram Dei glorioſum prædicabat,
de quo ipſi maximè dolebant; clamabant etiam, ut
ait Gloſſa, tamquam ad Deum, ut tantam blaſphe- Gloſſa
miam in Stephano vindicaret.

Continuerunt aures ſuas, quas tamquam manibus 303.
objectis obturaverunt, de quo quæſt. ſequenti. *Im-*
petum fecerunt unanimiter in eum. Syriac. *Irruerunt*
in eum omnes, non ratione, ſed furore agitati, ut ait Syriac.
Lyranus, & facile, ac promptè iniqui ad malum Lyran.
conveniunt, ac uniuntur. Caietan. exiſtimat hoc fa- Caietan
ctum fuiſſe cum conſenſu Præſidis Pilati, potius di-
cam ipſo non contradicente.

Verſ.57. *Et ejicientes extra Civitatem.* Syriacus: 304.
Comprehenſum ejecerunt, ne ſua blaſphemia civita- Syriac.
tem contaminaret juxta Domini mandatum, Num. Num.14.
24. n.14. vel potius, ut ait Beda, Stephanus erat Beda.
tamquam advena in mundo, non habens Civitatem.
Tertio, ut in hoc, ſicut & cæteris eſſet Chriſto ſimi-
lis, ut ait Apoſtolus: Exeamus ad eum extra caſtra
improperium ejus portantes. Hebræor.13.n.13. Hebr.13

Teſtes poſuerunt veſtimenta ſua; quibus ex legis 305.
mandato Deuteron. & Levitic.24.n.14. incumbebat Levit.24
auſpicari lapidationem *veſtimenta ſua*, pallia, ut ex-
peditius lapidea jacularentur, ad pedes Sauli, qui
poſtea dictus eſt Paulus, & ita omnium veſtimenta
ſervabat, ut ait D.Auguſt. *Ut eſſet in omnium lapi-* D.Aug.
dantium manibus, & hoc faciebat, quia valde indi-
gnè ferebat Stephanum cognatum, ac Condiſcipu-
lum ſuum à ſe, ſuæque Scholæ doctrina deficere.

Adoleſcentis, id eſt, juvenis juvenili fervore, & 306.
audacia plenus, cur non dicitur ad pedes Sauli, cur
additur *Adoleſcentis?* Ad quod rectè reſpondet D.
Ambroſ. lib. de Joſeph cap.10. *Ideo adoleſcentior di-* D.Ambr.
cebatur à Chriſto, ut qui vocabatur ad gratiam, ex-
cuſaretur

Culpa Pauli minuitur. *excuſaretur à culpa, quod ea lubrica fuiſſet ætatis.* Tamquam ſi diceretur, Paulus deſtinabatur, ut eſſet vas electionis à Chriſto, proinde adoleſcens nominatur, ut culpa, quam committebat, levior, ac minor appareret; quia in ætate lubrica perpatratur; talis eſt enim Paulus, ut ejus culpa cum refertur, levis, & minor oſtenditur.

QUÆSTIO XXXV.

Quare miſeri Iudæi claudunt aures ſuas, cùm loquitur Stephanus?

307. LOquente Stephano, impij Judæi præ furore, ac ira exclamarunt, *& continuerunt aures ſuas*, clauſerunt, & manibus injectis obturaverunt aures ſuas, ne audirent Stephanum dicentem: *Video Cœlos apertos*, &c. quod ipſi ex ſua impietate, tamquam blaſphemiam reputabant, tamen ex alto Dei judicio aliter factum eſt.

308. D.Niſſ. Primo D.Gregor. Niſſen. orat. de S. Stephano; *Neque enim (ait) fuerunt digna profanorum, & impiorum aures, quæ divinæ apparitionis exciperent narrationes.* Dicebat Stephanus ſublimia arcana, nempe, ſe videre Cœlos apertos, *gloriam Dei, & Ieſum ſtantem à dextris Dei*; aures autem impuræ, & ſacrilegæ tantum non poterant capere myſterium: Cum Immundi non accipiunt divina Myſteria. Chriſtus turbis loqueretur in parabolis ait ſuis diſcipulis: *Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, audientes non audiunt, neque intelligunt.* Matth.13. Matth.13.n.13. D.Rem. D.Remig. *Hoc autem dicebat de Scribis, & Phariſæis infideliter perſeverantibus, quibus non eſt datum; Adeamus ergo cum diſcipulis puro corde ad Dominum, ut nobis Evangelicam doctrinam interpretetur, qui appropinquant ad eum, accipient de doctrina ejus.*

309. D.Aug. In omnibus ſalute perditio, miſeria ſumma. Secundo D.Auguſt.ſerm.99. de Diverſis, ait: *Cum Cæli januæ aperirentur, Iudæi januas claudebant.* Ecce Cœli januæ ſunt apertæ effundentes gratias ſuper omnes, Judæi tamen pro ſua extrema miſeria aures claudebant, ne perciperent verba vitæ, ut per januas Cœli ingrederentur, ut tamen ab illo maneant excluſi à ſua malitia provocati aures claudunt.

310. Matth.28 Inter fontes vitæ mors. Reſurrecto Chriſto, facto terræmotu: *Exterriti ſunt cuſtodes, facti ſunt velut mortui*, Matth.18.n.40. Chriſtus reſurrexit, ut nos omnes cum eo reſurgamus ad vitam, & cuſtodes, qui erant prope ſepulchrum, ubi tantum myſterium agebatur, facti ſunt velut mortui; quæ certè major miſeria, quàm inter perennes vitæ fontes, ut mortuum jacere, nullumque vitæ ſenſum recipere, ac inter radiantes lucis ſplendores in tenebris ſepultum tamquam mortuum jacere! D.Paſchaſius: *Miniſtri perfidiæ, & executores mortis alienæ, nequeunt ſufferre cæleſtim viſu, neque fiduciam ſumere de ſupernis, ô quam miſeri ſunt, quos tunc pertulit timor mortis, quando ſecuritas credentibus reddita eſt vita.*

Actor.7.n.58. Et lapidabant Stephanum invocantem, & dicentem: Domine Jeſu, ſuſcipe Spiritum meum.

Num.59. Poſitis autem genibus, clamavit voce magna, dicens: Ne ſtatuas illis hoc peccatum; & cum hoc dixiſſet, obdormivit in Domino; Saulus autem erat conſentiens neci ejus.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE XIV.

Verſ.58. ET *lapidabant*, Syriacus, Æthiopicus: *Lapidibus obruebant eum.* Lapides 311. Syriac. Æthiop.
undique in eum jaciebant, *Domine Ieſu.* D.Chryſoſt. D.Chryſoſt.
cum additamento ait: *Domine Ieſu Chriſte.* Syriac. *Domine noſter Ieſu* cum ipſe precaretur *ſuſcipe ſpiritum meum.* Æthiopicus: *Suſcipe animam meam.* In ipſo mortis articulo ſanctiſſimum Jeſum nomen dicit, ut nos in hoc ſanctiſſimo nomine in ore vitam demus.

Verſ.59. *Poſitis autem genibus*, id eſt flexis genibus, ut oratio eſſet maximè devota, ac efficacior, 312.
quam pro ſe fuerat: *Clamavit voce magna*, Græcus Græcus.
alta, & hoc ex eximio affectu: *Ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Aliqui Codices addunt, *Quia neſciunt quid faciunt.* Alij legunt: *Ne imponas eis hoc peccatum* commiſſum in morte mea, *& cum hoc dixiſſet obdormivit in Domino.* Syriacus: *Recubuit in Domino.* Syriac.
Alij ex Græco: *Requievit in Domino*, jucundo, ac læto animo. *Saulus autem erat conſentiens neci ejus.* Arabicus: *Saulus autem erat lætus de nece illius.* Arabic.
Æthiopicus: *Saulus conſociatus eſt eis pro nece Stephani.* Multa de his in quæſtionibus. Æthiop.

QUÆSTIO XXXVI.

Quare D.Stephanus tot, & tantis circumſtantijs reſplenduit in ſuo Martyrio?

AB ejus nomine incipiamus: Stephanus idem eſt Græcè, *ac corona*, & aptiſſimè hoc illi nomen convenit pro excellentia ejus; Corona de quolibet Sancto, ac Juſto canitur: *Poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo*, Pſalm.20.n.4. At corona Stephani pro ſua excellentia, ac magnitudine; non de uno lapide, ſed de innumerabilibus componitur: fundamenta ſanctæ Civitatis ſunt duodecim lapides, in quibus *ſcripta ſunt duodecim nomina Apoſtolorum*, Apoc.21.n.18. & in unoquoque lapide unuſquiſque Apoſtolus reſplendet, ut ſuo loco explicavi; At ad Stephani magnalia declaranda, non unus, vel alter lapis, ſed innumerabiles coruſcant, & fulgent. 313. Pſal 20. Apoc.21. Corona Stephani valde excellens.

Antiquus Pontifex cum ingrederetur Sancta Sanctorum, duodecim lapides cum totidem tribuum Iſrael nominibus geſtabat, Exod.28.n.9. ut pro eorum cauſis ageret. Noſter inſignis Levita, Primarius Dux, ac Coryphæus omnium innumerabilium Martyrum, qui poſtea ipſum ſecuti ſunt, ingrediens cœleſte Palatium innumerabiles ſecum aſportat lapides, unde & ipſi Martyres coronentur. D.Auguſt.ſer.94. de Diverſis ait: *Quando Beatus Stephanus pro Chriſto primus ſanguinem ſuum fudit, quaſi corona proceſſit de Cœlo, ut eam ſumerent ſequentes in præmio, qui præcedentis pietatem imitarentur in prælio.* Expende *quaſi corona proceſſit de Cœlo, ut eam ſumerent ſequentes in præmio.* 314. Exod 28 Ex corona Stephani aliorum Martyrũ corona. D.Aug.

Noſter inſignis Levita vir ſapientiſſimus, ac doctiſſimus cum ageret circiter 34.annos, ut ait D.Aug. ſerm.2. de Sanctis: *In ipſo juventutis flore, decorem ætatis ſuæ ſanguine purpuravit.* Anno Chriſti 34. qui fuit ejus ſacratiſſimæ Paſſionis paulo poſt Pentecoſtem, menſe Decembri die 26. ut celebrat Eccleſia, illuſtriſſimo Martyrio inſignitus in valle Joſaphat, qui interjacet inter montem Oliveti, & Jeruſalem juxta torrentem Cedron; Unde porta, quæ ex Civitate ducit ad hanc vallem, dicitur porta S.Stephani in loco ejus Martyrij, ei ædificatum eſt magnificum Templum 315. D.Aug. D. Stephani martyrium.

Templum ab Euduxia Auguſta, in quu uſtendebatur lapis, ſuper quem D. Stephanus expirans cadens retrurſum oculis in Cœlum reclinavit caput, in quu ſigna, & effigies capitis, ac ſcapularum, tamquam molli eera remanſerunt impreſſa.

316. Simulque cum alio lapide, in qun B. Virgu Maria cum ſancto Joanne erant orantes pru Stephano toto lapidatiunis tempore; Sanctus ergo Stephanus coſunam ſui Martyrij debet ſanctiſſimæ Virgini Mariæ, ſicut Paulus ſuam cunverſionem Stephano uranti. Hæc umnia ex multis graviſſimis Authuribus referunt Lorinus, Cornelius à Lapide, ſimulque multa miracula, quæ ſaxa ſanguine Stephani inſignita ediderunt.

Virgo Maria orat pro Stephano.
Lorin.
C. rucl.

317. Hæc tamen moraliter expendamus, in quibus maximè D. Stephanus ſequutus eſt paſſiunis Christi veſtigia, Primo trans torrentem Cedroo, Joan. 18. n. 1. comprebenditur Jeſus, & deducitur ad mortem, trans torrentem Cedron adducitur Stephanus, ut ibi pro Christo vitam profunderet: 2. In monte Oliveti orans Chriſtus ad Patrem ſanguine rubricatur: *Factus eſt ſudor ejus, ſicut gutta ſanguinis decurrentis in terram*, Luc. 22. n. 44. Ibi Stephanus ſanguine purpuratus orat ad Deum: *Ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Tertiu Chriſtus D. abiens in Cœlum ſacrorum pedum ſuurum veſtigia, ac ſigna reliquit in terra, quæ nullu modu deleri potuerunt, & uſque in hudiernam diem perſeverant, ut dixi tom. 5. in Evangelia lib. 9. cap. 10. q. 15. n. 107. Stephanus ſpirans, ut jam dixi, reclinavit caput ſuper quendam lapidem, in quo illius ſignum, ac effigies impreſſa eſt. Quarto Chriſto D. moriente *Stabat juxta Crucem* Virgo Maria, Ioan. 19. n. 20. ut explicat Carthuſianus lib. 2. de laudibus Mariæ cap. 25. deprecans pro omnium ſalute, ut de fructu paſſioois Chriſti omnes participes fierent; dum Stephanus patiebatur, erat Sanctiſſima Virgo orans pro ipſu, & etiam, ut exiſtimo, ut ejus oratio, *ne ſtatuas illis hoc peccatum*, eſſet exaudita.

D. Stephanus ſequitur paſſionis Chriſti veſtigia.
Luc. 22.
Ioan. 19.
Carthuſ.

318. Merito inſignis Levita, qui primus in martyriu ſanguiois Chriſti veſtigia eſt ſecutus, tot illius paſſiunis veſtigijs, ac umbris cundecoratus, pro quo elegantiſſimè audiendus eſt Emiſſenus homil. de S. Stephano, & ait: *Iudas ergo illo ſpiritu ebrij, quo dudum clamabant, Crucifige, Crucifige, in necem ſacri teſtis incumbunt. Beatus, qui cœleſtis illius agonis proximo pediſſecus intervallo; reliquias excipere furoris illius meruit, quo paulo ante, ſæviente mundo, Salvator occubuit. Beatus, qui fumantem adhuc Dominici victimam ſanguinis primus honoravit recenti ſacrificio paſſionis.* O felix, & nimium felix, qui fumantem, ſeu odorantem Dominicæ Paſſiunis victimam, recenti ſuu ſacrificio ſequutus eſt! O felix, qui illum ſævum furorem à Judæis contra Chriſtum conceptum, excipere glorioſè ambivit! O felix, qui talem, & tantam prærogativam emeruit, qui Dominicæ Paſſionis, tamquam ſubſtitutus ſubrogaretur, *qui reliquias excipere furoris illius meruit in ſe*, qui contra Chriſtum eſt commotus, ac excitatus, quo paulu ante ipſe Salvator occubuit.

Emiſſ.
Stephanus in ſe excepit furorem inimicorum Chriſti.

QUÆSTIO XXXVII.

Quare D. Stephanus lapidatur à Iudæis?

319. IUxta legis mandatum blaſphemus extra civitatem educebatur, & à populu lapidabatur, Levitic. 24. n. 14. Deuteron. 13. n. 10. & cum D. Stephanus falsò, ac iniquè ut blaſphemus accuſaretur, extra civitatem ejicitur, & ibi lapidatur, ſeu, ut alij legunt, *lapidibus obruitur*, & ſanè magna lapidum multitudine, ut dicat D. Gregur Niſſenus orat. de S. Stephano: *Quod orbe lapides undique conjicientium, quaſi corona cinctus Stephanus*: pro multitudine lapidantium non ex una parte ſaxa mittebant, ſed undique, & ex omni parte, & hanc lapidantiom multitudinem indicat Textus; nou enim dixit ſemel, ſed bis *lapidabant*; tanta enim lapidantium multitudo, nou uno verbo, ſed repetito ſermone fuit explicanda. De lapidibus D. Stephani jam aliqua dixi ſuperiori quæſt. io principiu notatu digna.

Levit. 24
Deut. 13.
D. Niſſ.
Innumerabilis lapidantiũ multitudo.

Primo: Cur impij carnifices manibus veſtris Prophetarum ſanguine plenis, mortem juſtu non infertis, cur ad lapides curritis? Sane in lapidibus quandam ſui ſimilitudinem conſiderabant ob duritiem, ac inflexibilitatem: Unde ad ſui ſimiles confluunt, ut juſtum interficiant. D. Auguſt. ſerm. 92. de Diverſis, ait: *Cum ad lapides cucurriſſent duri ad duros, jactabant in illum pares ſuos*; Ad mortem inſligendam, non aliud inſtrumentum eligunt, niſi lapides pares ſuos, ut duritiem cordis lapideam, quam intus habebant, exterius cum lapidibus oſtenderent. 320.

D. Aug.
Interius exterius manifeſtatur.

Secundu Actor. 6. n. 7. dicitur, quod multiplicaretur numerus diſcipulurum in Jeruſalem; Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine faciebat multa prodigia, & ſigna in populo; ut ergo tamquam frumentum Chriſti multum fructum afferret, lapidibus fuit trutinandus, ac conterendus. D. Auguſt. ſerm. 24. de Sanctis, ait: *Miſſi meſſores cum falce Evangelij portaverunt manipulos ad aream Dominicam, ubi Stephanus triturabatur.* Ut meſſis Chriſtiana exurgat, & multum fructum faciat, neceſſe eſt, ut duriſſima tritura, ac cuntritio præcedat. Ait Iſaias 21. n. 10. *Tritura mea, filij areæ meæ, quæ audivi à Domino exercituum, Deo Iſrael annuntiavi vobis.* Filios areæ meæ vocat fideles, & Chriſtianus, in quibus, ut puritas inveniatur, ſequiritur, ut laborum tritura, aut comitetur, aut antecedat, valde opportunè D. Hieronymus ibi ait: *O populo, qui contentus es in horrea mea, quem idcirco trivi varijs anguſtijs, ut paleas ab eo excuterem, & puriſſimum triticum in meis horreis conderetur.* 321.

Actor 6.
D. Aug.
In area Chriſtiana tritura purificatur triticũ.
Iſai. 21.
D. Hier.

Tertiu alta, & ſublimi divina diſpuſitione lapidatur Stephanus, quia multa magualia, quæ Deus ulim in lapidibus eſt operatus, in Stephani lapidibus recapitulantur. Jacob dormiens ſuper unum lapidem vidit Scalam in Cœlus porrectam per quam aſcendebant, & deſcendebant Angeli, Geneſ. 28. n. 2. Stephanus tamquam dormiens ioter lapides, videt Cœlus apertos, & Angeli deſcendentes, & aſcendentes, ut ipſum quærerent, & aſpurtarent in Cœlum, per lapidem, ſuper quem orans, laſſaque brachia ſuſtentans Moyſes victoriam impetrat Juſue contra Amalec, Exod. 17. n. 12. Dum Stephanus inter ſuos lapides urat, magnam de furijs infernalibus conſequitur victoriam educens de eorum poteſtate magnam hominum multitudinem, qui videntes Stephani conſtantiam ad fidem cunverſi ſunt: Lapis percuſſus à Moyſe dedit aquam populu ſitienti, Numer. 20. n. 11. Percuſſus Stephanus lapidibus dedit ſitientibus ingentes aquarum fontes charitatis: *Ne ſtatuas illis hoc peccatum*, Moyſes ſe recipiens in uno lapide ſpeluncæ vidit gloriam Dei, Exod. 33. n. 12. Stephanus ſtans ioter petras videt gloriam Dei. Per lapideas tabulas conſcriptas digito Dei, dedit Deus ipſe legem ad perennem, perpetuamque memoriam, Exod. 34. n. 4. Stephanus moriens reclinavit caput ſuper unum lapidem, in quo digitu Dei, ſeu ejus potentia effigies capitis Stephani manſit impreſſa ad omnium Martyrum perpetuum documentum, ut ſequantur, ac imitentur ejus fortitudinem, ac conſtantiam. In medio Jurdanis erexit, Joſue 4. n. 5. lapides in memoriam beneficiorum Dei, ſic & in ipſis lapidibus, quibus 322.

Gen. 28.
Magnalia lapidum in Stephano recapitulãtur.
Exod. 17.
Num. 20.
Exod. 33.
Exod. 34.
Ioſue 4.

D. Stepha

D.Stephanus eſt percuſſus, erexit Deus memoriale
perenne illius victoriæ, ac triumphi, cùm oſque ho-
die rubricatæ ejus ſanguine appareant. Lapide inter-
1.Reg.17 fecit David Goliath, 1.Reg.17.n.49. Stephanus la-
pidibus, quos Judæi in eum jactabant, eorum nequi-
tiam, ac prævaricationem deſtruxit, ac diſſipavit.
Cum Deus auxiliatus fuit Iſraëli inſigni contra
Philiſthæos victoria, illo in loco erexit Samuel lapi-
1.Reg.7. dem, qui ab ipſo eſt vocatus lapis adjutorij, 1.Reg.7.
n.17. Stephanus poteſt dici lapis adjutorij per mul-
ta, & magna miracula, quæ Deus per ipſum opera-
tur, ut D.Auguſt.ſerm.31.32. de diverſis teſtatur de
lapide, in quo recubuit ejus caput, qui ad Anconam
Urbem Italiæ delatus eſt perpetuorum mirabilium
operativus.

323. Quarto ait Job cap.8. n.17. *Super acervum petra-*
Iob.8. *rum radices ejus denſabuntur, & inter lapides com-*
Genero- *morabitur.* Quod etiam juſto tribuit Pineda; ſæpe
ſus Chri- enim vineæ, ex quibus optimum generatur vinum,
ſti pal- plantantur in montibus petroſiſſimis, quorum nulla
mes in- apparet terra, ſed ſaxa, & rupes, & cautes, ut videre
ter lapi- eſt noſtris in Inſulis vulgo *del Pico, vel S.Gregorij.*
des. Inter ipſas Petras non opprimitur palmes, ſed viri-
diſſimus ſurgit, ac dilatatus in folia, aureos oſtentat
racemos; Cum ergo Stephanus eſſet optimus, ac ge-
neroſus palmes vitis Chriſti: *Ego ſum vitis, vos pal-*
Ioan.15. *mites,* Ioan.15. non debuit plantari, ac oriri in molli,
ac fluxida terra, ſed inter rigidos lapides, ac duriſſi-
D.Aug. ma ſaxa: Ad hoc tendit D.Auguſtinus homil.1. de
S.Stephano, ubi ſic ait: *Vivebat Stephanus de Chri-*
ſto, ſicut ſarmentum de vite; miraris fructum de ſar-
mento pendentem, vide ſarmentum in vite manentem.
Eia Stephane, dic aliquid Iudæis, ut incipias lapidari,
& poſſis coronari, jacula verba, & excipe ſaxa. Ubi
Stephanum ſarmentum manentem in Chriſto vitem
dicit, & Sanctum virum hortatur Auguſtinus, ut
prædicationem Judæis faciat, indeque lapidibus op-
primatur: Vitis inter lapides exorta excellentiores,
ac illuſtriores germinat fructus.

324. Quinto lapidibus petitus Stephanus occubuit, ex
cujus nimia felicitate venit, ut lapidibus prematur,
Ex Chri- in quibus ſalvatoris nomen relucet, dicente Paulo:
ſti nomi- *Petra autem erat Chriſtus*, felices, & ſuaves lapides,
ne ſua- qui Salvatoris nomen ſecum important. D.Auguſt.
veſcuntur ſerm.6. de S.Stephano, in fine ait: *Currunt Cum la-*
lapides.
D.Aug. *pidibus Iudæi, ulnas erigunt, brachia dirigunt, petras*
jaciunt, lapidantque juſtum orantem, ac dicentem:
Domine Ieſu meus, propter quem ſævit in me mundus,
lapidator meus exaudi me Virginis Filius, lapis vivus.
Judæi lapides jactabant in Stephanum; Stephanus
autem recipiens lapides Deum appellabat, de cujus
nomine multam ſuavitatem, ac felicitatem in ipſis
lapidibus guſtabat.

325. Mandat Deus Joſue 5. n.2. *Fac tibi cultros lapi-*
Ioſue 5. *deos, & circumcide ſecundo filios Iſrael,* & quare ad
Circumciſionem exequendam eliguntur cultri lapi-
dei, id eſt lapides exacuti, tamquam cultri, qui eſt
valde extraordinarium inſtrumentum ad præſcinden-
Ab um- dum. In lapide notabatur Salvatoris nomen, qui eſt
bra petra angularis faciens utrumque unum, & ſi dolor,
Chriſti & præſſura Circumciſionis eſſet multum gravis præ-
fugatur ſentato Salvatoris nomine in lapide fieret lenis, &
dolor. ſuavis; cum Circumciſio illa non eſſet facta in dam-
D.Zeno. num carnis, ſed in ſpiritus augmentum. D Zeno ſer.
de Circumciſ. ait: *Ieſus Navè Chriſti imaginem præfe-*
rebat, qui verus omnium Salvator eſſe cognoſcitur, &
factis, & nomine; hic enim, quia ipſe dictus etiam pe-
tra, rectè cultellos petrinos fecit. Ut ex ſuo nomine
dolor omnis mitigaretur.

326. Ait Job.5.n.24. *Cum lapidibus regionum pactum*
Iob.5. *meum, & beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi, & ſcies, quod*
pacem habeat tabernaculum meum. Quodnam eſt
pactum cum lapidibus, ut non eſſent ei duri, ſed
molles, & leves, ut explicat Lyra, *& beſtiæ terræ,* Lyra.
quæ licet alijs ſint feroces tyranni, mihi erunt pa-
cifici, & unde illi tanta pax, & felicitas? quod pa-
cem habeat tabernaculum meum, per pacem intel-
ligit Spiritum ſanctum juxta illud Pauli ad Galat.5. Ad Gal.5
n.22. *Fructus autem Spiritus eſt charitas, gaudium,* *Lapides,*
pax. Cum igitur tabernaculum corporis Stephani *ut flores*
in ſe haberet Spiritum ſanctum: *Cum eſſet plenus* *Stepha-*
Spiritu ſancto inde ejus carnifices non erant ei tam- *no.*
quam feroces beſtiæ, ſed tamquam adjutores, ac mi-
niſtri ſuæ Coronæ: *Et cum lapidibus pactum*, ut ei
eſſent molles, ac ſuaves. D.Niſſenus tract.de Beatit. Niſſen.
ait: *Magnus ille Stephanus gaudet lapidibus undi-*
que petitus, ac veluti ſuavem quendam rorem crebros
lapidum ictus in modum floccorum nivis incidentium,
corpore cupide excepit, ac benedictione nefarios homi-
cidas proſequitur. Et orat. de S.Stephano ſic ait: Per
omnia magnitudine animi, atque indolis excellebat,
ira quidem lenitatem, minis vero deſpicientiam,
mortis terrore vitæ contemptum, odio dilectionem,
malevolentia benevolentiam, &c.

QUÆSTIO XXXVIII.

Quare D.Stephanus pro ſe orans ſtat, pro inimicis vero genuflexo orat?

DUbium attringunt, & ſolvunt communiter San- 327.
cti Patres, D.Aug. ſerm.1. de S.Stephano, ubi D.Aug.
ſic ait: *Qui ſtando ſuum ſpiritum commendavit Do-*
mino, Jeſu ſuſcipe Spiritum meum: *pro illorum de-*
licto flexo genu oravit, poſitis autem genibus clama-
vit: Ne ſtatuas illis hoc peccatum.

Ad quod reſpondet D.Bernard.ſerm.de S.Stepha- 328.
no; *Poſitis genibus, quia vera, & humili ſimplicitate* D Bern.
pro ſe orans ſtat, & erigitur; pro lapidantibus flectit
genua quis audivit unquam talem? & quis vidit huic
conſimilem? plus dolet perſequentium peccatum,
quam ſua vulnera, illorum iniquitatem, quam ſuam
mortem. Eadem ferè habet Petrus Damianus ſerm. Damian.
de S.Stephano: Ecce quomodo ex mente Sanctorum *D. Ste-*
Patrum magnus Athleta ſibi ipſi lapidantes propo- *phanus*
nit, amplius anxius de illorum ſalute, quam de ſe *magis*
ipſo; majorem amorem oſtentans erga ſuos perſe- *ſuos di-*
cutores, quam erga ſe ipſum. *ligit ini-*
micos,
quam ſe
ipſum.

Secundo D.Auguſt.ſerm.2. de S.Stephano, ſic ait:
Loquens cum eo: *Quare præſtans oraſti, & pro ini-* 329.
micis genu flexiſti? Pro me ſtans oravi, quia pro me, D.Aug.
qui rectè Deo ſervivi orando, & impetrando non labo-
ravi, quia qui pro juſto orat, non laborat, ideo pro ſe
ſtans oravit: Ventum eſt, ut oraret pro Iudæis, & at-
tendens tam multam eſſe iniquitatem eorum, quæ diffi-
cile donari poſſet, genu flexit, & ait: Ne ſtatuas illis *Multum*
hoc peccatum. Stephanus cùm pro ſe orat, pro juſto *laboris*
deprecatur, proindeque res eſt facilis, & non multi *in ora-*
laboris Deum propitium, ac benignum ſibi reddere: *tione pro*
At cum peccatorum cauſa agitur, ut eis valeat ve- *tollendis*
niam impetrare, cùm ob multitudinem eorum ini- *peccatis.*
quitatum res eſt valde difficilis, & laborioſa apud
Deum, & ideo ad hoc multi lachrymarum imbres,
ac pœnitentiæ auſteritates requiruntur. Hinc pro
expiandis peccatis in Ninive dicebat Ionas cap.3.n.8. Ionas 3.
Operiantur ſaccis homines, & jumenta, & clament ad
Dominum in fortitudine.

Tertio: Cum Stephanus ſtaret in Concilio vide- 330.
runt *faciem Stephani tamquam Angeli*, nunc autem
divina ordinatione poſitis genibus orat pro inimi-
cis, ut ſplendor ille, qui erat in facie, derivaretur in
genua flexa pro cauſa inimicorum, ad hoc tendit
Tertullianus lib. de reſurrectione Carnis, cum ait: Tertull.

Sic

Sic & Stephanus Angelicum jam faſtigium induerat, ſed nondum alia genua in lapidatione ſucceſſerant. Genua oondum alia, ſed eadem, ſic orans pro inimicis flexis genibus, ipſa genua fulgebant, ut non viderentur eadem, ſed alia, ut Tertullianus judicaverit exprimere non eſſe alia, ſed eadem, bonus affectus orationis pro inimicis totum hominem facit ſplendeſcere, ac irradiare, multaque nitere pulchritudine, ſic ait D.Aug. ſerm.6.de Sanct. *Audiunt Stephanum ſapientiſſimum, & conſpiciunt ſpecioſiſſimum.*

Maxima pulchritudo ex benevolentia in hoſtes. D.Aug.

331. De Chriſto D. ait Iſaias 63. n.1. *Quis eſt iſte, qui venit de Edon tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ? Ego qui loquor juſtitiam, & propugnator ſum ad ſalvandum.* Et unde illi tantus decor, tamque elegans pulchritudo? Rationem apponit: *Ego qui loquor juſtitiam, & propugnator ſum ad ſalvandum.* Non ad vindictam hoſtibus infligendam ſed ad indulgentiam illis dandam, & dum tanta benevolentia in adverſarios nitet, ibi omnis pulchritudiois pompa refulget. D.Auguſt.ſerm.50. de Verbis Domini, ait: *Ille, qui vos quaſi fœdos toleravit, pro vobis formoſus oravit: Pater, inquit, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.* Meus Jeſus totus ſemper formoſus, ſed cum pro inimicis orat, ſuper omnem nitorem tunc refulget, ac reſplendet.

Iſai.63. D.Aug.

QUÆSTIO XXXIX.

Quare D.Stephanus pro ſe primo orat, deinde pro inimicis, cum Chriſtus D. prius oraverit pro inimicis, deinde ſecundo pro ſe?

332. VT patet ex Textu, prius D.Stephanus oravit pro ſe, dicens: *Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum*, deinde pro inimicis: Poſitis autem genibus clamavi voce magna: *Ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Aliter vero Chriſtus D. primo pro inimicis: *Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt*, Luc.23.n.34. Deinde pro ſe: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*, Luc. ibidem n.46. Cur ergo D.Stephanus, non eodem modo, ac ordine, ſicut ſuus Magiſter Jeſus, ſe habuit?

Luc.23. *Difficultas quæſtionis.*

333. Reſpondeo, quia cum Chriſtus D. eſſet impeccabilis per naturam, & à juſtitia non poſſet excidere, de ſe erat maximè ſecurus, & de peccatorum ſalute multum ſollicitus, quos in tantis iniquitatibus immerſos conſpiciebat, & inde pro tanta eorum miſeria ſolertè eis erat ſubueniendum, proindeque prius pro eis orat; deinde ut oſtenderet unicam ſui adventûs, ac paſſionis cauſam fuiſſe peccatores ſalvos facere, deque eorum ſalute agere: Stephanus autem adhuc erat in via poſitus, & in magno certamine, & poterat, ut homo excidere, ut dicitur Apocal.3.n.11. *Tene, quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Inde merito ſervato charitatis ordine, quæ incipit à ſe ipſa prius pro ſe ipſo orat, deinde pro alijs deprecatur.

Homo in hac vita ſollicitus ſit de ſua ſalute.

334. De qua excellentiſſima virtute elegantiſſime ait Euſebius Emiſſenus ſerm. de S.Stephano: *Quid agit Fidei magnitudo, quæ non vincitur à malo, ſed vincit in bono malum, dum Stephanus pro impijs Deo plenus exorat, etiam de alieno peccato juſtitiam ſuam cumulat.* Vide unde augmentum accipiant, & incrementum. Stephani merita ingenio charitatis, quæ crudelior, ſævior, ac atrocior fuit perſecutorum impietas, eo ipſo de pietatis induſtria, virtutes elaborat, ſanctitates extruit, merita architectantur, ut quod inſtruit inimicorum ſævitiæ, ſuæ militet pietati; nam dum Stephanus pro impijs *Deo plenus exorat etiam de alieno peccato juſtitiam ſuam cumulat.*

Emiſſen. *Stephanus de alieno peccato iuſtitiã ſuam accumulat.*

Non vellem præterire, quod ſatis ingenioſè notavit citatus Emiſſenus præallegato loco: Dat Deus facultatem Satanæ, ut ſæviat in Jobum: *Dixit Dominus ad Satan, univerſa, quæ habet in manu tua ſunt*, Job.1.n.12. Valde exultabundus Satan, tanta ſibi poteſtate data, vehementem, ac ſæviſſimam omnium calamitatem, dolorum, ac perſecutionum tempeſtatem laxis habenis mittit in Jobum, de quibus omnibus invicto robore, ille glorioſus triumphator exultat, Satanque devictus confuſione, ac dolore premitur, & ſi dolet, quia devictus, alto tamen acutiori, ac vehementiori pungitur, ac cruciatur dolore, dum videt omnia, quæ paraverat, tentamenta ad proſtrandum Jobum, ad majorem ipſius exaltationem, ampliſſimum gratiarum cumulum inſerviſſe, nec ad ejus virtutes maximè firmandas, corroborandaſque fuiſſe inſtrumentum, inde Satan multum mæret, & angitur, ut qui erat vitiorum auctor transmutaretur in virtutum fomentum, ſic ait citatus Euſebius: *Antiquus ille Religionis inimicus* (Diabolus ſcilicet) *& jam ante judicium ſentiat pœnam malitiæ ſuæ, per quam ſe Sanctorum gloriæ intelligit militaſſe.* Expende ultima verba: *Per quam ſe Sanctorum gloriæ intelligit militaſſe.* 335.

Iobi tentator ipſi ius ſuo gloriæ miniſter. Euſeb.

Secundo prius Stephanus ſuum ſpiritum Deo commendat: *Domine ſuſcipe ſpiritum meum*, deinde pro inimicis orat; quia ſolus ille, qui totus ſpiritus eſt in Deo, & qui ſe totum in manibus Dei committit, illiuſque tamquam filius ipſum ſequitur, ac imitatur pro ſuis inimicis valet exorare. Ait Chriſtus: *Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, ut ſitis Filij Patris veſtri, qui in cœlis eſt.* Math.5. n.45. Quæ verba tractans Tertullianus de Patient. cap.6. ait: *Video quem nobis Patrem patientia acquirat?* Si ex tali Patre Filij, inde & Chriſti fratres, qui pro perſecutoribus exoravit; & D.Cyprianus apud Corderium, ait: *Patientia efficit, ut perſeveremus Filij Dei, dum patientiam Patris imitamur.* Dilectio inimicorum facit ut ſimus filij Dei, & ut in ipſa filiatione perſeveremus. 336.

Dilectio inimicorum in ſpiritu Dei venit. Math.5. Tertull. D.Cypr.

QUÆSTIO XL.

Quare D.Stephanus clamans voce magna rogat pro inimicis, & dat ſpiritum?

STephanus poſitis genibus voce magna clamat: *Ne ſtatuas illis hoc peccatum*; hanc divinam vocem didicit à ſuo divino Magiſtro Chriſto D. nam cum meus Jeſus penderet in Cruce clamavit: *Pater dimitte illis; non enim ſciunt quid faciunt*, Luc.23. n.34. Cumque D.Stephanus adeſſet juxta Crucem hac in occaſione, qua Chriſtus patiebatur crucifixus, ut ait D.Auguſt.ſerm.93.de Diverſis, hanc admirabilem charitatem ſemper impreſſam in mente retinuit, ideoque ad illius imitationem clamat: *Ne ſtatuas illis hoc peccatum.* 337.

Luc 23. D.Aug. *Stephanus iuxta Crucem.*

Prætereuntes blaſphemabant: Salva te ipſum ſi Filius Dei es, Matth.27.n.40. Jeſus vero clamans, dicebat: *Pater ignoſce illis:* Ad oſtenſionem divinæ Filiationis petebant illi, ut ſe ipſum ſalvaret, at Ieſus ut Filius Dei totus impenſus erat in eorum ſalutem, utque indulgentiam, veniamque peccatorum à Patre ſuo illis impetraret. D.Chryſoſt. orat. in Paraſceve apud Gretſer. ait: *Illi, qui dicebant, ſi Filius Dei es, ſalva te ipſum, ipſe vero, ut Dei Filius laborabat quomodo illos ſalvaret, illos, inquam, à quibus opprobria, perpatiebatur, illudebatur, & opprobrijs præſcindebatur.* Pro his clamabat: *Pater dimitte illis.* Ecce divina progenies in Chriſto potentiſſime oſtendebatur, ut pro ſuis inimicis crucifixoribus, ac convitiatoribus 338.

Math.27 *Filius Dei oſtenditur dũ de aliorum ſalute agit.* D Chryſoſt.

toribus oraret, ex quo conſiderat celſitudinem, ac ſublimitatem victoria Stephani.

339. Scribit D.Marc.15.n.37. quod *Ieſus emiſſa voce* Marc 15. *magna expiravit. Videns autem Centurio, qui ex adverſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet*, ait: *Vere hic homo Filius Dei erat.* Unde deprehendit Centurio Beda. quod ille homo Filius Dei erat? Beda ait: *Manifeſta autem cauſa miraculi Centurionis exponitur, quod videns Dominum ſic expiraſſe, ſpiritum emiſiſſe, dixerit. Verè homo Filius Dei erat.* Omni homini morienti vox deficit, quod vero Chriſtus D. valido clamore expiraſſet, non hominis erat, ſed ſolius poteſtatis Filij Dei. *Quod ſic clamans expiraſſet, dixit: Verè hic homo filius Dei erat.* Stephanus clamans voce magna obdormivit in Domino, ac expiravit ſuper omnes vires humanas ſe exaltatum oſtendit, & voce veluti ad quoſdam Divinitatis confines, ac umbras evolaverit. *Videns quod ſic clamans expiraſſet, dixit: Verè hic homo Filius Dei erat.* Stephanus dum clamans expirat, aliqualem Divinitatis umbram in ſe oſtentat ex plenitudine Spiritus S. quam in ſe habebat.

Oſtenditur Dei Filius dum clamans expirat.

340. Clamat D.Stephanus non ſolum voce, ſed etiam Hebr. 12. ſanguine ſuo, ad hoc refero id, quod ait Paulus de Chriſti ſanguine Hebr.12.n.24. *Melius loquentem, quã Abel*, ſeu ut alij legunt, *clamantem*; Sanguis Abel clamabat vindictam: Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra, Gen.4.n.10. at ſanguis Chriſti Gen.4. clamat, ac poſtulat pietatem, indulgentiam, ac remiſſionem peccatorum.

Sanguis Chriſti poſtulat miſericordiam.

341. Ad ejus umbram Stephani ſanguis poſtulat miſericordiam, & clementiam, ut viſum eſt in miraculoſa D.Fulg. Pauli converſione. D.Fulgentius ſerm.de S.Stephano ait: *Per charitatem pro lapidantibus orabat, ne punirentur, charitatis virtute ſubnixus vicit Saulum crudeliter ſævientem, & quem in terra habuit perſecutorem, in Cœlo meruit habere conſortem. Ipſa ſcivit Charitas deſiderando, orando acquirere, quos nequivit monendo convertere.* Pro qua re maximè, ac eleganter audiendus eſt D.Auguſt.ſerm.94. de Diverſis, & ait: *Putas verba iſta audivit Saulus? Audivit ſubſannans, & irriſit, & tamen ad orationem Stephani pertinebat. Adhuc graſſabatur, & jam pro illo Stephanus exaudiebatur.* Et ubi noſtra vulgata habet: *Saulus erat conſentiens neci ejus*; Arabicus legit: *Erat latus de nece ejus.*

Oratione Stephani lucratur Saulus invidens.

342. Oecumenius in præſenti exiſtimat, non ſolum Oecum. Saulum, ſed multos alios ex lapidantibus per has Stephani preces fuiſſe ad fidem converſos, & gratiam, & ſalutem animæ comparaſſe, ſicque multos per interceſſionem Stephani Chriſti ſidem accepiſſe. Sic Baron. refert Baronius an. Chriſti 518. quod cùm reliquiæ S.Stephani tranſlatæ eſſent in Civitatem Majoricam 540. Judæi per miraculum ad fidem converſi ſunt, cum viderent, quod ſaxa, quæ in Chriſtianos, ac portantes ſacras reliquias injiciebantur, nullam inferrent læſionem. Quid ſimile refert D.Auguſtin. lib.22. de Civitate cap.8.

QUÆSTIO XLI.

Quare mors D.Stephani dicitur obdormitio?

343. CUm exoraſſet Stephanus pro ſuis inimicis, Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum *obdormivit* Syriac. *in Domino.* Syriacus: *Recubuit in Domino.* Alij ex Græcus. Græco: *Requievit in Domino.* Quæ omnia denotant perjucundum, ac ſuavem Stephani tranſitum; & licet juſti, qui in Domino moriuntur, dicantur dor-1.Cor.15. mientes, 1.Cor.15.n.18. & 1.Theſſal.5.n.5. & ad hoc 1.Theſ.5. pertinet illud, Apoc.14.n.13. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Tamen de Stephano, non dicitur, dormivit, ut de alijs juſtis, ſed *obdormivit*, qui quidem dicendi modus indicat aliquam peculiarem, ſuavemque dulcedinem in ipſa morte, tamquam inter brachia Domini; inde Syriac. vertit: *Recubuit in Domino.* Petr.Dam. ſerm.de S.Stephano, & poſt illum Lyran. inquiunt: *Quoniam abſorptus eſt in Charitatis abyſſum, & inter Dei ſui brachia requieſcens, dormivit ſecurus, & quietus in æterna pace, quia Spiritum ſuum Domino commendavit.* 344. Damian. Lyran.

Suaviſſima Stephani mors.

Non ſolum Stephanus in ſuo tranſitu dicitur dormire, ſed etiam inter lapidantium manus D.Aug. ſer. 92. de Diverſis ait: *O ſomnus pacis, qui inter lapides inimicorum dormivit!* Jactabantur ſaxa, lapides tamquam aquarum imbres currebant, vulnera, & ictus infigebantur, membra in fruſta cadebant, & inimici terribili voce clamantes, ac blaſphemantes, ipſe que ſic quietus, & placidus erat, alienus ab omni iræ, atque malevolentiæ affectu tamquam dulci ſomno quieſcens. Dicitur Prov.3.n.24. *Si dormieris non timebis*, qui enim inter preſſuras, ac perſecutiones hujus ſæculi maximè alienus eſt ab omni affectu, nihil timet. Pergit Textus: *Quieſces, & ſuavis erit ſomnus tuus.* Ex Hebræo legitur: *Oppignoratus erit ſomnus tuus*, ipſe ſomnus tuus tam ſuavis inter adverſa erit jam pignus æternæ felicitatis, ac gloriæ. 345. D. Aug. Prov.3. Hebr.

Inter lapidantiũ furores erat Stephanus quietus, & dormiens.

Stabat magnus noſter Athleta inter furibundos lapidantes, & poſitis genibus *clamavit voce magna, dicens, Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum, & cum hoc dixiſſet obdormivit in Domino.* Cum hæc vox tantæ charitatis plena eſſet, ac ſi ad ultimum perfectionis apicem perveniſſet, *obdormivit*, ſeu *recubuit* tamquam in florido, ac perjucundo lecto, eleganter D.Niſſen.homil.de S.Stephano ait: *Magnus Stephanus velutò teneris floribus, vel rore quodam levi circumfuſus, in dulcem, ſimul ac Beatum ſomnum delatus eſt.* Dum generoſus noſter Levita pro hoſtibus deprecatur, veluti inter ſuaviſſimos, ac odoriferos flores, delectabili mortis ſomno rapitur. 346. D.Niſſe.

Amor in hoſtes floridam producit mortem.

Clamat Anima Sancta, Cant.2.n.4. & 5. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem; Fulcite me floribus, ſtipate me malis.* Cum anima Sancta vidit in ſe charitatem perfectam, & ordinatam, primo tendens in Deum, deinde in proximum, & inde in inimicos, quid ſequitur: *Fulcite me floribus, ſtipate me malis.* Ut explicant tres Patres Philo, Carpath. Niſſenus, & alij; floribus omnium virtutum, cœleſtium donorum, ac gratiarum Spiritus ſancti, hæc univerſa ipſa charitas in hoſtes ſecum aſportat, dum malum non pro malo, ſed bonum pro malo rependitur. Guillelm. apud Delrium ait ſic: *Ordinavit in me charitatem docuit eam, quomodo imprimès Deum diligere debeas, proximum ut ſe ipſam, denique & hoſtem, eatenus ut malum malo non rependatur, ſed cum injuria beneficium commutetur.* Cum hac doctrina de inimicis diligẽdis, non mirum quod omnibus cœleſtibus, ac divinis donis locupletata, omnimque virtutum floribus exorta ſit. 347. Cant.2. Tres Patres. Philo. Carpat. Niſſen.

Amor in hoſtes ſecum aſportat omnes virtutes.

CAPVT VIII.

1. *Facta eſt autem in illa die perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudææ; & Samaria præter Apoſtolos.*
2. *Curaverunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum.*
3. *Saulus autem devaſtabat Eccleſiam per domos intrans, ac trahens viros, ac mulieres, tradebat in cuſtodiam.*
4. *Igitur qui diſperſi erant pertranſibant Evangelizantes Verbum Dei.*

5. *Philippus autem deſcendens in Civitatem Samariæ prædicabat illis Chriſtum.*
6. *Intendebant autem turbæ his, quæ à Philippo dicebantur, unanimiter audientes, & videntes, ſigna quæ faciebat.*
7. *Multi enim eorum, qui habebant ſpiritus immundos, clamantes voce magna exibant.*
8. *Multi autem paralytici, & claudi curati ſunt.*
9. *Factum eſt ergo gaudium magnum in illa Civitate. Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in Civitate Magus, ſeducens gentem Samariæ, dicens ſe eſſe aliquem magnum.*
10. *Cui auſcultabãt omnes à minimo uſq; ad maximũ, dicẽtes: Hic eſt virtus Dei, quæ vocatur magna.*
11. *Attendebant autem eum, propter quod multo tempore magiis ſuis dementaſſet eos.*
12. *Cum vero credidiſſent Philippo evangelizanti de regno Dei, in nomine Ieſu Chriſti baptizabantur viri, ac mulieres.*
13. *Tunc Simon, & ipſe credidit: & cum baptizatus eſſet, adhærebat Philippo: Videns etiam ſigna, & virtutes maximas fieri, ſtupens admirabatur.*
14. *Cum audiſſent Apoſtoli, qui erant Ieroſolymis, quod recepiſſet Samaria Verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem.*
15. *Qui cum veniſſent, oraverunt pro ipſis, ut acciperent Spiritum ſanctum.*
16. *Nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine Domini Ieſu.*
17. *Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.*
18. *Cum vidiſſet autem Simon, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus; obtulit eis pecuniam, dicens:*
19. *Date & mihi hanc poteſtatem, ut cuicumque impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctum: Petrus autem dixit ad eum.*
20. *Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.*
21. *Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto, cor enim tuum non eſt rectum coram Deo.*
22. *Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.*
23. *In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe.*
24. *Reſpondens autem Simon dixit: Precamini vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat ſuper me horum, quæ dixiſtis.*
25. *Et illi quidem teſtificati, & locuti Verbum Domini redibant Ieroſolymam, & multis regionibus Samaritanorum evangelizabant.*
26. *Angelus autem Domini locutus eſt ad Philippum dicens: Surge, & vade contra Meridianum, ad viam, quæ deſcendit ab Ieruſalem in Gazam: hæc eſt deſerta.*
27. *Et ſurgens abiit. Et ecce vir Æthiops Eunuchus, potens Candacis Reginæ Æthiopum, qui erat ſuper omnes Gazas ejus, venerat adorare in Ieruſalem.*
28. *Et revertebatur ſedens ſuper currum ſuum, legenſque Iſaiam Prophetam.*
29. *Dixit autem Spiritus Philippo: Accede, & adjunge te ad currum iſtum.*
30. *Accurrens autem Philippus audivit legentem Iſaiam Prophetam, & dixit: Putaſne intelligis, quæ legis?*
31. *Qui ait, & quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi? Rogavitque Philippum ut aſcenderet, & ſederet ſecum.*
32. *Locus autem Scripturæ, quam legebat, erat hic: Tamquam ovis ad occiſionem ductus eſt: & ſicut agnus coram tondente ſe, ſine voce; ſic non aperuit os ſuum.*
33. *In humilitate judicium ejus ſublatum eſt. Generationem ejus quis enarrabit, quoniam tolletur de terra vita ejus.*
34. *Reſpondens autem Eunuchus Philippo, dixit: Obſecro te, de quo Propheta dicit hoc? de ſe, an de alio aliquo?*
35. *Aperiens autem Philippus os ſuum, & incipiens à Scriptura iſta evangelizavit illi Ieſum.*
36. *Et dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam, & ait Eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari?*
37. *Dixit autem Philippus: ſi credis ex toto corde, licet. Et reſpondens, ait: Credo Filium Dei eſſe Ieſum Chriſtum.*
38. *Et juſſit ſtare currum, & deſcenderunt uterque in aquam, Philippus, & Eunuchus, & baptizavit eum.*
39. *Cum autem aſcendiſſent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum Eunuchus. Ibat autem per viam ſuam gaudens.*
40. *Philippus autem inventus eſt in Azoto, & pertranſiens Evangelizabat Civitatibus cunctis donec veniret Cæſaream.*

ARGVMENTVM.

MOrtuo Stephano exoritur magna percuſſio in Eccleſia, convertitur Samaria, & in eo Simon Magus, qui intendens dona Spiritus ſancti emere pecuniâ graviter increpatur à D.Petro. Eunuchus Reginæ Candacis baptizatur à Philippo Diacono.

Actor. 8. *n.* 1. Facta eſt autem in illa die percuſſio magna in Eccleſia, quæ erat Jeroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Judææ, & Samariæ præter Apoſtolos.

Num. 2. Curaverunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum ſuper eum.

Num. 3. Saulus autem devaſtabat Eccleſiam, per domos intrans, & trahens viros, ac mulieres, tradebat in cuſtodiam.

Num. 4. Igitur, qui diſperſi erant, pertranſibant Evangelizantes Verbum Dei.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I.

Verſ. 1. FActa eſt autem in illa die. Syriac. *Facta* 1. Syriac.
eſt per illud tempus perſecutio. Cum dicitur *in illa die*, more Hebraico dies pro tempore ponitur, ac proinde à die mortis Stephani, & per tempus ſubſequens à Judæis contra Chriſtianos vehemens eſt exorta perſecutio. *In Eccleſia* id eſt contra Eccleſiam, ſic legit D.Chryſoſt. *Adverſus Eccleſiam.* Æthiop. *Contra domum Chriſtianorum.* Quid deinde D. Chryſoſt. Æthiop.

deinde ſequitur? *Omnes diſperſi ſunt.* Nempe fideles aliqui ſe in fugam dederunt juxta Domini mandatum: *Cum perſecuti vos fuerint in una Civitate, fugite in aliam.* Et alij etiam ſub latebris ſe abſconderunt. *Per regiones Iudaea, & Samaria.* Syriac. *Per pagas Iudaea, atque ideo inter Samaritanos.* Et ſubditur: *Prater Apoſtolos*, ut Eccleſiam Chriſti incipientem firmarent, & Judæorum Synagogam deſtruerent. (Syriac.)

2. (Syriac. Arabic. Græcus.) Verſ.2. *Curaverunt autem Stephanum.* Syriacus: *Collectum autem in Arcam.* Arabic. *Tulerunt autem Stephanum.* Alij ex Græco *comportaverunt.* Quæ omnia ſignificat verbum *curaverunt*, quod dicit corpus defuncti abluere, ungere, lineis componere, ac ad ſepulchrum deferre, ac ſepelire. (Pagnin. Tigurin. Arabic.) Pagnin. Tigurina: *Curaverunt unà*, ſeu pariter, veluti communi conſenſu. *Viri timorati.* Syriac. *Viri fideles.* Arabic. *Viri Religioſi*, & omnia reddunt in eundem ſenſum; nam in Scriptura pietas, religio, ac timor idem valent.

3. (Syriac. Æthiop.) *Fecerunt planctum magnum ſuper eum.* Syriac. *Planxerunt ſuper eum vehementer.* Æthiop. *Luxerunt propter eum magno luctu.* Proſequuti ſunt eum multis lachrymis, utpote deſtituti optimo parente, & magna fidelium frequentia funebrem pompam celebrarunt.

4. (Syriac. Lyran. Tigurin.) Verſ.3. *Saulus autem devaſtabat Eccleſiam.* Syriac. *Perſequebatur Eccleſiam Dei.* Intendens illam, ait Lyranus, anihilare, ac deſtruere. *Per domos intrans.* Tigurina *intrans domeſticatim.* Pagnin. *per ſingulas domos*, præ furore, ac ira per ſingulas domos, anguloſque Chriſtianos ſcrutaus perquirebat, ſive viros, ſive mulieres, nemini parcens. *Tradebat in cuſtodiam.* (Æthiop.) Syriac. *Traderetque carceri.* Æthiopic. *Incarcerabat omnes Chriſtianos.* Quamvis Saulus furore, ac ira exardeſceret in fideles, non excedebat ſuam commiſſionem, non interficiebat, ſed incarcerabat, ut ſibi erat mandatum.

5. (Syriac. Arabic.) Verſ 4. *Igitur qui diſperſi erant pertranſibant.* Syrus: *Perluſtrabant.* Condecorabant, illuſtrabant prædicatione Divini Verbi, ſeu, ut habet Arabic. *Annuntiabant ſermonem prædicationis.* Ecce cur divino inſpirante ſpiritu fideles vendiderunt omnia ſua, & eorum pretia ad pedes Apoſtolorum deferebant, Act.4. (Idem.4.) n.14. non ſolum ut in hoc ingens eorum charitatis fervor oſtenderetur, ſed etiam ut expeditiores, & à nullu detenti facilius pergerent per regiones prædicantes Verbum Dei.

QUÆSTIO I.

Quare mortuo Stephano tam dura, & crudelis perſecutio contra Eccleſiam exorta eſt?

6. EMortuo Stephano Judæi tamquam ejus ſanguine ebrij facti ſunt, tamque graviſſima perſecutio, ab eis mota, contra Eccleſiam orta eſt, ita ut Nicanor Diaconus cum Stephano occiſus ſit, ut dixi c.6. q.6. & refert Dorotheus in ſynopſi. Cum Stephano, & Nicanore, alijſque Chriſtianis ferè ad duo millia interfecti ſunt, & magnam fuiſſe multitudinem indicat Paulus, Act.26.n.10. (Act.26.) *Cum occiderentur detuli ſententiã.* Loquitur in plurali, & hæc fuit prima perſecutio.

7. (*Nicodemus diſponitur.* Lucian. Nicetas.) Sub hoc tempore, ut conſtat ex revelatione Gamalielis, & refert Lucianus de Invent. S. Stephani, quod Nicodemus ex eo, quod eſſet Chriſti diſcipulus à Judæis fuiſſet privatus ſuo principatu, & ab eis anathematizatus, & extra Synagogam ejectus, ac in exilium pulſus, & idem ferè ſcribit Nicetas Philoſop. orat. de Invent. S. Stephani.

8. (Baron. *Magdalena & Martha expelluntur.*) Et etiam ſub hoc tempore, ut exiſtimat Baronius tom.1. Annal. ex Hiſtoria Vaticana, atque ex actis S. Mariæ Magdalenæ, quod ipſa cum ſorore ſua Martha, ac fratre Lazaro, atque Maximino, Marcella pediſſequa, & Joſepho ab Arimathia, & alijs, à Judæis navi ſine velis, & remis infallibile, certumque naufragium omnes expoſiti ſunt, tamen Dei providentia ad Maſſiliam appulſi ſunt, ibique fidem Chriſti mirabiliter plantarunt. Joſephus ab Arimathea Dei nutu in Britanniam tranſivit, & ibi in pace Chriſti quievit: Lucius Dexter in Chronico tardius id contigiſſe affirmat, nempe an. Chriſti 48. quod aliquibus cõfirmat documẽtis, Franciſc. Baverius in Comment. (Dexter. Baverius)

9. (*Mortuo Stephano intendũt Iudæi deſtruere Dei Eccleſiam.* Actor. 6.) Mortuo Stephano dura ſanè, & crudelis perſecutio exorta eſt in Eccleſia Dei; erat enim illius Stephanus ſtrenuiſſimus Dux, ac fortiſſimus propugnator, Doctiſſimi Judæorum *diſputantes cum Stephano non poterant reſiſtere ſapientia, & ſpiritui, qui loquebatur in eo*, Act.6.n.10. ac proinde mortuo tam robuſtiſſimo bellatore Judæi ſibi habebant perſuaſum poſſe deſtruere, ac diſſipare totam Eccleſiam Dei. *Percutiam Paſtorẽ, & diſpergentur oves gregis.* Math.26.n.31. (Math.26)

10. (4.Reg.13 *Abſentia magni viri deſtructio regni.*) Cum ægrotaret Eliſæus infirmitate, qua & mortuus eſt, deſcendit ad eum viſitandum Joas Rex Iſrael; *Et flebat coram, dicebat, Pater mi, Pater mi, currus Iſrael, & auriga ejus*, 4.Reg.13.n.14. Tot profuſus lachrymis Eliſæi mortem deplorabat Joas, non ex amoris affectu erga Prophetam, ſed quia ex mortuo in magnum periculum ſe, ſuumque regnum incidere pro certo habebat; nam ejus præſentia erat illis magnum munimen, qua deſtituti, omnia facile in præcipitium ruerent. Lyranus ait: *Flebat coram eo, quia vita illius multũ valebat ad defenſionem ſui regni.*

11. (Gen.21.) Dicitur Gen.21.n.9. *Cum vidiſſet Sara filium Agar Ægyptia ludentem cum Iſaac filio ſuo dixit ad Abraham: Ejice ancillam*, &c. Qui ludus vel erat Idolorum fabricatio, vel aliqua contentio rixoſa, vel aliquid ſimile, quæ ſtrepitum, rumoremque important, ſed cur hoc ſolum vidit Sara, & non potius Abrahamus, qui valde ſollicitus erat pro tota ſua familia? ut advertit D. Ambroſ. lib. de Abrahamo: (D.Ambr.) Iſmael, quamvis eſſet ingenij depravati, nihil tamen inordinatum in Abrahami præſentia audebat perpetrare, ſed ejus abſentia præſtolabatur, ut venenum ſuæ peſtiferæ indolis evomeret. Salvianus lib.2. de Gubernat. ait: (Salvian.) *Depravata nequitia latebras noctium perquirit, & magnorum præſentiam exhorreſcit.*

QUÆSTIO II.

Quare exorta perſecutione tot, tantique fideles diſperſi ſunt?

12. (Baron. *Quindecim millia.*) DEbaccante tantæ perſecutionis procella dicitur in Textu, quod omnes, qui erant in Eccleſia *diſperſi ſunt per regiones Iudaa, & Samaria* qui in tanto extiterunt numero, ut conjectat et Baronius tom.1. Annal. diſperſorum numerum ad quindecim millia.

13. (Carthuſ. Euſeb. Caiet.) Cum autem dicitur omnes, intellige, ſecundum ſui majorem partem, aliqui enim remanſerunt, qui curaverunt Stephanum verſ.2. & Saulus perſcrutabatur per domos, & viros, ac mulieres tradebat in cuſtodiam verſ.3. omnes, qui erant magis noti, ac habiti diſcipuli Apoſtolorum, ita Carthuſ. hic Euſebius lib.2. Hiſtoriæ cap.1. ait: *Qui erant antiquiores fideles*, Caietan. inquit: *Sermonem eſſe de ijs, in quibus deſcenderat Spiritus ſanctus in varijs linguis in die Pentecoſtes*; ac proinde omnes veniunt in hunc ſenſum, qui magis noti, & cogniti erant fideles, vel qui ſe commodè non potuerunt abſcondere.

14. (Actor 11.) Cum autem dicitur in Textu: *Diſperſi ſunt per regiones Iudaa, & Samaria*, intellige primo ad has regiones, deinde alta Dei providentia ad alias diverſas regiones prædicantes Evangelium, & hoc teſtatur ipſe D. Lucas infra cap.11.n.19. & ait: *Illi quidem,*

*qui diſperſi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat ſub
Stephano perambulaverunt uſque ad Phœnicem, & Cy-
prum, & Antiochiam.* Ubi tanta fuit fidelium mul-
titudo, quod ibi primi dicti ſunt *Chriſtiani.* Ibidem
n.26. & ad hos ſcribunt ſuas epiſtolas Petrus epiſt.1.
1.Petr.1. cap.1.n.1. *Electis advenis diſperſionis Ponti, Galatiæ,*
Iacob.1. *Cappadociæ,* &c. Et Jacobus in ſua Canonica c.1.n.2.
Duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione, ſalutem.
15. Ex his, qui fuerunt diſperſi, aliqui Judæi venerunt
in Hiſpaniam, ut teſtatur Lucius Dexter, qui floruit
tempore D.Hieron. in ſuo Chronico anno Chriſti 35.
qui Judæi ad converſionem Hiſpaniarum vocarunt
ad ſe Apoſtolos, & anno Chriſti 37. qui fuit tertius
Dexter. ab ejus Aſcenſione ſic ſcribit Dexter: *Iacobus Apo-*
Iacobus in Hiſpania. *ſtolus Zebedæi filius peragratis urbibus Hiſpaniæ, mul-*
tiſque erectis Eccleſijs, & Epiſcopis creatis ex advenis
Petrum Brachare reliquit Epiſcopum, ac primum ora-
torium B.Virgini ejus juſſu, præſentiaque ſuper colum-
nam Cæſareæ Auguſtæ erexit.
16. Luitprandus, ſeu Eutrandius, in tractatu illuſtriſſi-
Luitpr. mi ipſius nomine, qui vocatur: *Fragmenta* ex Biblio-
Tamai. theca Thom. Tamaio de Vargas Regis Philippi eru-
ditiſſimi Hiſtorici, ex multis exemplaribus fide di-
S.Elpid. gnis ſic habet n.101. S.Elpidius, quem S. Jacobus
præfecit Toletanis primum Pontificem Carmelita
Monachus fuit, & in prima Petri concione converſus
ad fidem, & n.171. ſic ſcribit: *Magna pars eorum,*
qui diſperſi in perſecutione S.Stephani ad varias par-
tes trajecerunt, & ad Hiſpaniam plurimi venerunt,
erant ex Monachis montis Carmeli prædicationibus
Chriſti, & Apoſtolorum ad fidem converſi, in quibus
Elpidius, & ſocij Pontifices à S.Iacobo creati, & poſt-
ea Martyres effecti. Quod latè multo, gravique Au-
thorum pondere probat M. Lezana tom.2. Annal.
Lezana. anno Chriſti 35. n.6.
17. Ecce quantum bonum ex malis elicit Deus ex Im-
pugnatione Eccleſiæ ejus incrementum, ut jam dixi
ſupra c.4 q.2.n.18. & 19. omnes perſequuntur fideles
Chriſti, & fiunt diſperſi per Orbem, ut Chriſti Evan-
Niſſen. gelium in univerſo mundo prædicetur, ut ait Niſſen.
hom. de S.Stephano, perſecutionem Stephani Evan-
D.Atha. gelium in toto Orbe evulgaſſe D.Athanaſ. homil. de
Semine ait: Diſperſi ſunt, *non quod imbecillitate def-*
fecti ſed fidei gratia ita diviſi eſſent. Et cum Chriſtus
D. præcepiſſet ſuis diſcipulis: *Si vos perſequentur in*
Math.10 *hac Civitate fugite in aliam,* Matth.10.n.23. Perbel-
Tertull. le Tertull. lib. de Fuga c.6. ait: *Ideo illis fugere tunc*
Fuga utilis ad fidē propagandā. *præcepit, non propter eludendum periculum proprio no-*
mine perſecutionis, ſed propter profectum annuntiatio-
nis. Fuga conſulitur non tam pro conſervanda vita,
quàm ut, quo abeant, homines inſtruant in fide, ac
religione.
18. Cum Deus valde ſollicitus ſit de hominum ſalute,
eſt veluti vigilans in mittendis prædicatoribus, &
Doctoribus ad populum docendum, & illuminan-
dum in fide; ſic Deus de ſuis Prophetis loquitur per
Ierem.26 Ierem.26.n.5. *Quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens.*
Ierem.25 Et cap.25.n.4. *Et conſurgens diluculo, mittenſque.* In-
Feſtinat Deus ad hominū ſalutem. troducitur tamquam optimus, ac ſollicitus Paterfa-
milias valde manè conſurgens ad mittendos opera-
rios. D.Hieron. ait: *Et quaſi in vigilijs, atque excu-*
D.Hier. *bijs conſtitutus ſurrexit diluculo, ut ſuum populum*
commoneret.
19. Ex hoc fervore ſponſam evocat Deus de tugurio ad
Cant.2. vineam excolendam Cant.2.n.10. & ait: *Surge, pro-*
Suos vult Deus ſollicitos de ſalute aliorum. *pera amica mea, & veni* Et iterum adurget n.13. *Sur-*
ge amica mea, & veni. Quæ vox denotat ingentem
Dei ardorem de hominum ſalute, & ideo repetita vo-
ce eam compellit, ut moras abjiciat, citoque veniat.
D.Bernard. ſerm.61. in Cant. ait: *Quod rurſum ad la-*
D.Bern. *borem vinearum ſollicitet dilectum, oſtendit, quàm ſit*
de animarum ſalute ſollicitus.

QUÆSTIO III.

Quare D. Stephanus lapidatus à Iudæis, valde honorificè ſepelitur?

D. Stephanus à malignis, ac perfidis Judæis lapi- 20.
datus eſt tamquam blaſphemus, ac facinoroſus;
cur ergo permittitur tam magnifico, ac pompoſo fu-
nere ſepeliri? Ratio à priori eſt alta, & ſuprema Dei
diſpoſitio, qui Sanctos ſuos in hac vita vult honorari.
Noſtra tamen conjectura; quia etſi lex præcipie- 21.
bat iniquos lapidare, ac punire, non tamen prohibe- Criminoſi etſi vivi puniendi ſint, mortui honorandi.
bat ſepeliri: Delinquentes etenim vivi puniendi ſunt,
mortui honorandi: Propheta ille, qui cōtra Dei man-
datum comedit in civitate, cum abiret, interfecit eum
Leo in via, eumque cuſtodivit ne ab alijs animalibus
offenderetur, ſtans juxta cadaver; cumque hoc eſſet
divulgatum, Propheta; qui eum invitaverat accur-
rens: *Invenit cadaver ejus projectum in via, & aſinū,*
& leonem ſtantes juxta cadaver non comedit leo de ca-
davere, nec læſit aſinum, 3.Reg.13.n.28. Leo ut opti- 3.Reg.13
mus Dei miniſter vivum punivit inobedientem, ſed
mortuum honoravit cuſtodiens ad ſepulturā. D.Am- D.Ambr.
broſ. lib. de Tob. c.1. *Feræ hanc humanitatem defunctis*
corporibus detuliſſe produntur, & homines denegabunt.
Secundo Stephanū curaverunt, ac ſepelierunt viri 22.
timorati, quorum Dux, ac Princeps fuit Gamaliel, ut
ipſi revelavit Luciano, qui id ipſum ſcribit lib. de In- Lucian.
vent. S.Stephani ei referens, quod aliqui Judæi com-
moti odio in S.Steph. ejus ſacrum corpus abjecerunt
in agrum, ut à beſtijs, ac volucribus devoraretur; & Sepelitur Stephanus.
hac de cauſa per unum diem, & noctem, Dei tamen
providentia, ſemper intactum humi jacuit; quod cum
ſciret Gamaliel, ipſe cū aliquibus pijs fidelibus nocte
ſepelivit quodam in agro ſuo, quod ex ſuo nomine
dicebatur *Caphargamla* diſtans à Ieruſalem viginti
millia paſſuum, ibique eum poſuit in ſuo monumento
novo, facientes planctum 70. dierum ſuper eum.
Mortua Sara poſtulat Abraham à filijs Heth ad 23.
emendum ſpeluncam duplicem, quam ei gratis, ac li-
beraliter, ut notat Carthuſ. dabant; tamen *Abraha-*
mus appendit pecuniam, quam Ephron poſtulaverat,
Gen.23.n.16. oſtendens ſuam pietatem, ac generoſi- Gen.23.
tatem faciens expenſas pro defunctis, eos honorans.
D.Auguſt. lib. de Cura pro mortuis agenda c.9. ait: Facere expenſas pro defunctis generoſū.
Quod ipſi exhiberi volunt poſt mortem ſuam corporibus
ſuis, quando ſenſuri non ſunt, alijs non ſentientibus, cu-
ram exhibens dum ipſi ſentiunt. Vel emit illum Abra-
hamus ad ſepulchrum Saræ, quia omnes poſſeſſiones
ſuas voluit nobilitare, cum in ſua poſſeſſione habe-
ret ſepulchrum illuſtriſſimæ fœminæ, quod erat in
magnum decus, munimen, ac protectionem omnium
ſuorum.
Tradunt Hebræi ad cap.8. Geneſis, quod Noe in- 24.
grediens in Arca ſecum aſportavit Adami oſſa; poſt- Hebræi.
ea vero egrediens, illa oſſa diviſit inter filios, & ne-
potes, dans unicuique unum ex illis oſſibus, ut cuili-
bet eſſet pretioſus theſaurus ad magnā bonorum lo-
cupletationem, ad munimen omnium adverſitatum,
ac cuſtodiam omnium periculorum. Præclarè Abbas
Theofridus ſerm. de Reliquijs ſic ait: *Has,* ſcilicet re-
liquias, *ſingulis Provinciarum, & Civitatum populis* Theofr.
dedit Deus in ſolatium, ut dum importunis urgentur in-
curſibus hoſtium viſibilium, & inviſibilium per harum
defendantur meritum, quod latè proſequitur, quod
ſicut Rex dum timet fortiora inimicorum agmina,
ibi ponit majus, & fortius præſidium, ſic Cœleſtis
Rex videns noſtrorum hoſtium vehementes inſul-
tus ad magnum munimen dat nobis Sanctas Reli-
quias, & ſic concludit citatus Abbas: *Sic Omni-*
potens Deus magnas Sanctorum Reliquias nobis ac-
commodas, quatenus ab indigenis dignè, ac familia-
riter

viter honorantur, ijdem indigenæ earum perpetua defenſione firmentur.

Exod. 13. Oſſa juſti valde pretioſa, & ad munimẽ. Procop.

25\. Exeuntes filij Iſrael de Ægypto maximè occupati erant accipientes ab Ægyptijs vaſa aurea, & argentea, aliaque pretioſa munera, ut valde locupletes egrederentur; at Moyſes nil de his rebus magni valoris curat, ſed tantum ſollicitus eſt, ut ſecum efferat oſſa Joſeph: *Tulitq; Moyſes oſſa Ioſeph ſecum*, Ex.13.n.19. Inter omnes divitias magnas Ægypti, nihil aliud ſcimus, quod Moyſes ſecum aſportaverit, niſi oſſa Joſeph; quia illa, ut ampliſſimum theſaurum cæteris omnibus antepoonebat, cùm in illis recognoſceret tutamen, ac munimen in adverſitatibus, & ſecuritatem in periculis. Procop. ait: *Moyſes elegit viri juſti oſſa, quæ præfert immenſis Ægyptiorum theſauris.*

QUÆSTIO IV.

Quare viri pij, ac devoti S. Stephanum ſepelierunt, & cum planctu magno.

Pietas in ſepulturã defunctorũ. Tob. 1. D. Ambr.

26\. VAlde Sanctum, piumque eſt ſepelire mortuos, quod maximè præſtant viri Sancti, pij, ac devoti, ad quod nos admonet præſens Text. *Curaverunt Stephanum viri timorati*, & etiam Sanctus Tobias, qui etiam contra Regis edictum mortuos ſepeliebat Tobiæ 1.n.22. in quo multum reſplenduit ejus charitas, ſiquidem cum mortis periculo pietatis officium deferret. Unde merito ait D. Ambroſ. lib. de Tobia cap. 1. *Erat miſericordia pretium, mortis pœna, quæ non revocabatur, magiſque incitabatur.* Mortis pœna dedit magnum pretium, ac valorem ejus pietati, ac miſericordiæ, contempta morte mortuos ſepeliebat.

D. Aug.

27\. Si enim multa obſequia vivis damus, non minora debemus mortuis exhibere, imò eorum miſeria nos debet ſummopere commovere, & excitare, de quo diſſerit eleganter D. Auguſt. de conſolat mortuorum: *Iacet corpus exanime, & gelidum, homo ſine homine, cadaver ſine ſpiritu, nemo ſuorum adjuvat, neque ipſo ſibi auxilium poſtulare poteſt*; poſtulet ergo ipſa miſera conditio.

Gen. 25. Mortuum honorandum ſepulchro. Oleaſter. Abulenſ.

28\. Cum Iſrael appropinquaret ad mortem omnes ſui convenerunt ad illum, & ait Text. *Coram fratribus ſuis obijt*, Gen.25.n.18. Oleaſter legit: *Super faciem omnium fratrum ſuorum cecidit*, ac ſi mortuus eſt, ac eſſet præſens ante oculos, ac facies ſuorum fratrum ad ipſum venerandum, ac recolendum. Abulenſis ibi, ait: *Fratres ſui omnes venerunt ad mortem ſuam, ut eum honorarent*, ſicut cum viveret Iſmael, cum fratres ſui multa reverentia proſequebantur, ſic, & mortuum, ac ſi vivus eſſet præſens.

Deut. 34. Actor 7. Sepelire mortuos valde honorificum. Damian.

29\. Secundo *viri timorati* viri religioſi, magni, & devoti; piorum, magnorumq; eſt mortuos ſepelire, adeo ut etiam Deus hoc munus ſibi adſcribere non dedignatur. Mortuo Moyſe dicitur Deuter.34.n.6. *Mortuus eſt Moyſes ſervus Domini in terra Moab jubente Domino, & ſepelivit eum in valle terræ Moab, & non cognovit homo ſepulchrum ejus.* Communis eſt Patrum ſententia, quod Angeli ſepelierunt Moyſen, cur non dicitur Angelos hoc perſolviſſe; ſic & lex ſcribitur data per diſpoſitionem Angelorum, Act.7.n.54. Cur ergo etiam non refertur Moyſen ab Angelis ſepultum, ſed ab ipſo Deo? *Sepelivit eum Dominus*, ut notat Petrus Damian. ſerm. 2. & ait: *Sed quid eſt, quod Moyſis corpus, ipſe per ſe Dominus ſepelivit*, ut deooteur, quanta ſit celſitudo muneris ſepeliendi mortuos, ut ipſa ſuprema Dei majeſtas per ſe illud exſolvat, illinſque opificem agnoſci velit, ad alia munia ad dandam nempe legem, ducendum populum publicentur Angeli, at ad ſepeliendum mortuum Deus ipſe adſtat, & ad ſuum ſervum maximè honorandum.

Philo. Exod. 13. Theofr. Honorificantes mortuos honorificantur à Deo.

30\. Sed cur Moyſis corpus tanto honore ſublimatur à Deo, ut dicatur quod eum *Dominus ſepelivit*. Et Philo lib. de vita Moyſis ſcribit, quod in tam admirando ſepulchro ſepultus eſt, ut nullus hominum fuerit dignus unquam illud conſpicere; unde illi tantus honos! Moyſes exiens de Ægypto aſportavit ſecum oſſa Joſeph, Exod.13. ut dixi ſuperiori quæſt. eaque io tanta veneratione, ac cultu habuit, ut pretioſo aureo vaſe repoſuerit, ut teſtatur Theofridus Abbas ſerm. de Sanct. Reliquijs, & qui vivens tam magnifico ornatu mortuum honorificavit, alta divina Providentia correſpondente, ipſe moriens admirabili ſepulchro conditur, ad cujus præſentiam alia omnia diſparent, cum de nullo alio ſimile legatur: *Sepelivit eum Dominus.*

Sylveſt. Magdalena curas de Chriſti ſepultura, ſic Deus de illa. Math. 26.

31\. Poſtquam Magdalena cum fratribus ad Maſſiliam advenit perfunctoque Apoſtolico prædicandi munere, ſe recepit ad deſertum quoddam, ubi per triginta annos in orationibus, & lachrymis Angelicam degit vitam, eique apparens Michael Archangelus, dixitque Deum in primo rerum molimine illum condidiſſe locum propter ipſam, ut in eo viveret, mortuaque ſepulchrum haberet, ut referunt Sylveſter Pereita in ejus vita: Cur Deo tanta ineſt cura de Magdalenæ ſepulchro cum primo conderet orbem? Magdalena venit ad ungendum corpus Domini ad ſepulturam, ut ipſe Dominus dixit: Mittens hæc unguentum hoc in corpus meum ad ſepeliendum me fecit, Matth.26.n.12. Si Magdalena ſedula, ac ſollicita fuit ad corpus Jeſu unguento venerandum, multo majori ſollicitudine anticipatè Deus vigilavit, ut ipſam perenni, ac perpetuo ſepulchro nobilitaret.

Funus Stephani. Nicetas. D. Hier.

32\. Tertio *Curaverunt Stephanum viri timorati.* Inter quos maximè eminentes fuerunt ſacri Apoſtoli, ut teſtantur Nicetas oratione de Inventione S. Stephani, D. Hieronym. epiſt. 53. ad Riparium cum Pſalmis, Hymnis, & accenſis cereis, ex quibus exiſtimat Baronius originem habuiſſe ritum funeris Chriſtianorum in ſepeliendis mortuis.

Gen 23. Dolor lachrymis evaporatur. D. Paul.

33\. *Fecerunt planctum magnum*, quod fiebat ad funeris pompam, & præ deſiderio abeuntis: Mortua Sara, ait Textus: *Venit Abraham, ut plangeret, & ferret eam*, Geneſ.23.n.2. & repetita voce dicitur, ut plangeret, & fleret ad denotandam vehementiam doloris, & planctus, quod notans D. Paulinus ep. 37. ad Pamm. ait: *Pater fidei matrem vocationis noſtræ Saram flevit, non utique de fidentia recipienda, ſed progreſſa deſiderio.* Et poſtea ſubdit: Scriptura divina producere nos lachrymas, quaſi evaporando dolore permittit.

Act.8.n.5. Philippus autem deſcendens in Civitatem Samariæ prædicabat illis Chriſtum.

Num 6. Intendebant autem turbæ his, quæ à Philippo dicebantur unanimiter audientes, & videntes ſigna, quæ faciebat.

N.7. Multi enim eorum, qui habebant ſpiritus immundos clamantes voce magna exibant.

Num.8. Multi autem paralytici, & claudi curati ſunt.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE II.

D. Aug. Actor. 6.

34\. Verſ. 5. PHilippus. Non Apoſtolus, ut aliqui dixerunt, & dubitat Auguſt. tract. 6. in Joan. Nam Apoſtoli remanſerunt in Jeruſalem, & hic Samaritanis Spiritum ſanctum nõ potuit conferre, ad hoc enim miſſi fuerunt Petrus, & Ioannes infra n.14. Iſte Philip. inter Diaconos Stephani proximus. Act.6.n.5. Tamen, ut ait Gloſſa, ejus in pietate, doctrina, zelo hæres. Hic Philip. licet Diaconus, quia tamen Chriſtum cum multo fervore, ac zelo evangelizabat,

Tertull. D Clem. D.Ambr. D.Aug. vocatur Apoſtolus à Tertull. lib.de Baptiſmo cap.8. D.Clem.lib.6.Conſtit.c.7. D.Ambroſ.lib.9. in Lucam, D.Aug.lib.1.de Doctr.Chriſti.in Procem. ſicut & ſimiliter Paulus, & Barnabas vocantur Apoſtoli.

35. Samaria qua ſit, & unde dicta. *Deſcendens* nempe à Jeruſalem *in civitatem Samariam*; nam Ieruſalem erat in altiori loco, quam Samaria; Samaria Civitas principalis, ac Metropolis Provinciæ,quæ à tam illuſtri Civitate nomen accepit, dicitur Samaria, fuit Regni Iſrael, ac decem tribuum, interjacet inter Judæam, & Galilæam, diſtat à Ieruſalem ſexdecim leucis,ædificata eſt io monte *Someron*, à quo nomen habuit,ſicut & mons à ſuo
3.Reg.16 Domino, ac poſſeſſore Semer 3.Reg.16.n.24. qui illum montem emit; poſtea vero Herodes Aſcalonita eam reædificavit, amplificavit ſtructura murorum, domorum, ac Palatiorum, & in gratiam Cæſaris
Ioſeph. Auguſti eam Auguſtam nuncupavit.Ita Joſeph lib.13. Antiqnit.cap.11. & 17. Hic verò in præſenti ſumitur pro Civitate.

36. *Prædicabat illis Chriſtum*; nam licet ipſe Dominus olim ſuis Apoſtolis præcepiſſet: *Ne in viam gentium abieritis, & in Civitates Samaritanorum ne in-*
Math.10 *traveritis*,Matth.10.n.5.Cujus rei rationes dedi to.3. cap.7.q.1. Ipſe tamen poſtea intravit,& eis prædica-
Ioan.4. vit, Ioan.4.n.40. & abiens in Cœlum eis mandavit, nt eum prædicarent,atque evangelizarent io Judæa,
Actor 1. ac Samaria, Act 1.n.8. ideoque Samaritani fuerunt primi, qui poſt Judæos Chriſti fidem receperunt, & quia Samaritani erant valde affines Judæis, ideo ſæpe ſub Judæorum nomine veniunt, licet ab eis multis erroribus, ac diverſa religione, & regno eſſent diviſi. Philippos autem ad prædicandom miſſus
D.Cypr. eſt, ab Apoſtolis, ut docet D.Cypr. ep.73.ad Julian.
37. Ver.6. *Intendebant autem turba.* Syrus Regius:
Syriac. *Auſcultabant ei, & acquieſcebant*, quæ quidem verba indicant non ſolum eſſe audientes, ſed etiam cre-
Æthiop. dentes, ac recipientes doctrinam Philippi. Æthiopicus ſic legit: *Et populi manſerunt audientes ſermonem Dei.* Quæ verba denotant perſeverantiam in
Beda. ipſa doctrina credita, & recepta, & advertit Beda, quod Samaritani fuerunt tam faciles, & prompti ad credendum, quia jam erant diſpoſiti verbis, ac ſermonibus Chriſti, ac mulieris Samaritanæ, Ioan.4.

38. *Unanimiter* Æthiopicus: *Simul una anima* Cha-
Æthiop. ritas unionem, ac conformitatem generat. *Videntes ſigna, quæ faciebat.* Arabicus *videbunt miracula*,non
Arabic. ſolum Apoſtoli, ſed etiam Diaconi, ut Stephanus,& Philippus faciebant ſigna, & miracula, Deus omnes ordines, ac hominum genera condecorat, ac illuſtrat: *Dividens ſingula ſingulis prout vult.*

39. Verſ.7. *Multi autem eorum, qui habebant ſpiritus*
Syriac. *immundos.* Syriacus: *Multi, quos tenebant ſpiritus.*
Pagnin. Pagninus, Tigurina: *Spiritus immundi è multis, vel*
Tigurin. *multorum, qui illis tenebantur exibant* ab obſeſſis, & dicuntur multi, non omnes; quia non omnes erant digni, ac capaces, ut gratiâ miraculorum reciperent ſanitatem.

40. *Clamantes voce magna.* Eodem modo clamabant
Matth.8. Dæmones cùm à Chriſto ejiciebantur, Math.8 n.29.
Marc.3. Marc.3.n.11. & cap.5.n.7. Luc.4.n.45. Clamabant
Luc 4. ex organis obſeſſorum, & formantes vocem, clamantes alta, & divina diſpoſitione, ut teſtificarent ſe invitos exire coactos, ac compulſos ſuperiori Dei virtute, ut notat D.Cyrillus Ieroſolymitanus Cate-
D.Cyrill. Ieroſ. cheſ.7. & ait: *In eadem virtute Spiritus ſancti Philippus in nomine Chriſti in Civitate Samaria ejiciebat ſpiritus immundos magna voce clamantes.*

41. Verſ.8. *Multi antè paralitici & claudi ſanati ſunt.*
Syriac. Syriacus: *Sanitati reſtituti ſunt.* Lyranus exiſtimat;
Lyran. quia talium ſanitas ſolum divina virtute fieri poteſt, & ideo exprimitur, ut ſignificetur hæc miracula à ſolo Deo facta eſſe, tamen non dubito, quod talium infirmitatum ſanitas à Dæmone fieri poſſet, applicando activa paſſivis per ſuam ſcientiam, quam habet, tamen cum hæc fiant per diſpoſitiones rerum naturalium requirunt tempus, ut ſenſim res diſponantur, à ſolo autem Deo hæc poſſunt fieri in inſtanti, ut latè dixi in opuſcul.2, reſolut. 42. de miraculis.

Actor.8.n.9. Factum eſt ergo gaudium magnum in illa Civitate, vir autem quidam nomine Simon, qui antea fuerat magus, ſeducens gentem Samariæ, dicens ſe eſſe aliquem magnum.

*Num.*10. Cui auſcultabant omnes à minimo uſque ad maximum,dicentes: Hic eſt virtus Dei, quæ vocatur magna.

*Num.*11. Attendebant autem eum propter quod multo tempore magijs ſuis dementaſſet eos.

Num. 12. Cum vero credidiſſent Philippo evangelizanti de regno Dei, in nomine Jeſu Chriſti baptizabantur viri, ac mulieres.

*Num.*13. Tunc Simon ipſe credidit, & cum baptizatus eſſet adhærebat Philippo, videns etiam ſigna, & virtutes maximas fieri, ſtupens admirabatur.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE III.

Verſ.9. F*Actum eſt ergo gaudium magnum* propter beneficium ſanitatum, & maximè, 42.
& præcipuè propter lucem Evangelij, ac gratiam ſanctificationis receptam, ex qua verè gaudium reſultat. Vide tom.4.cap.26.q.11. *Vir autem quidam Simon, qui antea fuerat in Civitate.* Syriacus: *Qui* Syriac.
habitaverat in illa Urbe multis temporibus, Græcus: Græc.
Qui præextiterat, ſuumque domicilium habebat in illa Civitate principali Samariæ.

Qui antea fuerat Magus, D.Chryſoſt. *Antea exer-* 43.
cuerat artem Magicam, Græcus: *Magica faciens ope-* D.Chryſoſt.
ra; vel magicas præſtigias oſtentans, qua de cauſa ſub- Græcus.
dit Textus: *Seducens gentem Samariæ*, Arabic. *Stu-* Arabic.
pefaciens gentem Samariæ, tamquam dementare, ac extra mentem, ac rationem facere gentem Samariæ, *Dicens ſe eſſe aliquem magnum*, Syriac. *Cum magnificaret ſe ipſum, diceretque ego ſum ille magnus.* Æthio- Æthiop.
pic. *Conſtituebat ſeipſum præceptorem, & ſapientem*, Origen.
Origen. *Qui ſe prænuntiabat eſſe Dei virtutem magnum.* De hoc Simone quæſt. ſeq.

Verſ.10. *Cui auſcultabant omnes à minimo uſque* 44.
ad maximum. Syrus: *Proinde inclinabantur ad eum* Syriac.
tam proceres, quam tenues. Æthiopicus: *A juniori-* Æthiop.
bus eorum ad grandævos eorum, Goth. *Cui intende-* Goth.
bant omnes, quem nempe omnes à minimo uſque ad maximũ nullo excepto audiebant,credebant, & operam dabant omnibus, quæ ille dicebat,& mandabat.

Hic eſt virtus Dei, quæ vocatur magna. Syriac. *Iſte* 45.
eſt virtus illa magna Dei. Arabic. *Hic eſt robur Dei* Syriac.
maximum. Caiet. *Hic eſt magna potentia.* Tigurina: Arabic. Caiet.
Iſte eſt potentia Dei illa magna. Sic Simon eos de- Tigurin.
mentabat, & ſeducebat,ut ſibi perſuaderent,ac dicerent, quòd ille erat virtus, ac potentia Dei,non qualiſcumque, ſed magna, & maxima.

Verſ.11. *Attendebant autem eum.* Syriac. *Acquie-* 46.
verant ei eum audientes credentes, & operam dantes Syriac.
ejus dictis,mendacitas,ac perverſitas facilè omnes ad ſe adducit, ac attrahit: *Magijs ſuis dementabat eos.*

Syriacus:

Syriac. D. Chryſoſt. Sytiacus : *magicis ſuis incantationibus obſtupefaceret eos.* D. Chryſoſt. *magicis ſuis artibus* Dementaſſet eos, hoc eſt, mentes eorum à veritate alienaſſet.

47. Arabic. Verſ. 12. *Cum verò credidiſſent Philippo.* Arabicus : *Cum credidiſſent ſermonibus ejus ; In nomine Ieſu Chriſti baptizabantur.* Veræ fidei affectus oſtenditur in opere, baptizabantur baptiſmo inſtituto à Baptiſmi forma. Chriſto Domino, tamen in illis primis temporibus ad magis nomen Chriſti publicandum, ad majoremque illi benevolentiam, ac venerationem reconciliandam, baptiſmus dabatur forſitan ſub hac forma : *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij ejus Ieſu Chriſti, & Spiritus Sancti.* Vide quæ dixi ſupra cap. 2. ad verſ. 38.

48. Arabic. Verſ. 13. *Tunc Simon & ipſe credidit.* Arabicus: *Ipſe Simon credebat*, ficte, & ſimulatè, vel tantum fide humana, & naturali, ut Dæmones credunt, & contremiſcunt. Adhærebat Phylippo, ut ejus ſocius aſſiduus, ne à ſuis diſcipulis credentibus Phylippo fieret deſertus, tum *videns ſigna, & virtutes maxi-*
Pagnin. *mas fieri.* Pagninus : *Potentias maximas*, ut poteſtatem faciendi talis ſigna, & miracula, ſanandi infirmos, ac loquendi vsriis linguis acciperet, ſicut vi-
Æthiop. debat fieri à Phylippo. *Stupens admirabatur.* Æthyopicus : *Miratus, & ſtupefactus.*

QVÆSTIO V.

Quare Simon magus tanta nequitia repletus extiterit, & quiſnam eſſet?

49. ECce primus Hæreſiarcha in Eccleſia Chriſti poſt ipſum Aſcenſum in Cœlum, caputque omnium Hæreticorum qui contrs ipſam inſurrexerunt,
D. Ignat. & ideo à Sancto Ignatio epiſtol. ad Tralianos appellatur *Filius Primogenitus Satanæ*, & ideo à S. Cle-
D. Aug. Primus hæreſis Eccleſiæ Simonis. mente, Epiphanio, D. Auguſt. inter Hæreſiarchas in capite ponitur, & Satanas vocatur à Baronio Chriſti Simia ; nam ſicut Chriſtus Simonem conſtituit caput, ac fundamentum ſuæ Eccleſiæ, ideoque eum non nominavit Petrum ; ſic & Diabolus primum ſuum Antagoniſtam oppoſuit Simonem magum omnium magicarum artium, ac felicitatum inventorem.

50. Quis Simon. Iſte Simon natus eſt in quodam vico, ſeu oppido Provinciæ Samariæ Gitthon, unde ipſe Gitthæus, vel Citthæus cognominatus eſt, Patrem habuit Antonium nomine, & matrem Rachelem, ut teſtatur
Clemens D. Clemens lib. 1. cap. 20. de eo ibi refert fuiſſe apprimè eruditum in literis græcis, & in arte magica exercitatum valde.

51. Fuitque Simon ſuperbiſſimus, totiuſque vanitatis terminos excedens, ita ut diceretur, ut ait Textus in præſenti, *Hic eſt virtus Dei, quæ vocatur mag-*
Pagnin. *na*, ſeu ut Psgninns : *Iſte eſt potentia Dei magna :* Et tanta ſuperbia inflatus, ut in tantam blaſphæ-
D. Hier. miam proromperet, & diceret, ut ſcribit D. Hieronymus in cap. 24. Matth. *Ego ſum ſermo Dei, ego ſum ſpecioſus, ego paraclytus, ego omnipotens, ego*
D. Aug. Simon ſe Deum dicebat. *omnia Dei* : & D. Auguſt. lib. de Hæreſibus cap. 1. ait de illo ſe dixiſſe *Chriſtum, & Iovem*, ut apud Iudæos haberetur, ut Meſſias, & apud gentes, ut Deus, ut ita ab utriſque eſſet habitus, ut Deus, & ſubdit D. Auguſt. *Et dixerat ſe in monte Sina legem Moyſi in Perſona Patris dediſſe Iudæis :* Tempore Tiberij in Filij perſona putative apparuiſſe, poſtea ſe in linguis igneis Spiritum Sanctum ſuper Apoſtolos veniſſe, Chriſtum autem, nec veniſſe, nec à Iudæis quicquam pertuliſſe.

52. Tertull. Tertullianus lib. de Præſcript. cap. 4. ſic ait : *Simon Magus auſus eſt ſe dicere virtutem Dei*, id eſt ſummum Deum : *mundum autem ab Angelis ſuis inſtitutum.* D. Irenæus lib. 1. cap. 20. ſic inquit : D. Iren.
Hic, nempe Simon magus, *à multis, quaſi Deus glorificatus eſt, & docuit ſemetipſum eſſe, qui inter Iudæos quidem quaſi Filius Dei apparuit in Samaria, quaſi Pater deſcenderit ; In reliquis vero gentibus, quaſi Spiritus Sanctus adventârit*, & in tantam venit dementiam, ut diceret ſe eſſe pluſquam Deum, Clemens Roman. lib. 2. Recognit. ſe etiam dicebat Clemens
eſſe excelſam virtutem ſupra Creatorem Deum.

Unde huic miſero tanta dementia? Ex ſuperbia, 53.
qua erat inflatus, ut nollet Deo ſe ſubjicere, ſed extollere. Ingrediuntur Moyſes, & Aaron ad Pharaonem, eique dicunt, quod Dominus Deus Iſrael præcipit, ut eant via trium dierum ad ei ſacrificandum, quibus reſpondet Pharao : *Quis eſt Dominus, ut audiam vocem ejus, & dimittam Iſrael, neſcio Dominum.* Exod. 5. num. 2. ait : *Quis eſt Dominus?* tan- Exod. 5.
quam ſi dicat nullus eſt Dominus, cui ego teneat obedire, & vocem ejus audire? Unde illi tanta inſi- Superbus ſtultus
pientia? Ipſa naturalis ratio dictat eſſe unum Deum Deo injurioſus,
ſuperiorem, ipſa naturæ viciſſitudo demonſtrat, ip- & blaſphemus.
ſa totius Orbis diſpoſitio proclamat, imò ut ait Iacobus 1. *Dæmones credunt, & contremiſcunt*, cre- Iacob. 1.
dunt eſſe Deum, & ad ejus imperium pavent, & contremiſcunt. Pharao cum eſſet ſuperbia dementatus pejor Dæmone effectus Deum eſſe negat, & ei non eſſe ſubjectum, nec ejus vocem audire affirmat. Lyppomanus inquit : *Vide quo ſe extendat cæca ſu-* Lippom.
perbia, ut naturalem etiam rationem Deum eſſe noſcentem obnubilet penitus, & extinguat! Eo enim uſque devenit impudens ſuperbia, ut quod Cœli enarrant, & ea, quæ facta videntur proclamant, nempe Dei gloriam, ipſa negare audeat.

Adhuc in ipſo Pharaone perſiſto, poſtquam mul- 54.
tis plagis eſſet jam verberatus, ingreſſi Moyſes, & Aaron dixerunt ei : *Si reſiſtis, & non vis dimittere populum, ego inducam cras locuſtam in fines tuos.*
Exod. 10. num. 4. Qui autem reſiſtit, pugnat, exi- Exod. 10
ſtimat ſe poſſe vincere, ac de adverſario triomphare. Quomodo talia potuerunt in mentem Pharaonis venire? cum ipſe eſſet tot, & tantis flagellis oppreſſus, peſte, grandine, ulceribus, & tenebris, cur non ſe ſubjicit, ſe obedit Deo, & à ſua nequitia non quieſcit, ſed adhuc reſiſtit, adhuc pugnat cum Deo, ſéque de illo victorem promittit? Ecce in Superbus
quantam ſtoltitiam ſuperbia miſerum hominem præ- extiti
cipitat, ut velut indomita fera nullo domari poſſet, mat ſe
ut ſic evaneſcat, ut contra Deum ſtare audeat, & cum Deo
cum illo certare contendat, ut eum ſibi ſubjectum poſſe contendere.
facere præſumat. D. Ambroſ. epiſt. 84. ad Demetria- D. Ambr.
dem, ait : *Inter omnes lapſus hominum, inter commiſſa peccantium, nulla eſt gravior, quam ſuperborum ruina, maximè cum ipſa elatio certet in Dei injuriam.* Expende ultima verba, certet in Dei injuriam.

QUÆSTIO VI.

Quare Simon credit, & baptizatur, cum hoc non ex corde haberet?

AN verò Simon verè, vel fictè, ac ſimulatè cre- 55.
didiſſet? quæſtio eſt præſens, Cajetanus rem Caiet.
indeterminatam relinquit : Beda, Gloſſa Ordinaria, Beda. Gloſſa.
Lyranus dubitant, an hoc ſaltem firma fide feciſſet? Lyranus.

Communis, & vera ſententia eſt, quod non ex 56.
animo, ſed ficte, & ſimulatè crediderit, & bapti- Simulatè, & ficte agit Simon.
zatus fuerit, ne à ſuis diſcipulis adhærentibus Phylippo eſſet deſertus, & ut inter Domini diſcipulos computaretur. Adhærebat Phylippo *videns ſigna,*

& prodigia, ut talem poteſtatem haberet faciendi
miracula, & variis linguis loquendi, & ita io mul-
Oecum. ta veneratione apud omnes reputaretur. Ita Oecu-
menius in præſenti: *Se ſub nomine Apeſtolorum ven-*
D Cyrill *ditans cum eſſet magus.* D. Cyrillus Jeroſolymita-
Ieroſoly. nus præfat. in Cathech. *Acceſſerat aliquando Simon*
magus ad hoc lavacrum: baptizatus eſt, ſed non illu-
minatus; corpus quidem lavit aqua, cor autem non il-
luſtravit Spiritu.

57. Divus Chryſoſtomus homil. 60. ad Populum,
D Chry ait: *Quod Simon acceſſit ad Fidem, & Eccleſiam,*
ſoſt. *ſicut Iudas in ultima Cœna acceſſit ad Euchariſtiam.*
ut Iudas. D. Auguſt. tract. 6. io Joan. ait: *quod in Eccleſiam*
D.Aug. *Simon, ut corvus ingreſſus eſt, quærens quæ ſua ſunt,*
non quæ Ieſu Chriſti. & quæſtione 84. in Levit. ait:
In Chriſtianis Simon potentiam magis amans, quam
juſtitiam nihil illi profuit viſibilis Baptiſmus, cui
ſanctificatio inviſibilis defuit. Idem communiter do-
D Iren. cent omnes Patres, D. Irænens lib. 1. cap. 20. Eu-
Euſebius ſebius lib. 2. Hiſtor. cap. 1. D. Hieronym. in cap. 16.
D.Hier. Ezechiel. D. Ambroſ. lib. 2. de Pœnit. cap. 4. D. Gre-
D.Ambr. gor. in Pſalm. 4. Pœnit. Theodorus in Cantic.
D.Greg.
Theod.

58. Inter Diabolicas Simonis artes, uoa foit ficta ſi-
mulatio, quæ eſt execrabilis quædam peſtis. Cum
eſſet in Synagoga homo quidam Dæmoniacus, cum-
que audiſſet Ieſum: *Exclamavit, dicens: Quid no-*
Simulatio, & fictio maxime execranda. *bis; & tibi Ieſu Nazarene veniſti perdere nos? Scio*
quod ſis Sanctus Dei; Et comminatus eſt ei Ieſus, di-
cens; Obmuteſce, & exi de homine. Marc. 1. num. 24.
Diabolus magnam veritatem dixit, & maximè in
Marc. 1. laudem Chriſti, & quod eſſet Sanctus Dei, & Filius
Dei, & ipſe Dominus non ſolum imperat ei *Ob-*
Syriac. *muteſce*, ſed etiam *comminatus eſt ei*; Syriacus *Ob-*
Pagnin. *jurgavit eum, increpavit.* Pagninus, Vatablus mag-
Vatabl. no imperio eum obmuteſcere facit, cur tam rigide
ſe habet Dominus in Dæmonem cum tantam pro-
clamat ſanctitatem? Diabolus illa dicebat, non ani-
mo Chriſtum laudandi, ſed ut Dominus eum per-
mitteret eſſe in homine, & exire non imperaret, in-
de ſimulationem Diaboli agnoſcens rigide in eum
Rupert. invehitur: *comminatus eſt ei obmuteſce.* Rupert. lib.
8. in Matth. hujus rei aſſignans rationem ait: *Quia*
non eſt ſpecioſa fides, vel confeſſio in ore, ſi dilectio
non ſit in corde.

59. Volentes Phariſæi Ieſum capere in ſuis verbis
mittunt Herodianos, ut interrogarent Chriſtum;
An liceat tributum dare Cæſari, qui accedentes mul-
ta cum reverentia, dicunt: *Magiſter ſcimus, quia*
verax es, & viam Dei in veritate doces, & non eſt
tibi cura de aliquo; non enim reſpicis perſonam, dic
nobis, an liceat cenſum dare Cæſari. Tunc Chriſtus
valde durè, & ſeverè reſpondet: *Quid me tentatis*
Math. 22 *hypocritæ.* Matth. 22. num. 18. maximè notatu dig-
num, quando injurioſè contra Dominum locuti ſunt:
Cum dixerunt Phariſæi non ejicit Dæmonia niſi in
Math. 12 *Beelzebub principe Dæmoniorum* Matth. 12. num. 24.
Valde blande reſpondet ex quadam ratione commu-
ni: *Omne regnum in ſe ipſum diviſum deſolabitur.*
Chriſtus injurias pertulit, ſimulationes nõ ſuſtinet. *Cum dixerunt Dæmonium habes*, manſuetè reſpon-
dit: *Dæmonium non habeo.* At verò modo ſuavibus
verbis Encomiaſtes facti: *Viam Dei in veritate do-*
ces, non reſpicis perſonam. Tunc acerrimè invehi-
tur hypocritas eos, dicens; Acceſſerunt Herodiani
non puro, ac ſincero animo, ſed ficto, & ſimula-
to, ut eum arguerent, & qui patitur blande injurio-
ſa, fictos ſimulationes non ſuſtinet, ſed acerrimè
Abulenſ. eorum iniquitates arguens, rejicit: Abulenſis ad
cap. 22. Matth. quæſtione 94. *Quando blande loque-*
bantur, dure reſpondebat, ne eorum blanditiis, &
adulationibus videretur conſentire.

Actor. 8. *num.* 14. Cum audiſſent Apoſtoli, qui erant Jeroſolymis, quod recepiſſet Samaria Verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum, & Joannem.

Num. 15. Qui cum veniſſent oraverunt pro ipſis, ut acciperent Spiritum Sanctum.

Num. 16. Nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine Domini Jeſu.

Num. 17. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum Sanctum.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV.

Verſ. 14. *Cum audiſſent Apoſtoli* per epiſto- 60.
lam, vel nuntium miſſum à Philip-
po Diacono, *quod recepiſſet Samaria Verbum Dei.*
Arabicus: *Incolas recepiſſe Sermonem Dei*, ſcilicet. Arabic.
Evangelicum Verbum; nam Philippus erat tantum
Diaconus, ideoque tantum poterat baptizare, non
tamen manus imponere, aliavè Sacramenta Sacer-
dotalis Ordinis propria miniſtrare: *Miſerunt Pe-*
trum, & Ioannem; Cum Petrus eſſet omnium ſupe-
rior, miſerunt non imperativè, ſed rogatu ex qua-
dam convenientia, ſicut Capitulum mittit Epiſco-
pum, Collegium Rectorem; miſerunt Petrum ex
convenientia, ut omnium Paſtor videret novam Ec-
cleſiam illi ſubjectam, in eaque diſponeret, ac or-
dinaret, quæ ei erant neceſſaria.

Verſ. 15. *Qui cum veniſſent.* Syriacus: *Itaque deſ-* 61.
cenderunt, utique à Ieruſalem, quæ erat in ſuperio- Syriac.
ri loco ſuper Samariam: *Oraverunt pro ipſis*, ut ſo-
li Apoſtoli, vel ſimul cum ipſis Samaritanis bapti-
zatis, ut ipſi per orationem maximè diſponerentur,
ac præpararent ad novam gratiam Spiritus Sancti
recipiendam.

Verſ. 16. *Nondum enim in quemquam illorum ve-* 62.
nerat, ſcilicet Spiritus Sanctus; Græcus *Erat illa-* Græcus.
pſus, Syriacus: *Ingreſſus fuerat, ſed baptizati tan-* Syriac.
tum erant: Illud *tantum* refertur ad Baptiſmum, ut
optime notat Lyranus; In Baptiſmo quidem acce-
perunt inviſibiliter Spiritum Sanctum ad ſanctifica-
tionem, non enim acceperunt viſibiliter, ut loquun- Lyran.
tur omnes Expoſitores in præſenti Lyranus, Lori- Lorin.
nus, Cornelius, Menochius, Eſtius, Tyrinus, quia Cornel. Menoch.
per Sacramentum confirmationis viſibiliter dabatur. Tyrinus.

Quod ſic explico; non omnes, qui recipiebant 63.
Sacramentum confirmationis, à gratia Spiritus San-
cti viſibiliter hoc demonſtrabatur, vel dono lin-
guarum, ſeu curationis, ut ait: Apoſtol. 1. Co-
rynth. 12. numer. 30. *Nunquid omnes habent gra-*
tiam curationis? nunquid omnes linguis loquuntur:
tribus, vel quatuor diebus, poſt adventum Spiritus
Sancti, fere octo millia hominum converſi ſunt ad
Fidem, illa tamen gratia dabatur aliquibus, qui
magis diſpoſiti, & præparati erant in fide; In om-
nibus tamen per effectus demonſtrabatur gratia Spi-
ritus Sancti, in firmitate conſtanti confitendi, &
prædicandi fidem, contempto omni vitæ diſcrimine,
& tyrannorum furore.

Verſ. 17. *Tunc imponebant manus ſuper illos.* Sy- 64.
riacus: *Imponebant manum.* Arabicus: *Impoſuerunt* Syriac.
igitur ambo tunc, non ſimul ambo Apoſtoli in eo- Arabic.
dem homine, ſed Petrus ponebat manus in uno,
Ioannes in altero; imponere manus phraſis Hebraï-
ca eſt, & idem valet, ac tangere per ſanctam un-
ctionem confirmationis, ut notat noſter doctiſſimus
Vualdenſis, ut renati baptiſmate fierent fortiſſimi Vualden.
Chriſti

Chriſti milites ad profitendam intrépide Chriſti fidem, de quo latius infra in quæſtionibus.

QUÆSTIO VII.

Quare Philippus inſinuavit Apoſtolis, ut in Samariam mitterent operarios, & miſſi ſunt Petrus, & Ioannes.

65. Videns Philippus uberem fructum Evangelij in Samaria, magnamque fidelium converſionem inſinuavit Apoſtolis, vel per nuncium, ſeu epiſtolam, de qua per Ciceronem ait D. Hieronym. epiſt. 42. *Sola res eſt, quæ abſentes facit preſentes viciſſitudo literarum:* Cumque ipſe Philippus eſſet Diaconus ſolum poterat baptizare, non tamen alia Sacramenta conferre, quia hoc pertinet ad Sacerdotale munus.

D Hier. *Epiſtolarum officium.*

66. Et etiam Philippus fecit certiores Apoſtolos de tam ampla meſſe ac multiplicato fructu in Eccleſia Dei, ad eorum gaudium, ac lætitiam augendam, & cumolandam. Ait Regios Vates Pſalm. 88. nu. 13. *Thabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt.* D. Auguſt. legit: *Tota die exultabunt* magno, & perenni gaudio. Per Thabor, & Hermon. Hugo intelligit juſtos, & ſanctos floridos omni virtutum genere *exultabunt in nomine tuo publicato, ac adorato in toto orbe*, ut ait Valentia.

Iuſti gaudent de ſalute aliorum. D. Aug. Pſal. 88. Hugo.

67. Tunc Apoſtoli *miſerunt Petrum, & Ioannem*, ut jam dixi in expoſitione, & ait Cajetanus: *Petrum Apoſtoli mittunt, non imperio, ſed fraterna charitate; ac impulſione, ut multi fratres mittunt quandoque majorem, ut Capitulares mittunt Epiſcopum ad Papam, vel Cæſarem.* Miſerunt Petrum rogantes ex multa convenientia, quia cum ipſe eſſet Paſtor, ac Pontifex totius Eccleſiæ viſeret novam ſibi Eccleſiam aggregatam, eique diſponeret, ac ordinaret miniſtros aptos, & ſufficientes ad miniſtrationem Sacramentorum, ad inſtructionem fidei, ejuſque prædicationem; nam Spiritus Sanctus rapuit Philippum ad Eunuchum infra numer. 26. tum etiam, ut Petrus ſua præſentia nullum adjuvamen, ac conſolationem eis exhiberet, & ſuis verbis, ſignis, atque operibus multum illuſtraret.

Caietan. *Petrum ex multa convenientia.*

68. In eo maxime reſplendet Paſtoris excellentia, ac Præſulis dum in pertractanda ſuorum ſalute verbis connectit opera. Arguens Chriſtus Dominus Judæos, ait: *Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cum generatione iſta; & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce pluſquam Ionas hic.* Matth. 12. num. 40. In quo Chriſti prædicatio excellentior reſplenduit ſupra prædicationem Jonæ? Jonas vocibus intonuit tantum opus, nec ſignum præſtitit, totus in minis extorquendis erat: *Adhuc & quadraginta diebus, & Ninive ſubvertetur.* Jonæ 3. nullum opus, vel ſignum ad hoc demonſtravit. At Ieſus, etſi vocibus proclamabat: *Pœnitentiam agite*, vitia increpabat, multa magna, & mirabilia opera, qualia nunquam viſa ſunt, præſtitit, ac exhibuit, quæ homines ad ſalutem trahebant, & inde inter cætera multo excellentior extitit ejus prædicatio, quam Ionæ. Noſter D. Cyrillus Alexandr. in cap. 1. Ioannis, ait: *Quomodo autem plus in Chriſto, quam in Ionæ? quoniam hic tantummodo comminatus eſt Ninivitis everſionem; Chriſtus propter miraculorum efficientiam ineffabilem homines obſtupefaciens in admiratione erat; ſemper autem currentia prodigia, quaſi machina quedam ad fidem trahunt.* Machina miraculorum deſtruit adverſariorum errores.

Math. 12. *Ille magnus prælatus, qui verbis, & opere agit de ſalute.* Ionæ 3. D Cyril. D. Ambr.

69. Ait Iob. 37. num. 4. *Tonabit Dominus voce magnitudinis ſuæ, tonabit in voce ſua mirabiliter, qui facit magna*, & quænam eſt vox magnitudinis Omnipotentis Dei, ſeu ut legit Aquila *ſuperlationis, & celſitudinis*, & ſubdit; *Tonabit in voce ſua mirabiliter, qui facit magna:* Non eſt vox nuda, ſed ſecum affert opera, *qui facit magna*, & vox, quæ ſecum importat opera, tunc tonat, *ut vox magnitudinis, ſuperlationis, & celſitudinis*; talis vox omnia magnalia ſecum involuit, quæ tanta mirabilia ſecum importat.

Iob. 37. Aquila. *Vox ſublimis, quæ importat opera.*

QUÆSTIO VIII.

Quare Apoſtoli imponendo manus dabant Spiritum Sanctum; Agitur de Sacramento Confirmationis.

Ait Textus: *Imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum Sanctum.* Imponebant manus, ut omnes docent cum noſtro Vualdenſi tom. 2. cap. 153. id eſt tangebant, Marc. 3. num. a. Quidam poſtularunt à Chriſto Domino, ut homini lunatico manus imponeret, ipſe verò digito tetigit linguam ejus, & aures, & Apoſtoli non tantum manibus tangebant, ſed ungendo tangebant, & ideo Pagnious, verbum Hebraicum, quod ſignificat imponere, ſignificat etiam ungere, & ideo Apoſtoli imponebant manus ungendo, ut tenet Eccleſia Catholica à ſuo principio, & omnes Patres docent, quos latè referunt citatus Vualdenſis, Bellarminus de Confirmat. cap. 8. Soares tom. 3. ad 3. p. diſp. 32. ſect. 2. 70.

Marc. 3. *Imponere manus, id eſt tangere.* Vuald. Bellarm. Soares.

Sacramentum Confirmationis eſt unum ex ſeptem Sacramentis, quæ fuerunt immediatè inſtituta à Chriſto Domino, ut definitum eſt de fide in Concilio Florentino, & Trident. fuitque inſtitutum à Chriſto Domino in ultima Cœna, quoad materiam, & formam. Tunc Chriſtus Dominus conſecravit Chryſma, ut habetur ex epiſtol. 2. Fabiani Papæ, & multis Conciliis apud Authores citatos, & ideo ad imitationem Chriſti tempore Cœnæ Domini conficitur Chryſma. 71.

Confirmationis Sacramentum inſtitutū in ultima Cœna.

Chryſma autem conficitur ex oleo olivarum, & balſamo, quod eſt neceſſarium ad materiam hujus Sacramenti. Hoc autem Chryſma conſecrandum eſt ab Epiſcopo, ut declaratum eſt in Concilio Toletano 8. Carthag. Florentino, materia remota Sacramenti ipſum Chryſma; proxima unctio; forma Sacramenti *conſigno te ſigno Crucis, confirmo te chryſmate ſalutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, miniſter Ordinarius Epiſcopus, ex diſpenſatione Summi Pontificis ſimplex Sacerdos. 72.

Materia forma, & miniſter Sacramenti.

Effectus hujus Sacramenti explicat Textus; Accipiebant Spiritum Sanctum cum omnibus ſuis donis; indeque in confirmatione datur plenitudo gratiæ accepta in Baptiſmo cum fortitudine, ac multo robore ad profitendam fidem, contempta omni Dæmonum tentatione, ac tyrannorum perſecutione, ut ita qui erant fideles jam fierent generoſi Chriſti milites, & robuſtiſſimi Athletæ, & pugiles Chriſti, S. Melchiades Epiſcopus ad Epiſcop. Hiſpan. inquit: *In Baptiſmo regeneramur ad vitam, in confirmatione armamur ad pugnam.* Tertullian. lib. de reſurrect. cap. 8. agens de hoc Sacramento, ait: *Caro ungitur, & anima conſecratur: Caro ſignatur, ut anima muniatur; caro manûs impoſitione adumbratur, ut anima Spiritu illuminetur.* Quæ omnia de hoc Sacramento explicat Apoſtolus 2. Corynth. 1. num. 21. *Qui confirmat vobiſcum in Chriſto, & qui unxit nos Deus, & qui ſignavit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris.* 73.

Effectus corroborare ad confeſſionem fidei. S. Melch. Tertull. 2. Cor. 1.

QUÆSTIO

QUÆSTIO IX.

Quare cum olim manus impoſitio eſſet ſignum condemnationis ad mortem, Apoſtoli imponentes manus dabant vitam?

74\. *Impoſitio manus ſignum mortis.* Danie. 13 Levit. 24

CElebris extitit antiqua conſuetudo, ut eſſet ſignum condemnationis ad mortem, ſic *duo Preſbyteri in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput Suzanna.* Daniel. 13. num. 34. & de blaſphæmo diſponit lex: *Ponant manus ſuas ſuper caput ejus, & lapidet eum populus univerſus.* Levit. 24. num. 14. Si ergo manus impoſitio ſecum adducebat mortis ſententiam, quomodo Apoſtoli impoſitis manibus dant vitam?

75\. *Indigni in dignitate ad perniciē, digni ad bonum.*

Reſpondeo primo, conſidera quantum diſtat affectus humanus à Divino, ex humano mors prodit, ex divino vita, & ſalus: Secundo illi presbyteri Suſannam accuſantes injuſtè tantam presbyteratûs dignitatem obtinebant, Sacri Chriſti diſcipuli optimo, ac præclariſſimo jure Apoſtolico apice gaudebant: Indignus in dignitate aliorum perniciem machinatur; Benemeritus verò omnium adjuvamen, ac promotionem negotiatur. Tertio Alij, utcumque manus imponebant, Apoſtoli verò non ſimpliciter, ſed ſigno Crucis facto manus imponebant, & ſignum Crucis ſalutem, vitam, ac omne bonum ſecum importat.

76\. Percutiens Dominus Ægyptum ultima plaga ordinat, ut Angelus nocte pertranſiens interficiat omne primogenitum in terra Ægypti, & ut Hebræorum domus, ac familiæ eorum eſſent cuſtoditæ, præordinat, ut de ſanguine Agni ponant in ſuperliminaribus Exod. 12. numer. 23. *Tranſibit enim Dominus percutiens Ægyptum, cumque viderit ſanguinem in ſuperliminari, & in utroque poſte, tranſcendat oſtium domus, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras, & lædere.* Cur in ſanguine illo tanta virtus eſt, ut ſit tutamen veluti ſcutum ad cuſtodiendam vitam, ſalutem, ac habitacula Hebræorum, ut Angelus percutiens Ægyptum, non valeat intrare, ſed neceſſe habeat pertranſire? Sanguis ille impoſitus eſt in ſuperliminaribus in figura, & forma Crucis, cumque ſignum Crucis appareret, ibi dabatur munimen, & tutamen ab omni malo, ut illo muniti ſalvi, & incolumes perſiſterent à quocumque eminenti periculo. S. Hilarius Arelatenſis Epiſcopus homil. 6. ait: *Hodie de luto, ac paleis populus Dei, id eſt de viliſſimis, & inaniſſimis operibus liberatur, hodie Agnus ille, qui tollit peccata mundi, in redemptionem humana ſalutis offertur, quando poſtes domorum ſanguine illius jubentur inſcribi, id eſt Crucis titulo.* Nota ultima verba.

Exod. 12 — *Crucis figura protegit, ac defendit.* — S. Arelat.

77\. Deſcendens Dominus ad liberandum populum ſuum de ergaſtulo Ægyptiorum Moyſi, *apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Exod. 3. nu. 2. Cur modo ſe ſe oſtentat Deus Moyſi in rubo, cur non potius in aliquo eminenti monte, ut quando dedit legem in Syna Exod. 19. vel potius in ſpelunca, vel foramine petræ, ut ei oſtenderet partem gloriæ ſuæ Exod. 33. numer. 21. Sed in rubo igne inflammato, quæ flamma denotabat afflictionem populi in Ægypto, à qua liberandum Dominus deſcendebat, & dum de hac libertate agit, cur primum lignum eligit? Figurabatur ibi lignum Crucis quod futurum erat initium noſtræ libertatis, ſalutis, ac vitæ, Procopius inquit: *Initium miraculorum per lignum fit, quod novi teſtamenti Crucem prædicit.*

Exod. 3. — Exod. 19 — Exod. 33 — *A ligno Crucis ſalus mundi.* — Procop.

78\. In cujus rei confirmationem notat ipſe Procopius, quod initium omnium mirabilium, quæ fecit Moyſes in Ægypto, ita ut non ſint facta ſimilia in univerſa terra, exorſum per lignum; nam primum omnium extitit, ut virga, quam tenebat in manu projecta in terram, *Verſa eſt in colubrum* Exod. 4. num. 2. Procopius ibi inquit: *In hunc modum inducit eum ad Symbola, quæ latent in virga, nempe, ut initium ſignorum fiat per lignum*, nempe Crucis cujus multa myſteria Symbolicè in illa virga Moyſis denotantur.

Crux initium omnium mirabilium. — Exod. 4. — Procop.

QVÆSTIO X.

Quare Apoſtoli imponebant manus facientes ſignum Crucis in fronte?

79\. SAcri Apoſtoli ponebant manus, & ungebant, miniſtrantes Sacramentum confirmationis facientes ſignum Crucis in fronte, ut fit in ipſo Sacramento confirmationis, & Baptiſmi, ut docet Concilium Florentinum, D. Thomas, & alij, cur potius in fronte, quam in alia corporis parte.

Concil. Trid.

80\. Reſpondeo primo. Frons verecundiæ ſedes eſt, fideles ibi inunguntur, quia de Cruce Chriſti, ac ejus fide, non verecundantur, nec illam pro ignominia reputant, ſed illam pro magno honore, ac ornamento habent, & de illa maximè gloriantur, ut dicit Paulus Rom. 1. numer. 16. *Non enim erubeſco Evangelium*; Unde præclare ait Tertullian. lib. adverſus Valentinianos cap. 1. *Nil veritas erubeſcit, niſi ſolummodo abſcondi; quia nec pudebit illum aures ei dedere.* Et ideo Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis dicebat: *Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine, & quod in aure auditis prædicate ſuper tecta* Matth. 10. numer. 27. D. Hilarius Canon. 10. ait: *Id quod à ſe dictum eſt, cum libertate fidei, & confeſſionis vult eſſe loquendum.* Hinc dicitur Proverb. 1. numer. 20. *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam.*

Fideles de Cruce gloriantur. — Rom. 1. — Tertull. — *Veritas non vult abſcondi, ſed publicari.* — Math. 10. — Prover. 1

81\. Secundo: In fronte, ut fidem, ac Crucem Chriſti, quam intrinſecus fideles habent in corde, exteriori ſigno oſtendant, ac manifeſtent; nam, ut ait Salvianus: *facies est cordis eſt*; id enim, quod in corde latet, in faciem exundat, ac per ejus geſtum, ac notam declaratur. Cum Chriſtus Dominus pergeret in Ieruſalem ad paſſionem, & mortem ſuam ſcribit D. Lucas 9. num. 51. *Factum eſt dum complerentur dies aſſumptionis ejus, ipſe faciem ſuam firmaret, ut iret in Ieruſalem.* Expende *firmavit faciem*; Beda *Obſtinata, ac imperterrita mente*; Illam enim fortitudinem, generoſitatem, ac firmitatem, quam habebat in mente patiendi pro ſalute generis humani, in faciem, ac frontem redundabat.

Salvian. — *Fides, quæ eſt in corde exterius manifeſtatur.* — Luc. 9. — Beda.

82\. Tertio: In fronte inungitur, ac ponitur Crux, in ſuperiori hominis parte, tamquam ſcutum ad totum hominem cuſtodiendum, atque ad hoſtium, tam inviſibilium, quam viſibilium tela repercutienda, eorumque jacula infringenda: Ille optimus Pater familias: *Plantavit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular.* Matth. 21. numer. 33. Circa hanc rem multas conſiderationes morales faciunt Sancti Patres, de quo egi tom. 4. cap. 43. quæſtione 2. qui omnes per vineam intelligunt Eccleſiam Sanctam. Per ſepem D. Chryſoſt. homil. 40 in Imperfecto, Euthym. Theophilact. Angelorum cuſtodiam, & ad majorem vineæ excellentiam, ac tutelam poſuit in ea torcular, in quo exprimuntur uvæ ſub rigido ligno, quod Sanctam Crucem denotat, ſub cujus umbra fit optimum vinum ſanguinis Sanctorum Martyrum, ſed ad tantum fructum, ac vineæ cuſtodiam poſuit Crucis delineamentum; Nonne ad defenſionem vineæ, ſeu Eccleſiæ ſufficiebant

Math. 21 — D. Chryſoſt. — Theoph. — Euthym. — *Fortiſſima tutela à Chriſti Cruce.*

bant exercitus Angelorum, ad quid inſuper Crux?
Prævidit, quod contra ſuam Eccleſiam multi adver-
ſarij viſibiles, & inviſibiles prælìantes erant inſur-
recturi, & ideo ad maius tutamen non contentus
eſt Angelorum cuſtodia, ſed adhibuit Crucis no-
tam, ſub cujus umbra Eccleſia, ac ejus fideles à
quacumque adverſitate præſtantiſſimam obtinent
D Iſidor. tutelam D. Iſidor. in 3. lib. Regum cap. 2. ait. *Sub
Dominica Crucis tutela proſequuntur omnes ſancti, qui
in diſrupta pacis perſeverantia ſolidantur.*

83. Valde celebratur Debora de illuſtri victoria,
quam habuit de Siſara crudeli adverſario populi
Dei, ut inde ipſa dicatur benedicta inter mulieres;
nam cum obdormiret Siſara: *Syniſtram manum mi-
ſit ad clavum & dexteram ad fabrorum malleos, per-
cuſſitque Siſaram, quærens in capite vulneri locum,
Iudic. 5. & tempus valide perforans.* Iudicum 5. num. 26. quo
mortuus eſt crudelis adverſarius populi Dei, & ma-
xime victor, & glorioſus triumphator de illo exti-
A Cruce Chriſti victoria certa. & hoſtilitas deſtructa. tit, ideoque commentatores magna indagine ſcru-
tantur myſteria in clavo, ac malleo, quibus tempo-
ra Siſaræ lethaliter perforantur, ut inde auſpicia
tanti triumphi valeant inveſtigare: Opportune ad
rem noſtram Rupertus ibi ait: *Factum eſt, ut capiti
ejus defigeret clavum valide in cerebrum uſque ad
Rupert. terram.* Et poſt pauca ſubdit: *Prima ſuggeſtio clavo
Dominica Crucis cum timoris Domini malleo transfi-
gatur.* Ecce Chriſtianæ militiæ arma, quibus inex-
pugnabiles reddimur, ac inimicorum glorioſi trium-
phatores clavo Crucis Domini, ac malleo timoris,
ubi Crux Domini conjuncta cum ejus timore reful-
get victoria certa, inimici deſtructi, ac diſſipati,
Clavo Dominica Crucis cum timoris Domini malleo;
fugatur hoſtilitas adverſa, & proſternitur, & exul-
tat triumphatrix acclamatio.

84. Ait Iſaïas 11. num. 10. *In illa die radix Ieſſe, qui
Iſaias 11. ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabun-
Pagnin. tur*, Pagninus ex Hebræo legit *Vexillum* Septuagin-
Septuag. ta *Conſurgit, ut Princeps populorum*, Et unde ſic
conſurgit ut Princeps populorum ſuis hoſtibus de-
bellatis, in ſignum populorum, ſeu vexillum, quod
eſt Crux: *Cum apparuerit ſignum filij hominis* Matth.
Math 24 24. num. 31. ſtatim proclamatur Princeps populo-
rum, in qua ipſe, & Populus ejus exultant, ut ipſe
habeat pro ſui ſigno Crucem, in ipſaque fideles exul-
Rupert. tent, & ideo Crucem in fronte ponunt. Rupertus ad
Crucis vexillū triūphus populorū. locum Iſaiæ ait: *Ecce hodie gentes ipſum deprecan-
tur, & in morte ejus gloriantur, in quo enim alio
gloriari ſe profitentur, inquit Apoſtolus*; Abſit glo-
riari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, *Id-
ipſum cum Apoſtolo, gentes quoque actu quodam lo-
quuntur pingentes jugiter ſignum Crucis in ſuis fronti-
bus. Hoc facere glorioſum eſt, & regibus.*

Actor. 8. *num.* 18. Cum audiſſet autem Simon, quod per manus Apoſtolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam.

Num. 19. Dicens: Date mihi hanc poteſtatem, ut cuicumque impoſuero manus, accipiat Spiritum Sanctum. Petrus autem dixit ad eum.

Num. 20. Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE V.

85. Verſ. 18. *Videns autem Simon.* Syriacus: *Con-
Syriac. ſpicatus*, quod per manus Apoſtolo-
rum daretur Spiritus Sanctus, ex hoc recte colli-
gunt D. Chryſoſtomus, Oecumenius Spiritum San- D Chryſoſt.
ctum deſcendiſſe in confirmatos viſibili aliquo ſigno
ut loquerentur virtute linguarum, & haberent gra- Occum.
tiam curationis; quod non intelligo de omnibus,
ſed de illis, qui magis præparati, ac diſpoſiti conver-
tebantur, & recipiebant Sacramentum, ut jam dixi
ſupra n. 67. *Obtulit pecuniam*, Syriac. Æthiopicus: Syriac.
Munus argenti, obtulit non in parva quantitate, ſed Æthiop.
magna.

Verſ. 19. *Dicens, date mihi hanc poteſtatem.* Infe- 86.
lix non erat contentus, ut reciperet dona Spiritus
ſancti, ut alij fideles, qui convertebantur, ſed ſuper
alios volebat exaltari, ut haberet poteſtatem illa do-
na conferendi cuicumque ipſe voluerit. *Petrus au-
tem dixit ad eum.* Ait Gloſſa Interlinealis: *Quaſi* Gloſſa
Princeps loquitur Petrus primus, & publicè peccan- Interlin.
tem arguit publicè, ſic monet Paulus 1. Tim. 5. n. 20. 1. Tim. 5.
*Peccantes coram omnibus atque, ut & exteri timorem
habeant.*

Verſ. 20. *Pecunia tua* ut tanti criminis cauſa, & 87.
occaſio: *Sit in perditionem.* Origenes *in interitum.* Origen.
Ut cum tuis ſacrilegis nummis pereas, & damneris;
nam pecunia habita in malum finem eſt in perditio-
nem, & damnationem, in finem vero bonum, in ſa-
lutem, & vitam. *Peccata tua eleemoſynis redime*, Da- Dan 4.
niel. 4. n. 24. Nempe datis pecunijs: *Exiſtimaſti pe-
cunia poſſideri.* Arabic. *Acquiri pecunijs.* Cum vo-
luiſſet pecunia emere illud admirabile donum con-
ferendi Spiritum ſanctum.

QUÆSTIO II.

Quare Simon commiſit peccatum ſimoniæ, & quam grande illud crimen ſit?

VIdens *Simon per manus Apoſtolorum dari Spi- 88.
ritum ſanctum*, ſicut juſtis, & Sanctis omnia *Simonia
cooperantur in bonum, ſic & malis omnia coope- peccatū
rantur in eorum perniciem, & malum; nam boni, & contra
recti videntes ſigna, & miracula, quæ faciebant Apo- Spiritum
ſtoli convertebantur, & fidem Chriſti recipiebant, ſanctum.*
& veſtigia Apoſtolorum omni affectu imitari cona-
bantur; at malus, & peſſimus Simon videns ſigna,
& miracula Apoſtolorum cauſam atripuit ad grave,
& turpe ſimoniæ peccatum, volens emere dona Spi-
ritûs ſancti, ideoque ſimoniæ peccatum eſt contra
Spiritum ſanctum, cum per tale peccatum Divini
Spiritus dona, ac beneficia emantur; Unde de quo- Damian.
dam ſimoniaco refert Petrus Damianus epiſt. 5. c. 7.
qui cum vellet repetere illum verſum: *Gloria Patri,
& Filio, & Spiritui ſancto*, nunquam potuit dicere
Spiritui ſancto, ſed tantum Gloria Patri, & Filio,
ſubdit ipſe Damian. *Et merito Spiritum ſanctum, dum
emit, amiſit, ut qui excluſus erat ab anima, procul
etiam conſequenter eſſet à lingua.*

Gravitatem tanti peccati ſatis declarat Tharaſius 89.
p. 1. q. 2. cap. eos, ubi inquit illos eſſe pejores hæreti- *Simonia-
cis Macedonibus, negantibus Spiritus ſancti divini- ci pejores
tatem, unde ait: *Illi*, ſcilicet Macedones, *creaturam*, hæreticis
*& ſervum Dei Patris, & Filij Spiritum delirando fa- Macedo-
tentur, iſti verò eundem ſpiritum faciunt ſuum ſer- nibus.*
vum; omnis enim Dominus, quod habet, ſi vult, ven-
dit, ſive ſervum, ſive aliquid aliorum, & qui emit po-
teſt etiam vendere* v. g. tamquam ovem, vel bovem,
& quid magis abominabile, ac execrabile excogita-
ri poteſt; unde merito ipſe Tharaſius comparat ſi-
moniacos cum his, qui Chriſtum blaſphemantes di- Math. 12.
xerunt: In Beelzebub ejicit dæmonia, Math. 12. n. 24.

Etiam ſimoniacos comparant cum negotiatori- 90.
bus, quos Chriſtus D. ejecit de Templo, Ioan. 2. n. 15. Ioan. 2.

Theophy

Theoph. Beda. D.Hier. D.Ambr.

Theophylactus,& Beda ibi, & D.Hieronym.in c.21. Matthæi, & D. Ambroſ. in cap.19 Lucæ; iſti enim vendebant; & mercaturam faciebant in templo, illi verò volunt negotiare, ac mercaturam facere cum donis divinis, in quibus habitat Spiritus Sanctus.

91\. D.Greg. Imo D. Gregor.homil. 4. & 17. in Evangelia eos confert cum Juda proditore; nam ſicut iſte vendidit Chriſtum Filium Dei, ſic illi vendunt Spiritum, & eos ut hæreticos male ſentientes de perſona Spiritus Sancti refutat, & condemnat, noſter Guido Carmelita apud Alphonſum a Caſtro verbo Simonia. (Guido Caſtro.)

QUÆSTIO XII.

Quare Simon videns Apoſtolos divitiarum contemptores audet offerre pecuniam pro emendis divinis donis?

92\. RESpondeo primo: Primus Hæreſiarca, ac Simoniacus poſt promulgatum Evangelium, ad quod forte inſtigatus aliquorum malorum antiquorum exemplo; nam Eſau vendidit jus primogenituræ Geneſ. 25. numer. 31. cui anneaum erat Sacerdotale jus, ut traditione Hebræorum habet D. Hieron. de traditionibus, Clemens de Conſtitutionibus cap. 3. & ideo Paulus Hebræor. 12. numer. 16. eum vocat *profanum*, id eſt, irreligioſum, ac Sacrilegum. Baalam accepto pretio volens maledicere populo Dei Numer. 22. num. 7. ut obſervat Hugo de S. Victore; Giez: à Naaman poſtulans pretium pro miraculoſa ſanitate, ut poſt D. Thom. notant ibi Lyranus, & Abulenſis 4. Reg. 5. num. 20. Iaſon emens ab Antiocho Pontificatum 2. Machab. 4. numer. 8. ſicut & Judas vendens Jeſum Chriſtum Filium Dei, ſicut æqualiter Annas, & Caïphas ementes Pontificatum à Romanis, ut cum communi ſententia dixi ad cap. 3. Lucæ num. 2. Horum exemplum ſecutus volebat Simon creari Patriarcha, & Epiſcopus Samariæ, ſemper multi depravati iniquorum veſtigiis inhærent, eorumque ſequaces fiunt.

(Gen.25. D.Hier. Clemens. Hebr.12. Num.22. Hugo. D Tho. Lyran. Abulenſ. 4 Reg.5. 2.Mac 4. Luc.3. *Iniquorũ exẽpla mali ſectãtur.*)

93\. Secundo: Iſte miſer, cum eſſet valde indigens lumine Spiritus Sancti, non ſibi poſtulabat, ſed ut cuicumque impoſuero manus accipiat Spiritum Sanctum, quod notans D. Chryſoſt. homil. 18. ait: *Oportebat petere, ut ipſe accipiat Spiritum Sanctum; at ille, quoniam hoc ei non erat cura, ut det aliis, petiit.* Iſte miſer non de ſalute animæ ſuæ cogitabat, ſed de lucro, ut dando aliis lucraretur. D.Cyrill. Jeroſolymit. Catecheſ.16. *Petit* ait; *Non enim dixit: date mihi Spiritus Sancti communionem, ſed poteſtatem.*

(D.Chryſoſt. *Non de anima ſed de lucro.* D.Cyrill.)

94\. Tertio Clemens Romanus lib. 6. conſtit. cap. 7. tamquam ex Petri ore ſic loquitur: *Voluntas Diaboli erat, ut ipſum Adamum poſt deguſtatum cibum interdictum promiſſa immortalitate privaret, ſic nos pecunia delinitos, & capros dono Dei privare, ſic hac permutatione facta, donum Spiritus Sancti, quod æſtimationem ſuperat nummis, addiceremus.* Malignitas Diaboli in hoc extitit, quod ſicut antiquitus latens in pomo, Adamum hominum caput ſuo veneno infecit, & inde illud peſtiferum in univerſum genus humanum, ſic modo latens in Simone, ſibi perſuaſit poſſe tantum mundum veneno ſuo peſtilentiare, ſi Eccleſiæ caput pecuniarum amore corrumperet, & Eccleſiaſticos viros Cœleſtium donorum venditores faceret. Avaritia in Eccleſiaſtico totius Orbis ruina. Prævidens Jeſus deſtructionem Jeruſalem, *Videns Civitatem flevit ſuper illam*, & ſtatim ſubdit D. Lucas 19. numer. 42. *Et ingreſſus in templum cœpit ejicere vendentes in illo, & ementes*, ac ſi illud eſſet cauſa totius devaſtationis Civitatis. Perbelle Galfridus apud Tilmanum in allegoriis ait: *Liquet quod ob avaritiam maxime eorum, qui in templo negotiabantur, imminere Civitatis excidia videantur, quando poſt lachrymas, & querelas illi potiſſime ſunt ejecti.*

(*Deprauato capite deprauatur populus.* Luc.19. *Avaritia Eccleſiaſticorum ruina populorũ.*)

95\. Quarto Tertullianus lib.de Idololatr. cap. 9. ait: *Simon magus jam fidelis, quoniam aliquid adhuc de circundatoria ſecta cogitaret, ut ſcilicet ipſe inter miracula profeſſionis ſuæ etiam Spiritum Sanctum per manuum impoſitionem enundinaret.* Verbum hoc enundinaret explicat Cerda, id eſt *venditare*, cum Textus dicat, quod pecunia oblata acceſſerat empturus Spiritum Sanctum, quomodo Tertullianus ait, quod intendebat ipſum venditare argento, & auro. Ingenioſè quidem Tertullianus Simon eo modo, quo intendebat accipere Spiritum Sanctum, eodem modo cogitabat illum communicare, ac dare. Ille data pecunia affectabat accipere, & data pecunia diſponebat vendere, ac repartire. Proh dolor! multi rapinis obtinent prælaturas, & rapinis illius officia vendunt, & expendunt. De divite mundiali ſua mala arte, ac rapinis pleno ait Habach. cap. 1. num.16. *Super hoc lætabitur, & exultabit; propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo;* quia ſagena, ac rete rapinarum habet pro Deo, à quo accipit, quæ habet, & inde illis defert cultum Dei.

(Tertull. Cerda. *Mundialis rapinis acquirit, rapinis vult dare.* Habac.1.)

96\. Quinto D. Cyrillus Ieroſolymitanus Catech. 16. ait; & maxime ad quæſtionem: *Simon obtulit pecuniam nihil poſſidere volentibus, etiam ſi viderit illos, qui rerum venditarum pretia afferebant, ad pedes Apoſtolorum projiciebant, neque id reputabat.* Videbat Simon ipſos Apoſtolos divitiarum contemptores, & quod agrorum pretia, quæ vendebantur, ad eorum pedes ponebantur, ut inde in pauperes dividerentur, & tamen pecunias eis offert Simon. Ambitio valde cæca, cumque ipſe eſſet valde ambitioſus omnes alios ambitioſos judicat; ſic ait Apoſtol. Roman.2.n.1. *In quo judicas alterum te ipſum condemnas, eadem enim agis, quæ judicas.* D. Auguſt. epiſt.105. ait: *Ex ſua perverſitate, qua alios judicat, ſe ipſum condemnat.* In eadem perverſitate, ac malitia: Vide ſupra cap.4.q.3.n.96.

(D Cyrill. Ieroſoly. *Quilibet de ſe judicat de aliis.* Roman.2 D.Aug.)

97\. Sexto: Forſitan Simon ſic ſecum ratiocinavit, Apoſtoli in publicum, ac patenter ſe puros, ac incorruptos oſtendunt, & omne lucrum temporale à ſe expellunt; at verò in occulto, & abſcondite fieri poteſt, quod recipiant. In hac cogitatione Diabolus, qui Simonis cor ſtimulabat, cum videret Chriſtum Dominum ſummæ paupertatis amatorem omnia mundialia contemnentem ducit eum in montem excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna mundi, dicens: *Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraveris me.* Matth. 4. numer. 9. ex aliis hominibus hoc judicium apud ſe ſtatuit Diabolus, Magni viri in omnium oculis, ac manifeſtè valde puros ſe exhibent nihil accipientes, ac occulte, & ſub pallio omnia libenter devorant.

(*Sæpe miniſtri non in publico, ſed occulte accipiũt.* Matth 4.)

98\. Maxime ſollicitus Saul cum ſuo ſervo pro quærendis aſinis, quos perdiderat, deſiderans accedere ad Samuelem, ut ei aliquid indicaret, de his, quæ optabat, dixit ad ſervum ſuum: 1. Reg. 9. num. 7. *Ecce ibimus, quid feremus ad virum Dei? panis deficit in Ciſterciis noſtris, ſportulam non habemus, ut demus homini Dei, nec quidquam aliud*: Tunc puer reſpondens Sauli, ait: *Ecce inventa eſt in manu mea quarta pars ſtateris argenti demus homini Dei.* Et quomodo cogitant Samueli offerre aliquod munuſculum, cum ipſe coram omni populo ſe maximè alienum ab omni munerum acceptione juſtificaverit 1. Reg. 12. num. 3. *Loquimini de me coram Domino,* (1 Reg.9. 1.Reg.12)

&

Miniſter non accipit in publico, ſed in occulto. *& Chriſto ejus, utrum bovem cujuſquam tulerim, aut aſinum, ſi de manu cujuſquam munus accepi.* Quomodo ergo Saül, & ſervus ejus diſponunt aliquid ei exhibere? Forſitan apud ſe ſtatuerunt, quod Samuel more aliorum miniſtrorum, qui licet in manifeſto ſe eximie puros oſtentent, in ſecreto non retractant, oblata contemnere, ſed benigno vultu recipiunt.

QVÆSTIO XIII.

Quare D. Petrus tam rigidè, ac acerrime inſurgit in Simonem, ac eius pecuniam?

99. AIt magnus Eccleſiæ Pontifex Simoni: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem*, quæ verba non eſſe execrantis, ſed corripientis exiſtimat Occumenius, & ait, ac ſi dicat: *Pecunia tua ſimul tibi pereat cum hujuſmodi voluntate.* Aliter exponit Cardinalis Hugo dicens tamquam optare Petrum: *Perire Simonem pecunia, & Simoni pecuniam, ut jactura pecunia peccandi anſam tollat.* *Occum. Hugo.*

100. Dico tamen, quod Petrus protulit hanc ſententiam execrationis, & maledictionis in Simonem, ac ejus pecuniam, utpote tanti criminis materiam, ex zelo juſtitiæ, non vindictæ, ut tanti criminis vindex, ſtudioque etiam Charitatis, ac religionis: Ut Simon ſuum perpendens tam abominabile crimen reſipiſcat, & pœnitentiam agat, ad quam Petrus eum inducit infra verſ. 22. & ut cæteri Chriſtiani diſcant à tanto crimine fugere, & non permittant ſe illo coinquinari. Pro hac ſententia ſtant D. Hieronymus in cap. 3. Michææ, ubi ait; quod Petrus *Oblatam pecuniam cum offerente damnavit.* Et D. Chryſoſt. pecuniam appellat peccatum, dicens: *Peccatum tuum ſit tecum in damnationem.* Aliter tamen Beda, & Gloſſa explicant, & dicunt, quod *Imprecatio, & maledictio eſt prævidentis divinam de Simone ſententiam, & hujus reprobationem, atque æternam perditionem* Proindeque Patris verba non fuerunt tantum imprecationes, ſed potius prophetiæ, ac prædictio, quod Simon in ſuo peccato eſſet periturus, & damnandus, & hic modus dicendi probabilis eſt. *Sententia ex zelo juſtitia charitatis, & religionis. D.Hier. D.Chryſoſt. Beda. Gloſſa*

101. Dico ſecundo, quod hæc Petri ſententia non abſoluta, ac executoria fuit, ſed tantum comminatoria; nam ſi fuiſſet abſoluta, Simon periret, & demergeretur in Infernum, ſicut ea ſententia abſoluta Petri Ananias, & Saphira Actor. 5. qui minus deliquerunt occiſi ſunt, ſed fuit tantum comminatoria, ut Simon tanta imprecatione audita reſipiſceret, & ageret pœnitentiam, & ſic fiunt paſſim in ſcriptura, ut homines à ſuis peccatis, ac criminibus deterreantur. Pſalm. 68. numer. 26. *Effunde ſuper eos iram tuam.* Ad Galat. 3. numer. 13. *Maledictus omnis, qui pendet in ligno*, maledicitur hic etiam pecunia, cum in ſe entitative ſit bona, cum fuerit occaſio, ac materia tanti ſceleris, ac criminis. De maledictionibus late agunt Theologi cum D. Thom. 2. 2. q. 76. *Sententia comminatoria, ut alij à peccato fugiant. Pſal. 68. Galat. 3. D.Tho.*

102. Secundo aliter explicat S. Valerianus homil. 10. & ait: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, ſic ait: *Ventura tecum eſt pecunia, non ut putas ad ornamentum, ſed ad teſtimonium falſitatis.* Putat dives ſe divitiis ſuis exornari, & fallitur; quia divitiæ non inſerviunt ad ornamentum, ſed ad teſtimonium falſitatis, opulentia enim mendaciorum eſt matrix, & dum dicit ſe habere mentitur; quia reſpectivè ad ſuum deſiderium, quamvis multum habeat nihil videtur habere, ob vehementiam, qua ferveſcit, plus poſſidendi: Ait Regius Vates Pſalm. 33. numer. 11. *Divites egeurunt, & eſurierunt.* Divites copiis abundant, quomodo igitur *egeurunt, & eſurierunt*, eſuries, & fames paupertatis comes, valde aliena à divitum abundantia, ſed in ipſa ſua abundantia ſtat eſuties magis habendi. Unde præclare dixit D. Hieronymus epiſtol. ad Paulinum: *Avaro tam deeſt quod habet, quàm quod non habet.* Opulenti avaro omnia deſunt; ſi enim habet, idem eſt, ac ſi illorum eſſet expers, cum illis non utatur, eſt in perpetua flamma obtinendi, unde pulchrè ad præfatum Pſalm. ait D. Auguſtin. *Divites egeurunt, &c.* ait: *Non ſunt illis divitia, ſed mendicitas, quia quanto magis abundant, tanto magis creſcit inopia.* Opulentia non extinguitur inopia, ſed illa magis creſcit, ac flammeſcit veluti ignis lignis adhibitis. *D.Valer. Dives mendax. Pſal. 33. D.Hier. Dives avarus etſi videatur habere, nō habet. D.Aug.*

103. Tertio veniat hic iterum Tertullianus lib. de Idololatria ſupra datus & ait: *Quoniam aliquid de circulatoria ſecta cogitares, ut inter miracula profeſſionis ſua, etiam Spiritum Sanctum venundares:* Unde miſer Simon in horribilem damnationis ſententiam irruit, ex eo nempe, quia id, quod erat inſtitutum in ſalutem ſpiritualem animæ intendebat invertere in mercaturam temporalium bonorum. Ait Michæas 3. à numer. 13. *Propheta ejus in pecunia divinabant...... Propterea cauſa veſtri Sion quaſi ager arabitur.* Alij legunt *Depopulabitur*; Et unde Sion civitas valde inclyta in tantum malum præcipitatur: *Propheta ejus in pecunia divinabant*, quia donum prophetiæ venale faciebant. Ibi noſter D. Cyrill. Alexandr. inquit: *Nefarium plane eſt, pietatem quaſtus occaſionem facere, & res divinas acquirenda pecunia viam arbitrari.* *Tertull. Mich 3. Valde execrabile ex rebus divinis lucrum quærere. D.Cyril. Alexan.*

104. Scribit D. Matthæ. 8. numer. 19. Accedens ad Chriſtum Dominum ſcriba quidam ait illi: *Magiſter ſequar te quocumque ieris: dicit illi Ieſus: vulpes foveas habent, & volucres Cœli nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.* Quæ cohærentia datur inter illam interrogationem, & hanc reſponſionem, ille offerebat ſe ad Chriſti ſequelam per quamcumque viam, Chriſtus Dominus illi objicit illam extremam paupertatem? Ad quid tendit doctrina D. Magiſtri? Scriba volebat Chriſtum ſequi, non ad ejus virtutes imitandas, ſed ut diſcêret facere miracula, ut ſalute data magnum emolumentum pecuniarum ſibi compararet, inde eum non ſecum admittit Ieſus, ſed rejicit oſtendens illi quantum diſtat à veritate, opponens illi ſuam paupertatem, gratia miraculorum non compatitur quæſtu lucrandi, ſed ſpiritu paupertatis, ac humilitatis. D. Baſilius Seleuc. orat. 28. ait: *Quid miraculorum fingis deſiderium, cum pecuniarum te vincat amor? quid ob quaſtum divitiarum paupertatis adiiſti legiſlatorem? Pecunia miraculis non aclitantur. Inſpice me, qui ex authoritate patre miracula volucribus pauperiorem, non è miraculis aurum legitur.* *Math. 8. Divina non ſunt ad lucrum. D.Baſil. Seleuc.*

Actor. 8. *num.* 21. Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto: cor enim tuum non eſt rectum coram Deo.

Num. 22. Pœnitentiam age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.

Num. 23. In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe.

Num. 24. Reſpondens autem Simon, dixit: Precamini vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat ſuper me horum, quæ dixiſtis.

N. 25. Et illi quidem teſtificati, & loquuti Verbum Domini redibant Ieroſolymā, & multis regionibus Samaritanorū evangelizabant.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VI.

105. Syriac. Verſ. 21. N*On eſt tibi pars.* Arabicus: *Hære-*
ditas, neque ſors in ſermone iſto. Sy-
Clemens rus, & Clemens Romao. *In fide iſta.* Tigurioa: *In*
Tigurin. *hoc negotio.* D. Iſidorus: *In ratione hac*, D. Chryſoſt.
D. Iſid. *In verbo hoc*, nempe in receptione, ac collatione
D. Chryſoſt. Spiritus Sancti, illiuſque donorum, quia ea tua ma-
litia utriuſque valde indignus es. *Pars*, *& ſors* ait A-
Turrian. poſtolus, & in utroque idem ſignificari, ait Turria-
nus lib. 1. pro Canone Apocal. cap. 11. ſimiliter, &
communiter Recentiores; tamen diſtinguendum eſt
Caietan. cum Cajetano, *non eſt tibi pars inter* fideles per Ba-
ptiſmum, ut exponit D. Diooyſius de Cœleſti Hie-
D. Dion. rarch. cap. de Baptiſmo, per quod conſtituimur hære-
Arabic. des vitæ æternæ, & Arabicus pro parte legit *Hæredi-*
D. Aug. *tas.* Per ſortem intelligit D. Auguſt. in Pſalm. 30. con-
cion. 2. dona Dei, ſeo gratiæ, ut in D. Matthia, & ait
Ad Colloſſ. 1. Paulus ad Colloſſenſes 1. n. 12. *Qui dignos nos fecit in*
partem ſortis ſanctorum in lumine, ut ſit ſenſus non eſt
tibi pars, ſeu hæreditas inter fideles, nec ſors inter
participes Cœleſtium donorum; & ea hoc loco D.
D. Ambr. Ambroſ. D. Clemens, D. Auguſt. ſentiunt Simonem
D. Clem. fulmine hujus ſententiæ fuiſſe eacommunicatum, &
D. Aug. eapulſum ab Eccleſia à Divo Petro.

106. *Cor enim tuum non eſt rectum coram Deo*, fictum
eſt, quo per hypochriſim recepiſti Baptiſmum, & val-
de depravatum avaritia, ac ambitiooe, & Deo revo-
lante cognovit D. Petrus intima cordis Simonis, &
D. Ambr. cognovit Apoſtolus, ut ait D. Ambroſ. lib. 2. de Pœnit.
cap. 5. quod putam conſcientiam non habuerit.

107. Verſ. 22. *Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia.*
Syrus. Syrus: *De iſta malitia.* Arabicus: *Pœnitentiam age*
Arabic. *hujus abominationis.* Occumenius: *Ab hoc vitio.* D.
Oecum. Chryſoſt. Æthiopicus: *Reſipiſce à malitia tua.* Pe-
D. Chryſoſt. trus, ut magnus Paſtor eum exhortatur ad pœniten-
tiam, quæ eſt ſecunda tabola poſt naufragium, & ut
D. Ambr. docet D. Ambroſ. lib. 2. de pœnit. cap. 4. & 5. nullum
eſt peccatum etiam graviſſimom, quod per pœniten-
tiam nō poſſit deleri, quod multis cōfirmat eaemplis.

108. *Si forte remittatur tibi.* Græcus: *Si utique.* Arabi-
Græcus. cus: *Si forte condonet tibi ſententiam*; Illud forte, ut
Arabic. bene cum Lyrano advertunt communiter Eapoſito-
res, ſignificat dubium eventum, & effectum remiſ-
ſionis ex dubia cauſa. Quamvis certiſſimum eſſet,
quod ſi Simon egiſſet veram pœnitentiam haberet
remiſſionem, & quia valde dubium erat, an ipſe
ageret talem pœnitentiam, ita etiam dubium erat,
Theoph. an haberet remiſſionem; Theophylactus ait: Præ-
viderat Petrus non reſipiſcendum iri; atque idcir-
co ait: *Si remittatur tibi*, & ſubdit Textus: *Cogi-*
Syrus. *tatio cordis tui.* Syrus: *Dolus*, Græcus *Concilium &*
Græcus. *machinatio.* Æthiopic. *Cordis tui mali.*
Æthiop.

109. Verſ. 23. *In felle amaritudinis.* Syrus *In hepate*
Syriac. *amaritudinis.* Æthiopicus: *manes in felle.* Arabicus:
Æthiop. *Ego te video imbutum felle*, ac ſi dicat video te ple-
Arabic. num amaritudine, ac veneno hypochriſis, ambi-
tionis, avaritiæ, ac malitiæ omnium peccatorum,
Deut. 28. quæ per fel ſignificantur in ſcriptura Deuteron.
28. numer. 18. *Ne forte ſit inter vos radix germi-*
Deut. 32. *nans fel, & amaritudinem.* Deut. 32. n. 32. *Fel draco-*
num vinum eorum; nam fel colore ſimile eſt melli,
ſapore valde diſſimile, multum amarum, & acerbum,
ſic & peccatum in apparentia videtur habere quan-
dam ſpeciem dulcedinis, intus omne amarum, & acer-
bum, virtus è contra, etſi in aſpectu videatur aſpe-
ra, intus verò, & guſtatu valde dulcis, & ſuavis.

110. *In obligatione iniquitatis video te eſſe.* Syriacus: *In*
Syrus. *vinculis iniquitatis*, Arabicus: *In vinculo impieta-*
Arabicus *tis* D. Chryſoſtom. *In colligatione injuſtitia*, tam-
quam ſi dicat, video te multis peccatis, tamquam fu-
nibus, ac catenis undique colligatum, & adſtri-
ctum, ſic ait Iſaias 5. n. 18. *Væ qui trahitis iniquitatem* Iſai. 5.
in funiculis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum; ſunt
enim multi ita io peccatis immerſi, ac illis colligati,
ut valde difficiliter ab eis ſe valeant eapediri Ioannes
Maria per *fel, & obligationem iniquitatis* intelligit
magnam pœnam eminentem ejus peccati, ut ſæpe
accipitur in ſcriptura, ac ſi dicat, magnis pœnis te
video adſtrictum, & obligatum.

Verſ. 24. *Precamini vos pro me.* Hæc diait, non 111.
amore juſtitiæ, ſed timore, ne morte periret, ſicut
Ananias, & Saphira, & poſtulat precamini pro me,
non ut culpa mihi remittatur, ſed ut nihil iſtarum
pœnarum, quas dixiſtis veniat ſoper me. Poſt diſ-
ceſſum Apoſtolorum ipſe Simon multos Samarita-
nos ſeduait, & à fide Chriſti avertit, ut indicat D. D. Iren.
Irenæus lib. 1. cap. 20. & Clemens lib. 6. conſtit. cap. 7. Clemens

Verſ. 25. *Et illi quidem teſtificati, & locuti ver-* 112.
bum Dei. Syriacus: *Simon, & Ioannes, cum teſti-* Syriac.
ficati eſſent, eoſque docuiſſent ſermonem Dei. Arabi- Arabic.
cus: *Cumque eos hortati eſſent*, ac confirmaſſent,
Petrus, & Ioannes omnia, quæ dicta eraot à Phi-
lippo de myſteriis Chriſti, non ſolum ut teſtes au-
ditu, ſed oculati, *quæ viderant, & manibus ſuis*
contrectaverunt de verbo vitæ, ut ait Ioannes. 1 Ioan. 1.

In multis regionibus Samaritanorum. Syriacus: *In* 113.
plagis multis. Arabicus: *Annuntiaverunt oppidis mul-* Syriac.
tis, ne reditus ſuo fructu careret. Apoſtoli per om- Arabic.
nem locum, qoo ibant, & pertranſibant, ſive civi-
tate, ſive villa, oppido, & caſtello, docebant, &
Chriſtum evangeliaabaot.

QUÆSTIO XIV.

Quare Ananias, & Saphira ſtatim rigida mortis ſententia à D. Petro puniuntur, non ſic Simon Magus, cùm gravius deliquiſſet?

ANanias vendidit Agrum ſuom, & fraudavit 114.
de pretio conſcia uaore ſua, & partem pretij
poſuit ad pedes Apoſtolorum Actor. 5. numer. 1. & 2. Actor. 5.
& partem pretij ipſe, & uxor abſconderunt, ob
quod ioflicta mortis pœna à Petro ſtatim ibi ceci-
derunt, & tamen eorum peccatum fuit veniale, ut
ex communi ſententia Patrum, ac Recentiorum di-
ai citato cap. 5. quæſtione 9. quia dum hoc eſſet in
priocipio Eccleſiæ militantis, & homines adhuc ru-
des in doctrina Apoſtolica poterant ex aliqua igno- *Difficul-*
rantia facile exiſtimare, aliquid ſibi eſſe licitum re- *tas quæ-*
ſervare ad communes uſus, ac proinde ejus pecca- *ſtionis.*
tum extitit multo levius peccato Simonis, & non iſte,
ſed illi ſtatim in pœnam mortis inciderunt.

Ad quæſtionem reſpoodeo primo ea his, quæ di- 115.
cuntur in Apoc. 3. 0. 19. *Ego, quos amo, arguo, & caſtigo:* Apoc. 3.
Aretas *Arguo, & erudio etiam.* E contra vero, ut ait
Ierem. 12. n. 2. *Quare via impiorum proſperatur, bene*
eſt omnibus, qui prævaricantur, & inique agunt, ut
ait Ansbertus ad citatum locum Apocalypſis: *Quia* Ansbert.
electi per præſentes tribulationes ad hæreditatem pa- *Expur-*
ternam, & reprobi ſine temporali flagello ad mendici- *gantur*
tatem provoniunt æternam. Et magis explico. *electi ab*
erroribus.

Secundo Deus omnia diſponit ſuprema, & alta ſa- 116.
pientia, Ananias & Saphira ſtatim mortui ſunt ob Actor. 5.
ſupremos, & altos fines, & ob eaemplum aliorum
Chriſtianorum ad excitandum in eis grande pauper-
tatis ſtudium, ad majorē Apoſtolorum authoritatem,
quod nemo eos fallere poterat, ac eis mentiri, & ad
majorem utilitatem ipſius Ananiæ, & Saphiræ; quia
audita rigida Petri increpatione poterant magno do-
lore compungi ad ſalutem, ut dixi citata q. 9. n. 58.

At

117. At Simon magus veniens in Italiam diſputans cum D. Petro, ejus maledictione volans per aera, deinde dejectus cadit in ſaxum miſerrime fractis cruribus, multis doloribus acerrime torquetur, indeque in Infernum cecidit, ut teſtatur D. Epiphanius hæreſi 22. *D. Epip.*

118. *Occum.* Tertio, & maxime ad quæſtionem Oecumenius in præſenti ſic ait: *Conſidera verò, & hoc quomodo ad familiares vehementer afficiantur. Etenim nolunt eos, qui ſpiritualem gratiam adempti ſunt, ac ſuam converſationem fures, ac ſacrilegos eſſe. In extraneis autem non ſunt uſi ſupplicio.* Ananias, & Saphira ante Apoſtoli pedes morte percutiuntur; at Simon nulla affectus plaga, ſed tantum de pœnitentia admonitus à conſpectu Apoſtoli recedit. Ecce qualiter ſe habent, qui Spiritu Dei aguntur; In domeſticos, ac familiares Divina gratia plenos duriter, & acerrime inſurgunt, cum eos in omni perfectionis apice deſiderent expolire; at erga extraneos etſi multis criminibus illaqueatos, valde benigne patientes ſe exhibent.

Deffectus in viris magnis durè puniuntur, non ſic in peccatoribus.

119. Cum Moyſes obediens Dei mandato pergeret in Ægyptum, cùm eſſet in itinere, in diverſorio occurrit ei Dominus: *Et volebat occidere eum.* Exod. 4. num. 23. *Exod. 4.* Valde magna indagine dignum eſt, cur Angelus voluerit occidere Moyſen virum præclariſſimum, cui Deus ſe exhibuit in rubo multis, & magnis myſteriis, quem conſtituit Principem, & ducem ſui populi, & quem Deus deſtinaverat ad multa, & magna mirabilia agendæ, indeque multo magis mirabile, quia volebat eum occidere; quia filium ſuum ſecundum Eliezer, non circunciderat, quod ideo fecit; quia cum puer eſſet recens natus, laborem itineris timuit Moyſes, hacque de cauſa diſtulit circunciſionem, donec veniret in Ægyptum, ſicut & Iſraelitæ nati in itinere quadraginta annorum non ſunt circunciſi, & quod Moyſes circunciſionem pueri diſtulerit, indigne tulit Deus, ut notant ibi Lyranus, Abulenſis, & alij: *Lyran. Abulenſ.* ſed Deus, qui valde longanimis, & patiens in multa miſericordia erga grandes peccatores, cur ſic iraſcitur in Moyſen ſibi valde clatum ob culpam, quæ multam habet excuſationem; quia Moyſes ipſi Deo erat valde gratus & magnus, ideo ejus moras non ſuſtinet, & valde durum erga eum ſe exhibet. D. Auguſt. tom. 4. q. 16. veteris teſtamenti, ſic ait: *D. Aug.* *Ideo ſic infeſtum Angelum vidit Moyſes, & paratum ad vindictam; quia viri ſublimis culpa grave peccatum eſt:* quanto enim perſona ejus ſublimis eſt, tanto magis grave delictum ejus.

Levis culpa in juſtum Angelū habet.

120. Cum Dominus accepiſſet rationem à ſervis ſuis de talentis, acceſſit ille, qui debebat decem millia talenta, & omnia diſſipavit, deſtruxit, ac perdidit; tamen Dominus ex ſua benignitate, *miſertus ſervi illius dimiſit eum, & omne debitum dimiſit ei.* Matth. 18. n. 27. *Matth. 18* Aliter tamen factum vidimus cum eo, qui unum talentum acceperat, & totum integrum abſque ulla diminutione ſervavit, hoc Dominus ægre ferens valde dure & rigide in eum invehitur, ac increpans dixit: *Serve nequam quare non dediſti pecuniam meam ad menſam?* Luc. 19. n. 22. *Luc. 19.* Cur juſtus Dominus, tam lenis, ac ſuavis in eum, qui tantam auri copiam devoravit, & tam durus, ac rigidus in eum, qui ex aliqua negligentia nihil negotiavit? Etſi in peccatoribus grandia crimina patienter ſuſtineat, tamen in perfectis viris levem errorem non diſſimulat, eoſque manu forti expurgare vult. D. Chryſoſtomus homil. 5. de Pœnit. ait: *D. Chryſoſt.* *Decem millium talentorum univerſa dimiſit, à juſtis vero, & uſuras repetere promittit: quibuſdam quidem multa dimittis peccata, quaſi inimicis, quibuſdam verò ut nimis exacta de minimis etiam quæris, nihil his ad perfectionem deficere volens.* Expende *Quibuſdam multa dimittis peccata quaſi inimicis*, & ſubdit: *Quibuſdam nimis exacta: nihil his ad perfectionem deficere volens.*

Levis culpa increpatur in juſtis ſic in perfectione.

QUÆSTIO XV.

Quare Simon poſtulat ab Apoſtolis orationem, quam Rex Ninive non petivit à Iona Propheta?

121. CUm Petrus dixiſſet: *Pœnitentiam age; & roga Deum ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis; Reſpondens autem Simon, dixit: Precamini vos pro me.* Cum audiſſet Simon ab ore Apoſtoli negationem, tunc ipſe non ex intimo cordis affectu, de propoſito, ſed tamquam inconſulto obiter, ac caſu poſtulat ab Apoſtolis orationem, ut notavit D. Chryſoſt. homil. 18. in Acta, & ait: *D. Chryſoſt.* *Oportebat illum toto corde pœnitentiam agere, oportebat orare: Ille autem obiter hoc faciebat*, quæ ad ſalutem ſpectant non caſu, & fortuito ſunt agenda, ſed multo maturo, forti, ac conſtanti animo.

Sæpe obiter homines agunt de ſua ſalute.

122. Quæſtio præſens eſt: Poſtulat Simon ab Apoſtolis orationem pro ſe: *Precamini vos pro me.* Intrat Ionas, in civitatem Ninive clamans: *Adhuc & quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur;* Quæ vox inſonuit per totam civitatem. *Et pervenit verbum ad Regem Ninive, & ſurrexit de ſolio ſuo & abjecit veſtimentum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere.* Ion. 3. nu. 6. *Ion. 3.* Et tamen nullam legimus feciſſe orationem, aut deprecationem pro ſe, aut civitate ſua ad Ionam ſciebat bene optimus Rex, quod infructifera, & ſupervacanea ſit oratio, ſi non procedat, ac concomitetur cum lachrymis, pœnitentia, ac mortificatione, & ideo ſapiens prius injicit manum, ſeque totum ad pœnitentiam convertit in ſacco, & cinere, & poſtea ſe totum in orationibus profudit D. Maximus homil. in Litaniis ſic loquitur: *D. Max.* *Obliviſcitur ſe eſſe Regem, dum projicit purpuram, dum diadema deponit, cilicio autem veſtitur, & ſacco, & jejuniis perſeverat, orationibus immoratur;* præmiſit pœnitentiam in ſacco, ciliciis, ac jejuniis, & tandem ultimo loco ad orationes, ac ad obſecrationes confugit.

123. Hac doctrina bene inſtructus Divinus Sponſus dicebat Cantic. 4. numer. 6. *Cant. 4.* *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris*, prius apud ſe ſtatuit amplecti mortificationem, ac auſteritatem myrrhæ, deinde aſcendere ad orationem thuris ad illiuſque ſanctam, & odoriferam exhalationem D. Gregorius Magnus ibi ait: *D. Greg.* *Ad montem ergo myrrhæ, & ad collem thuris ſponſus vadit, quia eos familiariter viſitat, quos per mortificationem vitiorum ad alta proficere, & per humiles, & mundas orationes.* Prius Divinus Sponſus ſuos familiares exhortatur ad mortificationem vitiorum, deinde ad humiles, ac devotas orationes.

Prius mortificatio, deinde oratio.

124. Negat Petrus ſuum Divinum Magiſtrum: *Et converſus Dominus reſpexit Petrum, & egreſſus foras flevit amare.* Luc. 22. numer. 61. & 62. *Luc. 22.* Si Petrus peccat, & Dominus ad eum converſus in eum defigit oculos, qui ſuo aſpectu eum veluti invitabat ad veniam, cur flexis genibus ad eum non accedit poſtulans indulgentiam, ſed *egreſſus flevit amare?* Bene agnoverat Princeps Apoſtolicus, quod intempeſtiva ſit veniæ petitio, quæ à lachrymis, ac animi afflictione non procedit, ideoque prius in lachrymas prorumpit, & inde de venia cogitat. D. Ambroſius ad citatum locum Lucæ ait: *D. Ambr.* *Cur tacuit Petrus, ne tam citò venia petitio plus offenderet ante flendum, & ſic precandum.* Dolor præmiſſus, veniæ

Mortificatio, ac dolor veniæ apparatus.

 apparatus,

appatatns, nam ſine illo potius ſollicitatur ira, quam elementiæ benignitas.

125. Pſal 58. *Lachrymæ dant velut jus ad obtinendum.* Damian.
Hanc efficaciam cum lachtymis bene agnoverat David, dicens Pſalm. 38. numer. 13. *Exaudi orationem meam, Domine, & deprecationem meam: auribus percipe lachrymas meas.* Non nudam orationem, ſed lachtymis exotnatam offert, ut exaudiatur. Petrus Damian. opuſc. 13. cap. 12. ait: *Lachrymæ magnas habent voces in auribus Creatoris, quas voces ille ad Deum frequenter emiſerat, quid ad obtinendum poſſent ſubtiliter noverat, qui dicebat:* Exaudi orationem meam, auribus percipe lachrymas meas *lachrymæ nempe in conſpectu pij judicis ſupplicant, & nihil heſitant, ſed ſic miſericordiam, tamquam rem quamlibet proprij juris ſibi vendicant.* Adverte quod ait: *Auribus percipe lachrymas meas.* Lachrymæ videnuit, & non exaudiuntur, nt innuatut, quod oratio ſine lachtymis non auditur, ſed cum illis tamquam *res proprij juris*, auribus percipitur, lachrymæ dant jus orationi, ut poſtulata valeat impettare, ſic miſericordiam tamquam tem quamlibet proprij juris ſibimet vendicant.

Actor. 8. *num.* 26. Angelus autem Domini locutus eſt ad Philippum, dicens: Surge, & vade contra Meridianum ad viam, quæ deſcendit ab Ieruſalem in Gazam, hæc eſt deſerta.

Num. 27. Exurgens abiit: Et ecce vir Æthiops Eunuchus potens Candacis Reginæ Æthiopum, qui erat ſuper omnes gazas ejus, & venerat adorare in Jeruſalem.

Num. 28. Et revertebatur ſedens ſuper currum ſuum, legenſque Iſaïam Prophetam.

Num. 29. Dixit autem Spiritus Philippo: Accede, & adjunge te ad currum iſtum.

Num. 30. Accurrens autem Philippus audivit eum legentem Iſaïam Prophetam, & dixit: Putas ne intelligis, quæ legis?

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VII.

126. Michael.
Verſ. 26. *ANgelus autem Domini*, nt multis placet, ſcilicet Michael, utpote tutelaris Eccleſiæ, & ipſe Angelus per ſe viſibiliter in corpore aëreo apparuit, quia res valde difficilis mandabatur, ad quam multum urget anthoritas, & majeſtas imperantis: *Locutus eſt ad Philippum*, non Apoſtolum, nt vult Albertus Magnus in cap. 12. Joan. Sed Diaconum, nt tenent omnes Patres D. Chryſoſtomus, Oecumenius, D. Auguſtinus & ſequuntur Expoſitores; expleta prædicatione in Samaria ad alias gentes vult Deus ſplendeſcere lumen Evangelicum: *Surge* juxta loquendi modum ſcripturæ, id eſt perge, age velociter, celeriter *contra Meridianum.* Pagninus, Tigurina *Verſus Meridianum* Samaria unde veniebat Philippus erat ad Septentrionem.

(Albert. Magn. D. Chry. ſoſt. Oecum. D. Aug. Pagnin. Tigurin.)

127. *Quotuplex Gaza Civitas* Iudic. 16
Qua ducit ab Ieruſalem in Gazam; nam Jeruſalem erat in altiori loco, quam Gaza. Duplex fuit Civitas dicta Gaza, Altera antiqua in terra Phyliſthinorum, ad quam captivus erutis oculis ductus eſt Samſon Judic. 16. numer. 31. & concuſſis columnis tria millia Phyliſthinorum occidit. Ibidem. numer. 29. & hanc Gazam poſt bimeſtrem obſidionem occupans Alexander Magnus deſtruxit, ac ſolo æquavit teſte Curtio lib. 4. Altera Civitas Gaza, quæ Hebraicè idem eſt, ac fortis ædificata fuit in Perſide tempore Machabæorum, nt teſtantur Divus Hieronymus, ac Joſeph, & fuit valde celebris non longe ab antiqua Gaza, & per hanc antiquam deſtructam, ac devaſtatam tranſeundum eſt ad novam Gazam, & ideo dicitur in Textu *Via deſerta* ut notarunt Lyra, Cajetan. Hugo, & alij.

(Curtius. Lyranus. Caiet. Hugo.)

128. Græcus.
Verſ. 27. *Et ſurgens abiit*, faciens ſibi mandata: *Ecce vir Æthiops Eunuchus.* Ex Græco *Potens*, præfectus; Gente Abyſſinus, & alienigena religione Judæus proſelyta, de quo multa quæſtione ſequenti *Regina Candacis*: Candacis proprium nomen Reginarum Æthiopiæ, nt teſtantur Plinius lib. 6. cap. 29. Strabo lib. 17. Euſebius lib. 2. Hiſtoriar. cap. 1. ſicut & commune nomen Regum Ægypti Pharao, & poſtea Ptholomeus, Regum Syriæ Antiochus, Imperatorum Romanorum Cæſar, traduntque Æthiopes hanc Reginam ſuo peculiari nomine appellari Indich. *Qui erat ſuper omnes gazas ejus.* Syriacus: *Qui præerat univerſis opibus ejus.* Arabicus: *Quippe præfectus erat ærario ejuſdem Reginæ*, & id autem, quod dicitur *adorare in Ieruſalem* quæſtione ſequenti dicam.

(Plinius. Euſeb. *Quid Canda.* Syriac. Arabic.)

129. D Chryſoſt.
Verſ. 28. *Revertebatur ſuper currum ſuum legens Iſaiam Prophetam.* Divus Chryſoſtomus maxime laudat diligentiam hujus, quod nec in curru, nec in itinere erat otioſus, ſed lectioni deditus, de eoque ſic ſcribit Divus Hieronymus epiſt. 103. ad Paulinum, & ait: *Reliquit aulam regiam, & tantus amator legis, Divinaque ſcientiæ fuit, ut etiam in vehiculo ſacras literas legeret.* Gloſſa, & Hugo exiſtimant, quod tamquam Proſelytus ſciret Hebraïcam linguam, Lyranus ait, quod eo modo legebat Iſaiam, quo ſolent multi laïci ex devotione recitare horas Canonicas latino idiomate, quamvis non intelligant, aptius tamen poteſt dici quod legebat græco idiomate juxta lectionem ſeptuaginta, quæ tunc erat in magna æſtimatione.

(D. Hier. Gloſſa Hugo. Lyran.)

130. Gloſſa.
Legens Iſaiam Prophetam, diſponebat eum Deus ad fidem, & Religionem Catholicam amplectendam, quia ut recte ait Gloſſa ordinaria ubicumque in novo teſtamento ſalutis narratur principium ab Iſaia ſumitur teſtimonium.

135. Beda. Carthuſ. Hugo. D Cyrill. Ieroſolymit. Idacius. D Niſſe. Caietan. Lorin. Cornel. Tyrin. D. Chriſ. Arias.
Verſ. 29. *Dixit autem Spiritus Philippo.* De Spiritu Sancto per internam inſpirationem intelligunt Beda, Carthuſianus, Hugo cum Divo Cyrillo Jeroſolymit. Catecheſ. 17. at Idacius lib. controv. D. Niſſen. lib. de Baptiſm. cap. 18. Cajetanus, Lorinus, Cornelius, Tyrinus de Angelo exponunt, quæ interpretatio videtur aptior; nam Angelus infra numero 39. vocatur *Spiritus Domini*, & Angelus hic dirigebat, ac gubernabat Philippum: *Adjunge te ad currum iſtum.* Divus Chryſoſtomus: *Adhære currui huic.* Arias: *Adglutinare*, quæ denotant intimam appropinquationem.

132. Græcus. Syriac.
Verſ. 30. *Accurrens autem Philippus.* Græcus *Præcurrens*, Syriacus, *Cum acceſſiſſet*, ad illum nempe, *audivit legentem*, ex quo patet, quod Eunuchus alta voce legebat ex intimo animi affectu ad percipiendum: Et dixit; *Putas ne intelligis, quæ legis.* Syriacus: *An intelligis?* Æthiopicus: *An intelligis librum iſtum?* Multum laudat Divus Chryſoſtomus prudentiam Philippi, non arguit Eunuchum, quia hoc ſæpe homini eſt durum, tamquam ſi diceret, quid legis, ſi non intelligis, ſed per interrogationem: Putas ne intelligis, ut ipſe ſuam inſipientiam fateatur, & doceri poſtulet.

(Syriac. Æthiop. D. Chryſoſt.)

QUÆSTIO

QUÆSTIO XVI.

Quare Æthiops Eunuchus venit adorare in Ieruſalem, & quiſnam eſſet?

133. *Æthiopia unde dicta.* Plinius. PRimo iſte dicitur Æthiops ex Æthiopia, quæ regio ita dicitur à nomine Hebraico Cham filio Noe, ut multi volunt, vel Author eſt Plinius lib. 6. cap. 30. Ab Æthiope Vulcani filio, quod nomen juxta radicem græcam idem valet, ac *ardeo, uro, cremor*, nam facies illorum incolarum ardore ſolis nigreſcunt, ex hac regione, ubi nunc regnat Preto Ioannes erat iſte.

134. *Eunuch.* Græcus. Syriac. Euthym. Eunuchus ex Syriaco idem eſt, ac *præpoſitus*, ex græco idem valet, ac *Princeps præfectus*, proindeque hoc nomen *Eunuchus* non ſolum ſignificat ſpadonem ex ſectis, ſed etiam regium miniſtrum; nam hi quamvis ſecti non eſſent Eunuchi dicebantur; at hunc Eunuchum poſt reginam fuiſſe primum in regno tenet Euthymius in Pſalm. 167. nam Reges Perſarum, Medorum, Chaldæorum propter multitudinem fœminarum, quas habebant, Eunuchorum miniſterio utebantur ad Gynæceorum cuſtodiam. Inde emanavit, quod quilibet Regius miniſter Eunuchus diceretur. An vero iſte foret ex ſectis, aliqui recentiores tenent, probabilius negat Lyranus, quia dicitur Vir Æthiops, quod nomen importat virum virilem.

135. *Religione gentilis.* Beda. Hugo. Cajet. *Venerat in Ieruſalem adorare*, ex quo oritur difficultas, cujuſnam religionis eſſet iſte? Gentilem fuiſſe tenent Beda, Hugo Cajet. Lorin. Sanches; nam communiter dicitur, quod primus, qui ex gentilitate credidit, Cornelius extitit, cui D. Petrus prædicavit Evangelium Act. 10.

136. *Verior ſententia.* D. Iren. Bellarm. Carthuſ. Cornel. Eſtius. Baron. Contraria ſententia mihi videtur probabilior, quod erat Proſelyta, & religione Iudæus. Ita Divus Irenæus lib. 4. cap. 40. Bellarminus lib. 1. de Romano Pontifice cap. 22. & hic Carthuſianus, Cornelius, Eſtius, Monach. Baron. anno Chriſti 36. & dicit eſſe communem Patrum; quia iſte venit in Ieruſalem adorare in templo tempore Paſchali, ut tenebantur omnes Iudæi. Secondo iſte venit in Ieruſalem elapſo uno anno à morte Chriſti, & proculdubio audivit multa de mirabilibus operibus Chriſti, ejuſque miraculis, & qui ab Apoſtolis prædicabatur verum eſſe Meſſiam promiſſum in Prophetis maximè Iſaia, & ideo ipſe ibat præ cæteris legens Iſaïam.

137. Strabus. Ioſephus. Deinde inter Æthiopes, & Iudæos magna erat familiaritas, ac cohærentia in religione, ut teſtatur Strabus lib. 17. & circuncidebantur ſicut Iudæi, ut Author eſt Ioſephus lib. 8. cap. 4. cum ſe maxime jactarent eſſe progenitos à Salomone ex Regina Saba.

138. Math. 15. Math. 8. Nec illud, quod dicitur de Cornelio vim aliquam habet; prius enim converſa fuit Chananæa ex finibus Tyri, & Sydonis Matth. 15. n. 22. & Centurio Romanus, cujus puerum Chriſtus ſanavit Matth. 8. n. 8. Deinde Eunuchus iſte converſus eſt ex Iudaiſmo, non ex gentilitate, ut Cornelius.

139. *Eunuch. martyr.* D. Iren. Euſeb. Cyrill. Ieroſol. Baron. Iſte autem Eunuchus valde illuſtriſſimus fuit in fide Chriſti; nam poſtquam pervenit ad Æthiopiam Chriſtum Ieſum palam prædicavit, ut ex Divo Irenæo, Euſebio, Cyrillo Ieroſolymitano Divo Hieronymo refert Baronius citatus, ſicut ex Dorotheo in Synopſi, quod in Arabia Felici, & in Inſula Taprobana, in univerſaque Erythrea Evangelium prædicavit, tandemque glorioſa martyrij palma coronatus eſt, & ad ejus ſepulchrum multa facta ſunt miracula.

140. In converſione iſtius Eunuchi adimpletum eſt, id, quod ait David Pſalm. 67. numer. 32. *Æthiopia præveniet manus ejus Deo.* Nota illud *præveniet* prima faciet manus ejus cum Deo: In Scriptura *manus dare*, ſignificat facere amicitiam, ac confœderationem Threno. 5. numer. 6. *Ægypto dedimus manum*, fecimus amicitiam cum Ægypto. *Æthyopia præveniet manus ejus Deo*, ſeu, ut legit Divus Hieronymus: *Feſtinet dare manus*, ſeu ut habent alij Codices: *Accelerabit, celeriter pertendet manus*, facere nempe amicitiam, ac obedientiam cum Deo, etſi de omni gente Æthyopica locum exponant D. Chryſologus ſerm. 169. D. Auguſt. Caſſiodorus, Noſter Incognitus; tamen D. Hilarius in præſenti exponit de vehementi deſiderio Baptiſmi, quo flagravit iſte Eunuchus inſtructus à Philippo. Pſal. 67. Thren. 5. D. Hier. *Æthiop. Prima in fide recipienda.* D. Chryſolog. D. Aug. Incogn. D. Hilar.

Ait idem Regius Vates Pſalm. 71. numer. 9. *Coram illo procident Æthiopes, Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerent, & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſervient ei.* Communis vox Patrum, ac Doctorum eſt, quod in præſenti ſit ſermo de communi adoratione exhibita Chriſto Domino à toto Orbe; nempe quod ipſum magna adorationis veneratione colent Æthyopes, Reges Tharſis, & Inſulæ, reges univerſæ terræ, & omnes gentes; tamen in capite omnium ponuntur Æthiopes. Lorynus ait: *Primitias quaſdam ex Gentibus in Eccleſia Æthyopiam fuiſſe, quando Æthyopum reginæ Eunuchum Philippus Diaconus baptizavit.* Nota quod dicitur *Æthyopes procident*, corpore nempe projecto in terram: At reges adorabunt, & gentes ſervient erecto capite, ac cervice; At Æthyopes procident toto pectore proſtrati, ac procumbentes in humo in ſignum ſummæ humilitatis, reverentiæ, & abjectionis coram Chriſto exhibitæ. 141. Pſal. 71. *Æthiopia prima Chriſtū adorat magno cultu.* Lorin.

Actor. 8. *num.* 31. Qui ait: Et quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi? Rogavit Philippum, ut aſcenderet, & ſederet ſecum.

Num. 32. Locus autem ſcripturæ, quam legebat erat hic: Tamquam ovis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſine voce, ſic non aperuit os ſuum.

Num. 33. In humilitate judicium ejus ſublatum eſt; generationem ejus quis enarrabit, quoniam tolletur de terra vita ejus.

Num. 34. Reſpondens autem Eunuchus Philippo dixit: Obſecro te de quo Propheta dicit hoc? de ſe, an de alio aliquo?

Num. 35. Aperiens autem Philippus os ſuum, & incipiens à ſcriptura iſta, evangelizavit illi Jeſum.

Verſiones;

CVM EXPOSITIONE VIII.

Verſ. 31. QVi ait: *Quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi?* Syriacus: *Si non aliquis mihi fuerit dux viæ.* Arabicus: *Quomodo hoc mihi poſſibile, nemine me dirigente.* Oecumenius: *Me manu duxerit.* Eunuchus intelligebat linguam, non tamen ſenſum verborum: Unde D. Chryſoſt tam hic, quam homil. 3. de Lazaro agnoſcit in hoc Eunucho magnum deſiderium intelligendi, & Ingenuam ſuæ ignorantiæ profeſſionem. Gloſſa Ordinaria ait: *Arguit Eunuchus illorum audaciam, qui exiſtimant ſine doctore ſe Scripturam Divinam poſſe intelligere*, de quo plura dicam quæſtione ſequenti. 142. Syriac. Arabic. Oecum. D. Chryſoſt. Gloſſa

Rogavit Philippum, ut aſcenderet, nempe in currum; nam Philippus pedibus erat. *Sederet ſecum.* Æthiop. 143. Æthiop.

D. Chryſoſt. *Sederet pariter cum eo.* Notat D. Chryſoſtomus urbanitatem Eunuchi; licet enim videret Philippum
Magiſter honorandus. in habitu humili, tamen ex dignitate oris, gravitate aſpectus, morum compoſitione eum valde magnum virum judicavit. Deinde dicam, cum Eunuchus elegerit Philippum, ut Magiſtrum ad explicandam Scripturam, inde eum maxime iu multa veneratione habuit.

144. Verſ. 32. *Locus autem Scripturæ*; Syriacus: *Le-*
Syriac. *ctio Scripturæ tamquam ovis ad mactationem.* Qui locus ad literam iutelligitur de Chriſto Domino, ubi maxime ejus patientia commendatur, ut ait D. Pe-
1 D Petr. 2. trus epiſtol. 1. cap. 2. num. 23. *Qui cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur non comminabatur; tradebat autem judicanti ſe injuſtè.* Et de hoc late infra q. 18. agendum eſt.

145. Verſ. 33. *In humilitate ſublatum eſt judicium ejus.*
Syriac. Syriacus: *De clauſtro, & judicio ſublatus*, de ſua nempe humilitate, qua ut reus judicari voluit, ſu-
Duplex expoſitio. blatum eſt judicium ejus, quo judicatus eſt ad mortem Crucis, vel ut alij exponunt, quo judicatus eſt ab Æterno Patre, ut victor aſcenderet, qui tantus, & tantus eſt, ut ejus generatio, ſive Divina, ſive humana ſit inenarrabilis de quo infra q. 19.

146. Verſ. 34. *Reſpondens Eunuchus; Rogo te.* Arabic.
Arabic. *reſpondit miniſter*: & ait, &c. *Rogo, ut mihi indices, de quo Propheta hunc dicit ſermonem*: ex his liquet, quod Eunuchus incidit iu hunc locum Iſaïæ, non ex induſtria, ac ſtudio, ſed caſu, tamen multa, quæ nobis fortuito videntur ex alta Dei Providen-
D Chryſoſt. tia ſunt ordinata, ut in præſenti notat D. Chryſoſt. quod ex præſentibus patet, quod Eunuchus neſciebat, an Prophetæ loquerentur de ſuis propriis perſonis, ac de aliis.

147. Verſ. 35. *Aperiens Philippus os ſuum.* Pleonaſmus eſt Sacræ Scripturæ ad ſignificandum principium dicendi, largo ſermone iu re gravi, multa præmedi-
Ezec. 29 tatione, clara, & aperta voce Ezechiel. 29. num. 21. & 2. Corynth. 6. nu. 11. Matth. 5. num. 2. Et apte convenit cum Philippo: *Aperiens os ſuum*; nam Philip-
Beda. dus Hebraïce, idem eſt, ac *os lampadis*, ut notavit Be-
Arator. da, & ante eum Arator: *Impone Philippo os lampadis.*
148. *Evangelizavit illi Ieſum.* Et eſt Catechiſmus præ-
Baptiſm. cedens Baptiſmum adultorum, eoſque præluſtrat ante Illius ſuſceptionem; Baptiſmus enim dicitur Sacramentum Illuminationis, faciens nos filios lucis, ac lucem in Domino arma lucis Roman. 13.
Rom. 13. numer. 12.

QUÆSTIO XVII.

Quare Eunuchus cùm eſſet valde magnus tam avide poſtulat à Philippo illuſtrari, ac doceri?

149. IBat Eunuchus, ut valde potens in magno curru,
Diſcant potentes ſuam ignorantiã fateri, ut doceantur. multo famulorum apparatu; è contra verò Philippus ſolus, humili veſtitu, pedibuſque incedens, ab ipſo tamen poſtulat Eunuchus illuminari, ac doceri, ut eleganter expendit Divus Chryſoſtomus homil. 35. in Geneſ. & ait: *Non ægre tulit Eunu-*
D Chryſoſt. *chus, nec indignatus eſt, neque ſe contumelia affici exiſtimavit, quod pleriſque inſulſis accedit, quos pudet ignorantiam ſuam confiteri, & ab iis diſcere, qui docere valeant, & frequenter malunt in perpetua verſari ignorantia*; non ſic verò iſte Eunuchus: *Currus vectus eum, qui vilis videbatur, & ex veſtitu facile contemptibilis rogavit*, &c. Tam vehementi ſtudio diſcendi æſtuabat. Hoc exemplum propo-
nit Divus Hieronymus epiſtol. 103. exhortans ſapientes, & ait: *Nec ſanctior ſum hoc Eunucho, nec ſtudioſior, &c. Ignorabat eum, quem in libro neſciens venerabatur. Venit Philippus oſtendit ei Ieſum, qui clauſus latebat in litera, & ut intelligas te in Scripturis Sanctis ſine prævio, & monſtrante ſemitam non poſſe ingredi.*

Quis potentior, ac ſapientior Salomone, & ta- 150.
meu Deo dicebat 3. Reg. 3. num. 9. *Dabis ſervo tuo cor docile* Septuaginta *cor ad audiendum.* Arias *cor audiens* ad excipiendam doctrinam, & quæ expediunt ſcire, & neceſſaria ſunt. Unde ipſe ait Proverb. 1. numer. 5. *Audiens ſapiens ſapientior erit.* Rabbi Levi: *Cumulabitur ſapientia*, quia, ut recte ait noſter Divus Cyrillus, Alexandrinus lib. 1. Apol. Moral. cap. 1. cujus titulus eſt: *Semper diſce*, ubi inter multa de hac re, ſic habet: *Frater mi: Scriptum eſt à Salomone; Audiens ſapiens ſapientior erit, & quare hoc dixit, niſi quod ſapientiæ non eſt numerus*, ex quo infert: *Unde ſemper oportet addiſcere, & in extremis horis ſtudium ſapientiæ deſiderabilius indagare.*

Exquirit Divus Auguſtinus epiſtol. 119. cap. 21. 151.
In ipſis Sanctis Scripturis multo neſcio plura, quam D. Aug.
ſcio, & epiſtol. 28. ad Hieronymum ait: *Quamquam* *Fatetur*
te multo; quam ego ſum ætate majorem, tamen ipſe *neſcire, & velle*
etiam jam ſenex conſulo, ſed ad diſcendum, quod *emendari.*
opus eſt, nulla mihi ætas ſera videri poteſt; quia etſi ſenes magis decet docere, quam diſcere, magis tamen diſcere, quam quid doceant ignorare. Unde mo-
net Seneca epiſtol. 77. & ait: *Tandiu audiendum,* Seneca.
& diſcendum eſt, quandiu neſcias, & proverbio credimus, quandiu vivas.

Et hoc maxime neceſſarium eſt illis, qui præ- 152.
ſunt, & ſunt in alto culmine. Ait Apoſtolus 2. Ti- 2. Tim. 2.
moth. 2. numer. 24. *Oportet Epiſcopum docilem eſſe*, hoc eſt, ut quod ſinat, & patiatur ab alio doceri,
& inſtrui; atqui ipſe Apoſtolus ait. 1. Timoth. 3. 1. Tim. 3.
numer. 2. *Oportet Epiſcopum doctorem eſſe*, ſi do-
ctor, quomodo docibilis, ut explicat Divus An- D. Anſel.
ſelmus facilis, ut doceatur, quod eſt diſcipuli, & *Doctor optime*
non doctoris, ſi ipſe fuerit bonus, & facilis, ut do- *diſcat.*
ceatur erit bonus, & optimus Magiſter, ut doceat.
Divus Cyprianus epiſtol. ad Stephanum Pontifi- D. Cypr.
cem: *Oportet*, ait, *Epiſcopum non tantum docere, quam diſcere, quia ille melius docet, qui quotidie proficit, & creſcit diſcendo meliora.*

Ait Apoſtolus Paulus ad Galat. 1. numer. 18. *Ve-* 153.
ni Ieroſolymam videre Petrum, & manſi apud eum Galat. 1.
diebus quindecim. Sacri Apoſtoli nihil faciebant ſuper filium otioſum, ac ex curioſitate, ad quid venit Paulus videre Petrum, & apud eum per quindecim dies immoratur, ut ab eo inſtrueretur in-
quiunt Eraſmus, & Vatablus, quod intellige, non Eraſmus
in doctrina Evangelica; quia ut ipſe Apoſtolus ait: Vatabl.
Evangelium ego ab homine non accepi, tamen cum Petrus eſſet magnum miraculum totius Orbis, &
ipſe Paulus Doctor Gentium venit videre Petrum, *Doctor*
ut ab eo in moralibus inſtrueretur in modo vivendi, *gentium*
agendi, gubernandi, in omnibus operationibus, *ſe diſcipulum*
ac actionibus ſuis. D. Hieronym. epiſtol. 103. ad Pau- *exhibebat.*
linum ait: *Hoc enim myſterio hebdomadis, & ogdoa-*
dis futurus gentium prædicator inſtruendus erat. D. Hier.
Hebdomada, & ogdoadis, id eſt ſpatium ſeptem, vel octo dierum.

QVÆSTIO XVIII.

Quare Chriſtus Dominus dicitur ſicut ovis ad occiſionem, & quaſi agnus coram tondente?

LOcus deſumptus eſt ex Iſaïa 53. num. 7. ſermo 154.
ad literam eſt de Chriſto D. in ſua glorioſa paſ- Iſaïæ 53.
ſione, qui nec gemuit, nec conqueſtus eſt, nec teſtitit,
nec

Summa, & admirabilis Christi D. patientia.

nec obluctavit, ſed ſumma, & admirabili patientia ſuſtinuit illam carnificum crudeliſſimam tunſionem, qua oon lanam, aut veſtem forcipibus, ſed pellem, carnem, omnemque ſanguinem, ac vitam rigidis flagellis, ſpinis, malleis, clavis, lanceaque detraxerunt, & ad hoc facit Ioannes Baptiſta clamans, *Ecce Agnus Dei* immulandus pro totius mundi redemptione, Agnus frequenter prædictus ab Iſaia, & Ieremia, ac ab alijs Prophetis, Agnus præfiguratus ſacrificio Abelis, Iſaac, & Agni Paſchalis, & etiam jugis oblationis matutinæ, & veſpertinæ, multis ſacrificatis Agnis in quolibet feſto præſcripto in lege, qui offerendi erant, ut obſervant communiter Patres D. Cyrill. Ambroſ. Auguſt. Hieronym. & ad hoc alludit Joannes Evangeliſta in ſua Apocalypſi, ubi ferè per triginta vices nomen Agni Chriſto D. tribuit, & inde 6. Synodus in Trullo canon 82. laudat conſuetudinem depingendi Chriſtum ſub figura Agni, ut perpetua ſit in noſtra memoria paſſio Chriſti, & hinc deducta eſt antiquiſſima conſuetudo Eccleſiæ Romanæ in Octava Paſchatis figura Agni impreſſa in Cera cum multis Reliquijs dari populo, de cujus origine, ac multis miraculis editis latè dixi tom. 1. in Apocalypſ. cap. 5. quæſt. 15. num. 131 132. & deinceps.

D. Cyrill. D. Ambr. D. Aug. D. Hier. Apoc. 5. Sexta Synod.

155. Circa quæ aliqua ſunt notanda. Primo dicitur Chriſtus ovis, cum ipſe ſit Paſtor: *Ego ſum Paſtor bonus*. Pulchrè D. Baſil Seleuc. orat. 26. ait: *Paſtor pro ovibus, tamquam ovis jugulum præbet*. Præclarum magni Paſtoris inſigne eſt, ut pro jugolandis ovibus ipſe tamquam ovis jugulandus ſit, in nullo diſcrimine, in nulla actione ſuos videt, quod ipſe in ſe diſſimulet, & in ſe non aſſumat. De ſe judice ait Chriſtus D. Matth. 26. n. 64. *Videbitis filium hominis venientem in nubibus Cœli*. Et cur modo in extremo judicio in nubibus ſe exhibet? Ait Paulus 1. Theſ. 4. n. 16. *Deinde nos, qui vivimus, qui reſidui ſumus rapiemur cum illis in nubibus obviam Chriſto in aëre*. Ipſe pro ſua majeſtate venit in nubibus etiam in ſimili præeminentia, ac honore ſuos ſecum vult habere. Origen. homil. 30. in Matth. ait: *Si Beati homines in nubibus rapientur in aërem, quid mirum eſt in nubibus Filium Dei venire cum virtute, & gloria multa?* Perfecti, ac magni Paſtoris eſt ovium ſuarum ſtatum, ac conditionem non refugere, ſed eos ſimiles ſecum habere.

D. Baſil. Seleuc. Bonus Paſtor ſuorum diſcrimina non recuſat. Math. 26. Bonus Paſtor ſuorum ſtatum non refugit. Origen.

156. Secundo: Cur dicitur Ovis, & Agnus? D. Leo ſerm. 7. de Epiphania ait: *Diſpoſitos dies ſub perſecutione inchoavit, & ſub perſecutione finivit, nec puero tolerantia paſſionis, nec paſſuro defuit manſuetudo puerilis*. Agnus eſt in tenera ætate, ovis jam in majori, ac veluti grandæva; dicitur Agnus, & ovis Chriſtus, quia patientia, qua in pueritia ſuſtinuit multas perſecutiones, ac contrarietates, eandem retinuit ultimo tempore vitæ ſuæ in paſſione: *In laboribus à juventute mea*.

D. Leo. Eadem virtus in pueritia, ac juventute.

157. Tertio: *Sicut agnus coram tondente ſe obmutuit*. Totus meus Jeſus addictus fuit ſub crudeli flagello, ſub pœnis, clavis, & cruce, quid habet hoc cum levi tonſoris manu? quid tonſura cum immani carnificia? quid tonſuris manus cum ſacrilegis carnificibus? Tonſura ad levamen, & ornatum fit, illa vero carnificia tota fiebat ad exitum, ac tormentum. D. Chryſoſt ſerm. de negat. Petri habito tom. 6. ait: *Ut enim in noſtra hac vita, qui tondetur homo, & nullo dolore afficitur, & forma ſpecioſus apparet: ita quando vulnus Chriſtus accipiens quaſi tonſuram ſuſtinuit, nec dolorem ullum perpeſſus eſt, & reſurrectionis pulchritudinem indicavit*. Ille totus cruciatus, cum à Deo eſſet ordinatus ad Chriſti reſurgentis gloriam, non dolores, & vulnera, ſed tonſura ad levamen, & ornatum reputabantur, cum ex eis tanta ſplendoris majeſtas proveniret; non enim reputatur malum, quod ingens parturit bonum.

D. Chryſoſt. Non indicatur malum quod magnum parturit bonum.

Ait Job. 30. n. 12. *Ad dexteram Orientis calamitates meæ illico ſurrexerunt*. Cur à dextris, non à ſiniſtris? quia inſuflarunt in eum magnum meritorum cumulum, & gloriæ augmentum. Gillibertus Abbas ſerm. 38. in Cantic. ait: *Iure ventum illum dextrum vocavit, qui nihil illi quivit ſiniſtrum inferre: qui etiam corona gloria viro juſto comportavit augmentum*. 158.

Iob. 30. Gillib.

Quarto: Duo proponuntur ovis occiſio, & agni tonſio, ſed quid agni tonſio cum mactatione ovis? In ove perditur vita, in agno abſque ullo corporeo vulnere externum ornamentum componitur, & tamen major patientia viſitur in agno, quam in ove; ovis enim cum ſit grandis valet reſiſtere, & reluctare, quod minimè præſtat agnus ob ſui teneritudinem. In occiſione ovis adumbratur Chriſti mors, in tonſione verò quando ablata debita reverentia paſſus eſt Chriſtus opprobria, ac injurias apud Herodem cum exercitu ſuo. Tertullian. lib. 6 de Carnis reſurrect. ait: *Tamquam ovis ad jugulationem adductus eſt, & tamquam Agnus ante tondentem, ſcilicet Herodem ſine voce, ſic non aperuit os ſuum*. In agno major patientia demonſtratur in tonſione; de eo enim dicitur non aperuit os ſuum, quod non dicitur in occiſione ovis; quia major patientia exoptatur in viro magno, ac illuſtri dum tondetur, ac læditur in fama, ac honore, quàm dum crudeli vulnere vita aufertur. 159.

Tertull. Contumelia viro ingenuo durior morte.

Fortiſſimus Samſon capitur à Philiſthæis, ac ab eis obcœcatus multis opprobrijs, injurijs, ac ignominijs afficitur, quorum ferè tria millia in quadam domu erant lætantes, & exultantes de ſuo comprehenſo inimico, quæ tota domus nitebatur in duabus columnis, inter quas illuſus Samſon verſabatur, qui accedens ad illas ait: *Moriatur anima mea cum Philiſthim, concuſſiſque fortiter columnis cecidit domus ſuper omnes*, Iudic. 16. n. 30. Voluit potius vir magnus forti animo mortem eligere, quam vitam cum convitijs, ac ignominijs ducere D. Ambroſ. epiſt. 70. ait: *Vivere, & mori natura functio, ludibrio eſſe opprobrium ducitur, cupiens igitur tantum contumeliam morte in reliquum prævertere, popoſcit à puero, ut admoveret eum ad columnas*, &c. Vide in omnibus libris verbo *Injuria*. Cur autem Chriſtus dicatur agnus multas dedi rationes tom. 1. lib. 3. cap. 5. q. 2. per totum, & cap. 5. in Apoc. q. 15. 160.

Iudic. 16. Samſon elegit mortem, ne contumelijs viveret. D. Ambr.

QUÆSTIO XIX.

Quare cum Propheta teſtatur, quod Chriſtus D. de anguſtia judicij ſublatus ſit, ſtatim adjungit generationem ejus eſſe inenarrabilem?

Ait Iſaias citato cap. 53. n. 8. *De anguſtia, & judicio ſublatus eſt: generationem illius quis enarrabit*. Quod vaticinium duas habet partes; Prima *de anguſtia judicij ſublatus eſt*, & dupliciter explicatur, primo D. Cyrill Alexandr. Hieron. Procopius ad citatum locum Iſaiæ, Tertullian. lib. contra Judæos, D. Chryſoſt. mat. 3. contra Judæos, & hic Vatablus, Leo à Caſtro cum Origene, & Sanchez, Cornel. Ipſe nempe Chriſtus verus Filius Dei de anguſtia, ac judicio Pilati, ac Pontificum ſublatus eſt ad Crucem, cum eſſet tam ſublimis divinus Vir, ut ejus generatio ſit ab homine inenarrabilis. 161.

D. Cyrill. D. Hier. Procop. Tertull. D. Chryſoſt. Prima expoſitio.

Secunda eſt ejuſdem D. Hieronymi, Ruperti, Carthuſiani, Cardinal. Hugonis: Ipſe de judicio Pilati, ac Pontificum, ac ignominia Crucis ſublatus eſt, ut victor aſcenderet ad dexteram Patris, ut debebatur ejus celſitudini, cujus generatio eſt inenarrabilis. 162.

D. Hier. Rupert. Carthuſ. Hugo.

Utraque expoſitio eſt probabilis, prima communior, & probabilior, quia Propheta immediatè adjungit; *Generationem ejus quis enarrabit, quia abſciſſus eſt de terra viventium propter ſcelus populi mei percuſſi eum*, non propter aliquod ipſius delictum, ſed propter ſcelus populi mei, ut ipſe in ſe expiet, & abſolvat, ubi cum ad literam ſit ſermo.

163. *Exprobratio Iudæorū.* *Generationem ejus quis enarrabit.* Hoc dicit Propheta tamquam exprobrando Judæos, ac ſi dicat: O Judæi in tantam amentiam, ac nequitiam incidiſtis odio, ac invidia frenetici, ut vir tam illuſtriſſimus ac divinus, cujus generatio eſt inenarrabilis, à vobis ſublatus ſit ad Crucem, & mortem de terra viventium.

164. *Generationem ejus quis enarrabit*, Nam ſi conſideretur divina generatio à Patre, ei conſubſtantialis eſt, ejuſdem cum illo naturæ, potentiæ, gloriæ, majeſtatis ab æterno. Si humana ejus generatio conſideretur præcellit omnes homines, ut Dominus totius univerſi, Princeps Angelorum hypoſtaticè unitum non confuſione naturæ, ſed in unitate perſonæ. De hac re latius egi tom.1. in Evang. lib.1. cap.2. quæſt.3.

165. Generatio ejus dicitur *inenarrabilis*, id eſt valde occulta, & abſcondita diſputanti, ac curioſè inquirenti, non verò amanti, ac fervida charitate contemplanti; ad hoc advoco, id quod dicebat Euxenius in Panegyrico ad Conſtant. *A primo igitur incipiam originis tuæ nomine, quod plerique adhuc fortaſſe neſciunt, ſed qui te amant plurimum ſciunt.* Inde ſuum Imperatorem maximè commendabat, quod ejus progenies occulta eſſet ſapientibus, manifeſta verò ipſum amantibus; ſic de Filij Dei origine, ac proceſſu plus ſapiunt ipſum fervida charitate diligentes, quam curioſè diſputantes. Ita dicebat Chriſtus D. ad Patrem ſuum, Matth.11. n.25. *Confiteor tibi Pater Domine Cœli, & terra, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & revelaſti ea parvulis*; nempe diligentibus.

Fidei myſteria, potius amoris affectu, quàm ſtudio comparantur.

Math.11.

166. Ait David Pſalm.138. n.11. *Et nox illuminatio mea in delicijs meis:* Cum ſe videt inter caliginoſas hujus mundi tenebras ſe dicit David illuminatum, ut verum ſolem agnoſcat; & unde illi tanta lux, an à ſua ſapientia, cum ipſe inter cæteros eſſet ſapientiſſimus, ut dicitur 2.Reg.cap.23.n.8. Minime; ſed *in delicijs meis*, in ſuis nempe amoribus, ac affectuoſis contemplationibus cum Deo, ibi tantam lucem, ac ſplendorem invenit: Gillibertus Abbas ſerm.5. in Cantic. ait: *In delicijs, non in ſcientijs, ita & tu noctem, ſi non potes ſcientijs, pertenta illuminare delitijs, quidquid hic videmus per ſpeculum in ænigmate, totum in nocte eſt, & in hac nocte poteſt Ieſus meus magis dulci quodam affectu ſuaviter ſentiri, quam ſciri ad purum.* Nota, ac expende ultima verba. De hac re multa dixi tom.3. in Evangelia cap.20. quæſt.6. 7. & 8.

Pſal.138. 2.Reg.23

Gillib. Plus de Deo agnoſcitur contemplando, quàm ſciendo.

Actor.8.n.36. Et dum irent per viam venerunt ad quandam aquam, & ait Eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari?

Num.37. Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde licet: Et reſpondens ait: Credo Filium Dei eſſe Jeſum Chriſtum.

Num.38. Et juſſit ſtare currum, & deſcenderunt uterque in aquam Philippus, & Eunuchus, & baptizavit eum.

Num.39. Cum autem aſcendiſſent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum:

N.40. Philippus autem inventus eſt in Azoto, & pertranſiens evangelizabat in Civitatibus cunctis donec veniret Cæſaream.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV.

Verſ.36. VEnerunt *ad quandam aquam.* Syriac. *Ad locum quendam in quo erant aqua.* D Hieronym. de locis Hebraïcis; Adrichomius teſtantur in deſcriptionibus tribus Dan: *Fons Æthiopis eſt in medio itinere, quo itur ab Ieruſalem in Gazam contra Bethſuram, vigeſimo ab Urbe lapide ad radices montis ebulliens, & eadem, qua gignitur ſorbetur humo in quo Philippus Eunuchum baptizavit.* 167. D. Hier. Adrich.

Quid prohibet me baptizari. Aliqui ex Græco legunt; *Quis prohibet*, melius tamen noſtra vulgata in neutro *quid*, id eſt nullum eſt obſtaculum, nullum impedimentum; notat D.Chryſoſt. modeſtiam, qua petit Baptiſmum, non ait: Baptiza me, ſed tantum ſuum exponit deſiderium, & præ humilitate non audet petere, & ut ait Gloſſa interlinealis: *Fides plena eſt, aqua prope, baptizator præſens*, D.Hilarius in Pſalm.67. ait: *Sacramentum Baptiſmi adeo impatienter poſtulavit, ut à Diacono miniſterium Apoſtolici officij, ſalutis ſuæ cupidus exigeret, arripuit aqua opportunitatem Eunuchus cujus erat in via raritas per deſertum*, & præſentem, & aptam occaſionem noluit omittere. 168. Græcus. D.Chryſoſt. Interlin. D.Hilar.

Bona occaſio non omittenda.

Verſ.37. *Si credis ex toto corde licet.* Arabicus: *Si credis ſicut oportet.* Beda teſtatur, quod aliqui addunt: *Si credis ex toto corde ſalvus eris*, cum dicit *ex toto corde*, id eſt pure, ſincerè, & non fictè, quæ dixit: *Credo Ieſum Chriſtum Filium Dei.* Ex his patet Eunuchum inſtructum fuiſſe à Philippo Chriſtum eſſe Filium Dei, incarnatum, paſſum, mortuum, redivivum ad dexteram Patris, verumque Meſſiam promiſſum in lege, ac etiam de cæteris myſterijs ad ſalutem neceſſarijs, & etiam Philippus exhortatus eſt Eunuchum ad pœnitentiam ante Baptiſmum juxta doctrinam D.Petri prædicantis ad populum, dicentis: *Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſquè veſtrum*, Act.2.n.38. Nam in adulto ad recipiendum Baptiſmum cum fructu neceſſarius eſt dolor de iniquè antea factis, ut eſt definitum in Concilio Tridentino ſeſſ.6.can.7. Carthag.can.83. & latè Theologi cum D.Thoma 3.p.q.68.art.4. 169. Arabic. Beda. Actor 2. Tridene. Carthag. D.Tho.

Verſ.38. *Iuſſit ſtare currum.* Syriacus: *Præcepit ſtare.* Dubitat Cardinalis Hugo, quiſnam præcepit, Philippus, an Eunuchus? D.Chryſoſt. tenet quod Eunuchus, quod cohærentius videtur in lectione Syriaca *præcepit*, quod indicat dominium præcipientis, quod Eunuchus habebat in curru. *Deſcenderunt uterque in aquam Philippus, & Eunuchus.* Poterat fieri Baptiſmus in curru aſperſione aquæ, ſicut in die Pentecoſtes prædicante Petro tria millia baptizati ſunt, Actor.2. n.41. & poſtea quinque millia hominum, Actor.4.n.4. & ibi dixi, tamen Eunuchus voluit de curru deſcendere ad aquam, tum ob eximium, magnumque affectum ad Baptiſmum, tum ob magnam erga Sacramentum reverentiam. 170. Syriac. D. Chryſoſt. Actor. 2. Act.4.

Imo quamvis Eunuchus eſſet magnus Princeps nō veretur ſe coram ſervis ſuis denudare, ut Baptiſmum ſuſciperet: Carthuſ. ait: *Eunuchus magnā familiam habebat, nec tamen coram illis, ſe nudare, ac lavare erubuit, dum coram Deo de proprijs verecundabatur peccatis.* Ubi cœpit coram Deo de ſuis peccatis verecundare, ac divinam iram timere, cum tantum de ſuis peccatis concepit horrorem, ac timorem, de quocumque alio depoſuit horrorem, ac timorem. 171. Carthuſ.

Qui Deū timet nihil aliud veretur.

Verſ.39. *Spiritus Domini rapuit Philippum.* Gloſſa Interlinealis intelligit Spiritum ſanctum, alij, qui- 172. Interlin.

bus

D.Hier. bus favet D.Dieronymus, Angelum qui ſupra locu-
tus eſt Philippo, *rapuit Philippum*, ut inde cognoſ-
ceret Eunuchus Philippum eſſe virum magnum, ac
peculiariter ei miſſum à Deo, de quo infra quæſt.21.
Eunuchus autem *Ibat per viam ſuam gaudens.* Ara-
Arabic. bicus: *Porrexit viam ſuam lætus.* De tanto dono gra-
tiæ in Baptiſmo ſibi dato; gaudium autem eſt fruc-
Galat.5. tus divini Spiritus, ut ait Paulus ad Galat.5.n.22.
de hoc Eunucho, ejuſque martyrio dixi ſupra q.16.

173. Verſ. 40. *Philippus autem inventus eſt in Azoto.*
Paguin. Pagninus: *Repertus eſt.* Vatablus: *Comparuit.* Azo-
Vatabl. tus Civitas eſt Palaſtinæ valde celebris de qua q.25.
Syrus. in limine: *Et pertranſiens evangelizabat.* Syrus: *Et*
Arabic. *inde peragrabat.* Arabicus: *Et abeundo annuntiabat,*
Arias *Prateriens* evangelizabat per cunctas Civita-
te, donec veniret Cæſaream civitatem valde illuſ-
trem juxta oram maris.

QUÆSTIO XX.

*Quare non viſis miraculis, nec portentis, Eunu-
chus tam citò credidit, & tam firma fide
ſuſcepit Baptiſmum?*

174. *Lectio Scriptura miracula operatur.* CRediderunt Magi Chriſtum verum Deum, vi-
derunt novam ſtellam in Oriente, credidit La-
tro pendens in cruce videns multa portenta fieri in
toto Orbe; at iſte Eunuchus nihil eorum eſt intui-
tus, & tamen prompta fide credidit; unde hoc? Erat
totus intentus legens ſacram Scripturam, & quod
multa miracula præſtant, hoc una Sacræ Scripturæ
D.Chryſoſt. lectio exhibet, & adimplet. D.Chryſoſt homil 19.in
Acta ait: *Dignum profectò mirari Eunuchum illum,
non viderat Ieſum Chriſtum, non viderat ſignum. Ul-
tra videbat quis ſtatus Ieroſolymis, & credidit Phi-
lippe. Unde igitur talis factus? Solita erat anima il-
lius attendi Scripturis, vacari lectionibus: Cum La-
tro viderit ſigna, & Magi viderint ſtellam; hic tale
nihil viderat, & credidit: tanta res eſt, ac tam utilis
Scripturarum lectio.*

175. Cum volumus ſignificare aliquid impoſſibile, di-
D.Hier. cimus Æthiopem dealbare, D.Hieronym. in epita-
Lectio ſacra impoſſibilia vincit. phio Paulæ ait: *Æthiops Eunuchus mutavit pellem
ſuam, dum vetus relegit inſtrumentum, & fontem re-
perit Evangelij.* Unde Æthiops iſte potuit tam fa-
cile dealbari, dum lectioni Scripturæ inſtat, invenit
condignum ſalutis indumentum, ac pellem valde
dealbatam.

176. Venit mulier Samaritana multis peccatis, ac lu-
xurijs deturpata, ac denigrata ad colloquium cum
Chriſto Jeſu, & inde redijt mundata, & dealbata di-
vina gratia, & unde tantam puritatem, ac mundi-
tiem eſt aſſecuta, dum Chriſtum agnovit ex doctrina
legis, ac Prophetarum contenta in Scriptura, dixit
enim: *Scio enim, quia Meſſias venit, qui dicitur
Chriſtus, cum ergo venerit, ille nobis annuntiabit om-
Ioan.4. nia,* Ioan.4.n.25. ad quæ verba præclarè D.Chry-
D.Chryſoſt. ſoſt.tract.2. de Samaritana habito tom.6. ait: *O me-
Notitia ſacra Scriptura efficax ad ſalutem. retricem de ſpiritualibus philoſophantem! O meretri-
cem Scripturas ſacras in ore habentem; & ſi enim cor-
pore ſcortationibus cooperta eſt, animo tamen ſacra-
rum literarum pronuntiatione purgata eſt.* Mulier
multis ſcortationibus fœdata erat, tamen notitia ſa-
crarum literarum legis, & Prophetarum inſervivit
ei, tamquam puriſſima aqua, ut eam ab omni inqui-
namento ablueret, omnemque illius maculam abſ-
tergeret: *Etſi corpore ſcortationibus cooperta eſt, ani-
mo tamen ſacrarum literarum pronuntiatione pur-
gata eſt.*

177. Unde optimè ait D.Chryſoſt. homil.2. de verbis
D.Chryſoſt. Iſaiæ: *Scripturarum lectio cœlorum eſt reſeratio.* Ait
ſuis Apoſtolis Chriſtus D. *vobis datum eſt noſſe myſ-
terium regni Dei,* Luc.8.n.10. ſeu ut ſcribit D.Math. Luc.8.
13.n.11. *Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Cœlo-* Math.13
rum, & quodnam eſt hoc regnum Dei, ſeu regnum *Sacra*
Cœlorum? Explicat ibi Abulenſis: *Sacra nempe* *Scriptura clavis Cœlorum.*
Scriptura. Ipſa nempe ſacra Scriptura nobis aperit
& patefacit ipſum Regnum Dei, ac januam Cœ-
lorum.

Hinc maximè extollit Caſſianus collat.14.cap.10. 178.
Magiſtros, & Doctores ſacræ Scripturæ, qui maximè Caſſian.
inſerviunt ſua doctrina ad animam excolendam in *Scriptura armamur*
omni virtute, dirigendam ad ſalutem, & expugna- *contra inimicū.*
bili munimine cuſtodiam ab omni adverſariorum
machinatione. Petrus Damianus lib.6.epiſt.29. ait: Damian.
*Mens tua divinis ſe voluminibus occupet. His inten-
ta pervigili ſemper inſtantia perſeveret. His antiquus
inſidiator, cum te viderit intentum velut hoſtem fugit
armatum, & timet quominus aggredi.*

In illa magna, ac myſterioſa fabrica Templi Sa- 179.
lomon *poſuit Cherubim in medio Templi interioris:
extendebat autem alas ſuas Cherubim, & tangebat ala
una parietem, & ala Cherub ſecundi tangebat parie-
tem alterum,* 3.Reg.6.n.27. Medio poſiti Cherubini 3.Reg.6.
alis ſuis attingebant utrumque templi interioris pa-
rietem habentes ſub alis Oraculum, & arcam, nem-
pe ad ipſam cuſtodiendam, ac defendendam, & ad
hoc ſolum Cherubini eliguntur, cur non potius ex
alijs Angelorum choris, ex Poteſtatibus, ex Princi-
patibus, ex Dominationibus? D.Brunus de laudibus D Brun.
Eccleſiæ cap.3. ait: *Bene autem ſub alis Cherubim* *Scientia Scripturarum*
Arca teſtamenti ſtare dicitur, quia nihil eſt, quod ſic *defendit,*
Eccleſiam Dei defendat, & muniat, ſicut ſermo divi- *& cuſtodit Eccleſiam.*
nus, & ſcientia Scripturarum. In Cherubinis ſigni-
ficata, ſcientia Scripturarum magis tuetur, ac prote-
git Eccleſiam, ac omnem ſanctitatem, quam omnes
Principatus, Poteſtates, ac Dominationes.

QUÆSTIO XXI.

*Explicatur quænam Civitates ſint Azotus & Ca-
ſarea, de quibus agitur in præſenti.*

ANgelus tranſtulit Philippum in Azotum, quæ 180.
eſt una ex quinque principalibus Civitatibus Azotus.
Paleſtinorum, & valde celebris, in ea captiva extitit
Arca Domini, 1.Reg.5.n.1. diſtat à Gaza quadragin- 1 Reg.5.
ta circiter milliaria, & ex hac Civitate per alias Ci-
vitates pertranſiens Philippus evangelizabat Chri-
ſtum Ieſum verum Deum.

Uſque veniret in Cæſaream. Ortelius hujus nomi- 181.
nis in theſauro geographiæ numerat octo, vel no- Cæſarea.
vem Civitates, hæc de qua hic agitur juxta mare Ortelius
Mediterraneum ſita inter Doram, & Joppen prius
Turris Stratonis dicta. Ab Herode tamen Aſcalo-
nita, dicta eſt Cæſarea ob honorem Auguſti Cæſaris, *Varia*
cui eam dicavit, & diverſa eſt à Cæſarea Philippi, *nomina.*
quam Philippus Herodis filius ædificavit ad radices
Libani, in honorem Neronis Cæſaris, unde dicta fuit
Cæſarea, & etiam Neronias.

In hac noſtra Cæſarea iſte Philippus Diaconus 182.
habuit ſuam domum, & ſimul in ea quatuor filias *Multa,*
Prophetiſſas, Actor.21. Herodes Agrippa quia accla- *qua in*
mabatur *vox Dei* ab Angelo percuſſus interficitur, *illa contigerunt.*
Actor.12. In ea Cornelius Centurio baptizatur à Actor.12.
D. Petro, qui primus illius Apoſtolus eſt dictus,
Actor.10. & hic Agabus prophetizavit Paulo illius Actor.10
vincula, ubi Apoſtolus carcere detentus cauſam ſuam
pertractavit coram Rege Agrippa, & Felice Præſide,
& vinculis incarceratus à Faſto Cæſarem appella-
vit, Actor.23. Act.23.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XXII.

Quare tam citò Angelus rapuit Philippum à præſentia Eunuchi?

183. Dan.14. Ezech.8. ARripuit Angelus, ſicut tranſtulit Prophetam Habacuc in Babyloniam, Daniel.14. n.35. & ſicut apprehendit Ezechielem 8. n.3. Sed cur tam ſubito expleto Baptiſmo?

184. D.Chryſoſt. Lyran. Reſpondet D.Chryſoſt. ut Philippus *eſſet in admiratione, tanquam vir non vulgaris, ſed Divinus, ac Prophetis non inferior*, & deinde ejus doctrina eſſet in multa æſtimatione. Secundo Lyranus *Ut Eunuchus intelligeret Philippum à Deo* ſpecialiter fuiſſe miſſum ad eum informandum *de fide, & baptizandum*. Ut inde multas gratias Deo exhiberet pro tam peculiari beneficio ſibi dato. Oecum. Tertio Oecumenius ait: *Quoniam voluiſſet Eunuchus adhuc congredi, & Philippus abnuens, ac denegans, cum nondum tempus eſſet, ipſum utique contriſtaſſet*; Quia Eunuchus vellet Philippum apud ſe detineri, quem Deus volebat alijs gentibus prædicare; dona enim Dei non in uno coarctantur, ſed in multos exundant.

185. Tertull. Quarto Tertullianus lib. de Baptiſmo ait: *Cui ultro Deus Apoſtolum miſerat, ad quem rurſus Spiritus, ut ſe curriculo adjungeret, juſſerat, Scriptura ipſius fidei occurrit, in tempore exhortatus adſumitur, Dominus oſtenditur, fides non moratur, aqua non expectatur, Apoſtolus perfecto negotio eripitur.* Explet officio miniſter abeat. Conceditur, ut Æthiopi Eunucho Philippus præſens adſit, quandiu Salvatoris negotium exigit, ut Scripturam exponat, fidei myſteria explicet, & in neceſſarijs inſtruat, ac baptiſmali aqua mundet, quo abſoluto munere, amplius Philippus non immoratur, ſed ſtatim eripitur ab Angelo, & recedit: *Apoſtolus perfecto negotio eripitur.*

186. Ioan.19. Chriſtus expleto Redemptoris officio. Scribit D.Ioan.19.n.23. *Quod cum accepiſſet Ieſus acetum, dixit: Conſummatum eſt, & inclinato capite tradidit Spiritum.* Ad quid meus Jeſus cum expiraſſet proclamat alta voce omnia eſſe conſummata, quæ de eo erant prædicta, & prophetizata? Chriſtus, ut ſupremus Dominus habebat in ſua poteſtate vitam, & mortem, & dum ea, quæ ad Redemptoris munus ſibi à Patre commiſſa fuerant, implerentur, voluit in hoc ſæculo retineri; at ſua delegatione & Redemptoris officio adimpleto, omnibuſque, ad quæ miſſus fuerat, perfectis, & abſolutis, jam non erat immundum, ideoque expiravit: D.Chryſoſt. D.Chryſoſt homil.84. ait: *Ubique demonſtrare adnititur novam hanc mortem fuiſſe, ſiquidem in poteſtate morientis erat, ne priuſquam ipſe vellet, & omnia impleta eſſent, moreretur.* Theoph. Similiter Theophylactus, ait: *Non prius mors corpus ejus invaſit, quam ipſe voluit, voluit autem eum compleret omnia.*

187. Luc.1. Cum accepiſſet Sanctiſſima Maria Virgo cognatam ſuam eſſe prægnatam Elizabeth profecta eſt ad eam viſitandam, & ut notat D.Lucas 1. n.56. ibi: *Manſit autem Maria menſibus tribus, & reverſa eſt in domum ſuam.* Cur Virgo ſanctiſſima per tres menſes ibi immoratur, & illis tranſactis propriam domum repetit? Profecta eſt Maria Sanctiſſima, ut parienti Elizabeth debitum officium ſedula ſua charitate miniſtraret, & ibi per tres detinetur menſes; poſtquam autem partus eſt editus, ſuumque Virgo exhibuit miniſterium, & expleto debito officio parienti, nulla jam aderat cauſa ibi permanendi, & idcirco ultra non detinetur, ſed ad propriam domum revertitur. D.Ambr. D.Ambroſ.lib.2. in Lucam, ait: *Maria in domo tota, feſtina in publico manſit apud cognatam ſuam tribus menſibus; Etenim, quæ propter officium venerat, inhærebat officio*, ut illud impleret, quo abſoluto jam amplius non erat ibi immorandum.

CAPUT IX.

1. *Saulus autem adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini acceſſit ad Principem Sacerdotum.*
2. *Et petijt ab eo epiſtolas in Damaſcum ad Synagogas, ut ſi quos inveniſſet hujus viæ viros, ac mulieres vinctos perduceret in Ieruſalem.*
3. *Et cum iter faceret, contigit, ut appropinquaret Damaſco: & ſubito circumfulſit eum lux de Cœlo.*
4. *Et cadens in terram audivit vocem dicentem ſibi: Saule, Saule, quid me perſequeris?*
5. *Qui dixit: Quis es Domine. Et ille ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris; durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.*
6. *Et tremens, ac ſtupens dixit: Domine, quid me vis facere.*
7. *Et Dominus ad eum: Surge, & ingredere Civitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Viri autem illi, qui comitabantur cum eo, ſtabant ſtupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes.*
8. *Surrexit autem Saulus de terra, apertiſque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes introduxerunt Damaſcum.*
9. *Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducavit, neque bibit.*
10. *Erat autem quidam diſcipulus Damaſci, nomine Ananias; & dixit ad illum in viſu Dominus. Anania. At ille ait: Ecce ego Domine.*
11. *Et Dominus ad eum: Surge, & vade in vicum, qui vocatur rectus, & quære in domo Iuda Saulum nomine Tarſenſem: ecce enim orat.*
12. *(Et vidit virum Ananiam nomine introeuntem, & imponentem ſibi manus, ut viſum recipiat.*
13. *Reſpondit autem Ananias: Domine: Audivi à multis de viro hoc quanta mala fecerit Sanctis tuis in Ieruſalem.*
14. *Et hic habet poteſtatem à Principibus Sacerdotum alligandi omnes, qui invocant nomen tuum.*
15. *Dixit autem ad eum Dominus: Vade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Iſrael.*
16. *Ego enim oſtendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.*
17. *Et abijt Ananias, & introivit in domum, & imponens ei manus, dixit: Saule frater, Dominus miſit me Ieſus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, ut videas, & impleâris Spiritu ſancto.*
18. *Et confeſtim ceciderunt ab oculis ejus tamquam Squamæ, & viſum recepit, & ſurgens baptizatus eſt.*
19. *Et cum accepiſſet cibum, confortatus eſt: Fuit autem cum diſcipulis, qui erant Damaſci per dies aliquot.*
20. *Et continuo in Synagogis prædicabat Ieſum, quoniam hic eſt Filius Dei.*
21. *Stupebant autem omnes, qui audiebant, & dicebant: Nonne hic eſt, qui expugnabat in Ieruſalem eos, qui invocabant nomen iſtud: & huc ad hoc venit, ut vinctos illos duceret ad Principes Sacerdotum.*
22. *Saulus autem multo magis convaleſcebat, & confundebat*

ſundebat Iudæos, qui habitabant Damaſci, affirmans, quoniam hic eſt Chriſtus.

23\. *Cum autem implerentur dies multi Concilium fecerunt in unum Iudæi, ut eum interficerent.*

24\. *Nota autem facta ſunt Saulo inſidiæ eorum: Cuſtodiebant autem & portas die, ac nocte, ut eum interficerent.*

25\. *Accipientes autem eum diſcipuli nocte, per murum dimiſerunt eum, ſubmittentes in ſporta.*

26\. *Cum autem veniſſet in Ieruſalem tentabat ſe jungere diſcipulis, & omnes timebant eum non credentes quod eſſet diſcipulus.*

27\. *Barnabas autem apprehenſum illum duxit ad Apoſtolos, & narravit illis, quomodo in via vidiſſet Dominum, & quia locutus eſt ei, & quomodo in Damaſco fiducialiter egerit in nomine Ieſu.*

28\. *Et erat cum illis intrans, & exiens in Ieruſalem, & fiducialiter in nomine Domini.*

29\. *Loquebatur quoque gentibus, & diſputabat cum Græcis; illi autem quærebant occidere eum.*

30\. *Quod cum cognoviſſent fratres deduxerunt eum Cæſaream, & dimiſerunt Tarſum.*

31\. *Eccleſia quidem per totam Iudæam, & Galilæam, & Samariam, habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & conſolatione ſancti Spiritus replebatur.*

32\. *Factum eſt autem, ut Petrus dum pertranſiret univerſos, deveniret ad Sanctos, qui habitabant Lyddæ.*

33\. *Invenit autem ibi hominem quendam nomine Æneam, ab annis octo jacentem in grabato, qui erat paralyticus.*

34\. *Et ait illi Petrus: Ænea, ſanat te Dominus Ieſus Chriſtus: Surge, & ſterne tibi; Et continuo ſurrexit.*

35\. *Et viderunt eum omnes, qui habitabant Lyddæ, & Saronæ, qui converſi ſunt ad Dominum.*

36\. *In Ioppe autem fuit quædam diſcipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas: Hæc erat plena operibus bonis, & eleemoſynis, quas faciebat.*

37\. *Factum eſt autem in diebus illis, ut infirmata moreretur. Quam cum laviſſent poſuerunt eam in Cœnaculo.*

38\. *Cum autem prope eſſet Lydda ad Ioppen, diſcipuli audientes, quia Petrus eſſet in ea, miſerunt duos viros ad eum, rogantes: Ne pigriteris venire uſque ad nos.*

39\. *Exurgens autem Petrus venit cum illis. Et cum adveniſſet duxerunt illum in Cœnaculum, & circumſteterunt illum omnes viduæ flentes, & oſtendentes ei tunicas, & veſtes, quas faciebat illis Dorcas.*

40\. *Ejectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua oravit, & converſus ad corpus, dixit: Tabitha ſurge. At illa aperuit oculos ſuos, & viſo Petro reſedit.*

41\. *Dans autem illi manum, erexit eam. Et cum vocaſſet Sanctos, & viduas, aſſignavit eam vivam.*

42\. *Notum autem factum eſt per univerſam Ioppen, & crediderunt multi in Domino.*

43\. *Factum eſt autem, ut dies multos moraretur in Ioppe apud Simonem quendam Coriarium.*

A R G V M E N T V M.

TRia proponuntur in hoc Capite, Admirabilis Pauli converſio, Æneæ paralytici curatio, Tabithæ, ſeu Dorcas ſuſcitatio.

*Actor.9.n.*1. Saulus adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini, acceſſit ad Principem Sacerdotum.

*Num.*2. Et petijt ab eo epiſtolas in Damaſcum ad Synagogas, ut ſi quos inveniſſet hujus viæ viros, ac mulieres vinctos perduceret in Ieruſalem.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I.

Verſ. 1. S*Aulus adhuc ſpirans minarum.* Syriac.
1\. *Adhuc erat plenus minis, furoreque cæ-*
Syriac. *dis.* Arabicus: *Cæterum Saulus ſpirans erat minas, &*
Arabic. *necem.* Æthiopicus: *Saulis cum præceſſiſſet ira, mul-*
Æthiop. *tiplicavit flatum.* Nota illud *Adhuc*, ac ſi dicat, crudelitatem, aviditatem, ac ſitim ſuam ſanguinis Chriſtianorum, non explevit Saulus nece Stephani, ac
Actor 8. multorum Chriſtianorum ferè duorum millium, ut vidimus cap.8.n.2.

2\. *Spirans minarum, & cædis.* Syriacus: *Plenus mi-*
Syriac. *nis, furore*, tamquam tabidi, ac furentis Leonis fumantem ignem ſpirabat, corporis geſtu, & actionibus, & verbis jactantibus crudeliſſimas, ac lethiferas minas, ut omnes Chriſtianos eradicaret, & extingueret; totum hoc ſignificat illud *ſpirans:* ſic de
1.Mac.9. Antiocho Rege ſcribitur Machabæor.1. cap.9. n.7. *Ignem ſpirans animo in Iudæos. Ad Principem Sacerdotum*, qui tunc erat Annas, vel aliquis ex Annæ filijs, ut vidimus ſupra cap.4.n.6.

Petijt ab eo epiſtolas. Syriacus: *Popoſcit epiſtolam* 3.
à Summo Pontifice ſibi dari, non mandatus, nec rogatus, ſed ipſe ſe obtulit. Tantus erat furor Pauli, ut non ſolum perſequeretur Chriſtianos in Judæa, ſed etiam in alijs locis, & Civitatibus, ut ipſe de ſe fatetur in cap.26. n.11. dicens: *Et amplius inſaniens* Actor 26
in eos perſequebar uſque in exteras Civitates, in quibus dum irem Damaſcum. Damaſcus caput Syriæ Damaſc.
diſtans à Ieruſalem 50. *leucis* ad latus Libani ſita, ſuum Regem habebat Aretam, 2.Cor.11. n.32. & 2.Cor.11
quia in perſecutione Stephani multi Chriſtiani confugerunt in Damaſcum, Judæi impetrarunt à Rege Areta, ut Chriſtiani exiſtentes in Damaſco ibi comprehenderentur, ut conſtat ex citato loco 2.Cor.11. & ibi notant Expoſitores, & ideo Saulus peculiariter poſtulavit epiſtolas in Damaſcum.

À Summo Pontifice, ait Syriacus, ut notat Lyra- 4.
nus, *ut ex ejus authoritate magis poſſet fidelibus nocere.* Lyran.
Et dicitur in Texta: *Ad Synagogas*, quas olim Rex Benadad concesſerat Judæos habere in Damaſco, 3.Reg.20. n.34. & ſic legit Arabicus: *Ad Syna-* 3.Reg 20
gogas ibi commorantes. In Damaſco nempe: *Si quos inveniſſet hujus viæ viros.* Syriacus: *Si quos eruditos* Syriac.
in hac via inveniret. Æthiopic. *Sequentes hanc viam,* Æthiop.
ſcilicet Chriſti ſectatores.

Vinctos perduceret in Ieruſalem. Arabicus: *Vin-* 5.
ctos adduceret, ex quo patet, quod Saulus non ibat Arabic.
ſolus, ſed alij cum eo, quorum ipſe dux erat, ut Chriſtianos

Chriſtianos vinctos traherent, & quando Chriſtus infra loquens ei apparuit, ait Textus verſ.7. *Illi, qui comitabantur cum eo ſtabant obſtupefacti, audientes* D.Chryſoſt. *vocem, neminem videntes*, & ut bene notant D.Chryſoſt. Oecumenius: Oecum. *Non petiit poteſtatem eos ſibi puniendi, ſed adducendi Ieroſolymam, quod hac majori* *Iracundus abſtinent ſe à iudicando.* *authoritate fieri vellet*, vel fortè Saulus ſecum habuit hanc prudentiam, cum ſe videret multum iracundum à judicando ſe abſtinuit, ne aliquid inordinatum committeret.

QUÆSTIO I.

Quare iſte illuſtriſſimus dictus eſt Saulus, & poſtea Paulus?

6. *Ætas Sauli.* Marty. rolog. Baron. HÆc admirabilis converſio contigit anno ſecundo ab Aſcenſione Chriſti, ut habet Martyrologium Romanum die 24. Triginta diebus à nece D. Stephani, cum eſſet Saulus triginta quatuor annorum ætatis ſuæ, ut tenet Baronius anno Chriſti 3. Epitome Spondani n.5.

7. *Quare dictus eſt Paulus.* D.Ambr. D.Aug. D.Chryſoſt. Circa nomen Pauli larga tractant Expoſitores ad initium epiſtol. ad Romanos D.Ambroſ.ſerm.31. & D.Auguſt. ſerm. de D.Paulo dicunt hoc nomen ſibi aſſumpſiſſe ex humilitate D Chryſoſt. homil. de converſione Pauli ait: hoc nomen ei datum fuiſſe à Deo, ut nomen dedit multis Patriarchis, & Apoſtolis tanquam ex pabulo, & alimento, quod dedit Eccleſiæ. Alij, & communiter Recentiores Paulum dictum exiſtimant à Sergio Paulo Proconſule, qui fuit primus, quem ipſe convertit in Inſula Act 13. Cypro, Actor.13.n.7. & grandis conjectura eſt, quia ante hujus converſionem ſemper nominatur Saulus, & poſt etiam Baptiſmum nonquam dicitur Saulus; ab eo ergo nomen accepit ob illius amicitiam, & ut ſe magis inſinuaret, & tanquam à primo converſo, ac trophæo ſuæ prædicationis nomen habuit Paulus.

8. D.Aug. Græcus. Syriac. Saulus, ut notat D.Auguſt. ſerm.14. de Sanctis dictus eſt à Saul, unde Græca, & Syriaca exemplaria pro Saule, Saule habent Saul, Saul & rectè convenit nomen; nam ſicut Saul, ut ait D Auguſtinus perſequebatur innocentem Davidem, *Inde iſte Saulus ducto ſcenam tramite ſæviendi perſequebatur Chriſtianos, & cum eſſent ex Tribu Benjamin in eis eſt impleta illa prophetia Iacobi*, Gen. 49. Geneſ.49.n.27. *Benjamin lupus rapax mane comedet prædam, & veſperè dividet* D Chryſoſt. D.Hier. D Aug. D.Ambr. *ſpolia*. Quod dictum eſt Benjamin deſignans Paulum ab eo origine trahentem, ut notant D.Chryſoſtom. D.Hieronymus, D.Auguſt. & D.Ambroſ.

9. Et ſicut Benjamin fuit ultimus, & minimus, ſic & & Paulus extitit ultimus inter cæteros Apoſtolos: & ſicut Benjamin à Joſeph multis prætogativis noGen. 43. bilitatus eſt, Geneſ.43.n.34. ſic & Paulus multis pri- *Paulus in multis adumbratur in Beniamin.* Gen. 35. vilegijs præ cæteris Apoſtolis dotatus fuit à Chriſto, & ſicut Benjamin naſcens ob mortem matris dictus eſt Benoni, filius doloris, Geneſ.35.n.18. at poſtea ob multa amoris patris ſigna appellatus eſt Benjamin, id eſt filius dexteræ ibidem n.19. ſic & Saulus ob multam Chriſtianorum mortem filius doloris Eccleſiæ erat, tamen poſtea magna Dei gratia ſuperveniente mutatus eſt Paulus, & dictus filius dexteræ ob multa mirabilia.

10. Damian. *Cur Paulus depingatur ad dexterâ Chriſti.* Magno ingenio notavit, & quærit Petrus Damianus opuſcul.35.cap.1. *Cur in imaginibus antiquis picturarum per univerſas adjacentes Romæ Provincias, Petrus, qui primus eſt ad ſiniſtram, Coapoſtolus autem ejus Paulus conſtituitur ad dexteram; cum juxta vulgarem ſenſum hoc rerum ordo depoſcat, ut Petrus, qui Senatus Apoſtolici Princeps eſt dexterum latus Domini, Paulus verò qui junior eſt, ſiniſtrum jure poſſideat*. Quæ omnia alta providentia, & magno conſilio diſpoſita, ac ordinata ſunt à S.Sylveſtro Papa, Conſtantino Magno, ac cæteris, qui inde ſubſecuti ſunt, & Paulus ſit ad dexteram Salvatoris, Petrus vero ad ſiniſtram? Ad quæſtionem.

Reſpondet ipſe Damianus: *Non ergo immeritò filius dexteræ Paulus vocatur, per quem omnis gentium* 11. Damian. *multitudo, quæ ad dexteram Dei ponenda eſt, ad fidei Sacramenta colligitur*. Petrus paucam doctrinam nobis dedit, duas tantum epiſtolas ſcripſit, at Paulus multas magnâ, altaque ſapientiâ plenas, quas mirificè laudat D.Petrus 2. epiſt. 3. n.15. In eis nobis 2.Petr.3. Paulus magnam dat fidei doctrinam, magna, & alta nobis aperit myſteria, explicatque; multa, & ſublimia præbet documenta ad ſuſtentandam, ac defendendam Eccleſiam Dei, & ad converſionem, & vocationem gentium, quæ ſpectant ad dexteram Dei; *Paulus dicitur filius dexteræ.* Paulus doctrina ſua convocat gentes, quæ conſtituendæ ſunt ad dexteram Dei, indeque optimo jure ipſe ad dexteram collocatur. Unde concludit Damianus. *Rectè igitur Paulus dexteram juxta Redemptorem lateris obtinet dignitatem, qui divina dextera non ambitur exercere virtutem.*

QUÆSTIO II.

Quare Saulus à Summo Pontifice non poſtulat mandata, ſed epiſtolas?

NOn poſtulat Saulus à Principe Sacerdotum decreta, mandata, proviſiones, ſed epiſtolas: Ma- 12. *Deus contraria arma vertit in ſalutem.* ximè conſideranda eſt altitudo, & profunditas Divinæ Sapientiæ: Ipſe totus furibundus, & anhelans quærit, & poſtulat ad Dei Eccleſiam deſtruendam, deturpandam, obſcurandam, ac extinguendam; ordinat Deus, ut ipſe ſcribat, & nobis det epiſtolas divina Sapientia plenas, ad fundandam, extruendam, ac illuſtrandam Eccleſiam: O mutatio dexteræ excelſi! qui ſic rerum ordinem, ac ſtylum immutat, qui ſic convertit hoſtilia arma in ſalutare fomentum, ac patrocinium, & ſic manus obarmata cum epiſtolis ad expugnandam Eccleſiam, ſit manus armata cum epiſtolis ad fortiter pugnandum pro defenſione ipſius Eccleſiæ.

Ait Iſaias 2. n.5. *Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces*. Et quando hoc factum 13. Iſaiæ 2. eſt, ut gladij, qui ſunt ad perdendam vitam, convertantur in aratrum, & inſtrumentum alendæ vitæ, & lanceæ, quæ ſunt ad deſtruendum, ſint pro metendis alimentis? Hoc totum in Paulo videmus impletum, ait Tertullian. lib. adverſus Gnoſtic.c.13.& ait: *Paulus* Tertull. *Apoſtolus de perſequutore, qui prius Eccleſiæ ſanguinem fudit, poſtea gladium ſtylo mutans, & convertens machæram in aratrum, lupus rapax Benjamin, deinde afferens ipſe eſcam.* *Inſtrumenta mortis mutavit Deus in epiſtolas ſalutis.* Paulus totus furibundus gladios, & lanceas ſpirans ad perdendos Chriſtianos, & totos eos tanquam lupus rapax ibat ad devorandos, ſed Deus mutat ſtylum, ut gladij vertantur in epiſtolas reipublicæ Chriſtianæ fundatrices; & tota illa machæra mille mortes ſpirans, tota verſa eſt in aratrum Cœleſtis doctrinæ ad mirificè excolendum Eccleſiæ agrum, & qui erat lupus voraciſſimus, cœleſtis alimenti diſpenſator factus eſt.

Ait Regius Vates Pſalm.47.n.1. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in Civitate Dei noſtri in* 14. Pſal 47. *monte Sancto ejus fundatur exultatione univerſæ terræ, mons Sion latera Aquilonis Civitas Regis magni* Mirificè laudat Propheta Dei majeſtatem, & excellentiam *in Civitate Dei noſtri*, in ſua nempe Eccleſia, in qua mirificè glorificatur à ſuis fidelibus, & cum ſummo gaudio, & lætitia univerſi orbis fundatur ſuper

per montem Sion, & ſuper latera Aquilonis: *Fundatur exultatione univerſa terra mons Sion latera Aquilonis.* Quomodo Eccleſia habet pto ſuo fundamento Sion, & Aquilonis latera? Pto Paulo explicat ibi D.Ambroſ.& ait: *Vide Paulum cum perſequitur Eccleſiam Dei, latus Aquilonis fuiſſe, vide nunc cum legitur in Eccleſia montem eſſe ſpeculatorium, per quem gloriam Chriſti cognoſcimus, & videmus.* Dominos Deus noſter magnus Dominus, & laudabilis nimis, ſuam magnitudinem oſtendit in Paulo, pto quo maximè extollendus, latera Aquilonis Paulus eſt cum D.Ambroſ. interpretatur etiam Rupertus Aquilo ventus fortis, & tigidus omnia conterens, & ideo Lucifer dicebat: *Sedebo in lateribus Aquilonis,* Iſai. 14.n.14. Sic Saulus cum iter ſpirans veluti conterens omnes Chtiſtianos: at verò poſtea Dei gratia factus eſt mons Sion *montem ſpeculatorium*, crearus eſt altiſſimus mons acutiſſima perſpicacia, & ſpeculatione ſublimium myſteriorum Dei, quorum notitia totam Eccleſiam illuſtravit, ac illuminavit aperiens arcana abſcondita à ſæculo: *Montem eſſe ſpeculatorium, per quem gloriam Chriſti cognoſcimus, & videmus,* & ideo pro tanto magiſtro conceſſo: *Fundatur cum exultatione univerſa terra.*

D.Ambr. — Rupert. — *Deus magnus ex Paulo perſecutore ſit illuminator Eccleſiæ.* — Iſai.14.

QUÆSTIO III.

Quare Paulum tam crudeliter ſævientem Deus vocat ad lumen ſuæ Eccleſiæ?

15. Petit epiſtolas in Damaſcum ejus vehemens zelus, inde oſtenditur quod ad exteras natiooes eum impellebat. Sic air D.Chryſoſt. in præſenti: *Quod ex zelo faciebat; manifeſtum ex eo, quod in exteras civitates abibat.* Illa Pauli diſpoſitio, conditio, ac ingenium ad valde magna aptum erat, ſed multum incultum, tamquam ager fertilis inutilibus herbis repletus, qui bene exeultus uberes fructus parturiet. Ita D.Auguſt. lib.22. contra Fauſtum cap.70. ait: *Illa namque Pauli ſævitia putans officium Deo facere, tamquam Sylveſtre erat vitium, ſed magna fertilitatis indicium.*

Ingenium vitioſum bene excultum ſit virtuti magnum. — D.Aug.

16. Quod confirmat optimè exemplo Moyſis, qui cum vidiſſet Ægyptium quendam percutientem Hebræum, defenſo Hebræo interfecit Ægyptium. *Percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo,* Exod.2.n.12. In quo facto licet alias vitioſo Moyſen tamquam virum magni animi Deus deſtinavit, ac elegit in ducem, ac Principem ſui populi, ſic ait citatus D.Auguſt. *Sicut Agricolæ, quam terram viderint,* quamvis inutiles, tamen ingentes herbas porrigere frumentis aptam eſſe pronuntiant: ſic ille animi motus, quo Moyſes fratrem inulmm eſſe non pertulit: non virtutum fructibus inutilis erat, ſed adhuc incultus, vitioſa quidem, ſed magnæ fertilitatis ſigna fundebat.

Exod.2. — *Ingenii ferocimaturefcit in virtute.*

17. *Vidit Deus hominem ſedentem in telonio Matthæum nomine, & ait illi; ſequere me,* Matth.9.n.9. Vocat Chtiſtus Dominus Matthæum è telonio, cur non potius, quando erat in Templo ad orationes, quæ ibi fiebant, vel quando erat degens, vel ambulans, ſed è telonio vocat eum ad Apoſtolum, ac Evangeliſtam? D.Paſchaſius: *Erat in telonio fervido zelo numerans pecunias, & non minori cuncta ſcribens.* Actiones defectuoſæ, ſed bene excultæ, multum proficuæ ad Apoſtolicam prædicationem, & ad ſolertè nobis Evangelium literis commendandum.

Matth.9. — D.Paſch.

Actor.9.n.3. Et cum iter facerer, contigit, ut appropinquaret Damaſco, & ſubito circumfulſit eum lux de Cœlo.

Num.4. Et cadens in terram audivit vocem dicentem ſibi: Saule, Saule quid me perſequeris?

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE II.

Verſ.3. *Cum iter faceret.* Syriacus: *Cumque proficiſceretur, inciperetque appropinquare.* Alij: Cumque iens, & inciperet *pervenire* medio ab urbe milliari *ſubito.* Syriacus: *De repente.* Ait Lyranus. Ut ſolet fieri in coruſcatione, & fulgore, ſemper Deus in modo operandi, quantum fieri poteſt ſe accommodat rebus naturalibus, & divina quando minus cogitantur, adſunt. 18.

Syriac. — Syriac.

Circumfulſit eum lux de Cœlo. Syriacus: *Affulgens circa eum fuit lux.* Arabicus: *Effulſit ſuper eum lumen de Cœlis.* Æthiopicus: *Fuit meridiana, & magna lux*, & cum eſſet meridianum tempus, illa lux ſuperavit ſolis ſplendorem: & non ſolius Pauli, ſed omnium comitum ejus oculos perſtrinxit, & omnes humi ſe ſe proſtraverunt. 19.

Syriac. — Arabic. — Æthiop.

Verſ.4. *Cadens in terram* præ ſtupore, ac admiratione: *Audivit vocem* auditu corporis, & mentis, quæ vox prolata fuit Hebraïca lingua, ut ipſe infra teſtatur, quam vocem ſolus ipſe intelligens audivit, & intellexit; nam comites audierunt vocem confuſam non eam intelligentes: *Saule, Saule,* Hebraïcè *Saul, Saul,* hæc repentinò fit ad majorem efficaciam, & ad magis excitandam attentionem. *Quid me perſequeris?* Meum nempe corpus myſticum, meam nempe Eccleſiam, ejuſque membra, nempe illius fideles. 20.

Hebraic.

QUÆSTIO IV.

Quare Chriſtus D. tot, & tanta interpoſuit ad converſionem Pauli?

Ait Regius Vates Pſalm.105.n.2. *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudationes ejus.* Quod de Dei magnificentia erga Paulum expendit Chryſoſtom. ſerm.4. in epiſtol.ad Philipp. ubi ſic ait: *Quis loquetur potentias tuas Domine, quod Paulum non es paſſus deliteſcere, ſed Orbi univerſo virum hunc in lucem exhibuiſti? Laudarunt te ſimul omnes Angeli cum aſtra creares, & Solem, verumtamen non ita quemadmodum cum Paulum nobis toto Orbi conſpicuum faceres.* Te, Domine, laudarunt omnes Angeli, cum tua infinita potentia aſtra creaſti, & Solem nitentes in Orbe, & multo magis te laudabunt cum nobis dediſti Paulum ſua doctrina ſplendidiorem lucem ſuper Solem, & Aſtra. 21.

Pſal.105. — D.Chryſoſt. — *Maximè reſplendet Dei potentia in Paulo.*

Quæſtio præſens eſt cur Deus tot, & tanta exhibeat, ut ad ſe advocet, & trahat Paulum. Ut tota Ninivitarum Civitas converteretur ſufficiens fuit una Prophetæ vox; ut David à ſuo adulterio exurgeret, una Nathan Prophetæ admonitio præſtitit. At ut Saulus convertatur lux fulget de Cœlo, Filius Dei de dextera Patris deſcendit, ipſe cadit in terram, vox tamquam tonitrui magni ſonat, & ipſe Saulus proprio nomine bis vocatur: *Saule, Saule,* deinde ipſius crimen ei objicitur: *Cur me perſequeris?* 22.

Ionæ 3. — 2.Reg.12. — *Difficultas quæſtionis.*

Reſpondeo, ut tota Civitas à ſua prævaricatione emẽdaretur, & ut Rex à ſuo adulterio deſiſteret, extitit 23.

abundans una Prophetæ vox, at in converſione Pauli, non ſolum res erat, ut ipſe crederet, ſed etiam ut Judaiſmi zelum deponeret, quo contra Chriſtum fervebat, & diſputationes, prædicationes, quas pro ſuo errore confecerat, tunc retractaret, ac damnaret, & pro ejus refutatione multa diceret, faceret, ac prædicaret, & quod homo ingenuus ſuam retractet ſententiam, ac revocet, ſeque errasse fateatur, res magni negotij eſt, & multum per omnem modum exquiritur, ut lux de Cœlo fulgeat, Filius Dei adveniat, vox ut tonitrui reſonet, homo proſtratus cadat, & multipliciter ſuo nomine vocetur. D.Chryſoſt. ad hunc locum Actor. ait: *Continuo in Synagogis prædicabat, non erubeſcebat mutationem, neque formidabat deſtruere ea, in quibus antea glorificabatur*, de hoc alibi.

Mirabilia requiruntur, ut vir magnus ſententiam mutet.

D Chryſoſt.

24\. Secundo, ut ſatis notum experientia eſt, ad magnum ædificium conſtituendum, ac erigendum, multa, & magna ſunt interponenda. Uno verbo creavit Deus lucem, uno verbo Solem, & Lunam, at vero cum ad hominis creationem devenitur, ait Deus: *Faciamus hominem ad ſimilitudinem noſtram*, Geneſ.1. n.20. Et iterum: *Formavit Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ*, Geneſ.2.n.7. Quod ponderans Richardus lib. de Emmanuele, ait: *Opifex Deus fecit creaturam rationalem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam tamquam magno conſilio facto, & opere magno impenſo, ut ſupremum Dei opificium.* Cæteri Apoſtoli vocantur à Chriſto uno verbo: *Venite poſt me*, Matth.4. n.19. Matthæus altero verbo: *Sequere me*, Matth.9.n.9. At cum vocatur Paulus multa, & magna convocantur, lux de Cœlo fulget, aer tonitru reſonat, Filius Dei à throno ſuæ majeſtatis deſcendit, & repetito verbo proclamatur. *Saule, Saule*, quaſi ad ſupremum Apoſtolici muneris apicem, *tamquam magno conſilio facto, & opere magno impenſo, ut ſupremum Dei opificium.*

Ad magna facienda multa requiruntur.

Gen.1. Gen 2. Richard. Math 4. Math 9.

Ad vocationem Pauli ut ad magnum opificium multa.

25\. Ab ipſa creatione mundi non diſcedamus; creavit Deus lucem, Solem, Lunam, animantia terræ, volatilia Cœli, piſces maris, & ultimo loco creatur homo, Geneſ.1. n.29. quod præclarè notat D.Ambroſ.epiſt.38. ubi ſic ait; *Rectè noviſſimus creatus eſt homo, quaſi totius ſumma operis.* At in homine cætera omnia recapitulantur, Alto, & ſupremo myſterio Paulus inter cæteros Apoſtolos noviſſimus vocatur, *tamquam totius ſumma operis.* In quo cæteri recapitulantur. D.Chryſoſt. homil.8. de laudibus Pauli de ipſo ait: *Eſt arca, in qua virtutes omnium Sanctorum cumulatiſſimè ſunt recondita.*

Gen 1. D.Ambr.

Paulus totius Apoſtolici ordinis ſumma.

26\. Ait ipſe Apoſtolus de ſe 1.Corinth.4.n.9. *Spectaculum facti ſumus mundo, Angelis, & hominibus*: Græcus *Theatrum* omnium mirabilium in doctrina ſermone, opere, ac in omni virtute, *qua cæteris præderas*, ut ait D.Hieronymus, quod multis elogijs explicant Sancti Patres, à D.Chryſoſt. ſerm. in commemorat. Sancti Pauli dicitur *Pater totius Orbis*, à S.Dionyſio Areopagita de divinis nominibus cap.7. *Sol mundi*, à D.Thoma opuſc.1. cap.26. *Angelorum Magiſter*: à D.Bernardo ſerm.12. in Cantica *Mater membrorum Chriſti*, ſive fidelium; à D.Ambroſio ſerm.18. *Nutritor Eccleſiæ*: ab Oecumenio 2.Corinth.n.5. ad illa verba: *Pro Chriſto legatione fungimur* nuncupatur: *Os Chriſti.* A D Ambroſio ſerm. 68. *Interpres Chriſti*, & à Gloſſa Ordinaria ad caput 3. Iſaiæ dicitur *Architectus Eccleſiæ*, id eſt illius fundator, ac fabricator: à D.Chryſoſtom. homil.22. ad populum nuncupatur: *Angelus terreſtris, homo cœleſtis.*

Pauli elogia. 1 Cor. 4. D Chryſoſt. D. Dion. D Tho. D.Bern. D Ambr. Occum. D Ambr. Gloſſa D.Chryſoſt.

27\. Pro quo ſubjicio præclaram ponderationem Petri Damiani opuſcul.35.cap.ultimo, ubi ſic ait: *Unum verò in Beato Paulo videtur egregium, quia cum omnes Apoſtoli diſtributiò terrarum regionibus, proprias obtineant cathedras, ipſe dum nullam ſpecialiter teneat, videtur aliquatenus communiter omnibus præſidere. Plane, quia ipſe toto terrarum Orbe univerſam fundavit Eccleſiam, dignum eſt, ut ſicut in omnibus fides ſemen ſparſit, ſic etiam in omnibus jus teneat præſidentis*: Unde ipſe ait: *Plus omnibus laboravi*, 1.Cor.15. n.10. Et iterum cum ait: *Inſtantia mea, quotidiana ſollicitudo omnium Eccleſiarum*, 2.Corinth.11.n.28.

Damian.

Apoſtoli pro particularibus Provinciis.

1.Cor.15. 2.Cor.11

QUÆSTIO V.

Quare hæc illuſtriſſima Pauli converſio non contigit, nec in via, nec in Damaſco, ſed in propinquo ad Civitatem.

DE Ieruſalem, ex qua profectus eſt Paulus uſque ad Damaſcum computantur 50.leucæ, locus, in quo caſus iſte contigit, diſtat à Damaſco ferè medium milliare, & ob tam illuſtre factum ſemper fuit in multa veneratione, & in memoriam hujus converſionis, ac honorem S.Pauli erexerunt ibi Chriſtiani nobile Templū, in eoque ſepeliri conſueverunt. 28.

Locus converſionis Pauli.

Quæſtio eſt: Cur Dominus non vocat Paulum in via, ſed prope Damaſcum? Reſpondeo primo: Deus ſua infinita ſapientia cuncta diſponit, ut fiant levi, & ſuavi modo, Paulus cum vocaretur erat obcæcandus, ut neceſſe fuerit trahi aliorum manibus; ſi hoc ei cōtigiſſet viginti, vel triginta leucis ante Damaſcum, valde difficile erat hoc obſequium ei præſtare, contingat ergo juxta Civitatem, ut ſuaviter in eam ingrediatur, & inde in domum Ananiæ, à quo baptizandus eſt, indeque cæteri Chriſtiani videntes tam admirabile Dei opus firmentur, ac corroborentur in fide. 29.

Deus omnia diſponit ſuaviter.

Secundo Oecumenius ſic ait ad hunc locum: *In Civitate verò non accidit, ſed in via per quietem, ne alijs liceret alio modo narrare, quod erca eum contigiſſet, ſed ipſe fide dignus eſſet ad referendum qui viſionem vidiſſet.* Non in Urbe, ac frequentia hominum hic caſus contigit: *Ne alijs liceret alio modo narrare*; nam ſi multi cum Paulo vidiſſent, quilibet viſionem pro ſuo genio, negligentia, vel affectu, hoc, vel illo modo narraſſet; res enim à pluribus viſa ex aliorum relatu frequenter adulteratur, & in multas ambagines partitur. Trucidato capite Holofernis, *obtulit illius Conopæum in anathema oblivionis* Judith 16. n.23. quod varias, & diverſas habet expoſitiones *in anathema oblivionis*, ne quiſquam pro ſuo ingenio auderet illud illuſtre facinus reperere, quo, fieri poterat (ut ſolet) addendo, vel ſubtrahendo, tam nobile factum deturparent. 30.

Occum.

Res viſa ex aliorū relationibus nō eſt eadē.

Judith.16

Tertio in via antequam Paulus accedat ad Civitatem; Deus vocat Paulum, ne ſuo ingreſſu perturbaret, & affligeret electos, quorum tantam ipſe habet curam, ut non ſolum eos cuſtodiat ab univerſo malo, ſed etiam ab omni terrore, ac conturbatione, Pſal.90.n.10. *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Sanctuario tuo, ſanctis tuis. Cum Ariolus Balaam progrederetur ad maledicendum populum Dei: *Angelus ad locum anguſtum tranſiens, ubi neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram poterat deviare, obvius ſtetit; Cumque vidiſſet aſina ſtantem Angelū concidit ſub pedibus ſedentis.* Num.22.n.26. maledictio Arioli erat inefficax, nullumque nocumentū poterat populo infligere, ad quid igitur Deus tantis intendit curſum ejus impedire, & ab itinere divertere? Et ſi non valet nocere, tamen non permittitur ei, ut ſuo adventu terreat, 31.

Pſal 90.

Num.22

Deus ſuos cuſtodit ab omni preſſura, & terrore.

&

Theod. & conturbet populum Dei. Theodoret. quæſt.42. *Perterret illum tam aſini voce prater naturam miſſa, quàm Angeli viſione, ut cognoſcat quantam populi curam Deus gerat.*

32. D.Chryſoſt. Quarto D.Chryſoſtom. *Cum iter faceret, ut appropinquaret Damaſco, ut oſtenderet Deus potentiam ſuam vincens, & ſuperans perſecutorem in media inſania.* Qoanto magis Saulus appropinquabat Damaſco, tanto magis ejus furor, ac ira aſcendebatur, ot jam in proximo optatis frueretur, nt omnes Chriſtianos interficeret, ac dilaceraret, quando ergo ejus furor magis erat inflammatus: *Tunc Deus ut oſtenderet potentiam ſuam vincens perſecutorem in media inſania.* Ipſum vocat. *Quando Saulus magis ſævitia æſtuabat, à Deo vocatur.*

33. Job.39. Ait Job 39. n.9. *Nunquid volet Rhinoceros ſervire tibi, aut morabitur ad præſepe tuum? Nunquid alligabis Rhinocereta ad arandum loco tuo?* Qoem locum de S.Paulo eaplicat D.Gregorius Magn. lib. 31. Moral. cap.10. & maaimè expendit Sanctus Doctor illod verbom *volet præ ſævitia, & iracundia non ibat, ſed volabat*; & ſic ait: *Rhinoceros iſte Paulus eſt, cujus fortitudinem omnis venator extimuit. Qui ad Dei præſepe moratus, quia ruminare verba Evangelij dignatus non eſt. Loris quoque Dei non tantum à feritate reſtringitur, ſed quod magis eſt mirabile ad arandum ligatur: ut non ſolum homines crudelitatis cornu non impetat, ſed eorum etiam refectionis ſerviens, aratrum prædicationis trahat.* Rhinocetos, Auctore Pierio, Valer. lib 2. Hieroglipb. ad finem, animal eſt aſpectu horribilis, & tremendus, & ob ſui fetocitatem minimè domari valer, nec loris, ac funibus reſtringi; talis erat Paolus ob ſui ſævitiam, ac furorē cunctis Chriſtianis terribilis, à cujus conſpectu omnes fugiebant, nec domari poterat, ut veniens ad Domini præſepe verba Evangelica ruminaret: *Sed loris Dei non tantum à feritate reſtringitur, ſed, quod magis eſt mirabile ad arandum ligatur.* Non ſolum Deos ſua gratia eum cohibet, & reptimit à ſua fameſcente ſævitia, ac ameutia, ſed etiam ad arandum, ac ſeminandum triticom Evangelicum in toto Orbe impellit. D.Greg. Magn. *Deus non ſolum vocat, ut à feritate deſiſtat, ſed ut ſeminet.*

QUÆSTIO VI.

Quare lux de Cœlo circumfulſit Paulum in ſua vocatione.

34. Act.22. LAte hunc caſum refert ipſemet Apoſtolos, Actor.22. n.6. & ait: *Appropinquante me Damaſco media die, ſubito de Cœlo circumfulſit lux copioſa.* Et latius Actor.26.n.13. ubi ſic ait: *Die media in via vidi, Rex, de Cœlo ſupra ſplendorem ſolis circumfulſiſſe me lumen, & eos, qui mecum ſimul erant*, & ut ait Lyranus, *fuit lux, ſicut Apoſtolis in Pentecoſte ignis, quæ lux erat inſtar fulguris.* Super totum Collegium Apoſtolorum venit Spiritus ſanctus in igne reſplendeſcente; ſuper unum Paulom venit Chriſtus cum luce fulgurante, & inflammante, qoæ lux manabat à corpore Chriſti glorioſo, qui maximè appropinquavit ad Paulum; nam Paolus audivit vocem Chriſti, & Chriſtus viſus eſt à Paulo, ſic ait Ananias infra; *Saule, frater, Dominus qui apparuit tibi in via.* Actor 26. Lyran. *Lux ad modum fulguris.*

35. Lua autem hæc fuit valde magna, ut ipſe ait *copioſa*, & cum hoc contigiſſet meridiano tempore, quando Sol magis ſplendet, tamen lua ſuperabat Solem, & hæc lux erat ignita per modum globi, ait Textus, *circumfulſit*, & non ſolum erat lux, ot luceret, ſed tamquam ignita inflammaret cor, inde ipſe ſtatim dixit: *Domine quid me vis facere*, & lua hæc dicitur de Cœlo, onde alt D.Maaimus homil.1. in Natali Petri, & Pauli poſt dicta verba, ſubdit: *Vide unde te, vel qualis appello*, de Cœlo nempe, de Cœli aſpectu nil poteſt homo timere, ſed umnia bona ſperare, poſt multas paſſas calamitates: *Igitur poſt finem dierum ego Nabuchodonoſor oculos meos ad Cœlum levavi; & ſenſus meus redditus eſt mihi*, Daniel.4.n.31. D.Hieronym. ibi: *Niſi oculos levaſſet ad Cœlum ſenſum priſtinum non recepiſſet.* D.Max. *Ex Cœli aſpectu multa bona.* Dan 4. D.Hier.

Ad quæſtionem cur lucet, reſpondet primo D. 36.
Chryſoſtom. homilia de ferendis reprehen. *Ut ita compreſſo furore ipſius, menteque ſerenata vocem attentius perciperet.* Ut quieto animo majori attentione audiret. Secundo D.Ambroſ. lib. de benedict. Patriarch. cap. oltimo: *Tamquam lupum nocturnis tenebris oberrantem effuſa luce cæcatum.* Ut tamquam lupus oberrans obcæcaretur à ſuis erroribus, lucemque, & veritatem agnoſceret. Tertio Hugo, ot lux externa indicaret interiorem lucem mentis. Quarto nt lua exterior excitaret potentias internas, eaſque illuſtraret ad veritatem cognoſcendam. Quinto: Ut cognoſceret, quod ille, qui loquebatur ei erat lua mundi. Stato erat loa, quia veniebat, ot Paulum illuminaret, & ideo in hac luce tria conſidero. *Cur lux.* D.Chryſoſt. D.Ambr. Hugo. Ioan 8.

Primo iſta lua circumfulſit, & totum circumde- 37.
dit Paulum; venit enim ad modum globi rotundi tamquam denotantis totum Orbem, qui in converſiooe Pauli ad Dominum convertebatur. D.Bernard. ſerm. de converſione Pauli, ait: *Merito converſio Doctoris gentium ab univerſitate gentium, feſtivis gaudijs celebratur. Converſus Paulus converſionis miniſter factus eſt univerſi mundi.* *In converſione Pauli converſio mundi.* D.Bern.

Quando Summus Pontifea ingrediebatur Sancta 38.
Sanctorum: *In veſte poderis, quam habebat, totus erat Orbis terrarum.* Sapient.18. n.24. veluti depictus, & inſculptus, Philo Judæus ait: *In hunc modum Pontifex ad ſacra peragenda mittitur, ut quoties ritu patrio vota facturus eſſet, ſub figuris, quas geſtabat, totum mundum ſecum introduceret.* Dum Paulus convertitor, lux venit in modum Orbis, ut ſub figuris, quas geſtabat, totum mundum ſecum introduceret. Sap.18. Philo. *Totus Orbis in Paulo.*

Secundo, cum eſſet lua erat lucens, fulgens, & reſ- 39.
plendens, quia non ſolum illuminabat Paulum, ſed cum ejus luce totus mundus erat illuminandus. D. Chryſoſtom. ſerm. in converſ. D.Paoli, ait, quod ipſe ſit *Lampas accenſa totius Orbis.* Scribitur Geneſ.2. n.10. *Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum, qui inde dividitur in quatuor capita.* In hoc fluvio ait D.Iſidor. lib.1. repræſentatur. D.Paulus, qui in ſuo raptu fuit fluvius altiſſimæ ſapientiæ, ac cognitionis divinæ ad irrigandam univerſam Eccleſiam, quæ dividitur in quatuor Orbis partes. D.Chryſoſt. Gen.2. D.Iſidor. *Paulus ſua doctrina irrigans, & illuminans mundũ.*

Ait D.Chryſoſt. homil.32. ſuper epiſt. ad Roman. *Si quis Paulum totius Orbis cor dixerit, & elementum primarium ſalutis noſtra non errabit.* Cor eſt pri- 40.
mum elementum, & prima pars corporis humani, ipſumque cor totum corpus humanom vivificat, ac vegetat; merito ergo D.Paulus appellatur primum elementum, ac cor ſaloris noſtræ, & Eccleſiæ, quæ Pauli doctrina eſt ædificata, ipſaque doctrina ſuſtentatur, ac alimentatur, ac vegetatur. D.Chryſoſt. *Paulus cor Eccleſiæ.*

Tertio *lux circumfulſit eum*, ipſumque ambivit, 41.
ac undique circuivit. In die Pentecoſtes veniens divinus Spiritos in figura ignis: *Apparuerunt illis diſpertita lingua tamquam ignis, ſeditque ſuper ſingulos eorum.* Actor.2.n.3. Lux venit in eos in una tantum corporis parte, v.g. in capite, ut habet com- Act.2. *Lux ſuper Paulum valde ſpecioſa.*

T 2 munis

monis pictura; At Chriſtus venit in Paulum, totum ipſum. ſua ampliſſima, & *copioſa luce*, ut ipſe ſupra citatus ait, circundans, & ſplendeſcere faciens.

42. *Totus Paulus reſplenduit.* D.Aug. D.Chryſoſt. 1.Cor.12 — Splenduit Paulus ore, & lingua, in qua Chriſtus loquebatur, 1.Corinth.1. manibus, quæ epiſtolas ſcripſerunt, quibus illuſtravit, ac illuminavit Eccleſiam magno numero, & altiſſima doctrina non ſolus vivus, ſed etiam poſt mortem, ut notarunt D Chryſoſtom. homil. 22. ad Populum, & D.Auguſt. lib.1. Confeſſion. ſplenduit mente, & oculis gerentibus ſollicitudinem omnium Eccleſiarum, 2.Corinth.11.n.28. Splenduit auribus audiens in ſuo raptu *arcana Dei*: ſplenduit toto ſuo corpore. Ipſe ait ad Philippenſ.1.n.20. *Magnificabitur Chriſtus in corpore meo* per modeſtiam, non ait magnifico, ſed magnificabitur, magnus, & excelſus manifeſtabitur, ut explicat Anſelm. ſive in vita mea, ſive morte, laboribus, perſecutionibus, flagellis, vinculis, ac carceribus, in quibus, ut ipſe ait: *Abundantius omnibus laboravi*, 1.Cor.15. n.10. 1.Cor.15.

QUÆSTIO VII.

Quare Saulus fulgente ſplendida luce cadit in terram?

43. *An Paulus iter faceret in equo.* D.Aug. Deut.17. — IBat Paulus iter faciens, an Pedeſtris, vel Equeſtris dubitatur; Prima opinio tenet eum feciſſe viam pedibus, ei favere videtur Divus Auguſtinus, quia nullius equi, vel equitis fit mentio, & quia Paulus erat ex Phariſæis, qui utpote religioſores raro ſolebant incedere in equo, ut colligitur ex Deuteronom.17. n.16. Et hæc ſententia eſt probabilis. Probabilius mihi videtur, quod in equo pergebat Paulus, ſic tenet univerſalis pictura totius Eccleſiæ etiam antiquiſſima: Deinde iter erat longum à Ieruſalem uſque in Damaſcum computantur 50.leucæ, & vir nobilis valde difficiliter poterat pedibus tantum iter conficere, & præcipuè cum ipſe pergeret tamquam dux, & primus eorum, qui eum comitabantur ad adducendos Chriſtianos vinctos in Ieruſalem, qui comites ipſa luce perculſi ceciderunt in terram, ut ipſe ait Actor. 26. num.14. Pro hac ſententia ſtant Lorinus, Sanchez. Lorin. Sanch.

44. *An ceciderit in faciem.* D.Greg. — Quomodo Saulus cecidit, an in faciem, vel retrorſum. Textus non explicat. D.Gregor. homil.8. in Ezechielem exiſtimat in faciem cecidiſſe; quia pœnitentes, ac juſtificandi per humilitatem, ac pœnitentiam in faciem cadunt tamquam ſe reputantes indignos Cœlum videndi, & inde modo erigendi ſunt per ſuam pœnitentiam: Impij verò retrorſum prolabuntur tamquam numquam inde erigendi, & inde Judas, & Judæi comprehendentes Jeſum *ceciderunt retrorſum*, Ioan.18 n.6. Hæc doctrina, quamvis communiter ſit vera, tamen non in omni caſu; nam Goliath infidelis in faciem ſuam corruit, 1.Reg.17.n.49. Ioan.18. 1.Reg.17

45. D.Ambr. *Ex Deo venit quod homo ex peccato ad virtutes erigatur.* D.Zeno. — Cur ergo Paulus cadit? D.Ambroſius ſerm. 27. ait: *In tantum profuit iſta Domini percuſſio, ut de Iudæo Chriſtianus, de blaſphemo Apoſtolus, de Saule Paulus exiſteret, & eo uſque mutavit veterem cum moribus hominem, ut mutaret & nomen.* Percutit manus Domini, ut erigatur, & errorum cæcitas in fidei lumen mutetur, & vitiorum vincula in virtutum decorem. Dicitur 1.Reg.2. n.6. *Dominus mortificat, & vivificat.* Quod expendens D. Zeno lib.3. ſerm.24. ait: *O magna poteſtas, magna peritiæ, magna pietas judicij noſtri: deſcendit quippe gladius pius in viſcera peccatoris, & une, eodemque ictu incolumi corporis manente materia, interficit hominem veterem, & creat novum.* Expende illud *Gladius pius* & ad hoc pertinet id, quod dicitur Deut.32. n.39. *Videte quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me; ego occidam, & ego vivere faciam, percutiam, & ego ſanabo.* Deut.32.

46. Secundo Matthæus in telonio, & in peccatis erat, cum vocatur, & tamen non cadit in terram; Paulus ſolus, & in ſua vocatione cadit alta diſpoſitione divina; quia ex ipſa profundiſſima humilitate ad altiſſimum faſtigium ſuper cæteros erat ſublevandus; Saulus erat ex Tribu Benjamin, in quo præfigurabatur, & cum Benjamin tamquam ſervus reputaretur in Ægypto, ipſi, ac cæteris fratribus parat Joſeph convivium, in quo *Major pars venit Benjamin, ita ut quinque partibus excederet*, Geneſ.43.n.34. In convivio ſuorum cœleſtium donorum, quod Chriſtus verus Joſeph facit ſuis electis, quinquies major pars ſuper cæteros venit Paulo filio Benjamin D.Ambroſ. lib. de Joſeph Patriarch. cap.10. & ait: *Lavit faciem ſuam Chriſtus, ubi baptizatus eſt Paulus, per quem à pluribus videretur, ideo in convivio pars ejus quintuplicior major effecta eſt, quod haberet ſuperioribus anteferri, non ſolum mentis prudentia, ſed militia corporis, & gratia caſtitatis.* Tamquam ſi dicat, quandiu Saulus erat in ſua obſtinatione veluti ad noſtrum modum dicendi triſtabatur Chriſtus, at dum ipſe convertitur, omni triſtitia depoſita, ejus aſpectus maximè jucundus, & lætus apparet, cum per Paulum quamplurimi ſunt convertendi, & ideo ei quintuplicitet major pars ſuper cæteros datur. Gen.43. D.Ambr. *Paulo datur quinta pars major alijs.*

47. Prima pars, & valde ſingularis raptus eſt ad tertium Cœlum, nempe ad cœlum Empyreum: *Audivit verba arcana Dei*, 2.Corinth.12. num.3. multa, & alta ſublimia de Divina natura, de Proceſſionibus, ac Divinis Attributis, ac de gloria, & majeſtate Chriſti, tamquam Secretarius totius Trinitatis. Secunda pars, & valde particularis, quod in ſuo raptu vidit Eſſentiam Divinam, ut docent D.Auguſt. epiſtol.12. ad 2. Scotus in 4.diſtinct.49. quæſt.12. & ad locum Pauli Lyranus, D. Anſelm. & alij. Nec obſtat quod dicatur in Textu: *Audivi arcana*; nam in Hebræo, ut notat ibi Theodoretus, idem eſt audire, ac videre, & hoc factum eſt cum Paulo conceſſa diſpenſatione ab illa communi lege: *Deum nemo vidit unquam*, Ioan. 1. num.18. 2.Cor.12 *Paulus Secretarius Trinitatis.* *Vidit Eſſentiam divinã.* D.Aug. D.Tho. Scotus. Ioan.1.

48. Tertia pars, & ſingulariſſima extitit admirabilis ejus converſio, ut unigenitus filius Dei à Cœleſti gloria, ac trono Patris deſcenderit, eique ſe cum gloria ſua manifeſtaverit, eumque ex ore ſuo, ſuaque voce proprio nomine dupliciter vocaverit *Saule, Saule*, ejuſque cor ſua efficaci gratia ſtatim mutavit, quod fuit magnum opus divinæ Omnipotentiæ, ut dicam verſu ſequenti. *Eius cõverſio mirabilis.*

49. Quarta pars peculiariter data eſt ei, ut portaret nomen JESUS, ut ſingulariter eſſet Doctor gentium, & Eccleſiæ Dei illuminator, altiſſima & ſublimi doctrina aperiens myſteria abſcondita à ſæculis, & loquens de Chriſti doctrina ait ad Coloſſenſ.1. n.25. *Cujus factus ſum ego miniſter, ſecundum diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi in vos, & impleam Verbum Dei.* Vatablus: *Declarem ſermonem*, & non ſolum hoc præſtitit in vita, ſed etiam poſt mortem ſuis epiſtolis; ad hoc pertinent elogia adducta ſupra q.4. ad finem. *Doctor gentium.* Ad Coloſſ.1. Vatabl. *Doctor gentium in vita, & poſt mortem.*

50. Quinta pars admirabilis Charitas ſuper omnem modum extitit, qua ita æſtuabat, ut diceret: *Optabam*

ego

Rom. 9. D.Chryſoſt. D.Aug. Theod. D.Anſel.

ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, Roman.9.num.3. Hoc eſt,ut explicant Chryſoſtom. D.Auguſt. Theodoret. Anſelm. Si Deus ita ordinaret, optarem æternam ſeparationem ab ipſo, dummodo alij ſalvi fierent.

51. Ad Eph. 4.

Valde ſuperabundans extitit iſta Charitas: De Chriſto Domino ait Paulus ad Epheſ.4.num.19. *Qui deſcendit ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes Cælos, ut impleret omnia.* Chriſtus Dominus ob ſuam immenſam charitatem deſcendit de Cœlo, ut terram juſtitiâ, ac charitate impleret, & aſcendit in Cœlum, ut impleret ruinas, ſicque omnia per eum repleta ſunt, & cum Chriſti charitas ſit infinita excedit omnem comparationem; Tamen per exagerationem ſic loquitur de Paulo D.Chryſoſtom. lib.2. de compunctione cordis, & ait: *Repletis omnibus Cælis, Paulus uſque ad ipſa pervenit Cæli faſtigia, ſed inde ſuperans omnia, etiam illum, qui ſuper Cælum eſt, aërem tranſcendit, atque ubi, & quæ ibi ſunt ſpatia complevit.* Tam ampla, & lata extitit Pauli charitas, quæ cum impleret Cœlum, & terram, toto ipſo mundo non potuit terminari, ac concludi, ſed veluti ſupra ipſum ad ſpatium imaginarium ſe extendit; *Etiam illum, qui ſupra Cælum eſt, aërem tranſcendit, & quæ ibi ſunt ſpatia complevit.*

D.Chryſoſt.

Charitatem Pauli nō potuit capere mundus.

QUÆSTIO VIII.

Quare cum Saulus adhuc eſſet peccator Chriſtus D. eum propria nomine vocat?

52. Actor.22 Actor.26

Ait Textus: *Audivit vocem dicentem, Saule, Saule quid me perſequeris*, quæ vox Hebraïca lingua facta eſt, ut ipſe teſtatur Actor.22. num.9. & Actor.26. n.14. & ut ibi teſtatur, ipſe ſolus vocem audivit, non vero comites, licet viderit; facile enim fieri potuit, ut corpus glorioſum ita ſuam vocem ederet,& temperaret, ut, ab uno, & non ab alijs audiretur.

53. Primo expendo ſeriem, ac diſpoſitionem rerum; primo circumfulſit lux cœleſtis, & cadit, & tunc increpationis vox, *Saule Saule*, antequam caderet, erat obſtinatus, & exaſperans in ſua ſuperbia, at vero proſtratus, jam erat humiliatus, & dejectus in terram, erat jam diſpoſitus, & præparatus, ad correctionem, & emendationem, & luce divina percuſſus, quam Deus infuderat in cor, & tunc emittitur correctionis vox; *Saule quid me perſequeris?* Superbia iracundus increpationis incapax, illius maximè capax humiliatus, & dejectus. Franconius Abbas tom.12. de gratia ait: *Nec prius divinæ correctionis vocem audire meruit, quam ſupplantato pede ſuperbiæ, protinus in terram corruit.* Vide tom.3. cap.16. n.93.

Reprehenſio danda ſubjecto capaci.

54. Secundo: Ibant multi comites cum Saulo omnes ſævientes, ac ſitientes Chriſtianorum ſanguinem, & tamen ſolus Paulus cadit in terram, ſolus increpatur; *Saule; Saule*, & ſolus cæcitate percutitur: Ratio à priori eſt, divina electio, quæ eum vocare deſtinabat, Moralis verò, quia ipſe erat auctor, inſtigator, ac inductor aliorum, D.Bernard. in Allegor. Tilman ad hunc locum ait: *Tibi videatur ab eo graviorem ſuſtinere perſecutionem, qui ſuggeſtione malevola exemplo pernicioſo, ſcandali occaſione; avertit ab eo animas, quas redemerat*, ideo tota criminis pœna in auctorem retorquetur; Ex mandato Dei percuſſit Saul Amalec, impoſito divino Præcepto, ut nihil eorum parceret; tamen pepercit Saul, *& populus Agag, & optimis gregibus ovium, & armentorum*, 1.Reg.15.n.9. Et cum Samuel ingrederetur ad Saulem,& audiret ovium balatus, pro inobedientia facta, ait Sauli: *Abjecit te Dominus ne ſis Rex.* Si populus cum Rege fuerunt in crimine, cur ſolum tota pœna in Regem, & non in populum extorquetur; extitit enim auctor, & præmotor. D.Gregor. ibi ait: Quia dum paſtores currunt *ad præcipitium ſubjecti comitantur*, & inde dura caſtigatio Regi infligitur.

D.Bern.

Tota pœna criminis in auctorem vertitur.

1.Reg.15

D.Greg.

55. Tertio vocavit Chriſtus proprio ore ſuo Paulum, non per aliquem miniſtrum, ut ex rubo Moyſen vocavit, Exod.3. qui juxta communem ſententiam erat Angelus in perſona Dei: tamen Chriſtus D. per ſe ipſum Saulum inclamat, & quid magis eſt, cum ipſe adhuc eſſet in peccatis, & Deus non ſolet peccatoris nomen in ore habere, nec dicere. Poſtquam Adamus peccavit refertur, Geneſ.3.n.9. Venit deambulans: *Vocavit Dominus Deus Adam, & dixit ei, Ubi es?* Scriptor Canonicus narrat, quod Deus vocaverit Adam; At Deus ipſum nomen *Adam* non pronuntiavit ore ſuo, ſed tantum dixit: *Ubi es?* Cum ipſe eſſet adhuc peccator,cujus nomen alienum eſt ab ore Dei.

Exod. 3.

Peccatorū nomē non habet Deus in ore.

Gen. 3.

56. At erga Saulum, tanta reſplenduit Chriſti clementia, quod quamvis eſſet adhuc in peccatis, ejus nomen non faſtidit, ſed dupliciter ore tractat *Saule, Saule*, declarans erga eum ſuam infinitam miſericordiam,& patientiam,cujus ſuperabundantem pietatem meditatus admiratur Paulus dicens: *Jeſus venit in hunc mundum peccatores ſalvos facere, quorum primus ego ſum, ſed ideo miſericordiam conſecutus ſum, ut in me primo oſtenderet Chriſtus Jeſus omnem patientiam*, 1.Timoth.1. n.15. Et quando Chriſtus oſtendit in eo omnem patientiam, omnemque miſericordiam, quando ipſum nempe vocavit *Saule, Saule*, D.Chryſoſtom. ibi ait: *Quomodo miſericordiam conſecutus eſt? dicendo*, Saule, Saule *quid me perſequeris? O ineffabilis miſericordia Dei, quouſque deſcendit!*

1.Tim.1

Summa pietas Dei vocās Saulum.

D.Chryſoſt.

57. Deinde tot, ac tantis circunſtantijs ob eximium amorem erga Paulum, Benedicens Moyſes Benjamin ait Deuteronom. 33. num.12. *Benjamin amantiſſimus Domini, habitabit confidenter in eo, quaſi in thalamo tota die morabitur.* Quæ verba ſpiritu Prophetico dicta ſunt propter Paulum ex Tribu Benjamin: Ita Rupertus, D.Ambroſius lib. de benedict. Patriarch. cap. 12. & ait: *Paulus dilectus à Domino, qui etiam vas electionis eſt factus; neque enim aliter, niſi Domini eſt miſeratione, & amore converſus. Habitavit fidens in domo, quam antea devaſtabat, & Deus obumbravit ſuper eum, quando viſus eſt ei Chriſtus.* Alij dicuntur dilecti: *Dilecti mei mecum ſunt.* Joannes Evangeliſta dilectus diſcipulus: *Diligebat Jeſus*; At Paulus dicitur *amantiſſimus*, & inde talis, quia in eo habitat confidenter; quia ut ipſe dicebat *nulla creatura nos poterit ſeparare à charitate Dei*; *In eo quaſi in thalamo morabitur.* In thalamo tamquam in accubitu ſuæ jucunditatis. In Paulo adeſt reclinatorium ſuæ delectationis, ac thronus ſuæ majeſtatis, ac poteſtatis, cum tantum, ac talem ſervum creaverit, ac formaverit ad ſui gloriam.

Deut. 33

D.Ambr.

Paulus Dei dilectiſſimus, in quo requieſcit.

58. D.Ambroſius citatus illa ultima verba *Quaſi in thalamo morabitur*, ſic legit: *Deus obumbravit ſuper eum, quando viſus eſt ei Chriſtus.* Quando divinum verbum deſcendit in uterum Virginis Mariæ, ut ibi tamquam in jucundiſſimo thalamo habitaret, ait ei Angelus: *Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*, Luc.1.n.35. Te, nempe, proteget, ac defendet ab omni libidinis æſtu, & ſua umbra rorabit in te omnium cœleſtium donorum plenitudinem: Ad hujus rei aliqualem umbram, ac veſtigium cum Chriſtus venit in Paulum, ut in eo

D.Ambr.

Luc 1.

Deus requieſcit in Paulo, ut in thalamo gratiſſimo.

tamquam ſuo gratiſſimo thalamo habitet : *Deus obumbravit ſuper eum*, ipſum protegens, ac defendens ab innumerabilibus periculis, in mari, & in falſis fratribus, & rorans in eum plenitudinem gratiæ, ut ei infra dixit Ananias : *Dominus miſit me ad te, ut implearis Spiritu ſancto.*

QUÆSTIO IX.

Quare non dixit Chriſtus : Quid meos perſequeris, ſed me perſequeris ?

59. *Quomodo Chriſtus apparuit Paulo.* APparuit hic Chriſtus Saolo, ut ipſe teſtatur citatis Aoſtotum locis ſuperiori quæſtione, & dixit Ananias infra : *Dominus Ieſus, qui apparuit tibi in via.* Deſcendit ergo Chriſtus de Cœlo, eo tamen non relicto ad aërem proximum Paulo, ut ipſe Paolus poſſet clarè, & diſtinctè ejus vocem audire, & tanta luce diffuſa, ut ipſum cæcaret, ac comites, ut docent D.Ambroſ. de benediction. Patriarch. cap.12. D.Thomas 3.part. q.57. art.6. ad 3. D.Chryſoſt. Beda, & alij hic, ex quo deducitur, quod corpus Chriſti Domini, tuoc extirit duobus in locis, Cœlo, nempe, & aëre. *D Ambr. D Tho. D Chryſoſt.*

60. *Iniuria facta contra Dei ſervos, fit contra Chriſtū.* Ait Chriſtos Dominus : *Quid me perſequeris ?* Cum ipſe ſit caput noſtrum injuriam illatam ſuo corpori myſtico, Eccleſiæ nempe, ſibi irrogatam reputat. D.Auguſt. tract.20. in Ioan. ait : Noluit dicere ſervos meos, ſanctos meos, poſtremo honorabilius fratres meos, ſed me, hoc eſt membra mea, quibus ego ſum capot.

61. *Drogo. D.Ephr. D.Aug. D.Proſp. D.Greg.* Quod probant Sancti Patres Drogo tract. de Paſſion. D.Ephrem tom.3. D. Auguſt. lib.17. de Civit. Dei cap.9. D.Proſper in Pſalm.108. D.Gregor.3. Moral.cap.11. quia cum Petrus aliquando ab Urbe Romana fugeret, ut mortem declinaret, & ſibi occurrentem Chriſtum nactus eſſet, ab eo quæſivit : *Domine quo vadis* reſpondit Chriſtus, *venio Romam iterum crucifigi*, crucifixionem Petri ſuam appellat Chriſtus

62. *Iſai.61. Sub nomine Chriſtus, & Eccleſia.* Ait Iſaias 61. n.10. *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, indumento juſtitiæ circumdedit, & quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis.* Ubi Chriſtus D. ſibi attribuit nomen Sponſi, & Sponſæ, ut notarunt D.Auguſt. lib.3. de doctrina Chriſti c.31. D.Iſidorus de ſummo bono cap.25. Sponſus eſt Chriſtus, Sponſa Eccleſia, quæ tam unita eſt Chriſto, ut membra capiti, ut nomen proprium Eccleſiæ tribuatur Chriſto, ut non ſolum dicatur ſponſus, ſed etiam ſponſa, quæ eſt Eccleſia.

63. *Zachar.* Ait Zacharias Propheta 2. n.8. *Hæc dicit Dominus exercituum : Poſt gloriam miſit me ad gentes, quæ ſpoliaverunt vos qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Juxta ſenſum literalem Chriſtus eſt, qui loquitur, D.Hieronymus ait : *Vox Salvatoris loquentis inducitur, qui omnipotens Deus à Patre omnipotente miſſum ſe eſſe dicit*, & ait *poſt gloriam meam*, meæ nempe humanitatis in mundo apparentis, *miſit me ad gentes :* quomodo hoc poteſt ſtare, cùm Chriſtus de ſe dicat : *Non ſum miſſus, niſi ad oves, quæ perierunt domûs Iſrael*, Matth.15. num.24. Miſſus ad gentes per Apoſtolos, ac Prædicatores ; D.Hieron. Haymo; Theodoret Lyra, Vatabl. & id, quod ipſi tamquam membra Chriſti præſtiterunt, ipſi Chriſto, ut capiti tribuitur, & ideò ipſe de ſe ait : *Miſit me ad gentes.* *D.Hier. Matth 15. Chriſtus idem eſt ſuis miniſtris.*

64. *Chald.* Subdit, *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Chaldæus vertit : *Qui enim detrimentum infert vobis, proinde, ac ſi manum ſuam extendat, & tangat pupillam oculi mei.* Quæ verba refero ad prædicatores, ac ſervos Dei miſſos ad gentes, de quibus immediatè ante loquitur, qui in tanta æſtimatione ſunt apud Deum, tamquam lumen oculorum, & qui injuriam, ac detrimentum eis infert, pupillam ejus oculi offendit, qui maximè exaggeratur, quam gravis ſit talis injuria, & offenſa apud Deum. Noſter D.Cyrillus Alexandrinus ibi ait : *Tangit igitur ſe, qui eorum animabus inſidiatur, hoc igitur per Pſalmiſtam dicitur : Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari : Si enim ſumus corpus Chriſti, & membra de membro, quomodo corpus ſuum peccatoribus objecit, aut quomodo membra ſua malis cumulari ſuſtinebit ? Imo quomodo non ultima luant ſupplicia, qui ſervis ſuis ſceleratè inſidias moliuntur.* *Qui prædicatores offendit graviter Deum offendit. D Cyrill. Alexand.*

Maximè Chriſtus Dominus nobilitat, ac condecorat Paulum in ſua converſione, dum ad eum deſcendit ſua præſentia, & voce, quod rectè ponderat D.Bernard. ſerm.1. in converſione D.Pauli : ubi ſic ait : *Lux, & vox facta eſt, lucis, & vocis teſtimonia credibilia facta ſunt nimis, nec dubitare eſt de veritate, quæ ſe ingerit per utraſque oculorum ſcilicet, auriumque feneſtras, ſic nimirum, in Iordane quoque ſupra caput Domini, & Columba apparuit, & vox ſonuit.* Æternus Pater volens altiſſime exaltare filium ſuum Jeſum Chriſtum in Jordane apparet ſuper caput ejus Spiritus ſanctus in ſpecie Columbæ, & vox Patris auditur : *Hic eſt Filius meus*, Matth.3. num.17. Ut ita teſtimonium eſſet maximè credibile, *quæ ſe ingerit per utraſque oculorum ſcilicet, auriumque feneſtras ſimili ſuo modo : Sic nimirum in Iordane :* Diſponens Chriſtus mirificè condecorare, ac illuſtrare Paulum, ut de tanto honore nullus poſſet dubitare, teſtimonium præbet ; *per utraſque oculorum ſcilicet, auriumque feneſtras :* Oculis, dum lux de Cœlo fulget, & Chriſtus D. apparet ; auribus dum ipſum proprio nomine vocat, quod eſt ſignum eximiæ benevolentiæ, & amoris. Ait Deus : *Vocavi te nomine tuo meus es tu*, Iſai.43. n.1. 65. *D.Bern. Mirificè Deus condecorat Paulum. Matth 3. Iſaias 43.*

Actor.9. n.5. Qui dixit, quis es Domine ? & ille : Ego ſum Jeſus, quem tu perſequeris : durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.

Num 6. Et tremens, ac ſtupens, dixit : Domine quid me vis facere ?

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE III.

Verſ.5. QUi dixit. Æthiopic. *Cecidit proſtratus, & dixit*, & tunc ex humo loquitur, & licet videret Chriſtum, hoc erat valde confusè, & indiſtinctè, & ait. *Quis es Domine ?* Et quamvis eum non agnoſceret, ex lucis majeſtate reverenter loquitur, ut ait Interlinealis, & ut notat Chryſoſt. infra ad cap.22. n.8. verba ſunt non obluctantis, nec contendentis, ſed agnoſcentis divinam virtutem, ac promptè obedientis, & ait : *Ego ſum Ieſus*, Actor. 22. n.8. additur, ſicut in Syriaco, ac Æthiopic. *Nazaræus.* Id eſt Ego ſum Jeſus Nazarenus. 66. *Æthiop. Interlin. D. Chryſoſt. Act. 22.*

Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Syriac. *Durum eſt tibi calcitrare ad ſtimulum.* Arabic. *Durum eſt tibi reſiſtere ſtimulo*, ſumpta eſt metaphora à bobus cervicoſis, qui contra ſtimulum, quo punguntur, damno ſuo calcitrant, ut magis pungantur, & ſtimuli acrius infigantur, tamquam ſi dicat, Chriſtus, te ô Saule multis excitavi ſtimulis, nempe prædicationibus, verbis meorum Apoſtolorum Stephani, ac Barnabæ, multis miraculis, ac prodigijs, atque inſpirationibus, & conſcientiæ *Syriac. Arabic. Metaph.*

conſcientiæ remorſibus, & ſi io terra dejectus, adhuc reſiſtis, meque verum Deum non agnoſcis, duriores in te parabo ſtimulos, & durius, ac aſperius te pungam.

67. D.Hilar. Arabic. Verſ. 6. *Et tremens, ac ſtupens.* D. Hilarius: *Et pavens in eo, quod ſibi acciderat.* Arabicus: *Cum tremeret miratur*, ex tanta luce, majeſtate, potentia, ac voce increpante, ex quibus ſe dejectum in terra videbat: *Domine quid me vis facere?* Sunt verba animi intimè, ac pleniſſimè compuncti, ac ſe totum devoventis, reſignantis, ac ſubjicientis Divinæ voluntati, ac imperio: *Ad quæcumque ſibi mandata*, quod totum factum eſt à Divina gratia abſque libertatis læſione, ut definitum eſt io Concilio Tridentino, de quo infra.

QUÆSTIO X.

Quare Chriſtus Dominus non ait: Ego ſum Deus, vel Filius Dei, ſed Ieſus tantum?

68. APparet vocans Paulum Chriſtus, & ait: *Ego ſum Ieſus* tantummodo, at in Cruce alta Dei ordinatione, ut ex noſtro D. Cyrillo, D. Auguſt. D. Chryſoſt. notavi ſuo in loco, multi tituli apponuntur: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum* Ioan. 19. at vero vocans Paolum ſe dicit tantum *Ieſum*. In præſenti occaſione erat Chriſtus in gloria ad dexteram Patris, at io Cruce in ſumma abjectionis humilitate, ut ſe à Patre derelictum conclamaret; dum ergo in ſublimi gloriæ ſplendore fulget, ad ſuam majeſtatem indicandam una vox ſufficit: *Ego ſum Ieſus*: At quando io Cruce eſt in extrema humilitate, ibi abſcondita ejus fortitudo, ut ejus ſublimitas agnoſceretur, multæ voces, multa ſigna, in Cœlo, & in terra, multi tituli, multæ inſculptiones, & variis linguis patenter in omnium conſpectu fuere requiſitæ. Ad hoc tendit D. Chryſoſt. homil. 44. in Ioan. cum ait: *Ut calumniantium os obſtrueret*, ſcilicet Pilatus, *& in regem ſuum inſurrexiſſe denuntiat, & tamquam trophæo cuipiam literas inſculpſit, clara voce, & victoriam, & regnum profitentes: nec hoc una lingua, ſed tribus demonſtravit.* Expende *tamquam triumpho cuipiam literas inſculpſit.*

Ioan. 19. — *Multum ad humilis laudes, non ſic ad excelſi celebrandas.* — D.Chryſoſt.

69. Ad quæſtionem reſpondet primo Beda: *Non Deum, vel Dei Filium ſe vocat, ſed humilitatis meæ infirma ſuſcipe, & ſuperbiæ ſquamas depone.* Non ſe dicit Deum, vel Dei Filium; quia Saulus non negabat Deum, ſed Ieſum Chriſtum eſſe Deum Incarnatum, & ideo ſe oſtentat Jeſum in gloria Divinitatis. Deinde humilitatē ei objicit, quam repræſentabat nomen Jeſu, qui Crucis abjectionem elegit, ut redimeret, ut ipſa viſa, & conſiderata Saulus ſuam ſuperbiam deponeret.

Beda. Humilitate devincitur ſuperbia.

70. Secundo Petrus Bleſenſ. ſerm. de Converſ. S. Pauli ait: *Poterat expreſſiſſe quis eſſet majeſtaticis, & terribilibus verbis, ut diceret: Ego ſum Deus ultionum.* Pſalm. 93. numer. 1. *Dominus qui reſpicio terram, & facio eam tremere: tango montes, & fumigant.* His noluit uti, ſed lenitate, ac manſuetudine eum ſuaviter allicit ad fidem, & excitat ad ſpem propoſito nomine Ieſu, qui eſt mitis, & humilis corde.

Petrus Bleſenſ. Suavitate devincitur.

71. Tertio D. Chryſoſt. homil. de Converſ. D. Pauli ait: *Quare non dixit: Ego ſum Ieſus, qui reſurrexit; ego ſum Ieſus, qui ſedet à dextris Dei; ſed Ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris, ut perſtringeret ejus mentem, & compungeret ejus animam.* Similiter D. Gregorius lib. 23. Moral. cap. 24. alias 31. ſe dicit Ieſum Salvator, & Redemptor, ut ita ejus mentem convinceret, & ejus animam pungeret, magnoque dolore ſtimularet, cum perſequeretur ſuum Redemptorem, ac Salvatorem, qui eum pluſquam ſuam vitam dilexit, qui & poſuit animam ſuam, ut ipſe ſalvus viveret.

D Chryſoſt. — D.Greg. Valde durum in benefactorem inſurgere.

72. Quarto. Non ait: *Ego ſum Deus*, ſed *Ego ſum Ieſus*. D. Bernardus ſerm. 1. in Converſione D. Pauli, ait: *Ego ſum Ieſus, Ego ſum Salvator, quem tu perſequendo petis.* Non ſe dicit Deum, ſed Jeſum, tamquam ſi amplior, & auguſtior ſit Salvatoris nōmenclatura, quam Dei, & ideo ſub Salvatoris nomine vult maximè cognoſci, ac manifeſtari; nam Dei nomine ſignificatur ejus majeſtas, qua nos creavit; Salvatoris vero, ejus beneficentia, & pietas, qua nos redemit, ac ſalvavit, & plus eſt ſuſcitare mortuum ad vitam, quam vivum generare.

D Bern. Plus Chriſtus gloriatur de nomine Salvatoris, quam Dei.

73. Quinto *Ego ſum Ieſus*. Ad Pauli ferocitatem, ac ſævitiam ſubjiciendam, & trahendam, ei objicitur ſanctiſſimum nomen Jeſu; nihil hoc diviniſſimo nomine efficacius, ac fortius ad obſtinatos animos devincendos, ac trahendos, ubi hoc ſalutiferum nomen ſonat, omnia hoſtilia adverſa dant manus, ac proſternuntur. In nomine Domini ultus ſum in eos devincens, ac proſternens eos.

Ieſu nomen allicit, & devincit.

74. Depingit Iob. 39. numer. 21. fortiſſimum equum, & ait: *Exultat audacter, in occurſum pergit armatis, contemnit pavorem, nec cedit gladio, & ſuper caput ejus ſonabit pharetra.* Unde iſte equus, ſeu aſcenſor tantam habebat generoſitatem, ut exercitui armato exeat in occurſum omne illius robur contemnens, nullum illius hoſtilitatis pavorem concipiens, & tamquam inſtrumenta bellica pede conculcans. D. Bernardin. tom. 1. ſerm. 49. ait eſſe D. Paulum inter innumera pericula in mari, terra, latronibus, ac Inſidiatoribus, quæ omnia glorioſe ſuperavit; ſed unde illi tanta generoſitas, tamque feliciſſima victoria? Ait Iob *ſuper ſe ipſum ſonabit pharetra*, unde tota victoria? *Pharetra iſta ſonans* eſt fortiſſimum nomen Jeſu, quod cum ſonat omnium corda penetrat, dat vires, animum, ac fortitudinem ingerit, hoſtilia deſtruit, & de omnibus magnifice triumphat; ſic ait citatus D. Bernardinus de ſancto Paulo: *Hic eſt equus, qui exultat audacter in occurſum pergit armatis, contemnit pavorem, non metuit vulnera, nec diſcrimina, neque ſanguinem, neque mortem, alacri, ac ſecuro corde, pericula ſuperarmatus nomine Ieſu Chriſti.*

Iob. 39. — Ieſu nomine hoſtes proſternuntur. — D Bern.

75. Itineranti populo Iſraelitico obviam venit Amalech cum exercitu armato, ut pugnaret contra populum, quod videns Moyſes ait Joſuë Exod. 17. n. 9. *Elige tibi viros, & egreſſus pugna contra Amalech.* Magna mihi eſt difficultas, cur ad hoc tantum negotium Moyſes ex toto populo in ducem, & Principem elegerit Ioſue? Reſpondeo cum Philo lib. 1. de vita Moyſis: *Imperatorem his Ieſum præficiens unum ex minoribus ducibus.* Valde mirum eſt, quod Moyſes vir prudentiſſimus & in regimine ſagaciſſimus ad tantum bellū perficiendū non elegerit ducem ex majoribus. Alij digniores, & præſtantiores erant, quibus omnibus prætermiſſis unum Ioſue conſtituit; quia prærogativa ſui nominis debellato hoſte victoria certa, magnificus triumphus deſignabatur. Huc advoco id, quod dicit Oroſius libro ſeptimo capite quarto de quodam victorioſo duce debellato tyranno: *Hujus loco Conſtantinus ex infima militia propter ſolam ſpem nominis ſine merito eligitur.*

Exod. 17. — Philo. — Tota victoria auſpicatiſſimum Ieſu nomen. — Oroſius.

QUÆSTIO XI.

Quare ad viſionem, ac vocem Chriſti Paulus factus eſt ſtupens, ac tremens?

76. QUid mirum, quod ex viſiooe Chriſti in ſua claritate, & audita ejus voce Paulus extiterit
Dan.10. tremens, & ſtupens, eum ex viſo Angelo dicat Daniel. 10. oumer. 16. *Domine in viſione tua diſſoluta ſunt compages mea, & nihil in me remanſit virium*, & Manue Samſonis Pater dixit præ timore ad uxorem ſuam: *Moriemur, quia vidimus Deum*, ſcili-
Iudic.13 cet Angelum io Dei perſona loquentem Iudic. 13. numer. 22.

77. Hic timor licet naturaliter evenire poterat ex tam ſubitanea, ac inſperata voce: *Cur me perſequeris*; tamen ex alta Dei Providentia in peccatore timor pœnarum, ac gehennæ excitantur ad ſuorum peccatorum deteſtationem ex miſericordia Dei ad ſpem veniæ, ac ad amorem, & ad obediendum omnibus Dei mandatis, quorum omnium eſt ioitium ſapien-
Pſal.110. tiæ timor Domini Pſalm.110 n. 10.

78. Unde à D. Auguſtino tract. 9. in Epiſtol. io Ioan. dicitur *eſt veluti aens, vel ſeta, quæ filum introdu-*
Clemens Alexand. *cit.* A Clemente Alexandr. lib. 2. ſtrom. cap. 4. appellatur *Pedagogus legis, ac Eccleſia*; quia *ſua alta*
D Baſil. D. Chryſoſt. D. Aug. *ſapientia legem explicavit, ac declaravit, Eccleſiamque ſua magna eruditione nutrivit, ac formavit.* A D. Baſilio in cap. 1. Proverb. *Clavi, qui nos fixos in officio continent.* A D. Chryſoſthomo homil. 15.
Timor diſponit ad ſalutem. ad populum: *Miles armatus. excubans ad fores conſcientia.* Iterum à D. Auguſt. in Pſalm. 57. *Veluti ſervus pravarans habitaculum Domino ſuo.*

79. Scribitur Exod. 19. oum. 17. Cum populus per-
Exod. 19 veniſſet ad radices montis Sina, cumque eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum, ut
Timor preparat ad Deũ excipiendũm. populus perveniret in occurſum Dei, quis poterit dubitare, quod multa diſpoſitio, ac præparatio à Moyſe præmittenda erat in populo forſitan extitit longa, ac fervida oratio, vel auſtera pœnitentia in lachrymis, & jejuniis, vel multorum votorum multiplicatio ſerviendi Deo, ædificandi templum, nullum eorum præmittitur ad recipiendum Deum, ſed tantum ejus timor. Dicitur immediate aotea antecedenti verſu 16. *Timuit populus, qui erat in Caſtris.*
Timor preparat ad Deũ excipiendum. Nulla efficacior præparatio ad Deum excipiendum, quam ejus timor: Ipſe timor ſecum importat obedientiam, obſequium, ſummumque amorem, & charitatem erga Deum, indeque timoris partus, ſalus vitæ æternæ: Ita Theodorus Veraclenſis in Catena
Iſaiæ 26. Græca in Iſai. ad illa verba Iſaïæ 26. oum. 17. *Sicut quæ concipit cum appropinquaverit ad partum dolens clamat in doloribus, ſic facti ſumus à facie tua Domine, concepimus, & quaſi parturivimus, & peperimus*
Græcus. *ſpiritum.* Græci legunt: *Timorem tuum Domine in*
Timor bonum ſemen ad ſalutem. Theod. *utero concepimus, & parturivimus ſpiritum ſalutis.* Tunc ſic ait citatus Author: *Oſtendit utilitatem, quæ ex minis Dei percipitur, accipientes timorem tuum, velut bonum ſemen in utero geſtantes, opportuno tempore ſalutem reportabimus.*

80. Poſtquam perfectum, & coolummatum extitit
Exod. 40 opus tabernaculi ait Textus Exod. 40. *Operuit nubes Tabernaculum teſtimonij, & gloria Domini implevit illud, & non poterat Moyſes ingredi tectum*
D. Ant. Vlyſſipp. *fœderis.* Præ reverentia, ac timore, ut explicat D. Anton. Olyſſippouenſ. in expoſitione myſtica, cur
Cũ Moyſes timet Deo appropinquare, tunc appropinquat. Moyſes non ingreditur, ut optata Dei viſione fruatur, quam vehementer concupiverat? Quanto magis ipſe noo audebat appropinquare, tanto magis appropinquabat, & iode meruit, ut eſſet cum Domino in monte per quadraginta dies ejus colloquio gaudens.

QUÆSTIO XII.

Quare D. Paulus tam alto, ac ſublimi verbo reſpondet? Domine quid me vis facere?

VErba ſunt hæc liberè, ac ſpontaneè ſuam voluntatem Deo offerentis, qood turpiter negant 81.
Lutherus, & Calvinus, qui impie dicunt, homi- Luther. Calvin.
nis arbitrium non eſſe liberum, ſed ſervum, & captivum, & gratiam datam Paulo fuiſſe, ut eum violenter, ac coacte ad Chriſtum raperet, ſicut fures, homicidæ à Prætore vi, ac violentia trahuntur ad carcerem.

Quæ execrabilis hæreſis, ac blaſphemia ſanctiſ- 82.
ſimo, ac optimo jure damnantur à Concilio Tri- *Inſpiratione Dei libero homo conſenſit.* Trident. Eccleſia. 14. 16 & 17.
dentino ſeſſ. 6. Can. 4. 5. & 6. oam illa hæreſis eſt contra veritatem Sacræ Scripturæ Eccleſiaſt. 15. numer. 14. *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu Conſilij ſui.* Et iterum ibidem numer. 16. *Si volueris mandata mea ſervare conſervabunt te.* Et iterum ibidem numer. 17. *Appoſuit tibi aquam, & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam.* Deinde illa execrabilis hæreſis negat ſupremum Dei domioium in creaturas, eum non habeat, in voluntate humana, ut huc, & illuc liberè vertat, & negat Dei potentiam, & ſcientiam, cum non habeat, nec ſciat modum, quo voluotas ad hanc, & illam partem veniat, & tandem privat ſanctos ſuis meritis in obediendo, & exequendo Dei mandata.

Expendamus verba Pauli, cujus ploloquio reſ- 83.
plenduerunt omnes virtutes in ſumma perfectione. *Reſplendent omnes virtutes in Paulo.* D. Bern.
In hoc ſuæ converſionis ioſtanti tam liberali manu divina gratia eum implevit, tantaque luce illuſtravit ait D. Bernard. ſerm. 1. in Converſione Pauli: *O verbum breve, ſed plenum, vivum, & omni acceptione dignum. Primo* coituit fides, dum Dominum dicit, ac profitetur. *Secundo* enituit altiſſima pœnitentia, componctio, ac contritio de anteactis, quod magna ſævitia Dominum ſuum perſequutus eſſet, ideoque tamquam ſervus ab eo miſericordiam poſtulat. *Tertio* cultus, ac reverentia, cum Chriſtum ſtatim in primo verbo Dominum appellat. *Quartò* profundiſſima humilitas, non ait, Domine mi, ſed tantum Domine, præ humilitate non audet eum Dominum ſuum dicere, cum ſe illius indignum ſervum reputaret.

Quinto eximia conformitas cum voluntate Divi- 84.
na: *Quid me vis facere* verba ſunt animi reſignati, ac tradentis, & dantis ſe totom Deo, ſic ipſe dicebat ad Galatas 2. numer. 20. *Vivo ego jam non ego,* Galat. 2.
vivit vero in me Chriſtus, ut explicant D. Chryſoſtomus, D. Auguſt. oon vivebat, ut ſuam voluntatem faceret, ſed ut Chriſti beneplacitum adimple- *Vniformitas cũ Deo.*
ret. De anima ſancta dicitur Cantic. 2. num. 7. *Ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam quo ad uſ-* Cant. 2.
que ipſa velit. Origenes homil. 3. D. Niſſen. homil. Origen. N ſſen. Theod.
4. Theodoret. & alij legunt: *Quoad uſque ipſe velit.* Quomodo hæc Deo poſſunt ſtare, ipſa eſt ſponſa, ſcilicet anima ſancta, ipſe eſt Spooſus, nempe Chriſtus Dominus, & ideo optime cohærent, tam uniformiter ſe habent anima ſancta cum Chriſto, & Chriſtus cum illa, ut in eis ſit una tantum voluntas, & idem eſt, quod ipſa vult, ac quod ipſe vult.

Sexto maxime elucet, ac reſplendet Pauli magna- 85.
nimitas dum ſe offert ad omnes labores, perſecutiones, vexatiooes, ac cruciatus pro Deo ſuſtinendos: Unde ipſe dicebat Rom. 8. oum. 35. *Nulla creatura* Rom 8.

nos

nos poterit ſeparare à Charitate Dei. Ita erat Deo unitus, ut cætera omnia ut herbam putridam reputaret. *Septimo* Charitas fervida præclariſſimè enituit; non enim dixit: *Domine quid vis me tibi facere*, ſed abſolutè *Quid me vis facere*; ſcilicet tam tibi, quam tuis membris, perfectiſſima charitas, quæ in Deum, ac proximum ſe extendebat ait ipſe 1.Timoth 2.num.10.*Omnia ſuſtineo propter electos, ut ipſi ſalvi fiant.*

1.Tim.2.

86. *Octavo*: In hoc multum radiavit ſapientia Pauli: Pauca verba protulit, & tot ampla comprehendit, & uno, vel altero verbo tot, & tanta protulit. Cum Sacratiſſima Virgo Maria ad altiſſimum Incarnationis myſterium præberet conſenſum Angelo nuntianti dixit: *Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum* Luc. 1. num. 38. D.Ildephonſ. lib.2.de virgine ait: *Paucis verbis multa dixit*, quam prudentiam Paulus eſt comitatus.

Multa breviter.

Luc.1. Ildeph.

87. *Nono*: Valde prompta obedientia, quæ ſe præparat, ad in omnibus obediendum. *Quid vis ut faciam.* D. Auguſt. ſerm. 14. de ſanct. ait: *Iam parat ſe ad obediendum, qui prius ſæviebat ad perſequendum. Iam formatur ex perſecutore prædicator, ex lupo ovis, ex hoſte miles, ovis audeat quid facere debeat.*

D.Aug.

88. Pro hac obedientia expendamus verba: *Domine quid vis, ut faciam* non dixit: Impera quid faciam, ſed *quid vis*. Hæc eſt perfectiſſima, & ſublimis obedientia, quæ ante Domini mandatum jam exequitur ejus voluntatem, antequam Dominus imperet jam voluntas eſt in promptu, & præparata ad obediendum: Paulus ait: *Domine quid vis, ut faciam*, & Dominus ad eum: *Ingredere civitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.* Ante datum mandatum jam voluntas erat illud adimplendi, voluntas exequendi præcellit Domini imperium.

Perfecta obedientia non expectat in mādato.

89. De illis Cœleſtibus, ac Divinis Spiritus decantat Regius Vates Pſalm. 102. num. 20. *Angeli ejus potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendam vocem ſermonum ejus.* Debitus rerum ordo totus videtur inverſus; prius eſt enim verbum auribus percipere, deinde illud opere implere, proindeque dicendum videbatur: *Audientes vocem ſermonum ejus ad faciendum verbum illius*: At de Divinis Angelis aliter proclamatur: *Facientes verbum illius ad audiendam vocem ſermonum ejus.* In hoc eminet, ac reſplendet celſitudo virtutum Angelicarum, quod prius ſe præparant, ac pergunt ad Dei imperia perficienda, quam Dei jubentis voce declaretur, eiſque exponatur: Ad hunc modum Cœleſtium virtutum Paulus exiſtens in terra prius extendit manus ad opus: *Domine quid me vis facere*, quam Divinum mandatum audeat.

Pſal.102.

Ante mandatum voluntas exequitur.

Actor. 9. num. 7. Et Dominus ad eum: Surge, & ingredere civitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Uiri autem illi, qui comitabantur cum eo ſtabant ſtupefacti, audientes quidem vocem, neminem videntes.

Num. 8. Surrexit autem Saulus de terra, apertis oculis nihil videbat; ad manus autem illum trahentes introduxerunt Damaſcum.

Num. 9. Erat autem ibi tribus diebus non videns, & non manducavit, neque bibit.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV.

Verſ. 7. ET *Dominus ad eum ſurge.* Ecce jam apparet perfectiſſima Pauli obedientia, ut notavit Caietanus, ipſe proſtratus erat in terra, & tamen non audet ſurgere, niſi juſſus à Domino. *Et ingredere civitatem.* Tertullianus: *Exurge, & abi in Damaſcum*, quæ erat civitas, ad quam tendebat. *Ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.* Syriacus: *Ibi tecum habebitur ſermo de eo, quod te oporteat agere.* Dicitur in Textu facere, & non audire, ſuſcipiens nempe Sacramentum Baptiſmi, Confirmationis, & forte etiam Euchariſtiæ, de quo infra verſ.19. 90.

Caietan.

Stabant, ſtupefacti. Arabicus: *Manebant attoniti, manſerunt ſilentes.* Æthiopicus: *Admirantes*, alij legunt *muti.* Quomodo dicitur *ſtabant*, cum Paulus dicat Actor.26. num. 16. quod fuerint proſtrati, & ita re vera contigit, ſtabant tamquam fixi in ſuo loco abſque eo quod pedem moverent ſtupefacti, & attoniti ex luce viſa, voce audita, & præſenti Pauli caſu. 91.

Arabic. Æthiop. Act.26.

Audientes vocem, neminem autem videntes. Æthiopicus: *Viderunt lucem, vocem prolatam non audierunt*; noſtra tamen vulgata, cæterique Codices habent *audierunt*, ſed quomodo hoc cohæret cum eo quod Paulus ipſe ait Actor. 22. numer. 9. *Lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt.* Intelligitur vocem Chriſti: *Quid me perſequeris? hanc comites non audierunt, cum autem dicitur eſt in præſenti: Audientes vocem*, ſcilicet ipſius Pauli: *Quid me vis facere?* Ita exponunt Divus Auguſtinus in Pſalm. 67. Lyranus, Gloſſa Ordinaria, Hugo, Carthuſianus, Cajetanus. Alia eſt etiam expoſitio *vocem audientes*, ſcilicet Chriſti confusè, & indiſtinctè ita ut ejus intelligentiam non perciperent. Prima tamen interpretatio eſt aptior. 92.

Æthiop. Actor.22. D Aug. Lyran. Gloſſa Hugo. Carthuſ. Caiet.

Verſ. 8. *Surrexit autem Saulus de terra.* Æthiopicus: *Reſurrexit à caſu.* Cum perfecta obedientia juxta Chriſti præcipientis mandatum *Surge* ſurrexit; *Apertis oculis nihil videbat.* Syriacus: *Nihil ei apparuit*, Cum eſſent oculi ejus aperti Divus Chryſoſtomus: *Nihil videbat.* Oculi ejus erant obturati, ita ut videre non poſſet, ideoque dicitur infra: *Ceciderunt ab oculis ejus tamquam ſquamæ.* Lux divina magis ferijt oculos Pauli, quam comitum, ita ut comites ut notarunt D. Chryſoſtomus & Oecumenius poſſent eum ducere in civitatem: *Ad manus autem illum trahentes.* Syriacus: *Dum comprehendiſſent manum ejus.* Ad manus illum trahebant, ut ſolent cæci, vel ut ait D. Chryſoſtomus; ducitur per manus tamquam Chriſti captivus; qui modo ſervos Chriſti tamquam captivos ducebat in carceres. 93.

Verſ. 9. *Et erat ibi tribus diebus non videns.* Syriacus: *Neque viſum eſt ei quidpiam*, non videns viſu corporali, maxime vero mentali; nam in hoc triduo, juxta multos Doctores habuit illum admirabilem raptum uſque ad tertium Cœlum, in quo audivit arcana Dei. 2. Corinth. 12. numer.2. non manducans, neque bibens. 94.

Syriac. 2.Cor.12

QUÆSTIO

QVÆSTIO XIII.

Quare Dominus mittit Paulum ad Ananiam?

95. DIxerat Paulus: *Domine quid me vis facere?* Eum docet Chriſtus quid ei faciendum ſit: *Ingredere civitatem*, ſcilicet Damaſcum, *Ibi dicetur tibi quid tibi oporteat facere*, ſcilicet ſuſcipere Baptiſmum, Confirmationem, & ut in rebus fidei maxime inſtrueretur. Neque cum hoc obſtat, quod Chriſtus dixit Paulo infra cap. 26. num. 18. *Ad hoc enim apparui tibi, ut conſtituam te teſtem, & miniſtrum eorum, quæ vidiſti*, ſicut & illud, quod ipſe de ſuo Evangelio prædicatò: *Ego ab homine non accepi illud, ſed per revelationem Ieſu Chriſti*: ad Galatas 1. num. 12. nempe in ſuo raptu, multa altiſſima, & principalia, ac majora cognovi de myſteriis Divinitatis, ac etiam de vita Chriſti; hoc tamen non obſtat, quod aliquas circunſtantias de vita Chriſti acceperit ab Apoſtolis, qui ab initio ipſas viderunt.

Actor. 26

Galat. 1.

96. Abbas Moyſes. Secundo Moyſes Abbas apud Caſſianum collatione 2. cap. 14. ait: *Mittit Paulum ad ſeniorem, eumque illius potius doctrina, quam ſua cenſet inſtrui, ne ſcilicet quod rectè geſtum fuiſſet in Paulo poſteris malum præſumptionis præberet exemplum, dum unuſquiſque ſibimet perſuaderet ſimili modo ſe quoque debere Dei ſolius magiſterio, atque doctrina potius, quàm ſeniorum inſtitutione ſervari.* Deus de Cœlo vocavit Paulum, tamen ut informetur de rebus agendis non per ſe illum inſtruit, ſed ad Ananiam, ut doceatur, remiſit, ut inde quilibet habeat exemplum, ut ſeniorum Concilia requirat, & ne tantum de ſe præſumat, quod à ſolo Deo ſit miniſtrandum.

Deus vocat, & per ſeniores erudit.

97. 1. Reg. 3. Vocat Deus Samoelem, *Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego; vocaſti enim me.* 1. Reg. 3. num. 5. Ad quid Deus vocat Samuelem ſimili voce Heli, & cur non aperit ei ad quid vocetur, ſed ordinat, ut prius tendat ad Heli! Alto conſilio, ut puer inſtrueretur à ſeniore qualiter ſe debebat præparare, ac diſponere ad Dei mandatum accipiendum, & mente tenendum D. Gregor. Magnus in comment. ait: *Vocavit Deus puerum, ſed voce magiſtro ſimili, cauſam vocationis tacuit, ut electus puer, quæ humilitate obedientia eſſet ſublimis oſtenderet. In re ad præceptorem pertulit, ut devotionis ſuæ munus offerret.*

A ſenioribus doctrina requirenda.

98. D. Bern. Tertio D. Bernard. ſerm. 1. de converſione Pauli ait: *O ſapientia ſuaviter vera, univerſa diſponens! eum, cui tu loqueris erudiendum de voluntate tua, mittis ad hominem?* Quiſquis in ſe vult habere Dei dona, firma, ac tuta, requirat majorum doctrinam, ac diſciplinam, ne de ſe multum præſumat, ut aliorum culturam reſpuat, ac contemnat.

Majorũ doctrina requirenda.

99. Exod. 32. Accepit Moyſes duas tabulas legis ex utraque parte ſcriptas, & *factas opere Domini*, ſeu ut alij legunt *Digito Dei* Exod. 32. num. 16. Cum ergo vidiſſet populum idolatrantem, iratus Moyſes projecit tabulas, & confregit ad radices montis numer. 19. Poſtea Deus miſericordia motus mandat Moyſi; *Præcide tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum, & ſcribe tibi verba hæc.* Exod. 34. num. 27. maxima indagine dignum, ut advertit D. Auguſt. citandus: Tabulæ ſcriptæ digito Dei confringuntur, & pereunt, exaratæ vero manu hominis durant, & perſeverant, Dei dona tunc durant, & conſervantur cum homines habent cooperatores. D. Auguſt. q. 166. in Exod. ait: Priores tabulæ ſcriptæ digito Dei non perſeverant: *Poſteriores tabulæ tamdiu manſuræ, ac in Tabernaculo, ac Templo Dei futuræ jubente quidem Deo tam ab homine ſciſſæ ſint, quam ab homine ſcriptæ? forte in illis prioribus gratia Dei ſignificabatur, non hominis opus*: Inde agnoſcat homo, quod ut Dei dona perſeverent requiritur hominis cooperatio, & illius diligentia, aliter facile prolabuntur.

Exod. 34. D. Aug.

Vt dona Dei firmentur requiritur noſtra cooperatio, ac diligentia.

Quarto: Quamvis ſuperiora moraliter ſint dicta, tamen quoad literam. Non dicitur Paulo te oportet audire, ſed facere, ſcilicet ſuſcipere Sacramenta Baptiſmi, Confirmationis, &c. nam pleniſſimè inſtructus in myſteriis Divinitatis, ac vitæ, & doctrinæ Chriſti hoc, ut ipſe citato loco ad Galatas, non habuit principaliter ab homine, ſed per revelationem Jeſu Chriſti, quod poſtquam Chriſtus Cœlos aſcendit, nulli hominum, niſi tantummodo Paulo edocuit, ut in præſenti notat Theophilactus, & latius Petrus Damianus opuſcul. 35. cap. 3. ubi ſic ait: *Poſtquam illa beata, atque Divina Redemptoris humanitas ad paternæ majeſtatis eſt evecta conſeſſum, ut non jam hominibus temporaliter intereſſet, ſed Cœli potius virtutibus præſideret, non per magiſtrum, ſed ſpecialiter per ſe ipſum, ſic illum efficaciter docuit, omniumque ſibi geſtorum ſuorum myſteria delegavit, ut non modo prædeceſſorum ſuorum magiſterio nullatenus indigeret, ſed eos inſuper omnes Cœleſtis ſapientiæ profunditate præcelleret.* Expende ultima verba pro eximio Chriſti amore erga Paulum. Quem tanta ſapientia exornavit, ut cæteros antecelleret. 100.

Theoph. *Paulus præcellit alios ſapientia.* Damian.

QUÆSTIO XIV.

Quare Paulus obcæcatur tanta luce circumfuſus?

VErè Paulus obcæcatus eſt, ut nec jam Chriſtum, nec circunſtantes, nec viam itineris videret, ut patet ex Textu: *Nihil videbat.* Deinde manibus trahentium ducebatur, ut communiter cæcis contingit: Illa autem lux Divina non ſic perſtrinxit oculos comitum, ut Pauli, ut ait Chryſoſtomus, ut comites poſſent ducere Paulum, & quia Deus diſponebat alta, & ſublimia agere cum Paulo, & non cum illis: Quæſtio eſt cur tanta Paulo cæcitas evenerit? 101.

Lux divina perſtrinxit oculos Pauli non comitum. Chryſoſ.

Primò D. Bernard. ſerm. de Converſione Pauli, ait: *O felix cæcitas, quæ male quondam illuminaſti in prævaricatione, tandem in converſione oculi ſalubriter execrantur.* Cum Saulus eſſet in ſua ſævitia, ac furore ejus oculi erant multa turpitudine fœdati, cum verò in ſua converſione exurgit novus homo, novi etiam ſint oculi, purificati ab antiqua nequitia, & inde ab oculis ejus ceciderunt tamquam ſquamæ, ut novum viſum reciperet. 102.

D. Bern. *Mundãtur oculi Pauli.*

Secundò D. Ambroſius lib. 2. de Abrahamo cap. 9. ait: *In actibus Apoſtolorum legimus, quia circumfulſit lux Saulum de Cœlo, & cecidit; horrore animi turbatus eſt, & audivit vocem de Cœlo dicẽtẽ: Saule, Saule quid me perſequeris? Deſinit enim videre ſæcularia, qui incipit audire divina.* Toto animo, ac totis viribus Paulus Divinæ voluntati ſe ſubjiciebat, ſe ſe omni conatu Deo tradebat, inde conſequens erat, ut omne terrenum deſpiceret, & ad illud cœcus eſſet, ut ad Deum ferretur, illumque ſuſpiceret ſolum. 103.

D. Ambr. *Excæcatur Paulus à terrenis, ut videat Cœleſtia.*

Ait Chriſtus Dominus Judæis Joan. 9. numer. 4. *Si cæci eſſetis non haberetis peccatum*, ut ſint liberi, ac immunes à peccato hoc unum illis optat Chriſtus Dominus ut oculos habeant clauſos, & cæcos terrenis, ac temporalibus, ut juſtitiam, veritatem, ac Cœleſtia aſpiciant. D. Paolinus epiſt. 4. ait: *Dominus Iudæorum oculis cæcitatem præferens dicit; ſi cæci eſſetis non haberetis peccatum: Reminiſcamur qua pernicie illis in paradyſo oculi ſunt aperti, quos tamdiu habuerunt illuminatos, quandiu clauſos habuere peccato.* 104.

Joan. 9. D. Paul. *Excæcãdi oculi à terrenis.*

Tertiò D. Nazarius orat. in ſancta lumina ait: 105.

D. Naza.

Vertendum

Verendum ne oculorum ſenſu orbemur, quemadmodum Paulo accidit, cum priuſquam à perſecutionibus expiatus eſſet colloquium cum eo, quem perſequebatur miſcuiſſet monet; Ut unoſquiſque prius ſe purget, & mundet, quam ad ſublimia, & altiſſima evolet, & cum ſumma puritate habeat colloquium, ideoque Paulus obcæcatur cùm ſua ſævitia eſſet valde immundus ad altiſſima evebitur, cum prius eſſet tranſeundum per Baptiſmi aquam, ac pœnitentiæ lavacrum.

Ad ſuprema non ſaltim, ſed per media tranſeundum.

106. Ex idololatriæ tenebris veniunt Magi adorare Dominum: *Vidimus ſtellam ejus in Oriente, & venimus cum muneribus adorare eum.* Matth. 2. num. 5. Vocantur ad Chriſtum Dominum adorandum, cur ſtatim non veniunt ad illum, ſed mediante ſtella? Ne tanto majeſtatis lumine offenderentur per ſtellam ducuntur, ut inde ſecurius, & facilius ad verum ſolem perveniant D. Chryſoſtom. ſerm. 87. ait: *Hinc eſt, quod & magos adhuc noctis incolas, & totis obſtupeſcentes oculos, tenuiter micans ſtella aſſueſacit ad lucem, & gradatim pertrahit ad ipſum fontem luminis, & dierum.*

Matth. 2. *Gradatim ad magna eundum.* D. Chryſoſt.

107. Quarto: Venatius Honoratus Pictavenſis homil. de orat. Dominicæ ſic ſcribit: *Beatus Paulus populum Chriſtianum devaſtabat, ſed quando Redemptor dignatus eſt in perſecutore ſuo magis pius eſſe, quam juſtus, ut ad meliora accederet, eum per cæcitatis amaritudinem caſtigavit, & corporale lumen obduxit, ut ei ſpirituales oculos aperiret.* Furore, & ita fervebat Paulus contra Chriſtianos; At cum clementiſſimus Jeſus ex perſecutore amicum, ex Saulo Paulum, ex irato mitem, ex perfido fidelem, ex devaſtatore eximium Evangelij ſeminatorem, cæcitatis amaritudine, ac anguſtia percutit. Tam fortis, ac efficax eſt calamitatis vexatio, ut inflammatam perſecutoris iram in magiſtri lenitatem, convertat.

Honor. *Venatio, ac proſſura das intellectum.*

108. Ex delegatione Dei Moyſes, & Aaron denuntiant Pharaoni, quod Dominus præcipit, ut Populus pergat in ſolitudinem ad ei ſacrificandum, quibus Pharao reſpondit: *Quis eſt Dominus, ut audiam vocem ejus, & dimittam Iſrael? Neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam* Exod. 5. num. 2. Tamen poſtea ipſe plagis vexatus aquæ, quæ ſunt converſæ in ſanguinem, paludes innumerabiles ranas emittunt operientes totam Ægyptum. Tunc ipſe vocat Moyſen, & Aaron, & dixit eis: *Orate Dominum, ut auferat ranas à me, & à populo meo, & dimittam populum, ut ſacrificet Domino.* Exod. 8. num. 8. Antea Dominum ignorabat, & veluti contemnebat, dicens: *Quis eſt Dominus*, jam vero modo per interceſſores poſtulat indulgentiam ab eo, totum hoc plagarum calamitas effecit. Origenes homil. 3. in Exod. ait: *Ecce Pharao duriſſimus, proficit verberatus, ante verbera Dominum neſcit, verberatus ſupplicari pro ſe Dominum rogat*; eſt profectus in pœnis.

Exod. 5. Exod. 8. *Caſtigatione profecit rigidus.* Origen.

QUÆSTIO XV.

Quare D. Paulus per triduum neque manducavit neque bibit?

109. PRimo aliqui hoc referunt ad altiſſimam meditationem, & contemplationem Pauli cum Deo, ut ab omnibus temporalibus eſſet alienatus, illorumque oblitus, ſicut Moyſes per quadraginta dies ſtetit in monte cum Deo, & maxime quia, Gloſſa ordinaria Beda, Hugo, & Hiſtoria Eccleſiaſtica exiſtimant in hoc triduo Paulum raptum fuiſſe ad Cœlum ubi audivit arcana Dei, & didicit Evangelium, de quo ipſe teſtatur non eſſe acceptum ab homine, ſed per revelationem Ieſu Chriſti. Deinde ex colloquio, quod habuit cum Chriſto in ſua converſione maxime accenſus eſt in ejus amore, ad quod pertinet illud Pſalmi 104. num. 10. *Eloquium Domini inflammavit eum.* Pſal. 104

Gloſſa. Beda. Hugo. Hiſt Eccleſiaſt.

Secundo per triduum nec manducavit, neque bibit ob auſteram pœnitentiam D. Chryſoſtomus in præſenti ait: *Compungebat ſe propter ea, quæ fecerat, confitebatur, precabatur, orabat Deum, & ſe ipſum mirum in modum pœna dignum judicabat.* Oecumenius ait: *Ob Eccleſiæ perſecutionem, triſtiſque Deum deprecabatur, ut ſibi remitteret:* Et tam rigida, & auſtera hæc extitit pœnitentia Pauli, cum tam vehementi jejunio, ut dicat D. Baſilius orat. 2. *Paulum jejunium, quod in ſuarum anguſtiarum prædicatione commemorat in Cœlum provexit.* Tridui autem abſtinentia à cibo abſque miraculo facile dari poteſt, & tanta eſt jejunij virtus, ut in Cœlum elevaret. 110.

D. Chryſoſt *Pœnitentia in triduo.* Oecum. D. Baſil. *Ieiuny virtus.*

Haec autem rigidam, & ſeveram pœnitentiam, quam Paulus in ſua converſione initiavit, per totam vitam retinuit, & continuavit: hinc ipſe ait: 1. Coryoth. 9. num. 27. *Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo.* Illud verbum *caſtigo* juxta Clementem Alexandr. 3. ſtrom. Naxianx. orat. 1. ex radice græca idem valet, ac *affligo, vexo, ac verbero*, quod per totam vitam ſedulo obſervavit, ut notat D. Hieronymus ex illo 2. Corynth. 2. *In jejuniis multis, in vigiliis, in fame, ſiti, frigore, & nuditate, in laboribus, in carceribus.* 111.

1. Cor 9. *Per totã vitam.* Clemens Alexand. 2. Cor. 2.

In ſervitutem redigo, nempe Spiritus, ut explicant ibi D. Hieronymus, D. Ambroſius, ita tamen D. Chryſoſtomus, Origenes, Theodoretus, hoc referunt ad Deum, ac in ſervitutem Dei, ut quamvis in terra degeret, nihil carnis in eo apparebat, ſed tamquam Archangelus Cœleſtis totus erat deſtinatus, ac miſſus in miniſterium, ac ſervitutem Dei; Unde ipſe dicebat: *Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Chriſtus.* Ac ſi diceret, quod ita vivebat, ac ſi non viveret vita ſua, ſed Chriſti, in quem totus erat transformatus. 112.

Paulus veluti Archangelus, & in Chriſtũ trãsformatus.

Tandem pro hac eximia Pauli pœnitentia declaranda accipe D. Chryſoſtomum homil. 2. de laudibus Pauli, & ait: *Sic deſpiciebat univerſa, quæ cernimus, ut ſolet herba jam putrida contemni: tyrannos verè ipſos, ac populos ſpirantes furorem, vel eſſe quoſdam culices exiſtimabat; mortem vero, & cruciatus, & mille ſupplicia, quaſi ludum putabat eſſe puerorum, dummodo pro Chriſto aliquid ſuſtineret.. Tunc enim, & tunc amplectebatur libenter, & decorabatur vinctus catena magis, quam diademate coronatus.* Nota ſequentia: *Etenim coactus carcere habitabat Cœlum, & libentius verbera accipiebat, & vulnera, quam alij bravia diripiunt.* 113.

D. Chryſoſt. *Gaudiũ Pauli in cruciatibus, ac laboribus.*

Hic tamen conſidera cum Euſebio Emiſſeno homil. 5. in initio quadrageſimæ: Ecce Paulus jam Chriſti habitaculum, jam vas electionis effectus intelligit ſibi non ſufficere ſolam gratiam, niſi gratiæ adjungat ſolitudinem vigiliæ, & laboris induſtriam. 114.

Euſeb. Emiſſen.

QUÆSTIO XVI.

Quare Paulus in ſua converſione omnibus facultatibus corporalibus privatur?

IN tanta multitudine ſanctorum, quos Deus ad Eccleſiam ſuam vocavit, quid ſimile factum eſt, ut ab omni terrenorum cogitatione, ab omnibuſque corporis functionibus eſſet abſolutus, Ipſe ut cæcus non videbat, nec audiebat, ut multis placet, 115.

Status quæſtionis.

nec

nec loquebatur, nec comedebar, nec bibebat, nec ambulabar, neque unum pedem movere poterat.

116. *Ratio literalis.* Ratio literalis hujus rei pendet ex dictis quæſtione ſuperiori in limine, vel enim in hoc triduo, ut multis placet, raptus eſt in Cœlum, & inde ex tam alta cognitione ab omnibus humanis abſortus, vel etiam tam vehementi dolore componctus eſt de anteactis, tantoque affectu rapiebatur in Deum poſtulans ejus miſericordiam, ut ab omnibus terrenis eſſet ſequeſtratus, ut præter Deum ad nihil aliud advetteret, nec attenderet.

117. *Diſponebatur Paulus ad ſupremum ſapientia apicem.* Secundo; & moraliter: Ex omnibus, qui ad Eccleſiam vocantur unus ſolus Paulus in ſua converſione excæcatur, & ab omnibus terrenis abſolvitur. Diſponebatur ipſe à Deo, ut altiſſima ſapientia, & illuſtriſſima virtute, ac terrenorum contemptu, ut dixi in fine ſuperioris quæſtionis, ſuper omnes ſublimaretur ad ædificandam Eccleſiam Dei puram, & ſanctam, ideo ipſe exuitur ab omni carnali commercio, ab omnibuſque humanis facultatibus, ut induatur ſuperna virtute ex alto in ſapientia, juſtitia, ac architectura ad ædificandam Eccleſiam Dei.

118. Ait ipſe 1. Corynth. 3. num. 10. *Secundum gratiam, qua data eſt mihi, ut ſapiens Architectus fundamenta poſui.* Quomodo ait quod poſuerit Eccleſiæ fundamenta, cùm ipſe Apoſtolus ſtatim ibidem *Chriſtus fundavit Eccleſiã, Paulus plãtavit* fateatur: *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.* Si Chriſtus Dominus eſt fundamentum Eccleſiæ, quod ſapiens Architectus illud poſuerit, ac ſi Eccleſiæ fundamenta ab Æterno Parente commiſſa ſint Chriſto, & Paulo; Chriſto Domino ut principaliſſimo Auctori, qui illam pretioſo ſanguine comparavit, ac acquiſivit; Paulo vero, ut principali miniſtro, ac delegato, qui eam ſua altiſſima ſapientia aſportavit, ac in toto mundo plantavit, & ædificavit, & ut notant D. Chryſoſt. Theophylact. Theodoretus; *D Chryſoſt. Theoph Theod.* Paulus cum ſit valde humilis de ſe ait: *Ut ſapiens Architectus*, non, ut ſe jactet, ſed gratulabundus gratiam Deo exhibet pro tanta ſapientia ei data ad omnium ſalutem.

119. *Iſai. 3. Aquila.* Citato loco alludit Apoſtolus ad illud Iſaïæ cap. 3. num. 3. *Ecce Dominator Dominus exercituum auferet à Ieruſalem, & Iuda ſapientem de architectis, tranſtulit Aquila ſapientiſſimum artificium.* Minatur Deus ad Jeruſalem, & Judam ſe velle auferre ſuam fidem, proindeque Architectos, qui fuerunt Prophetæ, qui illum populum divina fide illuſtrarunt, ut Deus unum populum, & unam Iudææ gentem ſua fide illuminaret, multi Architecti, multi *Unus Paulus pro omnibus.* Prophetæ miſſi ſunt, ut Deus ſuam ſanctam, & Catholicam fidem in toto Orbe, in omnibus regnis, provinciis, ac nationibus plantaret; Unus Paulus pro multis, ac omnibus ſufficiens pleniſſime eſt: *Ut ſapiens Architectus fundamenta poſui*; Ipſe enim prima elementa fidei Chriſtianæ poſuit; Ad hoc *Tertull.* tendit Tertullianus lib. 5. contra Marcion. cap. 6. ubi ſic ait: *Quod Architectum prudentem affirmat Paulus, hoc invenimus ſignificari de palatiaorum diſciplina Divina à Creatore per Iſaiam, Auferam, inquit, à Iudæa. &c.*

120. *D.Aug. Paulus pra omnibus laboravit.* Huc advoco id quod ſapienter dixit D. Auguſtinus ſermon. 29. de ſanctis: *Petrus Eccleſiam, Ubi jam fuerat, reparat, Paulus ubi non fuerat, Petrus in Iudæis terram male fœcundam excolit, Paulus verò in gentibus nondum cultam fœcundat.* In converſione gentium magnus labor imponitur Petro, & Paulo; nam Petro in Iudæis committitur vinea jam plantata per Chriſtum malitia inhabitantium ſterilis, ut eam poliat, & fœcundet; *Petrus in Iudæis terram male fœcundam excolit*; At Paulo totum pondus imponitur, ut in aggreſti, rudi, ac tenebroſa gentium ſylva, Eccleſiam plantet, ædificet, ac maximè fertilizet, ut ubertimos, ac præclariſſimos fructus parturiat: *Paulus in gentibus nondum cultam fœcundat.*

Actor. 9. num. 10. Erat autem quidam diſcipulus Damaſci nomine Ananias, & dixit ad illum in viſu Dominus: Anania, at ille ait: Ecce ego Domine.

Num. 11. Et Dominus ad eum: Surge, & vade in vicum, qui vocatur Rectus, & quære in domo Judæ Saulum nomine Tarſenſem: Ecce enim orat.

Num. 12. Et vidit virum Ananiam nomine introeuntem, & imponentem ſibi manus, ut viſum recipiat.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE V.

Verſ. 10. *Erat autem quidam diſcipulus Damaſci Ananias*: Valde inſignis inter Domini diſcipulos, loquit D. Chryſoſt. de quo quæſtione ſequenti: *Et dixit ad illum in viſu.* Syriac. *Dixit per viſionem.* Arabicus: *Noctu Ecce me Domine.* Verba ſunt promptè obedientis ad omnia, ſic Samuel 1. Reg. 3. num. 4. & 6. & Iſai. 6. numer. 8. Baruch. 3. num. 35. 121. *D.Chryſoſt. Syriac. 1.Reg.3.*

Verſ. 11. *Surge vade.* Pagninus: *Cum ſurrexeris vade.* Ecce imperium Domini: *In vicum, qui dicitur Rectus.* Arabicus: *Qui appellatur via recta.* In Platea nempe, quæ nuncupatur via longa, & directa, cæteris erat via longior, & rectior: *Et quære in domo Iuda Saulum.* Arabicus: *Pete in domicilio Iuda.* Erat quidam homo, qui hoſpes erat Sauli, ut tenent Lyranus, Carthuſianus, Lorinus, quod eſt probabilius quam id, quod dicunt Gloſſa, Interlin. & Hiſtoria Eccleſiaſtica, quod erat domus in platea aſſignata Iudæis tamquam ſi Damaſceni determinaſſent locum pro Iudæis habitandis. 122. *Pagnin. Arabic. Lyran. Carthuſ. Lorin. Gloſſa*

Saulum nomine Tarſenſem, Proprium nomen Saulus, cognomeo Tarſenſis, tamquam originem habens à Tharſo Ciliciæ Metropoli: Illuc enim Pater Pauli tranſlatus fuerat de Iudæa, & ibi multum creverat fama, & poteſtate, ut ait Lyranus: *Ecce enim orat.* Hoc dicitur Ananiæ, ut non timeat illum perſecutorem, jam enim orat ut ad meliorem vitam, & Baptiſmum converſus, ut notant D. Chryſoſt. Oecumen. Carthuſ. & Hugo. 123. *Lyran. D.Chryſoſt. Carthuſ. Hugo.*

Verſ. 12. *Et vidit virum.* Syriac. *Et ecce enim ut ille precatur.* Arabicus: *Aſpexit per viſionem*; Hæc verba legenda ſunt per parentheſim, non enim ſunt verba Chriſti loquentis cum Anania, ſed Lucæ Hiſtoriam referentis, de viſione, quæ accedit in illo temporis articulo, quo Paulus orabat, & Chriſtus loquebatur cum Anania. Per viſionem manifeſtatum eſt, ut quando Ananias veniret ad eum, ut ex præſentia, & voce ipſum cognoſceret, & veneraretur tamquam legatum miſſum à Deo, & recognoſceretur erga eum Dei beneficentia, à quo talis, & tantus vir mittebatur, ut ab eo Sacramenta reciperet. 124. *Arabic.*

QUÆSTIO XVII.

Quiſnam eſſet Ananias?

Vir magnus, ac inſignis extitit, ut ait D. Chryſoſt. de eo magnum, ac præclarum præbet teſtimonium, noſter Paulus Apoſtolus infra Actor. 22. num. 12. 125. *Act. 22.*

num. 12. *Ananias autem quidam vir timoratus ſecundum legem, teſtimonium habens, ab omnibus habitantibus Iudæam.* Et cum Apoſtolus eum dicit timoratum denotat eum eſſe juſtum, ſanctum, ac pium, ut ibi dicetur.

Nominis interpretatio. D.Hier. D.Aug. Gloſſa.

126. Et ab ejus nomine incipiamos; idem enim valet Ananias, ac *Ovis* teſte D. Hieron. epiſt. 3. & D. Aug. infra citando. Gloſſa Interlin. idem valet, ac *Gratia Dei*. Alij intetptetantut *ac nubes Domini*, quæ omnia optime cohærent; nam in nube Domini ipſe per viſionem apparuit Paulo, ut patet ſupra ex verſ. 12. & per ipſum gratia Domini delata eſt Paulo, dum ei Sacramenta miniſtrat; quod autem dicatur ovis magnum myſterium habet, ut explicabo ad quæſtionis finem.

Patria, dignitas, martyrium. Ganeus. Doroth. Oecum. De Nat. Martyr.

127. Ipſe erat ex Tribu Juda, ut tradit Ganæus, & unus ex 72. Domini diſcipulis, ut teneot Oecumenius, & D. Dorotheus in Synopſi, Petrus de Natalib. lib. 3. cap. 21. eum dicit diſcipulum Apoſtolorum, cum baptizavit Paulum, Oecumeoius dicit eſſe tantum Diaconum. D. Auguſt. lib. 2. quæſt. Evang. q. 47. preſbiterum, Dorotheus citatus, & alij dicunt eum fuiſſe Epiſcopum Damaſci, & tandem illuſtriſſimo martyrio eſt condecoratus, ut habet Martyrologium Romanum die 25. Ianuarij: *Apud Damaſcum natalis Sancti Ananiæ, qui eundem Apoſtolum baptizavit. Hic cum Damaſci, & Eleutheropoli, alibique Evangelium prædicaſſet ſub Licine Iudice nervis caſus, laniatus, demū lapidibus oppreſſus, martyrium conſummavit.*

Gen. 49.

128. Paulus ex Benjamin lupus rapax Geneſ. 49. Ananias ovis ex ſuo ſignificato, ecce miraculum magnum divinæ omnipotentiæ; lupus rapax ſubjicitur ovi, & ei obedit, ut ab ipſa dirigatur, ac regatur. D. Auguſt. ſerm. 14. de ſanctis ait: *Lupus adductus ad Ananiam, qui interpretatur ovis, ecce lupus rapax adducitur ad ovem ſequendam, non rapiendam; & ne rapientem ovis expaveſceret lupum, ipſe Paſtor de Cœlo, qui omnia faciebat, nuntiavit ovi venturum lupum, ſed non ſæviturum: & tamen tam immanis fama illum lupum præceſſerat, ut non poſſet ovis audito ejus nomine non conturbari.* Et mox ſubdit: *Lupo ſævitia interdicitur; lupus ad ovem captivus ducitur, ut ab agno pro ovibus mortuo fit ovis ſecura de lupo.*

D Aug. *Miraculum, lupus ſubjicitur ovi.*

QUÆSTIO XVIII.

Quare Ananias admonetur in vigilia, Paulus autem in ſomnis?

129. APparet Dominus Ananiæ per viſum cùm eſſet in vigilia, cum autem dormiret Paulus, viſio per noctem ei oſtenſa eſt: *Vir Macedo quidam erat ſtans deprecans eum, & dicens: Tranſiens in Macedoniam adjuva nos.* Actor. 16. n. 9. Ananiæ vigilanti, apertiſque oculis ſe Chriſtus manifeſtat; at vero Paulo ſomno indulgenti, negotiante divino Spiritu ſe per viſum oſtentat Vir Macedo pro ſuorum ſalute agens, & cor Paulos non prius à ſomno excitatur, & tunc vir ille ſuam expoſtulatiooem exponit, ſed ipſo dormiente.

Actor. 16. *Difficultas quæſtionis.*

130. Reſpondet noſter D Cyrillus Alexandr. in cap. 2. Joelis, ubi ſic ait: *Audis, ut in viſu alloquitur Ananiam: Erat, ut puto, fide fortis, habitu ſtrenuus, animo ad virtutem excitato, ſpirituali robore infractus: In ſomnis autem Macedo Paulum rogare videtur; erat enim Paulus mente ſenex, animo grandævus, & cœleſti ſapientia plenus.* Ananias Vir magnus, & virtute præclarus, tamen in vigilia erat admoneodus: At Paulus in altiori conſtitutus erat, ita ut fervore in virtute, ut ſenex inveteratus erat, & ita in illa excreverat, ut in omni perfectione eſſet grandævus, & præclara, & ubi tanta probitas radicata, ac ſugillata erat, minimè à ſomno impediebatur, ut divina monita exciperet, & quamvis ipſe oculis clauſis videretur dormire, tamen ejus obedientia ſic animo erat, ut ſemper eſſet in vigilia, ut cœleſtibus mandatis obtemperaret. Ad Ananiam cùm eſſet in vigilia venit ipſe Chriſtus; ad Paolum vir quidam ejus ſubſidium poſtulans tam prompta erat ejus obedientia, ut etiam in ſomnis quælibet levis inſinuatio abundans foret.

D Cyrill. Alexand. *Tanta erat ſolertia Pauli, ut dormiens obediret.*

131. Ait Anima Sancta: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Cantic. 5. num. 22. Ait Ghriſletius, ut Paulo contigit. In extaſi, qualis fit tamquam ſonus, ut Adamo Geneſ. 2. num. 21. Extatici ſopitis ſenſibus quaſi videntur dormire, & tamen tota mente rapiuntur ad contemplanda divina; ſic præfatum canticorum locum explicant D. Bernard. ſerm. 52. Noſter Ioannes Carmelita Soto major, & alij, pro quo audiendus D. Gregor. lib. 5. Moral. cap. 22. *Ego dormio,* inquit, *cor meum vigilat, quia videlicet ſancta mens, quæ ſe à ſtrepitu temporalis concupiſcentiæ comprimit, eo verius interna cognoſcit, & tanto alacrius ad intima vigilat, quanto ſe ab exteriori inquietudine occultabat; quod bene per Iacob in itinere dormientem ſignatur, qui caput ad lapidem poſuit, & obdormivit: à terra Scalam Cœlo inhærentem, innixum Scalæ Deum, aſcendentes quoque, & deſcendentes Angelos vidit.*

Cantic. 5. D Bern. Ioan. Carm. D. Greg. *Anima ſancta Deū contemplatur.*

132. Iacob dum conſideratione reclinatus in lapide Chriſto vidit Cœlos apertos, & Angelos per Scalam aſcendentes, & deſcendentes, & Dominum innixum Scalæ Geneſ. 27. num. 12. Paulus in ſua extaſi totus abſorptus in Chriſto, non vidit Angelos aſcendentes, & deſcendentes, ſed ipſemet aſcendit, nec vidit Dominum innixum Scalæ, ſed ad ipſum Dominum rapitur uſque ad tertium Cœlum, ad Tribunal uſque ipſius Sanctiſſimæ Trinitatis, ubi vidit, & audivit abſcondita myſteria Dei.

Gen. 27. *Illuſtris viſio Pauli.*

133. Ait Regius Vates Pſalm. 67. num. 27. *In Eccleſiis benedicite Deo Domino de fontibus Iſrael, ibi Benjamin adoleſcentulus in mentis exceſſu.* D. Auguſtinus legit *Extaſi*, Concors eſt Sanctorum Patrum Auguſtinus, Hieronymus, Rupertus, Hilarius, Euthymius, quod Propheta loquitor de Paulo ex Tribu Benjamin, & ubi nos habemus *Adoleſcentulus* ex Hebræo legitur *Minimus*; Paulus enim de ſe dicebat *Ego ſum minimus Apoſtolorum.* Invitat nos David, ut Deum laudemus, ac glorificemur de ingenii magnificentia, ac liberalitate, qua ſuam Eccleſiam locupletavit *de fontibus Iſrael* tot, & tantis donis, gratiis, ac prærogativis Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Evangeliſtarum, Doctorum, ac Martyrum, quibus irrigans fœcundavit ſuam Eccleſiam, *Iſrael*, id eſt fortis, qui in tanta donorum abundantia oſtendit ſuam fortitudinem, ac magnificentiam.

Pſal. 67. D. Anſel. D. Hier. Rupert. D. Hilar. Euthym. *Deus magnis, & multis donis ſuam ditavit Eccleſiam.*

134. *Ibi Benjamin adoleſcentulus*, ſeu ut legit D. Hieronymus *Iunior* in mentis exceſſu, *in Extaſi.* Sed cur ex tot millibos milliom ſanctorum, quos Deus ſuis tantis doois adimplevit, cur unus Paolus nominatur? Quia inter omnes, quos Deus fontibus ſuarum gratiarum, donorum, ac prærogativarum Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, &c. fertilizavit, inſigniter, ac valde ſublimiter impinguatus Paulus condecoratus apparet, ut tot, & tantis donis illuſtratus in ſua extaſi refulget; Unde optime D. Chryſoſtomus ſupra dans eum appellat: *Arcam Cœleſtium gratiarum, ac donorum.*

Inter omnes ſanctos Paulus inſignitur, & condecoratur.

V QUÆSTIO

QVÆSTIO XIX.

Quare ad Paulum futurum Eccleſiæ Doctorem inſtruendum non deſtinatur aliquis ex magnis Apoſtolis, ſed Ananias?

135. DEus coonſulens Paulo ait Ananiæ, ut in platea,
quæ dicitur Rectus, *Quare in domo Iuda Sau-*
D.Chryſoſt. *lum nomine Tharſenſem: ecce enim orat.* D. Chryſo-
ſtomus homil. 20. in Acta ait: *Iam hoc loco metum*
Oratio ab animo ſeparato à tumultu. *Ananiæ minuit dicendo: ecce enim orat, quaſi hoc*
dicit cæcus eſt. Cæcitatem cum oratione conjunxit,
Illa eſt cum Deo perfectiſſima collocutio, & tran-
quilla meditatio, quæ compreſſo, & alligato ſenſu
à tumultu, & evagatione habetur.

136. *Difficultas quæſtionis.* Ad quæſtionem merito addubitat Oecumenius
cur de Saulo Paulum futurum Eccleſiæ Principem,
& Doctorem non mittitur aliquis ex Apoſtolis, ut
eum io rebus fidei illuminet, ſicut miſſus fuit Phi-
lippus, ut inſtrueret Æthyopem Reginæ Candacis
Actor 8 ſupra Actor.8.num.26. ſed Ananiæ ex diſcipulorum
numero tantum munus committitur.

137. Oecum. *Optimũ ingeniũ multum iuvat ad magna opera.* Dubium à ſe propoſitum ita ſolvit Oecumenius:
Quoniam, ait, *per homines inducturus Saulus non*
erat, ſed per Ieſum Chriſtum; ſiquidem Ananias ni-
hil eum docuit, ſed tantum baptizavit: ſimul enim,
ut illuminatus eſt, magnam ſpiritus gratiam, à zelo,
animique promptitudine attracturus erat. Tamquam
ſi dicat per idoneum Pauli ingenium, & ad ſumma
quæque perampla capacitas, & ſagaci Ingenio, &
à bona, & acri indole ſingulariter impreſſa, tam-
quam apto ioſtrumento afflante divina gratia magna
myſteria perciperet, quæ iotelligenda ruminaret
magnam ſpiritus gratiam à zelo, animique prom-
ptitudine attracturus erat.

138. Sapien.6 De altiſſima Divina Sapientia, ac providentia
dicitur Sapient. 6. num. 17. *Quoniam dignos ſe ipſa*
circuit, quærens, & in viis oſtendit ſe illis hilariter,
& in omni providentia occurrit illis. Quem locum
Phitius. Phitius apud Oecumenium de Paulo explicat, &
denotatur altiſſima benignitas divinæ ſapientiæ,
quæ rejectaneos, & inidoneos negligens, ſolerte
Inquirat, & circumquaque perveſtiget dignos, &
Reipublicæ muneribus idoneos. Divina Sapientia
Cœleſtis gloria multa cum iucũditate Paulum ambit. prævidebat Paulum peridoneum miniſtrum novi
teſtamenti, ait Phitius citatus: *Ambibat Paulum*
præveniens gratiam Cœleſtis gloria. Chriſtus Domi-
nus contemplabatur altiſſimam Pauli indolem, acre
ingenium, fervidam naturam ad Evangelium latè
propagandum gratia divina operante, ac Cœleſti
luce præveniente, ac illuminante: *Tunc eum circui-*
vit quærens & cœleſtis gloria præveniens gratiam
Paulum ambit, Ut divina gratia fulgentiſſimum
Eccleſiæ miniſtrum: *Et in viis ejus* operationibus,
prædicationibus ſe oſtendit Deus hilariter multum
delectans, & occurrit cum nova gratia ad majora
opera edenda: Vide quæ dixi ſupra quæſtione 3. ex
D. Auguſtino.

Actor. 9. *num.* 13. Reſpondit autem Ananias: Domine audivi à multis de viro hoc, quanta mala fecerit ſanctis tuis in Ieruſalem.

Num. 14. Et hic habet poteſtatem à Principibus Sacerdotum alligandi omnes, qui invocant nomen tuum.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VI.

Verſ. 13. D*Omine audivi, à multis*; hic Ana- 139.
nias, ut ait Lyranus ſe excuſat à Lyra.
miſſione. D. Chryſoſt. *Tamquam ſi dicat, quid me* D.Chryſoſt.
projicis in os Leonis? Cur me huic prodis? Tam fa-
moſus Chriſtianorum perſecutor erat Saulus, tam-
que oota erat in omnium ore ejus ſævitia: *Audivi*
à multis de viro. Dicitur vir hic, quia vere vir erat
triginta quioque annorum, cum tamen ſupra cap.7.
n.57.in lapidariooe Stephani dicatur adoleſcentulus,
ut ex illa lubrica ætate, ut ait D.Ambroſ. lib.de Io- D.Ambr.
ſeph: *Ut qui vocabatur ad gratiam excuſaretur à* *Excuſatur Paulus à*
culpa: & ſubdit Textus: *Quanta mala*, Syriacus, *culpa.*
Æthiopicus: *Quot mala.* Arabicus; *Quantus ſit nu-*
merus malorum quæ perpatravit adverſus ſanctos ſuos. Syriac.
Ita probe omnes vivebant juxta legem Dei, ut vita Æthiop.
dicereomr Sancti. Arabic.

Verſ.14. *Et ſic habet poteſtatem à principibus Sa-* 140.
cerdotum D. Chryſoſtomus. *A ſummis Sacerdotibus.* D.Chryſoſt.
verſ.1. dicitur quod Saulus petiit epiſtolas à Princi-
pe Sacerdotum, ſub quo intelliguntur minores Sa- *Metus auget res.*
cerdotes, & hac de cauſa Ananias loquitur io præ-
ſenti in plurali, vel quia Ananias cum eſſet metu
correptus, metus ſemper adauget, ut uoum multa
videantur: *Alligandi omnes* Syriacus, *Vincendi illos* Syriac.
omnes Arabicus: *Stringendi omnes, qui vocantur no-* Arabic.
mine tuo. Æthiopicus: *vocantes nomen tuum.* Æthiop.

QUÆSTIO XX.

Quare Ananias cum audiat à Chriſto Paulum orare, & eſſe iam converſum, ipſe tamen eum reputat adhuc infidelem, ac perſecutorem?

DIxit Domiouo Ananiæ de Paulo ipſe orat, in- 141.
quo manifeſtavit jam Paulum eſſe converſum à
ſua perverſitate. Tunc Ananias ait: *Domine Audi-*
vi de viro quanta mala feceris ſanctis, quæ verba
noo fueruot dicta ab Anania tamquam hæſitante
de verbis Domini, aliàs eſſet reprehenſus, ut fa-
ctum legimus cum Zacharia Patre Joannis Baptiſtæ
Luc. 1. numero 20. & cum Nicodemo Joao. 3. nu- Luc.1.
mero decimo, ac cum Capharnaitis Ioan.6. numero Ioan.3.
6. Sed extitit quædam interrogatio cupientis ſcire Ioan.6.
modum tantæ mutationis, ac converſionis, quod
abſque ulla culpa fieri potuit, ſic & Abrahamus au-
diens magnificam, & amplam Dei promiſſiooem
ait: *Unde ſcire poſſum, quod poſſeſſurus ſim terram* *Ananias non dubitat, ſed vult ſcire modũ.*
hanc? Geneſ. 15. numero octavo quod ſtatim ei An-
gelus aperuit. Imo, & Sanctiſſima Virgo Maria abſ-
que olla dubitationis umbra ab Angelo quæſivit vo-
lens ſcire modum myſterij, ut maxime conformare- Gen.15.
tur cum divina voluntate. *Quomodo fiet iſtud?* Luc.1.
& Angelus declaravit, ut notant omnes Patres D. Luc.1.
Auguſtin. D. Ambroſ. Cyrill. Ieroſolymit. Bernard. D Aug.
Theodoret. & alij, qoos citato loco adduxi. D Ambr. D.Bern.

Tamen ſi dicas, ut multis placet, quod Ananias du- 142.
bitaverit de Converſione Pauli, merito Inquires, quo-
modo dubitat, cùm ipſe habuerit divinũ præceptũ, ut
Paulum adiret: *Surge vade.* Deinde de ejus divina fide
ſuſcepta audit divinum teſtimonium: *Ecce enim orat*, D.Chryſoſt.
quæ dicta ſunt, ut Ananias, nec timeret, nec dubitaret
de Paulo jam converſo, ut ſupra dixi ex D. Chryſoſt. Gloſſa.
Gloſſa Interli Lyran. Carth. Quomodo ergo Ananias Interlin. Lyran.
adhuc dubitat, adhuc recuſat Paulum adire, ut dicat Carthuſ.
Chryſoſt.

Vt homo corrodat non penſitat præſentia, ſed præterita.

Chryſoſtomus ſupra datus in ejus nomine: *Timeo ne forte me in Ieruſalem ducat quid me projicis in os Leonis?* Jam Paulus totus erat mutatus in fidem, ac amorem Dei; quia tamen agnitus fuerat, ut famoſus credentium perſecutor, & quam de ejus meliori ſtatu adſtipularetur divinum teſtimonium, adhuc Ananias, non ex his, quæ in præſentiarum erant, ſed ex antiqua opinione male de Paulo ſentiebat, ut homo ſuum proximum corrodat non appendit præſentia, ſed ad præterita oculos conjicit.

143. Cum Chriſtus recubuiſſet in domo Phariſæi, ingreditur Magdalena, & ſtans retro ſecus pedes ejus lachrymis cœpit rigare pedes ejus, *& capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes ejus & unguento ungebat.* Luc. 7. numero 38. (Luc 7.) Quæ nulla majora præſentiæ contritionis ſigna conſiderari poſſunt, omnia peccati inſtrumenta in Dei obſequium convertuntur; & tamen Phariſæus videns ait: *Si hic eſſet Propheta, ſciret qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt* numero 39. (*Phariſæus non judicat de his quæ vidit ſed audivit.*) Quomodo Phariſæe eam dicis peccatricem, cum videas pœnitentem tot, & tantis demonſtrationibus? O miſeram hominum conditionem! quæ ut proximum valeat vlicare non cogitat de his, quæ videt de præſenti, ſed de illis, quæ audivit de præterito. In præſentiarum videt pœnitentem, auribus audivit tempore jam elapſo peccatricem; Unde Phariſæus meritò reprehenditur à Chriſto, quia mulierem peccatricem agnoſcit, cum videat eam lachrymis perfuſam. Divus Laurentius Novar. homilia de pœnitent. ait: *Indignum judicas, O Phariſæe me ſuſcipere mulierem fornicariam, lachrymarum fontibus inundantem?* Vide multa tomo tertio in Evangel. cap. 15. quæſtione decima-ſeptima numero 140. 141. & 142.

Actor. 9. num. 15. Dixit autem ad eum Dominus, vade quoniam vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filiis Iſrael.

Num 16. Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VII.

144. (Syriac. Vatabl.) Verſ. 15. **V**Ade, *quoniam vas electionis eſt mihi iſte.* Syriacus: *Surge, proficiſcere, quando quidem vas eſt mihi electum.* Vatablus: *Organum electum.* (Æthiop.) Æthiopicus: *Vas electum conſtitui mihi ipſum*, & dicitur Ananiæ juxta Syriacum: *Surge proficiſcere!* In ſuis miniſtris vult Deus diligentiam. (*Vas inſtrumentum.*) *Quoniam vas electionis*, juxta phraſim Hebraïcam quodlibet inſtrumentum dicitur vas, ſic vaſa Cantici ſunt inſtrumenta muſica Amos 6. numero quinto *Vaſa Cantici*; (Amos 6. Gen. 49.) arma, quibus præliatur, *Vaſa belli* Geneſ. 49. numero quinto: Gladij, & lanceæ, quibus infertur mors dicuntur *Vaſa mortis.* Pſalm. 7. numero 14. (Pſal. 7.) Paulus autem dicitur vas electionis, utpote aptiſſimum, & præclariſſimum inſtrumentum omni virtute exornatum ad ſeminandum Dei Evangelium.

145. *Coram gentibus:* Ut perfectiſſimum munus exequatur Præconis, Legati, Prophetæ, Apoſtoli, Doctoris, Ducis, ac vexilliferi, non tantum corde, ore, & calamo, ſed continuis, ac perpetuis laboribus, de quibus dicebat: *Omnia ſuſtineo propter electos, ut ipſi ſalvi fiant.* 1. Timoth. 2. numero decimo, (1. Tim. 2.) & in ultimo loco ponit: *Et filiis Iſrael*; quia ipſe Paulus primario, & principaliter conſtitutus eſt Doctor, ac Magiſter gentium, hacque de cauſa in epiſtola ad Hebræos ait Theodoretus in ejus commentario, in ea non ſe dicit Apoſtolum; (*Cur non dicitur Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos.* Theod. Euſeb.) aliam rationem aſſignat quidam Preſbiter apud Euſebium libro ſexto Hiſtoriar. capite undecimo, quem ipſe appellat *Beatum*; quia Chriſtus Dominus extitit Apoſtolus Æterni Parentis miſſus ad Hebræos Paulus gentium, & ipſe præ humilitate non ſe dicit Hebræorum Apoſtolum.

146. (Syriac. Arabic. Æthiop.) Verſ. 16. *Ego oſtendam illi*, Syriacus: *Quanta paſſurus ſit propter nomen meum.* Arabicus: *Quanta oportet, ut accidant ei.* Æthiopicus: *Ego cuſtodiam eum in omni tempore.* Quanta paſſurus erat Paulus ei manifeſtavit Dominus per revelationem. Unde ipſe dixit infra cap. 20. numero 23. (Act. 20.) *Spiritus Sanctus preteſtatur, quod vincula, & tribulationes Ieroſolymis me manent.* Vel per Agabum cap. 21. numero undecimo, vel etiam ipſa experientia, & recte, ut ipſe ait de ſe in laboribus, ac tribulationibus in multa patientia.

QUÆSTIO XXI.

Quare Chriſtus Dominus ait de Paulo: Vas electionis eſt mihi?

147. NOn ait Chriſtus Dominus de Paulo: *Vas electionis eſt*, ſed addit *mihi*, quod valde emphaticum eſt illud *mihi*, tamquam ſi eſſet in ejus utilitatem, ſic dicitur: *Segregate mihi Saulum, & Barnabam.* Actor. 13. numero ſecundo. (Act. 13.) *Populus, quem elegit in hereditatem ſibi.* Pſal. 32. numero 12. (Pſal. 32.) *Salvavit ſibi dextera ejus.* Pſalm. 97. n. 1. (Pſal. 97.) *Formans me ex utero ſervum ſibi* Iſai. 49. num. 5. (Iſai. 49.) *Salvavit ſibi brachium ſuum.* Iſai. 59. n. 16. (Iſai. 59.) & aliis in locis, ut Deus dicitur ſibi facere, quod in noſtram utilitatem operatur; tamquam ſi ipſe magnam de noſtra utilitate utilitatem caperet, ut optime expendit D. Baſil. ad illa citata verba Pſalm. 97 *Salvavit ſibi dextera ejus*, (*Deus noſtrâ utilitatem ſuam reputat.* D. Baſil.) ubi ſic habet: *Non dixit ſalvavit eos, ſed ſalvavit ſibi, immenſa enim benignitate uſus mortalium vitam ſuum dicit eſſe emolumentum.*

148. (*Vas electionis ratione divinæ prædeſtinationis.* Galat. 1.) Quæſtio principaliter inquirit: Cur Paulus dicatur *Vas electionis*, ſeu *Vas electum*, de quo multa dicunt Sancti Patres, qui verbis videntur differre, & in eundem ſenſum recidunt. Primo *Vas electionis* ratione divinæ prædeſtinationis, ſeu ordinationis ad magnam gratiam, & gloriam juxta illud ad Galat. 1. numero 15. *Cum autem placuit ei, qui me ſegregavit ab utero matris meæ, & vocavit per gratiam ſuam.* Et ait D. Hieronymus, & in hoc ſenſu ipſe Paulus vocat electos vaſa in honorem, reprobos vero vaſa in contumeliam, 2. Timoth 2. n. 20.

149. (D. Chryſoſt. Oecum. *Converſis eius indoles.*) Secundo Divus Chryſoſtomus, Oecumenius tamquam ad ejus indolem reſpicientes vas electis, ut idoneum, & aptum inſtrumentum ad magna, & alta efficienda in prædicatione Evangelica, & ut ait D. Chryſoſtomus qui totus erat fervidus ad errores tuendos inhiens Chriſtianorum cædes, totus converteretur, ac mutaretur ad veritatem tuendam, & ad errores Judæorum, ac gentium devaſtandos.

150. (D. Gaud.) Tertio Divus Gaudentius tractatu octavo quia Divus Paulus ſuam puritatem, ac virginitatem,

Virgineumque animum in ſuo illibato, ae puro corpore tamquam in vaſe electo à Domino ſervavit. Quarto Divus Hieronymus in cap. 8. Oſeæ ait: *Paulus eſt vas electionis, quia eſt vas legis, & Sacrarum Scripturarum armentarium.* Ut noſter D. Anton. Olyſſiponenſis vocatus eſt à Summo Pontifice Gregorio IX. *Arca Teſtamenti.*

Paulus armentarium Scripturarum.

151. *Origen. D Ambr. Vas ſapientiæ.* Quinto Origenes lib. 3. Periarchon, & Divus Ambroſiua ſermon. 11. de S. Petro, & Paulo dicuot ipſum vocari vas electom; quia plenus fuit ſcientia, ſapientia, ac gratia, de cujus plenitudine omnes gentes biberunt juxta illud, quod ait ſapiens: Proverb. 20. numero decimo-quinto: *Eſt aurum, & multitudo gemmarum, & vas pretioſum labia ſcientia*, id eſt, ſcientis, ſeu diſtillantis. *Prov. 20.*

152. *D Proſp.* Sexto Divus Proſpee de Promiſſio. & prædicti Prophet. p. 1. cap. 34. ait, quod ut Deus liberaret populum ſuum de Ægypto dedit Moyſen mediatorem, præcipiens ei: *Ut ſibi ſociaret fratrem ſuum Aaron.* Exod. 4. numero 14. qui loqueretur Pharaonem, & populum, ſic Æternus Pater, ut mundum ſalvaret dedit nobis mediatorem Chriſtum Jeſum Filium ejus unigenitum, & ei aſſociavit Paulum vas electum, ut ipſum anountiaret, & loqueretur ad Reges, & populos.

Exod 4. Paulus veluti Chriſti ſocius.

153. *D Tho. Eccle 50* Septimo Sanctus Thomas in præfatione epiſtola Pauli multus eſt in explicando pro præſenti inſtituto illud Eccleſiaſtici 50. numero decimo quod dictum eſt de Simone Pontifiee magno: *Quaſi vas auri ornatum omni lapide pretioſo:* Tunc ſubdit Sanctus Doctor: *Paulus fuit vas auri ob ſapientiam, ſolidum ob charitatem, ornatum cæteris omnibus virtutibus.* Vel aliter explicat ipſe D. Thomas, *ornatum vulneribus, ac perſecutionibus*, & ideo ſubditur: *Ego oſtendam illi quanta oportet pati pro nomine meo.* Ait Sanctus Doctor? Portavit Paulus nomen Jeſu in corpore contumelias, & paſſionem ejus imitando.

Paulus vas pretioſum omni virtute, ac labore ornatum.

154. *Caieton. Paulus vas omniũ gratiarum.* Octavo Cajetanus: Quare vas nuncupatur: *Hebræo more loquitur; ſicut enim dicunt filium mortis dignum morte, & filios nuptiarum vacantes nuptiis, ita vas electionis dicunt omne quodcumque electum, in quo locanda ſunt omnes gratia, imo ſumma gratia.* Dicitue vas electionis, quia fuit inter omnes Paulus deſtinatus, ut ad ſummum verticem gratiarum, ac donorum perveniret, ut illis omnibus tamquam vas pretioſum adimpleretur.

155. Nono dicam etiam, quod mihi videtur: Paulos dicitue *vas electionis*? Sumpta metaphora à quotidiano vaſis uſu: Vas ad hoc aſſumitur, ut in eo effundatur aliqois liquor, aqua v. g. vel vinum, non ut in ipſo vaſe perpetuo maneat, ac contineatur, ſed ut convenienti tempore effundatur, ac aſpergatur: Ideo Paulus dicitue *vas electionis*, quia Deus ipſum elegit, ut in eo infunderet tantam virtutem, ſapientiam, ac ſcientiam, non ut in eo incluſa elauderetue, ſed ut tempore opportuno eam diffunderet, ac redundaret, doeendo, illuminando, atque illuſtrando omnes gentes: Ubi noſtra vulgata habet *vas electionis*, Vatablus, & Tigurina legunt: *Organum electis.* Per Paulum tamquam pee orgamm Dens nobis loquitur.

Deus in Paulo, ut in vaſe effudit omnes virtutes, ut in alios refunderet. Vatabl. Tigurin

156. *Eccle. 43* Dicitue Eccleſiaſtici 43. nomero ſecundo: *Sol vas admirabile opus excelſi:* Tigurina *Machina admiranda opus Altiſſimi.* Dicitur *opus Excelſi*; & *Altiſſimi*; quia inter omnes res ereatas in Solis fabrica maxime reſplendet Divina Omnipotentia, & ipſam Divinitatem repræſentat, ut notavit Divus Dionyſius de divinis nominibus capite quarto. Sol vas eſt totum lucidum, ac reſplendens plenum multa virtute, ac fœcunditate naturali, hæc non ſe claudit, ſed diffunditur: Illuminat totum terrarum orbem, & ejus abditos receptaculos, ut advertit Divus Ambroſius 4. Hexamer. capite quinto. Deinde Sol ſua virtute omnibus dat vitam, vigorem, motum, & conſervationem; unde eſt illud Ariſtotelis. *Sol, & homo generant hominem*; ſic & Paulus vas admirabile, *opus Excelſi*, & *Altiſſimi*, in quo Deus mirifice oſtendit magnitudinem ſuæ Omnipotentiæ infundens in illum tantam ſapientiam, lucem, ac virtutem, non ut eam in ſe contineret, ſed ut in alios diffunderet, ut ſapientia illuminaret, virtute, & chacitate foveret, aleret, & nutriret: *Ut portet nomen meum coram gentibus, regibus, ac filiis Iſrael.*

D.Dion. D. Ambr. Ariſtot. Paulus ſua ſapientia erens, ac nutrit.

Cum ex mandato Ioſeph ejus Scyphus repoſitus eſſet in Sacco Benjamin, & famulus Ioſeph ipſum requiſiſſet, dicens quod furati eſtis Scyphum: *In quo Dominus meus bibit, & in quo augurari ſolet.* Geneſ. 44. numero quinto: Videntes Ægyptij tam altam ſapientiam exiſtimabant, quod per Scyphom hauriebat, & forte arte Dæmonum. Lyranus, Abulenſis, Hugo, Lahai, conquæſitus Scyphus inventus eſt in Sacco Benjamin, de cujus ſemine erat Paulua, quod exponit Divus Ambroſius libro de Ioſeph Patriarcha capite undecimo & ait: *In corpore Pauli jam doctrina cæleſtis eloquium fulgebat, cum eſſet eruditus in lege, ſed quia adhuc juſtitia Dei ſubjectus non erat, inter Saccum erat Scyphus, doctrina inter legem. Miſſus tamen Ananias, quo benedictionem daret, manuum impoſitione Saccum ſolveret, & decidentibus ſquamis, velut quibuſdam ſacculi vinculis ſtatim vidit.* Paulus erat in lege doctiſſimus, ſed tota ipſa legis doctrina erat incluſa in Sacculo, cum Chriſto non obtemperaret, venit famulus veri Ioſeph Ananias, & manuum impoſitione à vioculis ſoluit Sacculum, & eeciderunt ab oculis ejus tamquam ſqoamæ, & inventus eſt Scyphus, ſeu vas electionis non ſolum ad lucem, & directionem Ægypti, ſed etiam univerſi, & in hoc figuratum excedit figuram. 157.

Gen. 44. Lyran Abulenſ. Hugo. Lahai. D. Ambr. Sapientia Pauli ad totius orbis ſalutem.

QUÆSTIO XXII.

Quare inter tot millia millium Sanctorum unus Paulus dicitur inſigniter deſignatus, ut ſit vas electionis?

AD quæſtionem reſpondet Divus Chryſoſtomus qui totus eſt Encomiaſtes Pauli homilia octava de ejus laudibus, quod ipſe præcellit merito, & gratia non ſolum Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, & Sanctis omnibus, ſed etiam Angelis, Cherubinis, & Seraphinis, & libro primo de Providentia ait: *Nullus Paulo major eſt, aut etiam æqualis:* & homilia decima-octava in caput undecimum ad Roman. ait: *Aſtra quædam cum fierent, admirabantur Angeli; Hunc vere Deus ipſe admiratus eſt dicens, vas electionis iſte mihi eſt*, tamquam ſi in externa apparentia Chriſtus Dominus videretur oſtendere admirationem, quod ab Æterno Parente tantum vas plenum gratia, & meritis conſtitueretur, indeque tamquam admirationem oſtendens ait: *Vas electionis eſt mihi*, ideoque inter cæteros inſignitee dicitur vas electionis. 158.

D Chryſoſt. Nullus Paulo maior, aut etiã æqualis.

Quod primo confirmo: Ait ipſe Paulus 1. Corynth. 15. n. 10. *Abundantius illis omnibus laboravi.* Syriac. *Pluſquam* 159.

Arabic.

Pluſquam omnes. Ex quo conficio hoc argumentum: Meritum deſumitur ex laboribus, operibus, ac factis pro Deo; atqui Paulus plus laborans operatus eſt pluſquam omnes: ergo ejus meritum majus cæteris omnibus eſt. Pulchre Divus Hieronymus epiſtol. ad Paulinum ubi ait: *Subitus calor longum vincit torporem, Paulus de perſecutore mutatus, noviſſimus in ordine, primus in meritis eſt; quia licet extremus, plus omnibus laboravit.* Expende illud *primus in meritis eſt.*

D.Hier.

160. Idem confirmatur ex intima unione cum Chriſto: Ait Paulus ad Galatas 2. numero decimo-nono: *Chriſto crucifixus ſum Cruci, vivo autem jam non ego, vivit verò in me Chriſtus*, denotat intimam ſui unionem cum Chriſto, ita ut Paulus non ſit qui operatur, ſed Chriſtus totum in ipſo agit, ipſe in illo docet, concionatur, ac patitur; nam, ut ait Divus Dionyſius ſtatim citandus: *Amor eſt virtus faciens unionem*, & tam intima erat inter Chriſtum, & Paulum, ita ut Paulus non haberet propriam, ſed viveret vita Chriſti ab eo peculiariter impertita inſpiratus, ut Paulus jam non eſſet Paulus, ſed totus erat transformatus in Chriſtum, & viciſſim Chriſtus in Paulum. Divus Dionyſius de Divinis nominibus cap. 4. ait: *Facit Divinus amor amatores à ſuo ſtatu dimovere, & ſui juris eſſe non ſinit, ſed in ea, quæ amat, penitus transfert. Idcirco & Paulus ille magnus, cum divino amore flagraret, exceſſive illius virtutis particeps factus, vivo, inquit, jam non ego, vivit vero in me Chriſtus, tamquam verus amator mentis exceſſum patiens.* Præ amore in Chriſtum ſic à ſe alienatus erat, tamquam ſi eſſet in extaſi, ac alienatus à ſe in mentis exceſſu.

Galat.2. D.Dion. *Paulus transformatus in Chriſtū.* D.Dion.

161. Quod iterum confirmo ex his, quæ ait: Divus Chryſoſtomus homil. 23. in epiſtol. ad Roman. *Cor itaque Chriſti erat cor Pauli, tabulaque Spiritus Sancti, atque charitatis volumen.* Ita erat Paulus Chriſto unitus, ut nihil cogitaret, menteque conciperet, niſi quod Chriſtus, ac ſi utriuſque unum eſſet cor: *Cor itaque Chriſti erat cor Pauli*: & ita Paulus à ſe erat alienatus, ut eſſet *tabula Spiritus Sancti*, ejus anima eſſet tamquam tabula raſa, in qua nihil eſt depictum, niſi calamo, ac dictamine Spiritus Sancti, & quod Charitas Divina in hoc volumine compoſuerit.

D. Chryſoſt. *Chriſti cor tabula depicta ab Spiritu Sancto.*

162. Et ait: *Chriſto crucifixus ſum Cruci.* Paulus non eſt mortuus crucifixus, ſed gladio ejus caput fuit amputatum, Petrus mortuus crucifixus eſt, ſed in ultima vitæ periodo, at Paulus per totam vitam crucifixus eſt, ita enim Chriſto erat unitus, ut cum ipſo crucifixo crucifixus eſſet, laboribus, preſſuris, macerationibus, afflictionibus, internis doloribus, & anguſtiis paſſionis, ut cum ipſo ſimul videretur crucifixus, ut explicat Divus Hieronymus ad illa verba: *Ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto* ad Galat.6. n.17.

Paulus crucifixus cum Chriſto. D Hier.

163. Hoc poſito: Meritum noſtrum juxta Theologorum placitum deſumitur ex intima unione cum Deo, quæ fit per charitatem, quæ eſt nexus amoris: atqui Paulus fuit intime unitus cum Deo præ cæteris; nam ipſe præ amore plus omnibus in obſequio laboravit, de quo alio ſancto dicitur: *Non vivo ego, ſed vivit in me Chriſtus.* De quo alio dicitur quod cor ejus ſit cor Chriſti, & quod ſit tabula, in qua nihil eſt depictum, niſi quod Spiritus Sanctus, & charitas depinxerunt, & de quo dicatur per totam ſuam vitam eſſe cum Chriſto crucifixum; ergo tam ſingularia merita ſingulariter fuerunt ſublimanda, ut inſigniter dicatur: Vas electionis.

Præ cæteris maxime unitus cū Deo.

164. Unde pro celebrando Divo Paulo, clamabimus, quod ipſe fuerit. Prodigium naturæ, portentum univerſi miraculum gratiæ, opus omnipotentiæ, manifeſtatio Sapientiæ Dei, benignitas miſericordiarum, cor transformatum, Scripturarum Armarium, Judæorum terror, gentium Doctor, Vas electionis, Chriſti Apoſtolus Dei ſervus electus, & dilectus, Iudex hominum, ac Angelorum 1. Corynth.6.

Alia elogia Pauli.

QUÆSTIO XXIII.

Quare inſigniter, ac peculiariter datum eſt Paulo portare nomen Ieſu.

AD portandum nomen Domini ſumma puritas, vitæ integritas omni cum probitate morum ob illius ſupremam ſanctitatem requiritur, ut notat Divus Iſidorus, Pul... lib. 8. epiſtol. 8. unde exprobrando ait Deus per David Pſalm. 49. numero decimo-ſexto: *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras juſtitias, & aſſumis teſtamentum per os tuum?* Ex Hebræo legitur: *Quid tibi cum enarrandis juſtitiis meis?* tamquam ſi dicat; nullum eſt commercium, nulla eſt convenientia, ut explicat noſter Incognitus. 164.

Multa puritas ad Ieſu nomen portandum.

Et hæc cum ita ſint inſigniter datum eſt Paulo inter omnes portare nomen Domini, ut ipſe ait, oſtendantur divitiæ miſericordiæ Dei, quod ex peccatore, & perſecutore fecit vas pretioſiſſimum in ſua Eccleſia ornatum omni lapide pretioſo omnium virtutum ad portandum ſuum nomen per totum mundum. Primo ut illius Præco; Secundo ut Legatus ipſius Regis; Tertio ut Doctor gentium; Quarto, ut primus miles ferens vexillum Domini ſui, ait ipſe: *Stigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.* Galat. 6. numero decimo-ſeptimo. Stigmata, ut explicant D. Chryſoſtomus, D. Hieronymus, & Theodoretus, ac cæteri Patres, ac moderni, eſt quædam nota facta ferro candenti in fronte, vel facie, ut ſolent fieri in captivis, ut cognoſcantur; hanc ſecum Paulus aſportabat in fronte, ut agnoſceretur Chriſti ſervus, quod de nullo alio legimus in illa primitiva Eccleſia, & ita aſportabat nomen Domini in corde ferventiſſimo amore, ore efficaciſſimis verbis, & opere per continuos labores, carceres, & afflictiones, in quibus omnibus præclariſſime ſe oſtendebat Vas electionis ad portandum nomen Domini. 165.

Quomodo Paulus portavit nomen Dei. Galat.6. D.Chryſoſt. D Hier. Theod.

De ſe ait ipſe 1. Corynth. 10. numero 33. *Ego per omnia omnibus placeo non quærens, quod mihi utile eſt, ſed quod multis, ut ſalvi fiant.* Hic electus Princeps inde recte ſua legatione fungebatur, quia ſui oblitus in aliorum utilitatem erat impenſus, quoad munus ſibi commiſſum, & inde oſtendebat probitatem, ac præſtantiam ſuæ electionis D. Iſidor. Peluſiot. lib. 5. epiſt. 25. ait: *Generoſus ille Paulus, præſtantiſſimus, inquam, ille dux, qui Regis electioni minimè dedecori fuit, atque nihil omnino aliud, quam Eccleſiæ utilitatem ob oculos propoſitam habens, privata commoda negligebat, omnia ad Eccleſiæ ædificationem fieri oportere clamabat.* Expende illa verba: *Regis electioni minimè dedecori fuit.* Ille eſt optimus miniſter electus à magno Principe, qui non ſua, ſed commune bonum intendit, de eoque ſollicitus eſt, & in hoc maxime nobilitatur, ac comprobatur principalis electio, quod tantum, ac talem miniſtrum ſibi aſſumpſerit. 166.

1.Cor.10 D.Iſidor. Peluſiot. *Ex bono miniſtro honoratur electio.*

QVÆSTIO XXIV.

Quare cum Paulus dicatur Vas electionis, non dicitur tamen plenus?

167. 4.Reg.4. DE aliquibus Vaſibus fit mentio in Scriptura, ut de muliere Sunamitide apud Eliſæum 4.Reg. 4. n.6. *Cum plena fuiſſent vaſa.* Sic de menſura data juſto dicitur. *Bona conferta, & supereffluens.* Luc.6. n. 38. Cur ergo cum Paulus nuncupatur, non dicitur etiam plenus? Hoc dubium excitat D. Thomas in procemio ad Epiſtolam Pauli. (Luc.6. D.Tho.)

168. Reſpondet Angelicus Doctor, & ait: *Hoc autem vas plenum fuit pretioſo liquore, ſcilicet nomine Chriſti, de quo dicitur* Cantic. 1. *Oleum effuſum nomen tuum. Unde dicitur, ut portes nomen meum; totus enim videtur fuiſſe hoc nomine plenus.* Maximè denotatur vas plenum, cum ei datur ut portet nomen meum, hoc Sanctiſſimo nomine Jeſu cuncta feliciſſimè impugnantur, cum ſecum importet omnem abundantiam divinarum gratiarum, ac donorum, & bonorum Cœleſtium. (Cantic.1. *Ieſu nomen omnia bona importat.*)

169. Quod confirmat Sanctus Doctor citatus, quod illa Columba miſſa à Noe poſt diluvium, *venit ad eum ad veſperam, portans ramum olivæ virentibus foliis in ore ſuo.* Geneſ. 8. numer. 11. Tunc ſic ait Angelicus Doctor citat. *Quia enim oliva miſericordiam ſignificat, congruè per ramum olivæ accipitur nomen Ieſus, quod etiam miſericordiam ſignificat. Hunc autem ramum virentibus foliis detulit ad Arcam, ſcilicet Eccleſiam, quando ejus virtutem expreſſit, & miſericordiam oſtendit.* Cum oliva ſit Symbolum Miſericordiæ recte nomen Jeſu denotat, quod eſt fons, & origo totius miſericordiæ, tunc venit ad Arcam, ſcilicet Eccleſiam aſportans ſecum omnem plenitudinem miſericordiarum. (Gen.8. D.Tho. *Nomen Ieſu ſecum importat omnem gratiam, ac miſericordiã.*)

170. Joſue, ut refertur cap. 2. numer. 1. *Miſit igitur Ieſue filius Num de Setim duos viros exploratores in abſcondito, & dixit eis: ite conſiderate terram, urbemque Iericho; qui pergentes ingreſſi ſunt domum mulieris meretricis nomine Raab*: qui ei multa bona polliciti ſunt, quod nempe ipſa, ejuſque familia, & inſuper domus patris ejus ibidem numer. 14. eſſent cuſtodita, & libera à communi incendio, ac devaſtatione: Unde una meretrix potuit tot, & tanta bona impetrare? recepit in domo ſua homines deferentes umbram nominis Ieſu, à quo miſſi fuerant, indeque conſequens erat, ut omnem donorum affluentiam exundaret. Divus Chryſoſtomus ſermon. in peccatricem habito inter Divi Ephræi opera tom. 3. ait: *Nihil mihi deſperandum eſt: Novi Raab meretricem in porta civitatis miſericordiam ſui peccati obtinuiſſe. Quis enim ſervavit illam? Ieſus filius Nave, qui figuram veri Ieſu referebat, bona meretrici pro opere bono donans, & retribuens. Sic igitur tunc nomen Ieſu ſalutem, & remiſſionem præbuit*: Qui Ieſum nominat, nil timeat. (Ioſue 2. *Ieſu nomen auſpi. miſſit omnium bonorum.* D Chryſoſt.)

171. Sæviente tempeſtate mittitur Ionas in pelagum cap. 1. numer. 1. *Præparavit Dominus piſcem grandem, ut deglutiret Ionam*: & vivum conſervavit in utero per tres dies, & poſtea ſalvum, integrumque in litore evomit. Unde tantum beneficium habuit, ita ut quid ſimile non legatur? Origenes lib. 1. in cap. 1. Iob ait: *Hoc nomen Ieſu cetus cum videret in Iona obſtupuit, atque illæſum eum, quem de navi ſuſceperat, reddit, incontaminatum remiſit, quem vivum ſuſcepit.* Ferox bellua marina totam ſuam ferocitatem, ac furorem continuit, cum agnoviſſet in Iona unam literam nominis Ieſu, eadem enim eſt prima litera nominis Ieſu, ac Ionæ, indeque unam Ieſu umbram ita venerata eſt bellua, ut incolumem, ac integrum cuſtodierit, ac tamquam navigio evectum in litore evomerit: Hoc nomen Ieſu cetus cum videret in Iona obſtupuit. (Ionæ 1. Origen *A conſpectu nominis Ieſu indomita refrenantur.*)

QUÆSTIO XXV.

Quando committitur Divo Paulo deferre nomen Domini inter denſas gentium regum, ac filiorum Iſrael tenebras?

ASportabat Paulus ſecum Sanctiſſimum Ieſu nomen, quod eſt fulgentiſſima Lampas illuminans, quæ totum mundum illuſtrabat, cujus radiis reſplenduit Paulus, veluti magnum Orbis luminare Divo Bernardino ſermon. 18. in Cantic. ait: *Hoc denique nomen coram regibus, & filiis Iſrael portare juſſus eſt Paulus, & portabat nomen tamquam lumen, & illuminabat patriam, & clamabat: Nox præceſſit, dies autem appropinquavit, abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, & monſtrabat omnibus lucernam ſuper candelabrum annuntians in omni loco Ieſum, & hunc crucifixum.* Totus erat Paulus ſplendens, omneſque tenebras diſſipans, non de ſuo nominis ſplendore, ſed de fulgentiſſimo Ieſu nomine prædicato, ac exaltato, quod cum ſit oleum effuſum Cantic. 1. omnium lampades accendit, omnes tenebras depellit, omneſque labores minuit, ac extinguit. 172. (D.Bern. *Ieſu nomen omnes tenebras fugat, ac depellit.* Cant. 1.)

Ait Iſaias 10. numero decimo-ſeptimo de Chriſto Ieſu loquens: *Computreſcet jugum à facie olei.* Unde oleum habet tantam vim, ac efficaciam, ut ad ejus præſentiam omnis ſervitus, & captivitas pereat, ac deſtruatur: Oleum eſt Sanctiſſimum nomen Ieſu: *Oleum effuſum nomen tuum*, & ad odorem hujus divini nominis omne malum, ac infelicitas abjicitur, & ſumma omnium bonorum confluit copia. Gillibertus Abbas ſermon. 26. in Cantic. ait: *Computreſcet jugum à facie olei, ex quo cœpimus nomine alio vocari, & invocatum eſt ſuper nos nomen ſecundi Adami cujus oleum effuſum nomen ejus.* Cum invocatur nomen primi Adam non rumpebatur, nec computreſcebat jugum, maximè vero deſtruitur, cum invocamus ſuper nos nomen ſecundi Adam Chriſti Ieſu. 173. (Iſai.10. Gillibert. *Nomen Ieſu deſtruit omne malum.*)

Datur Paulo, ut nomen Ieſu portet coram gentibus, Regibus, ac filiis Iſrael, ut omnium captivitatis jugum diſſolvat, cunctiſque vitam, ſalutem, lucemque proferat. Ait Amos capite quinto numero octavo de Deo loquens: *Qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ Dominus nomen eſt ejus.* Mare horrendum, & terribile tumeſcentibus fluctibus cunctis terrorem incutit; tamen Deus alta ſua providentia per occultos terræ meatus aquas ejus ducens, dulceſcunt, & fœcundant terram, ut uberes fructus producat, in quo viſitur: *Dominus nomen ejus.* De quo mari loquitur Amos? non de hoc mare materiali, ſed de alio ſpirituali, nempe Paulo? ita ibi Divus Hieronymus & ait: *Paulus Apoſtolus, quaſi turbo violentus, & ſæva tempeſtas tumeſcentes maris gurgites perſequebatur, & ſubvertere nitebatur Eccleſiam Dei; Qui vocatus à Domino effuſus eſt ſuper faciem univerſæ terræ, ut prædicaret Evangelium de Ieroſolymis uſque ad Illiricum, uſque ad Hiſpaniam tenderet, & à mare rubro,* 174. (D.Hier.)

Paulus fecūdat will orbem, qui angustus ei erat. *rubro, imo ab Oceano, uſque ad Oceanum curreret, & antea ei terra deficeret, quàm ſtudium prædicandi.* Paulus veluti mare tempeſtuoſum ſuis ferveſcentibus fluctibus nitebatur ſubvertere Eccleſiam, tamen à Deo per internas inſpirationes vocatus, ut prædicaret Evangelium, ac ſanctum nomen Dei totum peregrinavit Orbem: *Et antea ei terra deficeret, quàm ſtudium prædicandi.* Magnus Pauli ſpiritus non poterat cohiberi in toto orbe, ſed illum tranſcendebat, ac tranſgrediebatur, defecerunt Regna, & Provinciæ, non tamen defecit Pauli ſpiritus ad prædicandum. Vide multa in Sybillario nomen JESUS.

*Actor.9. n.*17. Et abijt Ananias,& introivit in domum, & imponens ei manus dixit: Saule frater, Dominus miſit me Jeſus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, ut videas, & implearis Spiritu ſancto.

*Num.*18. Et confeſtim ceciderunt ab oculis ejus tamquam ſquamæ, & viſum accepit, & ſurgens baptizatus eſt.

*Num.*19. Et cum accepiſſet cibum confortatus eſt, fuit autem cum diſcipulis, qui erant Damaſci per dies aliquot.

*Num.*20. Et continuo in Synagogis prædicabat Jeſum, quoniam hic eſt Filius Dei.

*Num.*21. Stupebant autem omnes, qui audiebant, & dicebant; nonne hic eſt, qui expugnabat in Jeruſalem eos, qui invocabant nomen iſtud; & huc ad hoc venit, ut vinctos illos duceret ad Principes Sacerdotum.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VII.

175. Verſ.17. *ABijt Ananias.* Ad Domini mandatum non reſpondit Ananias, ſed perfecta obedientia illud exequitur. *Imponens ei manus.* Arabicus: *Manus ſuas.* Hic autem manus impoſitione non dedit ei ſacramentum Confirmationis, ut perperàm ait Calvinus, ſed ut Paulo daret ſuum viſum, ut dicitur ſupra verſ.12. *Vidit virum introeuntem, & ponentem ſibi manus, ut viſum recipiat.* De hac manuum impoſitione loquitur Chriſtus, Marc.16 n.18. *Super ægros manus imponent, & bene habebunt.*

Arabic. *Marc.16.*

176. *Saule frater.* Olim omnes Chriſtiani ſic inter ſe loquebantur ob mutuam charitatem, & quia omnes erant uno ſpiritu ſub uno ſpiritu, ut filij unius matris Eccleſiæ; *Dominus Ieſus*, hoc ſanctum nomen interponit, ut denotaret, quod illius virtute ſanitas conferebatur. *Qui apparuit tibi in via.* Beneficium collatum ei proponit, ut ad majora ſe diſponeret, *Ut videas, & implearis Spiritu ſancto.* Per Baptiſmum Ananias ad duo miſſus eſt ad Paulum, unum, ut manuum impoſitione viſum reciperet, alterum, ut per Baptiſmum impleretur gratia Spiritus ſancti, de minori proceditur ad majus, de viſione corporali ad communicationem Cœleſtium donorum.

Ad duo miſſione Ananias.

177. Verſ.18. *Et confeſtim ceciderunt ab oculis ejus tamquam ſquama.* Syriacus: *Eoque momento cecidit.* Arabicus: *Et illico decidit quiddam, &c. ſimile corticibus.* Æthiopic. *Remota fuit ſquama.* In eoque momento, in quo Ananias manus ſuper Paulum impoſuit, ab ejus oculis ceciderunt quædam pelliculæ, ſeu minutiſſimæ pelliculæ, quæ ſquamarum ſimilitudinem referebant, de quo in quæſtionibus. *Et viſum recepit.* Syriacus: *Reſtitutus eſt viſus ejus*, & ſubdit Textus, *Et baptizatus eſt.* Nam licet, quando eum Chriſtus vocavit, & ipſe reſpondit: *Domine quid me vis facere?* per intimam contritionem condonata fuerint ejus peccata, hoc tamen includebat votum ſuſcipiendi Baptiſmum. Ita dum hæc Pauli hiſtoria refertur infra Actor.22. ei dictum eſt: *Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua.*

Syriac. Arabic. Æthiop *Syriac.* *Actor.22*

Verſ.19. *Cum accepiſſet cibum, confortatus eſt.* 178.
Arabic. *Et cepit illico cibum, & vires.* D.Chryſoſt. *Sumpto cibo convaluit.* Æthiopicus: *Comedit cibum confortantem.* Nam, ut ait Chryſoſt. *Debilitatus erat ex itinere ex metu, & ex jejunio, ac triſtitia.* Intimo nempe animi dolore, ac compunctione; & dicitur confortatus eſt, quod intelligo tam de cibo corporali, ad reficiendas vires naturales, quam de cibo ſpirituali, ſcilicet ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento ad corroborandas facultates omnes ſpirituales ad tot, & tantas diſputationes cum Judæis, & ad tot, & tantos labores ſuſtinendos. Ita legit Æthiopicus: *Comedit cibum confortantem*, qui per antonomaſiam eſt ſola ſacra Euchariſtia.

Arabic. D.Chryſoſt. Æthiop. *Cibus Euchariſticus.*

Verſ.20. *Et continuo prædicabat Ieſum.* Ex quo 179.
patet, quod ipſe non habuit Evangelium ab homine, ſed per revelationem Jeſu Chriſti, ut ipſe ait ad Galat.1. In illo triduo, quo Paulus extitit cæcus accepit ſcientiam infuſam, & intelligentiam omnium Scripturarum, ac Myſteriorum Chriſti.

Galat.1.

Verſ.21. Stupebant autem omnes ex tam ſubita, 180.
& repentina mutatione, & ipſe Paulus, ut ait Chryſoſt. *Non erubeſcebat mutationem, neque formidabat deſtruere ea, in quibus antea clareſcebat.* Et dicebant: *Nonne hic eſt, qui expugnabat in Ieruſalem?* Syriac. *Qui perſequebatur eos omnes.* Arabicus: *Qui perdidit in Ieruſalem.* Græcus: *Qui graſſabatur, devaſtabat;* Quæ omnia indicant acerbum furorem, & ſævitiem Pauli contra Chriſtianos, non ſolum in Jeruſalem, ſed etiam in Damaſcum. *Et ad hoc venit.* Æthiopic. *Et propter hunc ſermonem venit huc.*

D.Chryſoſt. Syriac. Arabic. Græcus. Æthiop.

QUÆSTIO XXVI.

Quare ut Paulus viſum recipiat, ei Ananias manus imponit?

HAc cæremonia manuum impoſitionis ad ſanan- 181.
dos infirmos uſus eſt Chriſtus D. Luc.4. n.40. Luc.4.
eamque dedit ſuis Apoſtolis, ut ægros curarent, Marc.16.n.18. & hac utitur Ananias, ut Paulo viſum reſtituat, cur non potius inſufflavit, ut Parens meus Elias ad vitam puero dandam, vel cur non adhibuit baculum, palliumve ſuum extendit, ut Eliſæus pallium Eliæ? Cur ſolum manus impoſuit?

Reſpondet Germanus Ieroſolymitanus Epiſcopus 182.
oratione in Crucis adoratione apud Geſerthorum Germ.
tom.2. ubi ſic ait: *Oculis privatus Paulus, qui recta non intuerentur, ſed ſolum diſtorta, obliqua, & reflexa diligerent; nam ſquama, quæ de oculis ejus deciderant, ſerpentina ſquama eſſe videbantur, & totum Chriſtum in ſe recepit, & ſimul cum Cruce levatur.* Impoſuit Ananias manus ſuas in Paulo ſigno Crucis adhibito, ut maximè utili, ac efficaciſſimum remedium ad infelicitatis caliginem propulſandam, & ad lucem, & ſupernorum myſteriorum agnitionem infundendam, Crucis ſignaculo ad altiſſimam, & ſupernaturalem cognitionem elevatur.

Signo Crucis Paulo reſtituitur viſus.

Ait Malachias 4. n.2. *Orietur vobis timentibus* 183.
nomen meum Sol juſtitiæ, & ſanitas in pennis ejus. Malac.4.
Quiſnam eſt iſte Sol juſtitiæ tot, & tanta mirabilia operans? D.Chryſoſt. homil.3. de Cruce, & Latrone ait: *Sola Chriſti crux eſt, quæ diſſolvit tenebras, & regnum Dæmonum diſſipavit, & omnes terrores malignantium abſtulit, Crux nobis Sol juſtitiæ facta eſt, ut illuminati miſericordia ejus glorificemus Patrem,*

D.Chryſoſt. Crux cuncta illuminat.

trem, & Filium. Crux ſancta eſt Sol juſtitiæ totum illuminans mundum, deſtruens Dæmonum imperia, & ab eorum terroribus, ac machinationibus cuſtodiens juſtos,& ſanctos,velociſſimè tamquam in pennis,& alis dans ſanitatem,& ſalutem,ut per tot,tantaque beneficia per Crucem Patrem, & Filium glorificemus.

184. Pſal.17. Ait Regius Vates Pſalm.17.n.35. *Poſuiſti, ut arcum æreum brachia mea.* In perſona Chriſti loquitur, tamquam ſi dicat, eum, æterne Parens, excendiſti brachia mea in Cruce, fuerunt,ut ærea, & ni fallor, nullo alio loco dicuntur Chriſti brachia ænea, niſi in præſenti; nam etſi ſemper habuiſſent omnem fortitudinem ſecum, ex divinitate tamen pro exaltanda, & nobilitanda ſua Cruce, hic voluit inſigniter, & ſingulariter oſtendere in tormentis ſufferendis, opprobrijs ſuſtinendis, & tamquam in arcu forti Dæmones ſuperando, & tamquam arcu extenſo totum mundum ſibi alliciendo, & amplectendo *Ego ſi exaltatus fuero omnia traham ad me ipſum.* D. Bernard, tom.1.ſerm. 56. ait: *Arcus Crux Chriſti eſt ad mortem Chriſti à Diabolo multipliciter extenſus, cujus ſagitta fuerunt omnes Chriſto inflicta contumelia, deriſiones, blaſphemia, flagella, & pœna, qua omnia Chriſtus confregit in Cruce.* Expende ultimo verba. Vide quæ ſupra dixi cap.8. q.9. & 10. per totas.

Cruce Chriſtus Diabolū deſtruxit, & mundum ad ſe evocavit.

D. Bern.

QUÆSTIO XXVII.

Quare Ananias non dixit Paule, Dominus qui te obcæcavit, ſed qui tibi apparuit?

185. *Diffinultas quæſtionis.* INgreſſus Ananias dixit: *Saule frater, Dominus Ieſus, qui tibi apparuit in via.* Ex his patet, quod tota hiſtoria converſionis Pauli bene nota erat Ananiæ, ac proinde valde congruè poterat dicere, Dominus, qui te obcæcavit, dejecit,ſed ait, qui tibi apparuit, beneficium proponit, ut magis alliciat.

186. Oecum. D.Chryſoſt. Aliter reſpondit Oecumenius in præſenti, & ait: *Dominus, qui tibi apparuit, non dixit, qui te excæcavit, in properium declinans, ſed qui tibi apparuit.* D.Chryſoſt.homil.20. in Acta: *Non dixit qui te excæcavit,ſed qui apparuit: ita ſolebat modeſtè, & inſi lentius loqui.* Deſtinaverat Deus Paulum futurum ſuæ Eccleſiæ Principem, ideo cum eo honorificè eſſe agendum ordinat; nam quæ præ ſe ferebant, ac denotabant defectum, qualis erat cæcitaris ſqualor,occultat; honorificum autem, & illuſtre, nempe Filij Dei ab æthere deſceſſum,ut ei appareret,hoc in prima fronte proponit, & evulgat: dedecora occulcavit, dedecora propalavit, ac revelavit.

Cum deſtinato Principe honorificè agitur.

187. Quod confirmo ex eodem contextu: Ait Dominus ſupra ad Ananiam: *Quare in domo Iuda Saulum nomine Tarſenſē,ecce enumerat.* Non dixit ecce cæcus eſt,ecce ſcopibus deſtitutus,ſed erat: honeſto orationis vocabulo,& decoro uſus eſt Dominus,ne cæcitatē Sauli exprimeret, quem ad clavum ſuæ Eccleſiæ volebat ſublimare, & ideo quod in honoris erat, tacuit, devitavitque; quod autem virtutis, ac ſanctitatis, nempe orationis ſplendorem denotabat, hoc publicat, & exprimit. D.Chryſoſtomus ſupra datus: *Iam autem hoc loco metum Anania minuit, dicendo: ecce enim orat, quaſi hoc diceret, cæcus eſt, & tu metuis.* Cæcus id eſt orans, orationem vocat cæcitatem, quia orans ita debet eſſe à terrenis ſeparatus, ut ſolum Deum videat, ac contempletur.

Caritas in Paule abſconditur, oratio manifeſtatur.

D.Chryſoſt.

188. Cum Petrus vidiſſet fulgentem illam Chriſti gloriam ſuper Thaboris juga, ait ad Chriſtum Redemptorem: *Domine bonum eſt nos hic eſſe, ſi vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, Eliæ unum.* Et immediatè, ut notat Evangeliſta: *Adhuc eo loquente,ecce nubes lucida obumbravit eos,* Matth.17.n.4 & 5. Vix Petrus verba ex ore protulerat, & nobes lucida eos abſcondit, & occultat, & ſermonem Petri interrumpit, ut notat Abolenſis, & ait:*Nubes operiens eos,terruit ipſos, coëgitque ſermonē interrumpi.* Quænam fuerunt verba Petri, ut illico fuerit nobes lucida de Cœlo miſſa,ut eos involveret, & occultaret? Explicat D.Marc.cap.9.n.9.*Non enim ſciebat quid diceret.* Petrus jam candidatus principatus ipſius verbis ignorantiæ errorem importavit. Chriſtus D. ne tam magnifici Præſulis inſcientia, & erratum evulgaretur,tamquam immiſſo pallio nube lucida coocegit, & occultat, & vix Petrus ex ore verba emiſerat, & jam oubes emiſſa erat, ut eos abſconderet, verbaque interrumperet; & hac de cauſa Chriſtus interrogationi Petri reſponſionem ſubtraxit, ut ocgata reſpooſio erratum magis abſconderet, ut notavit D.Leo ſerm. de Transfiguratione, ubi ſic ait: *Huic ſuggeſtioni Dominus non reſpondit, ſignificans inordinatum eſſe, quod cuperat Petrus, adhuc itaque eo loquente Ecce nubes lucida.*

Math.17 *Ignorantiam Petri celat occultat.*

Marc.9.

D.Leo.

Arguit Dominus Job cap.40. ipſeque de ſe fatetur, quod *inſipienter locutus*, cap.42. & tamen ſtatim n.7. *Loquens ad Eliphar Themanitem: Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſervus meus Iob.* Deus loquens cum Job amicis teſtatur ejus verba fuiſſe recta, ac proinde plena prudentiæ, & ſapientiæ,valdeque aliena ab omni ignorantia,& ſtultitia; Cum arguitur Job à Deo, ipſe Job ſuam ignorantiam, & inſipientiam profitetur, tamen cum eſſet Princeps, in publico maximè Deus ejus rectitudinem commendat, ac nobilitat. Oleaſter ad cap.45. Geneſ. ait: *Cum Dominus voluerit arguere Iob, ſolum eum convenit, quem cum inveniſſet ſeorſum,in publico apud amicos commendavit: Non eſtis, inquit, locuti coram me rectum, ſicut ſervus meus Iob. Mirabilis prudentia Domini, convincerunt ipſe Iob, ut fateretur ſe ſtulte locutum fuiſſe,& apud amicos commendat ejus locutionis rectitudinem. Sic ergo eum icum argueret Aaron, & Mariam, murmurantes in Moyſen, eos ad fœderis tabernaculum ſeorſum ire præcepit cum fratre.* Numer.12. n.1. 189. Iob.4.

Iob arguitur in ſecreto, laudatur in publico.

Oleaſt.

QUÆSTIO XXVIII.

Quare ab oculis Pauli ceciderunt quadam pelliculæ, ut ſquama?

SImiles ſquamæ piſcium Germanus ſupra datus q 26.n.182. exiſtimat fuiſſe ſimiles ſerpentium. Syriaca, & Cajetanus exiſtimant cæcitatem Pauli non provenire ab intrinſeco, ſcilicet ſiccato, vel extincto, ſeu impedito chriſtallino humore, ſed totam ab extrinſeco origioari; Nam illa magna, & ſubitanea luce, qua Chriſtus apparuit, & ſuo calore humores excitavit, atque ex cerebro humores ciciderunt in oculos, ibique coagulati in pelliculas inſtar ſquamarum concreverunt, & oculos obcæcarunt, & hodie in multis,ex pelliculis congelatis cæcitas contingit, quas periti Chirurgi ſua ingenioſa arte auferunt. 190. Germ.

Caritas Pauli ab extrinſeco.

Tamen ablatio cæcitatis in Paulo fuit miraculoſa, quia impoſitione manuum Ananiæ ſquamæ ceciderunt illico, & Paulus perfectum viſum recepit. Moraliter hæc exponunt Drogo ſerm. de Paſſione ad finem, Petrus Bleſenſis ſerm. de S.Paulo. De perfidia ſerpentina Judæorum, ſerpentes habent ſquamas, quas ipſe jam depoſuerat ex corde, ut ſtatim explicabo. 191.

Viſus miraculoſus.

Drogo. Bleſenſ.

D.Gregor.lib.33. Moral.cap.24. per ſquamas interpretatur 192. D. Greg.

terpretatur volumen terræ, concupiſcentiæ, ac ſapientiæ, & ait: *Carnalis tegumenti duria illum* (ſcilicet Saulum) *præceſſerat, & idcirco radios veri luminis non videbat, ſed poſtquam ſuperba repugnationes ejus victa ſunt, defenſionum ſquama ceciderunt à corpore, ſed ante jam ſub Dominica increpatione ceciderunt ab oculis cordis, cum proſtratus dixit: Domine, quid vis me facere, &c.* Cæcus erat Paulus tegumento concupiſcentiæ terrenarum rerum, quod tegumentum à corde jam abjecerat, quando vocatus dixit: *Domine quid vis me facere?* Nunc ſquamæ removentur à corpore, facto ſigno exteriori, manuum ſcilicet impoſitione, de mundiria, quæ erat in corde ſemper interiora redundant in exteriora, removendæ ſunt ſquamæ terrenorum.

Carnalis concupiſcentia, ac ſapientia.

193. Ait ſacer Textus: *Sumens Tobias de felle piſcis linivit oculos patris ſui, & ſuſtinuit, quaſi dimidiam ferè horam, & cœpit albugo ex oculis ejus, quaſi membrana ovi egredi*, Tobiæ 11. n.13. Septuaginta, ſeu Græcus legunt: *Deſquamata ſunt ab angulis oculorum ejus albugines.* Cujuſnam piſcis erat illud fel, quod tantum medicamen potuit conferre Tobiæ ſenioris, ut tales ſquamas potuerit ab ejus oculis ejicere? Graves ſunt Authores, qui dicunt fuiſſe piſcem, qui dictus eſt *Uranoſcopus*, hoc eſt *ſpector Cœli*, qui, teſte Plinio lib.7.cap.32. unum tantum oculum habet in capite, qui etiam ſubmerſus in aquis ſemper Cœlum ſpectat; ſi hujus cœleſtium ſpectatoris medicamen adhibetur, ſtatim ſquamæ temporalium decidunt, & apparent ipſa temporalia, ut ſtercora, & nihil boni, ac utile in eis eſſe. D.Chryſoſt. homil.66. in Joannem ait: *Si quis Cœlum inſpexerit, & quæ ibi præclara ſunt, contemplatus fuerit, ſtatim hæc temporalia contemnet, & nullius pretij exiſtimabit.*

Tob.11. Græcus. Septuag. Cum ſquama temporalium abjicitur cœleſtia apparēt. D.Chryſoſt.

194. Dicitur Eccleſiaſtis 2. n.14. *Sapientis oculi in capite, ſtultus in tenebris ambulat.* Quid peculiare dicitur de ſapiente, quod habeat oculos in capite, hoc eſt commune omni homini; merito tamen de oculis ſapientis fit mentio, quia ipſe ſolus habet oculos ad contemplanda cœleſtia, ut videat, & conſideret ea, ut in ſe ſunt ſumme perfecta. At ſtultus idem eſt, ac ſi non habeat oculos, cum videat res aliter, atque ſunt, & ideo ambulat in tenebris, videt temporalia, tamquam bona, & decora, cum in ſe nil habeant boni, & utilitatis, ſed multum doloris, & afflictionis. D. Baſilius homil.10. in Hexameron inquit: *Cujuſnam oculi non ſunt in capite?* Atqui hic in capite, id eſt, ut ea contemplentur, quæ in ſublimi ſunt, nam qui non ad bona ſublimia ſunt, ſed quæ in terra reſpectat, is utique defigit, detrahitque oculos in terram.

Eccl.2. Soli, qui contemplatur cœleſtia habet oculos. D.Baſil.

Actor.9. n.22. Saulus autem multo magis convaleſcebat. & confundebat Judæos, qui habitabant Damaſci, affirmans, quoniam hic eſt Chriſtus.

Num.23. Cum autem implerentur dies multi, Concilium fecerunt in unum Judæi, ut eum interficerent.

Num.24. Notæ factæ ſunt Saulo inſidiæ eorum, cuſtodiebant autem, & portas die, ac nocte, ut eum interficerent.

Num.25. Accipientes autem eum diſcipuli ejus, nocte per murum dimiſerunt eum ſubmittentes in ſporta.

Num.26. Cum autem veniſſet in Ieruſalem, tentabat ſe jungere diſcipulis, & timebant eum non credentes, quod eſſet diſcipulus.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IX.

Verſ.22. SAulus autem multo magis convaleſcebat. 195.
Syriacus: *Multo magis roborabatur.* Æthiopicus: *Invaluit quod fortior factus erat valde, & confundit Iudæos.* Arabic. *Diſceptabat cum Iudæis.* D.Chryſoſt. *convincens Iudæos.* Paulus ſuis argumentis, ac rationibus roborabatur, fortiorque fiebat, majoreſque vires, & animos ſumebat; quia confundebat Iudæos. Syriac. *Turbabat Iudæos illos.* Æthiopic. *Confundit* Iudæos in veritate demonſtrans vi argumentorum, ac teſtimonijs Sacræ Scripturæ, ac Prophetarum, evidenter eos convincens, à quibus rationibus ipſi ſe non poterant expedire, ac reſpondere; Unde perplexi, ac ſtupefacti tacere cogebantur.

Syriac. Arabic. Æthiop. D.Chryſoſt. Æthiop.

Affirmans, quoniam hic eſt Chriſtus, quod ſcilicet 196.
Jeſus eſt verus Chriſtus, ac Meſſias promiſſus in lege. Oecumenius legit *Confirmabat ex lege*: quia in Jeſu omnia vaticinia Prophetarum conveniebant, circunſtantia temporis indicabat, opera Jeſu manifeſtè demonſtrabant, & etiam, ut ait Oecumenius: *Confirmans hoc cum manſuetudine, docens Ieſum Chriſtum eſſe filium Dei.* Judæi cum ſe convictos animadvertiſſent tamquam rabidi canes in verba injurioſa, atque contumelioſa erumpebant, ut ſolet fieri à convictis, ut dixi cap.8. q.12. n.90.91. & 92. quæ omnia Paulus multa cum modeſtia, ac manſuetudine tolerabat, ut de perfecto ſapientiæ alumno ait Clemens Alexandr. lib.2. de Ira cap.32. *Qui more magna feræ latratur minorum canum ſecurus exaudit.*

Oecum. Oecum. Paulus, ut magnus contemnebat injurias. Clem. Alexan.

Verſ.23. *Cum autem complerentur dies multi.* Ara- 197.
bicus: *Cum multorum dierum moram compleſſet.* Scilicet trium annorum ad plenam intelligentiam eorum, quæ dicuntur, Paulus cum baptizatus eſſet Damaſci, non ſtatim venit in Ieruſalem, ſed abijt in Arabiam, & poſtea iterum reverſus eſt Damaſcum; in quo poſitæ ſunt inſidiæ, de quibus hic fit mentio, atque in hoc tres conſumpſit annos, ut ipſe ait ad Galat.1.n.18. *Poſt tres annos veni Ieruſalem videre Petrum.* Et ideo dicitur in textu poſt multos, ſcilicet tres annos, factæ ſunt inſidiæ, & omnia, quæ hic narrantur. Ita Lyranus, Carthuſ. Caiet. & Hugo.

Arabic. Galat.1. Lyran. Carthuſ. Caiet. Hugo.

Verſ.24. *Nota facta ſunt Saulo.* Syriacus: *Indica-* 198.
ta ſunt Saulo. Arabicus: *Sciens fraudem eorum.* Pagninus: *Intellecta ſunt inſidiæ.* Æthiopic. *Cognovit Saul conſilium eorum.* Omnia fiunt manifeſta, & nota. *Cuſtodiebant portas die, ac nocte.* Iudæi omne malum machinabantur contra Paulum, & inde perſuaſerunt Aretæ Regi, ac Domino Damaſci Paulum eſſe proditorem, ac exploratorem, ut eum traderet in manus ſuorum inimicorum, de quo ipſe Apoſtolus agit, 2.Corinth.11.n.32.

Syriac. Arabic. Pagnin. Æthiop. Arabicus 2.Cor.11.

Verſ.25. *Accipientes autem eum diſcipuli.* Syriac. 199.
Tunc impoſuerunt eum ſporta. Æthiopic. *Demiſerunt per feneſtram fune, & in ſporta.* Ut ait Lyranus: Paulus tamquam miles ſtrenuus conſenſit, ut ab obſidione eſſet liberatus pro majori fidei Catholicæ utilitate, ut efficacius curaret, ac prædicaret; & tunc expleto ſuo munere, ac curſu, conſtantiſſimè Romæ ſub Nerone ſuſtinuit Martyrium, fugere autem aliquando magnorum virorum eſt juxta Domini mandatum; *Cum perſecuti vos fuerint fugite in aliam*, Matthæi 10. n.23. de quo latè egi tom.3. in Evangel. cap.9.q.6. & 7.

Syriac. Æthiop. Math.10

Submittentes in ſporta. Appenſa duobus funibus, 200.
imo ad majorem ſecuritatem Pauli ſunt, qui exiſtimant, quod Paulus per lumbos accinctus quodam fune fuerit: Sporta autem fit ex juncis marinis, & ex palmis contextis, ut canit Arator, & hoc ait Rupertus

Sporta quid ſit. Arator. Rupert.

pertus in cap.a. Exod. figutatum in fiſcella, io qua
Moyſes cuſtoditus fuit, ut legem Dei promulgaret;
ſic & Paulus in ſporta liberatur, ot legem Chriſti
per totum Orbem evangelixaret ſporta conficitur ex
joncis marinis, & palmis, in junco marino denota-
tur Baptiſmus, in palma victoria, denotabatur ibi,
quod prædicato Baptiſmo per Paulum in toto mun-
do Chriſtianæ militiæ trophæus erat erigendua.

201. Verſ.26. *Cam autem veniſſet in Ieruſalem, tenta-
bat ſe jungere diſcipulis.* Græcus habet *ſe agglatina-
re diſcipalis* intimo vinculo Charitatis cum illia
uniri, maximè Petro, utpote totiua Eccleſiæ capiti,
ad hoc venit Ieroſolymam, ut ipſe ait ad Galat.1.
Arabic. n.18. *Et omnes timebant eum.* Arabicos: *Pertimeſ-
cebant eum.* D.Chryſoſtom. *Timebant adhærere illi:*
Nam ejus Baptiſmus in Damaſco fortè non erat om-
nibus notus, & eſto eſſet notus cum Paulus abiret
in Arabiam, dubitabant, an tanto tempore fuiſſet
mutatus, & ad vomitum rediret, & maximè cognoſ-
cebant eum eſſe ingenio ſagaci, atque ſolerti, & fieri
poterat, ut ſe fingeret fidelem ad explorandos Chri-
ſtianos, ut eos accuſaret.

Actor.9. n.27. Barnabas autem apprehenſum
illum duxit ad Apoſtolos, & narravit illis,
quomodo in via vidiſſet Dominum, &
quia locutus ei, & quomodo in Damaſco
fiducialiter egerit in nomine Jeſu.

Num.28. Et erat cum illis intrans, & exiens
in Ieruſalem fiducialiter agens in nomine
Domini.

Num.29. Loquebatur quoque gentibus, &
diſputabat cum Græcis, illi autem quære-
bant occidere eum.

Num.30. Quod cum cognoviſſent fratres, du-
xerunt Cæſaream, & Tharſum.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE X.

Verſ.27. B*Arnabas autem apprehenſum illum.*
202. Adducens ſecum Paulum ob inti-
mam familiaritatem cum illo à pue-
ritia, & ut ſuum condiſcipulum ſub Gamaliele Ma-
giſtro, de cujus converſione ſemper fuerat maximè
ſollicitus, & eum admonebat. Duxit ad Apoſtolos
Beda. Petrum, & Jacobum Galat.1. n.18. ut ootant Beda,
Gloſſa Gloſſa, Lyran. & ad alios diſcipulos, ut advertit
Lyran. D Chry- Chryſoſt. *Et narravit eis* Barnabas, quomodo Sau-
ſoſt. lus *in via vidiſſet Dominum.* Hoc Barnabas accepit
à Saulo tamquam intimo familiari ſuo, & quomodo
in Damaſco prima, & ſecunda vice *fiducialiter ege-*
Oecum. *rit.* Oecumenius *ſtrenuè ſe geſſiſſet.* Vatablus: *Libe-*
Vatabl. *rè locutus fuiſſet.* Pagninus: *Fortiter.* Æthiopic. *Do-*
Pagnin. *cuiſſet in nomine Ieſu.* Arabicus: *Manifeſtaſſet no-*
Æthiop Arabic. *men Ieſu,* utpote oomeo veri Dei Salvatoris, ac veri
Meſſiæ.

203. Verſ.28. *Et erat cam illis intrans, & exiens.* Pa-
Pagnin. gninus: *Cum illis verſans.* Græcus *Ingrediens.* Phra-
ſis eſt Hebraïca, id eſt familiariter cum illis agens,
ac manens illis, eiſque adhærens, cumque Paulus eſ-
ſet tanta ſapieotia plenus, eos tamquam Magiſtros
ſequebatur. *In Ieraſalem* per quindecim dies, ubi
commoratus eſt cum Petro, & Jacobo, ut ipſe air ad
Galat.1. Galat.1.n.18. *Fiducialiter agens in nomine Domini.*
Æthiop. Æthiopic. *Cam fixo corde, & credendo in nomine
Domini.*

204. Verſ.29. *Loquebatur cum gentibus.* Hæc vox *gen-
tibus* in multis Codicibus non habetur, ut in Græco,
Syriaco, & Gothico, tamen noſtra vulgata emendata
juſſu Clemeotis VIII. eam habet, ſic multi alij *lo-* Cle.VIII
quebatur cum gentibus, ut meliores, & lautiores fie-
rent, de quo quæſt. ſequenti, & cum ipſi ſe videreot
convicti, & oon poſſent reſpondere manibus ſe ar-
mabant, ut eum interficerent, ut notat D.Chry- D.Chry-ſoſt.
ſoſtomus.

Verſ.30. *Duxerunt eum Cæſaream.* Syrus: *Duxe-* 205.
runt nocte, ut ita ſecurus abiret, qood Paulus Dei Syrus.
mandato fecit; nam nocte Deus illi in templo præ-
cepit apparens, ut exiret de Ieruſalem infra cap.22.
n.17. *In Cæſaream,* quæ à Philippo Tetrarcha cogno- Actor 22
minata eſt Philippi, deinde navigavit Tharſum, quæ
eſt Civitaa Ciliciæ Patria Pauli. Vide dicta ſupra
Verſ.11.

QUÆSTIO XXIX.

*Quare D.Paulus converſabatur cum gentibus, ac
Græcis, qui in eum tot machinabantur inſidias,
ob quas in varias terras profugus abijt?*

TOta difficultas hojus quæſtionis eſt, ut videbi- 206.
mus cap.ſequenti. Primus converſus ex Gen-
tilitate extitit Cornelius baptixatus à D.Petro: Un-
de primo reſpondeo, quod dicitur in textu, quod
Paulus converſabatur, & diſputabat, non tamen di-
citur, qood eos convertiſſet: & ideo ſecundo Bellar- Bellarm.
minus lib.1.de Roman. Pontifice cap.22. ait Saulum
diſputaſſe cum gentibus, non eos ad fidem adducen-
do, ſed Chriſti fidem defendendo à multorum ca-
lumnijs. Tertio Sanchez exiſtimat, quod hæc con- Sanch.
tigerunt poſt converſionem Cornelij, & quod D.Lu-
cas hic adjunxit ea, quæ pertioebant ad Saulum, &
hoc multas paritur difficultates.

Quarto alij, & probabilius eum gentibus, & Græ- 207.
cis, hoc eſt *Græcizantibus,* hoc eſt cum Judæis natis
in Græcia, quorum Patres ob perſecutiooem Antio-
chi in varias terras diſperſi ſunt, & ideo in Græcia
nati, & educati ſunt, indeque lingua Græca loque-
bantur. Huic expoſitioni favet Syriacus, qui vertit: Syriac.
Loquebatur cum Iudæis, qui ſciebant Græcè.

Exiſtimo tamen, quod cum dicitur à Petro ex gen- 208.
tilitate fuiſſe primum Cornelium Centurionem, hoc
eſt publicè, ut perſonam magnæ nobilitatis, & nomi- Actor.8.
nis: Philippus namque convertit Æthiopem Reginæ
Candacis, ut vidimus cap.8 ad finem, & Paulus poſt- *Propria ſentent.ia.*
quam baptixatus eſt Damaſci, & fugiens per tres an-
nos commoratus eſt in Arabia, non poſſum mihi
perſuadere, quod Spiritus Pauli per tantum tempus
ibi extiterit otioſus, abſque eo, quod magnum Deo
ibi peperiſſet fructum.

Ideo Gentiles, & Judæi diſputantes cum Paulo, & 209.
ab eo confuſi, atqoe convicti, ut mioimè illi poſſent
reſpondere, & etiam, quod eorum aliqui rationibus,
documentiſque Pauli perſuaſi ad fidem converteren-
tur, ideoque machinabaotur eum occidere, quapro-
pter fugit in Cæſaream, & Tharſum, & peregrinari
cœpit per alienas terras, ut inde ejus meritum jam
multum exereſcere inciperet.

Mandat Deus Abrahamo: *Egredere de terra taa,* 210.
& de cognatione taa, & de domo Patris tui, Geneſ.12. Gen.12.
n.1. & ſtatim ſubditur: *Egreſſus eſt itaque Abraham,
ſicut præceperat illi Deus,* & quomodo ſic tam gene-
roſè exivit? neſciens ad quam terram abiret, & per
quam viam incederet; rectè tamen ſciebat, quod ſi
à Patria exularet, apud Deum conciuis erat, & cum
eo cohabitabat, illiuſque poſſeſſor erat. D.Hiero-
nymus epiſt.28. ad Lucin. ait: *Reliquit Meſopota-* D.Hier.
*miam, quærit, quod neſcit, ne perdat, quod invenerat.
Non enim arbitratus eſt, ſimul ſe habere poſſe patriam,*

&

Abrahamus peregrinus inde cum Deo habitabat. *& Dominum, ſed jam tunc illud Davidis complebat,*
Advena ego ſum apud te, & peregrinus. Ex eo quod
erat peregrinus, & advena jam erat apud Deum
commorans, & habitans.

Multipliciter, & paſſim in Veteri Teſtamento
211. Deus dieitur: *Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus*
Exod.3. *Iacob*, Exod.3. n.6. Ad quod alludens noſter Apo-
Hebr.11. ſtolus Hebræor.11. n.13. ait: *Iuxta fidem defuncti*
ſunt omnes iſti, acceptis promiſſionibus, & à longè eas
Magnum meritum peregrinari per terras alienas. *aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes, quia peregri-*
ni, & hoſpites ſunt ſuper terram, ideo non confunditur
Deus vocari Deus eorum. Non confunditur eorum
Deus vocari, ac dici, id eſt Deus gloriatur, ac ſe jac-
tat, quod eorum Deus nuncupetur, & quonam eo-
rum merito? forſitan ob jejunia, mortificationem, &
diſciplinas, ac aculeos, & gladios perpeſſos minimè?
Sed quia peregrini, & hoſpites ſuper terram. Tanti
meriti, tantique valoris eſt apud Deum relinquere
patriam, ac propriam terram, & peregrinari, ac hoſ-
pitari per terras alienas in obſequium Dei, ut talium
fervorem, Deus inſigniter, ac peculiariter magnifi-
D.Chryſoſt. cetur, ſeque illorum Deus dici velit. D.Chryſoſt. in
Pſalm.113. ſic ait: *Ideo non confunditur Deus, propter*
quam cauſam? Quoniam confeſſi ſunt eſſe hoſpites, &
peregrinos, & nihil habere commune cum præſentibus,
ſed ſejuncti ab his, quæ ad hanc vitam pertinent, ita
degebant in aliena. Ita degebant per terras alienas,
ut omnino ſeparati à præſentibus rebus ſæculi vitam
ducerent.

*Actor.*9. *n.*31. Eccleſia quidem per totam Ju-
dæam, & Galilæam, & Samariam habebat
pacem, & ædificabatur ambulans in timo-
re Domini, & conſolatione ſancti Spiritus
replebatur.

*Num.*32. Factum eſt autem dum Petrus per-
tranſiret univerſos deveniret ad Sanctos,
qui habitabant Lyddæ.

*Num.*33. Invenit autem ibi hominem quen-
dam nomine Æneam ab annis octo ja-
centem in grabato; qui erat paralyticus.

*Num.*34. Et ait illi Petrus: Sanat te Dominus
Jeſus Chriſtus, ſurge, & ſterne tibi, & con-
tinuo ſurrexit.

*Num.*35. Et viderunt eum omnes, qui habi-
tabant Lyddæ, & Saronæ: Qui converſi
ſunt ad Dominum.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE XI.

Verſ.31. *Eccleſia quidem.* Græcus, Arabicus, D.
212. Græcus. Chryſoſt. *Eccleſia* in plurali, refertur
Arabic. ad Eccleſias particulares Ieruſalem, Galilææ, & Sa-
D.Chryſoſt. mariæ, quæ omnes faciebant unam Eccleſiam uni-
Æthiop. verſalem: *Habebat pacem.* Arabicus: *Pacificè erant.*
Æthiopic. *Ambulans pacificans* Ceſſaverat jam tem-
peſtas perſecutionis, quæ facta eſt morte Stephani
anno 34. Chriſti, agebatur modo annus 39. ſex annis
poſt Chriſti Aſcenſionem.

Evangeliſta facit hic mentionem hujus pacis, ut
213. ait D.Chryſoſt. & Oecumenius, ut denotaret, quod
D.Chryſoſt. ſacri Apoſtoli tamquam generoſi milites, quandiù
Oecum. duravit bellum fixo pede ſteterunt in Ieruſalem, at
facta pace ad alias Provincias abierunt ad prædi-
Lyran. candum Evangelium. Lyranus ait, ut indicaret cau-
ſam, ob quam Diſcipuli ſecurè potuerunt Paulum
ducere in Cæſaream.

214. Cauſa hujus pacis extitit Divina Bonitas, quam
poſt tempeſtatem ſerenitatem præbet. Tobias 3. n.22.
Poſt tempeſtatem tranquillitatem facis, & poſt lachry- Tobiæ 3.
mationem, & fletum exultationem infundis. Congruen-
tia vero, quia ut refert Tertull. in Apol.cap.5. Cum Tertull.
audiſſet Tiberius ea, quæ Chriſtus geſſerat in Syria,
eum ut Deum habendum, ac venerandum retulit ad
Senatum. *Senatus quia non prior probaverat, reſpuit.* *Populus*
Cæſar in ſententia manſit comminatus periculum ac- *ſequitur*
cuſatoribus Chriſtianorum. Idem ſcribit Euſebius in *nutum*
Chron. anno ultimo Tiberij, & ſemper Populus, ac *Principis.*
Magnates nutum, & favorem Principis æmulantur. Euſeb.

Ædificabatur. Syriac. *Multiplicabatur.* Arabicus: 215.
Conſtructa erant. Multum enim numero, & virtute Syriac.
creſcebat congregatio fidelium, hi tamquam lapides Arabic.
vivi ædificant domum Dei, quæ eſt Eccleſia, Eph.2. Eph.2.
n.2. & rationem tanti augmenti ſubdit: *Ambulans*
in timore Domini. Syriacus: *Pergebat.* Æthiopicus: Æthiop.
Proficiens in timore Dei, quod includit omnem ob-
ſervantiam legis Dei, & ſecum adducit omnia bona.
Eccleſiaſt.40.n.28. *Timor Domini ſicut Paradiſus be-* Eccl.40.
nedictionis.

Et conſolatione Spiritus ſancti. Arabicus: *Gratia* 216.
Spiritus ſancti. Ideo Spiritus ſanctus dicitur para- Arabic.
clitus, Ioan.14.n.16. Et quamvis omnes tres Divinæ
Perſonæ ſint noſtri conſolatores, unde Paulus ait:
Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti,
qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, 2.Co- 2.Cor.1.
rinth.1.n.3. tamen Spiritus ſanctus inſigniter, ac pe-
culiariter dicitur conſolator; quia ipſe ſuis donis
nos fovet, lætificat, ac recreat.

Verſ.32. *Factum eſt autem.* Syriacus: *Cum Pe-* 217.
trus perluſtraret urbes. Petrus, ut ſupremum totius Syriac.
Eccleſiæ caput, & ut optimus Paſtor, ut advertit *Petrus*
Chryſoſtomus viſitabat fideles, qui erant in varijs *viſitat*
Judææ locis, ut eos adjuvaret, firmaret, ac corrobo- *oves.*
raret in fide, & etiam, ſi neceſſarium fuiſſet, de com-
munibus bonis provideret: Munus ſuperioris eſt
ſuos viſitare, & cum Jacob hoc per ſe ipſum non
potuiſſet præſtare ad hoc deſtinavit Joſeph, Gen.37.
n.14. *Vade, & vide ſi cuncta ſint proſpera erga fra-* Gen.37.
tres tuos, & pecora.

Deveniret ad Sanctos. Arabicus: *Deveniret ad fra-* 218.
tres Sanctos. Sic in illa primitiva Eccleſia vocaban- Arabic.
tur fideles, ut patet ſupra ex verſ.13. *Quanta mala*
fecit Sanctis tuis; quia vocati erant ad ſanctitatem,
ac ſanctificationem in Baptiſmo.

Lydda erat Civitas ad mare inter Joppen, & Ie- 219.
ruſalem, una ex undecim Judææ toparchijs, id eſt *Quæ Ci-*
majoribus, ordine quinta, de ea fit mentio, 1.Ma- *vitas.*
chab.11. tempore D.Hieronym. ut ipſe teſtatur de D.Hier.
loc. Hebraic.cap.17. dicebatur: *Dioſpolis*, id eſt Ci-
vitas Jovis, nunc vero dicitur S.Georgij, in ea fuit
decollatus, & ſepultus, in ejuſque honorem templum
magnificum extructum eſt, ut refert Adrichomus in
deſcriptione terræ Sanctæ.

Verſ.33. *Invenit autem ibi hominem*, non caſu, ſed
divina Providentia diſpoſitum, *nomine Æneam.* Alij, 220.
ut Syriacus legunt Anas. Æneas vox eſt Hebraïca,
& etiam Syriaca ſignificans hominem pauperem, & Syriac.
humilem. Æneas Latinum nomen eſt. *Ab octo annis*
jacentem. In quo numero aliqui Patres varias ratio-
nes morales conſiderant. Gloſſa Ordinaria mundum
jacentem, in quo ſunt quatuor plagæ, & totidem Gloſſa
temporum plagæ. Arator octavum circumciſionis
diem, alij aliàs, quæ non faciunt multum ad rem.

Verſ.34. *Ait illi Petrus, Ænea.* Unde D.Petrus 221.
agnovit ejus nomen? Sanè per ſuam propheticam *Petrus*
ſcientiam, deinde tamquam Optimus Paſtor agnoſ- *magnus*
cit oves ſuas, eaſque nominatim nominat. *Sanat te* *Paſtor.*
Dominus Ieſus Chriſtus. Sic legunt Latina, Græca, Latina.
Syriaca exemplaria, Gloſſa, D.Gregor. lib.20. Mo- Græca. Syriaca.
ral.cap.13. & alij per modum optativi *ſanet te Domi-* D.Greg. Gloſſa.
nus,

nus, & in eundem omnia recidunt ſenſum: *Dominus*
Ieſus Chriſtus, ut fieret evidens, quod Petrus non
ſua virtute, ſed Jeſu Chriſti dicebat: *Surge* à lecto,
Beda. in quo jacebat, moraliter D.Cyrillus, D.Greg. Beda,
D.Cyril. quia Chriſtus D. ſuos milites non vult deſides, tor-
pentes, ſed diligentes, ac veloces.

222. *Sterne tibi*, non ut ibi permaneat, ſed ut compo-
nat, & ſecum aſportet, ut Chriſtus imperavit illi alio
Ioan. 5. Joan. 5. n. 8. Hic etiam faciebat Chriſtus ad eviden-
tiam miraculi, ut notavit D.Cyrillus, Chryſoſtom.
Leont. Leont. D Auguſt. ad citatum locum Ioan. magnalia
D.Aug. Syriac. coram inimicis, ut credantur, multa cautela neceſſi-
Oecum. tant. *Continuo* Syriacus *eo momento*. Oecum. *Proti-*
nus. Prolatis verbis ſanitas conſecuta eſt.

223. Verſ. 35. *Viderunt omnes*. Perfectam, & conſum-
matam ſanitatem ex tam longa infirmitate deſpera-
Græcus. ta ſanitate. *Sarona*, vel *Aſſaron*, ut eſt in Græco
Mons eſt, & in monte Urbs egregia, quam Joſue
Ioſue 12. cap. 12. expugnavit, & inde tota Regio Campeſtris à
Cæſarea Paleſtinæ uſque ad Joppen vocatur *Saron*,
eſtque valde pinguis, & fertiliſſima, cujus fertilitas
denotabat magnam fœcunditatem, uberesque fruc-
tus, quos Petrus ſua prædicatione ibi produxit, ac
protulit, ut ait D Hieronymus de locis Hebraïcis, &
Iſai 35. tunc adimpletum eſt illud Iſaiæ 35. n. 2. *Gloria Li-*
bani data eſt ei, & decor Carmeli, & Saron, ipſi vi-
debunt gloriam Domini.

QUÆSTIO XXX.

Quare D. Petrus non interrogavit hunc Paralyti-
cum Vis ſanus fieri. *Et Chriſtus interrogavit*
illum alium in piſcina?

224. D Chryſoſt. Occum. Ioan. 5. QUæſtionem hanc excitant in præſenti D.Chry-
ſoſt. Occumen. Cur Petrus non interrogaverit
hunc Paralyticum *Vis ſanus fieri*, ut Chriſtus D. in-
terrogavit illum alium in piſcina, Ioan 5. n. 6.

225. *Ad commune bonum.* Reſpondent citati Sancti Patres, quod D.Petrus
hoc faciebat miraculum, non tantum ob bonum par-
ticulare hujus hominis, ſed ob bonum commune, ut
alij videntes tantum miraculum fieri in nomine Je-
ſu, ejus fidem reciperent, alijque credentes magis
in fide firmarentur.

226. Secundo exiſtimo, quod iſte Æneas erat Chriſtia-
nus, ac fidelis, quapropter tam ingens ſanitatis be-
neficium promeruit etiam ſine precibus, ejus tamen
cordis affectus clamavit ad Dominum: *Deſiderium*
cordis ejus tribuiſti ei, prævenisti eum in benedictio-
nibus dulcedinis, Pſalm. 20. n. 4.

227. Cum populus Iſraëliticus veniſſet ad littus maris
Exod 14 rubri, & vidiſſet poſt ſe venientem Pharaonem cum
Iuſti deſiderii, ac neceſſitas clamat. exercitu copioſo, totus populus vociferans clamavit,
& non legitur quod Moyſes clamaverit, & tamen
ait illi Deus: *Quid clamas ad me?* Exod. 14. n. 15. Si
Moyſes ne verbum quidem protulit, quomodo dici-
D.Paſch. tur clamare? D Paſchaſius in Thren. ait: *Clamabat*
Moyſes ardore Charitatis; ejus charitatis fervor ipſo
tacente grandi, altaque voce clamabat.

228. Prodigus ille filius in ſe reverſus determinat apud
ſe venire ad Patrem, multiſque verbis bene compoſi-
tis ab eo miſericordiam expoſtulat: *Cum adhuc lon-*
Miſeria magis exorat, quam clamor. *gè eſſet vidit illum Pater ipſius, & miſericordia motus*
eſt, & occurrens cecidit ſuper collum ejus, & oſcula-
tus eſt eum, Luc. 15. n. 20. Cur tam cito occurrit Pa-
ter tot, & tantis benevolentiæ ſignis eum amplec-
Luc. 15. tens, & deoſculans, cur non expectat, ut ſuis verbis
miſericordiam exoret, ſed abſque ullo ejus verbo ſic
occurrit? Pallor vultus, faciei macies, ſqualor veſ-
tium, ac propria miſeria magis exorabat, quam cla-
Guerric. mor, ac gemitus omnium vocum; Guerricus Abbas
ſerm. in Sabbathum 2. Quadrageſ. ait: *Sic feſtina-*
bat abſolvere reum à tormento conſcientiæ ſuæ, quaſi
plus cruciaret miſericordem compaſſio miſeri, quam
ipſum miſerum paſſio ſui. Sic feſtinabat ſuccurrere
miſero, cujus miſeria magis affligebat Patrem, quam
miſerum filium.

Actor. 9. n. 36. In Joppe autem fuit quædam
diſcipula nomine Tabitha, quæ interroga-
ta dicitur Dorcas. Hæc erat plena operi-
bus bonis, & eleemoſynis, quas faciebat.
Num. 37. Factum eſt autem in diebus illis, ut
infirmata moreretur. Quam cum laviſſent,
poſuerunt eam in Cœnaculo.
Num. 38. Cum autem prope eſſet Lydda ad
Joppen, Diſcipuli audientes, quia Petrus
eſſet in ea, miſerunt duos viros ad eum ro-
gantes: Ne pigriteris venire uſque ad nos.
Num. 39. Exurgens autem Petrus venit cum
illis, & cum adveniſſet, duxerunt illum in
Cœnaculum, & circumſteterunt illum om-
nes viduæ flentes, & oſtendentes ei tuni-
cas, & veſtes, quas faciebat illis Dorcas.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE XII.

Verſ. 36. IN *Ioppe*. Interpretatur *decor, ac pul-* 229.
chritudo, Urbs eſt nobiliſſima, ut
cum Joſepho teſtantur D.Hieron. Adrichomus de Ioſeph.
locis Hebraïcis, & eſt antiquiſſima, utpote ædificata D. Hier.
à Japhet filio Noë ſita in edito promontorio ad ma- Adrich.
re, arce, & mœnibus bene munita, de qua ſæpe fit
mentio in libris Machabæorum; Hæc ſuo littore
excepit Jonam evomitum à bellua marina. In hac *Magna*
Petrus hoſpitatur apud Simonem Coriarium, & inde *in hac*
in honorem D.Petri ſacellum eſt conſtructum. In hac *Civitate.*
recipiuntur viri tranſmiſſi de Cæſarea à Cornelio
Centurione, in qua noſtra Tabitha reſuſcitatur à Divo
Petro, & hodie eſt communis portus tranſeuntium
ex Venetia ad terram Sanctam.

Quædam diſcipula. Mulier Chriſtiana, & fidelis, 230.
ſic in primitiva Eccleſia vocabantur Chriſtiani diſ-
cipuli, vel diſcipulæ *Nomine Tabitha*, Hebræum ex
Syro, & idem valet, ac *cerno, video*. Quæ dicitur
Dorcas, & idem valet, ac *Caprea*, vel *Damula*, de quo
quæſt. ſequenti. *Plena operibus bonis*. Syriacus *Dives* Syriac.
operibus bonis, prout erat conveniens, & requireba-
tur ut Chriſti diſcipula, unde ille Epiſcopus argui-
tur Apocalypſ. 13. n. 2. *Non inveniuntur opera tua* Apoc. 13.
plena coram Deo. Nempe correſpondentia tuæ Epi-
ſcopali dignitati.

Verſ. 37. *In diebus illis, ut infirma moreretur*. Sy- 231.
riacus: *Adverſa valetudine laboravit per dies illos.* Syriac.
Arabic. *Fuit in iſtis diebus afflicta, & appropinqua-* Arabicus
vit ad mortem. Textus: *Quam cum laviſſent*. Gloſſa Interlin.
Interlinealis: *Cum lavaſſent unguentis*. Hæc erat
antiqua conſuetudo ad nobilium corpora valde pre-
tioſis unguentis, de quo multa dixi tom. 5. in Evan-
gelia lib. 8. agens de Chriſti ſepultura. *Poſuerunt eam*
in Cœnaculo, ut in altiore, & ampliore loco.

Verſ. 38. *Cum autem prope eſſet Lydda, in qua erat* 232.
Petrus. Syrus: *Erat Urbs illa ad crepidinem Ioppe*, Syrus.
ac proinde parva diſtantia. *Miſerunt duos viros*,
Chriſti exemplum ſecuti, qui ſuos diſcipulos binos
mittebat. *Ne pigriteris venire*. Syriacus: *Ne cuncta-* Vatabl.
retur. Vatablus, Pagninus, & Tigurina *Ne graveris*. Pagnin. Tigurin.
Æthiopic. Ne venire cunctaretur. Æthiop.

Verſ. 39. *Exurgens Petrus* indilatè, ut ſubveniat 233.
ſuis.

Æthiop. ſuis. *Duxerunt eum in Cœnaculum.* Æthiop. *Adduxerunt eam, ubi fuſſes corpus ejus. Viduæ flentes, oſtendentes tunicas.* Ut illis oſtenſis manifeſtaretur pietas, & charitas Tabithæ, ſimul & orbitas tam piæ matris, ac protectricis.

QUÆSTIO XXXI.

Quare noſter ſacer Evangeliſta exponit nomen Tabitha, quæ dicitur Dorcas, id eſt Caprea?

234. Exponitur voces. OMitto hic varias mutationes literarum, ac ſyllabarum, quas aliqui Authores hic faciunt ea radice Græca, & ſolum ad intentionem noſtri ſacri Evangeliſtæ accedo, dum nomen Tabitha *videe, & cerno* ex Græco exponit quod dicatur *Dorcas*, quod ex Græco idem valet, ac Caprea, ut hoc ſymbolo hujus nobiliſſimæ, ac piè fœminæ declaret.

235. D. Chryſoſt. Cantic. 8. Plinius. Ex Capræ varia moralis virtutes. Primo fuiſſe caſtam, timidam, verecundam, imo & virginem, ut ait Chryſoſt. fugiſſe à conſpectu, ac conſortio virorũ, qualis eſt Dorcas juxta illud Cant. 8. n. 14. *Fuge dilecte mi, aſſimilare Capreæ, hinnuloque cervorum ſuper montem aromatum.* Secundo, quia, ut teſtatur Plinius lib. 28. c. 11. Dorcades, ſeu Capreas acutiſſimo pollere viſu, & non lippare, ſed æquè die, ac nocte videre, quo denotatur perennis contemplatio hujus fœminæ die, ac nocte in cœleſtibus.

236. D. Hier. Philo. Theod. Origen. Tertio, quia ad montana virtutum conſcenderat, Capreæ ſemper montana petunt, ut notat D. Hieron. in cap. 45. Ezechielis. Quarto Caprea velociſſima, ut notant Theodoretus, Philo Carpathius talis iſta in ſuo propoſito exequendo. Quinto allegat Carpath. Origen. ad prædictum locum Cantic. Capreæ ſerpentes extrahunt ex ſuis cavernis, & occidunt, ſic & iſta ſancte vivens Dæmonum machinationes deſtruebat, eorumq; inſidias, ac tẽtationes conculcans occidebat.

237. Cantic. 2. Prov. 5. Sexto Caprea dat lac ſuaviſſimum, ac utiliſſimum, in quo denotatur amoris gratia, ac eximia charitatis benevolentia juxta illud Cantic. 2. n. 9. *Similis eſt dilectus meus Capreæ, hinnuloque cervorum.* Et Prov. 5. n. 19. *Cerva chariſſima, & gratiſſimus hinnulus.* Quo ſymbolo ſignificabatur Tabithæ eximia benevolentia, ingens charitas, qua proſequebatur, & qua omnibus gentibus cuncta providebat.

238. Gen. 18. Opera in pauperes theſaurum bonorum. D. Chryſoſt. *Cum elevaſſet oculos Abrahamus, apparuerant ei tres viri ſtantes prope eum, quos cum vidiſſet cucurrit in occurſum, & dixit: Domine ſi inveni gratiam ne tranſeas ſervum tuum,* Geneſ. 18. n. 2. Et eos hoſpitio in domo ſua recepit, ad quid tam velociter cucurrit? Cur tam feſtinus in eorum obſequium, ut plenam menſam pane, butyro, vitulo apponat. D. Chryſoſt. homil. in dictum Pauli: *Oportet hæres eſſe,* ait: *Accurrebat enim, miniſtrabat, dominos appellat, theſaurum innumerabilium bonorum ſe inveniſſe putabat.* Abraham vir magnus, & præclarus, Peregrini viri humiles, & pauperes apparebant, tamen Abrahamus eos benignè excipit, eos Dominos appellat, tamquam Dominis ad menſam miniſtrat, tamquam *theſaurum innumerabilium bonorum.*

239. Gen. 19. Ex miſericordia pauperibus exhibita felicitas. Origen. Veniunt duo Angeli Sodomã tamquã duo viri, quos hoſpitio recepit Loth, qui poſtea dicunt ei: *Habes hic quempiam tuorum generum, filios, aut filias, omnes, qui tui ſunt, educ de urbe hac; delebimus enim locum iſtum,* Geneſ. 19. n. 12. Unde tantum bonum Loth, univerſæque ejus familiæ, ut in communi omnium incendio, ac devaſtatione illi ſoli incolumes, ſuperſtites evaſiſſent; nullam aliam virtutem agnoſcimus in Loth, niſi quod illos peregrinos in domo, ac familia reciperet, indeque tantum bonum in totam familiam redundavit. Origen. homil. in cap. 19. Geneſ. ait: *Loth in Sodomis habitabat; alia ejus bene geſta non legimus, hoſpitalitas in eo ſola ex uſu veniens memoratur, evadit ignes, evadit incendia, ob hoc ſolum, quod domum ſuam patefecit hoſpitibus.* Vide ſupra cap. 4. q. 10. n. 149. 150. 151.

QUÆSTIO XXXII.

Quare non cum infirmatur Tabitha, ſed tantam cum ipſa mortua eſt, mittunt diſcipuli ad Petrum?

AD quæſtionem reſpondet Oecumenius, & ait: 240. *Hec autem non fecerunt, priuſquam moreretur; indignum judicantes ob talia vexare diſcipulos, & a prædicatione evellere; nam ipſi propterea dicit quod vicinus erat locus; id enim per modum ſucceſſiva opera petebant; ſiquidem diſcipula erat.* Non Petrum vocant cum infirmatur, ne ex qualibet cauſa viderentur bonum ſpirituale omnium commune prædicationis impedire, ſequentes Chriſti exemplum, qui contempſit maternum, ac fraternum affectum, ne à prædicatione revocaretur. *Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei,* Matthæi 12. n. 49. Oecum. Prædicationis munus non impediendum.

Secundo dicitur *Tabitha erat plena bonis operibus, & eleemoſynis, quas faciebat:* Ne videretur, quod diſcipuli erant adſtricti, ac obligati ejus beneficentia advocant Petrum, ideo ab hoc ſe abſtinent modo, ne aliquis odor avaritiæ, aut propriæ commoditatis in eis appareat, qui maximè exulare debet à Chriſti diſcipulis. Dicebat Paulus, 1. Corinth. 6. n. 12. *Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate:* Acceptis nempe muneribus D. Ambroſ. ibi ait: *Noluit ab his accipere, ne cauſa ventris, vigor Evangelica veritatis torpeſceret; ſi enim ab eis acciperet, quos in tantis vitijs arguebat auctoritatem miniſterij conceſſam à Domino inclinabat.* Tantus miniſter Evangelicus, ut eſſet expeditus, & liber in ſuo munere exequendo, ne ejus vigor, & auctoritas torpeſceret, atque hebetaretur, *Noluit ab his accipere quicquam, & auctoritatem miniſterij conceſſam à Domino inclinabat,* accepto nempe munere. 241. 1. Cor. 6. D. Ambr. Miniſter accipiens à inſtitia declinat.

Tertio quándiu Tabitha infirmabatur non vocatur Petrus; quia tunc fortè per humana media, ac medicinalia ſperabatur, quod ipſa poſſet conſequi ſalutem, & ideo auctoritas Petri tunc non poſtulabatur; at vero poſtquam mortua eſt, nullum ſuppetat in naturalibus remedium, tunc ad opem Dei per Petri interceſſionem toti ſe convertunt. 242.

Tranſacto mari rubro Populus iter faciens per deſertum, venit ad quendam locum, qui vocabatur *Mara*, aquæ erant amariſſimæ, ita ut populus eas bibere non poſſet, de quo multum erat populi murmur: *Clamavit Moyſes ad Dominum, qui oſtendit ei lignum, quod cum miſiſſet in aquas in dulcedinem verſa ſunt,* Exod. 15. n. 25. Multa, & magna mirabilia fecit Moyſes virga ſua in Ægypto, mare rubrum diviſit, cur ipſa virga non tangit aquas, ut dulceſcant, ſed à Deo præcipitur injicere lignum oſtenſum? Illud lignum, ut eſt communis ſententia, habebat naturalem virtutem, ut ejus injectione aquæ commutarentur in multam dulcedinem, & ubi aderat naturale medium, miraculoſa virga non fuit interponenda. Janſen. ait: *Quorſum Dominus ei aliquod certum lignum oſtendiſſet, vel arborem, niſi illud naturale ex natura ſua virtutem inditam habuiſſet? Nam alioquin virga ejus, quæ reliqua operabatur miracula ad miraculi operationem ſuffeciſſet.* Idem ferè habet Epiſcopus Gandævus. 243. Exod. 15. Ad id, quod naturaliter fieri poteſt non requiritur miraculũ. Janſen. Gandav.

Cum Chriſtus D. ad ſuſcitandum Lazarum acceſſiſſet, ait circumſtantibus. *Tollite lapidem,* Io. 11. n. 39. Si Chriſtus D. non intẽdebat Lazarum è monumento ad vitam evocare, cur etiam ſuo imperio lapidem non amovet; hoc ex induſtria humana fieri potuit, at vero ſuſcitare è monumento ſola Dei virtus præſtare 244. Ioan. 11.

Lapides removit homines, Deus ſolus ſuſcitat. D.Aug.

poterat, hoc ideo ſibi reſervat, illud autem, ad quod vires humanæ ſufficiunt, illis committit. D.Auguſt. ſerm.104. de tempore ait: *Quid dicemus? Nunquid lapidem Dominus a monumento præcepit removere non poterat, qui Inferni clauſtra propria virtute removit? Sed quod ab hominibus fieri poterat, homines facere præcipit, quod autem divinæ Virtutis erat, ſua potentia demonſtravit. Lapidem enim à monumento revocare humanæ virtutis, animam vero ab inferis revocare ſolius Divinæ virtutis eſt.*

QUÆSTIO XXXIII.

Quare advenientem Petrum nullus rogat pro ſuſcitanda Tabitha, ſed tantum oſtendunt veſtes, & tunicas, quas illa eis faciebat?

Difficultas quæſtionis.

245. MOrtua Tabitha, ut univerſorum communi Matre, ſtabant omnes gementes, & flentes, adeſt Petrus magnorum mirabilium operator, qui paſſim mortuos ſuſcitabat, & ſtupenda miracula operabatur, cur, quæſo, non rogant Apoſtolum pro ea ſuſcitanda? Cur non quærunt ab Apoſtolo, ut ſuam beneficentiã, quam erga alios exercuerat, erga hanc etiam fœminam exhiberet, & refunderet, ſed ſolum Petrum *circunſtant omnes viduæ flentes, & oſtendentes ei tunicas, & veſtes, quas faciebat illis Dorcas.*

Bono Præſuli ſat eſt oſtendere neceſſitatem.

246. Reſpondeo primo: Omnes venerabantur Petrum, ut magnum Præſulem, ac providum Paſtorem, & ita omnes circunſtantes judicarunt, quod ſat erat ei exponere, & aperire neceſſitatem, ut ipſe pro ſua eximia beneficentia, ac ſollicitudine de remedio opportuno provideret, ſicut, & mulier Thecuitis ſe habuit cum Davide, quem ut Angelus Dei venerabatur, 2.

2.Reg.14. Reg.14.n.17. Secundo in illa primitiva Eccleſia ſic omnes erant ſubjecti, ac ſubordinati Petro, ut nullus auderet aliquid poſtulare, ſed omnes ab ejus nutu, ac diſpoſitione pendebant, ſicut dixerunt Simoni Ma-

1.Mac.13. Actor.4. chabæo, 1.Machab.13.n.9. & ideo cuncta, quæ habebant, ad pedes Apoſtolorum deferebant, Act.4. ut ex ordinatione diſponerentur.

Opera clamant pluſquã verba.

Tertio: *Circunſteterunt Petrum omnes viduæ flen-*
247. *tes, & oſtendentes ei tunicas, & veſtes, quas faciebat*
illis. Prudenter quidem pro certo habentes, quod plus, ac efficacius ſollicitabant Apoſtolicam benignitatem oſtenſo opere, quam linguarum voce: Obmuteſcat oris loquela, cum opera clamant, cum hæc ſuper omnia magna cum energia ad ſe Deum allici-

D.Cypr. ciunt, ac trahunt. D.Cyprian. ſerm.1. de eleemoſyna ubi ait: *Quæ laborantibus viduis largita fuerant ſubſidia vivendi, meruit ad vitam revocari.*

248. Cum mulier illa Sunamitis adverteret, quod ſanctus Parens Eliſæus frequenter tranſiret per ſuam domum ad montem Carmeli, fecit domi ſuæ Cœnaculum, in quo ei appoſuit lectulum, menſam, & ſellã, in qua veniens ſanctus Propheta requieſceret, 4.Reg.

4.Reg.4. 4. n.10. factum eſt autem, ut filius unicus mulieris poſtea moreretur: tunc illa filium mortuum: *Collocavit ſuper lectulum hominis Dei*, Ibid.n.21. Cur non reponit puerum in lectulo proprio ipſius pueri, ſed in lectulo deſtinato viro Sancto? Ille lectulus ex charitate, & ex eleemoſyna à muliere erat inſtructus, ideoq; pro certo habuit quod illud charitatis opus munita cũ efficacia pro pueri vita clamaret, ut eum à morte re-

Hoſpitiũ ex charitate ibi vita.

D.Ambr. vocaret. Præclarè D.Ambroſ.ep.12.ad Januarium ait: *Sunamitis illa magna mulier in ſuperioribus hoſpitium paravit, & ibi reſuſcitati pignoris vidit miracula.* Expende *hoſpitium paravit, ibi reſuſcitati pignoris*, &c.

Ait Apoſtolus: Ad Hebr.5.n.7. loquens de Chriſto
249. Hebr.5. D. *Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationeſq; ad*
eum, qui poſſet illum ſalvum facere à morte cum clamo-
re valido offerens exauditus eſt pro ſua reverentia.
Quid vero Chriſtus in hac ſua oratione poſtulaverit, variæ ſunt Patrum ſententiæ, D.Ambroſ. Theodoret. D.Tho. ad orationẽ in Horto, alij ut videntur Chryſoſt. Theophylact. ad ſalutem generis humani, tamen inde mihi eſt quæſtio, cur Chriſtus D. aliquando non poſtulaverit à Patre reſurrectionem ſuam, ſui nominis exaltationem, ſuam Aſcenſionem, ac ſeſſionem ad dexteram Patris? quia ejus infinita, ac præclara merita hoc efficaciſſimè poſtulabant. Ad hoc tendit Primaſius, qui ait: *Omnia, quæ Chriſtus egit in carne, preces, ſupplicationeſque fuerunt pro peccatis generis humani effuſa, ſacra vero ſanguinis ejus effuſio, clamor validus fuit, in quo exauditus eſt.* Chriſtus D. oſtendens eximiam charitatem erga nos opere, & ore pro nobis exorat; tamen pro gloria ſui corporis, ac nominis exaltatione non orat; quia, altiſſime ejus opera pro ſe clamabant, & loquebantur.

Opera Chriſti clamabant ejus reſurrectionem.

*Act.9.n.*40. Ejectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua oravit: & converſus ad corpus dixit: Tabitha ſurge: at illa apertis oculis, & viſo Petro reſedit.

*Num.*41. Dans autem illi manum erexit eam, & cum vocaſſet Sanctos, & viduas, aſſignavit eam vivam.

*Num.*42. Notum autem factum eſt per univerſam Joppen, & crediderunt multi in Domino.

*Num.*43. Factum eſt autem, ut dies multos moreretur in Joppe apud Simonem quendam Coriarium.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE XIII.

Verſ.40. EJectis omnibus foras. Syriac. *Ejecit homines foras.* Arabic. *Eduxit eas*, ſcilicet mulieres *foras* rejectivè. Noſtra vulgata *Omnes* nempe tam homines, quam mulieres. *Ejectis omnibus:* Gloſſa Ord. *Ne indigni ſignum viderent.* Lyran. *Ut Deum ſecretius, efficaciuſque exoraret.* Chryſoſt. *Ne lachrymis conturbaretur, neque confunderetur.* Et in hoc ſecutus eſt Petrus Chriſti D. exemplum, cum Archiſynagogi filiam ſuſcitavit, Matth.9.n.25. quod etiam jam ſpiritu Prophetico fecit parens Eliſæus, cùm filium Sunamitidis excitavit, 4.Reg.4.n.33. 250. Primaſ. Syriac. Gloſſa Lyra. D.Chryſoſt. 4.Reg.4.

Petrus ponens genua oravit. Arabic. *Complicatis genibus oravit*, ut ex tanta humilitate oratio eſſet efficacior, & valde mirum quod Petrus, qui umbra ſua ſuſcitaverat mortuos, tanta nunc facit ad hanc ſuſcitandam fœminam! Reſpondent Chryſoſt. & Oecumen. *Quia interdum fides accedentium magis, minuſve cooperatur.* Dicam etiam, ut ita Petrus oſtenderet magnum ſuum effectum in hoc opere edendo, tum commotus lachrymis viduarum, ac operibus Tabithæ, communis omnium benefactricis, maximè cum eſſet certus de miraculo edendo, ut advertunt Lyranus, Carthuſ. & Ararot. 251. Arabic. D.Chryſoſt. Oecum. Lyran. Carthuſ. Ararot.

Et converſus ad corpus. Syriac. *Converſus ad cadaver. Tabitha ſurge*, eam proprio nomine vocat ad majorem energiam. *Surge*, D.Cypr.lib.de eleemoſyna cap.10. habet: *Surge in nomine Ieſu Chriſti*, & quamvis hoc non exprimatur, ſubintelligitur, & ad ipſum Jeſum oravit Petrus ad miraculum patrãdum, in cujus virtute cuncta operabatur, & ideo cum Chriſtus ſuſcitat filium viduæ ait: *Adoleſcens, tibi dico ſurge*, Luc.7.n.15. non ſic Petrus cum hac fœmina; quia Chriſtus propria operabatur virtute, nõ ſic vero Petrus, qui non ſua, ſed Chriſti virtute operabatur. 252. Syriac. D Cypr. Luc.7.

Verſ.41. *Dans autem illi manum.* Syriac. *Et porrexit* 253. Syriac.

rexit ei manum ſuam. Cum Petrus dixiſſet: Tabitha ſurge à ſomno mortis eſt excitata, & cùm data manu erexit adhuc debilem, jam pedibus firmam, & cum perfecta ſanitate ſtare fecit; *& cum vocuſſet Sanctos* Chriſtianos fideles, qui ita in prima Eccleſia vocabantur? *Aſſignavit.* Syriacus: *Dedit eam viventem.*
Tigurin. Tigur. *Exhibuit eam.*

254. Bellarm. Lorin. Tyrin. Advertunt tamen Cardinalis Bellarm. lib. de Purgatorio cap. 4. Lorin. Tyrinus, quod illi, qui diſcedunt ex hac vita in gratia, ſi contingat miraculo ſuſcitari, de ſua ſalute certos eſſe, alioquin non beneficium ipſis, ſed magnum damnum inferretur: Dicendum tamen exiſtimo (in quo etiam Authores citati conveniunt) Deo eſſe omnia præſentia, ac proinde ille, qui moritur, ſi iterum ſuſcitandus eſt ad vitam, non accipit ſententiam finalem, nec eſt in Cœlo, nec in Inferno, neque in Purgatorio, ſed ejus anima eatenus quam in depoſito eſt in certo loco à Deo ordinato.
Qui reſuſcitandi ſunt non finaliter judicantur.

255. Syriac. Arabic. Verſ. 42. *Notum factum eſt.* Syriacus: *Id innotuit per totam Civitatem.* Arabicus: *Et nota facta eſt fama iſtius per totam Civitatem*, & crediderunt videntes facta mirabilia in nomine Jesu, & baptizati ſunt recipientes ejus fidem.

256. Syriac. Verſ. 43. *Factum eſt autem* Syriacus: *Per dies non paucos, ut habitaret in ædibus. Apud Simonem quendam Coriarium.* Ut ex radice Græca conſtat, ſunt qui coria macerant, vel concinnant, & inde calcei, thoraces, & alia ſimilia fieri poſſunt, de quo latius q. ult.

QUÆSTIO XXXIV.

Quare D. Petrus non ſolum voce, ſed etiam manu extenſa hanc fœminam ſuſcitat eam vocans nomine ſuo?

257. Secundo quod inquirit quæſtio, à quo incipio cur Petrus hanc fœminam ſuſcitans exemplum ſui divini Magiſtri non imitatur, qui cùm ſuſcitaret filiam
Matth. 9. Archiſynagogi, Matth. 9. n. 25. ejus nomen non protulit, & ait: *Puella tibi dico ſurge.* Cur Petrus non aſſimilatur ſuo divino Magiſtro, ſed ab ejus veſtigijs diſcedit, & omnium primum mulieris nomen exprimit *Tabitha ſurge?*

258. Reſpondeo, quod in nomine Tabitha prolato à D. Petro denotantur illuſtriſſimæ hujus mulieris virtutes, quibus omni gratia, beneficio, ac dono digniſſima extabat, ut dixi ſupra q. 31. frequenter nomina vir-
Matth. 28. tutum indices ſunt D. Matth. 28 n. 1. *Veſpere autem Sabbathi, quæ luceſcit in prima Sabbathi venit Maria Magdalena, & altera Maria videre ſepulchrum.* Ali-
Luc. 24. ter verò ſcribit D. Luc. 24. n. 1. *Una autem Sabbathi valde diluculo venerunt ad monumentū portantes, quæ portaverunt aromata.* Ecce D. Matth. exprimit mulierum nomina, non tamen eorum charitatis, ac devotionis monumenta, quæ tamen Lucas ſcribens eorū nomina tacet, cur ſimul cum nominibus earum præclara opera non ſcribuntur; quia tanti nominis ſplendor non poterat reperiri, niſi cum tam magnis virtutibus, & tanta virtutis claritas apud D. Lucam magnam nominis illuſtrationem denotat. D. Ambroſ. apud Lucam ibi: *Denique alia cum unguento prima Sabbathi venerunt, alia ſine unguēto veſpere Sabbathi, iſtarum tamen nomen exprimitur, illæ de Galilæa ſecutæ Dominum deſignantur*, quod virtus, & probitas deſignatur.
Nomina virtutū indices.
D. Ambr.

259. Quæſtio tamen principaliter inquirit; cur Petrus, qui magna, & præclara mirabilia voce, & umbrâ operabatur, ut hanc mulierem ſuſcitaret, ejus manum apprehenderit: *Dans autem illi manum erexit eam.* Tabitha manus ſuas extendebat ad pauperes, ut eis ſubveniret, eorumque miſeriam ſublevaret; manus ergo ipſa contactu Apoſtolico eleemoſynæ fructum recipiat, ut per ipſam vigens vita in tantum corpus refundatur, ut canit Arator lib. 2. in Acta.
Per manus beneficas dona excipiūtur.

Illa manus meruit Petri contingere dextram,
Pauperibus quæ larga fuit.

Digniſſimum notatu eſt, quod, ut Deus conſtitueret ſeptuaginta viros ad regimen populi Iſrael, ait Moyſi quod eos eligat, & congreget, & ait Deus: *Auferam de ſpiritu tuo, & tradam eis, ut ſuſtineant tecum populi onus*, Num. 11. n. 17. At volens Deus conſtituere Joſue ducem, & gubernatorem populi pro Moyſe, ait Deus ipſi Moyſi: *Tolle Ioſue filium Num virum, in quo eſt Spiritus Dei, & pone manum tuam ſuper eum, & dabis ei partem gloriæ tuæ, ut audiat eum omnis Synagoga filiorum Iſrael*, Num. 27. n. 18. Ut conſtituantur ſeptuaginta ſenes ad regimen Populi, Deus aufert de ſpiritu Moyſis, & dat illis, at ut Ioſue Princeps populi creetur, non Deus, ſed Moyſes manuum impoſitione illū ſuo ſpiritu diteſcit, ac nobilitavit, quæ ratio differentiæ in hoc facto? Joſue Miniſter erat Moyſis, illumque in cunctis manibus ſuis inſerviebat, Exod. 24 n. 13. & c. 33 n. 11. Ordinat igitur Deus, ut Moyſes ponat manus ſuper Joſue Miniſtrū, ut per eas, ut notant Theodor. q. 48. & Abulenſ. q. 22. accipiat ſpiritum ſalutarē ad rectè, ac congruè gubernandum populum. Manus Joſue ſervientes miniſtraverunt Moyſi, inde manus Moyſis factæ ſunt perēnes fontes, ut omnem donorū, ac gratiarum abundantiā exundarent in Joſue, ut ipsū fertiliſarent in omni juſtitia, ac ſanctitate, Joſue manibus ſervivit Moyſi, mānibus Moyſis condecoretur. 260.
Num. 11. Num. 27. Exod. 24. Exod. 33. Theod. Abulenſ.
Manus ſervientes Moyſi à Moyſe locupletantur.

Poſtulat parens Elias à muliere Sareptana buccellam panis, quæ ſe excuſans, ait: *Vivit Dominus Deus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ, & parum olei in lecytho.* Ad quam Elias inſtanter ait: *Affer, & da mihi: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur*, 3. Reg. 17. n. 14. Quamvis illa vaſa frequenti ablatione eſſent ex natura ſua minuenda, tamen manus mulieris, quæ egenti Prophetæ factæ ſunt continuo ſtillicidia ſtillantiā panem, & oleum, ut ſemper creſceret, & non minoretur. D. Eucher. ait: *Facta eſt igitur manus viduæ perenne torcular, & mola jugiter fundens.* 261.

QUÆSTIO XXXV.

Quare tam cito exaudit Deus Petri orationem pro Tabitha, cum ipſe dicat ſe non exauditurum Noë, Iob, & Danielem orantes pro Populo?

Ait Deus per Ezech. 14. n. 19. *Si peſtilentiam miſero ſuper terram illam, & effudero indignationem meam ſuper eam, ut auferam ex ea hominem, & Noë, & Daniel, & Iob fuerint in medio ejus, vivo ego dicit Dominus, quia filium, & filiā non liberabunt.* Hos tres inſigniter nominat, quia ſua juſtitia, ac virtute, ut ait Prado fuerunt tres Soles nitentes, ac reſplendentes in mundo, & inde exoritur magna quæſtio: tres viri illi tam præclariſſimi in omni juſtitia, & ſanctitate orantes pro filijs, & filiabus ſimul non ſunt exaudiendi, & Petrus pro una defuncta, & ſibi devota ſic exauditur, non vero tres illi præclariſſimi viri? 262. Ezech. 14
Difficultas quæſtionis.

Reſpondeo, quod de hac Tabitha, dicitur, quod *plena operibus bonis, & eleemoſynis, quas faciebat.* In illis tribus viris apud Ezechiel. erat eorum protectio cum oratione ſimul conjuncta tantum; at verò in D. Petro, cum oratione erat cōjuncta eleemoſynarum in pauperes largitas, & pauperum levamen, ex quo tam efficax facta eſt oratio, tamque validum patrocinium, ut abſque aliqua mora deſiderata vita fuerit adepta, & quæ erat mortua cum perfecta ſanitate in omnium oculis rediviva gradiretur. D. Chryſoſt. in 263.
Oratio auxiliatur ab eleemoſyna, & bonis operibus.
D. Chryſoſt.

Pſalm.48. ait: *Audi, quid dicat Propheta, ſi ſteterit Noe, & Iob, & Daniel filios ſuos, & filias ſuas non liberabunt, quantum luxit Samuel, & Saulem non eripuit! quantum precatus eſt Ieremias, & Iudæos nihil juvit. Quid ergo, ſunt ne ſupervacua Sanctorum preces! Nequaquam, ſed magnas vires habent, quando tu quoque eis auxilium tuleris; ita etiam Petrus ſuſcitavit Tabitham non ſolam oratione, ſed etiam illius eleemoſyna.* Ecce preces præclariſſimorum virorum ſine eleemoſyna non impetrant, maximè cum illa adjuvantur. Vide quæ dixi ſupra cap.4. q.20. n.149. 150. 151. & hoc cap.9.q.31.n.238. & 239.

QUÆSTIO XXXVI.

Quare magnus Parens Eliſæus ad ſuſcitandum filium Sunamitidis multa adhibet, non ſic Petrus ad ſuſcitandam Tabitham?

264. VT Eliſæus filium viduæ ſuſcitaret ea mortis facie: *Incubuit ſuper puerum, poſuitque os ſuum ſuper os ejus, & oculos ſuos ſuper oculos ejus, & manus ſuas ſuper manus ejus, & incurvavit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri*, 4 Reg 4.n.34. Ecce tot, & tanta adhibet Propheta, ut vivificetur Puer, non ſic vero Petrus erga Tabitham, ſed uno verbo: *Surge Tabitha* totum miraclum perfecit, & abſolvit. *(4 Reg 4.)*

265. In hac quæſtione ſolvenda multus eſt D.Baſilius Seleucus tota oratione 10. Primo ait: Eliſæus Sunamitidis filium non ad vitam erexit oratione, *at Dorcadem Petrus*, & ſtatim ſubdit: *Non orationis praſidio mortuam vita reſtituit, ſed ſe ipſum reliquijs injecit.* Scilicet membris corporis Eliſæi multum reſtitit mors etiam pluribus actionibus adhibitis, non ſic vero Petro, cum orationis auxilio munitus accederet, & ita ei omnia ſunt facilia, & in promptu, omnia rumpit, nilque ei valet reſiſtere. *(D.Baſil. Seleuc. — Oratio prompta, facile impetrat omnia.)*

266. Sancti *viri autem tres, id eſt Sidrach, Miſach, & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis colligati, & ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Dominum*, Daniel 3. n.23. De quo cum Rex accederet ad fornacis oſtium totus admiratione plenus exclamans, ait: *Ecce video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis*, duo hic apparent ſtupenda miracula, unum, quod inter voraces flammas crudeliſſimi vitæ tortores viverent: alterum quod cum eſſent colligati ſoluti ambularent; & quis tanta miracula eſt operatus mortem vincens, vincula diſrumpens? una eorum oratio, qua benedicebant, & laudabant Deum. D.Chryſoſt.homil.18. in epiſt. ad Epheſios ait: *Rex caminum vehementer accendi juſſit, ſed pſallentibus illis ſoluta ſunt jam vincula, & pedum, & manuum*, una oratio omnia comprimit, reſerat, ac vincit. *(Dan 3. — Oratio ſolvit vincula, & vincit omnia. — D Chryſoſt.)*

267. Secundo idem Baſilius Seleucus, ait: *Populus autem gentium erat ille mortuus Eliſæi vi peccatorum, venit ſpiritualis Eliſæus, & univerſa ejus membra mortua deprehendit, os, oculos, manus, pedes, & universè mortuus erat. Os, quod ad laudandum Deum non poterat aperire: Sed ligno dicebat: Pater meus es, & lapidi, tu genuiſti me: mortui oculi, quia in Deum univerſi non figebantur, verum prætermiſſo creatore colebant creaturam: Mortua manus, quæ Dæmonibus fructus offerebant: Mortui pedes, qui, ut adoraretur Diabolus, flectebantur: putridum erat corpus univerſum, Medico præpotente egebat.* Puer iſte Eliſæi repræſentabat demortuum genus humanum, at Tabitha erat mulier ſancta, & devota, unum leve verbum ſufficiebat: *Tabitha ſurge:* At puer ille figuram generis humani gerebat in omnibus membris, ac operationibus, & ideo ſingulæ fuerunt fovendæ, ac vivificandæ, ut reſurgerent ad vitam. *(D Baſil. Seleuc. — Qui ſervus peccati, mortuus eſt.)*

Ait Dominus ad Ezechiel.37.n.4. *Dixit Dominus ad me: Vaticinare de oſſibus iſtis, & dices eis: Oſſa arida audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus Deus oſſibus iſtis.* Mandat Deus Prophetæ, ut loquatur cum oſſibus, & oſſibus aridis, quæ jam ſunt expoliata ab omni vigore vitali, & quomodo talia oſſa poterant audire verbum Dei, & percipere quæ dicebantur? Per oſſa arida intelligit Propheta juxta D.Hieron. Theodoretum, Procopium, & alios Judæos in captivitate detentos amiſſa omnis ſalutis ſpe, & cum eſſent peccatores, non erant homines vivi, ſed mortis pabulum, cadaver vivum, & oſſa arida; ad hoc pertinet id, quod ait D.Ambroſ.lib.2.de Cain, & Abel cap.9. *Impij etiam ſi videantur vivere, miſeratiores ſunt omnibus mortuis, carnem ſuam ſicut tumulum circumferentes, cui infelicem infuderunt animam ſuam. Quid enim aliud eſt, quam ſepultura, quæ inter humũ volvitur, & terra avaritiæ cupiditatibus, cæteriſque vitijs includitur, ut gratiæ cœleſtis auram ſpirare non poſſint.* 268. *(Ezech. 37. — D. Hier. Theod. Procop. — D.Ambr.)*

Multo cum gaudio, multaque feſtivitate dicunt Jacob ejus filij, Gen.45.n.26. *Filius tuus Ioſeph vivit.* Ex quibus colligit Origen.hom.15.in Geneſim, quantum ſe Joſeph immundum, ac purum ſervavit ab inquinamẽto, ac turpitudine impudicæ Ægyptiacæ, nam ſi illis eſſet illaqueatus non vivus, ſed mortuus fuiſſet, ſic ait citatus Origenes: *Si enim putamus, quia potuiſſet vinci à libidine, & peccare cum uxore Domini ſui, non puto, quod hoc à Patriarchis dicto nuntiatum fuiſſet patri ejus Iacob, quia filius tuus Ioſeph vivit; Hoc enim ſi feciſſet, ſine dubio non vivebat. Anima, quæ peccat, ipſa morietur.* 269. *(Gen 45. — Ubi peccatũ non viva, ſed mors. — Origen.)*

QUÆSTIO XXXVII.

Quare D.Petrus non hoſpitatur apud aliquem Principem, vel apud Tabitham, ſed apud Simonem Coriarium?

HOſpitatur D.Petrus apud Simonem Coriarium, non Curialem, ut legunt Magiſter Hiſtor. Eccleſiaſt.c 49. in Acta Carthuſ. Hugo, ſed legendum Coriarium, ut habet noſtra vulgata, & cæteri omnes legunt, & ex radice Græca conſtat, & ſignificat illũ, qui Coria, ſeu pelles macerat, vel concinnat, ſeu præparat, ut inde calcei, ſeu ocreæ, vel thoraces fiant; Hujus domum ad hoſpitandum per multos dies elegit Petrus. 270. *(Magiſt. Hiſtor. Eccleſ. Hugo. Carthuſ. — Vera lectio.)*

Primo D Chryſoſt. & Oecum. multis extollunt laudibus D.Petri modeſtiam; non elegit ad habitandum domum alicujus divitis, aut potentis, ſed pauperis, & humilis opificis, ne divites ſuperbeſcant, ac extollantur quod illi ſoli quærantur, & æſtimentur, & pauperes contemnantur, inde iſte pauper, & humilis eligitur; maximè, ut exiſtimo, Simon iſte Coriarius, erat vir juſtus, & probus, ideo præ cæteris ejus domum elegit Petrus, ut cum eo frequenter de Deo loqueretur, atque ex converſatione Petri multum homo deberet proficere. 271. *(D.Chryſoſt. Oecum. — Pauperes non contemnendi.)*

Secundo, ut ait Oecumen.cap.ſeq. n.6. *Segregata ab urbibus loca ſectabantur Apoſtoli, utpote quietis, & ſolitudinis amici.* Ut ita altius meditationi, ac contemplationi vacarent, talis videtur fuiſſe, & Lydiæ domus, ad quam invitatus eſt Paulus, & ad eam divertit, Act.16.n.13. & 15. ſequentes Chriſti exemplum; quia, ut ait D.Lucas 5. n 16. *Ipſe autem ſecedebat in deſertum, & orabat:* Domus autem hæc Simonis erat extra Urbem juxta mare, ut patet ex cap. ſequenti n.6. & etiam nunc, ut teſtatur Ganæus peregrinis oſtenditur reſiduum ex ejus ruinis, & ibi ſacellum in honorem D.Petri eſt ædificatum. 272. *(Oecum. — Iuſti quærunt loca ſecreta. — Act 16. Luc. 5.)*

Tertio non hoſpitatur apud Tabitham, ne videretur 273.

retor ob beneficium miraculi exhibitum, hoſpitalitatis gratiam exciperet; Cœleſtia dona gratis dantur abſque alicujus lucri intuitu. In illa primitiva Eccleſia, qui convertebantur, vendebant poſſeſſiones ſuas, & earum pretia *ponebant* ante pedes Apoſtolorum, Actor 4 n. 34. Cum ſacri Apoſtoli magna miracula edidiſſent, ne quiſpiam cogitaret, quod alicujus rei intervento illa fierent, ideo pretia non dabantur in eorum manibus, ne viderentur illa accipere, ſed ante pedes, tamquam contempta ab ipſis Apoſtolis, ut per aliorum manus ex communi conſenſu in pauperes diſtribuerentur.

Cœleſtia dona non dantur lucri intuitu.

274. Quarto non hoſpitatur apud Tabitham Petrus, ut Princeps Apoſtolorum, ac omnium Eccleſiaſticorum caput, in magnum exemplum, quod Eccleſiaſticus non debet ſimul in eadem domo habitare, ac commorari cum muliere, cujus converſatio ruinis, ac periculis valde proclivis eſt. Ad hoc Chriſtus D. omnium exemplar magnum nobis præbet documentum; multæ piæ mulieres ipſum cum diſcipulis ſuis ſequebantur eis adminiſtrantes, Luc. 8. n. 3. Et cum Chriſtus D. ſæpe cum Apoſtolis apud Matthæum, & Zachæum, alioſque hoſpitaretur, nunquam lego quod ibi ad menſam adeſſent mulieres, mulieribus ex officio incumbit miniſtrare, non tamen cum eis convenit manducare, ac converſari.

Eccleſiaſtici non cohabitent cum mulieribus.

Luc. 8.

275. Cum ex Civitate veniſſent diſcipuli, invenerunt Magiſtrum loquentē cum Samaritana. ſcribit Ioan. 4. n. 27. *Et mirabantur, quod cum muliere loquebatur.* Hujus admirationis cauſas, multas dedi tom. 2. in Evangel cap. 5. q. 31. per totam; ea mihi magis arridet cum Caietano, qui ait: *Nulla alia redditur ratio hujus admirationis, niſi locutio Chriſti cum muliere, & dixit hoc Evangeliſta ad ſignificandum inſolitam fuiſſe locutionem Chriſti cum muliere.* Vide proximè citatum locum.

Ioan. 4. *Mirabantur diſcipuli, quod Chriſtus loquatur cum muliere.*

276. Veniat nunc in exemplum Samſon ille fortiſſimos, qui tamquam Nazaræus Deo conſecratus veluti Eccleſiaſticus dici poteſt, qui innumeros hoſtes de eis triumphans deſtruxit, profligavitque; hic tam ſublimis, ut ad fœminam convenit, ait Text. Iudic. 16. n. 19. *At illa dormire eum fecit ſuper genua ſua, & in ſinu ſuo reclinavit caput, vocavitque tonſorem, & raſit ſeptem crines ejus: quem cum apprehendiſſent Philiſthiim ſtatim eruerunt oculos ejus.* Ecce magnus ille, & inclytus triumphator, modo victus, cœcus, & alligatus jacet; unde illi hoc? quandiu à muliere ſequeſtratus, glorioſus extitit victor, at vero ut primum cum muliere habuit commercium, ſtatim omnia mala conglomerata in eum irruerunt. Eleganter D. Ephrem in Paraneſide Jud. & Retrib. ait: *Qui percuſſerat mille viros in maxilla aſini, poſtquam concupivit cum vipera habitare, illico capilli Nazaræo defluxere, oculiſque ſuis privatus miſerabilis, atque ridiculus omnibus ſubito eſt demonſtratus.* Illud tamen maximè eſt expendendum, ad quid mulier vocat tonſorem, quod mulier poterat per ſe ipſam præſtare? Tonſor Diabolus erat, & cum mulier loquitur cum viro ſtatim Diabolus adeſt, ut tamquam tonſor virtutes radat, faces accendat, libidines excitet, concupiſcentias inflammet.

Iudic. 16. D. Ephr.

Cum homo loquitur cum muliere adeſt Diabolus!

CAPVT X.

1. *Vir autem quidam erat in Ceſarea nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica.*
2. *Religioſus, ac timens Deum cum omni domo ſua faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Deum ſemper.*
3. *Is vidit in viſu manifeſtè, quaſi hora diei nona, Angelum Dei introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi, Corneli.*
4. *At ille intuens eum, timore correptus, dixit: quid eſt, Domine? Dixit autem illi orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei.*
5. *Et nunc mitte viros in Ioppen, & accerſi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus.*
6. *Hic hoſpitatur apud Simonem quendam Coriarium, cujus eſt domus juxta mare; hic dicet tibi, quid te oporteat facere.*
7. *Et cum diſceſſiſſet Angelus, qui loquebatur illi, vocavit duos domeſticos ſuos, & militem metuentem Dominum, ex his, qui illi parebant.*
8. *Quibus cum narraſſet omnia miſit illos in Ioppen.*
9. *Poſtera autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus Civitati, aſcendit Petrus in ſuperiora, ut oraret circa horam ſextam.*
10. *Et cum eſuriret, voluit guſtare. Parantibus autem illis cecidit ſuper eum mentis exceſſus.*
11. *Et vidit Cœlum apertum, & deſcendens vas quoddam, velut linteum magnum quatuor initiis ſubmitti de Cœlo in terram.*
12. *In quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cœli.*
13. *Et facta eſt vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca.*
14. *Ait autem Petrus: abſit Domine, quia nunquam manducavi omne commune, & immundum.*
15. *Et vox iterum ſecundo ad eum: Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris.*
16. *Hoc autem factum eſt per ter, & ſtatim receptum eſt vas in Cœlum.*
17. *Et dum intra ſe hæſitaret Petrus, quidnam eſſet viſio, quam vidiſſet: ecce viri, qui miſſi erant à Cornelio, inquirentes domum Simonis aſtiterunt ad januam.*
18. *Et cum vocaſſent, interrogabant, ſi Simon, qui cognominatur Petrus illic haberet hoſpitium?*
19. *Petro autem cogitante de viſione, dixit Spiritus ei: Ecce viri tres quærunt te.*
20. *Surge itaque, deſcende, & vade cum eis nihil dubitans, quia ego miſi illos.*
21. *Deſcendens autem Petrus ad viros, dixit: Ecce ego ſum, quem quæritis, quæ cauſa eſt, propter quam veniſtis?*
22. *Qui dixerunt; Cornelius Centurio, vir juſtus, & timens Deum, & teſtimonium habens ab univerſa gente Iudæorum, reſponſum accepit ab Angelo Sancto, accerſire te in domum ſuam, & audire verba abs te.*
23. *Introducens ergo eos recepit hoſpitio: ſequenti autem die ſurgens profectus eſt cum illis, & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati ſunt eum.*
24. *Altera autem die introivit Cæſaream, Cornelius verò expectabat illos, convocatis cognatis ſuis, & neceſſariis amicis.*
25. *Et factum eſt cum introiſſet Petrus obvius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes ejus adoravit.*
26. *Petrus vero elevavit eum, dicens: Surge & ego ipſe homo ſum.*
27. *Et loquens cum illo intravit, & invenit multos, qui convenerant.*
28. *Dixitque ad illos; Vos ſcitis quomodo abominatum ſit viro Iudæo conjungi, aut accedere ad alienigenam, ſed mihi oſtendit Deus, neminem communem, aut immundum dicere hominem.*
29. *Propter quod ſine dubitatione veni accerſitus: Interrogo ergo, quam ob cauſam accerſiſtis me?*
30. *Et Cornelius ait: A nudius quarta die uſq; ad hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir ſtetit ante me in veſte candida, & ait:*

31. *Corneli, exaudita eſt oratio tua, & eleemoſyna tua commemoratæ ſunt in conſpectu Dei.*
32. *Mitte ergo in Ioppen, & accerſi Simonem qui cognominatur Petrus; hic hoſpitatur in domo Simonis Coriarij juxta mare.*
33. *Confeſtim ergo miſi ad te, & tu benefeciſti veniendo: Nunc ergo omnes nos in conſpectu tuo adſumus audire omnia quæcumque tibi præcepta ſunt à Domino.*
34. *Aperiens autem Petrus os ſuum, dixit: In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus.*
35. *Sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi.*
36. *Verbum miſit Deus filijs Iſrael, annuncians pacem per Ieſum Chriſtum (hic eſt omnium Dominus.)*
37. *Vos ſcitis, quod factum eſt verbum per univerſam Iudæam, incipiens enim à Galilæa poſt Baptiſmum, quod prædicavit Ioannes,*
38. *Ieſum à Nazareth; quomodo unxit eum Deus Spiritu ſancto, & virtute, qui pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo, quoniam Deus erat cum illo.*
39. *Et nos teſtes ſumus omnium, quæ fecit in regione Iudæorum, & Ieruſalem, quem occiderunt ſuſpendentes in ligno.*
40. *Hunc Deus ſuſcitavit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri.*
41. *Non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo, nobis, qui manducavimus; & bibimus cum illo, poſtquam reſurrexit à mortuis.*
42. *Et præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari, quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt à Deo Iudex vivorum, & mortuorum.*
43. *Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen ejus, omnes, qui credunt in eum.*
44. *Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant verbum.*
45. *Et obſtupuerunt ex circumciſione fideles, qui venerant cum Petro, & in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt.*
46. *Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum.*
47. *Tunc reſpondit Petrus: Nunquid aquam quis prohibere poteſt, ut non baptizentur hi, qui Spiritum ſanctum acceperunt, ſicut & nos?*
48. *Et juſſit eos baptizari in nomine Domini Ieſu Chriſti. Tunc rogaverunt eum, ut maneret apud eos aliquot diebus.*

ARGVMENTVM.

Centurio Cornelius Romanus monitu Angeli ex Joppen vocat Petrum in Cæſaream, & ab eo in fide inſtructus baptizatur, quod antea cœlitus fuerat Petro manifeſtatum per viſionem lintei, & quadrupedum, in quo denotabatur apertum oſtium gentibus ad fidem, & Eccleſiam.

Caput 10. *n.* 1. Vir autem quidam erat in Cæſarea nomine Cornelius Centurio cohortis, quæ dicitur Italica.

Num. 2. Religioſus, ac timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Deum ſemper.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I.

Verſ. 1. *Vir autem quidam erat.* In quo tot, &
1. tantæ virtutes reſplendebant, & ideo
dicitur *Vir quidam* tamquam unus, & ſingularis *In*
Cæſarea. *Cæſarea* non Philippi, ſed Palæſtinæ, conſtituta erat
in littore maris Mediterranei, arx fortiſſima multis
mœnibus circumdata, dicta turris *Stratonis* & Ra-
Cornel. nus, Corneliorum Romæ familia erat illuſtriſſima
magnorum virorum, qui à cornu, id eſt fortitudine
dicti ſunt.
2. Arabic. *Centurio cohortis, quæ dicitur Italica.* Arabic. *Cen-*
turio legionis Regiæ. Centurio dicebatur, qui centum
Caiet. milites ſub ſe habebat; Caietanus exiſtimat hunc
fuiſſe principalem Centurionem ex tota legione qui
præferebat vexillum, in quo erat inſigne Romano-
rum, nempe Aquila, & huic ſententiæ favet lectio
Arabica: Legio conſtabat ex decem Centurionibus.
Cohortis, id eſt ex cohorte, cohors habet ſub ſe mul-
3. Quid cohors. tas Centurias, ac Centuriones, ex quibus unus erat
Cornelius, cohors conſtabat ex quinquaginta mani-
pulis, manipulus habebat ſub ſe 25. milites; rectè ta-
men ſcio, quod à varijs Authoribus varij numeri
conſtituuntur in Centurionis legione, cohorte, ac
Veget. manipulo; de quo latè Vegetius lib. 2. cap. 6. Lipſius
Lipſius. lib. 2. de militia Romanorum Laurent.

Verſ. 2. *Religioſus, ac timens Deum.* D. Chryſoſt. 4.
Pius. Arabic. *Optimè ſe gerens.* Syriac. *Et erat iſte ju-* D. Chryſoſt.
ſtus. Æthiopic. *Vir fidelis.* Erat vir bonus, ac fidelis Arabic.
cum multo timore colens, ac venerans Deum. *Cum* Syriac.
omni domo ſua. Arabic. *Una cum domeſticis ſuis om-* Æthiop.
nibus. Oecum. *Cum tota familia ſua.* Semper minores Oecum.
ſuum ſequuntur ſuperiorem, & ad eorum exemplar
omnia componuntur. De ejus moribus, ac virtuti-
bus dicam q. 2. & 3.

QUÆSTIO I.

Quare cùm de converſione gentium agere aggredimur à ſanctiſſima Virgine Maria ſit incipiendum?

Planum, atque evidens eſt, quod oſtium ſalutis, 5.
ac æternæ vitæ per Virginis Mariæ interceſſio- Per interceſſionem
nem gentibus eſt apertum, ac proinde cum de con- Deiparæ
vocatione gentium ad Eccleſiam, ac illius acceſſum, ſalvantur.
de ſanctiſſima Virgine incipiendus eſt ſermo? De illa
ait N. D. Cyrill. Alex. tom. 4. homil. 6. contra Neſto- D. Cyril.
rium: *Omnis creatura idolorum errore detenta per te*
converſa eſt ad notitiam veritatis, & fideles homines
ad ſanctum Baptiſma pervenerunt, atque in toto Orbe
terrarum conſtructæ ſunt Eccleſiæ. Te adjutrice gentes
veniunt ad pœnitentiam. Quid plura? Per te Unigeni-
tus Dei Filius, vera illa lux fulſit ſedentibus in tene-
bris, & umbra mortis.
Poſtquam Angelus ſignavit duodecim millia ex 6.
qualibet tribu filiorum Iſrael, ſcribit D. Ioan. Apoc. 7. Apoc. 7.
n. 9. *Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare*
nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & po-
pulis,

pulis, & linguis ſtantes ante thronum, & in conſpectu Agni amicti ſtolis albis, & palma in manibus eorum, & clamabant voce magna dicentes, ſalus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum, & Agno Illa millia ex qualibet filiorum Iſrael tribu, habebat unuſquiſque in fronte unum ſignum, v. g. literam *Thau*: At iſta magna multitudo ex omnibus gentibus, populis, & linguis multò illuſtrior apparebat; nam omnes erant amicti ſtolis albis ob ſuam eximiam puritatem, & juſtitiam, palmas manibus habebant, tamquam triumphatores de omnibus inimicis viſibilibus, & inviſibilibus, & tamquam Beati in Cœlo Deum laudabant. Unde huic multitudini gentium, ac populorum tantus ſplendor: *Erant ante thronum*, ſeu, ut ex græco legi poteſt *juxta thronum*. Thronus præfigurabat Sanctiſſimam Virginem Mariam D. Bonavent. in ſpeculo cap. 8. ait: *Tu Maria es thronus illi, indeficiens, thronus in æternum, thronus Filij Dei, de quo Pater per Prophetam ait: Thronus ejus ſicut Sol in conſpectu meo.* Cum populus gentium, qui antea erat denigratus, & ſordeſcens peccatis, Diabolo, ac idolis ſerviens acceſſit ad Dei thronum, Virginem nempe Mariam, ea ejus umbra, & protectione tantum excrevit, ut veſte candida glorioſus appareret, ac illuſtri palma triumphator radiaret, & in ore reſonant Dei laudes.

D. Bona. *Per virginem gentes venerunt ad fidē.*

7. Ait Zacharias 4. num. 2. *Vidi, & ecce Candelabrum aureum totum, & lampas ejus ſuper caput ipſius* D. Hieronymus ibi ait: *Lampadem id eſt flammam in vertice Candelabri lucentem, atque fulgentem Chriſtum, qui omnem Mundum illuminat, ut Iudæi interpretantur.* Loquitur Propheta de Chriſto Domino veniente in hunc mundum, qui omnem hominem illuminat, ſed in quo iſta Divinitatis flamma lucet, ac illuminat in candelabro aureo, nempe Sanctiſſima Virgine Maria auro puro abſque ulla peccati originalis, vel actualis fæce. D. Anaſtaſius Niſſen. quæſtione 53. ait: *Quid eſt ergo candelabrum? Sancta Maria; Cur autem candelabrum? quoniam materia expertem lucem geſtavit Deum Incarnatum.* Chriſtus Dominus lampas, & lux fulgentiſſima eſt, qui fulgore ſui ſplendoris, omnes illuſtrat homines, ſed in quo, & per quem tanti ſui luminis ſpargit radios in candelabro aureo, nempe Sanctiſſima Virgine. *Te adjutrice gentes veniunt ad pœnitentiam, quid plura? per te unigenitus Dei Filius; vera illa lux fulſit ſedentibus in tenebris, & umbra mortis.*

Zachar. 4. D. Hier.

D. Anaſt. *Maria adjutrice gentes veniunt ad fidē.*

8. De Sanctiſſima Virgine loquens Divinus Sponſus, ut exponit Rupertus Abbas ait: *Puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.* Cantic. 4. num. 15. B. Virgo dicitur puteus ob altitudinem, profunditatem, ac gratiarum immenſitatem, quæ in ea reconduntur, & ſunt abſcondita ob oculis noſtris: *Solus enim, qui eam creavit in Spiritu Sancto menſus*, ut dicitur in ſapientia. *Dicitur puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano:* per Libanum Theodoretus, & Rupertus intelligunt Judæam, ſeu Ieruſalem, quia Libanus terminus eſt Iudææ ex una parte, per aquas vero defluentes intelliguntur populi juxta illud Apocalypſis 17. numero decimo-quinto: *Aqua populi.* Dicitur Virgo Maria Puteus aquarum, quia ut ſanctiſſima, ac piiſſima omnium, cunctos in ſe recipit fovet, ac alimentat. Tamen profundè nota, quod aquæ, ſeu populi non dicuntur vivæ dum fluunt à Libano, ſed dum in hoc ſacratiſſimo puteo recipiuntur, ipſa puriſſima Virgo ſua prece, ac interceſſione conſtituit, ac creat vivos in gratia juſtitia, ac ſanctitate: *Puteus aquarum viventium.*

Rupert. Cant. c. 4

Theod. Rupert.

Virgo ſua prece nos facit vivos in gratia.

QUÆSTIO II.

Quis eſſet Cornelius, & qualis eſſet ejus fides antequam ipſe veniret ad D. Petrum?

9. VT notat Lyranus poſtquam D. Lucas deſcripſit publicationem Evangelij per Petrum inter Iudæos, nunc conſequenter idem facit de prædicatione Petri inter Gentiles, & exordium ducit à vocatione Cornelij.

Lyran.

10. Cornelius iſte erat Vir Illuſtriſſimus, & ut communiter dicitur Italus, ac Romanus Flavius Dexter anno Chriſti 34. aſſerit fuiſſe Hiſpanum, & Bonarius in commentario citati Dexter. commento 3. contendit cohortem hanc Italicam, cujus in præſenti fit mentio, fuiſſe collectam ex quadam Hiſpaniæ Urbe, quo dicebatur Italica, & hanc cohortem, ut valde inſignem, & illuſtrem putat Baronius citato anno 34. dictam fuiſſe *ferratam*, quam ſcribit Dio in Iudæa Cæſare Auguſto conſtitutam fuiſſe: Cajetanus ait quod ferebat vexillum Romanorum tamquam valde inſigne.

Dexter. *Hiſpanū dici.* Bonac. Baron.

11. An verò iſte Cornelius antequam Petrus ad eum veniret, fuerit juſtificatus, & ejus fides viva? quæſtio eſt non levis: fidem ejus fuiſſe mortuam, & ipſum non eſſe juſtum tenent D. Chryſoſtomus, Oecumenius, Stephanus, D. Baſilius in Regulis brevioribus Regula 124. citatur D. Auguſtinus, & immeritò, ut dicam.

D. Chryſoſt. Oecum. Stapler.

12. Contraria tamen ſententia verior, ac communior eſt, eam tenent D. Gregor. homil. 9. & 19. in Ezechiel. Beda, Carthuſianus, Cajetanus, hic Magiſter in 3. diſtinct. 25. ibi Albertus Magn. D. Bonavent. D. Thomas & 3. p. q. 69. art. 4. Richard. art. 3. & alij multi, & hoc clare probant, quæ infra de Cornelio dicuntur verſ. 22. *Cornelius vir juſtus, & timens Deum, teſtimonium habens ab univerſa gente Iudæorum reſponſum accepit ab Angelo accerſire te, &c* & verſ. 24. *faciens eleemoſynas multas plebi*, quodque me magis movet, eſt id, quod Petrus veniens dixit Cornelio infra verſ. 34. *In veritate comperi, quia non eſt Deus acceptor perſonarum, ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur juſtitiam acceptus eſt illi.* Dicitur Cornelius juſtus, & Deo acceptus, quod abſque Dei gratia dari non poterat.

D. Greg. Albert. Magnus. Bonav. D. Tho. Richard.

Iuſtus, & fidelis Cornel.

13. Colebat Cornelius unum Deum creatorem univerſi, ſicut Iob, ejuſque amici; & tunc Petrus ad illum mittitur, ut illum inſtrueret de adventu Meſſiæ, ſanctaque ejus fide, ipſumque baptizaret. Cum jam facta eſſet promulgatio novæ legis opus erat fide explicita in Chriſto, itemque Baptiſmo, non ad acquirendam, ſed ad fovendam, atque conſervandam juſtitiam in Cornelio; in illo enim vera erat fides unius veri Dei, ſic ait: D. Gregor. citatus: *Cornelium per fidem, & per bona opera meruiſſe fidem*, ſcilicet explicitam Chriſti; meruit non operibus naturæ, ſed adjutus gratia Dei excitante, & adjuvante.

Colebat Deum, ut Iob.

D. Greg.

14. Et in eodem ſenſu de operibus, eleemoſyna, oratione Cornelij loquitur D. Auguſtinus libro primo de Prædeſtinat. cap. 7. ubi ſic ait: *Nec tamen ſine aliqua fide donabat, & orabat? ſed ſi poſſet eſſe ſine fide ſalus, non ad eum mitteretur Architectus Apoſtolus Petrus.* Ait Sanctus Doctor, Cornelius fidem veri Dei habebat; dum eleemoſynas faciebat; & Deum exorabat; quia tamen ſine fide explicita Chriſti non poteſt ſalus conſequi; ideo ad eum illuminandum mittitur Petrus, ex quo patet eſſe verum id, quod communiter Theologi dicunt, quod ſi unus gentilis obſervaverit legem naturalem, Deus

D. Aug.

dabit lumen divinæ fidei Chriſti per media ab eo ordinata.

QUÆSTIO III.

Quare tantus eſt D. Lucas in referendis, ac ſcribendis virtutibus Cornelij, & quot illa fuerint?

15. D.Chryſoſt. Arabic. Syriac. *Pius: ſolus virtutis: timens.* PRimo dicitur *Vir religioſus*, D. Chryſoſt. *pius*, Arabicus *Optime ſe gerens*, Syriacus *juſtus*, obſervans præcepta naturalia multa cum veneratione unius Dei, ac ſanctis bonis operibus, ita dicitur verſ. 22. *vir juſtus*, Secundo *timens Deum*, qui eſt initium Sapientiæ Eccleſiaſt. 1. num. 16. & radix, & fundamentum omnium virtutum, & cuſtodit ab omni peccato; dicebat Moyſes populo Exod. 20.
Exod.20 num. 20. *Nolite timere, ut enim probaret vos, venit Deus, & ut terror illius eſſet in vobis, & non peccetis.* Timor Dei excludit peccatum. Tertio *Cum omni domo ſua.* Ut optimus Pater familias totam domum ſuam bene compoſitam habens in obſequium Dei, de quo quæſtione ſequenti.

16. *Eleemoſynas faciebat.* Eccleſ 7. Quarto *faciens eleemoſynas*, opus ſummæ charitatis, & maximè placens Deo, unde dicitur Eccleſiaſtes 7. num. 13. *Sicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia.* Chaldaic. transfert: *Quemadmodum cuſtoditur vir in umbrâ ſapientia, ſic cuſtoditur in umbra argenti, in tempore, quo facit eleemoſynam.* Quinto *Deprecans Deum ſemper*, quantum ei licebat pro tempore & onera ſui muneris permittebant.
Orans. Rom.10. Ait Apoſtol. Roman. 10. num. 13. *Omnis enim quicumque invocaverit nomen Domini ſalvus erit.* Sexto, ut dicitur infra de eo verſ. 21. *Teſtimonium habens ab univerſa gente Iudæorum*, bene faciens omnibus abſque ulla quærela, & oppreſſione, ut ibi latius explicabimus.

17. *Suis virtutibus promeruit illuminari.* Quæſtio tamen principaliter inquirit: Cur tantus eſt D. Lucas in proponendis, ac explicandis virtutibus Cornelij? Ut oſtendatur, quod ipſe ex tantis virtutibus tantum promeruerit beneficium, ut admonitus ab Angelo Petrum advocaret, ut ab eo in fide inſtrueretur, ac baptizaretur. Stapletonius ait, ut ad tales virtutes excitemur, ut magna Dei beneficia prometeamur.

18. Occum. Aliter reſpondet Oecumenius, & inquit: *Non memorantur* Æthiops, ac Cornelius, *eo quod in dignitate conſtituti erant, ſed quod ob divitias, & faſtum prohibiti non fuerunt, quin verſarentur in pie-*
Divitiæ, ac poteſtas ad pietatē. *tate*: Memorantur à noſtro Evangeliſta Æthiops potens Reginæ Candacis, qui erat ſuper omnes divitias ejus ſupra cap. 8. & etiam hic Cornelius centurio nobilis, & potens, qui divitiarum copia non in ſuperbiam elati, ſed Chriſti humilitatem immobiliter amplexati ſunt, divitiis, ac potentia non abutentes ad laxas vitiorum habenas, ſed eas componentes, ac refrænantes ad Chriſti obſequium in eleemoſynas, ac pia opera *ob divitias, & faſtum prohibiti non fuerunt, quin verſarentur in pietate*, ut ex illis multum poſſent promereri.

19. Cain ex ſua iniquitate convictus dicebat ad Dominum, *maior eſt iniquitas mea, quam ut veniam merear: Ecce ejicis me hodie à facie terræ, & à fa-*
Gen.4. *Dolet Cain cū non habeat oblata.* *cie tua abſcondar* Geneſ. 4. num. 14. Quænam eſt hæc conſequentia verborum, ex eo quod ejicitur à facie terræ, ne ei germinet optatos fructus, ac proventus, inde non valet apparere ante Dominum, ſed ab ejus præſentia debet abſcondi? Cardinalis Hugo: *Ecce ejicis me hodie à facie terra, à facie tua abſcondar, & dicitur ejici, quia gravis, ac oneroſus factus omnibus, etiam ſibi, quod jam in præſentia Domini non audeas comparere.* Caïn ſpoliatus, ac viduatus ab omni agricultura, ac germine terræ, etiam deſtituitur ope, ac adjuvamine, ut ſuis oblationibus offenſum Numen valeat placare, & inde ſibi perſuadet, *Quod jam in præſentia Domini non audeas comparere.* Quamvis Cain improbus pinguedinem terræ exoptabat, ut ex illa aliquid deferens poſſet ſe Deo præſentare.

Magnum exemplum habemus in hoc Zachæo, 20.
qui cum reciperet Chriſtum in domo ſua, ait ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudavi reddo quadruplum, ait Ieſus ad eum: *quia hodie ſalus huic domui facta eſt, quia filius Abrahæ eſt*, Luc. Luc.19.
19. num. 9. Ad quæ verba D. Ambroſ. in Lucam D.Ambr.
ait: *Diſcant divites non in facultatibus crimen habere, ſed in his, qui uti neſciunt.* Nota ſequentia: *Nam divitiæ ſicut impedimenta ſunt improbis, ita bonis ſunt adjumenta*, nempe ad ſalutem, & vitam.

Huc advoco id, quod ait Iacobus Apoſtolus 1. 21.
num. 9. *Glorietur autem frater humilis in exaltatio-* Iacob 1.
ne ſua, dives in humilitate ſua. Dum ipſe humiliatur à faſtu ſuarum divitiarum illas expendens ob Dei amorem, ut præclare ait D. Niſſenus lib. de *Divitiæ bona tributaria.*
orat. *Exiguum eſt, quod natura debes, quod adverſus te ipſum multiplicas tributa.* Tibi pauca ſufficiunt, ſi plura tibi arrogas, ſunt tributa egentibus debita, à quibus eos defraudas, ac tamquam furaris, quod eſt alienum.

QVÆSTIO IV.

Quare de Centurione non dicitur ſolum, quod timebat Deum, ſed etiam cum tota domo ſua?

AIt Textus de noſtro Centurione: *Vir pius, ac* 22.
timens Deum cum omni domo ſua. Ex quibus verbis præclare D. Chryſoſt. homil. 23. monet om- D.Chryſoſt.
nes principes, ac dynaſtes, & ait: *Audite omnes, qui regibus aſſiſtitis. Pius, inquit, erat, ac timens Deum, at quod maius, talis erat cum omni domo ſua; ita erat huic rei intentus, ut non ſolum ſua bene con-* *Princeps Chriſtianus ſtudeat, ut domus ſua Deo inſerviat.*
ſtitueret, ſed etiam in miniſtris ſuis, iſtud etiam faceret. Hoc magnum ſit omnibus magnatibus documentum, ut non ſolum ipſi ſe bene, ac recte gerant, & componant, ſed etiam id ipſum in tota ſua familia plantare ſtudeant, ſicut illa præclara Eſther, quod triduum jejunium, quod in Suſam induxit, ait ipſa; *Et ego ſimiliter cum ancillis meis jejunabo* Eſther 4.0.16.

Ait Regius Vates Pſalm. 20. n. 1. *Afferte Domino* 23.
Filij Dei, afferte Domino filios arietum. Convocantur Pſal.20.
à Davide Filij Dei, ſeu, ut alij legunt, *Principes, & Proceres*, capita familiarum, quod ut Filij Dei *Ex domo bene cōpoſita agnoſcitur Chriſtianus.*
ſe habeant, non in eo, quod oſtendant opera ſua bona, ſed quod ſecum afferant *filios arietum*, ut ita ſollicitè invigilent in domo ſua, ut in ea renaſcantur teneri agnelli, ut omnipotenti Deo afferant gloriam, & honorem D. Chryſolog. ſerm. 10. ait: *Afferte Do-* Chryſol.
mino Filij Dei, afferte quos fides concipiat, non caro; afferte quos Dei gratia generet, non mundana natura, quomodo ſe Chriſtianum credit, aut quomodo domum ſuam judicat ovile Dei, ubi nō paſcuale germen Dei pecus dat balatum. Ut unuſquiſque judicet domū ſuam eſſe ovile Dei, debet in ea renaſci, ac prodire Dei fructus; *Quomodo domum ſuam judicat ovile Dei, ubi non paſcuale germen Dei pecus dat balatum.*

Non ſat eſt, quod Pater familias ſit bonus, & re- 24.
ctus, ſed etiam neceſſe eſt, ut bene ordinet, regat-
que

que totam domum ſuam; Bonus arat Heli; nam audita ſuæ domus devaſtatione, ac ruina, ſe Deo ſubjiciebat, ac ejus Providentiæ diceos: *Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat* 1. Reg. 3. ou. 18. (1. Reg. 3.) Tamen qui licentioſam filiorum vitam noo increpavit, ac prohibuit, ipſis pereuntibus, ipſe etiam perit, ac moritur; nam cum filij ejus eſſent in prælio, ibi mortui ceciderunt, quod venieos nuntius cum judicaſſet Heli. 1. Reg. 5. num. 18. *Cecidit de Sella retrorſum juxta oſtium, & fractis cervicibus mortuus eſt.* Quod venuſte ponderat D. Prochus epiſtola ad Joannem Antiochen. ait: *Senex in juvenum tempeſtate naufragium paſſus eſt, pro quibus affectum non gubernavit increpatione.* In communi naofragio gubernator, & alij ab undis abſorbentur, & qu a filij Heli in Dei obſequio naufragarunt, ipſe eodem naufragio iovolvitur, quia increpatiooe eos non direxit, ac gubernavit.

(1. Reg. 5. *Qui ſuos non dirigit ad Deum cum eis perit.* D. Proch.)

Actor. 10. *num.* 3. Et vidit in viſu manifeſte, quaſi hora diei nona Angelum Domini introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi, Corneli.

Num 4. At ille intuens eum, timore correptus, dixit, qnid eſt Domine? Dixit autem illi: Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei.

Num. 5. Et nunc mitte viros in Joppen, & accerſi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus.

Num. 6. Hic hoſpitatur apud Simonem quendam Coriarium, cujus eſt domus juxta mare, hic dicet tibi, quid te oporteat facere.

Num. 7. Et cum diſceſſiſſet, Angelus, qui loquebatur illi vocavit domeſticos ſuos, & militem metuentem Dominum, ex his, qui illi parebant.

Num. 8. Quibus cum narraſſet omnia miſit illos in Joppen.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE II.

25. (Arabic. Syriac. Æthiop.) Verſ. 3. IS *vidit in viſu manifeſte.* Arabicus: *Vidit viſionem manifeſtam*, clare, & manifeſtè oculis corporis; *Quaſi hora diei nona.* Syriacus: *Circiter ad horam nonam.* Æthiopicus: *Tempore hora nona*, quæ eſt tertia poſt meridiem, de quo dixi cap. 3. verſ. 1. nam hæc hora erat propria orationis Judæis, ut ibi dixi; quia tunc, ut ait D. Chryſoſt. curis dimiſſis Deo vacabant, & tali hora Cornelius vacabat oraoni. Beda, & Arator aliam aſſignant rationem moralem: Quoniam in morte illius baptizandus erat, qui ſpiritum tradidit hora nona. (D. Chryſoſt. Beda. Arator.)

26. *Angelum Domini.* Corpore aereo aſſumpto, ut corporaliter appareret, ot omnem illuſionis ſpeciem, ac metum excluderet: valde probabiliter Lyranus, & Carthuſianus exiſtimant fuiſſe Angelum Cuſtodem. *Corneli*: nomine expreſſo ipſum vocat, ut attentiorem faciat, forte maximè erat abſorptus in oratione. (Lyran. Carthuſ.)

27. (Lyran.) Verſ. 4. *At ille intuens eum timore correptus.* Ob fulgorem, aie Lyranos reſplendeſcentem in vultu Angeli, & ob inſolitam viſionem, ut de B. Mariæ dicont D. Ambroſ. Beda, Origenes Theophilactus: *Quid eſt Domine?* ſic habeot omnes Bibliæ emendatæ Syriacus: *Quid eſt Domine mi?* Alij Codices legunt: *Quis es Domine?* ut Saulus dixit ad Chriſtum, ſed prima lectio verior: *Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt.* Vatablus: *Recordatus eſt Dominus orationum, ac eleemoſynarum tuarum* quaſi memoriale à te miſſum apud Deum ſervatur, & dicuntur orationes aſcendere inſtar holocauſti coram Deo, ut dicitur Apocalypſ. 8. num. 4. *Aſcendit fumus aromatum de manu Angeli, quæ ſunt orationes Sanctorum.* (D Ambr. Beda. Origen. Vatabl. Apoc. 8.)

Verſ. 5. *Mitte viros in Ioppen.* Syriacus: *Mitte aliquos. Accerſi Simonem, qui cognominatur Petrus.* Vult Deus homines inſtrui per homioes ſic & Saulus per Ananiam: Unde & hic Princeps inter gentiles per Petrum, id eſt per Priocipem, ac ſupremum caput Eccleſiæ; quia hujus erat aperire januam gentibus, ſicut in hoc gentili omnibus aperuit, ut ait D. Hieronym. epiſtol. ad Salvian. *Primus Cornelius ſalutem gentium dedicavit.* 28. (D. Hier.)

Verſ. 6. *Hic hoſpitatur apud Simonem quendam.* Syriacus: *Hic diverſatur in ædibus Coriarij.* Æthiopicus: *Sutorem calceorum*, & ut facile domus inveniatur, ſignum præbet, *Cujus domus eſt juxta mare.* Arabicus: *Cujus domicilium.* De hoc Simone dixi capite ſuperiori, quæſtione ultima, cætera in quæſtiooibus. 29. (Syriac. Æthiop. Arabic.)

Verſ. 7. *Et cum diſceſſiſſet, vocavit duos domeſticos ſuos.* Syriacus: *Duos ex ſervis ſuis.* Alter Syriac. *Ex filiis domus ſuæ.* Vatablus, *Qui illi inſerviebant.* Iſidorus: *Ex illis, qui illi aſſiſtebant* ex quo conſtat, quod duo domeſtici ejus eſſent de domo Cornelij, erant metuentes Deum; nam ſupra dicitur, quod Cornelius erat timens Deum cum tota familia ſua. 30. (Syriac. Vatabl. D. Iſidor.)

Et militem metuentem Deum. Arabicus: *Probata vita.* D. Chryſoſt. *militem pium*, quod exprimit D. Lucas; quia hic miles tertius non erat de domo Corcelij; nam omnes illius erant metuentes Deum, & tres mittuntur. Gloſſa Interlinealis: *Ut ſit idoneus trium numerus.* Gloſſa, Ordinaria, Beda, Arator: *Ut triplex mundi pars demetetur, ex qua gentiles vocandi erant.* Leo Nonus de Epiphania cap. 17. *Ut ſignificetur profeſſio Trinitatis.* 31. (Arabic. D Chryſoſt. *Cur tres?* Gloſſa Interlin. Beda. Arator. Leo.)

QUÆSTIO V.

Quare ad Cornelium illuminandum in fide non mittitur aliquis diſcipulus, Diaconus, ſed Angelus.

VIdimus in toto hoc libro, quod ad prædicandum in Samaria Azoto, ac aliis partibus, miſſi ſunt Apoſtoli, & diſcipuli, & ad illuminandum Æthiopem Reginæ Candacis miſſus eſt Philippus Diaconus cap. 8. cur, quæſo, ad Cornelium nullus ex iſtis mittitur, ſed Angelos? 32. (*Difficultas quæſtionis.*)

Reſpondeo primo: Quia miſſus eſt Angelus ad dirigendum Corneliom ob bona opera, ejus eleemoſynas, & orationes, quæ Deo offeruntur per manum Angeli, ut dixi ſupra ex Apocalypſi 8. oum. 4. *Aſcendit fumus aromatum de manu Angeli, quæ ſunt orationes Sanctorum*: & meus Angelus Raphael dixit Thobiæ 12. num 12. *Ego obtuli orationem tuam Deo.* Et ibi communiter commentatores, cum Gloſſa, & D. Laurentio Juſtiniano de Chriſti agone cap. 6. Cum ergo hæc vocatio Cornelij facta fuiſſet ob bona opera illius, quæ Angelus Deo obtulerat, inde ipſe miſſus eſt à Deo, ut Cornelios perciperet fructum, & præmium ex tantis bonis oblatis. 33. (Apoc 8. *Angeli noſtras orationes Deo offerunt.*)

Secundo agebatur de oſtio aperto prædicationis Evangelicæ gentibus, cujus primi prædicatores ſunt Angeli. Vidit Jacob in ſomnis *Scalam ſtantem ſuper terram,* 34.

Angeli primi prædicatores Evangelij. *terram, & cacumen illius tangens Cælos, & Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes ſuper eam.* Geneſ. 28. num. 12. Innumera ſunt myſteria, quæ ſancti Patres, ac Doctores hic conſiderant. Angeli aſ-
Gen. 28. cendentes deferentes noſtra bona opera coram Deo, deſcendentes, ut ſanctum Dei Evangelium prædi-
D. Cypr. cent, & manifeſtum faciant in toto orbe. D. Cyprian. de nativitate ait: *A ſupernis legionibus incepit Evan-*
Sophron. *gelium, ejus primi dictatores Angeli*, & Sophronius in Encomio de Angelis inquit: *Angeli ſunt Diaconi, Apoſtoli, Prædicatores, & Prophetæ, & Evangeliſtæ.* O præclarum, & ſublime miniſterium, quod à ſupernis ſpiritibus Angelicis exordium habuit: Ipſi in nativitatis nocte paſtoribus annunciant: *Evangelizo vobis gaudium magnum, natus eſt vobis hodie*
Luc. 2. *Salvator*, Luc. 2.

35. Tertio Angelus mittitur, quia per Angelos Deus diſponit, & gubernat ſuprema, & alta negotia, quale erat hoc præſens de converſione gentium. Ait
Apoc. 5. Joan. in Apocalypſ. cap. 5. num. 6. *Vidi agnum in medio throni habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem Spiritus Dei miſſi in omnem terram.* Sermo eſt de ſeptem ſpiritibus principalibus, qui aſſiſtunt ante Dei thronum Apocalyp. 1. num. 4.
Angeli dicuntur oculi Dei ad magna negotia. Nota quanta ſit horum Angelorum dignitas, ut dicantur oculi Dei: *Oculos ſeptem ſunt ſeptem ſpiritus miſſi ſuper omnem terram* ad magna, & alta negotia divinæ providentiæ diſponenda, agenda, atque perficienda in univerſa terra. Clemens Alexandr. lib 6. ſtromat. inquit: *Septem quidem ſunt, quorum eſt maxima potentia, primogeniti Angelorum Principes, per quos Deus omnibus hominibus præſidet, ideoque oculi Dei dicuntur in Apocalypſi.*

36. Ait Iſaias 66. num. 10. *Et adducent omnes fratres*
Iſai. 66. *veſtros de cunctis gentibus in equis, & in quadrigis.* Et cum electi Dei liberandi ſunt à jugo, ac ſervitute Diaboli, ac peccati, in quo exibunt, ac excutient jugum in ducatu, ac potentia Angelorum, ſic de
D. Hier. Angelis ſanctis Hieronymus exponit, & ait: *Diverſi generis vehicula, miniſteria intelligantur Angelica.*
Angeli in auxilium & protectionem hominum. *His equis, & curribus Elias raptus eſt, & Eliſæus ſe ſervari neſcienti puero demonſtravit, & Zacharias vidit in nocte equos rufos, nigros, varios, & albos, & dixit: Qui ſunt iſti, quos miſit Dominus & perambulant terram.*

37. Ait Chriſtus Dominus Luc. 11. num. 22. *Cum*
Luc. 11. *fortis armatus cuſtodit atrium ſuum in pace ſunt ea, quæ poſſidet: ſi autem fortior eo ſuperveniens vicerit eum univerſa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & ſpolia ejus diſtribuet.* Fortis armatus erat Diabo-
Deus dat nobis Angelos ad cuſtodiã contra Dæmones. lus poſſidens in pace omnem gentilitatem, venit fortior illo Chriſtus Ieſus Filius Dei, ipſum ſuperavit, ac deſtruxit, ſuaque gratia deſtruxit ejus diabolica arma, nempe tentationum machinas: *Et ſpolia ejus diſtribuet.* Quænam ſunt hæc ſpolia, & per quos diſtribuit? Spolia ſunt homines, qui ſub poteſtate, ac captivitate Dæmonis erant, & diſtribuet,
D. Baſil. ita exponit D. Baſilius apud Caten. ibi: *Diſtribuet ſpolia exhibens fideles cuſtodias Angelorum ad hominum ſalutem*: Chriſtus Dominus diabolum ſubjecit, ac ſuperavit donãs nobis vitam, & ſalutem ſpiritualem, & cum ſimul prævideret noſter Divinus Salvator multa Dæmonum jacula ejus ſagaci aſtucia in nos contorta, alta ſua ſollicitudine nobis aſſignavit Angelos Cuſtodes, ut eorum protectione muniti, ac defenſi adverſariorum verſutias, ac inſidias diſſipare valeamus. Diſtribuit ſpolia: *Exhibens fideles cuſtodias ad hominum ſalutem.* Chriſtus ſuo pretioſo Sanguine nos redemit, ut fructum ipſius Redemptionis aſſequamur contra Dæmonum tentamenta mediante ſua gratia nobis confert Angelos ad cuſtodiam.

Quod ipſi magna ſolertia, ac cura præſtant, ait 38.
Paulus ad Hebræos 1. num. 14. de Angelis loquens: Hebr. 1.
Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis. Addit Tertullianus lib. de Anima cap. 37 *Nos divina* Tertull.
officia Angelos credimus. Non ait Angelos Officiales credimus, ſed *officia*, tanta cura, atque ſollicitudine nobis Angeli aſſiſtunt, ac miniſtrant, ut non tantum erga nos ſint officiales, ſed veluti præ eorum ingenti ſollicitudine videantur converti, ac commutari in ipſa officia, quo pro nobis etiam dormientibus ipſi vigilant. *Angeli maximè ſuſpenſi in noſtrã ſalutem.*

QUÆSTIO VI.

Quare cum Angeli ante Deum offerant noſtras orationes, & opera, tamen orationes Virginis Mariæ tali Angelorum miniſterio non indigent?

IN limine ſuperioris quæſtionis diximus, quod 39.
noſtræ orationes, & opera per miniſterium ſanctorum Angelorum offeruntur coram Deo, etſi hoc verum ſit in aliorum orationibus, non ita ſentiendum de precibus Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, ſed ob ejus reverentiam, ac tantorum meritorum celſitudinem, ipſæ per ſe abſque alicujus interventu efficaces ſunt apud Deum, ut exaudiantur.

Ingreſſus Angelus ad eam, dixit ei; Ave gratia 40.
plena, Dominus tecum. Luc. 1. num. 28. Stabat San- Luc. 1.
ctiſſima Virgo in altiſſima meditatione, ac oratione circa adventum Meſſiæ Chriſti Domini ad illa verba Iſaïæ: *Ecce virgo concipiet*, ut piè conſiderant D. Ildephonſus, aliique Patres, cùr Angelus circa altiſſimam orationem Mariæ Virginis nullum Verbum facit, ut Raphael dixit Tobiæ 12. *Quando ora-* Tob. 12.
bas cum lachrymis, &c. Ego obtuli orationes tuas Deo. Sic & oranti Danieli pro Chriſti adventu adſtat Gabriel, dicens, ſcio quia vir deſideriorum es; & illi proponit celebrem illam prophetiam de hebdomadibus Daniel. 9. num. 2. Cur ergo Virgini oranti nul- Daniel. 9.
lam commemorationem facit Angelus de ejus orationes? Deiparæ orationes non indigebant Angeli miniſterio, ſed pro debita Virgini reverentia, ac tanta illius excellentia maximè commendabantur apud Deum, ut illico exauditæ cuncta impetrarent. *Deiparæ orationes ſtatim exaudiuntur.*
D. Bernard. ſerm. 3. de Annuntiat. ait: *Solent Angeli aſtare orantibus, & delectari in his, quos vident* D. Bern.
puras manus levantes in oratione, holocauſtum ſanctæ devotionis gaudent ſe offerre Deo in odorem ſuavitatis; Mariæ autem orationes, quantum placuerint in conſpectu Altiſſimi, Angelus indicavit, qui ingreſſus ad eam, cum reverentia ſalutavit. Ave gratia plena.

Anna Samuelis mater, cum eſſet filijs deſtituta & 41.
amaro animo oravit ad Dominum, flens largiter 1. 1. Reg. 1.
Reg. 1. num. 10. faciens Deo votum pro virili ſemine in tantum, ut Hil Sacerdos cum vidiſſet eam tam abundanter lachrymantem, ac gementem, eam exiſtimavit Hebriam, à qua calumnia ipſa ſe excuſat, quod non biberit vinum, aut aliquid, quod inebriare valet, ſed maxime dubitabo, ut cum ipſa viderit Sacerdotem multum ſibi propenſum, cur non poſtulat ab eo, ut pro ipſa Deum exoret, ut ei ſit propitius, ſuamque petitionem exaudiat, ut ei indulgeat præ beneficentia ſua? Anna agebat figuram Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, ut ait D. Gregor. Niſ- D. Greg.
ſenus oration. de nativitate, exoptantis adventum Niſſen.
Filij Dei, inde non quærit mediatorem, ſed ipſi abſque alicujus interventu totum impetrat, ac perficit.

Et quomodo in Maria erga Deum requirendus eſt 42.
alicujus

alieujus mediator, cum ipſa idem ſit unà cum Deo filio ſuo. Inſtabat lex, ut nullus ingrederetur ad Aſſuerum Regem, niſi advocatus, abſque licentia ingreditur Eſther, eumque exinde turbaretur ait illi Aſſuerus: *Eſther bono animo eſto ſecura, quod invocata veneris, legem vero illam latam eſſe in ſubditos, ipſi vero, at regni ſocia licere omnia*, ita ſcribit Ioſephus lib. 11. expende verbum, *ut regni ſocia*, in quo maxime ſplendet gloria Mariæ, quia ut Eſther ingrederetur ad Regem non exoptatus fuit aliquis nuntius; hoc enim ſubditorum erat, non vero Eſther, quæ erat *regni ſocia*, quanto magis omnis aditus erit patens, ac apertus Virgini Mariæ, cum ipſa *regni ſocia* non ſit, ſed ſupremi Regis mater, & Sponſa. Eſther figuram Sanctiſſimæ Virginis repræſentabar, ut eſt ſatis commune apud ſanctos, ac Doctores.

Ioſeph.

Eſther ut regni ſocia omnia licebant.

43. Poſt peccatum primi hominis Deus debitas pœnas tranſgreſſoribus imponens Evæ dixit: *In dolore paries filios, ſub viri poteſtate eris & ipſe dominabitur tibi: Adæ vero dixit: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec revertaris in terram, de qua ſumptus es, quia pulvis es, & in pulverem reverteris*. Geneſ 3. num. 19. Deus his duobus delinquentibus duas pœnas, ſeu duas leges contulit, adverſus mulierem: *In dolore paries, ſub viri poteſtate eris*; At adverſus Adam fulminavit: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec revertaris in terram.* Ecce ſententia moriendi ſolum lata fuit contra Adamum, & non adverſus Evam, nunquid Eva immunis erit à pœna mortis, ut ingenioſè reſpondet Bellarminus lib. 1. de gratia cap. 11. nam cum mortis lex indicitur Adamo ſub illa comprehenditur Eva, utpote Adamo intime conjuncta ex ejus carne, & oſſibus formata eſt.

Gen. 3.

Eva ex Adami carne creata idem dicitur cũ illo.

Bellarm.

44. Ex quo dicitur quanta ſit celſitudo Virginis Mariæ, cum idem cum filio ſuo intelligatur, cum ei ſit intime conjuncta carne, & ſanguine, quem ei in ſua conceptione miniſtravit, ut pulchre diſſerit D. Ioannes Damaſcen. oratione in Aſſumptione Mariæ habita apud Metaphraſtem, & ait: *Eva quidem, quæ aures præbuit nuntio ſerpentis, accepit ſententiam doloris, & moleſtiæ, & partus ſubiit dolores, & cum Adamo mortis damnatur ſupplicio, & Infernorum collocatur penetralibus, Maria autem omni ex parte Beata, quæ aures inclinavit Dei verbo, abſque viri opere concepit Dei verbi perſonam, & peperit abſque doloribus, & tota Deo fuit unita.* Expende *tota unita.*

Ioannes Damaſc.

Maria intimè unita Deo.

45. In hujus rei conſideratione, quod antequam ſecunda Trinitatis perſona, Chriſtus natus manifeſtatur in mundo quater dicitur Verbum, Ioann. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: & poſtea *Verbum Caro factum*, at quando cœpit ſe mundo manifeſtare quanmm capio in Evangelio non dicitur amplius Verbum, ſed Filius Dei à D. Petro, Martha, & aliis; quia ex eo, quod cœperit cognoſci, & manifeſtari Filius Mariæ Virginis cœpit declarari, ac publicari Filius Dei; quia Virgo Maria nullum alium filium poterat habere, niſi Filium Dei. D. Auguſt. tom. 10. ſermone ad fratres in Eremo ſerm. 10. de Nativitate Domini; ait: *In Cœlo qualis eſt Pater, talis eſt Filius, & in terra qualis eſt mater, talis eſt Filius.* Ac ipſa Divinitas in Chriſto qua homo, erat abſcondita, tamen ex Virgine Matre manifeſtatur, & de humanæ filiationis elogio in terris ſumptuoſiſſime evulgatur; nam Chriſtus in Cœlo *qualis Pater, talis Filius, & in terra qualis mater, talis Filius*, in Cœlo qua Deus ex Patre Deo, & in terris qua homo ex Matre Virgine cenſetur: *In terra qualis mater, talis filius*, mater puriſſima, & ſanctiſſima, filius puriſſimus, & ſanctiſſimus,

Ioan. 1.

D. Aug.

Filius Dei agnoſcitur, quia Filius Virginis.

QVÆSTIO VII.

Quare Centurioni mandatur, non quærere Petrum, ſed eum ad ſe avocare, & de Petro nihil ei magnum dicitur?

46. AIt Angelus Cornelio: *Mitte viros in Ioppen, & accerſi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus*: Cohærentius videbatur, quod Centurio adiret, & quæreret ſuum Magiſtrum, ac Principem, & caput totius Eccleſiæ, è contra tamen factum eſt, forſitan, quia Centurio habebat officium publicum, & non poterat deeſſe Officij ſui obligationibus, & ab illis abeſſe. Deinde vocatur Petrus, ut ipſum Cornelium, totamque ipſius familiam baptizaret, & tandem ut Cornelius ex ſumma charitate totam ſuam rem Petro offerret ad eleemoſynas, quia, ut ait Photinus Presbyter lib. 1. de domo Dei: *Fides non eſt otioſa, neque ſolitaria individua comes ei injungitur bonæ operationis inſtantia; nam cum per fidem quis cogitata incipit amare, conſequenter exerces operando, quod amat.*

Cur non vadis ad Petrum?

Fides ſine operibus otioſa.

Photin.

47. Quæſtio tamen principaliter inquirit cur Angelus tam nude abſque aliquo titulo Petrum nominat, abſque eo, quod aliquid magnum de eo dicat, ut fieri poterat adſtruendo ipſum eſſe Cœlorum clavigerum, Caput Eccleſiæ, ac Apoſtolorum Principem; Imò ipſum Petrum quodammodo comprimit, ac minuit, dum ait: *Accerſi Simonem quendam*, Illud pronomen *quendam* juxta latinum ſermonem denotat hominem communem, vulgarem, vilis conditionis, ut notavit D. Ambroſ. lib. 10. ad cap. 22. Lucæ ad illa: *Ite in civitatem ad quendam, id eſt ſine nomine deſignatur, ut ignobilis æſtimetur.* Deinde de Paulo in ſua converſione multa dicuntur magnalia, ut *Quoniam vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum coram gentibus, Regibus, & filiis Iſrael*. Actor. 9. n. 15. Cur de Petro nil tale dicitur?

Difficultas quæſtionis.

D. Ambr.

Act. 9.

48. Reſpondeo primo, quod alij, ut magni habeantur multa magnalia ſunt de eis publicanda, at in Petro ſat eſt, quod dicatur Petrus; in ipſo namque ejus nomine tamquam in compendio, ac epilogo omnia ſublimia, ac excelſa recopilantur, & ſatis eſt, quod dicatur Petrus, ut ibi univerſa illuſtriſſima deſignentur. Vide tom. 4. in Evang. cap. 10. q. 5. n. 28. & dicta tom. 2. in Apocalypſ. cap. 21.

49. Secundo; quia ab Angelo mandatur vocari Petrus tamquam Eccleſiæ caput, omniumque Paſtor, ideoque multa cum veneratione eum ad ſe vocat Cornelius, mittit duos primos ex ſuis famulis principalibus, qui utpote ex ſua familia erant ſervientes Deo, & inſuper alium militem timentem Deum, ut dicitur in Textu, ut tres eum comitarentur in via tamquam magnum Principem, & Pontificem à Deo datum, ſic ait Sanctus Albertus in noſtra regula Carmelitana: *Fratres Priorem veſtrum honorate, Chriſtum potius cogitantes, quam ipſum, qui poſuit eum ſuper capita veſtra.*

Petrus multa cum veneratione tractandus.

Regula Carmelitarum.

50. Scribens Paulus 1. Corynth. 11. num. 6. & 7. *Mulier velet caput ſuum, vir quidem non debet velare caput ſuum, quoniam imago Dei eſt.* Ubi maximè dubitabis, magnamque indaginem requirit, cur ab Apoſtolo homo appelletur Imago Dei, non vero mulier; quam difficultatem proponit; & ſolvit Theodoretus quæſtione 20. in Geneſ. ad illa verba Geneſ. 1. *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus Cœli*, & ſic ait: *Homo eſt imago Dei ſecundum imperium, & poteſtatem, & quemadmodum Deus omnibus*

1. Cor. 11.

Theod.

Gen. 1.

nibus imperat, ſic homo iis, quæ ſunt ſuper terram, quamobrem mulier aea dominatur prædictis, ſed vi- Gen.3. *rum habet pro capite ſub viro poteſtate eris* Geneſ. 3. *Unde recte D. Paulus ait ſolam viram imaginem, & gloriam Dei.* Solum vir dicitur habere imaginem Dei, non vero mulier; quia homo habet regimen, *Præſides, ac prælati tamquã Deus ſunt honorandi.* & gubernationem iu his omnibus, quæ ſunt ſuper terram, ſub cujus poteſtate mulier eſt conſtituta, ad imitationem Dei, qui habet dominium in univerſa, cujus imagioem adumbrant illi, qui inter homines regiminis clavo imminent, ex quo fiat evidens in quanta reverentia, ac honore tales ſunt colendi, ac venerandi cum Dei vices gerant in terra, illiuſque perſonam repræſentent.

51. Veniunt ad Abraham tres Angeli, quos cum vidiſſet tamquam unum alloquitur: *Domine ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſervum tuum.* Gen.18. Geneſ. 18. num. 3. in quo Patres magna myſteria recognoſcunt; veniunt duo ad Loth in Sodomis, cum quibus tamquam cum uno habet verba, diceos: *Quæſo, Domine mi, quia invenit ſervus tuus gratiam* Gen.19. *coram te, & mirificaſti miſericordiam tuam.* Geneſ. 19. num. 18. Tres adſtant Abrahamo, & tamquam cum uno diſſerit, duo conveniunt ad Loth, & tamquam cum uno ſe habet, cur oon cum tribus, vel duobus loquuntur? Eodem ſpiritu ducebantur Sancti Patriarchæ, illos duos, vel tres, non ut viros, ut exterius apparebant, nec ut Angelos, ſed tamquam Dei miniſtros, & maxime dominantes ejus poteſtate, ut Abrahamo largam beneficiorum benedictionem conferrent, & ut Sodomis debitas ignitas pœnas inferrent. D.Aug. D. Auguſt. lib. 16. de Civitat. cap. 29. inquit: *Abraham in tribus, & Loth in duobus viris Dominum agnoſcebant, cui per ſingularem numeram loquebantur, cam eos homines eſſe arbitrarentur*; & paulo poſt ſubdit; & ita cum eis ſe agebant: *Ut in eis eſſe Dominum dubitare non poſſent.* Quamvis exterius homines viderentur, tamen cum io eis magnam recognoſcerent majeſtatem, iode *Ut in eis eſſe Dominam dubitare non poſſent*, ex quo apud ſe ſtatuerunt non cum hominibus, ſed cum Deo eſſe negotium, ac proinde tanto cultu, ac veneratione eos proſequuntur, cunctis præbentes exemplum de multa reverentia ſuis majoribus impendenda: *Chriſtam potius cogitantes, quam ipſam, qui poſuit eam ſuper capita veſtra.*

QUÆSTIO VIII.

Quare Angelus non explicat Cornelio quid ab eo ſit faciendum?

52. *Difficultas quæſtionis.* ANgelus Cornelio ais: *Acerſi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus, hic docet tibi quid te oporteat facere*: Cur Angelus non exponit quid ei faciendum ſit à Petro, ut magis prompto, ac diſpoſito animo peragret ad faciendum ea, quæ ei à Petro fuerint ordinata.

53. D. Iſidor. Peluſiot. Ad quæſtionem reſpondet primo D. Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 165. *Angeli ex prædicationis ſecuritate tamquam voluptatem capiebant, ut is etiam, qui ad Corneliam miſſus fuerat magiſteriam indicaret, non autem ſibi ipſi docendi munus permiſerit.* *Bonus miniſter perſiſtit in munere ſibi cõmiſſo.* Et ſi Angeli maximè delectentur, dum cum hominibus agunt in his, quæ pertinent ad eorum ſalutem, tamen Angelus iotra ſphæram ſui muneris commiſſi, & ultra noo tranſgreditur: Deſtinatus fuit Angelus non, ut Cornelium doceret, ſed ut illum admoneret, ut Petrum ad ſe adduceret, hoc Angelus præſtat, & extra metas ſui officij noo tranſcurrit: *Ut qui ad Cornelium miſſus fuerat, magiſterium indicaret, non autem ſibi ipſi docendi munus permiſerit.*

54. Es mandato Dei eligit Moyſes Septuaginta viros, quos Deo obtulit, ut eſſent gubernatores, ac Rectores populi, & ſubdit Textus Numer. 11. n. 25. Num.11. *Bonus miniſter agat de ſuo munere, & non de vaticiniis.* *Deſcendit Dominus per nubem, & loquutus eſt ad eum, auferens de ſpiritu, qui erat in Moyſe, & dans Septuaginta viris, cumque requieſceret in eis ſpiritus, prophetarunt.* Ecce iſti electi in limine ſui officij prophetant, ut viderentur, ac ab omnibus cognoſcerentur repleti Divino Spiritu, dicuntur propheraſſe, & nunquam amplius in toto divino textu, ut optime notavit Theodoretus quæſtione 20. in Numer. Theod. ubi ſic ait: *Quamobrem ſeptuagiata ſtatim, at profecti ſunt, prophetabant, poſtea verò minime; non vaticinandi, ſed gubernandi cauſa proponebantur.* Deus vult, ut ſui miniſtri ſiot in multa reverentia apud omnes, unde iſti ſtatim prophetico ſpiritu irradiaot, poſtea vero prædicendi futura ſpiritus non relucet in eis, quin non ad vaticinandum, ſed ad clavum populi regendum ſunt vocati, & fixo clavo ſuo in munere perſiſtunt, & extra vacari non audent: quia *non vaticinandi, ſed gubernandi cauſa proponebantur.* Vide ſupra cap. 1. q. 26. n. 169. 170. 171. multiſque aliis in locis.

55. Secundo, Cornelio dicitur de Petro: *Hic dicet tibi quid te oporteat facere* non exprimitur, nec declaratur ei quid ab eo ſit faciendum, ſic & Paulo à Chriſto Domino dictum eſt: *Ingredere civitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.* Actor. 9. num. 7. Actor.9. Ut in utroque oſtendatur perfecta, & ſumma obedientia, quæ nil interrogat, ſed ad omnia prompta, & expedita eſt, quod maxime reſplendet in Samuel, qui ter vocatus à Domino, exiſtimans 1.Reg.3. *Obediens moroſus ad requiem, currens ad mandata.* ſe ab Heli ſciſcitari, cucurrit ad ipſum Sacerdotem, & dixit: *Ecce ego vocaſti enim me* 1. Reg. 3. num. 5. obiter nota, cum exiſtimat ſe vocari à Sacerdote dicitur: *Cucurrit ad Heli*, & poſtea: *Abiit, & dormivit.* Ad obedientiam cucurrit, ad lectulum, & requiem lento gradu tetendit.

56. In rem noſtram ait Samuel: *Ecce ego, vocaſti enim me* non ait ad quid me vocaſti? Cur ter me excitas, ſed tantum ait: *Ecce ego*, nil quærit, nec 1.Reg.3. inquirit, ſed animum ſuum promptum, & ad omnia expeditum offert: *Loquere Domine, quia audit ſervus tuus* *Obediens non diſcutit de mãdatis.* non diſcutit, nec interrogat ad quid vocetur, nec dixit, quid à me quæris, qui toties me vocaſti, ſed poſtulat Domini vocem, & imperium, ut illud ſine mora adimpleat. Ibi D. Gregor. Magn. D. Greg. Magnus. ait: *Vocavit Deus puerum, ſed cauſam vocationis tacuit, ut electis puer qua humilitate obedientiæ eſſet, ſublimius oſtenderet*, & poſt pauca ſubdit: *Neſcit enim judicare quiſque perfectè didicerit obedire, quia hoc tantum bonum putat, ſi præceptis obediat.*

57. Perfectum obedientem deſcribens Regius Vates ait Pſalm. 14. num. 45. *In auditu auris obedivi te.* Pſal.14. *Obediens non diſputet de mãdatis.* Ecce perfectus obediens, ubi vox mandantis inſonuit, nil cunctatur, nil dubitat, aut quærit, ſed ſtatim manus mittit ad opus, ac exequitur, & perficit, quod ſibi fuerat mandatum. D. Laurentius Iuſtinian. D. Laur. Iuſtin. lib. de ligno vitæ cap. 2. ait: *Sunt namque multi, qui poſt præcipientis imperium, plures faciunt quæſtiones, & ſæpe ingeminant unde hoc venerit? quis hoc dederit conſilium? propter quod oritur murmuratio, excuſatio, ſimulatio impoſſibilitatis, advocatio amicorum, contra quos per Prophetam loquitur Dominus:* In auditu auris obedivit mihi, *ut oſtenderet uno, eodemque momento obedientem ſimplicem, & audiſſe præcipientis imperium, & obſequium perfeciſſe: In auditu auris obedivit mihi.*

Actor. 10. *num*. 9. Poſtera autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus civitati, aſcendit Petrus ad ſuperiora, ut oraret circa horam ſextam.

Num. 10. Et cum eſuriret voluit guſtare, parantibus autem illis cecidit ſuper eum mentis exceſſus.

Num. 11. Et vidit Cœlum apertum, & deſcendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis ſubmitti de Cœlo in terram.

Num. 12. In quo erant omnia quadrupedia, ſerpentia terræ, & volatilia Cœli.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE III.

58. Syriac. Verſ. 9. *Poſtera autem die iter illis facientibus* Syriac. *Cum illi pergerent in via*, non eadem die, qua Angelus apparuit Cornelio, ſed ſequenti die nuntij miſſi ſunt à Cornelio ad Petrum, ut aptè, & prompte ſe præpararent ad iter, *& cum illi deambularent in via*, ut habet Arabicus, & jam appropinquarent ad locum, in quo erat Apoſtolus, tum alta Dei diſpoſitione *Aſcendit Petrus ad ſuperiora* Syriac. *Conſcendit tectum*. D. Chryſoſtomus. *Superiorem partem domus*, ut ibi quietius, & convenientius oraret.

Arabic. D. Chryſoſt.

59. Æthiop. *Hora ſexta*. Æthiopic. *tempore hora ſexta*, meridiè nempe & ad prandium, & cibum valde communis, ante quem Divi Petri exemplo præmittenda eſt oratio juxta Apoſtol. 1. Timoth. 4. n. 3. & 4. ut prius anima reficiatur cibo ſpirituali, quam corpus materiali.

1. Tim. 4

60. Arabic. D Ambr. Gloſſa Beda Carthuſ. Verſ. 10. *Et cum eſuriret voluit guſtare*. Arabicus: *Optavit comedere*. De cibo corporali exponunt graves Doctores, tamen D. Ambroſ. ſerm. 10. Gloſſa, Beda, Carthuſian. de fame ſpirituali; de utraque expono, de corporali, quæ ſolet hora meridiana obvenire, & ſpirituali in illa corporali ſignificata; nam Petrus, ut præclare ait D. Ambroſ. citatus: *Oravit fervida oratione pro hominum ſalute, & videns obſtinatam perfidiam Iudæorum, eſurivit gentium ſalutem, quam Deus ei manifeſtavit ſequenti viſione.*

61. *Magna ſobrietas D. Petri.* D. Aug. *Voluit guſtare*. Nota magnam ſobrietatem Petri, non ventrem implere, nec ſaturari, ſed labiis attingere quantum ſat erat pro conditione humanæ naturæ, unde recte ait D. Auguſt. lib. 10. Confeſſ. cap. 31. *Quemadmodum medicamentum, ſic alimentum ſumas.*

62. Arabic. Goth. Æthiop. *Cecidit ſuper eum mentis exceſſus*. Arabicus: *Cecidit in eum exceſſus* Goth. *Irruit in eum ſtupor*. Æthiopic. *Venit ſuper eum defectus mentis, id eſt raptus eſt in extaſim*. Vox illa *cecidit* denotat raptum, ſeu extaſim non fuiſſe naturalem, ut ſolet obvenire ex magna triſtitia, vel ex amore, ſeu re inopinata, ſed divinitùs immiſſa, ut mens Petri à terrenis, & ſenſibilibus abducta ad percipienda ſpiritualia, ac Cœleſtia excitaretur.

63. Syriac. Verſ. 11. *Et vidit Cælum apertum*. Syriacus: *Suſpexit Cælos apertos*, non oculo corporeo, ac mente, ſed viſione imaginaria, & *deſcendens vas quoddam*. Arabicus *Vas ad ſe delabens* D. Auguſt. *Diſcus quidam*. Aliqui legunt *Vas linteum*. Textus *velut linteum magnum*. Æthyopie. *Vas fictile, ut linteum magnum*. Syriac. *Eratque ſimile linteo magno*. D. Cyrillus Alexandr. *Velut Sudarium magnum*. Aliqui ex græco *linteum pannum*. Vidit ergo quoddam magnum receptaculum tamquam vas ex linteo formatum, inferius concavum & ſuperne apertum.

Arabic. D. Aug. D. Cyril. Alexand. Græcus.

Quatuor initiis ſubmitti de Cælo in terram. Arabicus *Quatuor extremitatibus ſuballigatum, & ſuſpenſum ſuper terram*. Per quatuor extremos angulos obligatum, ac tamquam apprehenſum tenebatur ex Cœlo. 64. Arabic.

Verſ. 12. *In quo erant omnia quadrupedia*. Syriac. *In eo erat omne genus animantium quadrupedum* D. Chryſoſt. *Omnia quadrupedia beſtia terra*, D. Epiphan. *Reptilia*. Senſus viſionis eſt Cœlum, quod erat clauſum, gentibus per clavigerum Petrum erat eis aperiendum, & gentes, quæ ob ſua peccata, & vitia denotabantur per illa animalia, quæ recipiendæ erant à Petro in Eccleſiam ſignificatam per linteum purum, & mundum. 65. Syriac. D. Chryſoſt. *Explanatio viſionis.*

QUÆSTIO IX.

Quare Divus Petrus ad orandum aſcendit ſuperiora?

Aſcendit Petrus ſuperiora, alij legunt *Conſcendunt ad tectum*, ſeu *ſuperiorem partem domus*, more regionis Paleſtinæ recta ſunt plana, & directa, in quibus licebat deambulare, ſedere, dormire, ac orare. 66.

Primo aſcendit Petrus ad ſuperiora, ut dimiſſis terrenis tota mente in Deum elevaretur, ſolumque Deum contemplaret, ac meditaretur. Noſter D. Cyrill. Alexandr. lib. 7. in Levitic. ait: *Nec enim tanti Apoſtoli conſilium ex ſuperfluis ſuperiora elegit ad orandum, ſed quantum ego arbitror, ut oſtenderet quod Petrus, qui mortuus erat cum Chriſto quæ ſurſum ſunt quærebat, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei; & non quæ ſuper terram, illuc aſcendebat ad illa tecta, de quibus dicit qui in tecto eſt, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua*. Qui ſe Deo conſecrat, ac dicat, nil aliud debet intendere, ac quærere, niſi Deum. 67. D. Cyrill. Alexand. *Qui ſe Deo conſecrat cætera contemnit.*

Plena Sapientia Sancta illa Anima dicebat: *Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater ſua in die deſponſationis illius*. Cantic. 3. n. 11. Sine dubio in die, in qua tam potentiſſimus Princeps Salomon coronabatur, inſuperque dies deſponſationis illius erat, ſane occaſio valde feſtiva cum apparatus illius domus eſſet ampliſſimus; procul dubio multa ſpectacula erant videnda, multæ machinæ ſe ſe oculis objiciendæ erant, magnus veſtium ornatus prodiret in medium, tamen anima ſancta ſuas ſodales ad nihil eorum invitat, niſi ad Regem Salomonem videndum; qui enim Deo adhæret ipſum ſolum contemplatur, ipſum ſolum quærit, mentemque ſuam à cæteris, quæ contemnit, ac pro nibilo habet, ſequeſtrat, ſeparat, atque avertit. Tres Patres apud Theodoret. ibi: *His ſponſa eſt allocuta ad diſcipulas, diligens id, quod demonſtrari non poteſt, & humanam gloriam fugiens, capienſque, ut ſponſum ſuum tantummodo omnes admirentur*. Expende ultima verba. 68. Cantic. 3. *Anima juſti tantummodo Deum quærit.* Theod.

Secundo veniat nunc iterum D. Cyrillus ſupra modo datus: *Petrus quæ ſurſum ſunt quærebat, non quæ ſuper terram*. &c. qui Spiritu Dei aguntur ſemper terrenis contemptis ſuperna, & altiora quærunt, ac petunt. 69. C. Cyrill.

Maxima expanſione dignum, quod fidei, & Eccleſiæ januam poſuit Deus in aquis Baptiſmi. Recole. In primo rerum molimine dixit Deus: *Producant aquæ volatile ſuper terram*. Geneſ. 1. numero 22. ex aquis Deus creat aves, cur non potius 70. Gen. 1.

Qui Dei ſpiritu aguntur ſuperna petunt. tius ex aëre, vel alia materia formantur? *Omnia in figura contingebunt illis.* Aves corporales, quæ ſuper terram ad alta volant ea aquis creantur, quia ex aquis regenerandæ erant aves ſpirituales, quæ toto pectore, ac affectu relictis temporalibus ad
D.Zeno. ſuperiora convolant, ad hoc tendit D. Zeno ſerm. 10. de Judæis, ubi ſic ait: *Genitalis unda ſubmergit, ut Cæleſtes effecti terram deſiderare non norint* ea aqua regenerati in gratia ſubmerguntur, ut ſubmergant terrenos affectus, & inde præpetes ad cœleſtia volant.

QUÆSTIO X.

Quare Divus Petrus ad orandum potius eligit horam ſextam, quam quamlibet aliam?

71. ELigit Petrus horam ſextam ad orationem, primo, quia in tali hora creatus eſt homo, Chri-
Hora gratulationis. ſtus Cruci affixus, & in Cœlum aſcendit, ut pro nobis exoraret ad Patrem, ac proinde hora valde apta ad orationem gratulatoriam pro tantis beneficiis acceptis, deinde, ut jam dixi in expoſitione hora ſexta, hora meridiana apta ad cibum, & prandium.

72. Secundo orat Petrus hora ſexta ante prandium, nam dicitur ſtatim *parantibus illis*, ſcilicet menſam, cum deſcenderet ab oratione, oravit ergo Pe-
Tertull. *Ieiunium orationis adiutorium.* trus jejunus, ut optime notavit Tertullianus lib. de jejunio cap. 10. & inquit: *Atqui facilius invenias Petrum hora ſexta cibi capiendi cauſa ad orandum aſcendiſſe;* Jejunium multas vires orationi
D.Chryſoſt. miniſtrat, ut ait D. Chryſoſtomus homil. 15. in Matthæum, ubi ſic habet. *Ieiunium adjutorium eſt orationis, quia oratio ſine jejunio, ingracilis eſt, & infirma.*

73. Tertio hora ſexta, meridiana nempe, quando à Dæmonio meridiano maxime urget tentationum tempeſtas; Hinc maximam à Deo exoptat prote-
Pſal. 90. Lyran. ctionem Regius Vates cum ait Pſalm. 90. num. 6. *A Demonio meridiano;* quia, ut ibi notat Lyranus tunc fit prandium, & comeſtio, ex quibus immoderatis multa mala naſcuntur. Hinc anima ſancta ſuum ſponſum rogat: *Indica mihi, ubi paſcas,*
Cantic 1 *Maxime orãdum tentationis tempore.* *ubi cubes in meridie* Cantic. 1. numero ſexto meridiano tempore tentationum Anima Sancta per meditationem, ac contemplationem Chriſtum quærit, ut cum eo reficiatur, ac quieſcat cum electis ejus
Caſſiod. Beda. Caſſiodorus, & Beda ibi: *Chriſtus, qui paſcit oves ſuas inter eas cubat, in meridie, quia corda fidelium ſuorum ne fervore tentationum intus areſcant, memoria ſuperna ſuavitatis reficit, & in eis ipſe propitius manere conſuevit.*

74. Hora ſexta, meridiana tentationum nempe Petrus, ut magnus Eccleſiæ Pontifex, ac Paſtor tali horæ tempore orat maximè pro ſuis ovibus, videnſque obduratam, obſtinatamque Judaicam perfidiam, maxime pro gentium converſione exorat, ut ſubſequens viſio oſtendit, ut jam dixi, & infra latius explicabo.

75. Oſtendit Dominus Zachariæ Prophetæ cap. 3.
Zachar. 3 numero tertio: *Ieſum Sacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Dei, & Satan ſtabat à dextris ejus, Ieſus autem erat indutus veſtibus ſordidis.* Pro veſtibus ſordidis Cilicinis multi explicant, ſed cur modo Sacerdos apparet indutus cilicio, cum ſtat coram Angelo, & à dextris ſuis habet Satan, & nullo alio in loco tam auſtero, & pœnitentiali habitu apparet, ut modo, cur modo tanta pænitentia? Vidit ille magnus Sacerdos, quod adverſarius Satan accuſans populum coram Deo, cujus perſonam gerebat Angelus, ut ne debita pœnarum ultio in populum infligeretur, inde magnus ille Pontifex ſe induit cilicio ipſa populi peccata in ſe aſſumens, ut pro illis ſatisfaciat, iramque Dei ab eis divertat. Theodoretus ibi ait: *Ego exiſtimo eum nempe* Theod.
magnum Sacerdotem ſibi populi iniquitatem vendicaſſe, & attribuiſſe, & vel unà cum ipſis peccaſſe, preces adhibuiſſe, & tamquam ſuorum veniam delictorum populi ſuſcepiſſe: magnus Prælatus populi peccata in ſe ſuſcepit, pro eiſque egit pœnitentiam, ut veniam impetraret.

Cum obnumeratum populũ Iſrael à Davide Deus 76.
miſiſſet peſtilentiam in ipſum populum, ex quo multa millia hominum obierunt, ob quam cauſam: *Ceciderunt tam ipſe David, quam majores natu veſtiti ciliciis ſuper terram..... populus autem tuus non percutiatur* 1. Paralip. cap. 21. numero 16. & 17. 1.Paral.21 *Reges, & Principes pro populo ſuo orent.*
Cum Dominus furore concepto excandeſceret in populum, ſæviret ſtrage in civitate parrata; ne Divinus Judea ultra graſſaretur, David cum Senatu ſuo ab abjecta magnifica veſte, pompoſo, ac delicioſo ornatu contempto cilicio induti miſericordiam, ac indulgentiam deprecarentur. Abulenſ. Abulenſ.
quæſtione 64. ait: *Ex tunc David indutus eſt cilicio, & alij ſeniores Ieruſalem, qui cum eo erant, ut Deus miſereretur eis, & alleviaret pœnam.*

Et quamvis à populo habeant aliquam offen- 77.
ſam, non propter hoc debènt deſiſtere orare pro D.Greg.
eis, in præſenti audiendus eſt Divus Gregorius homilia 15. in Exechiel. & ait: *Cupimus animum* *Prælatus quamvis offenſus orat pro populo.*
in benignitate dilatare? Samuel in cogitationem deducatur, qui de principatu dejectus à populo, cum idem populus peteret, ut pro eo Domino preces effunderet, reſpondit dicens: Abiit à me hoc peccatum, ut ceſſem orare pro vobis, *culpam quippe vir ſanctus perpetrare ſe credidit, ſi eis, quos adverſarios pertulerat uſque ad ejectionem, benignitatem gratia non reddidiſſet in pace.*

QUÆSTIO XI.

Quare hora ſexta Chriſtus ſitit, Petrus vero eſurit?

CUm meus Ieſus penderet in Cruce hora ſexta 78.
dixit *ſitio* Ioan. 19. num. 29. nunc verò Petrus Ioan. 19.
eadem hora eſurit? Cur non ſibi cohærent Magiſter, & diſcipulus, ut in eadem hora ſit ſitis, & fames, ſed magiſter ſitim patitur, & diſcipulus famem ſuſtinet? Perbelle notat D. Chryſoſt. ad cap. D Chryſoſt.
27. Matth. num. 45. ubi ait: *Vide quomodo Spiritus connectit tempora, & neque citius, & neque tardius facit hoc.*

Pro explicatione quæſtionis ſupponendum eſt, 79.
quod illa ſitis Chriſti non erat de aqua materiali, ſed de ſalute animarum, ut exprimit D. Drogo Ho- D.Drog. *Sitis ſalus animarum.*
ſtienſis tract. 7. de verbis Domini ubi ſic ait: *Domine quid ſiles? Ergo nec plus cruciat ſitis, quam Crux: De Cruce ſiles de ſiti clamas? Sitio, quid? veſtram fidem, veſtram ſalutem, veſtrum gaudium, plus animarum veſtrarum, quam corporis mei cruciatus me tenet*, ſic & alij multi Patres, quos ſuo loco adduxi. Sic & fames D. Petri de ſalute animarũ erat, ut docet D.Ambr. ſerm. 10. & ait: *Puto Petrum poſt orationem* D.Ambr.
non cibum eſurire humanum, ſed ſalutem, non inedia vexatum corporis, ſed inedia credentium laborare,

varo, & hoc bene declaratur ex linteo animalium ei oſtenſo, in quo denotatur converſio gentium ad fidem.

80. Ad quæſtionem: Illa ſitis, & fames in Chriſto erat exorta ex ſumma charitate ſalutis animarum, qui charitatis ardores perfectiſſima unione dividuntur inter Chriſtum, & Petrum, ac veluti in ſalute animarum procuranda aſſociantur Chriſtus, & Petrus, & illius generoſi affectus inter ſe dividuntur, Chriſtus Redemptor, & ſupremum caput ſibi vendicat ſitim, quæ eſt fortior, ac vehementior fame, de quo latè Mendoncia in Viridario lib.4. probl. 25. Petrus vero, ut inferior, ac ejus Vicarius famem tamquam quid inferius.

Officia charitatis inter Chriſtũ, & Petrũ dividuntur.

81. Etſi famescit Petrus, non tamen ſitit, ut Chriſtus, ne Chriſtus exiſtimetur, tot, & tanta mirabilia reſplendebant in Petro, quod cum Centurio eum videret, ad ejus pedes provolutus proſternitur, cui dixit Petrus infra num. 26. *Surge, & ego ipſe homo ſum*, ne aliquid ſuſpicaretur in eo ſupra humanam conditionem, ipſe apertis verbis ſe demonſtrat, quod ſit homo, ne quis in eo dignoſcendo, & judicando aberret. D. Gregor. lib. 21. Moral. cap. 10. ait: Primus Paſtor Eccleſiæ, cum adorante ſe Cornelio ſuper ſe ſibi honore videret oblatum, ad æqualitatem conditionis ſuæ citius recurrit, dicens: *Surge, & ego ipſe homo ſum.*

Act. 10. Petrus ne Deus reputaretur hominem ſe explicat.

82. Quæſitores tributorum dicunt ad Sacros Apoſtolos: *Magiſter veſter non ſolvit didrachma:* Tunc Chriſtus Dominus ait Petro: *Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore ejus invenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me, & te.* Matth. 17. nu.26. In quo multa inquirenda veniunt; unde tantus honor Petro, ut cum ſit purus homo, quodammodo cum Deo exæquetur, non dixit invenies duas monetas, unam pro me, alteram pro te, ſed unam, eandemque pro me, & te ſolve, ut ita oſtenderet ſuam ſummam unionem, ac conjunctionem cum Petro. D. Chryſoſt. homil. 59. in Matthæum ait: *Qui ad rem natura incredibilem illico paravit, fides retributionem confeſtim habuit, Chriſto in ſolutione tributi conjunctus.*

Matth.17 Petrus maxime Chriſto conjunctus.

83. Secundo quæſtionarij illi ſolum dicebant: *Magiſter veſter non ſolvit didrachma*, & de Petro nihil agebatur, ad quid ergo mandat Dominus etiam pro Petro ſolvere? Tanta eſt conjunctio Petri cum Chriſto, ut noluerit Chriſtus in aliqua re intervenire abſque eo, quod ſimul cum Petro non appareret: *Chriſto in ſolutione tributi conjunctus.*

84. Tertio ſi Dominus mandat pro ſe, & Petro, cur etiam non mandat pro aliis Apoſtolis? Quia Chriſtus, & Petrus facit particularem numerum, & chorum ſeparatum ab aliis, nec cum eis cæteri conveniunt, & in eis tamquam in capite omnes ſubintelliguntur. Divus Auguſtinus, quæſtione 75. ex novo teſtamento reſpicit ad dignitatem Petri quodammodo conſortem cum dignitate Chriſti, & ſic ait: Salvator cum pro ſe, & Petro dari jubet, pro omnibus exſolviſſe videtur, quia ſicut in Salvatore erant omnes cauſa magiſterij, ita & poſt Salvatorem, in Petro omnes continentur, ipſum enim conſtituit eſſe caput eorum, ut Paſtor eſſet gregis Dominici.

D. Aug. Petrus, & Chriſtus in uno numero.

85. Videns Chriſtus hunc noſtrum Principem Apoſtolorum, dixit: Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus Ioan.1. numero 42. ex omnibus Apoſtolis, quos Chriſtus elegit, ſolum huic magno novum nomen impoſuit, & non quodlibet nomen dedit, ſed illud, quod erat proprium ipſius Chriſti; nam Petrus à petra derivatur, *Petra autem erat Chriſtus*: ait Apoſtol. 1. Corynth. 10. numero quarto, quod ut explicant Divus Auguſtinus tractatu 7. in Ioan. D. Cyrill. libro ſecundo cap 12. Divus Chryſoſtomus, Divus Hilarius, & alij multi Patres à me citati tom. 1. in Evangel. libro tertio, cap.6. quæſtione nona, numero 56. ob eximium amorem erga Petrum, & quia eum ad ſupremum apicem Eccleſiæ diſponebat, & ideo nomen ſuum Petra ei communicat.

Ioan.1.

1 Cor.10 Chriſtus dat Petro ſuum nomen.

Tamen merito dubitabis, quando conſtituit Chriſtus noſtrum Apoſtolum ſuæ Eccleſiæ Paſtorem, non eum vocat Petrum, ſed Simonem; dixit ei: *Simon Ioannes diligis me plus his? paſce agnos meos, paſce oves meas* Ioan. 21. numero 15. Simon idem eſt, ac obediens voluit Chriſtus in omnibus ſibi aſſimilari, ac conjungi Petro: *Chriſtus, quia obediens, propter quod Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*, & Petrus, quia Simon, & obediens, propter quod & Deus exaltavit illum in ſupremo ſuæ Eccleſiæ faſtigio, ſuper omnes Principes, ſic Divus Thomas in præſenti, ut de obedientia ad principatum erigitur. 86.

Ioan 21. Petrus ex ſimilitudine Chriſti ex obedientia promeruit exaltari.

QUÆSTIO XII.

Quare linteum deſcendit de Cœlo, & quid ſignificet.

IN hoc linteo magna documenta dantur omnibus prælatis, & oſtenditur Petro, ut in ipſo tamquam in capite omnes informentur, & hoc oſtendit D.Cyrill.in Leviticum cum ait: *Ex quibus cœlitus edocetur Petrus, quia eminentiorem in terris non habebat*: ac proinde erat omnium caput; ad ſignificationem veniamus. 87.

In Petro informantur prælati.

Prima interpretatio per hoc vas velut linteum intelligit Corpus Chriſti. Ita Gloſſa Interlinealis, & ait: *Vas Corpus Chriſti, quod eſt ut linteum, quoniam ſine ſemine conceptum, candorem caſtitatis cuſtodit, & quia mortuum; magnum vero propter veritatis conſortium, & quia reſurrexit.* Tamen ſi illud linteum ſignificat Corpus Chriſti puriſſimum, & ſanctiſſimum, quomodo in illo erant quadrupedia, & venenoſa ſerpentia terræ? quia, ut ait Iſaias 53. num 4. *Verè langores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros portavit.* Ipſe peccata noſtra in ſe ſuſcepit, ut pro nobis ſatisfaceret, noſque mundaret, ideoque frequenter cum peccatoribus, ac publicanis manducabat, atque converſabatur, ut ad ſe eos alliceret, & in juſtitia, & ſanctitate erudiret. Luc. 5. numero 30. quod late explicat Divus Chryſoſtomus homil. 31. in Matth. ad caput 9. ejus. 88.

Gloſſa. Interlin. Chriſtus noſtra peccata in ſe portavit.

Iſai.53.

Luc.5. D.Chryſoſt.

Nota tamen, quod non dicitur vas linteum, ſed *velut linteum.* Syriacus: *Simile linteo magno*, quod egregiè notavit Caſſianus libro tertio de Inſtit. cap. 3. ubi inquit: *Non ait linteum, ſed quaſi linteum, linteum quippe mortificationis indicium eſt. Quoniam igitur mors Dominicæ paſſionis non humana natura legi, ſed propriæ voluntatis tribuitur arbitrio, quaſi linteum dicitur, mortuus enim ſecundum carnem, non ſecundum ſpiritum mortuus, quoniam non derelicta eſt anima ejus in inferno, nec caro ejus vidit corruptionem.* 89.

Syrus.

Caſſian.

Multum differt mors Chriſti à noſtra.

Secunda expoſitio eſt D.Ephrem ſerm.de S Baſilio to.3.D.Gregor.lib.33.Moral.c.16.& 20.qui interpretantur de prædicatione ac ſermone Dei, quo quadrupedia, ac ſerpentes peccatorum convertantur ad pœnitentiam, ac tranſmutentur in Chriſti 90.

D.Ephr. D.Greg.

Prædicatio Evangelica.

oves, & agnos, & exivit in omnem terram, & quatuor angulos ejus, & eſt vel vas linteum videntur voces hominum, & ſunt ſermones Dei 1. Petri 4.num.11.

D.Aug. D Amb. Beda. D.Hier. Ephæſ.5.

91. Tertia interpretatio eſt D. Auguſt. ſerm. 10. de Diverſ. D. Ambroſ. ſerm.10. Origenes homil. 7. in Levit D. Hieronym. epiſt. 89. D. Gregor. loco citato, Beda, Carthoſian. hic intelligunt Eccleſiam Sanctam puram immarceſſibilem abſque ruga, & macula, ut ait Apoſtolus ad Ephæſ. 5. num. 27. & deſcendit de Cœlo Apocalypſ.21. num.2. quæ juxta Chriſti mandatum recipit in ſe omnes gentes: *Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Matth. 28. num. 19.ut qui antea tamquam feræ beſtiæ erant filij iræ, nunc renati fonte baptiſmatis in Eccleſia fiant Filij Dei, & hæredes vitæ æternæ; Profundè, & alte, conſidera, quod poſtquam illud vas linteum oſtenſum fuit Petro cum illis animalibus receptum eſt in Cœlo; quia poſtquam illæ gentes ingreſſæ ſunt in Eccleſiam, recipiuntur in Cœlo, ut cum Beatiſſimis Spiritibus ſedeant in gloria.

Math 28. Eccleſia, quos recipit, facit Filios Dei.

Aretas. Apoc.21

92. Et Petrus vidit hoc linteum: *quatuor initiis ſubmiſſi de Cœlo in terram. Civitas hæc ſancta in quadro poſita eſt*, ut dicitur Apocalypſ. 21. num.16. de quo ibi multas dedi rationes quæſtione 22. Illa ad præſens apta, quam Aretas ait: *Cum civitas quadrangularis ſit per figuram Crucis ex diametro dividitur, ut innovetur Cruci veluti inniti, crucemque habere pro fundamento.* In quadro figura Sanctæ Crucis denotatur quatuor initiis illud vas Eccleſiam adumbrans ſubmittitur, quia Eccleſia virtute Sanctæ Crucis fundatur, ſtabilitur, creſcit, & augetur, atque ad ſe gentes congregat, & adducit. Vel illa quatuor initia denotant quatuor Evangeliſtas, quorum doctrina Eccleſia eſt fundata, & locupletata; vel quatuor mundi partes, per quas Eccleſia ſancta eſt dilatata; Dicitur *velut linteum*, ut explicat D. Ambroſ. citato ſerm. 10 *Quia ſplendidum erat velut linteum*: vel etiam poſſunt intelligi Angeli tenentes quatuor Angulos terræ Apocal. 7.num.1.

Eccleſia fundatur, ac dilatatur Cruce Chriſti.

Status religioſus cum maceratione. Gloſſa

93. Quarta expoſitio eſt valde moralis; per hoc vas linteum intelligit Sacras Religiones. Ita Gloſſa, nam linteum, ut deponat ſuas antiquas notas, ac ad candorem, ſplendoremque lintei deveniat multum maceratur, tunditur, carminatur, ſic qui ex ſæculo veniunt ad Religionem, ut deponant ſordes, ac fæces ſæculi, quibus ſunt illaqueati, indigent multa carnis maceratione, appetituum mortificatione, ut ad candorem, ac ſplendorem vitæ religioſæ deveniant.

Quia ſignificant quatuor initia.

94. In hoc autem linteo quatuor ſunt Initia, quibus fulcitur, quæ ſunt quatuor Religiones mendicantes, Dominicani, Franciſcani, Auguſtini, Carmelitæ, cum quibus, & cæteræ Religiones veniunt; vel quatuor hæc Initia ſunt quatuor Orbis partes, per quas omnes Sacræ Religiones multos, & uberes ſpirituales fructus faciunt in animarum ſalutem. *Fluvius*, ſeu *Fons*, ut alij legunt, *egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde dividitur in quatuor capita.* Geneſ.2.num. 10. Thomas Angelicus per Fontem intelligit Divinam Providentiam, per quatuor flumina Religiones Sacras, quas Deus ex ſua infinita pietate dedit ad irrigandam, ac fertilizandam ſua doctrina, exemplo, ac virtute univerſam terram.

Religiones fæcundant orbem Gen.2. Thomas Angelic.

95. Maxime notatu digniſſimum, quod invitans Anima Sancta ſuum Divinum Sponſum, ut veniat in hortum ſuum, hoc faciat, per omnia tempora; de futuro: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum.* Cantic. 5. num. 1. de præterito: *Veni in hortum meum ſoror mea*, ibidem de præſenti *Dilectus meus deſcendit ad hortum ſuum.* Cantic.6. num.5. Illud *deſcendit* eſt in præſenti, ut clarius conſtat ex radice græca; cohærentia videbatur, ſi per eundem modum, & per eadem tempora fieret ſermo; nam perſiſtentia in modo loquendi magnorum virorum eſt, magnum, & altum myſterium hic denotatur, Per hortum ſignificantur Sacræ Religiones, ut interpretantur D. Baſil. D. Laurent. Iuſtin. Rupert. quos citant, ac ſequuntur Ludovicus Soto Major, Giſlher, Cornel. Hic ergo ſignificatur, quod Deus in Sacris Religionibus per omnia tempora magnos colligit ſpirituales fructus, de præterito cum ſuis Sanctiſſimis Patriarchis multa Sanctorum agmina, de futuro, ut confidimus in Divina Providentia; in revelatione oſtendit Deus Sanctæ Thereſiæ Sanctum noſtrum Parentem Eliam pugnantem, ac prædicantem contra Antichriſtum, cui adhærebant multi Sacri Viri ex omnibus Religionibus, qui glorioſe pro defenſione fidei vitam fundebant, ut refert Ribadanera 2. p. in vita Sanctæ Thereſiæ; de præſenti tot, & tanti ſancti Canonizati noſtri contemporanei; ex noſtra Carmelitana Sancta Maria Magdalena de Pazzi, S. Ioannes à Cruce, ex Dominicana S. Roza, S. Margarita, S. Ludovicus Beltrandus, ex Auguſtiniana S. Thomas de Villanova, ex Franciſcana S. Petrus de Alcantara, ex Sacra Societate Ieſu S. Franciſcus de Borgia, S. Ludovicus Gonzaga, S. Staniſlaus, & ſic de omnibus aliis familiis. Nota quod dicuntur Sacræ Religiones Dei hortus in ſingulari, & plurali: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, ad areolam aromatum, ut paſcatur in hortis.* Cantic. 6. num. 1. Quia quamvis Sacræ Religiones videantur diverſæ ob diverſos habitus, tamen in eis eſt unus tantum finis, una intentio gloriæ, & honor Dei.

Cantic.5 Cantic.6 D.Baſil. D.Laur. Iuſtin. Rupert. Soto. Major. Giſlher. Cornel. S.Ther. Ribadanera.

QUÆSTIO XIII.

Quare in hoc linteo apparent quadrupedia ſerpentia, & volatilia?

96. *Chriſtianorum convivium valde amplum ex gentibus. D. Ambr.*

MAgnum, & lautum convivium ex gentilitate converſa in his animalibus denotat, ex qua proditori erant multi, & innumerabiles Magni Proceres Eccleſiæ Dei, non ut olim in Synagoga ex determinatis Celariis Regis Caotic.1.num.3. Sed ex toto ipſo Cœlo aperto paratur Petro, ut multa cum elegantia diſſerit D. Ambroſ. ſerm.67. ut ait: *Ut reficiatur Petrus non Celarium ſollicite reſeratur, ſed Cœlum ipſum protinus aperitur. Legimus Eliam in deſerto corvis miniſtrantibus paſtum, quanto melius Petrus, cui non parvam eſcam tetra avis porrigit, ſed integrum convivium multitudo Angelica ſubminiſtrat.*

97. *Diverſa beſtia.*

In quo erant quadrupedia, &c. D. Petrus referens hanc hiſtoriam ſequenti cap.11. num.6. ait: *in quo erant beſtia*, ſicut & D. Cyrillus hic in præſenti legit *feras*, hæc dicuntur in genere animalium, hic vero magis in particulari ſpecificantur quadrupedia, ſerpentia, &c.

98. *An etiam in linteo eſſent animalia immunda. Origen. D.Hier. D.Iuſtin.*

An hic etiam forent animalia immunda dubitabis. Origenes in caput ſecundum Geneſeos, D. Hieronymus in cap. 38 Ezechiel. tenent in hoc linteo fuiſſe animalia tam munda, quam immunda; munda ſignificare Iudæos, immunda vero gentiles; aptius tamen, & magis cohærentius ad literam D. Iuſtinian. quæſtione 89. ad Orthodox.

ſolum

ſolum in linteo contineri animalia immunda, non vero munda; Nam Divus Petrus exhorruit comedere, quia illud erat immundum; Si autem ibi eſſent munda non loqueretur abſolute, ſed cum exceptione de immundis. Deinde tota hæc viſio ad hoc tendit, ut recipiantur à D. Petro in Eccleſiam gentes, quæ cultu idolorum erant immundæ: Petrus dixit: *Nunquam manducavi omne commune, & immundum.*

99. Quæres: Quid ſignificent hæc animalia? Lyranus, Gloſſa, Interlinealis dicunt *ſerpentia* innuere invidos, ac iracundos, *volatilia*, ſuperbos, & ambitioſos, *Quadrupedia* avaros, guloſos, & lubricos. Divus Baſilius cap. 14. Iſai. per *quadrupedia* intelligit groſſos, ingenio tardus, per *ſerpentia* veneno deſævientes, nempe invidos, & iracundos, per *volatilia* leves, ac inconſtantes. Tertio dicam etiam, per *ſerpentia* intelliguntur homines infecti peccato originali, quod ſuggeſtione ſerpentis introductum eſt; per *quadrupedia* cum peccato mortali: *Conculcaverunt Domine legem tuam.* Pſalm. 118. per *volatilia*, & homines cum peccato veniali, quod non demergit homines in Infernum: Et hæc expoſitio maximè inſervit in ſententia illorum, qui id, quod infra dictum eſt Petro: *Occide, & manduca* interpretantur per Sacramenta, ſcilicet Baptiſmi, & Confeſſionis.

Triplex ſignificatio de his animalibus
Gloſſa. Lyran. D. Baſil.
Pſal. 118.

100. Quæres ſecundo: Cur gentiles ſignificentur per hujuſmodi animalia? quia talia adorabant, ideo in eorum ſimilitudines convertebant, ut de adorantibus idola gentium canit Regius Vates Pſalm. 113. numero octavo: *Similes illis fiant, qui faciunt ea:* Ut bene notat Divus Gregorius Niſſenus homilia decima in Cantica & ait: *Contemplatur linteum quatuor initiis ab alto demiſſo in terram omne genus hominum in ſe continens formatorum in formes innumerabilibus volucrum, quadrupedum, & reptilium beſtiarum pro multiplici cultuum diverſitate.* Qualis fuerit Dominus, quem tu colis, talis eris, adoras avaritiam ſuperbiam in illis animalibus deſignatam, talis tu eris. Ait Paulus 1. Corynth. 15. numero 32. *Pugnavi ad beſtias Epheſi*, ubi Theophylactus, D. Anſelm. Primaſior, & alij per beſtias intelligunt Barbaros homines, beſtias idolorum adorantes, & quia talibus inſerviebant eorum mores uſurpantes, beſtiæ ſunt dicti, ac nuncupati.

Pſal. 113. D. Niſſ.
Qui vitia colibis in illa transformatur.
1. Cor. 15. Theoph. D. Anſel. Primaſ.

101. Ait Ioannes Baptiſta Luc. 3. numero octavo: *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abraha:* quid autem Ioannes intelligat per lapides, planum eſt apud omnes, non eſſe lapides materiales, ſed gentiles homines, & hi meritò à Ioanne vocantur lapides, adorabant, & colebant magna veneratione lapidea idola, qui Deos lapideos, eorumque improbos mores ſectabantur, inde conſequens fuit, ut ipſi fierent lapides. Origenes homil. 22. in Levit. ait: *Non utique lapides irrationales corporeoſque monſtrabat Ioannes, ſed homines inſenſibiles, & quodammodo duros, qui quia lapides, & ligna adorabant, impletum eſt illud, quod in Pſalmo cantabatur:* Similes illis fiant, qui colunt ea, & omnes, qui confidunt in eis. *Vere qui colunt idola, & confidunt in eis ſimiles ſunt Diis ſuis abſque ſenſu ſine ulla ratione, in lapides, lignaque converſi ſunt.*

Luc. 3.
Origen. Pſal. 113.
Gentes habentes prodiis lapides, ſic dicuntur.

QUÆSTIO XIV.

Quare cum in hoc linteo ſint animalia terreſtria, & volatilia, non tamen aquatia, ut piſces.

102. PEr piſces etiam myſticè homines deſignantur, ut denotatur in Sagena miſſa in mare ad capiendos piſces. Matth. 13. numero 47. & in hoc ſenſu dixit; Chriſtus ſuis Apoſtolis: *Faciam vos piſcatores hominum* Matthæi 4. numero decimo nono; Cur ergo in hoc linteo non apparent cum cæteris animalibus homines denotantibus.

Matth. 13. Matth. 4.

103. Nota quod Deus mandavit antiquitùs fieri ſibi ſacrificia de aliquibus animalibus terreſtribus, volatilibus, non verò de piſcibus, qui non offerebantur in ſacrificiis, ut patet ex Levitico 1. à numero ſecundo, & notant Philo libro de v - ctim. Theodoretus quæſtione prima, & ibi Expoſitores & ratio genuina eſt Divina voluntas, congruentiæ multæ apud Doctores. Primo, piſcis Symbolum eſt luxuriæ, & ignaviæ abundant ſemine; Secundo eſt animal valde inſipiens, & ſtultum, qualibet te decipitur, ac piſcatur; Tertio valde guloſus, manducat carnes, & alios piſces, multaque immunda. Quarto magnum nefas inquinatum denotat, & ideo ut tradit Horus Ægyptius, Ægyptij, & Syri à piſcibus abſtinebant; Alias rationes adducunt Authores ad citatum locum Levitici.

Levit. 1. Philo. Theod.
Piſces excluſi à ſacrificio ob aliquas congruentias.

104. Ratio tamen literalis, quia piſcis vix extrahitur ab aquis ſtatim moritur, ideo nec offerebatur Deo in ſacrificiis, nec in hoc linteo apparet; quia Deus tantum complacet in his, quæ vivunt, & poſſunt ei obſequia exhibere, ut in animalibus vivis homines in multis affectionibus, & actionibus denotabantur; hic canit Regius Vates Pſalm. 113. n. 17. *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes, qui deſcendunt in Infernum, ſed nos qui vivimus laudabimus te.*

Viventes ad moriſum.
Pſal. 113.

105. Et tantum vult Deus ſacrificium à viventibus, quod illi maximè ei placent, qui ab infantia, ac vitæ exordio ei dicantur, & ideo majora, ac potiora ſacrificia ex teneris conſecrabantur à vitulis, Agnis, pullis columbarum, & ideo Abrahamus ex vitulo tenerrimo parat convivium Angelis Geneſ. 18. numero 7. & Bonus Pater filio prodigo ex vitulo ſaginato Luc. 15. numero 23. & Deus mandavit Numer. 3. numero 15. *Numera filios Levi, omnem maſculum ab uno menſe.* Iſidorus clarus ait: *Qui enim Dei cultui conſecrandi ſunt, ab ipſis incunabulis inſtruendi ſunt.* Ut à teneris Deum colant, & in ejus obſequio ſe exerceant.

A tenera ætate offerendi.
Gen. 18. Luc. 15. Numer. 3. Iſidorus.

106. Satis curioſè quæres: Cur magni viri ſuas Conciones Sacras per literas alphabeticas dirigunt, ſic David Pſalmo centeſimo-decimo & Pſalmo centeſimo-decimo-octavo & 144. Sic & Salomon Proverbiorum 31. Sic & Ieremias ſuos concinnat threnos *Aleph, Beth*, quænam cohærentia alta Dei myſteria cum literis Alphabethicis, quæ à pueris balbutientibus, & vix ſcientibus loqui dicuntur in Schola, ut pueri ab ipſis primis elementis bibant in lege Dei meditari, & contemplari, maximeque in illa informari. Divus Hieronymus in præfatione ad libros Regum ait: *Quibus quaſi literis, & exordiis in Dei doctrina tenera adhuc, & lactentis quodammodo viri juſti eruditur infantia*; ut ita pueri eo nu-

Pſal. 118. Pſal. 144. Prov. 31. Thren.
Virtus à pueritia magnas radices figit.
D. Hier.

ttiti lacte bonos ſugant mores, & fottes exurgant Dei Athletæ.

107. Luctatut Jacob cum Angelo pet integram noctem, & Jacob ex tanto luctamine victut, ac triumphatot evaſit, unde à victoria el nomen inditum eſt: *Angelus nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael, quia ſic contra* Gen. 32. *Deum fortis fuiſti.* Geneſ. 32. numeto 28. Unde Jacob tanta fottitudo, ut Angelum ſuperaret, ipſeque Angelus ſe devictum fateretut? Recole, quod cum Jacob eſſet in utero matris cum fratte ſuo luctatus eſt, eumque ibi ſuperavit, Oſeas 12 ut exponit Oſeas cap. 12. numeto tertio: *In utero ſupplantavit fratrem ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo:* Cur ergo Angelum humo luctator ab utero ſuo amplexu non ptemeret, qui artem luctandi callebat ab infantia; Nam Iacob cum fraterculo bene luctana jam meditabatur luctam cum Angelo proceſſuram ut optime notat Theoduretus, & ait: *Plantam fratris tenens in lucem prodiit, qualis futurus eſſet præſignificans. Proceſſu temporis vir factus adeo virtutis exercitatione excelluit, ut cum ſemel fratris timuiſſet adventum, Deumque rogaſſet, non modo auxilium obtinuerit, verum etiam viſus ſit ipſe ſibi luctari cum Deo, & victoriam reportare:* Ab infantia luctattice tantum retum auſpicium deſignabatur.

Miles ab infantia temporis proceſſu validiſſimus.
Theod.

108. Pſal. 128. Ait Regius Vates Pſalm. 128. numero ptimo: *Sæpe expugnaverunt me, & non potuerunt mihi.* Sæpe inimici mei tanquam agmine facto irruerunt in me, *Et non potuerunt mihi.* Unde illi tanta fortitudo, & robur ad tot impetus ſuperandos? *Expugnaverunt me à juventute mea*; aſſerit ſe à puetitia ludo tritum, ut fortior expugnaret impugnantes ſe, ut advertit D. Zeno ad Pſalm. citatum & ſubdit: *Non otioſa virtus viri religioſi eſt à teneris nempe.*

Robuſta virtus à teneris hauſta.
D. Zeno.

QUÆSTIO XV.

Quare Sanctiſſima Virgo. Maria omnino, ac totaliter eſt ſeparata ab hoc linteo?

Agitur de illius Immaculata Conceptione.

109. IN hoc linteo animalia quadrupedia, ſerpentina, & volatilia denotant homines vitioſos, ac peccaminoſos, vel, ut dixi, denotant homines cum peccato originali, mortali, ac veniali, à quibus omnibus puriſſima Virgo Maria longiſſimè, ac diſtantiſſimè eſt ſegregata, & immunis.

110. Trident. Nam Sacratiſſima Virgo Maria nullum habuit peccatum actuale, ut eſt definitum in Concilio Tridentino ſeſſione 6. Can. 23. quod verò in ſua puriſſima, ac Immaculata Conceptione nullum contraxerit peccatum originale, & quod in primo inſtanti illius fuerit omni gratia præventa, eſt hodie conſtans ſententia Theologorum, pro qua pluſquam ſex millia Doctorum pugnant, ut dixi Opuſculo 4. de Conceptione quæſtione decima-octava numero 142. Ubi in toto opuſcu- & multis aliis in locis meis ibi citatis mul- hoc magno myſterio dixi, omniaque pro -blimi, & alto arcano parva, & pauca & quis poterit intelligere, aut aſſequi San- -æ Virginis Mariæ magnalia, & ideo opti- D. Laurentius Iuſtinian. ſerm. de Annunciat.

Maria Virgo abſque omni peccato actuali, & originali.

Maria eſt liber incomprehenſus.

111. Pſal. 44. Canit Regius Vates Pſalm. 44. numero decimo: *Aſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato.* Qui locus communiter à Sanctis Patribus de B. Virgine Maria interpretatur, D. Athanaſius ſermone de Deipara, D. Damaſcenus ſermone de Aſſumptione, D. Ildephonſus ſermone de Aſſumptione D. Bernardus, D. Bonaventura, multis in locis, & alij communiter D. Chryſoſtomus ſic legit: *Erecta ſtetit regina à dexteris tuis*, & ait: *Erecta ſtetit, quia nunquam cecidit, in dexteris*, utpote in loco valde honorifico, Chaldæus legit: *Stabit liber legis in latere dextera tua, & exarabitur in Exemplari ſplendor tuus, velut obrizo ex Ophir.* Ac ſi dicat: Maria Virgo eſt liber legis, quæ utpote à te data eſt pura ſine macula, in qua ô Æterne Pater, ſplendor tuus filius tuus tamquam in ſuo exemplari, ac tranſumpto, ſeu copia eſt exaratus, ſcriptus tamquam in auro maxime defœcato, Filius Dei totus purus ſanctus, imo ipſa puritas, atque ſanctitas; Maria illius exemplar, ac tranſumptum tota pura, & immaculata.

D. Atha. D. Dam. D. Ildep. D. Bern. D. Bona. *Maria velut tranſumptum Filij Dei.* D. Chryſoſt. Chaldæ.

112. Oſeæ 14 Ad Virginem Mariam ait Deus per Oſeam 14. numero nono: *Ex me fructus tuus inventus*, id eſt ille, qui eſt meus filius, filius tuus; vel tunc gloriatur Æternus Pater quod eundem habeat filium cum Maria Virgine. D. Bonaventura in ſpeculo cap. 14. ait: *Æternus Pater loquitur ad Mariam, ex me fructus tuus inventus; ex me, quia ex utero meo genitus eſt, ſicut in* Pſalm. 109. *Scriptum eſt: Ex utero ante luciferum genui te; Tuus ô Maria ad hunc producendum electa.* Ait Æternus Pater, quod filius ſuus ſit filius Deiparæ, & ait: *Ex utero genui te.* Filius Dei non procedit à Patre ex utero, ſed ex mente, ex Maria procedit ex utero, cur ergo non dicitur, quod filius procedit ex mente, ſed ex utero, quod pertinet ad nativitatem ex Maria? Ut fiat manifeſtum Patrem Æternum gloriari, quod filius ſuus ſit filius Mariæ; mutantur principij nomina, ut id, quod eſt ex mente, dicatur ex utero, & etiam quodammodo noſtro dicendi modo, quod ſicut Filius Dei procedit ex mente Paterna puriſſima, & ſanctiſſima, ſit & ſuo modo à Virginis utero puriſſimo, & ſanctiſſimo, & forte hac de cauſa intellectus paternus, à quo filius procedit, uterus nuncupatur.

D. Bona. *Pater gloriatur quod filius ſuus ſit filius Mariæ.*

113. Prov 3. D. Ambr. Ait Salomon maximè conſiderandum: *Viam colubri ſuper petram.* Proverb. 30. numero decimonono: Quæ verba exponit D. Ambroſius libro de Salomone cap. 2. de Chriſto Domino, & ait: *Venit denique coluber ad petram, qui Chriſtus, ſed Chriſtus Diaboli verba contempſit, ideo in petra veſtigium non fecit.* Cum Chriſtus eſſet petra, ut ait Apoſtolus: *Petra autem erat Chriſtus*, non potuit venenoſus ſerpens eum mordere, atque in eo ponere veſtigium; Atqui Sanctiſſima Virgo eſt etiam petra juxta illud Iſaiæ 16. num. 1. *Emitte Agnum Domine Dominatorem terra de petra deſerti:* Iſai 16. poſtulat Agnum natum ex Virgine Maria, quam dicit petram deſerti; quia tunc mundus erat deſertus à gratia Dei, vel ut ait Cardinalis Hugo, ipſa Hugo. ſolet patrocinari & defendere deſertos, ac deſtitutos ab omni præſidio, Maria autem Virgo, ut ait Albertus Magnus ſermone ſuper: *Miſſus eſt, eſt firmiſſima petra conſtituta quam Diabolus non potuit attingere.* Albert. Magn.

Virgo petra firmiſſima.

114. Prov. 8. Ait Salomon Proverb. 8. numero 23. *Ab æterno ordinata ſum, antequam terra fieret, quando æthera firmabat ſurſum adtram* numero 28. *Quomodo*

hac

hæc poſſunt cohærere; nam ex libro Geneſ. cap.1. n.1. conſtat, quod *In principio creavit Deus Cœlum, & terram.* In quarto autem die, *fecit Deus luminaria magna, & ſtellas*, quo ergo fundamento dicuntur æthera prius formata, & exornata, quam terra? Loquitur Salomon de Virgine Deipara, ut
D.Epiphan. Damian. *Virgo immunis ab Adami peccato.* tenent D.Epiphanius hæreſi 69. Petrus Damian. ſerm. de Nativit. quæ ab æterno prædeſtinata, & ordinata, ac electa Mater Dei *Ut eſſet Cœlum animatum*, ut eam appellat Joannes Damaſcenus, firmatum omni gratia, & ſanctitate, & hoc *antequam terra fieret*, nempe Adamus, qui per peccatum originale factus eſt terra, *pulvis es, & in pulverem reverteris*; ante ergo hanc terram Adami ipſa fuit ordinata Chriſti Mater, et Cœlum animatum, putum, & ab omni macula immune.

115. 2.Reg.23. D.Bonavent. Dicitur 2.Reg.23.n.4. *Sicut lux aurora Oriente Sole mane abſque nubibus rutilat*, quem locum de puritate Virginis Mariæ explicat D. Bonavent. in ſpeculo cap 9. ubi ſic ait: *Lux aurora & ſanctitas Mariæ, quia ipſam irradiare dignatus eſt, proceſſurus de ea Sol juſtitia.* Quia Sol juſtitiæ Chriſtus Jeſus naſciturus erat ex Maria Virgine, eam reſplendere fecit abſque nubibus, quæ in aliquo vel etiam minimo eam obſcurare non poſſent.

*Actor.*10.*n.*13. Et facta eſt vox ad eum; Surge Petre, occide, & manduca.

*Num.*14. Et ait. Abſit Domine; quia nunquam manducavi omne commune, & immundum.

*Num.*15. Et vox ſecundo ad eum; quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris.

*Num.*16. Hoc factum eſt per ter; & ſtatim eſt vas in Cœlum.

*Num.*17. Et dum intra ſe hæſitaret Petrus, quidnam eſſet hæc viſio, quam vidiſſet: Ecce viri, qui miſſi erant à Cornelio inquirentes domum Simonis aſtiterunt ad januam.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV.

116. Syriac. Verſ. 13. *ET facta eſt vox ad eum*, nempe imaginaria, & mentalis, ut ſolet fieri in extaſi. *Petre* Syriacus habet: *Simon*, ſed rectius noſtra Vulgata, & Græcus legunt: *Petre*, quia ei loquebatur hic, ut ſupremo Capiti Eccleſiæ, cujus proprium nomen eſt Petrus: *Surge* quod verbum indicat diligentiam, & celeritatem in executione mandati; Deus ſuos miniſtros vult diligentes, & non pigros, ac ignavos.

117. Syrus. Beda. D.Chryſoſt. *Occide, & manduca.* Syrus: *Macta*, Beda: *Immola manduca.* D.Chryſoſt. *Veſcere*, dicitur *Occide*, nempe eorum vitia, ac abominationes prædicatione, & exhortatione, Sacramentorumque applicatione: Fit alluſio, ut ait Beda, ad ſacrificia antiquæ legis veteris; nam ex victima immolata Deo etiam Laïci comedebant.

118. D.Hier. *Manduca.* Id, quod comeditur in comedentis Corpus convertitur, ſic Prælatus peccatorum abominationes occidat, ut eas convertat in Eccleſiæ corpus, ſic D.Hieronym. in Thren. ait: cap.3. *Petro, ut capiti* (ait) *dicitur, macta, & manduca, id eſt vetuſtatem earum contere, & in corpus Eccleſiæ, ac ſua membra converte.*

119. Arabic. Verſ.14. *Ait Petrus: Abſit Domine.* Arabicus: *Nullo modo Domine*, & dat rationem *nunquam manducavi omne commune, & immundum*; Syriac. *Contaminatum.* Arabicus: *Pollutum.* D.Cyrillus addit: Syriac. Arabic. D.Cyril. *Neque intravit in os meum caro profani*, dixit omne commune, & immundum, quod idem ſignificat, & unum eſt interpretatio alterius, & ſignificat cibos gentilium, à quibus abſtinebant Judæi, de quo infra q.17.

120. Syriac. Arabicus. Verſ.15. *Et vox iterum ſecundo ad eum*, Syriac. *Et rurſum duobus temporibus vox fuit ad eum.* Arabic. *Secunda vice* exiſtente Petro in hac ſua extaſi ter vidit hoc linteum ad *ſe deſcendere de Cœlo*: ter audivit: *Occide, & manduca.* Ter ſe excuſans reſpondit: *Nunquam manducavi commune, & immundum.* Ter ei dictum eſt, & audivit: *Quod Deus purificavit tu commune ne dixeris*, ut notat noſter D. D.Cyril. Cyrillus in Leviticum; ter hæc facta ſunt, ut intelligat, & cognoſcat viſionem eſſe veram; & ut prompto animo ad eam advertat.

121. Syriac. Arabic. Æthiop. D.Aug. Verſ.16. *Statim vas receptum eſt in Cœlum*: Syriacus: *Sublatum eſt vas.* Arabicus: *Aſcendit vas rurſum.* Æthiopicus: *Receptum eſt in Cœlum vas fictile.* D.Auguſt. *Sublatus eſt diſcus* unde venerat; Nam vocatio gentium venit de Cœlo ex auxilio Dei, & ſic vocati recipiuntur in Cœlum ad beatorum ſedes.

122. Æthiop. Verſ.17. *Et cum intra ſe hæſitaret Petrus*, ut ait Chryſoſtomus ut ſolutio eſſet gratior, & ſic factum eſt cum Joſeph Sponſo Virginis Mariæ. Æthiopic. Dum inter ſe miraretur. Tunc ecce viri, *qui miſſi erant à Cornelio.* Deus alta ſua providentia ſuis occurrit, eorumque deſiderijs ſubvenit, ut nunc Petro affectanti totius viſionis intelligentiam aperit, & cuncta ſua providentia diſponit, ut viri inquirentes Simonem ſtatim, atque illico ſteterint ad ejus portam.

QUÆSTIO XVI.

Quare cibus immundus dicitur purificatus?

123. *In lege gratia nō dantur cibi immundi, ut in lege veteri.* DIcitur Petro, quod illa animalia in linteo, quamvis alias eſſent immunda, purificata tamen erant à Deo, & quamvis ad corticem literæ communis interpretatio eſt, quod olim in lege Moyſis multi cibi tamquam immundi erant reprobati, at Chriſtus D. veniens talem legem abrogavit, omneſque cibos fecit mundos, & aptos ad communem hominum uſum: Unde R.Moyſes, & R.Salomon apud Lyram, Geneſ.9.n.4. dixerunt tempore Lyran. Meſſiæ nulla animalia fore immunda, ut antiquitus erant ſub Moyſe, ſed omnia fore munda, ut erant tempore Noë, Geneſ 7.n.8.

124. *Deus ex magnis peccatoribus facit juſtos.* Quantum ad ſenſum ſpiritualem viſionis, per illa animalia denotabantur gentes, quæ erant tamquam eſcæ immundæ, tamen Deus eos ſua gratia vocavit, juſtificavit, ſanctificavitque; erant immundæ antequam haberent condimentum divinæ gratiæ novit divina gratia ex venenoſis ſerpentibus conficere divinas, ac cœleſtes dapes, & inde vas receptum eſt in Cœlum.

125. Ad impetrandam benedictionem Patris ſui Iſaac, Rebecca Spiritus ſancti afflatu ſuadet filio ſuo Jacob: *Affer mihi duos hædos optimos, ut faciam ex eis eſcas Patri tuo, quibus libenter veſcitur*, Gen.27. Gen.27. n.9. In quo Sancti Patres alta indagant myſteria, *Deus ex hædis facit dapes cœleſtes.* ſed quomodo hœdus, qui eſt ſymbolum peccatorum, & ideo ad ſiniſtram ſunt collocandi, poteſt placere Deo? Hæc eſt poteſtas divinæ gratiæ, quæ ex depravatis peccatoribus valet præparare Deo gratiſſimum epulum, quo maximè exultat, & lætatur.

Francon. tur. Franconius Abbas tom.3. de gratia ait : *Verè ſapiens mulier, quæ ſic novit hædos coquere, ſic condire quæ gratiam cervorum coæquent, ac ſuperent. Gaudium enim eſt Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſupra novem juſtis.*

126. D.Hilar. Secundo D.Hilarius can.33. in Matth. ait : *Ioſeph munda Sindone corpus Ieſu involvit, & quidem in hoc eodem linteo reperimus de Cœlo ad Petrum univerſorum animantium genera ſubmiſſa.* In illo linteo oſtendebantur horrenda, ac terribilia animalia, quæ ſuo aſpectu magnum timorem incutiunt, eaſque ſua ferocitate devorant, ac comedunt, & tamen tamquam ſuaviſſimæ epulæ proponuntur, ut lautum convivium, ut illa animantia erant in illo linteo, in quo corpus Chriſti fuit involutum, in quo extabant illius paſſionis veſtigia, ad ejus aſpectu bruta, & indomita animalia omni ferocitate, ac veneno depoſito in tantam ſuavitatem, ac lenitatem deveniunt, ut dulciſſimæ dapes guſtari, ac ſuſcipi valeant, & cum eis maximè Petrus jucundetur; ſiquidem in hoc eodem linteo reperimus *de Cœlo ad Petrum univerſorum animantium genera ſubmiſſa.* Ait Deus ad Moyſen, Exod.17.n.6. *Tolle virgam tuam, percuties petram, & exibit aqua.* Ad quid virga, nonne ſatis erat quod Moyſes ad petram loqueretur? Virga figura Crucis paſſionis eſt, ut eſt commune, ad cujus præſentiam etiam duriſſimæ petræ miteſcunt, duritiemque deponunt, & ampliſſimos aquarum latices exundant.

Ferini mores in intuitu paſſionis Chriſti miteſcunt.

Exod.17

127. D.Greg. Tertio D.Gregor. lib.18. Moral. cap.10. al. às 55. ſic inquit : *Ipſi primo Paſtori* (ſcilicet Petro) *quaſi hujus leana eri dicitur, macta, & manduca; quod mactatur quippe à vita occiditur, id verò quod comeditur, in comedentis corpore commutatur. Macta ergo, & manduca dicitur, id eſt à peccato eos, qui vivunt, interfice, & à ſe ipſis illos intra membra converte.* Ac ſi dicatur : Occide nempe peccatores tua doctrina, prædicatione, ac exhortatione eorum peccata per confeſſionis Sacramentum, & eos manduca convertens, ac ingerens in meæ Eccleſiæ corpore, ut ait D.Auguſt. ſerm.26. de diverſis cap.7. *In novam vitam ſocietatis Eccleſiæ.*

Petrus peccatores convertat in corpus Eccleſiæ per confeſſionē.

D.Aug.

128. Occidat peccatores, eorumque peccata per confeſſionis Sacramentum. Venit ille filius prodigus ad Patrem, macilenta facie, ſordido veſtitu, quem cùm à longè vidiſſet bonus Pater miſericordia motus occurrit ei, *& amplexu oſculatus eſt eum*; non tamen filium ſuum veſtitu, annulo calceiſque exornat, ac in domum ſuam introducit, niſi poſtquam ille pœnitentia compunctus confitetur : *Pater peccavi in Cœlum, & corā te.* Luc.15.n.21. Tunc ſtatim pater ad ſervos ait : *Citò proferte ſtolam primam; date annulum in manum ejus, & calceamenta in pedes ejus*, nam cum Pater eum primo viderit, miſericordia motus eum eſt amplexatus ut eum ad confeſſionem alliceret, tamen non eum ſtola prima; annulo, ac calceis in domum ſuam vitulo ſaginato introducit, niſi confeſſione peracta : Et ſi Pater eſſet lætus, cum tamen peccator ingenuo pudore confectus ſua delicta exponit, non amplius nocent ei, & magnis donis condecoratur. Tertullian. lib. de Pœnit cap.8. *Sed ſi pœniteat ex animo ſi Patrem repetas vel offenſum, deliqui, dicens, tantum revelat confeſſio delictorum, quantum diſſimulatio exaggerat.*

Luc.15.

Confeſſione delictorum blanditur Deus.

Tertull.

119. Judas regali ſceptro ſupereminet cæteros fratres. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore ejus*, Geneſ.49.n.10. Quæ felicitas illi obvenit, ut multi volunt, ex ſuo nomine, nam Judas idem eſt, ac confitens, quod facto comprobavit; nam cum Thamar velata facie ab eo concepiſſet, eo quod non dederat ei ejus filium minorem pro prima morte juxta legem, & poſtea cum inventa fuiſſet Thamar concepiſſe, & accuſaretur de adulterio, Judas in eam protulit ſententiam capitalem, quæ cùm duceretur ad mortem miſit ad Judam armillam, & alia munera, quæ Thamar à Juda acceperat, quando cum illa habuit rem, dicens, *De viro, cujus hæc ſunt, concepi*; Quæ cum vidiſſet Judas dixit : *Iuſtior me eſt; quia non tradidi eam Sela filio meo*, Geneſ.38. n.16. qua confeſſione tantum placuit Deo, quod ipſe in ſuo ſemine deſignatus à Deo Rex Iſrael, & dux totius populi, qui cum eſſet Judex, ac Gubernator non erubuit agnoſcere ſuum delictum, & illud palam confitetur, proindeque principatui, ac regno aptiſſimus eſt. Peluſiotes lib.5. epiſt.48. ait : *Quoniam plerique ſua delicta occultantes alios condemnant; hic vero* (ſcilicet Judas) *ſe ipſum condemnavit, eam ob cauſam regiam dignitatem aſſequutus eſt.*

Gen.49.

Confeſſio regnum meretur & dona.

Gen 38.

Peluſiot.

QUÆSTIO XVII.

Quare cibus immundus dicitur communis?

130. AIt Petrus : *Nunquam manducavi omne commune, & immundum.* Unum eſt expoſitio alterius, & immundum idem eſt, ac impurum, ac profanum; nam Judæi ne Gentiles offenderent cibos eorum, qui lege Moſaïca utebantur, non vocabant immundos, aut profanos, ſed communes ex eo quod à quolibet Gentili comedi poterant.

Quid cibus communis.

131. D.Chryſoſt. Et quamvis D.Petrus non teneretur ad obſervandam legem Moſaicam, utpote jam abolitam, & abrogatam per Chriſtum, tamen prudentiſſime ſe habuit, ut notat D.Chryſoſt. ut poſtea facilius ſe tueretur adverſus eos, qui eum arguebant, quod Gentiles admitteret, & ad ritus Gentilium tranſiret, & ideo non repente, ſed paulatim fuit faciendum.

Scandalum vitandum.

135. Moraliter erant in illo linteo quadrupedia, ſerpentia, & hæc dicit communia. In illis animalibus repræſentabantur peccatorum imagines, quibus miſer peccator tamquam famulus, ac captivus inſervit, ac ſubminiſtrat ſuis vitijs. Origenes homil.5. in Levitic. ait : *Qui Sanctus eſt, & immundus multorum eſt; multi enim Dæmones poſſident eum, & ideo communis appellatur.*

Peccator in multos idoneos incidit.

Origen.

133. Ut Jeſus intraret in Ieruſalem miſit diſcipulos ſuos in Caſtellum, quod contra eos erat, abierunt diſcipuli, ut Dominus illis diſpoſuit : *Solventibus autem illis pullum, dixerunt Domini ejus ad illos, quid ſolvitis pullum; at illi dixerunt, quia Dominus eum neceſſarium habet*, Luc.19.n.33. In aſino illo denotatur peccator ligatus, ac comprehenſus, ut multis Dominis inſerviat, ac ſubjugatur, & qui tot onera ſuſtinet, bene aſinus eſt, at ſi Deus ſua gratia per manus ſuorum miniſtrorum eum ad ſe adducit ſolutus à vinculis unum tantum Dominum, ac Deum habet, ſub quo multis mirificè exornatur, quod perbelle ponderat D. Athanaſius ad citatum Evangelij locum, ubi ſic ait : *Apoſtoli ſcilicet profecti in pagum dixerunt Domini iſtius pulli diſcipulis; quid ſolvitis pullum? Nonne ſufficeret, ſi unus Dominus aſſideret? Nunc autem plures ſunt ejus Domini.* Cum perſonam peccatoris agit multis inſerviebat.

Luc.19.

Peccator multis inſervit.

D. Athan.

134. Cum Salomon per viam rectam Patris ſui Davidis incederet; unum verum Deum Creatorem Cœli, & terræ adorabat, at vero poſtquam depravatum eſt cor ejus per mulieres, ſequebatur Deos alienos : *Et colebat Salomon Aſtarothem Deum Sydoniorum,*

&

3.Reg.11 *& Moloch Idolum Ammonitarum & ædificavit Salomon fanum Chamos Idolum Moab*, 3.Reg.11.n.5. & 7. Quandò cor ejus erat rectum, & perfectum unum tantum Deum, ac Dominum adorabat, at verò cum cor ejus corruptum, ac venenoſum factum eſt, multis Dominis ſub eorum jugo miſerrimè ſerviebat, & cum ratio naturalis dictet, quod unus tantum ſit Deus, & una tantum cauſa prima, ſic tamen ſapientiſſimus homo bruteſcit ac crudeli veneno obcæcatur, ut multis Dominis inſerviat, eorumque vitijs, ac turpitudinibus famuletur.

Peccator ſub multis vitijs ſervit, & premitur?

QUÆSTIO XVIII.

Quare D. Petrus cum eſſet obedientiſſimus ter reſpondet, ac recuſat comedere illa animalia à Domino oblata?

135. DIcitur Petro: *Occide, & manduca*, reſpondit & ille: *Abſit Domine*, Dominum appellat eum, à quo invitabatur ad comedendum illud, quod erat contra ſuum affectum, ac guſtum, ut notat D. Ambroſius lib.2. de Spiritu ſancto cap.11. & inquit: *Quoniam vocatus Petrus reſpondit, Domine, ideò ſecundum evidentius meruit oraculum.* Impellebatur Petrus ad comedendum ea, quæ ſibi videbantur horribilia, venenoſa, ac deteſtanda, tamen multa cum reverentia reſpondet, & loquitur Dominum appellans, & veneratus, indeque meruit ſecundam vocem, ut clarius, ac apertius agnoſceret myſterium: *Quod Deus purificavit, commune ne dixeris.*

D. Ambr.

Reverentia, ac urbanitas multum promeretur?

136. Ter vas deſcendit de Cœlo, ter Petro dictum eſt: *Occide, & manduca*, ter ſe Petrus excuſat, dicens nunquam manducavi commune, & immundū, ter ei dicitur *Quod Deus purificavit commune ne dixeris.* Ter hoc ei dicitur in figura Sanctiſſimæ Trinitatis, in qua baptizandus erat Cornelius. Ita D. Ambroſ. lib.2. de Spiritu ſancto cap.11. D. Auguſt. ſerm. ſæpè citato de Diverſis; Aptius tamen, & magis ad literam Gloſſa Interlinealis, D. Cyrillus in Levit. præter ſuperiorem ſenſum, alium aſſignat; ut Petrus magis certificaretur de veritate viſionis, & ad ejus executionem excitaretur. Petrus ter negavit, ter de ejus amore interrogatur à Chriſto *Amas me?* Ioan.21.n.15. ſic Paulus ter Dominum rogavit, ut ab eo Satanæ Angelus diſcederet, 2.Corinth.12.n.8. Denique ad veritatem ſuæ mortis comprobandam tot dies in ſepolchro jacuit, Matth.12.n.40.

Cur Petrus admonetur de Cœlo? D. Ambr. D. Aug. Interlin. D. Cyril. Ioan.21. 2.Cor.12 Matth 12

137. Tamen maximè inquirendum eſt, quod cum Petrus audiat multipliciter teſtificatum de Cœlo eſcām oblatam in linteo eſſe purificatam à Deo, adhuc ipſe immobiliter perſiſtit in ſua ſententia, ita ut proferat: *Nunquam manducavi omne commune, & immundum* jam ex ſuperioribus liquet quod illa animalia denotabant gentes, & peccatores converſos per pœnitentiam, Petrus gerens hominum perſonam, & cum eos ut peccatores agnoſceret, & reputaret immobiliter perſiſtens, non eos judicabat, ut in præſentiarum juſtificatos ac purificatos audierat è Cœlo, ſed fixus perſiſtens in ſua prima apprehenſione, eos immundos, atque peccatores appendebat, ita ut vox de Cœlo clamans eum ab illo cogitatu non potuerit primo avellere, ſed neceſſarium fuit iterum repetere. Beda: *Gentiles erant, quos Petrus adhuc immundos judicabat, & ut Petrus magis certus fieret de eorum juſtificatione, ſubditur: Statim vas receptum eſt in Cœlum*; quia nempe illa purificata animalia jam non habebant locum in terra, ſed in Cœlo cum Beatiſſimis Spiritibus.

Homo judicat de proximo non ut de præſenti, ſed ut de futuro.

Beda.

138. Cum ſacri Apoſtoli aſcendiſſent in naviculā, Jeſo in terra remanente, & fortis, ac vehemens ventus contrarius eis eſſet exortus, quo navicula in varias partes impellebatur, fluctibuſque intumeſcentibus mare commovebatur, & Apoſtoli eſſent laborantes in remigando, ut notat Chryſoſt. homil.51. cum dicitur *Quarta vigilia veniſſet Ieſus ad eos*, denotatur per totam noctem fuiſſe laborantes, tunc in ipſa quarta vigilia *venit Ieſus ad eos ambulans ſuper mare, & volebat eos præterire*, Matth.14.n.48. *Et ipſi putaverunt eſſe phantaſma*, ut ſcribit D. Marcus 6. n.49. Cur non cogitant, ac eis non venit in mentem, quod eſſet ſuus Divinus Magiſter Jeſus, cujus potentia in magnis miraculis erat manifeſta, ſic & illius eximia providentia erat circa ſuos diſcipolos, quod in ſimili periculo *cum navicula operiretur magnis fluctibus*, Matth.8.n.16. Mirabiliter cuſtodivit; cur ergo non cogitant eſſe ſuum Divinum Magiſtrum, ſed phantaſma? *Quia volebat præterire eos.* Erant certiſſimi Apoſtoli de eximia ſollicitudine, ac cura ſui Magiſtri, & quod de multis periculis eos liberaret; Cum verò modo ſe in tot fluctibus jactatos conſpicerent, quin Divinus Magiſter eis ſubveniret, potiuſque eos vellet præterire, in ſua ipſorum apprehenſione immobiles perſiſtunt non fore ſuum Magiſtrum, ſed Phantaſma D. Auguſt. in Catena D. Thomæ ait: *Quomodo hæc intelligere potuerunt, niſi quia in diverſum ibat eos volens præterire tamquam alienos, à quibus ita non agnoſcebatur, ut phantaſma putarent.* Vide quæ dixi ſuperiori cap.9. q.20. per totum.

Math 14 Marc. 6 Matth. 8

Difficillimè homo poteſt divelli à ſua prima apprehenſione. D. Aug.

Act. 10. *n.* 18. Et cum vocaſſent interrogabant, ſi Simon, qui cognominatus Petrus, illic haberet hoſpitium?

Num. 19. Petro autem cogitante de viſione, dixit Spiritus ei ecce viri tres quærunt te.

Num. 20. Surge itaque deſcende, & vade cum eis, nihil dubitans quia ego miſi illos.

Num. 21. Deſcendens autem Petrus ad viros dixit: Ego ſum quem quæritis, quæ cauſa eſt, propter quam veniſtis?

Num. 22. Qui dixerunt: Cornelius Centurio vir juſtus, & timens Deum, teſtimonium habens ab univerſa gente Judæorum, reſponſum accepit ab Angelo Sancto accerſire te in domum ſuam, & audire verba abs te.

Num. 23. Introducens ergo, eos accepit hoſpitio, ſequenti autem die ſurgens profectus eſt cum illis, & quidam ex fratribus ab Joppe comitati ſunt eum.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE V.

Verſ. 18. ET *cum vocaſſent.* Illi tres viri miſſi à Cornelio vocarunt aliquem ex habitatoribus, vel ex domeſticis, quod Mariana dicit more Hiſpanico pulſando oſtium, & interrogabant, an *Petrus illic haberet hoſpitium?* Syriacus: *Illic diverſaretur?* Arabic. *Illic hoſpitaretur?* 139.

Mariana. Syriac. Arabic.

Verſ. 19. *Petro autem cogitante de viſione.* Syriac. *Cum meditaretur viſionem.* Æthiopic. *Petro adhuc perſiſtente in meditatione hujus viſionis.* Ex votis Petro reſpondet Spiritus ſanctus ei tribuens viſionis cognitionem. 140.

Syriac. Æthiop.

Carthuſ. Gloſſa. *Dixit Spiritus.* Carthuſianus, & Gloſſa per ſpiritum intelligunt Angelum, ut Divini Spiritus Vicarium, qui in corpore aſſumpto loquutus eſt Petrum; Aptius tamen D.Cyrill. Ieroſolymit. Carecheſ.17. D.Chryſoſt. in præſenti, D.Ambroſ. lib.2. de Spiritu ſancto cap.17. D.Gregor. lib.18. Moral. cap.2. intelligunt Spiritum ſanctum, qui per internam inſpirationem, & loquutionem dixit Petro, & hæc ſolutio inde eſt probabilior ex his, quæ ſequuntur in verſu ſequenti: *Ego miſi illos.* D.Cyril. Ieroſol. D Ambr. D.Chryſoſt. D.Greg.

142\. Verſ.20. *Surge* ab oratione, in qua fervidus extabat: Sæpe oratio omittenda eſt, vel propter officia, vel ob propriam obligationem, ſic & Moyſi cum eſſet in monte cum Deo dictum eſt: *Deſcende, peccavit populus tuus*; Exod.32.n.7. de quo multa dixi varijs in locis, *Deſcende*, erat enim; ut notat Lyranus, orans in ſuperioribus partibus domus, ut patet ex principio hujus capitis. Exod.32. Lyran.

143\. Syriac. Arabic. Æthiop. *Vade cum eis nihil dubitans.* Syriacus: *Proficiſcere cum eis nihil mente ambiges.* Arabicus: *Nihil haſitans propter illam rem.* Æthiopicus: *Non ambigens quidquam*; Cauſa autem forſitan erat dubitandi, quia metuebat Petrus fratrum reprehenſionem, ſi ad gentes incircuncilas accederet, cum eiſque haberet commercium, de qua reprehenſione agitur capite ſequenti n.21. & magnus Petrus nullum de ſe volebat dare ſcandalum, & cum eſſet tam magnus non recuſabat aliorum reprehenſionem.

144\. Æthiop. Pagnin. *Prælati non habeant a ditum difficilẽ.* Arabic. Verſ.21. *Deſcendens autem Petrus.* Æthiopic. *Deſcendit de tabulario ſuo.* Pagninus: *Deſcendit ad viros*, qui miſſi fuerant ad ſe à Cornelio; Deſcendit, non ab alio vocatus, ſed ab inſtinctu Spiritus motus, tamquam ſi eorum interrogationem audiſſet. Reſpondit: *Ecce ego, quem quæritis.* Arabic. *Ecce me, quem petitis.* O magnum documentum cunctis gubernatoribus, ut non ſe abſcondant, ac recondant à ſubditis.

145\. D.Chryſoſt. Gloſſa. Carthuſ. Interlin. D Greg. *Quæ eſt cauſa, propter quam veniſtis?* D.Chryſoſt. *Ob quam cauſam adeſtis.* An D.Petrus cognoverit cauſam adventus, dubitatur. Gloſſa, & Carthuſianus affirmant cognoviſſe, tamen ut ſuam abſconderet virtutem, ex humilitate monſtrat ſe neſcire. Gloſſa vero Interlinealis, D.Gregor homil.1. in Ezechiel. dicunt re vera neſcire, quod videtur conformius ſimplici reſponſioni Petri.

146\. Verſ.22. *Dixerunt, Cornelius Centurio vir juſtus, ac timens Deum.* Nuncij iſti virtutes Cornelij exponunt, ut certiorem Petrum faciant de revelatione ei facta ab Angelo, & inſuper ad ejus virtutem comprobandam addunt: *Teſtimonium habens ab univerſa Iudæorum gente.* Syrus: *De quo honorificum fert teſtimonium Gens Iudæorum.* Arabicus: *Cujus virtuti atteſtatur univerſa plebs.* Arias: *Teſtimonio ornatus Divino.* Syrus. Arabic. Arias.

147\. Luc.7. Judæi maximè adverſabantur gentibus, inde maxima laus Cornelij, quod à ſuis contrarijs rectum haberet teſtimonium, ſicut ille alius, Luc.7. n.4. & 5. *Reſponſum accepit ab Angelo.* Reſponſum ſupponit interrogationem, ac poſtulationem, quæ quidem nulla legitur, merita tamen Cornelij poſtulabant, & interrogabant ab Angelo tale reſponſum; Hæc moraliter ſint dicta, tamen genuinè in radice Græca reſpondere idem eſt, ac oraculum dicere, & dare, & ita Oecumenius legit *Oraculum accepit.* D.Chryſoſt. *Oraculo admonitus.* Græcus. Oecum. D.Chryſoſt.

148\. Lyran. Verſ.23. *Et introducens eos recepit hoſpitio*, benignè, ac familiariter cum eis agens, & cum moderata copia, & menſa; hoc enim hoſpitaliter denotat cum ſobrietate Apoſtolica, & pro illa die cum Petro remanſerunt, ut à labore itineris requieſcerent: *Sequenti autem die ſurgens* ſedulò profectus eſt cum illis, ſic ait Lyranus obediens divinis mandatis.

Et quidam ex fratribus ab Ioppe. Syriacus: *Et comitatus eſt eos unuſquiſque ex fratribus*, ob eximium amorem, quem conceperant erga Petrum, non poterant ab eo ſeparari, ideo aliqui eum comitati ſunt, cum illis tribus viris miſſis à Cornelio; Illi autem, qui comitati ſunt Petrum erant ad minus ſex ut patet ex cap.11.n.12. 149.

QUÆSTIO XIX.

Quare Petrus cum eſſet hoſpes in domo Simonis Coriarij, hos Cornelij nuntios excipit hoſpitio tamquam in domo propria?

IN illa Sancta primitiva Eccleſia omnibus omnia erant communia, ac ſub pedibus Apoſtolorum, præcipueque ad pedes Petri ponebantur, ac proinde ex ejus diſpoſitione cuncta ordinabantur; Cum autem Simon Coriarius eſſet vir juſtus, & probus, fideliſſimuſque Chriſtianus, ſua omnia erant communia, atque ad nutum Petri diſponenda. 150.

Petrus ut caput, ac exemplar omnium Prælatorum benignè excipit peregrinos, ut cæteri tali exemplo formati ejus veſtigia ſequantur: Omnes maximè commoventur, ac impelluntur magnorum exemplo, quod multis comprobat D.Ambroſ. lib. de Abrahamo cap.5. & lib.2. de offic.cap 21. Abrahamus hoſpitalitate excepit ipſum Dei filium, & magnam Sanctiſſimæ Trinitatis cognitionem, meruitque procreare Iſaac, Geneſ.18. Loth evaſit incendium, Geneſ.19. Raab ſalutem eſt conſecuta, Joſue 2. Vidua Sarepthanæ Parentis Eliæ à fame per tres annos liberatur, filiumque redivivum obtinet. 3.Reg.17. Sunamitis hoſpitio Eliſæi impetrat filium, & mortuum ſuſcitatum, & oleum, ut reddat creditori ſuo, 4.Reg.4. & Zachæus dum hoſpitio recipit Chriſtum, facta eſt ſalus ipſi, ac toti domui ejus, Luc.19. Et Diſcipuli in Emaus dum ſub forma peregrini Chriſtum excipiunt hoſpitio, meruerunt eſſe inter primos, qui eum reſuſcitatum viderunt, Luc 24. ex quo monet D.Gregor.homil.23.in Evangelia: *Sunt enim non modo ad hoſpitium invitandi peregrini, ſed etiam cogendi exemplo, ſedentium in Emaus.* 151. *Multa beneficia ex hoſpitio peregrinis.* D.Ambr. Gen.18. Gen.19. Ioſue 2. 3.Reg.17 4 Reg 4. Luc.19. Luc.24. D.Greg.

Hinc Paulus ſcribens 1.ad Timoth.cap.3.n.2. exhortans ait: *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, Doctorem.* Cur non commendat eum eſſe charitativum, benignum, eleemoſynarium, ſed hoſpitalem? Hoſpitalitas, ut ex D. Chryſoſt. Ruperto notat Paulus Burgenſ. ad cap.18. Geneſ. *Reſpicit extraneos, ac alienos à patria, & terra ſua* ideo Apoſtolus maximè recommẽdat hoſpitalitatem potius, quam charitatem, quia charitas incipit à ſe ipſa, & à ſuis, at hoſpitalitas tendit in extraneos, ac alienos, in quo maximè refulget Epiſcopi dignitatis ſplendor, dum ipſos extraneos, ac alienos à ſuis ſuſcipit, fovet, ac cibat. 152. *Epiſcopus non ſuos, ſed peregrinos ſuſcipiat.*

Ad quod graviter exhortatur Abrahamus non ſolum jam citato cap.18. ſed etiam quia ut dicitur cap.21. n.23. Geneſ. *Abraham verò plantavit nemus in Berſabee.* Jonath. legit: *Plantavit hortum arborioſum denſum, & plenum optimis fructibus*, ac proinde omni jucunditate, ac amœnitate valde delectabile, & ad quid tale nemus ac hortus tam gratus omnibus ſenſibus extruitur, & plantatur? Reſpondet Lyranus: *Propter hoſpites tranſeuntes recipiendos, ut amœnitate loci recrearentur.* Audiamus nunc 153. Gen.23. Ionath. *Peregrini tamquã Dei recipiendi.* Lyran.

Rabbi Samuel. nunc electionem Rabbi Samuel dicentis : *Plantavit Paradiſum*, Paradiſus locus proprius eſt habitationis Dei, quomodo ergo locus conſtructus ad excipiendos peregrinos dicitur Paradiſus tamquã habitationis Dei ; quia Abrahamus tanta gratia, benevolentia ; ac veneratione peregrinos excipiebat, ac ſi in eis Deum reciperet : Dicent electi in extrema illa die Domine, *Quando te vidimus hoſpitem, & collegimus te ?* Reſpondet Chriſtus D. *Amen dico vobis, quandiu fecistis uni ex minimis iſtis fratribus meis, mihi feciſtis*, Matth.25. Matth.25

154. Cum audiſſet Laban veniſſe Jacob filium ſororis ſuæ cucurrit obviam ei, *Et amplexatus eſt, & in oſculaturens duxit eum in domũ ſuam*, Gen.29.n.13. Gen.29. Admiratione ſane dignum eſt, quod Laban homo ruſticus, ferus, ac malæ indolis tam lætus, ac jucundus recipiat Jacob, tanta benevolentia, ut antequam Jacob ad ipſum accedat, ei obviam occurrat. *Peregrini cum alacritate ſuſcipiendi.* Unde illius ruſticana feritas, ac indomita diſciplina ſic miteſcit ac commutata eſt ? Sic erat illis antiquis Patribus in animo impreſſa, ac inſculpta affabilitas in peregrinos, ut nulla indiſciplinata feritas illam potuerit deſpicere, quin potius ſumma benignitate, atque alacritate illis ſubveniret. D.Chryſoſt. D Chryſoſt. ibi ait : *Conſidera, quomodo ſacra Scriptura nos doceat mores veterum, quanta in excipiendis hoſpitibus fuerint alacritatis, ecce Laban, qui cucurrit, & ipſe in occurſum Iacob, & ſalutavit eum.*

155. Qui autem peregrinos non receperint, & duri fuerint in eos, multum timeant divinam Juſtitiam : Ait Chriſtus D.Matth.10.n.14. Math.10 *Et quicumque non receperint vos, exeuntes foras de domo, vel Civitate excutite pulverem de pedibus veſtris, Amen dico vobis tolerabilius erit terra Sodomorum, & Gomorrhæorum in die judicij, quam illi Civitati.* Cur mandat Dominos excutere pulverem de pedibus ? Geometra Geom. in Catena Græca ad cap.10. D.Lucæ. *Simpliciter vult pulverem excuti, ut hac ratione oſtendant ſe nihil ab eis accepiſſe*, ut ita judicium dotiſſimum ſuſtineant eum nullam charitatem erga peregrinos habuiſſent.

Actor.10 n.24. Altera autem die introivit Cæſaream, Cornelius verò expectabat illos convocatis cognatis ſuis, & neceſſarijs amicis.

Num.25. Et factum eſt cum introiſſet Petrus, obvius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes ejus adoravit.

Num.26. Petrus vero elevavit eum, dicens: Surge, & ego ipſe homo ſum.

Num.27. Et loquens cum illo intravit, & invenit multos, qui convenerant.

Num.28. Dixitque ad illos : Vos ſcitis quomodo abominatum ſit viro Judæo conjungi, aut accedere ad alienigenam, ſed mihi oſtendit Deus neminem communem, aut immundum dicere hominem.

Num.29. Propter quod ſine dubitatione veni accerſitus : Interrogo ergo ob quam cauſam accerſiſtis me ?

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VI.

156. Adrich. Verſ.24. *Altera autem die*, hoc eſt in craſtino receſſu Petri à Joppe ; nam ut patet ex tabulis Adrichomi, Cæſarea diſtat à Joppe ſpatio quindecim leucarum, ſeu horarum, quod in duobus diebus facile confici potuit, & miſſi à Cornelio moram fecerunt alteris duobus in itinere, & ſunt quatuor dies.

Cornelius autem expectabat eos. Syrus : *Præſtolabatur eos congregatis ad ſe omnibus filijs cognationis ſuæ.* 157. Syrus. Arabicus : *Iamque convocaverat omnes ad ſe amicos ſuos.* Arabic. Ut multa cum reverentia exciperetur Petrus, omneſque illius doctrinæ fierent participes. *Et neceſſarijs amicis.* Intime, & maximè conjuncti.

Et factum eſt cum introiſſet Petrus. D. Chryſoſt. 158. D.Chryſoſt. *Ubi advenit Petrus.* Oecumenius : *Cum autem contigit introiſſe Petrum*, quid deinde contigit. Occum. *Centurio procidens adoravit eum.* Cornelius cum eſſet vir juſtus, ac fidelis rectè ſciebat Petrum non eſſe Deum, vel Angelum, ſed adoravit adoratione Civili, & humana, quam ſolemus exhibere magnatibus, ac viris Eccleſiaſticis etiam genuflexo.

Verſ.26. *Petrus elevavit eum, dicens : Surge.* 159. Græcus : *Quid facis ? Surge*, hoc præſtitit Petrus Græcus. modeſtiæ, ac humilitatis cauſa, & ait : *Ego homo ſum*, tui ſimilis humana natura ; nam quamvis Petrus eſſet valde magnus, ſemper humilitatem ſectabatur, veniens enim Joppen, non apud aliquem magnum, & principem, ſed apud domum plebeam, ac Coriarium hoſpitatur.

Verſ.27. *Et loquens cum illo.* Syriacus : *Cum loqueretur ei.* 160. D.Chryſoſt. convenicbant, qui ſimul Syriac. aderant, docet Chryſoſtomus exponens Petrus con- D.Chryſoſt. ditionem ſuam, nempe quod eſſet homo, & cum introiſſet invenit multos, qui expectabant ejus adventum.

Verſ.28. *Dixit : Vos ſcitis, quomodo abominatum ſit viro Iudæo conjungi, aut accedere ad alienigenam.* 161. Græcus : *Nefas eſſe.* Syriacus : *Non licere.* Græcus. Syriac. Æthiopicus : *Communicare.* D.Chryſoſt. *Adhærere.* Æthiop. Arabic. *Adire.* Biblia Gothica apud Marianam : D Chryſoſt. *Iniquum, abominabile*, nam Judæi maximè adverſabantur gentibus tamquam alienigenis à lege Dei, Arabic. ut hominibus infidelibus, & immundis, è contra Biblia. vero etiam gentes contemnebant Judæos, ut homines ſingulares in religione, cultu, ac ceremonijs in his omnino ſibi contrarios. *Sed mihi oſtendit.* Æthiopic. *Mihi revelatum eſt.* Æthiop. Ex quo conſtat jam Petrum intelligere ſenſum viſionis linteum, ac animalia, ubi denotabantur gentes, quas occiſis earum peccatis Deus purificaverat.

Verſ.29. *Sine dubitatione veni.* Syriacus : *Expedite veni.* 162. Syriac. Arabicus : *Sine reluctatione.* Chryſoſt. D Chryſoſt. *Abſque contradictione.* Vatablus, Pagninus *incunctanter.* Vatabl. Pagnin. Arias *incontradicenter*, ac proinde ſumma Arias. diligentia. *Interrogo ob quam cauſam.* Eam optimè ſciebat Petrus ex viſione lintei, & ex revelatione ſibi à Deo facta, & nuntijs miſſis à Cornelio ; tamen interrogat, ut cognoſcat, an Cornelius perſeveret in eadem voluntate, magiſque Cornelij animus ſcrutetur, atque accendatur ad res fidei audiendas.

QUÆSTIO XX.

Quare D. Petrus tam confidenter converſatur cum his hominibus gentilibus, cum olim ſtans cum illis ceciderit, ac negaverit ?

IN nocte ſacratiſſimæ Paſſionis In atrio Pontificis, Ioan.18.n.18. 163. Ioan.18. *Stabant autem ſervi, & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe, erat cum eis ſtans Petrus, & calefaciens ſe.* Quid

inde

Difficultas quæſtionis.

inde conſequutum eſt, ut negaret Divinum Magiſtrum, & cum juramento, & anathematizans ſe, cur ergo non timet talium conſortium, ut ab eis fugiat, & declinet, nam prudentis eſt periculi occaſiones vitate, in quibus aliquando ceciderit.

164. Petrus in atrio Pontificis ſe intromiſit in eorum conſortio, ac ſocietate, & inde ex eorum familiaritate ruit, ac corruit, at vero modo cum militibus miſſis à Cornelio dixit Spiritus Petro? *Surge itaque deſcende, & vade cum eis nihil dubitans*, Actor. 10 n. 20. Ideo ſecurus, animoque quieto ibat, nil mali ſibi timens. D.Chryſoſt. *Vide, ait, quanta ſecuritas intus vocat, ne quid grave ei accidat, & fidenter victitat cum eis.* In loco, in quo Deus te conſtituit, & ad quam te vocat, immunis eſt ab omni periculo, ipſe te cuſtodiet, & liberabit.

165. Mandat Deus Moyſi, ut Virgam, quam manu tenet, in terram projiciat, quod cum feciſſet Moyſes verſa eſt in colubrum, ita ut à facie ejus fugeret ipſe, & ait ei Deus: *Extende manum tuam, & apprehende caudam ejus, extendit, & tenuit*, Exod. 5. n. 4. In cauda colubri magnum periculum latet; nam ut tenet Bartholus Anglicus lib. de proprietatibus rerum tract. 18. Colubri cauda maximè venenoſa eſt, & multum lædit, deinde cauda apprehenſa, poterat ore mordere; Cur ergo non mandat caput apprehendere, vel medium corporis, in quo tot pericula non imminebant? Nihil timendum: Deus eſt, qui mandat, à facie ejus omne periculum evaneſcit, ipſe imperat, & cuſtodit. Noſter D.Cyrill. de Incarnat. *Apprehende caudam, manus mea cum manu tua.*

Exod. 5.

Anglic. Deus, ſi mittit ad pericula, cuſtodit.

D. Cyrill.

166. Ut Jacob fratris ſui Eſau benedictione frueretur, ex conſilio matris ſuæ affert duos hædos, quos ipſa optimo modo condivit, & adaptavit, indutus Jacob optimis veſtimentis offert cibos ad Patrem, qui largo ſermone ſe diffundit in benedictione impendenda tunc ait Textus: *Vix Iſaac ſermonem impleverat, & egreſſo Iacob foras venit Eſau*, Gen. 27. n. 30. Magna conſideratione dignum, quod dum Jacob tot, & tanta agit, dum Iſaac multum in verbis dilatatur non inter hæc venit Eſaü, ſed poſtquam Jacob egreſſus eſt foras è domo, tunc immediatè venit Eſaü homo ferus, & indomitus, Jacob in expitatione, ac impulſu divino impetravit benedictionem, ne ergo aliquod damnum pateretur à fratre, & ab omnibus incommodis eſſet immunis ordinat Deus, ut Eſaü moram faciat. D.Chryſoſt. ibi: *Quis, inquit, non admiretur, & obſtupeſcat ineffabilem Dei diſpenſationem? quod non prius Eſaü de venatione advenit, quouſque ſolveretur actus illius argumentum, & illo accepta benedictione à Patre diſceſſit, non hoc abſque cauſa factum eſt; nam ſi prius in fratrem incidiſſet, forſitan ipſum interemiſſet victus ira, ſed manus Dei orat, quæ puerum ſalvabat.*

Gen. 27.

Deus à periculo cuſtodit, ad quod vocat.

D. Chryſoſt.

QUÆSTIO XXI.

Quare Cornelius cum expectaret adventum Petri convocat ſuos intimos amicos, & familiares?

167. VT cum multa magnificentia excipiat Petrum, omnibus præbens exemplum quanto cultu tantus Eccleſiæ Pontifex ſit venerandus. Deinde præ gaudio, quia drachma ſalutis animæ ſuæ ſit inventa adveniente Petro, ut illa altera mulier præ lætitia convocat amicas, & vicinas, Luc. 15. n. 9. Tandem, ut ait D.Chryſoſtom. homil. 23. in Acta: *Hoc amici officium, hoc pij eſt in tantis bonis amicos facere ſocios.*

Chriſti ſchola facit eũ munebonum.

D. Chryſoſt.

Vocat Chriſtus D.Matth. è telonio, qui ſecutus eſt eum: *Et factum eſt cum accumberet in domo illius, multi publicani, & peccatores diſcumbebant cum Ieſu, & diſcipuli ejus*, Marc. 2. n. 15. Qui ſine dubio invitati fuerunt à Matthæo, & quonam conſilio? humanæ ſalutis amor, ut hoſpitio cogat homines, ineſcat epulo, menſaque invitet, ut divinum Magiſtrum monentem audiant. In quo maximè notandum, quod ubi primum eſt advocatus ad Apoſtolatum, primus illius gradus, primum illius eſt de humana ſalute negotium agere, ad divinum Præceptorem omnes convocare, ut ad cœleſtem viam reducantur Victor Antioch. ad citatum locum ait; quod *Matthæus convocat, ne ipſe ſolus beneficium accipiat.* 168.

Marc. 2. Primus gradus Apoſtoli eſt agere de aliorum ſalute.

Antioch.

Cum Phariſæi accedentes ad Chriſtum arguerent ſacros Apoſtolos, de eo quod manducantes panem manus non lavarent, eos graviſſimè arguit divinus Magiſter, Matth. 15. n. 3. *Quare & vos tranſgredimini Dei mãdatum propter traditiones veſtras, Hippocritæ bene prophetavit de vobis Iſaias: Populus hic labijs me honorat, cor autem longè eſt à me*, Iſai. 29. n. 13. Hæc autem vox aliquos auditores arcebat ab ſchola, ac doctrina Chriſti audienda. Accedunt ad divinum Magiſtrum Apoſtoli dicentes: *Tunc accedentes ad eum diſcipuli ejus dixerunt; ſcis quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt.* Apoſtoli non intelligentes altum conſilium ſapientiæ Chriſti intendebant avertere Magiſtrum ab hominibus objurgandis, ne auditu averterentur, ac fugerent ab audienda ſui præceptoris doctrina, quo magno dolore afficiebantur Apoſtoli, cum auditorũ ſalutis negotium omnino periret. Caiet. *Diſcipuli curabant, ne Phariſæi, qui cespitaverant, ruerent:* Charitate, ac zelo ſalutis tanquam manum ſupponebant, ne auditores graviori lapſu ruerent deperdito animæ bono. 169.

Matth.

Iſai. 29.

Apoſtoli valde ſolliciti de aliorũ ſalute.

Caiet.

Magnifica veſte adornat Deus Sacerdotem antiquum indumento talari, & in extremitate mala punica, *mixtis in medio tintinabulis*, Exod. 28. n. 33. Cur in tunica tot ſonant crepitacula? Cur tot voces? Ut in his admoneretur Populus Judaïcus de lege obſervanda; Cum Sacerdos ingrederetur Sancta Sanctorum, ut pro eis oraret, indeque fieret eis manifeſta charitas Pontificis in eos. Arnold. tract. de ſeptem Verbis ait: *Nec enim magnum eſt ſibi vivere, niſi etiam ſatagas alios ſecum vivere.* 170.

Exod. 28. Sacerdos pro omnibus orat.

Arnold.

QUÆSTIO XXII.

Quare D.Petrus prohibet ad orationem, quam ei exhibebat Cornelius?

VIdens Cornelius D.Petrum procidens adoravit eum; Petrus autem tamquam manu apprehenſa: *Elevavit eum dicens: Surge*, quod multi ex eo dicunt factum eſſe, quia talis adoratio non erat licita, ſed prohibita inter Judæos; hoc eſt verum de adoratione latriæ, vel duliæ, non vero adoratione civili, & urbana, qua ſolemus venerari prælatos, & magnates: ſic David videns filium ſuum Salomonem in throno: *Adoravit Rex in lectulo ſuo*, 3. Reg. 1. n. 47. & filij Prophetarum *videntes, quod ſpiritus Eliæ requievit ſuper Eliſæum, venientes in occurſum ejus adoraverunt eum proni in terram*, 4 Reg. 2. n. 15. Deinde Cornelius erat vir juſtus & timoratus, & rectè ſciebat, quod Petrus non erat aliquid ſupra hominem. 171.

Adoratio civilis, & urbana.

3. Reg. 1.

4. Reg. 2.

Petrus

172. Petrus tamen ex humilitate, ac modeſtia recu-
ſat ſe adorari à Cornelio ne ex tanto honore ali-
D.Greg. quid ſupra ſe exiſtimetur. D.Gregor. lib.21. Mo-
ral. cap. 11. ait : *Quia ergo humiliari ſibi pluſ-
quam debuit proximum vidit, ne ultra humanitatis
metas mens intumeſceret, eſſe ſe hominem cogno-
vit, quatenus illati ſibi honoris elationem frangeret
ex conſiderata qualitate conſiderationis.* Petrus in
tanto honore bene noverat ſuæ naturæ qualita-
tem, & hac ſui notitia deponit arrogantiam:
Vt iactã-tiam Petrus deponat, ſe hominẽ dicit. Nemo ſe liquido agnoſcit, qui alte caput erigat,
quod firmat idem Gregorius 2.part. Curæ Paſto-
ralis cap.6. ubi ſic ait : *Petrus, Auctore Deo, Sancta
Eccleſia principatum tenens à bene agente Cornelio
immoderatus venerari recuſat, ſeque illi ſimilem*
D.Greg. *agnovit.*

173. Sic ille alter Centurio veniens ad Christum ait:
*Homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me
milites, dico huic vade, & vadit, & alteri veni,*
Math.8. *& venit,* Matth.8 n.9. Ne de militari ſe jactet
imperio, & quod ſub ſe ad ejus nutum tantam
militum copiam partem habeat, vilem ſui generis
Homo te-neat ocu los in ſuo princi pio, ne intumeſcat. exponit conditionem. D. Bernard. epiſtola 42. in-
quit : *Homo ſum: jam quid inferas ſuſpectam non
habemus jactantiam; præmiſſa ſiquidem eſt humi-
litas, ne altitudo præcipitet.* Nulla vehementior,
ac fortior occaſio arrogantiæ deprimendæ, quæ
ſi homo ſe hominem è luto ſcilicet vili factum
D.Bern. agnoſcat.

174. D.Greg. Præclarè notat Divus Gregorius lib.12. Moral.
cap.16. & ait : *Homo ab humo appellatus eſt, eo
Homo unde di ctus.* *ipſo, quod dicitur homo, terrenus, exprimitur, &
dicitur.* D. Gregor. Niſſenus oratione 3. de Opi-
ficio, ait : *Abjectæ noſtræ ſortis monumentum in prom-
ptu eſt ex his, quæ calcamus.* Premis terram, & ha-
bes ante oculos ex quo patre, ac matre natus ſis, &
ex tam vili principio vis caput extollere ſuper
aſtra, quæ major fatuitas!

175. Per anticipationem, & tanquam per recapitula-
Gen. 1. tionem operum Dei dicitur, Geneſ. 1.n.17. *Creavit
Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam,*
Gen.2. Geneſ. vero 2. n.7. ſcribitur : *Formavit igitur Deus
Deus in creatio ne homi nis ipſũ humi liat, & erigit.* *hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem ejus
ſpiraculum vitæ,* ſcilicet animam rationalem cum
intellectu, voluntate, & memoria, quibus homo
factus eſt ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, al-
ta providentia utique manu Deus creat hominem,
& ne humilitate ac vilitate deficiat, ac tabeſcat,
ita ut non audeat actionibus ſuis Deum intendere,
magna ei nobilitas objicitur, quod ſit factus ad
imaginem, & ſimilitudinem Dei, & ne inde ſuper-
be intumeſcat, dicitur factus de limo terræ. D.
D Chryſoſt. Chryſoſt. homil.12. in Geneſ. ait: *His ſi attenda-
mus non parva nobis humilitatis doctrina offertur.*
Philo. Philo lib. de ſomn. ait : *Ne ignorando quomodo
conſtitutus ſit, magnus ſibi videatur, ejus princi-
pium proponitur.*

176. Valde magnus extitit Moyſes, ita ut ſit conſti-
Exod.7. tutus Deus Pharaonis, Exod.7.n.1. Cum quo Deus
Exod.33. loquebatur tamquam amicus cum amico, Exod.33.
n.12. tamen cum Deus jubet, ut Joſue ducem po-
puli conſtituat, ait: *Dabis illi partem gloriæ tuæ,*
Num 27. Numer.27. n.7. Ex Hebræo textu ſic legitur : *Da-
bis illi de laude, ac dejectione tua.* Cum Moyſes
tantus eſſet valde humilis, & modeſtus, Iſidorus
Clarius. Clarius ait : *Ob id, quod cum Deo loqui ſoleret ni-
Quos Deus ad princi-patum evehit humiles vult.* *hilo ſuperbior factus pium ſe omnibus, ac tractabilem
exhiberet.* Cum Moyſes tam ſublimis pro gloria,
ac laude habebat dejectionem, & humilitatem;
Cum ergo ex mandato Dei Joſue ſit creandus
Dux, ac Præfectus, mandat Deus Moyſi, dabis ei
partem de tua laude, ac dejectione, quia princeps
electus à Deo in culmine dignitatis debet habere in
animo dejectionem, atque humilitatem ſuam.

QUÆSTIO XXIII.

Quare ſicut Angelus recuſat adorationem Ioannis, ſic & Petrus Cornelij, & in quo major humilitas?

CUm Angelus valde magna Joanni annuntiaſ- 177.
ſet, ille gratulabundus, & veneratus cecidit ad
pedes ejus, ut adoraret eum, quod Angelus prohi-
bet, dicens : *Vide, ne feceris, conſervus tuus ſum.*
Apoc.19. n.10. Cornelius intendens adorare Pe- Apoc.19.
trum, ipſe eum elevat dicens : *Surge & ego ipſe homo
ſum*, Angelus cum ſic adorationem prohibet dicit,
quod ſit ſervus Dei cum Joanne : *Conſervus tuus
ſum:* Præclara, ſanè eſt & magna dignitas, eſſe Dei
ſervum: poterat quippe dicere ne facias; ego enim
ſum Creatura, vel ego ſum tui ſimilis, vel unus ſi-
cut tu, ſed ait : *Conſervus,* quod eſt quid valde ma-
gnum : At vero Petrus cum adorationem non ad-
mittit, ait : *Ego ipſe homo ſum*; homo dicit quid hu- *Virtutes*
mile, ac objectum, luteum, atque terrenum, ut ſa- *Petri ſu-*
tis dictum manet quæſt. ſuperiori, imo ut multis *perant*
placet, homo de ſe importat peccatoris ſignifica- *virtutes*
tum; Cum ergo Petrus eſſet in ſupremo apice Ec- *Angeli-cas.*
cleſiæ, tamen de ſe ſolum fatetur quod ſit homo, in
quo ſane majorem exhibet humilitatem, quam An-
gelus, qui ſervum ſe Dei dicit; Petrus vero in ſuis
prærogativis Angelicas tranſcendit virtutes.

Quantum diſtat ab hoc primo Petro primus ille 178.
homo, de quo dicitur Pſalm.48. n.13. *Homo cum* Pſal.48.
*in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt jumen-
tis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Cum ho-
mo creatus eſſet in honore ad imaginem, & ſimi-
litudinem Dei, ut explicant D August. noſter In- D Aug.
cognitus, & alij, vel ut docent D.Hieronymus, D Hier.
Arnoldus, Genebrardus creatus cum juſtitia origi- Arnold. Genebr.
nali, ac habituali, ſupernaturalibus, non intellexit
ſuam dignitatem, ac conditionem, quod homo, &
creatura erat, appetens quod erat ſupra ſuam ſphæ-
ram, cecidit, & factus eſt inſipiens tamquam jumen- *Qui ſe*
tum amittens debitam rationem. Incognitus ait: *non ag-*
In nullo eſt homo ſuperior jumento niſi per rationem, *noſcit, cadit.*
qua perdita non eſt ſuperior jumento, ideo de pecca- Incogn.
tore, qui perdita ratione beſtialiter vivit dicitur,
Eccleſiaſt.3.n.19. *Unus interitus eſt hominis, & ju-* Eccl.3.
*mentorum, & æqua utriuſque conditio, nil habet homo
amplius jumento.*

Atqui in ſublimi agnoſcit ſuam humilitatem, 179.
ac dejectionem, ut Petrus, inde maximè dignoſci-
tur pertinere ad Deum, ac genus Divinum. Po-
tentiſſimus ille Rex Salomon dicebat de ſe, Sa- Sap.7.
pient.7. n.1. *Sum quidem & ego mortalis homo, ſi-
milis omnibus de genere terreni illius.* Quod ſpiri-
tualiter exclamat Hugo Cardinalis *de genere ter-* Hugo.
reni illius nobilis, id eſt Chriſti. Et unde iſte *Humili-*
bonus Auctor agnovit Salomonem eſſe de nobi- *tas nos*
liſſimo Chriſti genere? Quia in tanta majeſtate *elevat*
potentiſſimi, ac ſapientiſſimi Regis tanta humi- *ad Divi-*
litas eum ſublevabat, ac adjungebat generi *nam ge-*
divino. *nerationem.*

Cum Nicodemus veniret ad Jeſum, & ipſe 180.
Divinus Magiſter voluerit illum ad ſe trahe-
re, multa, & alta diſſeruit de regeneratione
per Baptiſmum, quæ ille non intelligens : *Reſ-
pondit Nicodemus, quomodo poſſunt hæc fieri?*

Ioan. 3. Per humilitatē diſponitur homo ad gratiam. D Aug.

Reſpondit Ieſus : Tu es Magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Ioan. 3. n. 9. Cur Domine Jeſu Nicodemum ignorantia ſuggillas, quæ Magiſtro inſeruit ad magnum dolorem, ac ignominiam? Diſponebat Jeſus hominem ad ſe adducere, eumque ex Spiritu ſancto regenerare, & ideo illum ignorantia premit, ac humiliat, ut per humilitatem diſponatur ac cognitione ſuæ ignorantiæ ad ſuſcipiendum divinum Spiritum, D. Auguſt. tract. 12. in Ioan. ait : *O fratres, quid putamus Dominum huic Magiſtro Iudæorum quaſi inſultare voluiſſe? Noverat Dominus quid agebat, volebat illum naſci ex Spiritu, nemo ex Spiritu naſcitur, niſi humilis fuerit, quia ipſa humilitas facit nos naſci ex Spiritu.* Inflatus erat Nicodemus ſuo Magiſterio, & ut naſcatur ex Spiritu ſancto neceſſe fuit humiliari abjecta ejus ignorantia.

Actor. 10. *num.* 30. Et Cornelius ait : A nudius quarta die uſque ad hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir ſtetit ante me in veſte candida & ait :

Num. 31. Corneli, exaudita eſt oratio tua, & eleemoſynæ tuæ commemoratæ ſunt in conſpectu Dei.

Num. 32. Mitte ergo in Joppen, & accerſi Simonem, qui cognominatur Petrus, hic hoſpitatur in domo Simonis Coriarij juxta mare.

Num. 33. Confeſtim ego miſi ad te, & tu bene feciſti veniendo : Nunc ergo omnes nos in conſpectu tuo adſumus audire omnia quæcumque tibi præcepta ſunt à Domino.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VII.

181. Verſ. 30. A *Nudius quarta die uſque ad hanc horam,* id eſt quarta die ab hac præſenti die; nam ut notant Gloſſa, & Lyra. Prima die Cornelius vidit Angelum, & ſtatim obediens cœleſtibus monitis miſit nuntios; Secunda pervenerunt Joppen; tertia vero die ſimul cum Petro profecti ſunt, quarta vero intraverunt Cæſaream, ac domum Petri.

Gloſſa Lyra.

182. *Uſque ad hanc horam orans.* Syriacus, Græcus, Tigurina, & alij apud Ganæum legunt : *Ex quo ecce jejunus ſum,* ac ſi dicat, quartum abhinc diem eram jejunus uſque ad hanc veſpertinam horam, horam nempe nonam, in qua more meo conſueto orabam. Ex quo duo colliguntur, primo Cornelium perſtitiſſe in oratione, ac jejunio per quatuor dies, ſe diſponens ad recipiendam Chriſti fidem, & Baptiſmum. Secundo Petrum veniſſe ad Cornelium veſpertino tempore.

Syriac. Græcus. Tigurin. Colligūtur duo.

183. D. Chryſoſtom. aliter legit : *Uſque in hanc horam jejunans vidi, ecce vir,* denotans jejunium quatriduanum præceſſiſſe viſionem Angelicam; quæ explicatio licet poſſit ſuſtineri cum textu Græco, non tamen cum noſtro, cum dicatur, *Uſque ad hanc horam,* in quo loquitur de præſenti.

D Chryſoſt.

184. *Ecce vir ſtetit ante me,* non dicit Angelum præ modeſtia ne ſe multum laudaret. *In veſte candida.* Arabicus : *In veſte magnifica.* Gothicus : *In veſte ſplendida,* Lorinus contendit inter album, & candidum dari diſcrimen, quòd quidquid ſit de hoc, veſtis erat valde pomposa, ac illuſtriſſima.

Arabic. Gothic. Lorin.

Verſ. 31. *Corneli, exaudita eſt oratio* pro ſalute tua, ac totius familiæ tuæ, ut bonus Princeps rogat pro ſe, ſuaque familia; *Et eleemoſyna tua.* Syrus *De eleemoſynis tuis facta eſt commemoratio coram Deo. Orationes aſcenderunt in memoriam Dei.* Ac ſi dicat propter tanta bona opera tua te Deus adducit ad lucem Evangelicam. 185.

Syrus.

Verſ. 32. Iam ſatis eſt explicatum ſupra ad finem capitis noni. Verſ. 33. *Nunc ergo omnes nos in conſpectu tuo adſumus.* Parati, & prompti tibi in omnibus obedire, & audire. Arabicus : *Ecce nos prompti audituri cunctos ſermones tuos.* Tanta obedientia prompti ſtabant, ut nulli alteri primas darent. *In conſpectu tuo.* Tigurina, legit : *Teſte Deo.* Vatablus : *Conſcio Deo omnes adſumus.* Græcus : *In conſpectu Dei.* Alij ex græco : *Coram Deo.* 186.

Arabic. Tigurin. Vatabl. Græcus.

QUÆSTIO XXIV.

Quare Cornelius tam ſublimi, & alto modo ait; quod ipſe, & omnes adſtantes ſint parati audire Petrum?

Ait Cornelius ad Petrum : *Omnes nos in conſpectu tuo adſumus audire omnia,* loquitur pro ſe, & tota familia, quam bene morigeratam, ac diſpoſitam in obſequium Dei habebat, & quia facile majoris exemplum inferior ſequitur. 187.

Adſumus audire te, ut prompti, & parati ad omnia abſque ulla reluctantia, ad omnia quæcumque mandaveris. Deferens Moyſes præcepta Dei ad populum Deuteron. 27. numero 9. ait : *Audi Iſrael.* Ex græco legitur : *Tace, & audi Iſrael,* quo textu maxime ad obediendum exhortatur Monachos D. Hieronymus epiſtola 4. ad Ruſticum : *Credas ſalutare quidquid ille præceperit, nec de majorum ſententia judices, cujus officium eſt obedire, & implere ea, quæ juſta ſunt, dicente Moyſe tace Iſrael, & audi.* Perfecte obediens omnia mandata ſancta, & recta judicat, tantum intendit illa adimplere : Unde David ſilentio ſe ſe accingebat ad obediendum dicens Pſalm. 61. numero ſecundo : *Nonne Deo ſubjecta erit anima mea.* Ex Hebræo legitur : *Deo ſilentium animæ meæ,* paratum ſe oſtendit ad audiendum, ut ne mutire audeat, ſed omnia cum ſilentio vult adimplere. 188.

Deut. 27. Bonus alumnus mutus ad præcepta. D. Hier. Pſal 61.

Secundo ait Cornelius : *Nunc omnes nos adſumus in conſpectu tuo.* Græcus : *In conſpectu Dei.* Cum ſint in conſpectu Petri dicuntur adſtare in conſpectu Dei, Prælatus, ac ſuperior venerandus, ut Deus. Veniunt duo Angeli in Sodomam tamquam Dei miniſtri ad ipſam igne deſolandam, compelluntque Loth, ut cito exeat cum ſuis, & in monte ſalvum ſe faciat, quibus Loth. ait : *Dixitque ad eos Loth : quæſo Domine mi.* Geneſ. 19. numero decimo-nono, ut concedat ei, quod in quadam proxima civitate ſe valeat recipere; tamen maximè inquirendum venit, cum duo ſint Angeli, & ut duos ad hoſpitium compellat, dicens : *Declinate in domum pueri veſtri lavate pedes veſtros,* nunc tamquam cum uno ſolo loquitur : *Quæſo Domine mi,* In primo ingreſſu eos tamquam duos homines, ac peregrinos recipit, poſtquam verò cognovit ipſos eſſe Dei miniſtros, & ut ſuperiores ad puniendam civitatem miſſos, & ad ipſum tota cum familia cuſtodiendum, & ei deſignandum locum ad ſuum tutamen, jam non ut duos agnoſcit, ſed tantum 189.

Græcus. Gen. 19. *In prælato potius Deus, quā ipſe conſiderandus eſt.*

tantum ot unum Deum, à qoo miſſi erant, & acceperant poteſtatem, ideoqne cum eis loquitur tanquam cum uno Deo, ipſumque Deum in eis re- D.Aug. colit, ac veneratur. D.Auguſt. q.33. in Geneſ. favens huic cogitationi ait: *Loth in Angelis Dominum ſentiens, Domino potius, quam Angelis loqui elegit.* Ac ſi dicat, Loth ſua cogitatione oon ſiſtebat in Angelis, ſed ad Deum transferebatur, à quo Angeli erant miſſi, & cujus aothoritate fungebantur.

190. Tertio: *Nos in conſpectu tuo adſumus.* Ea Græco Græcus. legitur: *Coram Deo*, ut omnes oſtenderet juſtos, probos, & Sanctos; quia verè, & ſincere abſque olla fictione ſeipſos Deo adjungebant, & offere- D.Chryſoſt. bant, ut ei in omnibus obtemperarent. D.Chryſoſt. in præſenti ait: *Non dixit coram homine, ſed coram Deo, oſtendens ſic oportere accedere ſervos* *Deus in ſervis ſuis non ſuſtinet fictionē.* *Dei.* Servi Dei cum ſe Deo præſentes offerunt, & præſentant hoc faciunt puro, & integro animo; qoia animus fictus, & doplex maximè Deo diſplicet. Sapient.1.n.5. *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.* Dicitur Pſalm.17. n.41. *Filij alieni* Genebr. *mentiti ſunt mihi.* Ex Hebræo apud Genebrardum legitur: *Filij adulterini*, ex eo quod ficti, ac mentiti eraot filij alieni, ac adulterini facti ſunt à Deo.

191. Erat in Synagoga eorum homo in ſpiritu immundo, & exclamavit dicens: *Quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene, veniſti perdere nos? Scio qui ſis Sanctus Dei; & comminatus eſt ei Ieſus dicens: Obmuteſce,* Marc.1. Luc.4. Marc.1.n.24. & D.Lucas ſcribit 4. n.41. *Non ſinebat ea loqui.* *Verus Dominus omnem fictionem execratur.* Cur Domine ſic commendatas laudes ab infeſto hoſte rejicis? Cur non ſoſtines laudatores Dæmones; quid ſplendidius quam ab hoſte laudari, ſed tam rigidè imperas: *Obmuteſco.* Dicebat Diabolus, *Scio qui ſis Sanctus Dei.* Diabolus licet aliqoas haberet conjecturas, non tamen certo ſciebat Chriſtum eſſe Dei filium, ot ex communi Patrum placito dixi in citatis locis, & latè probat Suar. D.Chryſoſt. Suar. tom.2. ad 3.p. diſp.31.ſect.3. & D.Chryſoſt. homil.5. in Marcum urget Dæmonem obmuteſce: *Fingis te ſcire, quod neſcis.* Verax Dominus mendaces, ac fictos Dæmones laudantes non patitur, ſed rigide, magnoque imperio eis imponit ſilentium, atque obmoteſcere jubet.

Act. 10.*n.*34. Aperiens autem Petrus os ſuum dixit: In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus.

Num. 35. Sed in omni gente, qui timet eum, & operatur juſtitiam acceptus eſt illi.

Num. 36. Verbum miſit Deus filijs Iſrael, annuntians pacem per Jeſum Chriſtum, hic eſt omnium Dominus.

Num. 37. Vos ſcitis, quod factum eſt verbum per univerſam Judæam; incipiens enim à Galilæa per Baptiſmum, quod prædicavit Joannes.

Num. 38. Ieſum à Nazareth: quomodo unxit eum Dominus Spiritu ſancto, & virtute, qua pertranſit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo, quoniam Deus erat cum illo.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VIII.

192. Lyran. Verſ. 34. IN *veritate comperi.* Explicat Lyranus: Experimento probavi, & cognovi: *Quia non eſt perſonarum acceptor Deus.* Syriacus: *Deum non eſſe acceptatorem vultus.* Ara- Syriac. bicus: *Deus nullo modo aſſentatur vultibus.* Oecu- Arabic. Æthiop. men. *Non ſit perſonarum reſpectus coram Deo.* Æthiopicus: *Nullius carnis perſonam accipit Deus.* Hic textus multis in locis repetitur, quia Deus nullum diſcrimen ponit inter Iudæos, & gentiles in ordine ad ſalutem æternam: *Quia vult omnes ſalvos facere, & ad cognitionem venire* 1.Timoth.2. 1.Tim.2.

Hoc optime explicat D.Thomas 2.2.q.61. art.1. 193. ad 3.& 1.p q.23.art 5. ad 3 & ait: *Duplex eſt datio,* D.Tho. *una pertinens ad juſtitiam, cum quis dat alicui, quod ei debetur, alia ad liberalitatem pertinens. Poſterioris generis eſt collatio munerum gratiæ, ac proinde non habet in ea locum, acceptio perſonarum, quoniam poteſt quivis de ſuo dare quantum, & cui voluerit,* juxta illud Matth 20. num.15. *Non licet mihi, quod* Math.20 *volo facere*, v. g. ſi quis voluerit ea bonis ſuis dare eleemoſynam pauperibus hujus civitatis, non illos nomini facit injuriam.

Verſ. 35. *Sed in omni gente, qui timet eum.* Ara- 194. bicus: *Qui timet ab eo.* Timor, ot patet ex ſecun- Arabic. do verſu involuit Dei cultum, ac venerationem, *Cultus Dei ad timorē.* qui cultus, ac veneratio non datur niſi cum obſervatione mandatorum Dei, ac legis Divinæ, atque ejus fidei; Unde Dei honor, ac veneratio, & cultus ad donum timoris refertur D.Thom. 2.2. q.18. D.Tho. art.2.& q.19.art.9.

Et operatur juſtitiam. Syriacus: *Et operatur,* 195. *quod rectum eſt.* Origenes *Et voluntatem ejus facit.* Syriac. Juſtitia, ut ait Ariſtoteles 5.Æthic.cap. 1.compre- Origen. Ariſtot. hendit, & continet omnes virtutes: Aliquando pro morum honeſtate, pietate, ac pœnitentia; ſic ait Chriſtus Dominus Matth.6.n.1. *Attendite ne juſti-* Math.6. *tiam veſtram faciatis coram hominibus.* Aliquaodo pro eleemoſyna, ac pietate: *Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.* Pſal.111. Pſal.111. n. 9. & ſatis apte juſtitia hic poteſt ſumi pro eleemoſyna; nam hic pro ea maxime laudatur Cornelios, & quamvis juſtitia multas alias virtutes ſingillatim denotet, tamen pro ut virtutes amplectitur hic ponitur.

Verſ.36. *Verbum miſit Deus filiis Iſrael.* Syriacus: 196. *Eſt enim verbum illud, quod miſit.* D. Chryſoſt. Syriac. *Sermonem miſit*, quem miſit evangelizantem finita D.Chryſoſt. præfatiuncula ſui ſermonis, jam incipit Petrus catechiſare, atqoe illoſtrare in fide Cornelium, ac ejus ſocios. *Verbum miſit Deus.* Verbum tripliciter hic poteſt ſumi, primo pro Verbo Incarnato, ſecundo pro ſermone, ac doctrina tradita, & io utroque ſenſu interpretantur Gloſſa, Carthuſianus, Hugo, & in Gloſſa primo ſenſu eſt etiam D. Athanaſ. oratione contra Carthuſ. Arianos. Secundo ſumitur pro ſermone, & loquela. Hugo. D. Atha. Tertio pro re ſignificata per ipſum verbum. Matth. Math.24 24.num.35. *Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt*: nempe dicta per verba mea de extremo judicio; & Paſtores Luc. 2. n.15. *Videamus* Luc.2. *hoc verbum, quod factum eſt, & Dominus oſtendit nobis*, & multis aliis in locis, & in hoc ſenſu aptiſſime explicatur verbum, ut in præſenti D.Chryſoſt. Caje- D.Chryſoſt. tan. Lyran. Lorinus, ut ſit ſenſus, multa mirabilia, & Cajet. magna dicta per verba Chriſti: Miſit Deus filiis Lyran. Iſrael annuntians. Lorin.

Pacem. Syriac. Requiem, quia Chriſtus pacificans, 197. ac reconcilians genus humanum cum ſuo æterno Parente dedit nobis requiē æternæ beatitudinis: *Hic eſt omniū Dominus,* ut denotetur, quod verus Deus ſit.

Verſ. 37. *Vos ſcitis, quod factum eſt verbum.* Sy- 198. rus: *Sermonem, qui habitus eſt in tota Iudæa.* Ara- Syrus. bicus: *Vos noſtis famam, quæ facta eſt in regioni-* Arabic. *bus univerſa Iudææ.* Oecumenius: *Audiſtis rem, quæ* Oecum. *accidit.* Vos, qui inter Iudæos habitatis, ac notum eſt

famâ vobis: *Verbum, quod factum eſt*, id eſt res ſi-
gnificatas per Chriſti verba, qui otpote verus Deus
prædixit omnem ſeriem vitæ, paſſionis, mortis, at-
que reſurrectionis cum multis mirabilibus, ac mi-
raculis, quæ operatus eſt.

199. *Incipiens a Galilaa* ibi incepit Chriſtus prædi-
Luc.4. care, Luc.4. n.14. *Poſt baptiſmum Ioannis*; antea
Raban. enim non legitur publicè prædicaſſe. Rabanus, &
Beda. Beda aliter legunt hæc verba, hoc ſcilicet modo:
Vos ſcitis ut prædicavit Ioannes Ieſum à Nazareth.
Lectio tamen noſtræ vulgatæ præferenda eſt.

200. Verſ.38. *Ieſum à Nazareth*, ſcitis verbum jam
factum, ac dictum, ſcilicet dictum per Ieſum à Na-
zaréth, *quomodo unxit eum Deus Spiritu ſancto.*
D.Chryſoſt. *Unxit in Spiritu ſancto.* Abundantia
nempe omnium gratiarum, ac donorum, ut rectè
Euſeb. notat Euſebius lib.4. de demonſtrat. cap.15. Per-
bellè gratia Spiritus ſancti dicitur oleum, unctio,
quia inſtar olei quos replet, nitidos, ac lucidos fa-
cit, hilares, ac jucundos, eoſque fovet, & ab omni
infirmitate ſanat, ac vegetat.

201. *Et virtute.* Arias, *& efficacia*, Caietanus: *Po-
Arias tentia*, quam oſtendit Chriſtus in multis miracu-
Caietan. lis, ac mirabilibus manifeſtans ſuam divinam po-
Syriac. tentiam. *Qui pertranſit benefaciendo.* Syriacus:
Qui præluſtrabat regiones: Tamquam fulgentiſſi-
ma luce illuſtrabat regiones, ac Civitates ſua doc-
trina, exemplo, præſentia, morum compoſitione,
tantiſque divinis operationibus.

202. *Oppreſſos à Diabolo.* Syriacus: *Sanabat eos,
Syriac. qui laſi erant à malo.* Arabicus: *In quoſque do-
Arabic. minatus fuerat fraudulentus.* Æthiopicus: *Auxi-
Æthiop. lium præſtitit ijs, quos oppreſſit Satanas.* Tyranni-
ce à Diabolo mente, & corpore poſſeſſos, vel in
quibus Satanas per fraudulentiam dominabatur
multis, & magnis fraudulentijs.

203. *Quia Deus erat cum illo* per unionem Hypoſta-
ticam, & per ampliſſimam, & magnam gratiam
multorum, divinorumque mirabilium operatri-
cem verbo in doctrina, ac prædicatione, in omni-
buſque operibus, ac factis.

QUÆSTIO XXV.

*Quare cum Chriſtus D. omnia cæleſtia dona ſe-
cum adduxerit peculiariter de pace
ſit mentio?*

204. Ait præſens Textus: *Annuncians pacem per
Ieſum Chriſtum.* In pace omnia includun-
tur bona, omniaque importat, ac ſignificat;
Nam pax tripliciter poteſt conſiderari, externa, in-
terna, & ſuperna, quæ omnia Chriſtus Dominus
nobis contulit, ac attulit; ſuperna eſt in Patria;
in illo enim regno Beatitudinis ſumma pax eſt, ut
ait D Gregor. homil.22. in Evangel. de qua loqui-
tur Iſaias 32. n.18. *Sedebimus in pulchritudine pa-
cis, & in tabernaculis juſtitiæ, & in requie opu-
lenta.* Secunda eſt pax interna animæ cum Deo per
gratiam, de qua loquitur Iob.22. num.13. *Ac-
quieſce ei, & habeto pacem, & per hac habebis
fructus optimos.* Et David Pſal.118.n 61. *Pax multa
diligentibus nomen tuum.* De pace externa multa
dicam ſtatim.

Inde meritò ab Iſaia 9. n.6. dicitur: *Princeps
205. pacis*, ab Apoſtol. ad Epheſ.2. n. 13. appellatur
Iſai.9. *pax noſtra*, naſcitur toto orbe in pace compoſi-
Epheſ.2. to, & Angeli cantant, Luc.2.num.14. *Et in ter-
Luc.2. ra pax hominibus*: Eam mandat ſuis Apoſtolis
prædicare: *In quamcumque domum intraveritis,
primum dicite pax huic domui*, Luc.10. n.5. Abi- Luc.10.
turus de hoc mundo ad Patrem ait: *Pacem meam* Ioan 14.
do vobis, pacem relinquo vobis, Ioan.14. numero *Chriſtus*
27. Et poſt reſurrectionem apparens ſuis diſci- *multi-*
pulis ter repetens ait eis: *Pax vobis*, Ioan.20.n.19. *pliciter*
& 21. & 26. & Zacharias ejus divino afflatus ſpi- *commen-*
ritu exorat: *Dirigantur pedes noſtri in viam pacis*, *das pa-*
Luc.1. n.79. *cem* Ioan 20. Luc.1.

Deſcribens D.Matth.21. n.5. magnificum, ac 206.
ampliſſimum Chriſti D. triumphum cum ingrede- Matth.21
retur Jeruſalem, turba acclamat: *Benedictus, qui
venit in nomine Domini.* Via ſternata erat pro-
prijs abjectis veſtimentis, olivarumque, atque
palmarum ramis, valde pompoſus, ac feſtivus erat
apparatus, ut facile alium ſimilem in Scriptura
non invenias, tamen Dominus ibat ſedens ſuper
aſinum, & ſubdit Evangeliſta: *Hoc autem factum
eſt, ut adimpleretur, quod dictum eſt per Prophe-
tam dicentem: Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus
venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam*, &c. Si,
Domine diſponis, ut ab hominum, puerorum- *Chriſtus*
que turba tam jucundo, ac hilari plauſu excipia- *in ſuis*
ris in tuo ingreſſu, cur non eligis equum, cur- *actioni-*
rumve triumphalem, ſed aſinam? Veniebat *man- bus nobis*
ſuetus, id eſt pacificus, & ideo furibundum equum *commẽ-*
ad bella paratum rejicit, quin potius pacificum, *das pa-*
ac manſuetum animal eligit neſciens alicui face- *cem.*
re injuriam. D. Chryſoſtom. in Imperfect. ho- D.Chry-
mil.37. in Matthæum ait: *Dominus aſcendens ad* ſoſt.
*Hieroſolymam magnam pacis gratiam, & concor-
diam mundo univerſo, quaſi in teſtamento reliquit,
non ſedet in curru aureo pretioſa purpura fulgens,
neque aſcendit ſuper fervidum equum diſcordia a-
matorem, & litis, qui de longè odorat bellum, &
gaudet ad vocem tubæ, & cum viderit ſangui-
neam pugnam dicit in corde ſuo, bene eſt factum,
ſed ſidet ſuper aſinam tranquillitatis, & pacis
amicam.*

Quærunt Diſcipuli à ſuo Divino Magiſtro Chri- 207.
ſto Domino. *Quod ſignum adventus tui, & con-
ſummationis ſæculi?* Quibus reſpondit: *Audituri
eſtis prælia, & auditiones præliorum*, Matth.24. Math.24
num.6. Poſtulant ſignum de conſumpto ſæculo,
& ultimo ejus adventu ad judicium, & quando
inde receſſurus eſt ad Patrem, ut amplius non
veniat, & totaliter ab hoc mundo recedat, &
cum agitur de Chriſti abſentia, nullum majus
ſignum, quam bella, ac ſeditiones; nam ſicut *Ex Chri-*
ejus præſentia importat pacem, ſic illius diſceſſus *ſti præ-*
diſcordiæ, ac belli fomenta: Eleganter Orige- *ſentia*
nes homil.28. in Matth. ait: *Sicut adventus Chri- pax, ex*
ſti plurimis gentibus divina virtute fecit pacem, abſentia
ſecundum quod dicit: Orietur in diebus ejus abun- prælia.
dantia pacis, ſic conſequens eſt, ut cum propter Origen.
*abundantiam iniquitatis refriguit Charitas multo-
rum, dereliquit eos Deus, & Chriſtus, iterum fieri
prælia*, ſcilicet permiſit.

QUÆSTIO XXVI.

*Quare D. Petrus incipiens referre Chriſtum ait
ſuam prædicationem exortam fuiſſe à Ga-
lilæa, de quo Iudæi accuſationem
formant?*

Incipiens D.Petrus prædicare infinitam Dei mi- 208.
ſericordiam, quam miſit filijs Iſrael per filium
ſuum Jeſum Chriſtum annunciantem pacem, ait:
*Vos ſcitis quod factum eſt Verbum per univerſam
Iudæam*

Iudæam incipiens à Galilæa. At vero Principes Judæorum dum Chriſtum accuſant clamant, Luc. 23. n. 5. *Invaleſcebant, dicentes, commovet populum docens per univerſam Iudæam incipiens enim à Galilæa.* Ecce Petrus, quod Chriſtus inceperit ſuam prædicationem à Galilæa, refert ad ejus laudem, & gloriam, Principes autem ad crimen, & accuſationem, unde tanta diverſitas.

Luc. 23. *Difficultas quæſtionis.*

209\. Obiter nota, quod Chriſti prædicatio incepit à Galilæa, quia Chriſti diſcipuli majori ex parte erant Galilæi, & ideo Angeli in die Aſcenſionis dixerunt ſacris Apoſtolis: *Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in Cœlum*, Act. 1. n. 11.

Cur prædicatio inceperit à Galilæa.

210\. Ad quæſtionem reſpondet Beda ad citatum locum, & ait: *Hic accuſantium ſermo magis & eum, qui accuſatur innoxium, & eos, qui accuſant docet eſſe perverſos: Potuit namque aliquis amator Domini, ſicut etiam fecit eandem ſententiam laudis loco ponere dicendo audientibus bonis: Vos ſcitis, quod factum eſt verbum per univerſam Iudæam. Incipiens enim à Galilæa*, &c. Diverſus affectus multum diverſum effectum parit: Juſtus pius, ac bonus integro, ac ſincero animo rem judicat, & apprehendit, ut præclaram, & optimam, in ſalutiferam animarum doctrinam, Hoſtes vero iniqui, & perverſi eandem rem, ut tumultum, ſeditionem, ac perniciem reipublicæ æſtimant.

Beda. *Iudiciū variorum ex diverſo affectu.*

211\. Ingreditur Jeſus in Ieruſalem triumphali pompa, atque magnificentiſſimo apparatu, via exornata veſtimentis, palmis, & ramis, tota turba ſacris Apoſtolis ducibus acclamante: *Benedictus, qui venit in nomine Domini, pax in Cœlo, & in terra. Quidam de turba Phariſæorum dixerunt ad illum: Magiſter increpa diſcipulos tuos*, Luc. 19. n. 39. Sacri Apoſtoli agnoſcentes Chriſti magnalia, & quod ingrediebatur, ut pacificus in Cœlo, & in terra, ut cunctos ſuis donis repleret, hymnis, & canticis ejus Majeſtatem celebrarunt: At Phariſæi hoſtili veneno infecti id quod omni jure debitum erat, minimè ſuſtinent, & illud tamquam grande læſæ Majeſtatis crimen acriter reprehendunt, & objurgandum exiſtimant. D. Ambroſ. lib. 5. epiſtol. 32. in Auxentium ſic rem expendit, & ait: *Audiſtis logo, quod cùm Chriſtus ſuper pullum aſinæ ſederet, clamabant pueruli, & moleſtè ferebant Iudæi: ſemper ergo Chriſti laudes verbera perfidorum ſunt.* Chriſti laudes juſtis, & bonis delectabiles, & præjucundæ, flagella, & verbera perfidiæ, & iniquiæ.

Luc. 19. *Quod iuſtis eſt Dei virtus, iniquis eſt maledictio.*

212\. Audito ex ore Chriſti illo de ſacræ Euchariſtiæ ſermone dixerunt quidam: *Durus eſt hic ſermo*, Joan. 6. n. 61. Græcus: *Rigidus eſt hic ſermo.* Tertullian. *Intolerabilis eſt hic ſermo*, ex quo multi diſcipulorum ejus abierunt retro, & non ambulabant cum eo. Tunc Jeſus dixit ad duodecim ſuos Apoſtolos: *Vos vultis etiam abire? Reſpondet Petrus: Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Ibidem n. 69. Audita Chriſti doctrina eadem, magna diverſitas generatur in auditoribus; quidam, ut incomportabilia rejiciunt, & alienantur, alij vero, ut ſuavia, & benefica accipiunt; Illi ut inimici ſerpentina malitia imbuti divina, & ad Chriſti gloriam non capiunt, ſed indureſcunt; at vero Apoſtoli, ut Sancti, & amici ſalutifera percipiunt, ac venerantur, ut firmius, & conſtantiùs Chriſto adhæreant, eumque ſequantur. Noſter D. Cyrillus ibi ait veluti pro Apoſtolis. *Non dura, ut illi*, (ſcilicet, qui abierunt) *dicunt verba, ſed æternæ vitæ habes, quæ conducere credentes poſſunt ad vitam incorruptibilem.*

Græcus. Tertull. Ioan. 6. *Solum benevoli amicorū laudes agnoſcūt, non vero inimici.* D. Cyrill.

QUÆSTIO XXVII.

Quare D. Petrus dum prædicat Chriſtum plenum oleo Divinitatis adjungit ejus in omnes beneficentiam?

213\. Ait D. Petrus, quod Chriſtus Dominus ut verus Deus repletus oleo Divinitatis Spiritus ſancti: *Pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo.* Chriſtus D. exultavit ut gigas ad currendam viam celeri ac celerato curſu inſtar ſolis, qui ſpatio brevi totum perambulans hemiſpherium, lucem, calorem, virtutem, ac influxum in homines, plantas, & in terram diffundens, ut latè explanat D. Bernardus epiſtol. 153. ad Guarrinum

D. Bern.

214\. Obiter tamen nota, dicitur quod Jeſus *Pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo.* At apud Samaritanam meus Jeſus ſedet, Ioan. 4. n. 6. *Fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem.* Hic ſedet, illic pertranſit? Reſpondet doctiſſ. Didac. de Baeza tom. 2. de Chriſto figurato lib. 5. c. 9. §. 16. & propter unam mulierem ſedet, & veluti moram nectit, & per multitudinem tot infirmitate laborantium pertranſijt? In Samaritana negotium erat de ſpirituali vita animæ, ad quod Deus ob ſuam infinitam bonitatem maximè attendere ſolet, ideoque pro illa ſedet, & multa opera dignatur impendere: In alijs verò ſolum ſpectabantur temporales ſanitates, quibus non multum intendendum, & ideo pertranſiens, ac veluti tranſitoriè de illis agebat.

Ioan. 4. Baeza. *De temporalibus non multum agendū, ſed de ſpiritualibus.*

215\. Ad quæſtionem oſtendit Petrus Chriſtum Dominum verum Deum unctum oleo Divinitatis, quia pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos, ipſa enim beneficentia index eſt Divinitatis D. Ambroſius libro 4. in Lucam ait: *Ubique Ieſus currit, ubique ſanat in itinere, in domo, in deſerto, ut Deum ſe, & hominem demonſtret.* Et etiam dicam ego: & in Cruce ſanat, D. Auguſtin. lib. 4. Confeſſion. cap. 12. inquit: *Non enim tardat, ſed currit, clamans dictis, & factis, morte, vita deſcenſu, aſcenſu.* Et idem Divus Auguſtinus ſermone 26. de verbis Domini ait: *Ibi verè Chriſtus probatus eſt Deus, ubi tantum fecit, quantum auſa non eſt fides ipſa optare.*

Beneficētia index bonitatis divinæ. D. Ambr. D. Aug.

216\. Dicitur Sapientiæ 16. num. 20. *Angelorum eſca nutriviſti populum tuum, & paratum panem de Cœlo præſtitiſti illis ſine labore omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuavitatem, ſubſtantia enim tua, dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebat.* Quid per *ſubſtantia illa* intelligat ſapiens? Variæ ſunt ſententiæ. Hugo, Vatablus, Janſenius intelligunt ipſum Manna: Pineda in Jacob ad cap. 22. verſ. 3. interpretatur ipſam Divinam poteſtatem ſuſtentandi populum; Oxorius vir doctus exponit ipſam bonitatem, ac benignitatem Divinam, ſed quomodo ipſa bonitas, ſeu Natura divina, quæ eſt inacceſſibilis, & inveſtigabilis viæ ejus, quæ omne humanum captum tranſcendunt, dicatur oſtenſa; *Subſtantia tua dulcedinem tuam*, quem habes, in filios, oſtendebat. Res quamvis ſit valde abdita, & abſcondita per ſuos proprios, & connaturales effectus cognoſcitur, & manifeſtatur, & cum beneficentia ſit maximè intrinſeca, ac connaturalis Deo ex ſuis viſceribus piiſſimis præclarè in tam magnifico dono innoteſcebat, ac oſtendebatur. Ait Chriſtus Dominus, Marci 8. n. 2.

Sap. 16. Hugo. Vatabl. Ianſen. Pineda. Oſorius. *Bonitas Eſſentia divina per beneficentiā manifeſtatur.* Marc. 8.

Miſereor ſuper turbam, & ex Græco legitur: *Eviſceror*; ut Hiſpanè dicatur *Dezentrañeme por lo hazer bien.*

217. Cum Chriſtus oraret ad Patrem in Horto, dicebat: *Pater, ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte*,
Matth.26 Matth.26.n.39. Et in quo intervenieбat impoſſibilitas, ut ille Calix tranſiret, & Chriſtus illum non
D.Paſch. biberet? D.Paſchaſius ibi ait: *Quia impoſſibilitas iſta de juſtitia venit, & bonitate Dei, quia ſic eſt omnipotens, ut juſtus ſit, ac bonus, & miſericors, & ideo quantum ad utramque naturam ſpectat, impoſſibile erat, ne nos bonitate ſua, ſuaque juſtitia, & miſericordia ſalvaret.* Iſta impoſſibilitas ab ipſa infinita bonitate, ac miſericordia Dei proveuit; quia ſuppoſita noſtra miſeria valde alienum erat ab eo, ut non ſubveniret, atque ſalvaret, & ideo poſito decreto humanæ ſalutis neceſſario erat implendum. Impoſſibile erat, ne nos bonitate ſua, ſuaque juſtitia & miſericordia ſalvaret.

Alienum eſt à Deo noſtra miſeria non ſubvenire.

218. Et hanc ſuam bonitatem, qua nos benedixit, ac benefecit, ipſe per ſe ſolum abſque alicujus interventu præſtat, & exhibet, Deuteronom.27. n.25.
Deut.27. In monte Hebal erant ſex tribus legis tranſgreſſoribus maledicentibus, ſic clamabant: *Maledictus homo, qui facit ſculptile, & conflatile::: & reſpondebit omnis populus, Amen. Maledictus qui non honorat patrem ſuum, & matrem ſuam, & dicet omnis populus. Amen.* Et ſic in multis alijs maledictionibus proſequitur, & Populus reſpondens, Amen: At vero in benedictionibus valde diverſo modo ſe res
Deut.28. habet, & dicitur, Deut.28.n.3. *Benedictus tu in Civitate, & benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructuſque jumentorum tuorum*, &c. Ecce grande dubium; In qualibet maledictione totus populus prompto animo dicit *Amen*, nec in una benedictione eſt qui dicat *Amen*. Maledictiones erãt à maligno ſpiritu, quæ ſemper à ſuis ſequacibus adjuvantur; At benedictiones erant à Jeſu, imo ipſe eſt benedictio noſtra, & cum benedictio ſit à Jeſu, ipſe ſolum abſque alicujus adjuvamine totum ſalutiferum omnium benedictionum effectum præſtat. D Baſilius in Catena Græ-
D.Baſil. ca: *Dicat aliquis, cur recitatis execrationibus adjungitur, Amen. Benedictionibus verò nulla ſequitur affirmatio? Diluit hanc dubitationem Apoſtolus dicens: Filius Dei non eſt etiam, & non, ſed in ipſo eſt etiam: Omnes enim Dei promiſſiones in ipſo ſunt, etiam, Amen; ipſe enim nimirum eſt, qui benedixit nobis in omni benedictione ſpirituali.* In Filio Dei non eſt negatio benedictionis, ſed affirmatio, illius, quam ipſe præſtat.

Chriſtus per ſe ſolum nobis dat omnem beneficentiam, & benedictionem.

*Act.*10.*num.*39. Et nos teſtes ſumus, quæ fecit in regione Judæorum, & Jeruſalem, quem occiderunt ſuſpendentes in ligno.

*Num.*40. Hunc Deus ſuſcitavit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri.

*Num.*41. Non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo: nobis qui manducavimus, & bibimus cum illo poſtquam reſurrexit à mortuis.

*Num.*42. Et præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari, quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt à Deo judex vivorum, & mortuorum.

*Num.*43. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent remiſſionem peccatorum accipere per nomen ejus, omnes, qui credunt in eum.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IX.

Verſ.39.40. & 41. Jam ſunt explicati ſupra cap.5. verſ.30.31. & 32.

Verſ.42. **E***T præcepit nobis*, ut habetur cap.1. n.8. Eritis mihi teſtes, &c. Quia *ipſe eſt conſtitutus à Deo Iudex*. Syriacus: *Eum eſſe, qui definitus eſt judex.* Arabicus: *Quem deſtinavit judicem.* D.Epiphanius; *Ut vivis, & mortuis dominetur.* Vivi vocantur, qui proximè in die judicij vivi erunt, tunc morituri, ut illico reſurgant, mortui, qui jam antecedenter erant defuncti. 219.

Syriac. Arabic. D.Epiphan.

Verſ.43. *Huic omnes Prophetæ.* Syriacus: *De eo teſtati ſunt omnes*. Similem ſententiam Petrus dixit ſupra cap.3.verſ.18.21. & 24. & Chriſtus D. de ſe dixit, Ioan.5.n.39. *Scrutamini Scripturas illæ teſtimonium perhibent de me*, Tertull. lib.de Trinit.c.8. ait: *Deus Prophetas ſpiritu inſtruxit, & per hos omnes filium ſuum Chriſtum repromiſit.* 220.

Syriac. Actor.3. Ioan.5. Tertull.

Remiſſionem peccatorum accipere. Ad quod exhortatur Petrus cap.2.n.38. & cap.5.n.31. ut tanto bono propoſito maximè promoveantur homines ad fidem Chriſti amplectendam: *per nomen ejus*. Arabic. *Conſequenter per nomen ejus expiationem peccatorum.* Et Textus ait: *Qui credunt in eum.* Sed ſi Cornelius erat juſtus ad quid illi hæc exhortatio? Quia ut dicitur Apoc.22.n.11. *Qui juſtus eſt juſtificetur adhuc, & qui Sanctus eſt ſanctificetur adhuc*; & quia, ut dicitur, ſepties in die cadit juſtus. 221.

Arabic. Apoc.22.

QUÆSTIO XXVIII.

Quare dicitur Chriſtus judex vivorum, & mortuorum?

DIcitur hic in præſenti Chriſtus: *Conſtitutus judex vivorum, & mortuorum*, juxta illud Joan.5.n.22. *Pater non judicat quemquam, ſed omne judicium dedit filio.* Ubi non eſt ſermo de Chriſto, ut filio Dei, quia ſic cum eo judicat Pater, ſed loquitur ſecundum naturam humanam in Incarnatione, qua homo eſt; quia tunc viſibili forma videndus eſt ab hominibus. Ita D.Auguſt.1.de Trinit.cap.13. Beda, & multi alij, quos adduxi citato loco Joannis. 222.

Ioan 5. D.Aug. Beda.

Et quamvis Chriſtus ſit judex non ſolum in judicio univerſali, ſed etiam particulari, dum quilibet moritur; tamen hic eſt ſermo de judicio univerſali cum dicitur *Iudex vivorum, & mortuorum*, Gloſſa interlinealis, Beda favet Chryſoſt. *vivorum* id eſt juſtorum, *mortuorum* ſcilicet peccatorum, ac damnatorum. Alius eſt ſenſus, & ſatis aptus, *vivorum* qui erant vivi immediatè ante tempus judicij, & ſunt mortui mox reſurrecturi, ac proinde fuerunt in quodam tranſitu de vita ad mortem, & de morte ad vitam; *Mortuorum*, illorum nempe, qui antecedenter mortui fuerant. 223.

Iudex vivorũ, ac mortuorum. Interlin. Beda. D.Chryſoſt.

Caietanus exiſtimavit, quod aliqui erunt perſeverantes in vita, & abſque morte ad diem judicij, cujus opinionem non approbo, cum Apoſtol. Hebræor.9. n.27. dicat: *Statutum eſt hominibus ſemel mori*, & David Pſal.88.n.49. *Quis eſt homo, qui vivet, & non videbit mortem, eruat animam ſuam de manu inferi.* 224.

Caietan. Hebr 9. Pſal.88.

Conſtitutus eſt judex vivorum, & mortuorum. 225.

Congrega

Math.25 *Congregabuntur ante eum omnes gentes*, Matth.25.
n.32. Omnes nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corpo-
2.Cor.5. ris, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum, 2.Cor.5.
n.10. *Omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti*, Ro-
Rom.14. man.14.n.10.

216. Ne faciat alicui difficultatem id quod dicitur,
Pſalm.1. Pſalm.1.n.5. *Non reſurgent impij in judicio*; quia
nihil prævalebunt ne effugiant damnationem; nec
Ioan 3. illud Ioan.3.n.18. *Qui non credit jam judicatus eſt.*
Solvuntur objecta. Qui non credit, fide nempe viva, de quo ibi eſt ſermo, jam ſecum portat damnationis ſententiam, ut ibi explicavi, ſicut ibi dicitur *Qui credit*, ſcilicet viva fide, *in eum*, non judicatur, ſecum enim portat ſuæ ſalutis munimen, & non condemnabitur?

217. *De parvulis ſine gratia.* De parvulis qui ſine gratia cum peccato originali decedunt, an ſint judicandi dubitatur? Communis ſententia Theologorum eſt affirmativa, de
Suarez. quo latè Suarez tom.5. ad 3.part.diſp.57.ſect.6. &
ad hoc poteſt adaptari illud: *Vidi mortuos magnos,*
Apoc.20. *& puſillos ſtantes in conſpectu throni*, Apocalypſ.20.
n.12. Et ratio eſt; quia Chriſtus eſt omnium caput, & iſti ſubjecti ſunt Chriſto, & ipſe pro omnibus
D.Aug. natus eſt, & mortuus eſt, & ut explicat D.Auguſt.
lib.32.de libero arbitrio: *Habebunt ſententiam judicis reſpectu eorum futuram mediam inter præmium, & ſupplicium.* Punientur pœna damni, privatione nempe cœleſtis Beatitudinis ob peccatum originale, non tamen pœna ſenſus, quæ quidem reſpondet peccato actuali, quod parvuli non commiſerunt.

QUÆSTIO XXIX.

Quare cum Chriſtus dicitur judex conſtitutus ſtatim ſubditur, ut per ipſum accipiatur remiſſio peccatorum?

228. QUantum diſtat hominum poteſtas à poteſtate Domini Jeſu! Pilatus dicebat D. meo Jeſu: *Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & po-*
Ioan.19. *teſtatem habeo dimittere te*, Ioan.19.n.10. poteſtas illius prius erat ordinata ad faciendum malum, ac crucifigendum; At vero poteſtas D. Jeſu ex ſua infinita bonitate primo, & per ſe eſt ad benefaciendum, & ad dandam remiſſionem peccatorum: ſupplicia vero, & pœnas homo per ſe convocat, & adducit, congregat ſuper caput carbones igneos.

Ad quæſtionem dicitur Chriſtus D. conſtitutus
229. juſtus judex ad dandam remiſſionem peccatorum, prout recta juſtitia poſtulat, juxta uniuſcujuſque diſpoſitionem exquirit, ſuper quam divinus Judex vigilat, ut cuncta ponderet, & metiatur apta, & directa virga ſua. Ait Jeremias cap.1.n.11. *Vir-*
Ierem.1. *gam vigilantem ego video*, Virga nota judicij, ac poteſtatis, & hæc virga non eſt, ut ſedeat, dormiat, ac quieſcat, ſed ut vigilet: *Virga æquitatis,*
Cũ Deus punit ex virga facit menſuram. *Virga regni tui.* Et ut ipſa poteſtatis Virga univerſa metiatur, ne quid nimis in pœna excedat. D. Hieronymus ad cap 41.Exechielis n.4. ait: *Vigilat*
D.Hier. *virga cuncta peccata populi, conſiderans, ut percutiat, & corripiat, ac ſanet.*

230. Thren.2. Dicitur Thren.2. n.8. *Cogitavit Dominus diſſipare murum filiæ Sion, tetendit funiculum ſuum.* Ad deſtruendum tetendit funiculum, hoc maximè pertinet ad ædificandam, ac conſtruendam machinam, ad conſideranda illius fundamenta, altitu-
Deus ut puniat menſurat. dinem, latitudinem, diſpoſitionem, ac lapidum ordinem, ut facile inimicorum impetus invalidare poſſit, ſed ad ſolo æquandam urbem apponit funiculum, facta eſt juſtitia Divina in pœna inferenda, quod ſine menſura inferre neſcit. D. Paſ- D.Paſch.
chaſ. lib.2. ait: *Tetendit funiculum ſuum, quatenus ſecundum delictorum menſuram pœna procederet ultionis.*

Conſiderans Iob.28. n.15. Domini magnitudi- 231.
nem, ait: *Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit* Iob 28.
in menſura. Cui conſonat Iſaias 40. num.12. *Qui* Iſai 40.
menſus eſt pugillo aquas. Quid eſt, quod Omnipotens Deus furientes ventos per totum Orbem, & multitudinem aquarum, quæ inundant per totum Univerſum, ponat in menſura? Ad quid tendit hæc menſura? Ad quid hoc pondus? Fertili- *Temporũ vices juxta hominũ merita.*
tas, ac ſterilitas terræ, ut ſuos fructus in tempore convenienti proferat, vel deneget, totum provenit ex irrigatione aquarum, inde Omnipotens eas ponit in menſura ſecundum merita, vel demerita hominum; inde ad eorum opera Deus extendit, vel contrahit manum ſuam ad aquas, ſic & ſimiliter Deus laxat, & cohibet ventos, aliquando ut ſuaviter recreent: *Surge Aquilo, veni Auſter, &*
fluent aromata illius, Cantic.4.n.16. Aliquando in Cant.4.
magnam caſtigationem, & naufragium. *In ſpiritu vehementi conteres naves Tharſis*, Pſalm.47.n.8. Pſal.47.
Unde tanta diverſitas in ventis, & aquis? ex juſta menſura, ac recto pondere, prout hominum opera poſtulant, & exquirunt. D.Gregorius Nazianzen. oratione 36. *Quis enim vel immodicam pluviam, vel pluviæ retentionem ferret, niſi ille pluviæ parens menſuris ſuis, & bilancibus omnia regeret.*

*Actor.*10. *n.*44. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant verbum.

*Num.*45. Et obſtupuerunt ex circumciſione fideles, qui venerant cum Petro: quia & in nationes gratia Spiritus ſancti diffuſa eſt.

*Num.*46. Audiebant enim illos loquentes in linguis, & magnificantes Deum.

Num 47. Tunc Petrus: Nunquid aquam quis prohibere poteſt, ut baptizentur hi, qui acceperunt Spiritum ſanctum, ſicut & nos.

*Num.*48. Et juſſit eos baptizari in nomine Domini Jeſu Chriſti. Tunc rogaverunt eum, ut maneret apud illos aliquot diebus.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE X.

Verſ.44. ADhuc *loquente Petro verba.* Oſten- 232.
ditur efficacia, ac vehementis verborum Petri. *Cecidit Spiritus ſanctus.* Syriacus: *Spi-* Syriac.
ritus ſanctitatis operuit eos omnes. Arabicus: *Deſ-* Arabic.
cendit Spiritus ſanctus. Vatablus: *Illapſus eſt.* Ca- Vatabl.
ietanus: *Ingruit*, viſibili nempe ſigno, ac ſpecie, Caiet.
nempe linguis igneis incumbens capiti Cornelij, ac domeſticorum ejus, ſicut in die Pentecoſtes ſuper Apoſtolos, ut conſtat ex capite ſequenti n.15. ubi ſic habetur: *Cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, ſicut & ſuper nos in initio.*

Ineptè ex hoc argumentantur hæretici, quod 233.
Cornelius accepit Spiritum ſanctum ante Baptiſmum, ac proinde quod Baptiſmus non confert gratiam, ſed quod ſit ſignum illius. Futilis, & inutilis eſt hæc doctrina; quia quamvis iſti *Refutatur impietas hæreticorum.*

non eſſent Baptizati, tamen per contritionem,
& Baptiſmum in voto erant jam juſtificati, proin-
deque capaces donorum Spiritus Sancti. Et Deus
hoc viſibili ſigno voluit condecorare, ac nobilita-
re hos primos ex Gentilibus, ut obmuteſcere faciat
Iudæorum ora murmurantium de Gentium admiſ-
ſione ad Eccleſiam.

234. Verſ. 45. *Obſtupuerunt ex circumciſione fideles.*
Syriac. Syriacus: *mirati ſunt*, & dicitur *ex circumciſione*
fideles, nempe Iudæi converſi, qui in lege Mo-
ſaica fuerant educati, in qua ejus initium erat cir-
cumciſio, ut in lege gratiæ Baptiſmus. *Quia in na-*
Græcus. *tiones.* Græcè Gentes, ſeu gentiles ſibi perſuade-
bant Iudæi Chriſtum, Chriſtique gratiam, ac fi-
dem, ejuſque Eccleſiam Iudæis ſolum fuiſſe pro-
miſſam, in eiſque concludendam, & gentes ab ea
eſſe excluſas.

235. Verſ. 46. *Audiebant illos loquentes linguis.* Sy-
Syriac. riacus: *loquentes, unaque lingua.* Arabicus: *Lin-*
Arabic. *guas externas.* Æthiopicus: *Loquentes in ſermoni-*
Æthiop *bus regionum.* Datum fuit eis linguarum donum,
ut in omnium idiomate Deo gratificarent donum
acceptum fidei, & gratiæ divinæ, de quo partici-
pes facti ſunt.

236. Verſ. 47. *Nunquid aquam quis prohibere poteſt,*
Arabic. Arabicus: *Num quis vetet aquam* Pagninus, Ti-
Pagnin. gurina: *Quominus aqua baptizentur.* Prohibebant,
Tigurin. inquit D. Chryſoſtomus Iudæi ſpiritu carnali du-
D.Chryſoſt. cti, quia illud bonum tantum eis datum putant.
Signo viſibili. *Qui acceperunt ſpiritum, ſicut & nos.* Si enim Spi-
ritus Sanctus dono viſibili eos replevit, ſicut, &
nos, non debemus eos à ſuis donis excludere, ut
baptizentur, & ita hac optima ratione temulen-
tiam Iudæorum cedavit.

237. Verſ 48. *Iuſſit eos baptizari in nomine Ieſu Chri-*
Syriac. *ſti.* Syriacus addit *Domini noſtri Ieſu Chriſti*: &
dicitur juſſit eos baptizare per miniſtros, quos ha-
bebat diſpoſitos, & ordinatos in Ioppen. In Mar-
tyrologio ſecunda die Februarij dicitur Cornelium
baptizatum à D Petro, quod fieri poterat ob per-
ſonam valde magnam, & inſignem; nam Apoſtoli
non baptizabant, ut ait Paulus 1.Corynth. 1.num.
1.Cor.1. 17. *Non enim miſit me Deus baptizare, ſed evange-*
lizare, de quo Actor. 19. baptizabant Apoſtoli per
Act.19. miniſtros à ſe ordinatos *In nomine Domini Ieſu*
Chriſti. De hac forma Baptiſmi jam dixi ſupra cap.
2.num. 18.

238. Quo autem anno hæc Cornelij converſio conti-
gerit, non exigua eſt controverſia. In qua ſunt octo,
vel novem ſententiæ; probabilius videtur accidiſſe
Martyr. anno Chriſti 37. De hoc Cornelio ſic habet Mar-
tyrologium Romanum 2. die Februarij. *Ceſarea in*
Palaſtina S. Cornelij centurionis, quem B. Petrus
Apoſtolus baptizavit, & apud prefatam urbem epiſ-
copali honore ſublimavit. Hujus Cornelij vita ha-
betur apud Surium ex Metaphraſto 13. Septembris,
Lorin. in qua Lorinus multa teneri apocripha dicit.

QVÆSTIO XXX.

Quare Cornelius cum ſuis ſociis primus ex genti-
litate converſus tantis ſignis condecoratur?

239. COmmunis vox Patrum, ac Doctorum eſt Cor-
nelium ex gentilitate fuiſſe converſum ad
Chriſti fidem; nam vidimus alium centurionem
Matth.8. Matthæi 8 Chriſtum Dominum confitentem, cu-
jus fides multum laudatur, ſicut & mulier Chana-
Math.15 næa Matth. 15. & etiam Eunuchus ſupra cap. 8.
Actor.8. num. 3. Statuimus ergo Cornelium primum fuiſſe
baptizatum, ac converſum ex gentilitate, qui pu-
blicè, ac patenter eſt baptizatus, & primario, ac
directè quæſivit, & venit ad Chriſtum ad ſuſcipien- *Quomodo Cor-*
dam ejus fidem; nam ille alter Centurio primario, *nelius*
& per ſe venit ad impetrandam pueri ſui ſanitatem, *dicatur*
ſicut & Chananæa pro filiæ ſalute, ad Eunuchum *primus.*
Philippus venit, & in via tamquam in occulto eſt
baptizatus; At vero Cornelius patenter, ac publi-
cè cum tota familia ſua quærit Petrum, ut illumi-
netur, ſuſcipiatque Chriſti fidem.

Et valde feſtivo applauſu, multaque ſolemnitate 240.
excipitur Cornelius tota cum ſua familia adveniens
viſibili ſigno Spiritus Sanctus infundens eis lin-
guarum donum, ut in omnium linguis laudarent,
& glorificarent Deum.

Deſumens ex Iſaiæ 54. num. 1. locum Paulus ad 241.
Galat. 4. num. 27. ait: *Lætare ſterilis, quæ non pa-* Iſai.54.
ris, erumpe, & clama, quæ non parturis, quia mul- Galat.4.
ti filij deſerta magis, quam ejus, quæ habet virum.
Per exultantem deſertam intelligit gentilitatem,
per eam quæ habebat virum Synagoga. Iſaias citato *Eccleſia*
loco ſcribit. Dicit Dominus, ut ita majorem ſuis *Chriſti*
dictis reconcilier authoritatem, quæ verba Paulus *creſcit*
non apponit, quia notum experientia eſt, quan- *cum ſua*
tum meſſis Chriſtiana in gentilitate creſceret, & *ſponſa*
augeretur, quæ antea erat ſterilis, & nullum par- *Synagoga.*
turiebatur, at ſponſa Synagoga, ob malitiam ſuam
ſterilis facta eſt D. Hieronymus lib. 1. in epiſtol. D Hier.
ad Galatas cap. 4. ait: *Non puto neceſſe de multi-*
tudine Chriſtiana, & de Iudæorum paucitate dica-
mus: cum in toto mundo Crucis vexilla reſplendeant,
& vix rarus, atque notabilis in urbibus Iudæus ap-
paret.

Multa lætitia, & exultatione lætatur Gentilitas, 242.
cum jam Cornelius, & tota ejus familia promiſſa
gratia jam veniunt ad Chriſti fidem, & cum hono-
re, & lætitia excipiuntur, cum venit Divinus Spi-
ritus linguis igneis, ut dixi in expoſitione, inſidens
ſuper eorum capita tamquam diademate eos coro-
nans. Offerunt ſua munera in Sacrificio Caïn, &
Abel, *Abel de primogenitis gregis ſui, & de adipi-*
bus eorum, & reſpexit Dominus ad Abel, & ad mu-
nera ejus. Geneſ.4. num. 4. Et unde deprehenditur, *Primus*
quod Dominus reſpexerit ad Abel, & munera ejus? *in re*
Communis eſt ſolutio, ignito radio veniente ſuper *virtutis*
ſacrificium, & cur tam grande miraculum ibi eſt? *honorandus.*
fuerunt præmiſſæ, quæ de melioribus, & de pin-
guioribus oblatæ ſunt Deo, & ideo animus offe-
rentis maximè fuit nobilitandus, ac condecoran-
dus. D. Chryſoſt. homil. 18. in Geneſ. ait: *Ut per* D Chryſoſt.
hoc offerentis animus majorem honorem haberet.

Egreſſus Iacob de domo patris ſui cum iter fa- 243.
ceret in Meſopotamiam, veniſſetque ad quendam
locum poſt ſolis occaſum, & voluiſſet recumbere:
Tulit de lapidibus, quæ jacebant in illo loco, & ſup-
ponens capiti ſuo dormienti. Geneſ. 28. numero 15. Gen.28.
& ut dicitur in lib. Rabbith, ſuppoſuit tres lapi- Lib.
des, qui in unum ſunt converſi, & multa luce ra-
diabat, viditque Scalam, & Dominum Scalæ in-
nixum, & Angelos aſcendentes, & deſcendentes
per eam, qui proculdubio multa fulgurabant luce,
in quo Sancti Patres, & Doctores multa, magna-
que myſteria ſcrutantur, ac venerantur. Unde Ia-
cob tot, & tantis myſteriis illuſtratur, & ut lapi-
des tres ſub capite in unum coaleſcant in typum
Sanctiſſimæ Trinitatis, nota quæ ſequuntur: *Sur-*
gens Iacob mane tulit lapidem, quem ſuppoſuerat
capiti ſuo, & erexit in titulum, fundens oleum de-
ſuper, vovit etiam votum, dicens: Si fuerit Domi-
nus mecum, &c. Ibidem num. 20. quia, ut notat Philo.
Philo lib. de ſomnis, D. Proſper de provid. Hic D.Proſp.
primus

Primus in voto multa luce fulget.

primus homo fuit, qui ſe Deo dedicavit, ac conſecravit per votum, & qui in tam illuſtri facto, ſingularique Dei obſequio dedit lucem, primus Cœleſti luce radiante fulget, ac nitet plenuſque tantis myſteriis illuſtratus reſplendet.

CAPVT XI.

1. *AVdierunt autem Apoſtoli, & fratres, qui erant in Iudæa: quoniam & gentes receperunt Verbum Dei.*
2. *Cum autem aſcendiſſet Petrus Ieroſolymam, diſceptabant adverſus illum, qui erant ex circumciſione,*
3. *Dicentes: Quare introiſti ad viros præputium habentes, & manducaſti cum illis.*
4. *Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens:*
5. *Ego eram in civitate Ioppe orans, & vidi in exceſſu mentis viſionem; deſcendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis ſubmitti de Cœlo, & venit uſque ad me.*
6. *In quod intuens conſiderabam, & vidi quadrupedia terræ, & beſtias, & reptilia, & volatilia Cœli.*
7. *Audivi autem, & vocem dicentem mihi: Surge, Petre, occide, & manduca.*
8. *Dixi autem: Nequaquam Domine, quia commune, aut immundum nunquam introivit in os meum.*
9. *Reſpondit autem vox ſecundo de Cœlo: Quæ Deus mundavit tu ne commune dixeris.*
10. *Hoc autem factum eſt per ter, & recepta ſunt omnia rurſum in Cœlum.*
11. *Et ecce viri tres confeſtim aſtiterunt in domo, in qua eram, miſſi à Cæſarea ad me.*
12. *Dixit autem ſpiritus mihi, ut irem cum illis nihil hæſitans, venerunt autem mecum & ſex fratres iſti, & ingreſſi ſumus in domum viri.*
13. *Narravit autem nobis quomodo vidiſſet Angelum in domo ſua ſtantem, & dicentem ſibi: Mitte in Ioppen, & accerſi Simonem, qui cognominatur Petrus.*
14. *Qui loquetur tibi verba, in quibus ſalvus eris tu, & univerſa domus tua.*
15. *Cum autem cœpiſſem loqui, cecidit Spiritus Sanctus ſuper eos, ſicut & in nos in initio.*
16. *Recordatus ſum autem Verbi Domini, ſicut dicebat: Ioannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto.*
17. *Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, ſicut & nobis, qui credidimus in Dominum Ieſum Chriſtum, ego quis eram, qui poſſem prohibere Deum?*
18. *His auditis tacuerunt, & glorificaverunt Deum, dicentes: Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.*
19. *Et illi quidem, qui diſperſi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat ſub Stephano, perambulaverunt uſque Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, niſi ſolis Iudæis.*
20. *Erant autem quidam ex eis viri Cyprij, & Cyrenæi, qui cum introiſſent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos annuntiantes Dominum Ieſum.*
21. *Et erat manus Domini cum eis: multuſque numerus credentium converſus eſt ad Dominum.*
22. *Pervenit autem ſermo ad aures Eccleſiæ, quæ erat Ieroſolymis ſuper iſtis, & miſerunt Barnabam uſque ad Antiochiam.*
23. *Qui cum perveniſſet, & vidiſſet gratiam Dei gaviſus eſt, & hortabatur omnes in propoſito cordis permanere in Domino.*
24. *Quia erat vir bonus, & plenus Spiritu Sancto, & fide. Et appoſita eſt multa turba Domino.*
25. *Profectus eſt autem Barnabas Tarſum, ut quæreret Saulum, quem cum inveniſſet perduxit Antiochiam.*
26. *Et annum totum converſati ſunt ibi in Eccleſia, & docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primum Antiochiæ diſcipuli, Chriſtiani.*
27. *In his autem diebus ſupervenerunt ab Ieroſolymis prophetæ Antiochiam.*
28. *Et ſurgens unus ex eis nomine Agabus, ſignificabat per ſpiritum famem magnam futuram in univerſo orbe terrarum, quæ facta eſt ſub Claudio.*
29. *Diſcipuli autem, prout quis habebat, propoſuerunt ſinguli in miniſterium mittere habitantibus in Iudæa fratribus.*
30. *Quod & fecerunt, mittentes ad ſeniores per manus Barnabæ, & Sauli.*

ARGVMENTVM.

VT Petrus Judæorum murmur compeſceret murmurantium quod recepiſſet ex gentilitate Cornelium cum tota ſua familia eis exponit viſionem, quam habuerat de linteo, atque etiam de geſtis cum Cornelio, & quomodo etiam in Syria fidelium excreſceret multitudo: Unde in Antiochiam mittuntur Barnabas, & Saulus, & in Antiochia fideles primo Chriſtiani nominati ſunt.

A primo verſu uſque ad 17. refert D. Petrus viſionem de linteo, ac ſimul Cornelij converſionem, quæ quidem manent explicata in ſuperiori capite.

Actor. 11. *num.* 18. His auditis tacuerunt, & glorificaverunt Deum dicentes: Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.

Num. 19. Illi quidem, qui diſperſi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat ſub Stephano perambulaverunt uſque Phœnicem & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, niſi ſolis Iudæis.

Num. 20. Erant quidam ex eis viri Cyprij, & Cyrenæi, qui cum introiſſent Antiochiam loquebantur ad Græcos annuntiantes Dominum Ieſum.

Num. 21.

Num: 21. Et erat manus Domini cum eis, multuſque numerus credentium converſus eſt ad Dominum.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I.

1. Syriac. Lyran. Verſ. 18. H*Is auditis tacuerunt.* Syriacus: *Quieverunt.* Utpote ait Lyra tam rationabiliter, ac verè dictis, ut patet de viſione lintei, ac converſione Cornelij. *Glorificaverunt* Chryſoſt. *Deum*: ait Chryſoſt. quod gratiam ſuam, & ſalutis viam extendiſſet etiam ad gentes.

2. *Pœnitentiam dedit Deus ad vitam.* Arabicus: *Pœnitentiam, ut per eam vivant.* Lyran. Gloſſa. Lyranus: *Tempus, & locum pœnitentiæ.* Gloſſa: *Gratiam, & impulſum ad pœnitentiam*, vel etiam remiſſionem peccatorum per pœnitentiam, ponitur enim cauſa pro effectu.

3. Syriaca. Arabic. Æthiop. Verſ. 19. *Illi quidem, qui diſperſi fuerant.* Syriacus: *Ex oppreſſione, quæ contigerat ob Stephanum.* Arabicus: *Ob afflictionem obortam.* Æthiopicus: *Propter occiſionem Stephani.* Sub morte Stephani, nam multi ejus exemplo, magno fervore, ac zelo prædicabant Chriſtum, & arguebant Iudæos, indeque ipſi Iudæi in eos inſurgebant.

4. *Phœnicem*, quæ eſt Provincia valde præclara Syriæ, *& Cyprum* Inſula maritima, & valde nota, ac celebris: *Antiochiam*, civitas multum perilluſtris caput Syriæ, & à Rege Antiocho magno ædificata, à quo & nomen accepit. *Nemini loquebantur verbum*, Arabic. ſcilicet Evangelicum. Arabicus: *Nemini inſtituebant ſermonem prædicationis, in ſolis Iudæis.* Hoc factum eſt in exordio, ut Iudæi paulatim diſponerentur, ut etiam fidem Evangelicam gentes ſuſciperent, ut ſtatim dicam.

5. Verſ. 20. *Erant autem quidam.* Ex illis diſperſis de Jeruſalem: *Viri Cyprij, & Cyrenæi*, de quibus jam egi cap. 6. num. 9. hoc eſt nati in Cypro, & Vatabl. Cyrene. *Loquebantur ad Græcos.* Vatablus: *Ad Græciſtas.* Ipſe Vatablus interpretatur per Græcos Iudæos natos inter Græcos; at per hos Græcos, per quos intelliguntur frequenter Gentiles, rectè Lyran. Hugo. Caietan. Lyranus, Hugo, Cajetanus, Lorinus intelligunt ipſos Gentiles; nam in Textu Græco, opponuntur Judæis.

6. Verſ. 21. *Et erat manus Domini cum eis*, nempe potentia, aſſiſtentia, & directio divina, ut cum multa ſapientia, efficacia, altaque doctrina prædicarent fidem Chriſti, ac multis miraculis con- D. Chryſoſt. Oecum. firmarent, ut notant D. Chryſoſtomus, ac Oecumen. *Multuſque numerus credentium.* Syrus: *multi converſi ſunt ad Dominum.* Illuminando, excitando, ac adjuvando eorum corda, ut cognita veritate fidem Chriſti ſuſciperent.

QUÆSTIO I.

Quare D. Petrus tam ſollicite, ac efficaciter deſtruit murmurationes contra ſe exortas.

7. AIt Textus num. 2. & 3. *Cum aſcendiſſet Petrus Ieroſolymam diſceptabant adverſus eum, qui erant ex circumciſione dicentes, quare introiſti ad viros præputium habentes, & manducaſti cum eis?* Difficultas quæſtionis. Tunc Petrus aperuit illis viſionem de linteo, & quomodo Cornelius eum miſit vocare, & ait Petrus num. 17. *Et ſi Deus illis vult dare ſuam gratiam, quemadmodum dat nobis, quis prohibere valeo*, Non poteſtate eorum ora obturat, ut poterat dicere, quis ex vobis vult me, meaque facta judicare, cum ego ſim ſuum primum Eccleſiæ caput, ſed appoſitis rationibus eos convincit, facitque obmuteſcere.

8. In ſupremo, & alto judicio Chriſtus Dominus condemnans miſeros, & deperditos, dicet illis: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitivi, & non dediſtis mihi potum, &c.* Matth. 25. num. 42. Matth. 25. Nonne ſufficiebat, quod ſententia eſſet prolata à ſupremo omnium judice, in quo nulla injuſtitiæ umbra dari poterat, non ſufficiebat, quod maledicti dicerentur à ſupremo Domino, ut inde omnia ſententia proba exiſtimaretur? Quid inſuper? aſſignat cauſam, & rationem ſuæ ſententiæ damnantis: *Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare, &c.* *Prelatus, & Iudex ſui regiminis det ration.* D. Paſch. O ſummum rectitudinis exemplar: ait D. Paſchaſ. lib. 10. in Matth *Etiam cum damnatis hominibus ſuæ ſententiæ cauſam objicit, ſicut ejicientibus de templo dixit; Nolite facere domũ Patris mei domum negotiationis.* Ioan. 2. num. 16. Ioan. 2. Ut ita fiat evidens, quod eorum damnatio non à judice, ſed ex eorum nequitia provenit.

9. Secundo tam latè ſuæ operationis tamquam Chriſti ſervus, cujus tota intentio erat pacem facere, pacemque reddere. Primi, quos Chriſtus ad ſuum Apoſtolatum vocat, ſunt Petrus, & Andreas Matth. 4. num. 18. Matth. 4. *Vidit duos fratres Simonem, & Andream vocavit eos, faciam vos fieri piſcatores hominum*; & addit Textus num. 21. *Inde tranſiens vidit alios duos fratres, Iacobum, & Ioannem in navi reficientes retia ſua, & vocavit eos.* *Eccleſia Chriſti fundatur pace, ac concordia.* Ecce quatuor prima fundamenta Collegij Apoſtolici, in quibus illud ſupremum Chriſti opificium erigitur, erant enim homines ſanguine fratres, ex eodem loco, ac orbe, & pares officio, utpote piſcatores, ut ex his ſumma pax, ac concordia denotaretur, quam ex tali fundamento in ſua Eccleſia Chriſtus plantabat. D. Chryſoſt. homil. 7. in Matth. ait: D Chryſoſt. *Erant habitatione Cives, dilectione concordes, officio pares, & fraternitate, ideo ſic vocavit & iſtos, ne bonis rebus conjunctos, diſſimilis vocatio ſeparet.* Ut etiam ſimiles, & pares in vocatione eſſent.

10. Mandavit Deus Deuter. 16. num. 18. Deut. 16. *Iudices, & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi*, & etiam jam ab Abrahamo ſedes in introitu civitatis conſtituta erat Geneſ. 23. num. 10. Gen. 23. Cur non potius judicibus deſignatur cathedra in medio civitatis, ut ad eum æqualiter ex omnibus partibus litigantes confluerent, & non in ingreſſu quando homines fatigati ſæpe de itinere veniebant. Pulchram rationem excogitavit D. Gregor. lib. 19. Moral. cap. 13. & ait: *Civitas ſit in pace, & concordia.* *Ut tanto eſſet pacificus urbis populus, quanto ad hanc diſcordes ingredi non liceret.* Certe agnoſcens Dominus peſtem urbis diſcordiam eſſe, ingreſſum in illam quodammodo litigantibus interdixit, ut lite amota, controverſia profligata, compoſitis cunctis, omnes in urbe amicè, & pacificè convenirent.

11. Maxime notandum, quod ſæpe tribus Levitica, ac tribus regia copulabantur matrimonio. 2. Paralip. cap. 22. num. 12. 2. Par. 22. Ubi Ieſabetha *erat filia Regis Ioram, uxor Ioiadæ Pontificis* & Sancta Elizabetha de filiabus Aaron Luc. 1. num. 5. erat cognata Virginis Sanctiſſimæ ibidem num. 36. quæ à Iuda ſuum trahebat genus, ut notat D. Paulus Hebræor. 7. Cur tribus regia, ac Levitica mutuo uxores caperent, ac ſanguinis fœdere copularentur capita totius regni; Rex, & Pontifex, in quibus totum

regnum

regnum tamquam in ſuis manibus, ac columnis innititur, cum ipſi ergo ſanguine connexi eſſent, corde, & animo etiam copularentur, ut cuncta placida pace florerent; nam ex majorum concordia totius populi tranquilitas derivatur, Lyranus, ait: Ut Rex, qui præeſſet in temporalibus, & Pontifex, qui præeſſet in ſpiritualibus eſſent magis concordes, quoad populi regimen faciebat.

QVÆSTIO II.

Quare qui obmurmurabant, & loquebantur auditis verbis Petri tacent, & obmuteſcunt?

12. MUlti ex Iudæis murmurabant, & obloquebantur contra D. Petrum, eo quod Cornelium, ſua cum familia ex gentilitate recepiſſet ad fidem Chriſti, quod eis videbatur valde durum, & acerbum; ipſi enim exiſtimabant, quod ſicut ſalus Chriſti eis erat promiſſa, ſic & illis ſolum erat, in quo maxime decipiebantur, quod altè, & ſublimè oſtendit Petrus, cujus verbis auditis ejus factum, doctrinamque maximè approbant, & ſanctam judicant, ut notant hic Doctores, mutantes ſuam ſententiam, quod proprium prudentis, ac pacati animi eſt.

Difficultas quæſtionis.

13. Cum Iacob regrederetur in Meſopotamiam, ei venit obviam frater ſuus Eſau, & benigne, ac affabiliter ſalutari inter ſe offert ſe Eſau, quod ipſum Iacob vult in itinere comitari, & cum eo pergere: à quo Jacob multis ſe excuſat dicens quod veſtigia fratris ſi i ſequeretur, ut poſtea poſſint longum inter ſe habere ſermonem: Tamen Eſau retendit in locum, qui dicebatur *Seir.* Iacob autem Geneſ. 33. nu. 18. *Tranſivit in Salem urbem Sichimorum.* Nonne ipſe promiſerat ſequuturum fratris veſtigia, qui profectus eſt in *Seir*, quomodo ſe tranſtulit in Salem; Nonne frater tuus moleſte accipiet ſe decipi, & ſicut antea te ſupplantatorem dixerat, nunc modo tuo facto idem confirmabit. Audivit Iacob, quod Eſau in *Seir* erat valda potens; timuit ergo ne memor paternæ benedictionis ereptæ ſe vindicaret, ac proinde ex nova notitia habita novum Conſilium decrevit, & antiquum mutavit Dionyſius Carthuſ. ait: *Non fuit diu libenter cum Eſau, ne forte inciperet recordari præteritorum, quæ Iacob fecerat ei, veruntamen Iacob non ſequebatur eum in Seir; quia ex meliori deliberatione mutavit propoſitum.* Expende ultima verba.

Gen. 33.

Prudentis eſt mutare conſiliũ.

Carthuſ.

14. Secundo ad quæſtionem: Quamvis illi primi Chriſtiani varia, & diverſa intelligerent, tamen cùm Petrus loquebatur, tanta erat ejus auctoritas in Eccleſia, ut omnes ejus dictis acquieſcerent, nec aliquis audebat loqui, & univerſi ejus doctrinæ obtemperabant, ut vidimus ſuperiori capite num. 45. & 46. quod illi, qui ex circunciſione venerant cum Petro ex Ioppen obſtupeſcentes de mirabilibus cum Cornelio, & cæteris gentibus patratis, quos ipſi à fide excluſos exiſtimabant, tamen cum loquitur Petrus, quod Chriſti gratia eſt in omnes, & neminem à ſe excludit, & jubet eos baptizari, univerſorum linguæ ceſſant, nulluſque eſt, qui mutire audeat, ſanctum, & rectum Petri factum approbantes, & Deum glorificantes oſtendentes ſummam erga Petrum obedientiam.

Act. 10.

Magna omnium obedientia erga Petrum.

15. Dicitur Numer. 31. num. 1. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: *Ulciſcere prius filios Iſrael de Madianitis, & ſic colligeris ad populum tuum: ſtatimque Moyſes: Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui poſſint ultionem Domini expetere de Madianitis.* Statim Moyſes feſtinus ad exequutionem Divini mandati nil reſpondens, ſed totis viribus incumbit, ut omnes celeriter, & velociter arma arripiant ad bellum contra Mandian. Cum audiat ab ore Domini, & certò ſciret, ultione peracta ſe è vivis abiturum eſſe; hæc enim ad eum fuit vox Domini: *Et ſic colligeris ad populum tuum.* O mira, & admirabilis celeritas in obediendo, quam nec mortis aſpectus retardat, nec vivendi affectus impedit, nec in uno verbo dicendo moras connectit cum Deo, ſed ſolum intendit mandati exequutionem. Lyranus ait: *Ex eo patet fidelitas, & obedientia Moyſis ad Deum, quia audierat dilationem mortis ſuæ uſque ad interfectionem Madianitarum, & tamen non propter hoc diſtulit pugnam contra eos, ſed magis acceleravit.* Qui enim obtemperando rectè cogitat, omnia impedimenta, ac motas ſolvit, ne rei ſibi commiſſæ deficiat, ſed omnia adimpleat. Vide ſupra cap. 10. q. 8. n. 55. 56. 57. & q. 24. num. 188.

Num. 31.

Moyſes omnes difficultates rũpit, ut prompte obediat.

Lyranus.

QUÆSTIO III.

Quare omnes tamquam uno ore Deum glorificabant?

AUdito ſermone Petri non ſolum à ſua murmuratione de converſione gentium deſiſtunt, 16.
ſed etiam omnes uno animo glorificaverunt Deum, quia gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam, & tamquam in hoc ſe mutuo exhortabantur, ut mutuo Deum laudarent.

17. Ait Regius Vates, quod Deus ſemper ſit laudandus, & in hymnis ejus decantandis nunquam quieſcendum ſit, & ait Pſalm. 33. num. 1. *Semper laus ejus in ore meo.* Multus Dei amor, qui in ejus laudibus neſcit finem; ſed inde multo major, quod & alios urget homines ad ejus obſequium, addit verſ. 4. *Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus.* Magno zelo chorum vates cogit, & præcinit, ut ſuccinant alij, Deumque alliciant ſuis concionibus. D. Baſilius ibi ait: Non patitur ut ipſe ſolus hymnum texat, ſed manſuetudinis conſortes facit, & hymnodia non ſolus vult eſſe in laudibus, ſed alios, ut ſocios ad ſe convocat, tamquam de eorum ſalute, ac propria ſollicitus.

Pſal. 33.

Qui vero Deum amat, & laudat non vult ſolus eſſe.

18. Ait Iſaias cap. 2. num. 3. *Ibunt populi multi, & dicent: Venite aſcendamus ad montem Domini* Magna exultandi, ac lætandi ratio in eis inerat; quod Divina gratia eſſent præventi, ut ad montem Dei aſcenderent, àd eumque pateficeret aditus, cur tanto ſuo bono non quieſcunt, ſed inde magis ſollicití alios ad ſe advocant: *Venite, aſcendamus ad montem Dei*, preme verbum *aſcendamus*, quod ſic erant ſolliciti de aliena ſalute, ut ſi alij cum eis non aſcenderent, ipſi ſibi perſuadebant ſe non aſcenſuros; Indeque ut de tanto bono participes fiant, alios ſibi aſſociari cupiunt, quæ eſt mens D. Hieron. ibi, qui ait: *Gentes, & populi nequaquam propria ſalute contenti, ſe ſe mutuo hortabantur dicentes; venite, aſcendamus.*

Iſai. 2.

Mutuus bonis amor de aliena ſalute.

D. Hier.

19. Ait Anima Sancta ad Sodales: *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem veſtrum Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater ſua in die deſponſationis ejus.* Cantic. 3. num. 11. Quæ te Virgo ſapiens exagitat; ac movet, ut tuum ſponſum videant; ſi illum habes *in ſinu tuo*? num. 4. quid amplius quæris? ſi, ut ejus magnificentia, & pulchritudine illectæ ſodales ipſum diligant, ad quid in amoris negotio conſortium ſollicitas? amor enim diviſus minuitur:

Cantic. 3.

Amans Deum alios evocat ad amandũ.

nuitur : Hoc quamvis verum ſit in amore humano,
aliter eſt in Divino , cujus ardenti flamma æſtuan-
tes quanto magis charitate fervent tanto magis ad
alios alas ſuas extendunt , & ex ſui multa vehe-
mentia alios convocat ſocios , & quo plures magis
D.Niſſ. gaudet , atque lætatur. D. Niſſenus orat.7. in Can-
tic. ait : *Quemadmodum magnus ille Paulus pro
damno ducebat , ſi non cum hominibus univerſis bo-
na ſua communicaſſet ; Opto , inquit, non tantum te,
ſed etiam omnes , qui audiunt tales hodie fieri , qua-
lis ego ſum.* Actor. 26. num. 29. *Sic benigniſſima
hæc ſponſa tales omnes fieri , ut ipſa , optabat.* Quali
bona Virgo flagrat ſtudio ſalutis alienæ , quaſi
Paulus affectu ardet , tamquam magis ſollicitus de
ſalute aliena , quam propria. Vide ſupra cap. 10. q.
21.n.168.169.170.

QUÆSTIO IV.

Explicantur Civitates Phænicia , Cyprus , & Antiochia , & agitur de Patriarchalibus Eccleſiis.

20. DE his civitatibus hic fit mentio , de quibus la-
te multi Expoſitores , breviter tamen dicam.
Plinius. Phœnix , ſeu Phœnicia , teſte Plinio lib.5. cap.13.
Phœnic. Strabone , Tacito , & aliis , Syriæ regio eſt , & to-
ta fere maritima valde contigua Galilææ ad Liba-
num , multas continet ſub ſe urbes, ex quibus præ-
cipua , ac totius regionis Metropolis , & caput eſt
Tyrus : Phœnices , & præſertim Tyrij fuerunt ce-
lebres , ab eis in Affrica ædificata eſt Carthago ,
unde Affricani vocati ſunt Phœni , & Phœnices ,
de quo D. Hieronym. cap. 25. Ieremiæ , & D Au-
D.Hier. D.Aug. guſt. in Pſalm. 136. Regio ſic verò dicta , vel quia
Cadmi frater filius ex Patre Agenore Phœnix ibi
imperavit , & multum eam auxit regionem , vel à
nomine græco ſignificante palmam , quibus talis
Regio abundat.

21. Cyprus. Cyprus perilluſtris Inſula inter Syriæ , Cili-
ciæque jacens littora ob multam abundantiam , ac
fertilitatem Beatam appellarunt Authores profani,
D.Hier. de quo Ioſeph lib. 1. Antiquitatum cap.7. D. Hie-
ron. lib. 1. de tradit. Hebraïcis docent vocari *Ce-
thim* Hebraice ab hujus nominis pronepote Noe
Iaphet. ex Patre Savan , qui fuit filius Iaphet , multo verò
illuſtrior , quia extitit Patria S. Barnabæ Apoſtoli,
D.Barn. ubi Sanctus ipſe Martyrij palmam adeptus eſt , ac
conſepultus eſt ſimul cum Evangelio Matthæi ejus
manu conſcripto.

22. Antioch. Antiochia: Hujus nominis multæ inſignes ci-
vitates referuntur , & infra cap. 13. fit mentio de
Act 13. Antiochia Piſide ; iſta, de qua in præſenti , eſt Sy-
D. Hier. riæ , & illius caput , de qua ſic ait D. Hieronym.ad
cap. 6. Amos ; *Eſt Syriæ metropolis , tertium inter
Orbis Romani urbes locum obtinens , hæc eſt poſt Ro-
mam , & Alexandriam.* In eaque D. Petrus ſuam
Patriarcha à quo derivatur. primam Cathedram conſtituit & eſt una ex Patriar-
chalibus , Patriarcha autem dicitur à verbo græco,
id eſt Princeps fratrum.

23. Romana Prima Patriarchalis ſedes eſt Romana, quam D.
Petrus fundavit,& tenet ſummus Pontifex ejus ſuc-
ceſſor, utpote univerſalis omnium fidelium paſtor,
cui omnes ſubjiciuntur. Secunda Patriarchalis ſe-
Alexand. des eſt Alexandrina , quam fundavit D. Marcus,
ex mandato D. Petri , & præerat omnibus Archie-
piſcopis Ægypti , Lybiæ , & Pentapolis , ut patet
Niſſen. ex Canon.6 Concilij Niſſeni.

24. Antioch. Tertia Patriarchalis ſedes eſt Antiochena præ-
erat ſuper omnibus Archiepiſcopis , ac Epiſcopis
Orientis , eamque fundavit D. Petrus ; nam cum
idem Apoſtolus poſt Chriſti paſſionem quinque fe-
re annis in Judæa manſiſſet, quinto anno profectus
in Syriam in Antiochia fixit per annos ſeptem ſe-
dem , & poſtea ſe tranſtulit Romam , ubi in perpe-
tuum eam conſtituit , & poſtquam receſſit ex An-
tiochia B. Evodius illam tenuit ſedem , in eaque
perduravit ; & quia Petrus major eſt Marco , & E-
vodio , ideo Alexandrina ſecunda, Antiochena ter-
tia. Ita Bellarmin. Henriq. & alij , quos citat , & Bellarm
ſequitur Sebaſtianus Cæſar Hierarchia Eccleſiaſt. Henriq.
p 1.diſp.4.§.2.n.15. Cæſar.

Poſt fere quingentos annos facta fuit quarta ſe- 25.
des Patriarchalis Hieroſolymitana , eo quod urbs , Hieroſolymit.
& regio illa fuerit Chriſti præſentia , verbo , mira-
culis , ac paſſione maxime illuſtrata , primus in ea
ſedit D. Iacobus Apoſtolus frater Domini eidem
Eccleſiæ poſtea ſubjectæ ſunt omnes Eccleſiæ Pa-
læſtinæ , poſtea vero factæ ſunt aliæ , ut Conſtan-
tinopolitanæ.

*Cap.*11.*num.*22. Pervenit autem ſermo ad au-
res Eccleſiæ , quæ erat Ieroſolymis ſuper
iſtis ; & miſerunt Barnabam uſque ad An-
tiochiam.

*Num.*23. Qui cum perveniſſet , & vidiſſet
gratiam Dei , gaviſus eſt , & hortabatur
omnes in propoſito cordis permanere in
Domino.

*Num.*24. Quia erat vir bonus . & plenus Spi-
ritu Sancto , & fide : & appoſita eſt mul-
ta turba Domino.

Verſiones ,

CVM EXPOSITIONE II.

Verſ.22. PErvenit autem ſermo Syriacus : *Per-* 26. Syrus.
venit hic rumor. Arabicus : *Audita* Arabic.
eſt fama. Æthiopicus : *Auditus fuit hic rumor in* Æthiop.
domo Chriſtianorum. Ab Apoſtolis , qui erant Ie-
roſolymis , & Divino zelo repleti , ut meſſis Chri-
ſtiana creſceret , miſerunt Barnabam , utpote eo-
rum concivem, ut dicam quæſtione ſequenti. *Uſque
ad Antiochiam.* Arabicus : *Ut perluſtraret Antio-* D.Chryſoſt.
chiam uſque. D.Chryſoſt. *Ut tranſiret.*

Verſ. 23. *Qui cum perveniſſet , & vidiſſet gra-* 27.
tiam Dei. Syriacus : *Eſſetque conſpicatus.* Textus : Syriac.
Gaviſus eſt ex magna charitate ob profectum alio-
rum , ſic dicebat Chriſtus Dominus in Evangelio
juxta Hebræos Ioan. 4. num. 26. *Nunquam læti ſi-* Ioan. 4.
tis , niſi cum fratrem videritis in charitate , qui ſe- Philip.4.
minat , & qui metit gaudet. Hinc Paulus ad Phi-
lippenſ. 4. num. 1. dicebat : *Gaudium meum , &
coronam meam , & gloriam in die Domini :* & quia
non oportet ſolum bene incipere , ſed & perſe-
verare.

Hortabatur omnes Syriacus : *Efflagitabat ab eis ,* 28.
ut in toto corde adhærerent Deo. Arabicus : *Horta-* Syriac.
tus eſt pro firmitate cordis ſui , ut perſiſterent in fide Arabic.
Domini. Æthiopicus : *Docens omnes , ut converte-* Æthiop.
rentur de corde toto.

Verſ. 24. *Quia erat vir bonus* ; Optima morum 29.
compoſitione adornatus , quod maximè patet ex
abdicatione omnium ſuarum facultatum , quibus
venditis omne pretium tulit ad pedes Apoſtolorum
cap. 4. verſ. ultimo , & inde maxime ejus probitas Actor.4.
patet, quia inſignitur hic ab Spiritu Sancto nomine *Magna laus Barnabæ.*
bonus , quod proprium eſt Dei , dicente Chriſto
Domino : *Nemo bonus , niſi ſolus Deus* Luc.18.n.19.

Plenos

30\. Plenus Spiritu Sancto,ſuis nempe donis,zelo,charitate,amore Dei,& proximi,*& fide*, tam in Deum, quam fidelitate in adimplendo munere ſibi commiſſo ab Apoſtolis;*& appoſita multa turba Domino.*Syriac. *Adauxit ſe populus multus ad Dominum.* Arabicus : *Attraxitque turbam copioſam.* Hic magous numerus credentium factus eſt induſtria , ac prædicatione Barnabæ, & eſt diſtinctus ab illo, de quo fit mentio ſupra verſ. 21. ut notat Gloſſa Interlinealis.

Syriac. Arabic. Gloſſa

QUÆSTIO V.

Quare Apoſtoli audientes tantum credentium numerum augeri in Antiochia non venerunt ad illos , ſed miſerunt Barnabam?

31\. *Unus Barnabas pro omnibus.* ERant Apoſtoli Jeroſolymis,cùm audiunt multiplicari numerum credentium in Antiochia, non veniunt ad illos ad magis augendam, & fovendam illam Chriſtianam meſſem, ſed mittunt Barnabam, cujus zelus , ac ſollicitudo , & probitas erat valde nota Apoſtolis,ut unus Barnabas pro omnibus ſufficeret.

32\. *D Chryſoſt. Scandalum vitandum.* Secundo D.Chryſoſt. Miſerunt Barnabam,ait:*propter Iudaos ne improperarent ipſis contubernium cum Gentibus.* Judæi ægre,& dure ferebant , quod Apoſtoli haberent converſationem cum Gentibus,ideoque Apoſtoli ut ſcandalum vitarent , in hoc principio ſe cautè habebant cum gentibus, ut paulatim Iudæi diſponerentur , quod fides Chriſti erat ad omnes , & neminem excludebat.

33\. *Caietan. Facile quis ſuũ concivẽ audit.* Tertio Cajetanus ait:*Recte etiam Cypris prædicatoribus,Cyprum item prædicatorem adjunxerunt*, ſcilicet Apoſtoli,Barnabas in Cypro natus,ut diximus eis mittitur ad prædicandam fidem , facile quilibet audit,& acquieſcit dictis ſui concivis,& cõpatroni.

34\. *Deut.18. Hebr. Tertull. Chald.* Ait Moyſes de Chriſto D.loquens Deute.18. n.15. *Prophetam de gente tua,& de fratribus tuis,ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus:ipſum audies.* Hebræus,& Chaldæus legunt : *De medio tui,de fratribus tuis.* Tertull.lib.4.contra Marc.c.22.*ex filiis veſtris.* Ad quid tanta repetitio,quod Chriſtus D. erat in eis,& quod erat ex medio eorum,ex fratribus veſtris,ex filiis veſtris. Alios Prophetas dedit Deus populo:*Prophetam in gentibus dedi.* Ierem.1.n.5. *mitto ad vos Prophetas.* Matth.23.n.34. Et nunquam ſimilia dicũtur de eis,ut de Chriſto cum tanta repetitione;*De medio tui,de gente tua,de fratribus,de filiis veſtris.* Dicebat Moyſes : *Ipſum audies* & ſpiritu prophetico præsvidebat Moyſes multam duritiẽ Iudæorum ad auſcultanda Chriſti verba, ut ei fierent gratiora,magiſque eos alliceret ad Cœleſtia monita recipienda , ideo tot,tamque crebro repetitis vocibus eis proponit Chriſtum ex ſuis fratribus , ex ſuis filiis , ac ex earum natione , & medio.

Ierem.1. Matth.23

35\. Exprobrans Chriſtus D.obſtinationẽ,& duritiem Iudæorum,dicebat illis:*Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cum generatione iſta , & condemnabunt eam; quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ , & ecce pluſquam Ionas hic ; Regina Auſtri ſurget in judicio cum generatione iſta, & condemnabit eam;quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce pluſquam Salomon hic.* Matth.12. n.41.& 42. Et cur his potius exemplis maxime arguitur , & exaggeratur nequitia , ac depravata Iudæorum malitia? quia Ionas cum Hebræus eſſet,*prædicavit Aſſyriis*,ut ait D.Hieron.& Regina Sabba cum eſſet Barbara,ut ait D. Remigius , hoc eſt ex gente Barbara , cum eſſent alienigenæ , & extranei libenter audierunt, & acquieverunt verbis Ionæ, & Salomonis,quamvis eſſent diverſæ gentis, & Iudæi nolunt recipere Chriſti verba , nec eis obtemperare , cum eſſet ex medio eorum , ex gente eorum , ac ex fratribus , & filiis ipſorum.

Matth.12. D.Hier. D.Rem. *Depravata malitia ſuos patricios nõ audit.*

QUÆSTIO VI.

Quare D. Barnabas tam vehementer exhortabatur Antiochenos, ut in propoſito cordis permanerent?

36\. VEram , & propriam virtutem Apoſtolus in eis quærebat , quæ eſt ex corde , & animo ; nam quæ eſt in externa facie , & apparentia , ut Hipochritarum ſtultitia , ac fatuitas maxime diſplicet,& damnatur , utpote execrabilis.

37\. *D Aug. Trident.* De perſeverantia vera , quæ eſt ex corde, & animo uſque ad finem vitæ ; quia ut ait D. Auguſt. de bono perſeverantiæ , & Concil.Trident.ſeſſ.6.Can. 16. *Incaſſum quippe bonum agitur , ſi ante vitæ terminum deſeratur , quia & fruſtra velociter currit , qui priuſquam ad metas venerit deficit.* Et ut ait D. Hieronymus epiſt.10.ad Furiam. Non quæruntur in Chriſtianis initia, ſed finis ; Paulus male incœpit , ſed bene finivit : Iudæ laudantur exordia , ſed exitus proditione damnatur.

D.Hier. Perſeverantia uſque ad finem.

38\. Inter cætera indumenta ſummi Sacerdotis quando ingrediebatur Sancta Sanctorum, ferebat in pectore rationale judicij & ait : *Quadrangulum erit & duplex ; menſuram palmi habebit* Exod.28. numero 16. Et ſubdit Textus : Pones in rationali duodecim lapides : *Habebuntque nomina filiorum Iſrael: duodecim nominibus calabuntur ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus.* Ibidem numero 21. In quo maximè duo notanda , primo , quod dum ingreditur Sacerdos Sancta Sanctorum ſecum portat inſcriptum in rationali quadrato : *Veritas , & doctrina.* Ibidem numero 31. Cur non potius in figura Sphærica, vel rotunda in typo totius orbis , ſed in quadro ? Quadratum firmitatis notam importat , ideo Cœleſtem civitatem videt Ioannes *poſitam in quadro* , ille enim retinet propriè, & exactè veritatem , & doctrinam Divinæ prudentiæ, qui ſecum habet in corde ſuo firmitatem , ac perſeverantiam. Philo Hebræus lib. 3. de Moyſe ſic ait: Id jubet Moyſes : *Pulchrè ſubindicans oportere ratione tum natura , tum homini in concauſam eſſe , ac ſolidam.*

Exod.28 *Conſtantes retinent in ſe veritatẽ, ac judicium divinæ prudentiæ.* Philo.

39\. *Exod.28* Secundo dicitur : *Duodecim nominibus calabuntur ſinguli lapides nominibus ſingulis.* Cum Sacerdos ingreditur Sancta Sanctorum fert ſecum nomina filiorum Iſrael inſculpta in lapidibus , cur non potius penicillo depicta , vel acu filo ſerico mito artificio compoſita , ſed in lapide exarata ; quod in ſaxo eſt exaratum ſemper fixum , & permanens perdurat, qui enim volunt ingredi Sancta Sanctorum , ut illius donis gaudeant , debent eſſe perdurabiles in bono , & non fluctuantes huc , illucque mutati. Arnoldus tractatu de ſeptem verbis ait : *Quos nulla tribulatio , vel diverſitas , cum inſculpti ſemel fuerint , eradere poterit , vel delere.*

Arnold. Conſtantes in æde habent locũ apud Deum.

40\. *Pſal.91.* Ait Regius Vates Pſalm. 91. numero 11. *Exaltabitur ſicut unicornis cornu meum , & ſenectus mea in Miſericordia uberi.* Chaldæus vertit : *In oleo recenti frondentis olivæ.* Benedicit , ac confitetur Dei miſericordias erga ſe exhibitas, & de fortitudine ei exhibita,& quod ſenectus ejus in tanta ſit ubertate, tãquam nova frondenti olivæ;& quid habet annoſa

Virtus ſic florens in ſeneƈtute, ut erat in ſua juventute.

ſeneƈtus cum nova pullulante oliva? Maximè & per omnem modum ei gratulandum erat ab eo, quod ejus virtus in ſeneƈture, ac ultimo vitæ periodo non marceſcerit, ſed ita viridis, ac florida vigoroſa extaret, ut fertiliſſimos fruƈtus germinaret, ac ſi nunc noviter, ac recenter, ut in ſuo exordio, fuiſſet plantata. D. Auguſtinus ibi ait: *Qui bene ſeneſcit ordine ſuo, quaris illi aliquando in capite ſuo capillum nigrum, & non invenis, ſic cum fuerit vita noſtra talis, ut quæratur nigritudo peccatorum, & non invenietur, ſeneƈtus tua juvenilis eſt, ſeneƈtus iſta viridis eſt, ſemper virebit.* Felix ille, cujus ſeneƈtus retinet vigorem, ac virtutis florem, ot in juventute.

D. Aug.

41. Ait Deus ad Moyſen: *conſtitui te Deum Pharaonis* Exod. 7. n. 1. Et onde homo in tantum ſublevatus eſt, ut ab ipſo Deo dicatur conſtitutus Deus Pharaonis? Unde illi tanta celſitudo? Conſtanti virtute, generoſo, ac invincibili animo fortiter ſuſtinuit multas contrarietates à Pharaone, & à ſuo populo, ita ut eum vellent lapidare in itinere, & ejus virtus nunquam eſt imminuta, ſed ſemper fortis, ac ſtabilis perſeverans, ut de ſimilitudine, & immutabilitate Dei aliquid videatur participare. D. Ambroſ. lib. 1. de Caïno cap. 2. ait: *De Dei nomine vocatus eſt ad cujus ſimilitudinem ſe perpetua virtutis ubertate formaverat.*

Exod 7.

Ob conſtantiã, Moyſes dictus eſt Deus Pharaonis.

D. Ambr.

Actor. 11. *n.* 25. Profeƈtus eſt autem Barnabas Tarſum, ut quæreret Saulum, quem cum inveniſſet perduxit Antiochiam.

Num. 26. Et annum totum converſati ſunt ibi in Eccleſia & docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primi Antiochiæ Diſcipuli Chriſtiani.

Num. 27. In his autem diebus ſupervenerunt ab Jeroſolymis Prophetæ Antiochiam.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE III.

42. Verſ. 25. PRofeƈtus eſt Barnabas. Syriac. *Exiit Tarſum ut requireret, & adduxit ſecum.* Tarſum Ciliciæ, quæ erat patria Sauli, ad quam ipſe ad tempus ſeceſſerat, *Ut quæreret Saulum* ſuum antiquum familiarem, ac condiſcipulum ſub Gamaliele Magiſtro, & Barnabas quæſivit Saulum, quia videbat, ut ait Lyra, ſe non ſufficere ad tantam credentium multitudinem erudiendam, & regendam abſque Sauli ſocietate.

Syriac. Lyran.

43. Verſ. 26. *Et annum totum converſati ſunt ibi,* Græcus, ac Syriac. *Congregati ſunt ibi.* Pagninus: *Egerunt cum ea congregatione,* Vatablus, Tigurina; *Conſuetudinem egerunt.* Arabicus: *Manſerunt ambo convenientes, in Eccleſiam,* nempe manſerunt in Antiochia congregantes ad Eccleſias omnes fideles ad Sacras Synaxes, & ad orationem, ac ad audiendum Verbum Dei, & pariter ad inſtruƈtionem, & explicationem myſteriorum fidei, *Cognominantur diſcipuli* primum Chriſtiani, de quo dicam quæſtione 8.

Græcus. Pagnin. Vatabl. Tigurin. Arabic.

44. Verſ. 27. *His autem diebus,* quando Saulus, & Barnabas dicebant in Antiochia, qui juxta probabiliorem ſententiam erat anno decimo à morte Chriſti. *Supervenerunt viri Prophetæ* miſſi ab Apoſtolis, ot illa Eccleſia Antiochena magis floreret, & creſceret, miſſi ſunt Viri Prophetæ, nempe viri, qui dono prophetiæ pollebant; cum enim Divinus Spiritus ſuam regeret Eccleſiam, & plantaret ad majus Eccleſiæ augmentum ſua dona, ac gratias fidelibus communicabat, ex quibus una eſt prophetia, & ut etiam adimpleretur, quod diƈtum eſt per Ioelem Prophetam cap. 2. *Prophetabant filij veſtri.*

Quo anno. Ioel. 2.

QUÆSTIO VII.

Quare D. Barnabas vocat ad ſe D. Paulum?

CUm Eccleſia Antiochena tanta fidelium multitudine eſſet aggregata, tantumque Chriſtiana floreret diſciplina, ut ibi primum Chriſti diſcipuli ſint diƈti, ac vocati Chriſtiani, ut fidelium meſſis magis augeretur, & ne deffeƈtu operariorum minueretur, vocat ad ſe Barnabas D. Paulum, ut ait in præſenti D. Chryſoſt. *Barnabas ad Athletam, ad ducem belli, ad certamen ſingulari duello, venit ad canem venaticum leones occidentem, taurum fortem, ad facem claram, ad et orbi ſufficiens* ſua rara, & admirabili ſapientia; qua omnium animos devinciebat, atque ad ſe trahebat, unde cum Paulus prædicaret Lyſtris acclamaverunt homines: *Paulum eſſe mercurium, quia ipſe erat dux verbi* Actor. 14. n. 11. Gentiles illum non putarunt eſſe virum ſapientem, aut literatum, ſed ob tam admirabilem ſapientiam cum dixerunt Deum, *ac mercurium ducem verbi* Lyrano teſte *Ex admiratione illius divina ſapientia.* 45.

D. Chryſoſt.

Paulus divina ſapientia plenus. Act. 14.

Scribit Ioannes in Apocalypſ. cap. 10. n. 1. ſe vidiſſe unum Angelum deſcendentem de Cœlo, *& Iris in capite ejus, & facies erat, ut Sol.* Paſſim Angeli commemorantur in Apocalypſi, & de nullo dicitur quod facies reſplendeſceret, ut Sol, nec de illo, qui ſecum portabat ſignum Dei vivi Apocalypſ. 7. n. 2. nec de Angelis, qui ſeptem tubis ſonuerunt, & alas ſuas miſerunt in terram cap. 8. & 9. nec de Angelis, qui ſeptem ſigilla aperuerunt cap. 6. nec de illo, qui habebat clavem abyſſi cap. 10. n. 1. ſolum de iſto Angelo aſſeritur, *Facies ejus, ut Sol.* Cur de hoc tantummodo refertur? ſubdit Sacer Textus, *& habebat in manu ſua libellum apertum,* ut ibi dixi q. 5. n. 55. ex D. Thoma, erat liber doƈtrinæ Sacroſanƈtæ, Apoſtolicæ, & Romanæ Eccleſiæ, qua tamquam ſole fulgentiſſimo illuminant, ac illuſtrant totum Orbem Prædicatores, ac Doƈtores Eccleſiaſtici. Obiter nota, quod de hoc Angelo dicitur: *Iris in capite ejus,* & quænam cõnexio inter bellum, ſeu doƈtrinam Sacram, & Iridem? Iris ſignum pacis, ac reconciliationis eſt, Gen. 9. n. 13. quia Eccleſiaſtici doƈtores per Sacrã doƈtrinam faciunt reconciliationem inter Deum, & homines, & inſuper inter ipſos homines. 46.

Sapientia eſt lux, ut ſplendor orbis.

D. Tho.

Gen 9.

Sapientia das pacem.

Ait Iſaias 19 n. 18. *In die illa erunt quinque civitates in terra Ægypti, civitas ſolis vocabitur una.* Has quinque civitates numerat Ezechiel. 30. erant nempe Memphis, Tanis, Alexandria, Bubaſtus, & Heliopolis: quænam ex his civitatibus diƈta erat civitas ſolis? erit nempe Tanis, Memphis, vel Alexandria, quæ erat totius Regni caput, curia, ac ſedes Regum, in qua principes, ac optimates ſua ampla palatia magnifice conſtruƈta habebant? minime, ſed hæc civitas erat Heliopolis, & græce idem valet, ac civitas ſolis, & unde illa præ cæteris tantum nomen obtinuit? Erat Academia Philoſophis, & Aſtronomis, in qua ſapientes Ægypti operam dabant, & docebant univerſos, quam Herodotus adiit lib. 2. Ubi Plato cum Eudoxo domum habuit cum incumberent Aſtronomis cum cæteris Academicis, quam domum Strabo ſe vidiſſe tradit lib. 17. ſignanter Academiam Urbem Solis dixerunt ſapientiſſimi homines, ut innuerent, quod ſicut materialis Sol tenebras diſſipat, ſic lumina Sapientiæ Academiæ errorum tenebras, ac ignorantiæ caligines diſſoluit, ac deſtruit, omniaque facit clareſcere in luce. 47.

Iſai 19. Ezech. 30

Academia ſapientum lux ſolis in mũdo.

Herod.

Strabo.

QUÆSTIO

QUÆSTIO VIII.

De exordio magni nominis Chriſtiani, ac de ejus alta, & ſublimi magnificentia.

48. CHriſtiani dicuntur à Chriſto, ſicut Platonici, à Platone, Ariſtotelici ab Ariſtotele, unde circa illud duo inquirenda veniunt in hac quæſtione, primum illius initium, ſecundum quanta ſit illius ſublimitas, ac magnificentia. Ad primum ad exordium hujus nominis Suidas verbo *Chriſtiani*

Suidas. exiſtimat hoc initium habuiſſe ex tempore, quo Petrus abiens ex Antiochia Romam, in Antiochia

Genebr. *De tempore, quo incepit hoc nomen.* conſtituit Epiſcopum B. Evodium. Genebrardus cenſet cepiſſe anno Chriſti 49. qui à morte ejus extitit decimus ſextus, ac D. Lucas clare manifeſtat hoc nomen habuiſſe exordium quando Paulus, & Barnabas prædicabant in Antiochia antequam Petrus ad eam acceſſiſſet, & ita communiter ſequuntur Lorinus, Cornelius, & Tyrinus, qui, ut exi-

Baron. ſtimat Baronius hoc contigit anno Chriſti 43. à morte ejus decimus, tunc ob multitudinem fidelium Chriſti cœperunt dici Chriſtiani.

49. Gentiles vero irriſione, vel odio, aut ignorantia vocabant Chriſtum Chriſtum, & Chriſtianos Chriſtinos, ſeu Chriſtianos, de quo meminit Ter-

Gentiliū ignorantia. tullianus in Apologetico cap. 4. & Lacten. 4. Inſtit. c. 10. ſed ut ibi notatur efficacia prædicationis Apoſtoli, ac eorum magnitudine miraculorum, ac ſignorum cum admirabili exemplo vitæ, gentium ignorantia; ac error diſſipatus eſt, venerantes omnes celſitudinem, ac claritatem nominis Chriſtiani.

50. Quantum ad ſecundum, quæ major nobilitas,

Ex magnitudine nominis laus. ac celſitudo nobis poteſt communicari, quam quod à Jeſu Chriſto habeamus nomen, ait Regius Vates Pſalm. 47. num. 11. *Secundum nomen tuum ſic & laus tua* ex tanto nomine nobis communicatur, be-

Pſal 47. Hebr. 1. ne in fertur noſtræ nobilitatis commendatio. Ait Paulus Hebræor. 1. num. 4. *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit.* Ex celſitudine nominis Chriſti Jeſu infert Apoſtolus altitudinem ſuper Angelos, ex quo præclare

D. Cyril. ait D. Cyrillus Jeroſolymitan. Catecheſ. 5. *Cogita ergo in quantam proveheris dignitatem, cum divinæ eris particeps appellationis*, nulla major poteſt conſiderari noſtra nobilitas, quam quod dicamur, & appellemur Chriſtiani communicato nomine à Ieſu Chriſto Filio Dei Incarnato. *In quantam proveheris dignitatem, cum Divinæ eris particeps naturæ.*

51.
Iſai. 62. D. Cyril. D. Naz. D. Hier. D. Chryſoſt. Haym. Lyran. Leo. Caſt.

Ait Iſaïas 62. num. 2. *Vocabitur tibi nomen novum*, quod D. Nazianz. D. Hieronym. D. Chryſoſt. Haym. Lyranus apud Leonem Caſtrum eſt nomen Chriſtianus, nam ſi populus Dei antea dicebatur Iſrael, nunc vero dicitur Chriſtianus, ſeu cœtus Chriſtianorum; ſed ſupra diximus, quod hoc nomen Chriſtianum primum dictum fuiſſe & impoſitum fidelibus in Antiochia, quomodo ergo ait Propheta, *quod os Domini nominabit.* Tam ſublime, & altum nomen non nutu, ac voluntate hominis eſt inventum, ſed ab aëre, ac afflactu Dei derivatum manavit, ac deſcendit.

52.
Iſai. 62. Procop.

Et ſubdit Propheta ibidem num. 2. *Et eris corona gloriæ in manu Domini.* Procopius ait, promittitur Eccleſiæ, quod hoc nomine Chriſtiani tamquam glorioſo diademate coronatur, noſque tanti nominis appellatione redimiti ſumus, ac coronamur. *In manu Domini*, hoc eſt in potentia Domini, qui tot, & tanta mirabilia in nobis operatus eſt.

QUÆSTIO IX.

Quanta obligatio nobis immineat ex Chriſtiani nomine?

AIt Deus ad populum Iſraeliticum Iſaïæ 62. numero ſecundo: *Vocavi te nomine tuo, meus es tu.* Leo à Caſtro ex Hebræo ſic legit: *Vocavi te nomine tuo*, quod eſt *meus es tu*, ac ſi illius nomen eſſet, *meus es tu* tāquā mea poſſeſſio, ut meus ſis mihique adhæreas, ut ipſum nomen Chriſtiani indicat. 53. Iſai. 62. Leo à Caſtro.

Ait Angelus Epiſcopo Philadelphiæ de fideli ſervo: *Scribam ſuper eum nomen Dei mei.* Apocalypſ. 3, num. 13. Non ait ſcribam in corde ejus, vel in pectore, vel manibus, ut de alio dicitur, ſed ſuper te, hoc eſt in fronte, ac capite, & ibi tamquam fixum habeat ipſum nomē Chriſtiani deductum à Chriſto, ut ſic operibus, ac virtutibus oſtendat ſe eſſe Chriſti diſcipulum, & nō in vacuum tantum nomē portare. Philippus Abbas de conti. Clericorum ait: *Quia non ſufficit, ut nomen Dei, vel nomen Chriſti quis in corde memoriter amplectatur, niſi & foris Sacramentis Dei ſalutaribus imbuatur. Non dicit Chriſtus ponam in eo nomen, ſed ſcribam ſuper eum, ut ſcilicet ex titulo, qui ſuper ſcribitur liminari cæteris omnibus innoteſcat, cujus illud debeat habitaculum indicari, quaſi in frōte fidei geſtare titulum perhibetur, qui Chriſtianam Religionem manifeſtis indiciis profitetur.* 54. Apoc. 3. *Chriſtianus non ſolū nomine, ſed virtutibus manifeſtetur.* Philipp. Abbas.

Paulus 1. Corynth. 1. n. 24. appellat Chriſtum D. *Dei virtutem, Deique ſapientiam.* Ecce quibus Chriſtianus in omnibus debet reſpondere. Præclare monet D. Niſſenus orat. de perfect. Chriſtiani. In quantum debet Chriſtianus nomini reſpondere, & ait: *Quare ille, qui nomen habet à Chriſto virtus, & ſapientia eſt: virtus quidem dum adverſus peccatum ſtrenuè fortiter pugnat, dum vero id, quod melius eſt eligit, in ſe ipſo ſapientiam oſtendit.* Chriſtianus oſtendat in ſe Dei virtutem, deſtruendo vitia, & ſapientiam eligendo id, quod melius eſt. 55. 1 Cor. 1. D. Niſſ. *Chriſtianus oſtēdat Dei virtutē & ſapientiam.*

Omnes Chriſtianos, ac fideles, ut comeſſationes, hebrietates, ac carnis opera abjiciant, monet Paulus Roman. 13. n. 14 & ſubdit: *Induimini Dominum Ieſum Chriſtum.* Quomodo induēdus eſt à nobis Ieſus Chriſtus, veſtes ſumimus, ut illis undique tegamur, ne quid corporis noſtri nudum abſque veſtis ornamento appareat, ſic ad Chriſtum debemus accedere, ut nihil in nobis, noſtriſque actionibus videatur, in quo Chriſtus non appareat, ejuſque Divinum exemplar reluceat in nobis D. Chryſoſt. ibi ait: *Chriſtus omnia nobis ſit ſive interna, ſive externa reſpiciens, eſt enim plenitudo omnia in omnibus adimplens, eſt via, eſt vir, eſt ſponſus, eſt radix, potus, cibus, & vita, ego inquit, jam non ego, ſed vivit in me Chriſtus.* 56. Rom 13. *In omnibus Chriſtianorū actionibus appareat Chriſtus.* D Chryſoſt.

Qui autē Chriſtianus dicitur, & opera Chriſtiani non facit, magnam irreverentiam, ac blaſphæmiam congerit in Chriſtum, à quo nomē Chriſtiani ſuam originem ducit D. Cyrill. Ieroſolym. Catech. 10. ait: *Chriſtianus vocatus es, parce huic nomini, ne propter te blaſphemetur Dominus noſter Ieſus Chriſtus Filius Dei, ſed luceat opera tua bona.* Si hæc bona opera non habes, & Chriſtianus vis appellari es veluti Antichriſtus, qui à Chriſto nomen habet, & operibus illi cō-tradicit, ut pondetat D. Cyprian. lib. 1. epiſt. 6. vel 76. 57. D. Cyril. Ieroſol. Matth. 5. *Si Chriſtianus, luceant opera tua.*

Ait Chriſtus D. de ultimo judicij tempore, ac de Pſeudo Chriſtianis *Multi venient in nomine meo dicentes ego ſum.* Luc. 21. num. 8. Venient iſti Pſeudo Chriſtiani ferentes nomen Chriſti, maxime tamen diſtantes, ac diverſi à virtute, juſtitia, ac opere Chriſti, ut bene notavit Origenes homil. 27. in Matth. & ait: *Conſidera etiam illud, quod multi veniunt in nullo alio, niſi in nomine meo, ſolum enim nomen Chriſti Antichriſtus ſuſcepit, nec opera* 58. Luc. 21. Origen. *Malus Chriſtianus eſt velut Antichriſtus.*

A a 2 *fecit,*

fecit, nec verba veritatis docet, nec ſapientiam ejus oſtendit in ſe. Mali Chriſtiani, & Hæretici nomen Chriſti portant, ſed nec ejus verba docent, nec opera faciunt, nec ejus ſapientiam oſtendunt, & tales iſti perſonam Antichriſti in ſe ipſis repreſentant.

Actor. 11. *n.* 28. Et exurgens unus ex eis nomine Agabus ſignificabat per ſpiritum famem magnam futuram in univerſo orbe terrarum, quæ facta eſt ſub Claudio.

N. 29. Diſcipuli autem, prout quiſque habebat, propoſuerunt ſinguli in miniſterium mittere habitantibus in Judæa fratribus.

Num. 30. Quod fecerunt mittentes ad ſeniores per manus Barnabæ, & Sauli.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV.

59. Verſ. 38. S*urgens unus ex eis*, ſcilicet ex viris Apoſtolicis, & ſurgens, ut magiſter,
Lyran. & vir magnæ authoritatis, ſurgens, inquit Lyra, ut in tanta multitudine melius audiretur. *Nomine Agabus* de quo quæſtione ſequenti. *Significabat per Spiritum*
Syriac. Syriacus: *Patefecit eis.* Denuntiavit in ſpiritu prophetico, quo plenus erat: *Famem magnam*, & veritas hujus prophetiæ ſtatim declaratur ex effectu ſubſecuto. *Sub Claudio.* Syriacus addit: Cæſaris cognomen commune Imperatorum.

60. Verſ. 29. *Diſcipuli autem prout quiſque habebat*, id eſt fideles, qui erant in Antiochia, ſecundum ſuam facultatem, non vero ſecundum ſuam voluntatem, quæ erat plus, & largius dare: *Propoſuerunt ſinguli in*
Syriac. *miniſterium mittere.* Syriacus: *In ſubſidium.* Arabi-
Arabic. cus: *mittere benedictionem aliquam pro ſua facultate.*
D. Chryſoſt. D. Chryſ. *Quique abundabant*, Æthiop. erogaverunt
Æthiop. eleemoſynas, in quantum poterant, de quo quæſt. 12.
61. Verſ. 30. *Quod fecerunt.* Arabic. *Exequuti ſunt:* &
Arabic. ait Textus *mittentes ad ſeniores.* Syriac. & alij: *Ad*
Syriac. *Presbyteros*, vel Primores fidelium, ac præſertim ad Diaconos, per quorum manus eleemoſynæ diſtri-
Actor. 6. buebantur Actor. 6. *Per manus Barnabæ, & Sauli*, tamquam per miniſtros fideliſſimos. Hæc fuit prima legatio Pauli pro eleemoſyna perferenda pauperibus Sanctis in Ieruſalem.

QUÆSTIO X.

Quiſnam eſſet Agabus?

62. Dor oth. AGabus extitit vir magnus ſenex, magnæque Authoritatis, quem Dorotheus in Synopſi ait unum fuiſſe ex 72. Chriſti diſcipulis, multis virtutibus eminens, & peculiariter dono prophetiæ, &
Martyr. ideo de eo ſic dicitur in Martyrologio Romano die 13. Februarij: Antiochia natalis Sancti Agabi, Prophetæ, de quo B. Lucas in Actis Apoſtolorũ ſcribit.

63. Prophetavit imminentem famem, de qua in præ-
Agabi etymologia. ſenti agitur, quam famem, ac ſterilitatem ex ejus nomine deducunt Authores: Beda ait, quod Agabus in-
Beda. terpretatur *nuntius tribulationis*, Pagninus, quod ſi-
Pagnin. gnificat *amare, inſanire*, Alij à radice Hebraica, quod eſt locuſta, quæ ſic dicitur à depaſcendo, ac deſtruẽdo germina, & ſegetes, ac fructus terræ, & magnam famem introducunt, quã prædixit Agabus. Alij etiam ſunt, qui nominis originem deducunt à nomine Hebraïco, quod importat *tortam, vel panẽ ſubcinericiũ*, qui tẽpore famis maxime eſt in uſu apud pauperes, ut illico comedatur, ut ſuæ neceſſitati ſubveniant.

QUÆSTIO XI.

Quare tam dira, ac crudelis fames a Deo emiſſa eſt in orbem.

DIcunt communiter Authores, quod Deus hac fame voluit punire inſaniam Caij Caligulæ Im-
peratoris, qui Claudium anteceſſit, qui in tantam 64. *Cauſa*
prolapſus eſt ſtultitiam, ut ſe ipſe fecerit, ut ſupre- *hujus fa-*
mum Deum, in toto orbe adorare, & ſublatis imagi- *mis.*
nibus antiquo Deorum, ſuam, etiam in Templo Ieroſolymitano reponi, Ita de eo ſcribit Sueton. in ejus
vita cap. 22. Ioſephus, Euſebius in Chronico. Sueton.
D. Chryſoſt. homil. 25. ait: *Propter mala in Apoſto-* Ioſeph.
los facta, quod etiam habet Euthymius, verbera, car- Euſeb.
ceres, perſecutiones, quibus Apoſtolos vexabant hãc 65.
ſterilitatem pepererunt; Puniens Deus Caïn ob fra- D. Chryſoſt.
tricidium, ait illi: *Nunc igitur maledictus eris ſuper* Euthym.
terram, quæ aperuit os ſuũ, & ſuſcepit ſanguinẽ fratris *Ex ſan-*
tui de manu tua, cumque operatus fueris eã, non dabit *guine in-*
tibi fructus ſuos. Gen. 4. n. 11. De ſanguine juſto effuſo *fſti effuſo*
fratris ſui, hos collegit fructus, ut terra ei eſſet in- *terra ſterilis.*
fructifera, & ſterilis, & quod omnis labor in ea excolenda eſſet vanus, & fruſtraneus, ibi D. Chryſoſt.
ait: *Laborem quidem ſuſtinebis, quæ tu facere potes,* D. Chryſoſt.
omnia facies, & operabis terrã tali ſanguine conquinatam, non ſenties autem aliquem fructum tantorũ laborum, quem feceris. Expende verba: *Non ſenties aliquem fructum.* Terra fœdata juſtorum ſanguine in-
fructifera reddita eſt, ut mõtes Gelboe 2. Reg. 1. n. 21. 2. Reg. 1.
Cur autem Apoſtoli hanc famem non denuntiant?
Timent fortaſſe, ne male audiãt, qui mala renũtiant, 66.
ac deinde laboraret odio Schola Chriſtiana, id Chri- *Cur Apo-*
ſoſt. viſum eſt, citata homil. 25. ubi ſic ait: *bene, de fa-* *ſtoli non*
me nõ illi ſed Propheta dicũt, ne onerosi viderẽtur. Val- *denuntiant.*
de oneroſum, & ingratũ eſt hominibus eorũ infor- D. Chryſoſt.
tunia, ac mala audire, & ideo Apoſtoli, ne aliquod contraherent odium ab hoc prædicendo abſtinent.
Fames grande malũ eſt; dicitur Thren. 5. n. 10. *Pellis noſtra exuſta eſt à facie tempeſtatum famis;* fames 67.
non eſt una tempeſtas, ſed congeries omniũ tempe- Thren. 5.
ſtatum; ſecum enim affert omnes tempeſtates, angu- *Fames*
ſtias, afflictiones, dolores, morbos, peſtem, ac lepram *malo-*
D. Paſchaſius lib. 5. in Thren. ait: *Fame dura mens* *rũm congeries.*
affligitur, diverſis plagarum verberibus cruciatur, & D. Paſch.
tempeſtatum procellis jactatur.
In ſeptẽ fertilitatis annis pro depellenda fame ſe- 68.
ptem ſequentium ſterilitatis annorum conſuluit Ioſeph, ut in publicis depoſitis recondantur frumenta, ne conſumetur terra inopia. Gen. 40 n. 36. Chaldæus
Ne conſumetur fame populus terra. Philo lib. de Io- Gen. 40.
ſeph. ait: *Urbium, regnorumque graviſſimus morbus,* *Fames*
fames eſt, cujus vires oportet frangere, ne nimium au- *morbus*
ctus incolas deleas. Accidit illud Xenophon. lib 6. de *deſtruens*
Cyrop. *Nemo eſt tam robuſtus, ut contra famem pug-* *civitates.*
nando bellũ geras. Et cum Urbs Maſſiniſſa fame ca- Philo.
pta fuiſſet à Cæſare exclamavit Præfectus: *Victi ſumus non ab hoſte, ſed à fame* Ita Appian. lib. 5.
Hæc autem fames ſæpe datur à Deo in magnã pœ- Appian.
nam, & peccatorum ſupplieiũ; Ait Deus populo ſuo 69.
Levit. 16. n. 19. *Conteram ſuperbiam avaritiæ veſtra.* *Fames in*
Dabo vobis Cœlũ deſuper ſicut ferrum, & terrã aneam. *magnam*
Ut cũcta ſterilitate pereant, & cõſumãtur, & de hac *peccatorum pœ-*
re optimus eſt locus apud Ier. 3. n. 3. *Polluiſti terrã in* *nam.*
fornicationibus tuis, & in malitiis tuis, quamobrẽ pro- Levit. 26
hibita ſunt ſtillæ pluviarũ, & ſerotinus imber non fuit, Ierem. 3.
frons mulieris meretricis facta eſt tibi, & noluiſti erubeſcere: ergo ſaltem amodo vocas me Pater meus, &c. Ubi vides, quod ipſa ſterilitas datur à Deo in caſtigationem peccatorum, aliquando etiam, ut homo fugiat, & convertatur ad Deum, & dicat: *Pater meus es tu, & dux virginitatis meæ.*

70. Unde Parens Elias minatur 3 Reg. 17. n. 1. *Vivit Dominus, ſic erit his annis ros, aut pluvia, niſi juxta verba oris mei.* Minatur Ioel. 1. n. 4. *Reſiduum erucæ comedit bruchus.* Minatur etiam Moyſes Levitic. 26. num. 16. *Viſitabo vos egeſtate, & ardore.* Deuteron. 32. num. 24. *Conſumentur fame.* Ad quid tot, & tam multiplicatæ minæ; bene poterat Dominus tales inferre ſterilitates abſque eo, quod tantæ præcederent minæ, totque & tantæ admonitiones; Ut illis excitemur ad tantum malum ſterilitatis vitandum, & ſi in illud ob peccata noſtra incidimus, inde reſurgamus, ut ad Cœleſtem Patrem veniamus, ut fecit ille prodigus fame vexatus Luc. 15. D. Nazianz. orat. 17. ait: *Quandoque ipſa penuria efficis, ut ad Deum noſmetipſos conferamus, qui fortaſſe ob effuſam libertatem contemnitur.*

3 Reg. 17. Ioel 1. Levit. 16. Deut. 32. D. Naz.

QVÆSTIO XII.

Quare hoc famis tempore fideles ex Antiochia mittunt ſubſidium ad fratres in Iudæam?

71. AIt textus: Prout unuſquiſque habebat in Antiochia, & poterat ſecundum ſuam facultatem diſpoſuerunt mittere ſubſidium fratribus, qui erant in Iudæa; tum primo; quia erant denudati ab omnibus ſuis, quæ vendiderant, & eorum pretia poſuerant ad pedes Apoſtolorum, ut vidimus c. 4. n. 34. ſecundo, quia in perſecutione Stephani omnibus ſuis ſpoliati fuerant; tertio, quia, ut optimi filij agnoſcebant eos, qui erant in Ieruſalem, ut patres, qui eos genuerant in fide.

Ex multiplici ratione Antiocheni ſubvenîunt fratribus.

72. Quarto; quia ut ait Iſaïas 48. n. 7. *Frange eſurienti panem tuum.* Non ait da eſurienti de panibus, de pane tuo, ſed frange, & ſi unum panem habes, frange, & da pauperi. D. Auguſt. ſerm. 62. de tempore, ut probet, quod nemo ſe debet excuſare à danda eleemoſyna ait frange panem: *non dixit integrum panem, cum forte pauper ille alium non haberet: ſed frange, inquit, hoc eſt dicere, etiam ſit tibi tanta paupertas, ut non habeas, niſi unum panem, ex ipſo tamen frange, & pauperi tribue* & ſubdit Iſaias citato loco: *Et carnẽ tuam ne deſpexeris*; quia nẽpe frater tuus eſt, explicat idem Auguſtinus ſerm. 50. & 172. ſic & fecerunt diſcipuli in Antiochia ad fratres ſuos in Iudæa contẽpto omni periculo, quod ab adverſariis machinari poterat.

Iſai. 48. D. Aug. *Ex una parte da pauperi.* Iſai. 48.

73. Cum facta eſſet fames magna in terra Chanaan deſcendit Abrahamus cum uxore ſua Sara, *& cum prope eſſet, ut ingrederetur ad Ægyptum, dixit Sarai uxori ſuæ, novi quod pulchra ſis mulier, quod cum viderint te Ægyptij, dicturi ſunt, uxor illius eſt, & interficient me, & te reſervabunt, dic ergo obſecro, quod ſoror mea ſis.* Geneſ. 12. n. 11. & 12. Si tam imminens periculum timebat Abrahamus, ob magnam, & eximiam Sarai pulchritudinem, cur non reliquit eam cum ſuo conſobrino Loth, ad quid ergo eam aſportat in Ægyptum? Dactius Abbas in ſpeculo Monachæ ait: *Prævaluerat fames in terra Chanaan, nec ibi relicta eſt Sara, ne forte fame periret.* Magnus Pater familias Abrahamus, ſic ſingulari providentia eminebat, qui potius elegit vitam ſuam in grande diſcrimen adducere, quam deficere in providenda familia ſua debita alimonia tempore famis.

Gen. 12. Dactius. *Cum diſcrimine vitæ ſubveniendum fameſcẽti.*

74. Cum Agar fugeret de domo Abrahæ à facie Dominæ ſuæ Sarai: *Cumque inveniſſet eam Angelus Domini juxta fontem aquæ in ſolitudine* Geneſ. 16. n. 7. eumque eam animaſſet; & corroboraſſet Angelus ut reverteretur ad Dominum ſuum; tunc Agar gratulabonda ait ad Angelum: *Tu Deus, qui vocaſti me* ibid. n. 13. ex quo merito dubitat Raban: *Qui prius erat Angelus, & in forma hominis loquebatur ancillæ poſtmodum Deus dictus eſt?* Unde hoc ſignanter ait Textus, quod Angelus eam invenerat juxta fontem, quia ut notant Abulenſis Lahay, & alij, & ipſa fontem non videbat, magna laborabat ſiti quaſi ad mortem, & Angelus oſtendit ei fontem ad bibendum, & ideo dicitur infra in eodem cap. n. 14. *Propterea appellavit puteum illum fontem viventis, ac videntis me.* Modo dicitur fons, modo puteus, quia ut ait D. Auguſt. Ioan. 4. *Omnis puteus fons*, appellavit *puteum viventis*, quia ejus aqua à faucibus mortis liberavit, ideo Angelum, qui talem fontem indicavit Deum dicit: *Tu Deus, qui vidiſti me*: qui enim ſitienti, ac fameſcenti ſubvenit, & à tanta oppreſſione eximit, ut Deus venerandus, ac colendus eſt, Lyranus: *Tu Deus, qui vidiſti me conſolando, ac vivificando.*

Gen. 16. Raban. D. Aug. *Qui ſubvenit ſitienti, ut Deus colendus.* Lyran.

75. Maxime inde in iſtis Antiochenis, qui non expectant ſubſidium poſtulari à fratribus, qui erant in Judæa, & ipſi eorum perverſam intelligentes anticipatè ſubſidium præſtant: ait Regius Vates Pſal. 40. n. 1. *Beatus, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem in die mala liberabit eum Dominus.* Ibi D. Aug. ait: *Qui intelligit*, non dicit, *Qui ſubvenit*, quia debet eſſe miſericors, admodum eſt, ſed Deus non expectat, quod ſemper petatur, unde ſubvenit deſiderio, antequam petatur, & ideo ille eſt miſericors, quia non ſolum petentibus ſubvenit, ſed priuſquam petatur.

Pſal. 40. *Neceſſitas prævidenda.*

CAPUT XII.

1. *EOdem autem tempore miſit Herodes Rex manus, ut affligeret quoſdam de Eccleſia.*
2. *Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.*
3. *Videns autem, quia placeret Iudæis, appoſuit ut apprehenderet & Petrum: erant autem dies azymorum.*
4. *Quem cum apprehendiſſet miſit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum, volens poſt Paſcha producere eum populo.*
5. *Et Petrus quidem ſervabatur in carcere; oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo.*
6. *Cum autem producturus eum eſſet Herodes, in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem.*
7. *Et ecce Angelus Domini aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo, percuſſoque latere Petri, excitavit eum, dicens, ſurge velociter, & ceciderunt catenæ de manibus ejus.*
8. *Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit ſic, & dixit illi: Circunda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me.*
9. *Et exiens ſequebatur eum, & neſciebat, quia verum eſt, quod fiebat per Angelum, exiſtimabat autem ſe viſum videre.*
10. *Tranſeuntes autem primam, & ſecundam cuſtodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem, quæ ultrò aperta eſt eis. Et exeuntes proceſſerunt vicum unum, & continuo diſceſſit Angelus ab eo.*
11. *Et Petrus ad ſe reverſus dixit: Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.*
12. *Conſideranſque venit ad domum Mariæ Matris Ioannis, qui cognominatus eſt Marcus, ubi erant multi congregati, & orantes.*
13. *Pulſante autem eo oſtium januæ, proceſſit puella ad audiendum, nomine Rhode.*
14. *Et ut cognovit vocem Petri, præ gaudio non*

aperuit januam, ſed intro currens nuntiavit ſtare Petrum ante januam.

15. *At illi dixerunt ad eam: Inſanis: Illa autem affirmabat ſic ſe habere: Illi autem dicebant, Angelus ejus eſt.*

16. *Petrus autem perſeverabat pulſans. Cum autem aperuiſſent, viderunt eum, & obſtupuerunt.*

17. *Annuens autem eis manu, ut tacerent, narravit quomodo Dominus eduxiſſet eum de carcere, dixitque: Nuntiate Iacobo, & fratribus hæc: Et egreſſus abiit in alium locum.*

18. *Facta autem die, erat non parva turbatio inter milites, quidnam factum eſſet de Petro.*

19. *Herodes autem cum requiſiſſet eum, & non inveniſſet, inquiſitione facta de cuſtodibus, juſſit eos duci, deſcendenſque à Iudæa in Cæſaream ibi commoratus eſt.*

20. *Erat autem iratus Tyriis, & Sydoniis, at illi unanimes venerunt ad eum, & perſuaſo Blaſto, qui erat ſuper cubiculum Regis, poſtulabant pacem eo quod alerentur regiones eorum ab illo.*

21. *Statuto autem die, Herodes veſtitus veſte regia ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos.*

22. *Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis.*

23. *Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo: & conſumptus à vermibus expiravit.*

24. *Verbum autem Domini creſcebat, & multiplicabatur.*

25. *Barnabas autem, & Saulus reverſi ſunt ab Ieroſolymis, expleto miniſterio, aſſumpto Ioanne, qui cognominatus eſt Marcus.*

ARGVMENTVM.

HERODES Agrippa Rex Judææ gladio occidit Jacobum fratrem Joannis, ut gratificaret Judæis, Petrum in carcerem vinculavit, & Petrus ab Angelo eripitur: Herodes à populo Deus acclamatur, occiditurque ab Angelo.

Actor. 12. *num.* 1. Eodem autem tempore miſit Herodes Rex manus, ut affligeret quoſdam de Eccleſia.

Num. 2. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.

Num. 3. Videns autem, quia placeret Iudæis, appoſuit ut apprehenderet & Petrum; erant autem dies Azymorum.

Verſiones

CVM EXPOSITIONE I.

1. Verſ. 1. *EOdem tempore:* Connectit Lucas hanc hiſtoriam cum ſuperioribus in fine ſuperioris capitis, eodem ſcilicet tempore, ac anno 2. Claudij, & Chriſti 43. quo fames incæpit, de qua dictum eſt ſuperiori capite: *miſit Herodes Rex* Agrippa nempe, de quo quæſtione ſequenti, *manus*, nempe militum, *ut affligeret quoſdam de*

Syriac. Arabic. Arias. Æthiop. *Eccleſia.* Syriacus: *Ut male acciperet eos.* Arabicus: *Extendit.* Arias: *Ut male tractaret quoſdam de Eccleſia.* Æthiopicus: *Prehendit præpoſitos domus Dei, & afflixit eum.*

2. Verſ. 2. *Occidit autem Iacobum.* Æthiopicus:
Æthiop. *Trucidaverunt eum gladio Iacobum Zebedæum. Ioannis,* vel quia Joannes ut valde magnus erat habitus inter cæteros Apoſtolos, vel dicitur ad diſtinctionem Jacobi minoris. *Gladio,* & magno myſterio, ut infra dicam.

3. Verſ. 3. *Videns autem, quia placeret Iudæis.* Ara-
Arabic. bic. *Cum comprehendiſſet id gratum eſſe.* Æthiopic.
Æthiop. *Quod gaviſi eſſent Iudæi.* Textus: *Appoſuit ut ap-*
Syrus. *prehenderet & Petrum.* Syriacus: *Pergebat comprehendere.*

4. *Erant autem dies Azymorum*, qui à Paſchate per ſeptem dies continuos ſequentes obſervabantur, & ad feſtum Paſchale pertinebant, & ita dicebantur Azymi, quia in illis Judæi panibus azymis abſque
Cur dies Azymorum. fermento utebantur, & hoc adnotat D. Lucas, ut indicaret cauſam cur D. Petrus non ſtatim fuerit occiſus, ſed detentus in carcere, quia cum eſſent dies feſti paſchales non licebat eos ſanguine effuſo maculari.

QUÆSTIO I.

Quare Herodes Agrippa tam crudeliter inſanivit contra Chriſti fideles, & quiſnam eſſet?

OMiſſis multis, & variis ſententiis, certa, & communior ſententia eſt quatuor fuiſſe Herodes. 5. *Quatuor Herodes.*
Primus *Aſcalonita*, qui occidit infantes. Secundus *Antipas*, qui Ioannem Baptiſtam decollavit, & Chriſtum illuſit. Tertius *Agryppa* filius Ariſtobuli, filius Herodis Aſcalonitæ, de quo hic agitur; Ita Syrus Euſebius lib. 2. cap. 10. Quartus fuit Herodes Agrippa junior, illius tertij, & ſenioris filius, de quo agitur infra cap. 25. n. 13. qui fuit tempore excidij Ieroſolymitani, cui Ioſephus ſuam Iudaïcam hiſtoriam dedicavit. *Syrus. Euſeb.*

6. De illo tertio Agrippa ſeniore hic eſt ſermo, & licet nomen Tetrarchæ, & Regis aliquando confunduntur, ut notat Plinius lib. 5. cap. 16. & 21. nam Luc. 3. n. 1. Herodes dicitur Tetrarcha; & tam à D Matth. 14. n. 9. & D. Marc. 6. n. 14. dicitur Rex, deinde iſte Agrippa peculiariter obtinuit Regnum, & nomen Regis à Cajo Caligula, cujus erat intimus familiaris, cui prædixit feſtinam mortem Tiberij, & quod ipſe Cajus ejus nepos in Imperium ei foret ſucceſſurus, ideo obtinens imperium ipſum conſtituit, ac creavit Regem Iudææ, ut ſcribit Ioſephus lib. 18. cap 8 & lib. 9 cap. 5. *Plinius. Confunditur Tetrarcha cum nomine Regis. Luc. 3. Math 14 Marc. 6.*

7. Iſte autem Herodes Agrippa crudeli odio proſequebatur Chriſtianos, quæ eſt prima pars quæſtionis; quia, ut teſtatur Philo in Flaccum, & Ioſeph proximis citatis locis, erat intime addictus Iudæis, & ſtudioſiſſimus, & obſervantiſſimus Iudaïcæ Religionis, & maxime intendebat in omnibus Iudæis placere, & ideo occidit Iacobum, & intendebat Petrum interficere. *Philo. Ioſeph.*

8. Nequitia juncta cum poteſtate, nullum eſt malum, quod non aggrediatur, nullumque turpe facinus, ad quod non ſe extendat; ſæpe enim à Sceptro vires accipit furor. Inſtantiſſime David clamat ad Deum Pſalm 85.

Pſal.85. Pſalm.85. n.16. *Salvum fac filium ancilla tuæ*,& ut
Deum efficaciter ad ſe alliciat, magnitudinem ſui
periculi præmittit n. 4. *Deus, iniqui inſurrexerunt
ſuper me, & Synagoga potentium quæſierunt ani-
mam meam.* Nullum majus poterat eſſe periculum,
nullaque major ratio confugiendi ad Dei adjuva-
men, quàm dum iniquitas, & poteſtas eſſet ſimul
coadunata: *Iniqui inſurrexerunt,& Synagoga poten-*
D Baſil. *tium.* D.Baſilius ibi: *Ex eo duplex timor obortus eſt,*
D Hier. tom à nequitia, tum à poteſtate, ex quo ait D.Hie-
ronym. in Apologia ad Rufinum lib.2. *Periret enim
Innocentia, ſi ſemper nequitia juncta eſſet potentia,&
in totum quidquid cupit calumnia prævaleret.*

9. Ex maledicto genere Cham prodijt Nemrodo,
Gen.10. de quo dicitur, Geneſ.10.n.9. *Ipſe cœpit eſſe potens
in terra, & erat robuſtus venator coram Domino*, id
Septuag. eſt permiſſione Dei, Septuaginta, & alij: *Venator
contra Dominum.* De iſto homine peſſimo,& valde
potente ſignate ſcribitur, quod erat *robuſtus ſeu*, ut
Caiet. legit Caietanus, *fortis venator*,ut omnia deſtrueret,
Poteſtas cum nequitia omnium destructiva. devoraret, ac devaſtaret, ex malitia cum potentia
hoc eſt illius germen. Philo Abbas de ſilentio Cle-
ric. cap.1. & ait: *Signate contra Dominum appella-
tur, quia ſibi ſua ſolius perditio non ſatis ſufficiens
æſtimatur, niſi, ut cæteros violenta indagine perſe-*
Philo Abb *quatur.* Expende ultima verba. D.Thomas etiam
D Tho. ibi ait: *Sicut enim ſuperbis ad omnem machinatio-
nem intentis magnitudo poteſtatis eſt nociva; ſic
etiam quamplurimum expedit, quod talis poteſtas,
aut omnino tollatur, aut ſaltem confringatur, & di-
vidatur.* Vires ſuas Deus Nemrodo abſtulit, ne ſua
tanta poteſtate abuteretur in peſtem extremam to-
tius generis humani.

QUÆSTIO II.

Quare Herodes occidit Iacobum, qui primus omnium Apoſtolorum dat vitam ad magnam ejus gloriam?

10. ISic Herodes ſtudioſiſſimus erat Iudæorum, ut
dixi ſuperiori quæſt. & pro magno Judæorum
obſequio interfecit Jacobum majorem, cur non
potius invehitur in Petrum, Joannem, & Jacobum
minorem, qui ibi erant, ſed primo, & immediatè
in noſtrum Hiſpaniæ protectorem?

11. Quia iſte noſter Apoſtolos magno zelo præ cæ-
teris fervidus prædicabat Chriſti Evangelium,con-
Iacobus Zelo fervidus. fundebat Judæos, & audacior erat ad eorum erro-
res conculcandos, & etiam valde notum erat famâ,
id, quod ipſe in Hiſpania pro Evangelica fide pro-
paganda peregerat, & ideo valde formidoloſus erat,
hacque de cauſa ait Textus: *Videns Herodes, quod*
Græcus. *placuiſſet Iudæis*, Græcus: *Rem gratam feciſſet Iu-
dæis*, ut eorum acerrimos adverſarius de medio tol-
D Chryſoſt. leretur. D.Chryſoſt. homil.57. paulo poſt initium
ait: *Iacobus acer, atque gravis Iudæis erat, ut ma-
gnum munus illis obtuliſſe,cum eum interfeciſſet He-
rodes viſus ſit.*

12. Quod ex eo alio in loco confirmavi, quod cum,
Samariti Chriſtum D. ſpernerent, indignans, &
Chriſti injuriam ulciſci volens ingenti zelo, & ſi
adhuc impolito, dixerunt ipſe, & Joannes frater:
Domine vis, dicamus ut ignis deſcendat de Cœlo, &
Luc.9. *conſumat illos*,Luc.9.n.54. D.Ambroſ. ibi pro Apo-
D Ambr. ſtolis agens, ſic reſpondet: *Sciebant enim ex Phi-*
Iacobus Zeloſus. *nees, & reputatum eſt ad juſtitiam, quia ſacrilegos
interemerat, & ad preces Eliæ ignem deſcendiſſe de
Cœlo,ut Propheta vindicaretur injuria.* Et cum tan-
to fervore ac zelo æſtuaret, Jacobus tamen nihil
audet agere ex ſe, ſed cum multa obedientia, ac
obedientia Domini: Unde ait: *Vis dicamus.*

Primus inter Apoſtolos noſter Jacobus effudit 13.
ſanguinem, ipſe fuit dux, anteſignanus, & Protho- *Iacobus, & Ioannes Alpha, & Omega Apoſtolorum.*
martyr Apoſtolorum, qui omnibus præbuit exem-
plum ad idem Martyrium ſequendum; & maximè
notandum, quod iſti duo fratres Jacobus,& Joan-
nes Collegij Apoſtolici ſunt tanquam Alpha, &
Omega: Iacobus primus vitam dedit pro Chriſto
in Ieruſalem, Ioannes in Aſia omnium ultimus ar-
denti amore erga Deum obivit, & pro noſtro Apo-
ſtolo primus inter Apoſtolos in Martyrio maximè
venerandus, & colendus eſt. Vide ſupra cap.10.
q.30. n.261. & 263.

Hanc magnam excellentiam vendicat noſter 14.
Hiſpaniarum protector, quod in omnibus prima-
tum tenet. *Ambulans Ieſus juxta mare Galilææ,
cum vidiſſet Petrum, & Andream vocavit eos, di-
cens: Venite poſt me faciam vos fieri piſcatores ho-
minum, & ſecuti ſunt eum*, Matth.4.n.19. Et cum
inde progrediens cum vidiſſet duos fratres filios
Zebedæi, vocavit eos, *Illi autem relictis retibus, &*
patre ſecuti ſunt eum, Ibidem n 22. Nullo propoſi- *Iacobus primatū tenet.*
tu præmio, ſed ex intimo affectu, ac amoris impul-
ſu; poſtea vero cum eorum mater poſtulat pro fi-
lijs, interrogat eos Chriſtus D. *Poteſtis bibere ca-
licem, quem ego bibiturus ſum?* Forti, ac generoſo
animo nullo præmio propoſito,ut notat D.Paſchaſ. D Paſch.
Dicunt poſſumus, Matth.20.n.21. Et quamvis in ſe- Math.20
quendo Chriſtum, ac potando ejus Calicem ſe ha-
beant ſimul Iacobus, & Ioannes, tamen ibi conſi-
dero quoddam primatum in Iacobo, tum quia ipſe
ſenior erat, & illius erat prius agere, & reſponde-
re, tum etiam ex modeſtia Ioannis, qui ſenioribus
primas dabat.

Elegit Dominus ſuos Apoſtolos, & Iacobum 15.
Zebedæi, *& Ioannem fratrem Iacobi, & impoſuit
eis nomina Boanerges, quod eſt filij tonitrui*,Marc.3. Marc.3.
n.17. quod latè explicavi tom.2.in Apocalypſ.c.21.
q.26. à n.307. Tyrious, filij tonitrui ſunt fulgura, Tyrin.
Baronius filij Pharetræ,& ſagittæ. Theophylactus, Baron. Theoph.
ſic dicuntur, ut primi, & præcipui prædicatores: Albert.
Albertus Magn. *In doctrina, & prædicatione* maxi- Magn.
mè fulgebant, vel ut aiunt Plinius, & Seneca: To- *Iacobus in mūdo dat tonitrum.*
nitruns magnum facit ſonum, ac ſtrepitum, dicun-
tur filij tonitrui ob magnam prædicationem,ac ful-
gorem doctrinæ, ac magnis ſono, & ſtrepitu, quo
fecerunt tremere totum Orbem, idola corruere, &
eorum templa diſſolvi, de alijs Apoſtolis dicitur,
Pſalm.18.n.4. *In omnem terram exivit ſonus eorum*,
at Iacobus non ſonum, ſed vehementem, ac fortem
ſtrepitum inſtar tonitrui edidit in toto mundò.

Tenet noſter Apoſtolus principatum in devotio- 16.
ne, ac veneratione Sanctiſſimæ Virginis Mariæ,ipſe *Iacobus valde inſignis devotione Virginis.*
omnium primus celebravit feſtum illius immacu-
latæ Conceptionis, fuitque primus,qui in ejus lau-
dem orationem compoſuit ex ſalutatione Angelica:
Ave gratia plena, Dominus tecum, & ex ſalutatio-
ne prophetica Elizabeth: *Benedicta tu inter mulie-
res benedictus fructus ventris tui*, addens cæteras
preces *Ora pro nobis nunc, & in hora mortis noſtra.*
Ut ex multis oſtendi citata q.26.n.318.& 319.

Deinde ipſe inter Apoſtolos ex ipſius Virginis 17.
imperio ei ædificavit (ut Oratorium à Parente Elia *Hiſpania Columna fidei.*
in monte Carmelo excipiam) primum Sacellum in
Cæſarea Auguſta, ſacratiſſima Virgo in alta Co-
lumna poſita. In Hiſpania Deipara primo apparet
in Columna denotans quod Hiſpania futura erat
magna, & firma columna Eccleſiæ, ac fidei Ca-
tholicæ juxta illud Apocalypſ.3. n.12. *Qui vicerit* Apoc.3.
faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras

Arabic. *non egredietur amplius.* Arabic. *Victricem columnam.* Hiſpania, ut columna victorioſa propulſavit infideles Mauros à ſe ipſa, & ab Oriente, & Occidente, & utrobique fidem Catholicam fideliter, & purè ſuſtentans, *& foras non egredietur* à firmitate, ac confeſſione fidei, ut explicant Rupert. Ansbertus, ut ex benigna Dei gratia ſperamus. Rupert. Ansbert.

18. *Totus orbis fluit ad venerandum Iacobum.* Iſai. 2. D. Cyril. D. Atha. Tandem nomen noſtri Apoſtoli magnum primatum tenet inter cæteros Apoſtolos, quod ſit valde celeberrimum, & ad eum ex toto terrarum Orbe conveniant innumeri peregrini voti cauſa ad eum venerandum pro magna excellentia, ac celſitudine ſuæ dilectæ Sponſæ Eccleſiæ ei promittit Deus: *Et fluent ad eum omnes gentes*, Iſai. 2. n. 2. ut explicant noſter D. Cyrillus ibi D Athanaſ. epiſt. ad Epictetum, Euſebius lib. 2. Demonſt. cap. 32. quod ad eam omnes gentes concurrant, ut eam ſummo cultu venerentur, ejus doctrina illuminentur, illius donis repleantur; ſic & omnes gentes magno fervore confluunt ad reliquias Corporis Sancti Iacobi ſummo cultu venerandas, ut ejus precibus, ac interceſſione in obſequio illuminentur, ejuſque cœleſtibus donis diteſcant, & augeantur.

QUÆSTIO III.

Quare D. Iacobus gladio occiditur?

19. 4. Reg. 6. Apud Iudæos in veteri teſtamento pœnam gladij in uno loco invenio, 4. Reg. 6. n. 31. quod Rex Iſrael iratus contra parentem Eliſæum, cum juramento minatus eſt, *quod non ſtaret eo die caput Eliſei ſuper ipſum*, id eſt quod ipſum decolaret, de Goliath non facit ad rem, quia hoc fuit in pugna, tamen poſtquam Reſpublica Iudaica fuit in poteſtate Romanorum in multis illorum mores ſunt ſecuti Iudæi, & ad mortem aliquorum accelerandam uſi ſunt gladio, ſic Herodes Antipas hujus Herodis patruus gladio occidit Joannem Baptiſtam, & nunc iſte Herodes noſtrum Apoſtolum.

20. *Apparet Iacobus gladio obarmatus.* Infidelitas in Herode gladium evaginavit contra Iacobum, ſed ipſo gladio Apoſtolum armavit, ut eo evaginato contra ipſos Infideles, ac Mauros pugnaret anno Domini 834. viſibiliter apparuit Regi Ramiro, eumque admonuit, ut exiret in prælium cum innumeris Mauris victoria inſolentibus, & Apoſtolus præiens aciem Ramiri in equo albo ſtricto gladio omnes milites invocantes Sanctum Jacobum, adverſarios profligarunt, deſtruxerunt, eoſque in fugam abire fecerunt, gladius diſtrictus contra Jacobum, contra ipſos eſt converſus.

21. Contra David exijt Goliath multis indutus armis, æreo clypeo, hoſtili haſta in manu, accincto gladio, ut eum in fruſta ſecaret, ut ipſe dicebat: *Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus Cœli, & beſtijs terræ*, 1. Reg. 17. n. 44. Eum tamen David fundâ jacto lapide, in fronteque fixo percuſſit, & cum David non haberet gladium, *cucurrit, & ſtetit ſuper Philiſthæum, & tulit gladium ejus, & eduxit eum de vagina ſua, & interfecit eum, præcidit caput ejus.* Goliath ſecum aſportabat gladium, ut Davidem in mille fruſta diſſecaret, ſed gladius contra ipſum Philiſthæum eſt converſus, ut David cum illo decollaret. D. Auguſt. ſerm. 197. ait de tempore: *Quod David non habens gladium aſcendit ſuper Goliam, & eum proprio gladio interfecit, & ſuo gladio victus eſt.*

1 Reg. 17. *Gladio, qui Goliath armaverat, ut vinceret, dejectus eſt.* D. Aug.

22. Dan. 3. Ex juſſu Nabuchodonoſoris mittuntur tres pueri in caminum ignis, & in magnum Regis obſequium, miniſtri non ceſſabant mittere multam ignis materiam, ut vehementer, brevique tempore pueri abſumerentur: *Et effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta novem, & erupit, & incendit quos reperit juxta fornacem de Chaldæis*, Daniel. 3. n. 47. Iſti in odio Sanctorum puerorum multum, & ſatis aptum pabulum igni ſuggerebant; & cum tantam ignis vehementiam fornax non caperet, ab ejus ore alto Dei judicio ignis erupit, & quos reperit rapide devoravit: Paulus Burgenſ. ait: *Congerunt*, ſcilicet, miniſtri materiam in ipſorum perniciem. *Igni ſupponunt materiã ad eorũ incendium.*

23. Percutiens Deus Ægyptum multis, & varijs plagis, tenebris, locuſtis, muſcis, grandine, peſte, ac morte primogenitorum, tamen prima fecit, ut aqua fluminis converterentur in ſanguinem: *Ecce percutiam virga, quæ in manu eſt, aquam fluminis, & vertetur in ſanguinem*, Exod. 7. n. 17. Pharao diſpoſuit, & ordinavit fluvium ad miniſterium ſuæ extremæ crudelitatis, ut in eo ſuffocarentur pueri Hebræorum, ergo ipſum flumen ſit primum ſuæ iniquitatis flagellum, & primum tormentum, quod fuerat inſtrumentum tantæ prævaricationis. Procopius pœnæ, quæ primo irrogantur, cùm in flumen mandaverint præcipitandos Hebræorum infantes, & tandem divina virtute verſum ſit in cruorem, ſatis redarguit crudele, & immane edictum. Exod. 7.

QUÆSTIO IV.

Quare præ cæteris Apoſtolis intentavit Herodes Petrum occidere?

24. Exiſtimavit Herodes, cum Iudæis, quod ſi Petrum, utpote turrim fortiſſimam Eccleſiæ è medio tolleret, totam Chriſti Eccleſiam deſtrueret. D. Chryſoſt. vel melius Proculus in encomio D. Petri vinculorum apud Surium die 1. Auguſti, & inquit: *Putabant*, nempe Iudæi, *illum futurum, ut ſi Petrum Apoſtolum de medio ſuſtuliſſent, facile reliquos Apoſtolos ſuperarent: Ille enim erat, qui contrarias voces emittebat, quique in Concilijs, in judicijs, & in Synagogis cum adverſarijs certabat, & Ieſu nomen palam prædicans, & invocato ejus nomine præcipua quædam miracula faciebat.* Et latè proſequitur multos, & magnificos titulos de D. Petro ſcribens. D. Chryſoſt. Procul. Surius. *Tota Eccleſia in Petro.*

25. Poſtquam Petrus fecit illam admirabilem confeſſionem de Divinitate Chriſti: *Ego dico tibi, Tu es Chriſtus filius Dei vivi*, immediatè ſcribit Evangeliſta D. Matthæus cap. 16. n. 21. *Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Ieroſolymam, & multa pati à Senioribus, & Scribis, ac Principibus Sacerdotum, & occidi.* Profunde, & alte expende illud *exinde.* Poſtquam Chriſtus vidit, & audivit magnam Petri fidem, illiuſque præclaram confeſſionem, *exinde*, ſeu illico, ut notat D. Thomas poſt manifeſtam confeſſionem Petri cœpit Chriſtus indilate ſe accelerare ad ſuam mortem, de illaque tractare: *Oportet eum ire Ieroſolymam pati, & occidi.* Pro certo ſtatuens, quod Petrus cum tanta ſua fide ſufficiens erat ad firmandam, & ſuſtentandam ſuam Eccleſiam, eamque ab omni adverſariorum impugnatione defendendam, jamque Eccleſiæ ſuæ abundanter proviſum erat. & proinde jam tempus erat, ut adimpleret munus ſibi à Patre commiſſum, ut ſua morte redimeret, & ſalvaret genus humanum. Math. 16. *In Petro ſufficienter toti Eccleſiæ eſt proviſum.*

26. D. Aug. Merito D. Auguſt. quærit cur in feliciſſimo Paſcharis die Angeli annuntiant mulieribus Chriſtum glorioſè à mortuis ſurrexiſſe, ſic ad mulieres loquuntur Angeli: *Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum.*

Marc.16. *cifixum, ſurrexit, non eſt hic*, Marc. 16. n. 6. At vero ad reſurrectionem denuntiandam Apoſtolis unus eligitur Petrus; ſic enim ipſi Apoſtoli dixerunt: Luc.24. *Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni*, Luc. 24. n. 34. ex teſtimonio Petri agnoverunt Apoſtoli teſtimonium Reſurrectionis Chriſti, & in tanto myſterio firmati ſunt juxta illud Chriſti D. Luc. 22. Luc.22. n. 32. *Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos*. In myſterio nempe Reſurrectionis ad mulieres vivificandas, ac inſtruendas de reſurrectione tamquam ad inferiores perſonas veniant Angeli, at ad Apoſtolos tamquam Eccleſiæ Principes, ac Proceres, ut in fide Reſurrectionis imbuantur, ac firmentur, unus Petrus eligitur, ac deſtinatur, cujus auctoritas, ac veritas pluſquam omnium Angelorum prævalet; *Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos*, alia lectio *vivifica*, ejus quippe doctrina, omnia maximè vivificabantur.

Teſtimonium Petri pluſquam Angelorum.

27. Math.16 Ait Chriſtus D Petro Matth. 16. n. 19. *Tibi dabo claves Regni Cælorum*. Maximè notandum, non ait: tibi dabo clavem Regni, ut de Angelo haben-
Apoc.20 te clavem Abyſſi dicitur Apocalypſ. 20. n. 1. ſed claves Regni, D. Thomas, duplex clavis data eſt Petro, una poteſtatis ad ligandum, & ſolvendum, altera doctrinæ ad illuminandum, & docendum myſteria fidei, Reſurrectionis, ac Paſſionis, & quamvis hæc eſſent dicta ab Spiritu ſancto in Scriptura, & ab ore Chriſti pati, & reſurgere, tamen ut dicta ab ore Petri intime inſinuabantur in cordibus fidelium, & maximè reviviſcebant in eorum mente, ac memoria. De hoc magno Apoſtolo multa dixi varijs in locis præcipuè tom. 2. in Apocalyp. cap. 21. q.. per totam, hicque etiam aliquid dicam.

Petro datur poteſtas, & ſcientia doctrinæ.

QUÆSTIO V.

Pro multis difficultatibus ſolvendis ponitur Chronotaxis Apoſtolorum.

28. QUod anno Chriſti Domini Jacobus ſit occiſus ab Herode, ſeptem ſunt opiniones, & totidem ſententiæ, quo anno ipſe, & cæteri Apoſtoli profecti ſunt in ſuas miſſiones, & Provincias, & unaquæque ex his opinionibus multa habet fundamenta ex multis conjecturis, & ab Authoribus antiquis, quæ longam poſtulant diſputationem, brevitatis tamen cauſa cuncta explico per ſequentem Apoſtolicam Chronotaxim.

Multa opinionis varietas.

29. Anno 34 Chriſtus D. reſurrexit, aſcendit in Cœlum, inde in die Pentecoſtes miſit Spiritum ſanctum in Apoſtolos anno à nativitate ſua 34.

Act. 2. Act. 4. Eodemque anno, & die Pentecoſtes Petrus convertit tria millia ad fidem Chriſti, Actor. 2. n. 40 & mox iterum prædicans convertit quinque millia, Actor. 4, n. 4.

Act 6. Eodem quoque anno creati ſunt ſeptem Diaconi ad diſtributionem eleemoſynarum, Actor. 6. n. 5.

Act. 7. Euſeb. Baron. Eodemque anno lapidatus eſt D. Stephanus die 26. Decembris, Actor. 7. numero ultimo, & die ſequenti 27. creatus eſt primus Epiſcopus Ieroſolymorum, ut tenent Euſebius, & ex multis Authoribus Baronius.

Act 9. Saulus converſus eſt ad fidem Chriſti anno Chriſti 36. ut jam ſupra dixi cap. 9.

Act. 10. Cornelius converſus eſt à D. Petro, & apertum eſt oſtium Gentibus ad fidem Evangelicam in exordio anni Chriſti 37. ut dixi ſupra cap. 10.

S. Petrus collocavit cathedram ſuam Antiochiæ eodem anno 37. & in ea ſedit per ſeptem annos, hic autem computatur quartus ab Aſcenſione Chriſti ut tenet Chronicon Alexand. Chronicon Alexand.

30. S. Jacobus in Hiſpaniam profectus, cæterique Apoſtoli in ſuas Provincias, ac miſſiones eodem anno Domini 37. ac proinde pluſquam tres annos ab Aſcenſione Chriſti commorati ſunt Ieroſolymis ad multiplicandam, ac fovendam illam fidelium multitudinem; nam in duobus, vel tribus diebus converſi ſunt ad fidem octo millia; Nec obſtat id, quod objicit Sanchez tract. 1. de peregrin. S. Jacobi in Hiſpania cap. quod Eccleſia in ſecundis Veſperis Pentecoſtes canit. Hodie in igne Spiritus ſanctus diſcipulis apparuit tribuens eis chariſmatum dona: *Et miſit eos in univerſum mundum prædicare*. Non eodem die, ſed tempore conveniente, ac proportionato. Sanchez. Offic. Eccleſ.

31. Lucius Dexter. Divus vero Jacobus, ut ſcribit Lucius Dexter in Chronico anno Chriſti 41. *Ex Hiſpania rediens Iacobus Gallias inviſit, ac Britannias, ac Venetiarum oppida, ubi prædicat, ac Ieroſolymam revertitur de rebus graviſſimis conſulturus B. Virginem, & Petrum:* & capite abſciſſo illuſtre pertulit Martyrium die 25. Marci, quo die Chriſtus crucifixus eſt, ipſe Dexter ponit ejus martyrium anno Chriſti 41. Probabilior tamen ſententia eſt, quod occiſus ſit ab Herode Agripa circa Paſchatis feſtum anno Chriſti 44. decem annis poſt ejus Aſcenſionem, ejus diſcipuli ſacrum corpus poſitum in navi in Hiſpaniam detulere, de quo latè Bavierius, Tamaus ad citatum locum Dextri, Sanchez, & innumeri alij Authores. Bavier. Tamaus. Sanchez.

32. Act. 12. S. Petrus vinctus eſt ab Herode, & liberatus mirabiliter ab Angelo citato anno 44.

S. Petrus poſt ſeptennium ſedit Antiochiæ multis locis peragratis prædicans Chriſti fidem, & multos convertens, venit Romam, ubi ſuam collocavit Cathedram, & fixit die 18. Ianuarij fine anni ſecundi Claudij incipiente anno Chriſti 45.

Eodemque anno Paulus, & Barnabas mittuntur ad gentes, & Paulus rapitur in tertium Cœlum, ut patebit ex ſequenti cap. 1. Act. 13.

Act. 12. n. 4. Quem cum apprehendiſſet miſit in carcerem tradens quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum, volens poſt Paſcha producere eum Populo.

Num. 5. Petrus quidem ſervabatur in carcere, oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo.

Num 6. Cum autem producturus eum eſſet Herodes, in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus, & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE II.

Verſ. 4. QUem cum apprehendiſſet, ſcilicet Petrum, *miſit in carcerem tradens. quatuor quaternionibus militum*. Syriac. *Traditque ſexdecim militibus*, quater quaterniones numerum prædictum faciunt, ut in qualibet noctis vigilia, hoc eſt tribus horis quatuor milites ad vigilandum, & cuſtodiendum Petrum aſtarent, & his primis defeſſis, alij quatuor recentes ſuccederent, ita ut Petrus circumventus foret cuſtodibus vigilantibus, & tantam cautelam ad tenendum Petrum, ne fugeret, adhibebat 33. Syriac.

Oecum. adhibebat Herodes, nt ootat Oecumenius; qoia
audierat multa mitabilia, quæ Petrus operabatur,
& quia jam ſemel reteotus in carcere liber exiſrat,
Actor.5. Actor.5.

Velent poſt Paſcha. O maledictus Hypocrita,
34. nolebat ſanguine fuſo Paſcha fœdare, & non vere-
baris iojuſto carcere, diris catenis, crudeli, & ini-
qua militum vexatione virum Sanctum, ac juſtum
Syrus. affligere! *Producere eum populo.* Syrus: *Ut trade-*
Æthiop. *ret populo.* Æthiop. *Adducere eam ad populam.*
Advocare nempe Petrum ad publicum Tribunal, ac
Syrus. Theatrum, vel ut innuit Syriacus: Tradere eum
voluntati populi, ut magis Herodes populo fieret
gratus.

35. Verſ.5. *Petrus quidem ſervabatur ia carcere.* Sy-
riac. *Cumque cuſtodiretur in carcere*; tameo de ſuo
magno Paſtore valde ſollicita erat Eccleſia: *Oratio*
Syriac. *autem fiebat ſine iatermiſſiene*: Syriac. *Aſſidaè pre-*
Arabic. *ces offerebantur ab ea.* Arabic. *Offerebat Eccleſia*
Æthiop. *preces continuas.* Æthiopic. *Orabant pro eo extenſe*
ia domo Chriſtianoram. Id eſt perenni continua ora-
tione, die, noctuque tota Eccleſia fundebat preces
pro ſuo capite, ac Summo Pontifice, qui inſtar
Athlantis totum Eccleſiæ pondus ſuſtinebat.

36. Verſ.6. *Cum aatem producturus eam eſſet Hero-*
Syriac. *des.* Syriacus: *Dilaeulo tradeadus erat dum dormi-*
Arabic. *ret.* Arabic. *Cam propoſuiſſet Herodes immediatè*
poſt noctē ſeqaentis diei eam: cum eſſet producturus
Herodes, ut occideretur: *Erat Petrus dormiens* valde
ſecurus, ac conformis cum divina Providentia ad
quid ab ea fuiſſet ordinatum. *Vinctus catenis daa-*
Æthiop. *bus*, Æthiopic. *Vinctus erat ambabus manibas*, qua-
rum ſinguli milites, inter qoos medius cubabat,
manu tenebant, & ſtringebant, ne, ut ait Arias,
Petrus elaberetur. *Et cuſtodes ante oſtium cuſtodie-*
Æthiop. *bant carcerem.* Æthiopic. *Obſervarunt oſtia*, ita ut
Lyran. nolla humana diligentia, ot ootat Lyra, poſſet Pe-
trus fugere, de quo dicam q.7.

QUÆSTIO VI.

*Quare Petrus ponitur in carcerem, & quam ri-
gida, & acerba pœna ſit?*

38. GRandes moleſtias, perſecutiones, injurias, &
D.Chryſoſt. opprobria à militibus, ut ponderat D.Chry-
ſoſt. in præſenti patienter ſuſtinuit D.Petros, quod
Multa opprobria. in tetro carcere, & tenebroſo eſſet recluſus, quo
nulla pœna eſt rigidior, ac acerbior.

39. Ait Iob.7.n.11. *Non parcam ori meo, loquar in*
Iob.7. *tribulatione ſpiritus mei, & fabulabor cum amari-*
tudine animæ meæ. Nunquid mare ego ſum, aut ce-
Carcer *tus; quia circumdediſti me carcere.* Job non erat
epilogus, in carcere, tamen miratur, quod ſit poſitus veluti
ac com- circundatus furienti mari, ac furibondo cœtui; cur
pendium ergo ſe dicit Job circundatum carcere? Ad expli-
omnium candam ſævam, ac vehementem tempeſtatem innu-
tormentorum. merabilium malorum, perſecutionum, infirmitatum,
quæ in eum irruerant, & acutiſſimè premebant,
nullo meliori methodo, ac phraſi poſſet declarari,
quam ſe incarceratum dici; Nam ibi homo vivens
Caſſiod. anguſtias, ac mortis dolores ſuſtinet. Caſſiodorus
lib.11. variar.cap.40. ait. *In carcere non unum tor-*
mentum ſuſtinet reas, qui antequam incurrat necis
exitus, jam à ſupernis probatur abſciſus: Carcer
enim eſt quædam mors viva, ſic ait citatus Caſſio-
dorus, *Non at unum clauſis exitum multifaria mor-*
te premit, qui carceris ſqualore torquetur. Quot
dies carceris, tot dies mortis ſunt.

40. Threnorum 3. n.6. dicitur: *In tenebroſis collo-*
Thren.3. *cavit me quaſi mortuos ſempiternos, & circumædifi-*
cavit adverſum me, ut egrediar, aggravavit compe-
dem meum, concluſit vias meas lapidibus quadris, &
omnes vias meas ſubvertit. Loquitur Propheta, ut
multis placet, quando meus Jeſus fuit comprehen-
ſus, Matth.26. Præſentatus Caiphæ, ibi tota nocte,
in cuſtodia, vinculis, ac carcere detentus eſt, &
qoando facto mane ad carcerem Pilati tranſlatus, & Carcer
ita tam valide erat ibi uodequaqoe cuſtoditus, ot omnia
nulla exeundi poſſet eſſe occaſio, nulluſque ex ejus ludibria
diſcipulis, ac familiaribus poſſet ad eum videndum ſecum
accedere, & cur Jeſus ordinat, ac diſponit, ut in imper-
Cruce à ſuis notis, amicis, omnibuſque videatur, tat.
non vero in carcere? Tot ibi in carcere cõtumeliæ,
irriſiones, ac ludibria, anguſtiæ, & flagella congere-
bantur in meum Jeſum, ut quique etiam fideliſſimi
poterant vacillare ac periclitari. Victor Antioch. ad Victor
c.15. Marci ſic ait: *Quæ enim Chriſto per ſummã con-* Antioch.
tumeliam (nimirum in illa cuſtodia) *illata ſuat, ea*
ad ſummam contumeliaram faſtigium pervenerunt;
merito profecto Chriſti diſcipuli ad miſerandum il-
lud, & iadignum ſpectaculum admiſſi non ſuat, peri-
culum enim haudquaquam leve erat, ne ex tantis il-
lis injurijs, & contumelijs grande aliquod ſcanda-
lum caperent.

Ait Paulus Hebræor.11.n.36. De Sanctis Mar- 41.
tyribus loquens: *Alij vero ludibria, & verbera ex-* Hebr.11.
perti, inſuper, & viacula, & carceres ſupra ludibria, Extre-
& verbera, ac omnia tormenta tamquam ſummum mũ om-
omnium malorum ponit vincula, & carceres. D. niũ ma-
Anſelm. ibi: *Quaſi parum eſſet pertuliſſe ludibria,* lorum
& verbera, pertulerunt inſuper, & vincula, & car- carcer.
ceres, ac ſi omnia ipſa flagella parva videantur D.Anſel
facta collatione cum carcere, & vinculis.

QUÆSTIO VII.

*Quare D. Petrus tanta cuſtodia tenetur in vin-
culis, & carcere?*

OMni humana diligentia, & caotela tenetur 42.
Petrus comprehenſus primò carcere. Secun-
dò vinculis, tertiò militibus, qui ab utroque latere
circunſtabant tenentes catenas in manibus, quartò
ante oſtium carceris erant cuſtodes, ex quo patet
quam vehementi affectu Herodes, & Judæi vole-
bant interficere Petrum, tanta cuſtodia adhibita ne
ullo modo poſſet effugere. Magnus ille Baptiſta di-
vina, & alta clamans ad quem audiendum tota Ju-
dæa exibat, Math.3.n.5. tamen *Herodes tenuit Ioan-* Math.3.
nem, & ligavit in carcere, Marc.6.n.17. Non ta- Marc.6.
men tantam cuſtodiam, & caotelam adhibuit, ut
modo cum Petro; quia omnes Judæi maximè ti- Petrus
mebant ipſum Petrum, ot propugnaculum totius propu-
Eccleſiæ, illiuſque doctrinam, ac prædicationem, gnaculũ
tum ob efficaciam rationum, ac verborum vehe- ſuſtens de
mentiam, tum quia omnia, quæ dicebat magnis mi- totam
raculis, ac mirabilibus comprobabatur, & ideo Eccleſiã.
tam vigili diligentia ſervabatur in carcere, quia ipſo
ſublato totam Chriſtianam diſciplinam corrui exi-
ſtimabant.

Deinde Petrus extitit in carcere per novem, vel 43.
decem dies, nam Herodes cum comprehendit juxta Petrus in
Azima, dies Azimorum erant octo, poſt eos ſequen- vinculis
ti die volebat Herodes cum popolo producere, per eſſe aeibi
illos novem dies, tanta circumſpectione tenebatur, docebat.
ne inde accedentes ad eum doceret, & prædicaret,
quia tunc ipſa prædicatio in vinculis pro Chriſto
ejus fidelibus efficacior, & fructifera futura erat.
Venit Paulus Romam vinctus catenis, ut ipſe teſta-
tur

Act.28. tur Actor.28. n.17. *Vinctus ab Ieroſolymis traditus*
ſum in manus Romanorum, & quid io vinculis age-
D.Chryſoſt. bat Paulus? D.Chryſoſt. homil.8. ad Epheſios in
Expoſit. morali ſic ait: *Vinctus Romæ, & ut legatus*
eras concionando innumeros attrahebas, hoc ipſo,
quod pro omnibus catenam prætendebas. Et ſi Pau-
lus efficacia, ac vehementia ſuæ doctrinæ multas
gentes adduceret ad fidem, tamen catenis alligatus
innumeras lucrabatur, tum quis non traheretur vi-
dens talem virum alligatum ob ejus ſalutem, tum
quia prædicabat patienter talia ſuſtinere.

44. Eph.6. Ait ipſe Apoſtolus ad Epheſ.6. n.19. *Ut detur*
mihi in apertione oris mei cum fiducia notum facere
myſterium Evangelij, pro qua legatione fungor in ca-
tena. Expende verba *legatione fungere in catena.*
Nuntij miſſi à Regibus tunc præcipui ſui muneris
vices agunt, legati munus præſtant: Omnes Apo-
Paulus in catena ſuam legationẽ maximè adimplebat. ſtoli functi ſunt legatione Chriſti ad prædican-
dum, ac docendum; at Paulus inſigniter de ſe fa-
tetur, quod ſua legatione fungeretur, non quando
à gentibus magno venerabatur cultu, non quando
ob ſapientiam appellabatur Mercurius, vel quando
omnes flentes eum deducebant ad naves, ſed quan-
do in vinculis fuerat alligatus: *Legatione fungor* in
catena; tunc enim magis prædicabat, tunc magis
ſuum munus adimplebat, & ideo de ipſa catena,
Theod. tamquam de re ſua valde gloriabatur. Theodoretus
ibi ſic inquit: Oſtendit autem rurſus catenam, do-
cens non eſſe erubeſcendum in perpeſſionibus, quæ
ſuſcipiuntur pro Domino, ſed exultandum, &
gloriandum.

QUÆSTIO VIII.

Quare Deus tam ſublimè, ac magnificè Petri catenas honoravit?

45. *Aliorum Sanctorũ multa inſtrumenta non ſic venerantur.* MAximè Deus has D.Petri catenas voluit ho-
norare, nam aliorum Sanctorum extant vin-
cula, ſicut & D.Pauli Romæ, & tamen non ſunt
tanto in honore, ac celebritate, imo Sanctus Petrus,
& S.Paulus fuerunt flagellati, columnis alligati,
quæ in noſtro Conventu Tranſpontiæ aſſervantur,
& Petrus crucifixus eſt, & tamen nec Crux Petri,
nec columnæ in tanta ſunt veneratione.

46. *Quot mirabilia in catenis.* Maximè Deus voluit, ut Petri catenæ eſſent apud
omnes in eximio cultu; primo Petrum per Ange-
lum miraculosè ab eis liberavit; Secundo catena
Herodiana cum Neronina miraculosè ſunt inter ſe
D.Chryſoſt. copulatæ tanquam ſi ab eodem artifice fuiſſent fa-
S.Proculus. Surius. bricatæ, D.Chryſoſt. ſeu potius S.Proculus apud Su-
rium 1. die Auguſti refert per has ſacras Catenas
multa fieri miracula, per eas quamplurimi ab infir-
mitatibus, dæmonibus, multiſque periculis libe-
rantur: Quarto milites, qui cuſtodiebant Petrum,
ejus doctrina, ac verbis converſi ſunt ad fidem; ſic
inquit Proculus: *Has catenas in carcere derelictas*
ipſi Herodis miniſtri, quibus divina cognitionis lu-
men affulſerat, clam ſuſtulerunt, & apud ſe ipſos ve-
lut theſaurum conſervarunt. Quinto Romæ magni-
ficum Templum eis eſt conſtructum, & conſe-
cratum.

47. *Manus Petri catenis gravata honorãtur.* Quæſtio inquirit: Cur Deus tantum decreverit
has catenas honorari? Primo Petri manus gravan-
tur, ac vexantur catenis, quibus manibus Chriſtus
dedit claves regni cœlorum, & moleſtiæ, ac ponde-
ra, quibus ſacræ illæ manus erant opprimendæ, me-
ritum negotiarunt, ut ad tam ſublimem ſolvendi,
atque ligandi poteſtatem elevarentur. Cum Pha-
rao vellet exaltare Joſeph ad totius Regni Ægypti
gubernaculum primum, & ante omnia *Tulitque an-*
nulum de manu ſua, & dedit eum in manu ejus, ſci-
licet Joſeph, Geneſ.41.n.42. Tam velox eſt Rex ad Gen. 41.
manus ejus honorandas annulo dato, quod erat *ſi-*
gnum poteſtatis Regiæ, ut ait Lyra. De Ioſeph. ſcribit
David, Pſalm.80. n.6. *Manus ejus in cophino ſer-* Pſal 80. Lyra.
vierant, nempe miniſtrarunt in vili ſervorum inſtru-
mento, & quia ad tam abjectam humilitatem ejus
manus deſcenderunt, ideo ad tam ſublimem rerum
apicem ſublevatæ ſunt.

Secundo vincula ſunt ſigna amoris, ac eximiæ 48.
charitatis coll.3.n.14. ideo in tantum condecoran-
tur Petri vincula; quia non ſolum Deus decrevit
nobilitare ejus eximium amorem præ cæteris, Ioan. *Signa amoris Petri honorãtur.*
21.n.16. ſed etiam ſigna ipſius amoris, ut erant ca-
tenæ pro Chriſto perpeſſæ. Offerunt munera ſua
Abel, & Caïn: *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad*
munera ejus, Geneſ.4.n.4. Reſpexit autem, ut eſt Gen.4.
communis Doctorum vox, emiſſo igne de Cœlo,
non ſat erat quod attenderet Dominus ad Abel, ad
ejus puritatem, juſtitiam, ac innocentiam, ſed etiam
ad ejus munera? Sic Abel erat Deo gratus, ac per-
jucundus, ut non ſolum ejus ſanctitas, ac charitas
eſſet accepta Deo, ſed etiam illius ſigna, ac monu-
menta, ut erant munera oblata, quæ Deus miro
modo condecoravit igne cœleſti veniente de cœlo.
Lyran. *Non erant, accepta*, ſcilicet munera, *ex ſe* Lyran.
ipſis, ſed ex bonitate offerentium, ideo ſequitur reſpe-
xit ad Abel, & ad munera ejus, id eſt ad bonitatem
ejus, & per conſequens ad ejus munera, quod etiam
confirmari poteſt ex illo quod dicitur cap.8. n.21.
de ſacrificio Noë, *odoratuſque eſt Dominus odorem*
ſuavitatis, &c.

Tertio ſtabat Petrus inter quaternos milites, qui 49.
per ſuas ſtationes perpetuò erant vigilantes, ut unis *Suſtinere opprobria patienter miraculum eſt.*
deficientibus, alij ſuccederent, ut jam dixi ſupra
q.7. & tales milites, ut notat D.Chryſoſt. jam da-
tus, nullam requiem habebant, nec die, nec nocte;
ſed ſemper innumerabilia opprobria; contumelias,
irriſiones, & ludibria jactabant in Sanctum Apo-
ſtolum, & ille ad hæc omnia placido animo, ac hi-
lari facie abſque ulla iræ commotione immobilis
ſtabat. Adſtans Jeſus coram maledicto Pontifice
Annate: Unus miniſtrorum dat alapam meo Jeſu
dicens: *Sic reſpondes Pontifici*, reſpondit ei Jeſus:
Si malè locutus ſum teſtimonium perhibe de malo,
Joan.18.n.22. Tanta Chriſti patientia cum tanta Joan.18.
manſuetudine abſque ulla iræ umbra magnum mi-
raculum reputat D.Ephrem ſerm. de Paſſione Do- D.Ephr.
mini, & ait: *Grande miraculum fratres, ſtuporis*
pleniſſimum eſt, cernere Chriſti Regis, ac Domini
noſtri manſuetudinem palma caſus à ſervo, rationabi-
liter, ac prudenter reſpondet cum omni manſuetudi-
ne, ac reverentia, ſervus furit, Dominus patitur,
iraſcitur ſervus, Dominus in ſua benignitate per-
ſiſtit.

Tot, & tantæ contumeliæ in Petrum cum ejus 50.
miraculoſa potentia erant veluti inæſtimabiles
gemmæ, quibus ejus catenæ exornabantur: Diabo-
lo ſuggerente accuſatur Suſanna: *Credidit eis mul-*
titudo quaſi ſenibus, & judicibus, & condemnarunt
eam ad mortem, Daniel.13.n.41. Falſi teſtes freme- Dan. 13.
bant in eam, turba populi multas in eam contume-
lias jactabat, ipſa vero tota in Deo confiſa, ut ait
D.Auguſt.tom. 11.ſerm.14. de verbis Apoſtoli c.14. D.Aug. Vitalius.
patienter ſuſtinebat, & ſua tolerantia ex tot male- *Ex contumelijs Petrus gemmis catenas exornabat.*
dictis multo plures pretioſos lapides fabricabat ad
ſuam coronam componendam; ſic ait Vitalius in
notis: *Ex tot adverſis magnifico diademate corona-*
batur; ſic & Petrus tot, & tantis injurijs tamquam
lapidibus pretioſis, ſe, ſuaſque catenas condecora-
bat,

bat, de his catenis loquens D.Cyprianus epiſt.23. ait: *Ornamenta ſunt iſta vincula, nec Chriſtiani pedes ad infamiam copulant, ſed clarificant ad coronam.*

QUÆSTIO IX.

Quare D.Petrus inter milites, ac catenas tam placidè dormiebat?

D.Petrus conformis erat Dei voluntate.

D.Chryſoſt.

51. MAximè admiratione dignum, quod cum Petrus in carcere, & in vinculis inter vigilantes milites tam placidè, ac quietè dormitet, cùm ſequenti die eum Herudes eſſet prodituras ad mortem, jactaverat enim totum ſuum cogitatum in Deum, Divinæque providentiæ, ac diſpoſitioni ſe commiſerat, paratus ſive ad mortem, ad vitamve, prout Deo magis placeret, in omnibuſque maximè illi conformis erat, ait D.Chryſoſtom. homil.8. in epiſtol. ad Epheſ. *Dormit corpore Petrus, corde ad Deum vigilat; Deus vero cuſtos ipſius, nec dormitat, nec dormit.*

Exod.2.

52. Secundo Petrus vir magnus, ac præclarus, inde animi ejus ingenuitas, ac celſitudo nullo premitur labore, nulloque periculo, ac adverſitate frangitur, ac deficit, ſed inde magis elucet. Moyſes in aula Pharaonis ejus filiæ filius, quid inde? Exod.cap.2. n.15. *Poſtquam creverat Moyſes egreſſus eſt ad fratres ſuos,* nempe filios Iſrael, qui ut viliſſimi captivi, ac omnibus odioſi ſub duriſſimi Pharaonis jugo premebantur? Moyſes in aula Regis educatus ut Regis nepos, ac regni hæres ab omnibus ut ejus filiæ filius venerabatur. Si Deus illum, ut ſui Populi Principem, ac Ducem conſtituere decreverat, nonne melius erat, ut in aula Regis verſaretur, ut inde generoſos biberet Spiritus, quam degere inter miſeros captivos, ac inter vilia mancipia talis computari, ex talium enim conſortiò quidquid Regium hauſerat, deponeret, & vile, & quid abjectum indueret? Abſit hoc, præclara animi Moſis indoles, nullis alternis fortunæ caſibus mutatur, ac minuitur, ſed in utraque fortuna eadem animi conſtantia immobilis perſeverat. D.Baſilius Seleuc. orat.9. ait: *Cum ſuccreviſſet Moyſes ad ſuos transfugit, & Regiæ dignitatis ſpem excutiens Abrahami cognationem affectavit; Neque vero ex vivendi inſtitutione animi vitium traxit ullum, aut mores alios.* Expende ultima illa verba: *Ex vivendi inſtitutione animi vitium traxit ullum* ſicut in aula Pharaonis Regios, ac generoſos mores dum fugit, & inter captivos computatur, illam præclaram cordis nobilitatem non amiſit, ſed in ipſa ſervitute regales tenet ſpiritus, illæſoſque conſervat.

Vir ingenuus in omni adverſitate retinet ſui animi robur.

D.Baſil. Seleuc.

Euſtach.

53. Tertio dormit Petrus profundo, & alto ſomno, ut ex Græco colligit Euſtachius, & ideo Angelus *percuſſo latere* eum excitavit: At Nabuchodonoſor cunctis imperans dormiens in Palatio ſuo, in molli, aureoque lectulo exclamat: *Cogitationes meæ in ſtrato meo, & viſiones capitis mei conturbant me,* Daniel.4.n.2. Pagninus legit: *Terrebant me,* quod optimè explicat D.Thomas: *Prioris quietis ſomnum amoverunt à me,* maximè notabile; Petrus in carcere inter vincula, milites, & cuſtodes, ſequenti die, *diluculo*, ut habet Syriacus, tradendus ab Herode ad mortem, quieto, & alto ſomno dormit, & Rex ſuo in magnifico lectulo delicijs pleno perturbatur varijs, & multis cogitationibus æſtuans totus in ſomnis affligitur; unde tanta differentia. Cogitationes capitis ſatis aptè ſtimuli conſcientiæ interpretantur, & cum Regis conſcientia multa perverſitate abundaret, inde exundans eum vehementer torquebat, ac affligebat, & ſomnum capere non permittebat. D.Chryſoſt. citat. homil.8. ad Epheſ. ait: *Petrus hac catena gaudebat, nec alterabatur, & profundus eum tenebat ſomnus: non dormiſſet ſi in magna fuiſſet ſollicitudine.*

Dan 4.
Pagnin.
D Tho.

Bona conſcientia ſecura, mala inquieta.

D.Chryſoſt.

54. Se recipit meus Jeſus cum inermibus diſcipulis in hortum, ut oraret ad Patrem, & adventum proditoris Judæ expectaret, *Tunc Iudas autem cum cepiſſet cohortem, & à Pontificibus, & à Phariſæis miniſtros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis,* Ioan.18.n.3. Bene ſciebat Judas manſuetum Agnum Jeſum inermem eſſe cum diſcipulis ſuis, & illum locum fuiſſe ingreſſum, ut oraret, ad quid Iudas tantam armatam militum manum congregat, cobortem, miniſtros cum laternis, facibus, & armis ad pugnandum, ac omnia ſcrutandum? Mala, & perverſa conſcientia multo timore exagitatur, ut contra unum manſuetum Agnum omnem armorum ſtrepitum ſibi in auxilium neceſſarium judicet: E contra vero benigniſſimus Ieſus nil timens ſua alta, & ſublimis generoſitate eis obviam prodit interrogans: *quem quæritis?* qui valde tremebundi retrorſum ceciderunt in terram. Noſter D.Cyrillus Alexandr. lib.11. in Ioan. cap.32. ait: *Magna res eſt conſcientiæ ſtimulus, qui quando perperam aliquid agimus etiam nullo præſente ingenti nos metu exagitat. Tale quid paſſus proditor, & cohortem armis munitam, & Iudæorum miniſtros ſecum adduxit.* Expende verba: Magna res eſt conſcientiæ ſtimulus.

Ioan. 18.

Conſcientia mala timore premitur, bona quiete gaudet.

D.Cyril.

55. De iniquo, ac impio loquens, Iob.15.n.25. ait: *Sonitus terroris ſemper in auribus ejus, & cum pax ſit, ſemper ipſe inſidias ſuſpicatur.* Ecce iniquus, & malus ſemper eſt in perpetuo timore, ſemper auribus premitur timore accuſantium, ac adverſariorum, & cum cuncta ſint in pace, nihilque mali videat, ſub timore cruciatur, multiſque conſcientiæ morſibus premitur, ac agitatur. Cardinalis Hugo: *Habent mali continuum conſcientiæ remorſum.*

Mala conſcientia in pace formidoloſa.

Hugo.

*Act.*12. *n.*7. Et ecce Angelus Domini aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo, percuſſoque latere Petri excitavit eum, dicens: Surge velociter, & ceciderunt catenæ de manibus ejus.

*Num.*8. Dixit autem Angelus ad eum: Præcinge te, & calcea te caligas tuas, & fecit ſic, & dixit illi: Circunda tibi veſtimentum, & ſequere me.

*Num.*9. Et exinde ſequebatur eum, & neſciebat, quia verum eſt, quod fiebat per Angelum; exiſtimabat autem ſe viſum videre.

*Num.*10. Tranſeuntes autem primam, & ſecundam cuſtodiam venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad Civitatem, quæ ultro aperta eſt eis; & exeuntes proceſſerunt vicum unum, & continuo diſceſſit Angelus ab eo.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE III.

Syriac.

Verſ.7. 56. *ET ecce Angelus Domini aſtitit.* Syriac. *Aſtitit es* ad liberandum Petrum apparens in corpore aſſumpto, & quis eſſet dicam quæſt. ſequenti.

ſequenti. *Et lumen refulſit in habitaculo.* Quod lumen emanabat à corpore Angeli, & illud ſolum vidit Petrus excitatus ab Angelo, ait Lyra ad ſui conſolationem, vel etiam dicam ad confortandum Petrum; Cuſtodes non viderunt, qui erant multo ſomno depreſſi, quod Angelus in eos emiſerat. Ita Chryſoſt. Gloſſa. (Lyran. D.Chryſoſt. Gloſſa.)

57. (Syriac. Æthiop.) *Percuſſoque latere Petri.* Syriacus: *Pupugit latus ejus.* Æthiopic. *Pulſavit latus.* Nam Petrus profundo dormiebat ſomno, ut excitaretur *ceciderunt catenæ de manibus ejus.* Vel virtute divina, vel Angelica; quia ut ait Lyra (Lyran.) natura corporalis quoad motum localem obedit Angelicæ, & hoc factum eſt, vel frangendo vincula, vel partes eorum ſolvendo. *De manibus ejus*, ex quo patet, quod Petrus ſolis manibus erat alligatus.

58. (Syriac. Arabic. D.Chryſoſt.) Verſ.8. *Præcinge, & calcea te caligas tuas, & fecit ſic.* Syriac. *Accinge lumbos tuos, & calcea ſandalia.* Alter Syrus: *Calcea talaria tua.* Arabic. *Indue ſolijs tuis.* D.Chryſoſt. *Subliga.* Caliga erat genus calceamenti, de quo quæſt.13. & mandat calceare, ut facilius iter arriperet. *Et circunda tibi veſtimentum tuum.* (Syriac.) Syriac. *Abſolve pallio tuo.* Arabic. *Indue veſtimentum tuum.* Judæi habebant in uſu veſtes oblongas, quas ituri, vel operaturi cingebant.

59. (Syrus. Arabic. D.Chryſoſt. Æthiop.) Verſ.9. *Et exiens ſequebatur eum.* Syriacus: *Ambulabat poſt eum* ſequens Angelum; *Et neſciebat quia verum eſt, quod fiebat per Angelum.* Arabicus: *Ignorabat rem, quæ per Angelum fiebat eſſe veram.* D.Chryſoſtom. *Videbatur ſibi viſionem videre.* Æthiopic. *Videbatur ei ſomnium.* Tanta diligentia, ac cuſtodia erat Petrus detentus in carcere, ut egreſſionem ab illo, imaginationem, vel viſionem ſeu ſomnium reputaret.

60. Verſ.10. *Tranſeuntes primam, & ſecundam cuſtodiam* militum, qui valde erant ſomno oppreſſi, vel vigilantes cæcitate percuſſi, ut dicitur de militibus, qui venerant comprehendere Eliſæum, 4.Reg.6. num.14. (4.Reg.6.) *Venerunt ad portam ferream, quæ ultro aperta eſt eis.* Ex quo Rupertus (Rupert. Maldon.) lib.14. & Maldonatus in cap 10. Ioan.verſ.19. exiſtimant per alias portas penetrativè tranſiſſe, cum de ſola ferrea dicatur aperta, quæ ſententia eſt probabilis.

61. (*Porta aperta per Angelum.*) Probabilior eſt oppoſita; quia non eſt neceſſarium tantum miraculum, & quia penetratio propria eſt corporis glorioſi; dicitur autem *porta ferrea ultro aperta* inſigniter, quia ut ferrea erat valde fortis, ac vehementer clauſa. *Quæ ducit ad civitatem.* Ex quo patet, quod carcer erat extra Civitatem. *Proceſſerunt vicum unum*, ſeu more Hebraico unam plateam, & cum jam Petrus eſſet in loco ſecutus *Continuo Angelus diſceſſit ab eo*, in illo nempe corpore aſſumpto, & ſicut Deus adeſt in neceſſarijs, ſic à ſuperfluis recedit.

QUÆSTIO X.

Quare Petrus, qui multa mirabilia operabatur non ſeipſum liberat à carcere, ſed ad hoc venit Angelus, & quiſnam eſſet.

62. (*Quiſnā Angelus.* Pantileon. Gerſon.) AB hoc ſecundo incipit Pantileon Cariophylax in encomio S. Michaëlis apud Surium 29.Septembris, exiſtimat fuiſſe Sanctum Michaëlem, quia cum ſit Eccleſiæ Patronus, venit Petrum ipſum Eccleſiæ caput, ac Principem defendere, ac liberare. Gerſon ſuper *Magnificat* 3.p. tract.8. ab effectu ipſum dicit *Uriel*, id eſt *fulgor Dei*, inſuperque aſſerit ipſum eſſe Angelum Cuſtodem Petri, & eidem pro ſuo munere commiſſum fuiſſe Petrum liberare.

Quæſtio principaliter inquirit: Cur Petrus, qui multa magna, ac mirabilia operabatur, & qui multos à vinculis mortis, Diaboli, ac infirmitatum liberavit, non ſe ipſum à carcere eximit, ſed eſt neceſſe, ut Angelus de Cœlo veniat, ut eum de carcere, ac vinculis foras educat? 63. (*Difficultas quæſtionis.*)

Reſpondeo primo: Petrus totus ſe exiſtimat ſub Divina Providentia, & ideo nihil de ſe curabat, nec cogitabat, ſed valde Divinæ voluntati conformis totus ſe illi committebat paratus ad vitam, vel mortem, prout Deo magis placeret, & ideo cum in Concilio Iudæorum à Principibus Sacerdotum, ac Magiſtratibus multis fulminatis minis Apoſtoli forent prohibiti, ne loquerentur in nomine Jeſu, Actor.5.n.40. Petrus generosè reſpondit: *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Ibidem n.29. contemnens, & nihili faciens eorum furorem, ac comminatam iram, ut ibi dixi ex D.Chryſoſtom. Oecumen. & alijs. 64. (*Petrus totus poſitus in Divina voluntate.* Actor.5.)

Secundo D.Chryſoſtom. homil.26. in Acta ait: *Quare non illos per ſe ipſos ſic liberat, quare etiam hac re honorat illos Deus per Angelos eripiens*, non permittit, ut Petrus per ſe ipſum exeat à carcere, ſed per Angelum; quia ſuprema dignitas Petri, ac excellentiſſima ejus virtus, tale ſibi obſequium requirebat ab Angelis. 65. (D.Chryſoſt. *Angeli gaudent in obſequio Petri.*)

Cum circa meridianam horam, ac prandij tempus, Petrus eſuriret, & cùm voluiſſet guſtare, *& vidit Cœlum apertum, & deſcendens vas quoddam, velut linteum magnum quatuor initijs ſubmitti de Cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, ſerpentia terræ, volatilia, &c.* Actor.10. n.11. & 12. In quo de converſione gentium parabatur Petro prandium ſpirituale, ſicut & Chriſto Domino in converſione Samaritanæ, Joan 4. num.3. Illud linteum, in quo offerebatur cibus ille ſpiritualis Petro, dicitur de illo: *Quatuor initijs ſubmitti de Cœlo*, ſeu, ut legit Arabicus: *Quatuor extremitatibus ſubligatum*, quæ à quatuor Angelis, de quibus agitur in Apocalypſi 7. num.1. ut dixi citato cap.10. quæſt.12. maximè nota, Magno Parenti Eliæ unus corvus miniſtrabat, 3.Reg.17.n.6. & inde una mulier Sarepthana ibidem n.8. Danieli, in lacu unus Propheta. Daniel.14.n.35. Soli Jeſu, ut ſupremo Domino eſurienti *Acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei.* Matth.4.n.11. Angeli tamquam famuli ſuo altiſſimo Domino inſerviunt, ac miniſtrant, & poſt ipſum ejus Vicario, ac Vices tenenti, Petro ſcilicet, cibum deferunt per quatuor ſummitatibus. 66. (Act.10. Ioan.4. Arabic. Apoc.7. *Angeli inſerviunt Chriſto, & ejus Vicario.*)

Tertio tanta eminens Petrus poteſtate non ſe abſolvit à vinculis, in quibus pro Chriſto maximè delectabatur, & ideo ad eum è carcere educendum venit Angelus de Cœlo, & tamquam nomine Petri audiendus eſt Chryſoſt. homil.8. ad Epheſ. ubi ſic ait: *Erat Petrus inter milites, & venit ad eum Angelus, & percuſſo ejus latere eum excitavit; ſi quis ergo mihi diceret: Quid malles, an eſſe Angelus, qui Petrum eripuit, an Petrus qui ſalvus evaſit, mallem eſſe Petrus, propter quem venit Angelus, illa mihi prodeſſent vincula.* Loquitur Chryſoſtom. nomine ſuo, ac etiam Petri, ac ſi dicat, ſi mihi daretur optio, an vellem eſſe Petrum in vinculis, an Angelum de Cœlo, qui venit ad excitandum, potius elegiſſem eſſe Petrum in vinculis: O mirum vinculorum arcanum! tanta eſt vinctorum, & afflictorum gloria, ut in ipſis catenis, in ipſo carceris ſqualore jam jam ſuper Angelos ſe extollant, 67. (D.Chryſoſt. *Vult potius eſſe Petrus in carcere quam Angelus in luce.*)

tollant, & de Chriſti gloria ibi guſtum haurire videantur.

68. Ait Paulus ad Philippenſ.3. n.20. *Noſtra converſatio in cœlis eſt.* Et iterum ad Epheſ.2. num.6. *Qui conreſuſcitavit, & conſedere nos fecit in cœleſtibus.* Paulus cum hæc dicebat adhuc in terris erat, adhuc cum hominibus converſabatur, & inter illos degebat, quando ait, quod converſatio ejus ſit in Cœlis, & jam in cœlitibus reſuſcitatus erat Paulus in carcere, & ejus ſqualores, ac opprobria pro Domino tamquam quamdam cœleſtem converſationem appendebat, ipſaque vincula, ac compedes veluti cœleſtes ſedes reputabat. D.Gregor.libro 31. Moral.cap 31. ait: *Tunc Paulus fortaſſe in carcere tenebatur, cum ſe conſedere Chriſto in cœleſtibus teſtabatur, ſed ibi erat, ubi ardentem jam mentem fixerat, non illic, ubi illum neceſſario pigra adhuc caro retinebat.*

Ad Philippenſ 3. Paulus in vinculis ſe conſiderat in cœleſtibus habitaculis. D. Greg.

69. Scribens Paulus ad Epheſ.4. n.1. ait: *Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino*, ad perſuadendum ſuos diſcipulos ad ejus dicta auſcultanda, atque ei obediendum ſe dicit vinctum catena tamquam in ſublimi, & alta dignitate, ut ex ipſis catenis ſibi fœnerari exiſtimet, ſic enim illis deliciabatur. D. Chryſoſtom. homil.8. ad Epheſ. ait: *Nihil eſt, æquè præclarum, atque vincula propter Chriſtum, atque catena illis Sanctis manibus impoſita, vinctum eſſe propter Chriſtum eſt præclarius, quam eſſe Apoſtolum, quam eſſe Evangeliſtam::: Maluerit Paulus eſſe vinctus propter Chriſtum, quam habitare Cœlos, non tam Beatum exiſtimo Paulum, quod raptus ſit in Paradyſum, quàm quod conjectus ſit in carcerem.*

Epheſ. 4. D.Chryſoſt. *Beatior Paulus in carcere, quam raptus in cœlum.*

QUÆSTIO XI.

Quare à reſplendente Angelo excitatur Petrus percuſſo latere, & non potius apprehenſa manu, vel pede?

70. ADeſt Angelus, & percuſſo Petri latere eum excitavit, & ut notat Chryſoſtomus, ipſe profunde, & altè dormiebat, ſed cur ad eum expergiſcendum Angelus non manum, pedemve potius apprehendit, ut videbatur facilius, ſed tantum latus ejus percutit, ac pungit?

D.Chryſoſt. *Difficultas quæſtionis.*

71. Beda reſpondet notans: *Percuſſio lateris commemoratio paſſionis Chriſti eſt, de cujus vulnere ſalus noſtra profluit.* Pro commemoratione paſſionis Chriſti Angelus pungit latus Petri, à latere Chriſti exierunt ſeptem Sacramenta, quibus Eccleſia Dei fœcundatur, ac irrigatur; à latere Petri exivit divina illa, & alta fidei confeſſio in qua Eccleſia Dei fundatur, ac ſtabilitur.

Beda. *A latere Petri fundamentum Eccleſiæ.*

72. Sæpè in veteri teſtamento apparuerunt Angeli Abraham, Geneſ.18. Agar, Geneſ.16.n.7. Jacob, Geneſ.28.n.12. Gedeoni, Iudic.6.n.15. Samueli, 1. Reg.3.n.4.& cap.15.n.15.n.10.& alijs,& nunquam Angeli apparuerunt eis in claritate, & luce, & etiam in novo Teſtamento, ut quando Angelus Zachariæ, Luc.1.n.11. vel quando apparuit Joſeph in ſomnis, Matth.1.n.20 vel Magis, Matth.2.n.12. ſed in nocte nativitatis Chriſti apparent cum multa gloria, & ſplendore: *Et ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos.* Luc.2. n.9 & in Reſurrectione Angelus ad Sepulchrum Chriſti: Erat autem aſpectus ejus ſicut fulgur, Matth.28 n.3.& hic Angelus ad Petrum: *Et lumen refulſit in habitaculo*; Angeli tunc ſe exhibent in luce, & claritate quando veniunt in obſequium Chriſti, & Petri: In Nativitate Chriſti cum ipſo lux magna orta eſt in mundo Beda; ſic & in Petro ex ejus Confeſſione mundus illuminatus eſt: In Reſurrectione oſtendat ſe Angelus in multo fulgore, quia ipſa devicta morte cœlos aperuit, ſic & in Petro Angelus in luce, quia ipſi datæ ſunt claves ad aperiendum Cœlos, ad implendas Angelorum ruinas.

Gen.18. Gen.16. Gen.28. Iudic 6. 1.Reg 3. Luc.1. Matth.1. Matth.2 Matth 28 *Angeli in obſequiis Chriſti, & Petri veniunt in ſplendore.*

73. Petrus non ſolum dedit lucem hominibus, ac Orbi ſublunari, ſed etiam ipſis Angelis cœleſtibus. Ait Paulus ad Epheſ.3. n.9. *Diſpenſatio Sacramenti abſconditi à ſæculis in Deo, qui omnia creavit, ut innoteſcat Principatibus, & poteſtatibus per Eccleſiam multiformis Dei ſapientia.* Per poteſtates, ac Principatus intelligit Apoſtolus omnes Angelos, ut tenent D.Chryſoſtom. D.Ambroſ. D Anſelm. & ipſum altiſſimum Incarnationis arcanum in Deo per Eccleſiam manifeſtatum eſt Angelis: *Ut innoteſcat Principatibus, ac poteſtatibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei.* Et in Eccleſia quis eſt iſte primus Doctor, ac Angelorum Magiſter, qui tam ſublimè Incarnationis Myſterium docuit, & aperuit? Petrus extitit, ut notat D.Paſchaſ. lib.8. in Matthæum, qui omnium primus illud publicavit: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Et quod Angeli non agnovere, Petrus agnoſcit in terris, & illuminat homines, & Angelos, inde merito Angeli ad ejus obſequium cum luce fulgurante veniunt, qui ſolum tanta cum luce in famulatum Chriſti venerunt.

Ad Epheſ. 3. D Chryſoſt. D Ambr. D.Anſel. *Petrus Doctor Angelorum.* D Paſch.

74. Semper Petrus in ſuis magnalibus valde ſingularis eſt. Cum Petrus, & Joannes ingrederentur in Templum, claudus, qui ſedebat ad portam Templi ſpecioſam, cum vidiſſet Petrum, & Joannem introeuntes petebat ab eis eleemoſynam accipere, tunc ait illi Petrus: *Reſpice in nos:* Illi magnam expectanti ab illis eleemoſynam, ut ait Chryſoſt. reſpondit Petrus: *Argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo hoc tibi do, in nomine Ieſu Chriſti Nazaræi ſurge, & ambula.* Actor.3.n.6. Conſequentius ad ſuperius dicta: *Reſpice in nos*, videbatur dicendum, *quod autem habemus, hoc tibi damus,* ſed tantum de ſe Petrus loquitur: *Quod autem habeo hoc tibi do.* Quia cum Petrus ſupremum Eccleſiæ caput oſtentat ſuam auctoritatem, poteſtatem, ac doctrinam, omnis aliorum quodammodo diſparet, & non valet inire ſocietatem, & ſic vidimus ſupra cap.2. 3. 4. & 5. dum Petrus cum cæteris Apoſtolis loquens populo, vel Magiſtratibus, ac Pontificibus, ſolus loquitur, nulluſque aliorum Apoſtolorum nè unum quidem verbum dicit. De hoc magno Apoſtolo multa dixi tom.2. in Apocalypſ. cap.21.q.24.

D.Chryſoſt. Actor. 3. *Petrus valde magnus, & ſingularis in ſuis donis.*

QUÆSTIO XII.

Quare cum Angelus dixiſſet Petro, ſurge velociter ſtatim catenæ de manibus ejus ceciderunt?

AIt Angelus Petro: *Surge velociter.* Optimè notarunt D.Chryſoſt.& Oecum. *Velociter non trepidantis eſt, ſed ſuadentis ne cunctetur.* Dicam etiam, non ſunt verba præcipientis, ſed ſuadentis, Petro ob ſuam magnam Auctoritatem non audet Angelus præcipere, ſed tantum ſuadet, ne moras audeat interponere, ſic etiam ei dicitur Actor.12. n.18. *Feſtina, & exi velociter de Ieruſalem.* 75.

Miniſtri Dei veloces. Act.12.

Suos Miniſtros non vult Deus torpentes, & negligentes, ſed veloces, ac diligentes: *Qui facit Angelos* 76.

gelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. Hebræor. 1. n. 7. & de prædicatoribus Evangelicis ait: Iſaias 18. num. 2. *Ite Angeli veloces ad gentem convulſam, & dilaceratam.* Unde Eccleſiaſt. 31. n. 27. dicitur: *In omnibus operibus tuis eſto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi.* Et Proverb. 22. n. 29. dicitur: *Vidiſti virum velocem in opere ſuo coram Regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles.*

Hebr. 1. Iſai. 18. Eccl. 31. Prov. 22.

77\. Quæſtio tamen principaliter inquiritur, quod Angelus valde celeriter cum Petro modo ſe habet quoaduſque catenæ ceciderunt, quod potuit fieri ab Angelo, vel eas frangendo, vel aperiendo, vel ſolvendo, poſtquam vero catenæ ceciderunt, valde lentè, & moroſè ſe habet Angelus cum Petro, ait enim ei: *Circunda tibi veſtimentum tuum, & calcea Caligas tuas*, modo lente tantis interpoſitis, qui in exordio cum tanta velocitate dixerat: *Surge velociter.* Valde durum erat Angelo, & non poterat ſuſtinere, quod Petri manus ampliſſima poteſtate plenæ eſſent alligatæ, ideoque valde feſtinanter ſe ſe exhibet ad eas abſolvendas, & ab omni vinculo eximendas, ad cætera vero dilatatur: *Circunda tibi veſtimentum.*

Indignũ eſt, ut Petri manus eſſent alligata.

78\. Ait Ierem. cap. 27. n. 2. *Hæc dicit Dominus ad me: fac tibi vincula, & catenas, & pone eas in collo tuo, & mitte ad Regem Edom, & ad Regem Moab, & ad Regem filiorum Ammon, & ad Regem Tyri, & ad Regem Sydonis, in manu nuntiorum, qui venerunt Ieruſalem.* Mandat Deus Ieremiæ, ut conficiat catenam, & ponat in collo ſuo, ut non ſolum verbis, ſed etiam ſignis, ut inquiunt D. Hieron. Carthuſ. & Hugo, denuntiet populo Iſraëlitico captivitatem ſub Nabuchodoſore, & ſtatim illi præcipit, ut illam eandem catenam tranſmittat ad Reges quinque vicinos eandem ſervitutem Regi Babylonico denotans, ſed cur illam catenam, quam tibi fecit Ieremias ex mandato Dei, & pro brevi tempore tenuit in collo ſuo, mittit ad illos Reges, cur non alia fabricatur? Ieremiæ magna, & ampla poteſtas data eſt à Deo Ierem. 1. n. 10. ait ei Deus: *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Et ut explicant D. Hieronym. Theodoret. Rabanus, Lyran. *Conſtitui te* tamquam Prophetam, Doctorem, & ductorem multa cum poteſtate, ut deſtruas, & ædifices, & qui tanta præeminebat excellentia, ligari catena non licebat, ſed mandat Deus eam à ſe abjicere, & ad alios tranſmittere.

Iere. 27. D. Hier. Carthuſ. Hugo. *Magna poteſtas non eſt alliganda.* D. Hier. Theod. Raban. Lyranus.

79\. Ingreditur Noë in arcã, & cuncta animalia cum eo: *Et incluſit eum Dominus de foris*, Geneſ. 7. n. 16. & ferratus ibi Noë tamquam incluſus in carcere, ut advertit Burgenſis, maximè tamen expendendum eſt, *quod Dominus de foris clauſit eum*, & cur ad hoc non deſtinatur unus Angelus, ſicut ad Abraham: *Ne extendas manum ſuper puerum*, vel ſicut ad Agar, Jacob, Gedeon, Samueli, ut ſupra dixi q. 10. in limine, ſed ipſe Dominus per ſe ipſum de foris clauſit, quod ad ſingularem Dei Providentiam erga Noë communiter referunt Sancti Patres D. Chryſoſt. D. Ambroſ. D. Auguſt. & in hac tanta Dei Providentia illud conſidero, quod Noë erat conſtitutus à Deo Princeps, & caput totius generis humani, eique dictum eſt: *Terror, ac tremor veſter ſit ſuper cuncta, quæ moventur in terris.* Geneſ. 9. n. 2. Et vir tam eminentis dominationis, in magnum documentum noſtrum, non ab aliqua creatura, ſed ſolum ab ipſo Omnipotente Deo eſt recludendum, & incarcerandum.

Gen. 7. D. Chryſoſt. D. Ambr. D. Aug. Gen. 9. *Vir Magnus ſolum à Deo ligatur?*

QUÆSTIO XIII.

Quare Angelus ſuadet D. Petro, ut calceet caligas ſuas.

Ait Angelus Petro: *Circunda tibi veſtimentum tuum*; quia ut inquiunt Beda, & Lyranus, Petrus ob frigus laxaverat veſtes ad cooperiendos pedes, ne fortè etiam milites aſtantes ob ſuam tyrannidem contererent pedes ipſius dormientis. 80.

Beda. Lyran.

Ait illi Angelus: *Calcea te caligas tuas:* Græcus in quo ſcripſit D. Lucas & Syriac. habent *Sandalia*; noſter tamen Interpres poſuit Caligas, quia ut ait Salmeron, à ligando dicta, & quia maximè explicant rem; nam Hebræi, Græci, & Romani non utebantur trimialibus, ut ex antiquiſſimis picturis conſtat, & noſter Interpres non poſuit calceos, qui totum pedem cooperiunt, ſed caligas, quæ à parte pedis inferioris ſoleas habebant, & à parte ſuperiori corrigeis ligabantur, & ſic dixit Abrahamus Regi Sodomæ, Geneſ. 14. n. 23. A filo ſubtegminis uſque ad corrigeam caligæ non accipiam. 81.

Græcus. *Quid caliga.* Gen. 14.

Ex dictis colliges ſolutionem cujuſdam difficultatis hic incidenti; nam Chriſtus D. præcipit ſuis Apoſtolis, Matth. 10. n. 10. *Nolite portare calceamenta*, quomodo ergo Petrus portabat caligas? Reſpondetur cum D. Auguſt. Carthuſiano, Hugone, & alijs, quos citavi tom. 3. in Evangel. cap. 7. q. 6. n. 3. quod calceamenta totum pedem cooperiunt, & hæc prohibet Chriſtus, ſandalia vero, ſeu caligas, quæ ſoleas habent à parte inferiori, & ex ſuperiori corrigeis ligantur, has concedit, & permittit, quibus Petrus utebatur; quia, ut ait Hugo Iudæa erat terra valde ſaxoſa, & calida, & ut ab his pedes defenderentur, talia ſandalia conſueta ſunt. 82.

Matth. 10. D. Aug. Carthuſ. Hugo. *Chriſtus prohibet calceamenta, concedit sãdalia.*

Angelus tam diligenter urget Petrum, ut caligas calceet, inquit Gloſſa, ut facilius, ac expeditius iter arriperet. 2. Quia terra illa valde immunda non erat digna illas tam ſanctas plantas tangere. 3. Caligæ illæ *res erant* Petri, non fuerunt ibi relinquendæ, ac venirent ad uſum militum res Eccleſiaſticæ, etiam una corrigea veteris calceamenti non eſt aſſumenda, & adſcribenda militibus, ut illis quocumque modo inſerviat. 83.

Gloſſa. *Res Eccleſiaſtica non veniant ad milites.*

Cum meus Jeſus eſſet exaltatus in Cruce, de veſte Chriſti: *Dixerunt inter ſe milites ad invicem; non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa, cujus ſit.* Ioan. 19. n. 24. Veſtes crucifixorum erat tamquam ſtipendium militum, ſic ait noſter D. Cyrillus Alexand. lib. 12. in Ioan. cap. 32. *Veſtes damnatorum, quaſi hæreditatis lege ad ſe pertinentes ſibi vendicant.* Et ſimiliter D. Chryſoſtom. homil. 84. in Ioan. ſi ex lege communi, ut talium damnatorum veſtes, tamquam ſtipendium ad milites pertinerent, cur alta Dei Providentia diſponit, ut non tamquam ſtipendium, ſed per ſortem illis, ut jam dictum erat à Propheta Pſalm. 21. & magna cautela obſervatum ſit? Veſtis illa erat res ſacra, & Eccleſiaſtica, utpote Chriſti, ideo ipſe ſua ſuprema, & alta Providentia ordinat, ut non veniat ad milites tamquam ſuorum laborum merces, ac ſtipendium, ſed per ſortem, ac felicem eventum divinæ gratiæ, ut multi exiſtimant de milite, cui tantus theſaurus obvenit, ſic ait D. Ambroſius ad cap. 23. Lucæ: *Dividuntur veſtimenta, & aliud ſorte defertur*, nempe Dei dona. Hæc eſt alta Dei ordinatio, quod ex re Eccleſiaſtica, ne filum quidem unius veſtis ſit militibus. 84.

Ioan. 19. C. Cyrill. Pſal. 21. *Ex re Eccleſiaſtica ne filum ſit militibus.* D. Ambr.

Exactores tributorum dicunt ad Petrum: *Magiſter veſter non ſolvit didrachma*, quod cum cognoviſſet 85.

viſſet Jeſus ait Petro: *Ut autem non ſcandalizemus eos vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore ejus, invenies ſtaterem, illum ſumens, da eis pro me, & te,* Math.17. D.Tho. Matth.17.n.26. D.Thom.1.2.q.188.art.7. in corpore: *Iudas in loculis portabat pecuniam*, cur de illis non ſolvitur tributum, ſed de ſtatere miraculosè invento in ore piſcis? Hoc tributum exigebatur à Ioſeph. *Ex pecunia Eccleſiaſtica nihil militibus.* Romanis, inquit Joſeph.lib.7. de Bello cap.26. pro Capitolio ad ſuſtentandum, illiuſque præſidum, ducum, ac militum; pecunia illa, quam aſportabat Judas, erat Eccleſiaſtica ex Collegio Apoſtolico, noluit ergo Chriſtus, ut aliquid ex illa daretur pro militibus, & pro evitando ſcandalo miraculosè ſolvitur didrachma.

Actor.12.n.11. Et Petrus ad ſe reverſus, dixit: Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.

Num.12. Conſideranſque venit ad domum Mariæ Matris Ioannis, qui cognominatus eſt Marcus, ubi erant multi congregati, & orantes.

Num.13. Pulſante autem eo oſtium januæ proceſſit puella ad audiendum nomine Rhode.

Num.14. Et ut cognovit vocem Petri, præ gaudio non aperuit januam, ſed intro currens, nuntiavit ſtare Petrum ad januam.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV.

86. Atias. Æthiop Tyrin. Verſ.1. ET *Petrus ad ſe reverſus.* Atias: *Factus in ſe ipſo.* Æthiopicus. *Reverſum eſt ei cor ejus.* Quaſi antea prorſus attonitus extra ſe fuiſſet, ait Tyrin. mente à ſe alienata. *Nunc ſcio verè,* ac ſi dicat, hucuſque putavi me in ecſtaſi mentis vidiſſe quæ vidi, vel ſomnium eſſe, at nunc vera, ac reali, experimentalique notitia deprehendo non ecſtaſim fuiſſe.

87. *Quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me.* Hæc verba ſunt gratulantis, & gratias agentis; quia Deus miſit Angelum ſuum, ut eum liberaret, ſicut Gen.48. miſit Iacob, Gen.48.n.16. & Iudith.13.n.20. Daniel. Iudith.13 lib.6.n.22. & tribus pueris in fornace, Dan.3.n.49. Dan 6. *& de omni expectatione plebis Iudæorum.* Syriac. *Et ex eo, quod machinabantur adverſus me Iudæi.* *Per peccata deperduntur dignitates.* Nomine plebis intelligit omnem multitudinem Iudæorum, ac præcipuè Pontificum, Magiſtratuum, ac Phariſæorum, & quamvis nomine plebis turba vulgaris populi intelligatur, merito tamen Magiſtratus, & Principes Sacerdotum ſub eis comprehenduntur, qui ob ſua peccata dignitates ſuas amiſerunt, cum turba vulgari populorum numerantur.

88. Verſ.12. *Conſideranſque Petrus* periculum, in quo verſabatur, undeque evaſerat, & quod iterum facile poterat incidere in manus Herodis, ſubduxit ſe, Lyran. non timore paſſionis ductus, ait Lyra, ſed quia per viſitationem Angeli intellexit prolongationem ſuæ vitæ eſſe ex voluntate Dei.

89. *Venit ad domum matris Ioannis, qui cognominatus eſt Marcus.* Cum Petrus ſe non crederet tutum Arabic. in platea ſic ait Arabic. *Cum rem pro certo ſciviſſet,* Oecum. *domum matris Ioannis.* Aliqui, ut Oecumen. & alij, quos citat Sixtus Senen.5.lib.1.& 2. exiſtimant eſſe eundem Marcum Evangeliſtam, ſed probabilius eſt alium eſſe diſtinctum. Ita D.Baſil lib.5. contra Eunomium cap.ult. D.Hieron. de Scriptoribus Eccleſiaſt. D.Doroth.in Synopſi. D.Iſid.de obitu Sanct. & multi; nam iſte Ioannes Marcus fuit ſocius Pauli, & Barnabæ in ſua peregrinatione, ut patet ex verſ.ult. hujus cap. & cap.15. Marcus Evangeliſta non fuit ſocius Pauli, & Barnabæ, ſed perrexit in Alexandriam. Deinde in Martyrologio Roman. 27. Septembris dicitur: Bili Phœniciæ S Marci Epiſcopi, qui & Ioannes à B.Luca nominatur. D.Baſil. D.Hier. D.Dorot. D.Iſidor. Martyrolog. Roman.

90. Syrus. *Ubi erant multi congregantes.* Syriac. *Propterea illic fratres orantes.* Petrus alta nocte exivit de carcere, & tunc illi primitivi fideles erant orantes, quæ conſuetudo deducta eſt ad ſacras Religiones ad Deum laudandum media nocte.

91. Syriac. D.Chryſoſt. Arabic. Verſ.13. *Pulſante autem eo oſtium januæ.* Syriac. *Pulſavit fores atrij.* D.Chryſoſt. *Pulſavit jam veſtibulus.* Magnorum palatia habent ante ſe atrium, multaque veſtibula, & cum eſſet alta nocte, & oſtium eſſet clauſum, illud pulſavit Petrus: *Proceſſit puella.* Ita habet noſtra vulgata, & Syriacus, & cum non dicatur ancilla, quamvis ita legat Paguin. & exprimatur ejus nomen, videtur, quod fuerit perſona nobilis filia, vel nepos dominæ illius Palatij.

92. Gloſſa. Arabic. Lorin. Cornel. Tyrin. *Malogra de Roſa.* *Proceſſit ad audiendum* pulſantem, vel ex curioſitate, vel mota à Deo, nomine *Rhode*, quam Gloſſa Interlin. interpretatur. *Viſio fortitudinis* ab effectu, quia habuit fortitudinem ad videndum: Tamen Græcus, & Arabic. ac Expoſitores Lorin. Cornel. Tyrin. Menoch. à radice Græca idem, ac Roſa, quæ florum princeps eſt, hortorum ornamentum, veris, ac omnium fructuum prænuntia, optimum ad ſanitatem medicamentum, jucunditas oculorum, elegantia pulchritudinis, odorum ſuavitas, quem hæc puella dedit fragrantiſſimum: De ea ſcribit Helecon Helec. Epiſcopus Cæſarienſ. in additionibus ad Lucium Dext. ubi ſic ait: Rhode, quæ Reſulia dicta eſt in perſecutione Trajani (ut idem refert Maximus) ſuperata paſſa eſt pro fide cum alijs Martyribus.

93. Syrus. Verſ.14. *Ut cognovit vocem Petri,* quem interno amore habebat in corde: *Præ gaudio non aperuit januam.* Syriac. *Reverſa eſt curſu,* ut mœrentes diſcipulos de carcere Petri jucundaret, & quia ipſa tam feliciſſimi nuntij voluit eſſe nuntiatrix.

QUÆSTIO XIV.

Quare D. Petrus dum Angelum exiſtimat eſſe viſionem non agnovit eum, niſi poſtquam diſceſſit?

94. *Ratio literalis.* CUm Angelus multa fulgens luce liberat Petrum de carcere, ignorabat ipſe Petrus rem, quæ fiebat: *Exiſtimabat ſe viſionem videre*, ſeu ut habet Æthiopic. *Somnium videre*, quia ita erat clauſus carcere, ut nulla humana diligentia ab eo poſſet liberari, ut dixi in expoſitione juxta moralem ſenſum.

95. *Alienum à ſæculo, quod innocens abſolvatur, & delinquentes puniantur.* Reſpondeo ad quæſtionem: Erat Petrus innocens, & Sanctus incluſus in carcere, & erant ibi multi iniqui, & malefactores; & videns ſe innocentem à vinculis abſolvi, omneſque portas ſibi patefieri, cum maligni delinquentes catenati remanerent retenti in cuſtodia, bene agnoſcens hujus ſæculi perverſitatem, ſecundum quam innocentes premuntur, & depravati ſublevantur, multiſque gaudent, ſe à carcere exemptum animadvertens viſionem Hugo. velut ſomnium reputavit. Hugo ait: *Patet quod clauſum reliquit Petrus carcerem, quo aperto non*

non eſſet ambiguum eum evaſiſſe, attenta ſæculi malitia ſomnium videbatur, quod Petro innocenti carcer eſſet apertus, & malignis clauſus.

96. Gen. 39. Joſeph innocens mittitur in carcerem, ubi vincti Regis, ac malefactores tenebantur, Geneſ. 39. n. 20. relictis alijs maleſactoribus Joſepb multo cum honore ſublimatus exijt à carcere, quod celebrans Pater ejus Jacob, Geneſ 49. n. 24. (Gen. 49.) *Diſſolnta ſunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Iacob*, ſcilicet Dei Jacob: ſolom Dei manus poterant efficere, ut innocentis vincula rumperentur, & in illis iniqui remanerent aſtricti, & ita Chaldaïcus legit: *A facie Dei fortiſſimi Dei Iacob.* A ſumma Dei ſortitudine venit, qood puer alienigena ab omnibus deſtitutus à vinculis eximeretur, & alij patrocinati in eis compediti aſtringerentur.

A Deo venit quòd innocens abſolvatur, & iniquus puniatur.

Chald.

97. Secundo Petro ob ſuam magnam humilitatem noo venerat in mentem, ſe dignum eſſe, qui à Deo mirabiliter per Angelum à carceris anguſtijs eriperetur; videbat deinde ſe in carcere, ac vinculis multa manu militom teneri, indeque apprimè cognoſcebat Regem Herodem, ac Magnates, totumque Populum contra ſe ab omnibus derelictum inſurgere, unde quod à tantis laqueis eſſet expeditus, viſionem, & ſomnium exiſtimabat.

Humiles, & oppreſſos elevari videtur ſomniū.

98. Poſtquam ex Dei mandato Abrahamus fecit magnum illud ſacrificium ex vacca trienni, ex caprea, ariete, turture, & columba, ſubdit, ut dicitur Geneſ. 15. n. 12. (Gen. 15.) *Cum ſol occumberet ſopor irruit ſuper Abraham, & horror magnus, & tenebroſus invaſit eum.* Septuaginta (Septuag.): *Ecſtaſis cecidit ſupra Abraham.* Chaldæus (Chald.) *ſomnus cecidit.* Eique tunc ibi declaratur, quod nepotes ejus futuri erant peregrini ſub tyrannico, ac duriſſimo Pharaone, ac Miniſtrorum ejus jugo, & quod ipſo Rege invito, ac contradicente cum ſuis Magnatibus exirent multa cum gloria; ſed hæc manifeſtantur Abrahamo per ſomnium, & non potius in vigilia, ſicut & multa alia ei ſunt dicta (Gen. 12.): *Exi de terra, & de cognatione tua, faciam te in gentem magnam, numera ſtellas ſi potes, ſic faciam ſemen tuum* (Gen. 15.), *in te benedicentur omnes gentes*, & multa alia, quæ ei ſunt denuntiata in vigilia, ſolum illa de excuſſo Pharaonis jugo in ſomnis referuntur? Verum ſenſum literalem rectè ſcio, moraliſſimè tamen dico; quod adeo rarum, & inſolitum eſt, quod abjecti, & humiles majoribus contradicentibus ſublevantur, & erigantur, ut per ſomnium, ac viſionem exprimatur, atque innoteſcat. Huc advoco Procopium ibi, qui ait: *Verè cæleſtium dogmatum ſpeculatio, & comprehenſio non nihil obſcuritatis, primo etiam doctis, & magnis parit.* Tales diſpoſitiones Divinæ multum diſficultatis noſtro intellectui ingerunt.

Oppreſſi à Regibus, liberari ſomnium videtur.

99. Tertio Petrus Angelum multa claritate fulgentem non videt, agnoſcit tamen cum diſceſſit, tunc enim ait: *Nunc ſcio verè, quia miſit Deus Angelum ſuum, & liberavit me*, quod potuit provenire tum ex parte Angeli, tum ex parte Petri; ex parte Angeli, quia in tanta claritate ejus occultabatur præſentia, ut inde eſſet ejus reverentia. Dicitur de Deo, Pſalm. 17. n. 28. (Pſal. 17.) *Poſuit tenebras latibulum ſuum*, latet enim ipſe, ne oculis hominum ſe ingerat, quod etiam cecinit Salomon 3. Reg. 8. n. 51. (3. Reg. 8.) *Dominus dixit, ut habitaret in nebula.* Et cor ita ſe occultat, & abſcondit Divina Majeſtas? Explicat Schola Chaldaïca (Chald.) ad citatum locum Pſalmi. *Collocavit majeſtatem ſuam in caligine*, quæ ſunt proxima, & in uſu quotidiano ipſa conſuetodine vileſcont, quæ procul abſunt, magis eminent; latet Deus ſub cæca nebola, ut quo minus patet, magis colatur, tamquam ad claritatem, ac auctoritatem nominis tenebras interponens: *Collocavit majeſtatem ſuam in caligine.*

Abſentia generat reverentiam.

100. Tum etiam ex parte Petri, qui præſentem Angelom putabat Phantaſma, vel viſionem, poſtquam vero diſceſſit, Angelum Dei agnovit, ſemper enim magis recognoſcimus, & veneramur abſentia, quam præſentia. Ad ſuum dilectum clamat ſapiens Sponſa, Cant. 8. n. 14. (Cant. 8.) *Surge dilecte mi.* Quo conſilio hoc facis ſapiens Sponſa vis carere amplexu, ac præſentia tui dilectiſſimi Sponſi, cujus deſiderio tam ſedulè eum quæſiviſti per vicos, & plateas, unde factum eſt quod incideres in cuſtodes civitatis, qui te percotientes, & vulnerantes abſtulerunt pallium tuum, cur modo exoras, ut fugiat, ac recedat? Et ſi multum deliciaretur dilecti præſentia, tamen ejus decori, ac reverentiæ magis conſulens, à communi hominum abire converſatione rogat. Optimè Virgo rerum ſapiens agnoverat quod ex abſentia multum venerationis, æſtimationis, ac reverentiæ mutuatur, ut ait Tacitus (Tacitus) lib. 1: *Majeſtatis major ex longinquo reverentia.* De hoc multa in meis libris verbo *Abſentia.*

Potius abſentia, quam præſentia veneramur.

Ab abſentia major auctoritas.

QUÆSTIO XV.

Quare bona puella cum audit, & agnoſcit Petrum pulſantem ad oſtium non ſtatim illud aperit, ſed cucurrit intus ferens ad Diſcipulos nuntia?

PEtrus in ſe reverſus agnoſcens ſe ab Angelo mirabiliter liberatum *conſiderans, venit ad domum Mariæ Matris Ioannis.* Valde vehementer timor mentem perturbat, & rectum judicium impedit, Petrus totus tremore correptus erat, ne iterum in Herodis manus incideret, cur ergo non concitato gradu, imò & currens per vias, & vicos extraordinarios non confugit ad terras, & regiones diſſitas, & longinquas, ſed cor in eadem civitate remanet, & commoratur, ubi facile poteſt iterum ab Herodis miniſtris comprehendi; hoc tamen Petrus non egit metu perturbatus, ſed Dei conſilio illoſtratos ad certum, ac fortè aſylum confugit, ad domum nempe Mariæ, obi de nominis umbra magnom ſibi patrocinium, ac tutamen adverſus crudelem inimicorum rabiem comparabat, ad hoc tendit Lyranus (Lyran.), dicens: *Conſiderans, quo divertere poſſet, ne à cuſtodibus inveniretur, venit ad domum Mariæ*, tamquam ad certum tutamen. 101.

Nomen Mariæ aſylum defenſionis.

Quæſtio tamen eſt, quod Puella *cum cognoviſſet vocem Petri pulſantis, non ſtatim illi aperuit, ſed intro currens nuntiavit ſtare Petrum ante januam.* Quid agis bona puella, cur citò non curris ad reſerandum oſtium clauſom Petro, nonne vides quod quælibet demora valde periculoſa eſt Petro poſito in platea, ubi facilè à quæſitoribus iterum comprehendi poterat? 102.

Ratio literalis eſt; quia ipſa præ gaudio, ut dixi in Expoſitione voluit diſcipulos, qoi intus erant valde triſtes pro incarceratione, & orantes, gaudio lætificare eum ejus libertate, & etiam quod eorum orationes fuerint exauditæ à Deo, atque etiam, ut omnes magna cum lætitia excitarentur, & concurrerent ad excipiendum Petrum, & hoc forte provenit ex mulierum genio, quod valde proclive eſt ad deferenda, poblicandaque nuntia. 103.

104. Theoph. Tertio Theophylactus ait: *Non aperuit illi januam, ſed intro currens nunciavit ſtare Petrum ante januam, ut oblatum nuntium præmium ferat.* Relicto Petro ante oſtium, cucurrit puella ferens nuntiom lucrandi cupiditate (*Ganar las albricias*) Quid facis

Multa diligentia ad lucrum; illius everſio.

mulier ? defers nuntium de Petro, & eum relinquis in publica platea, ubi facile ab inquirentibus inveniri poterat, & iterum in carcerem recludi, & tua accelerata feſtinatione acquirendi lucrum præmij, ipſum amittere poteras, aperi oſtium, ut Petrus in loco tuto maneat, tuncque Petri adventum præſens nuntiabis, ſed vehemens lucrandi affectus omnem diſcurſus rationem impedivit.

105. Aggæi 1. Ait Aggæus Propheta 1. n.6 & 9. *Et qui mercedes congregavit, miſit eas in ſacculum pertuſum: : : reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus.* Et quomodo fieri potuit, ut vehemens acquirendi affectus tam incaute operetur, mittens in ſacculum perforatum ? Quia ſua multa diligentia, ac accelerata induſtria coacervandi mercedes, eas perdidit: *Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus.*

Clem. Alex. *Accelerātum ad lucrum ſua acceleratione perdit.* Rem verſans Clemens Alexandr. lib.3. Stromat. ait; *Poſſeſſio enim, quæ cum iniquitate acceleratur, minor redditur: ſunt enim; qui ſeminantes, multiplicant, & colligentes minus habent, de quo ſcriptum eſt; qui colligit mercedes, colligit in ſaccum perforatum.* Ipſa incauta, accelerata cupido divitias accumulandi, ac amplius multa poſſidendi, ſua indebita diligentia, ac ſedulitate totum perdit, ac diſpergit; *Poſſeſſio, quæ cum iniquitate acceleratur, minor redditur*; ſunt enim, qui diſpergentes multiplicant, & colligentes minus habent.

106. Theoph. Quarto idem Theophylactus in favorem Puellæ aliter reſpondet, & ait: *Vide etiam puella reverentiam, ac pietatem, præ gaudio non aperuit, ac rectè id ab illa factum eſt, ne illi* (ſcilicet diſcipuli) *ſtatim Petro viſo attoniti fidem non haberent.* Valde prudenter ſe habuit; nam cum omnes ſcirent Petrum aſſe catenis recluſum in carcere, vigilantium militum cuſtodia circundatum, & ſub multis clauſis portis reconditum, impoſſibile judicabant poſſe inde exire, ſi ſubito, & repente ipſum vidiſſent, ſtupefacti, & attoniti non crederent eſſe Petrum, ſed Phantaſma, vel aliquam illius figuram; Inde ſapiens fœmina, ut eorum credulitatem firmaret, omnemque ambigendi anſam amputaret, ſenſim eorum animos præparat, prænuntia facta de Petro pulſante, ut cum ipſe eorum oculis objiceretur, multa cum credulitate, ac reverentia exciperetur: *Ne illi ſtatim Petro viſo attoniti fidem non haberent.*

Ne mens obſtupefacta ſit, ſenſim ad magna diſponenda eſt.

107. Ad adorandum Chriſtum natum in præſepio vocantur Paſtores per Angelum multa luce fulgentem: *Angelus Domini aſtitit juxta illos, & claritas Dei circumfulſit eos.* Luc.2.n.9. Magi autem vocantur per ſtellam: *Vidimus ſtellam ejus in Oriente.* Matth.2. n.2. Cur non vocantur etiam per Angelum multa radiante luce, ut eorum Regali dignitati valde conveniens erat ? Paſtores cum eſſent fideles, & haberent lumen fidei, inde fuerunt capaces ſuſtinere claritatem Angelicam; at Magi cum eſſent demerſi in tenebroſa infidelitatis caligine, tantum ſplendorem cœleſtis Paranymphi non poterant ſupportare, & ideo ait Chryſoſt. *Tenuiter micans ſtella eos aſſuefecit ad lucem.*

Luc.2. Math.2. *Ex tenebris non immediatè ad lucem.* D Chryſoſt.

108. In Auguſtiſſimo, ac fulgentiſſimo Reſurrectionis matutino, mulieribus, qui venerant ad ſepulchrum, Angelus in veſte candida, ac fulgente ait: *Scio, quod Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis; non eſt hic, ſurrexit enim.* Matth.28. n.6. Illæ præ gaudio accelerato greſſu currunt, ut nuntiarent Apoſtolis, ecce in itinere *occurrit illis Ieſus, dicens Avete,* Ibid. n.9. Jeſus fit illis obviam quando veniunt de monumento, & cur non potius quando ad illud pergebant, & ſuum iter inſtituerant, ſi Jeſus reſuſcitatus eis multa cum gloria ſubito ſe præſentaret, tamquam mentium alienatæ obſtupeſcerent, diſponantur ergo, ac præparentur loquela Angeli, ut cum illis ſe exhibuerit Jeſus, illæ ſe etiam exhibeant multa cum reverentia, veneratione, ac gaudio.

Math 28. *Ne ex tanta præſentia ſubito obſtupeſcant.*

Actor. 12. *n.* 15. At illi dixerunt ad eam, inſanis; Illa autem affirmabat ſic ſe res habere. Illi autem dicebant: Angelus ejus eſt.

Num. 16. Petrus autem perſeverabat pulſans, cum autem aperuiſſent viderunt eum, & obſtupuerunt.

Num. 17. Annuens autem eis manu, ut tacerent, narravit quomodo Dominus eduxiſſet eum de carcere, dixitque: Nunciate Jacobo, & fratribus hæc, & egreſſus abijt in alium locum.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE V.

Verſ.15. D*Ixerunt, inſanis.* Syriac. *Terrore turbata es.* Quod dixerunt, ait Lytanus, propter fortitudinem Carceris, & propter multam cuſtodiam; Dicam etiam, cum illud eſſet alta nocte, timor, ac tremor facit, ut res aliter appareat, ſic eſt: *Illa autem affirmabat ſic ſe res habere.* Arabic. *Illa vero inſtitit aſſeverans ſermonem ſuum ſic ſe habere.* Chryſoſt. *Confirmabat.* Una puella contra tot, & tantos viros congregatos pro ſuo ſermone fortiter pugnabat, veritas dabat animos, & robur. *Angelus ejus eſt,* Arias: Fortaſſe *Angelus ejus,* ſcilicet, de quo quæſt. ſeq. 109.

Syriac. Lytanus. Arabic. D.Chryſoſt. Arias.

Verſ.16. *Petrus perſeverabat pulſans.* Æthiopic. *Perſeverabat altera vice, & pulſavit paululum;* inſtantius, & crebrius, tum quia erat in platea expoſitus periculo iterum deprehendi, & etiam vehementi deſiderio reviſendi fratres. Petrus mirabiliter liberatus eſt per Angelum, quod per hominem fieri non poterat, poſtea vero ea, quæ erant humanæ induſtriæ pro ſua ſalute, & ab homine præſtari poterant, ipſe confecit. 110.

Æthiop. *Non requirendam miraculū ubi ſufficit homo.*

Verſ.17. *Annuens autem eis manu, ut tacerent.* 111.
Syriac. *Indicabat ſublata manu, ut tacerent.* Nam viſo Petro vehemens extitit ratio gaudij, ne ergo incompoſito vocum ſtrepitu narratio rei geſtæ impediatur, ſilentium indicat, velut, ait Gloſſa: *Tacere jubet ne clamore gaudentium adventus ejus in Civitate cognoſcatur.* Et tunc refert quomodo Deus eum mirabiliter eduxit, ac liberavit de carcere per miniſterium Angeli.

Gloſſa.

QUÆSTIO XVI.

Quare Diſcipuli, qui erant intus in domo, dicunt pulſantem ad oſtium, non eſſe Petrum, ſed Angelum ejus?

EX hoc patet communis, & vera, ac certa omnium fidelium doctrina, quod quilibet homo per ineffabilem Dei providentiam habet unum Angelum ad ſui cuſtodiam deputatum. Sic dicitur Pſal.90.n.11. *Angelis ſuis Deus mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus vijs tuis in manibus portabunt te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum.* Chriſtus D.Matth.18.n.10. *Videte ne contemnatis unum ex puſillis iſtis: dico enim vobis; quia Angeli eorum* 113.

Angeli deputantur ad noſtram cuſtodiā. Pſal.90. Math.18.

113. Refutantur hæretici. *eorum ſemper vident faciem Patris mei, & ſequuntur communiter omnes Sancti Patres.*

Calvin. Unde Hæreticorum deliramenta non ſunt audienda. Calvinus ait, quod Petro datus eſt Angelus ad cuſtodiam quandiù extitit in carcere, & unde colligit ipſe, quod nec antea, nec poſtea, ſed tantum quandiù fuit in carcere? cum Petrus ſemper in magnis periculis verſaretur; nec ſimiliter audiendus eſt Beza, qui ex ſua mente fingit, ſtandum eſt doctrinæ, quam Sacra Scriptura tradit citatis locis, & aliis cum expreſſo conſenſu Patrum, cui eſt ſtandum, & credendum.

Beza.

114. D. Chryſoſt. *Angelus ad conſolationem.* Ad quæſtionem reſpondet primo D. Chryſoſt. homil. 26. ubi ſic ait: *Porro illi dicebant, Angelus ejus eſt, & hoc verum eſt, quod unuſquiſque Angelum habet, & unde venit illis in mentem, tunc Angelum eſſe? à tempore illud conjecturabant*, exiſtimantes, quod eſſet Angelus Petri, nomine Petri, ut eos conſolaretur de ejus abſentia, ſicut venerunt in die Aſcenſionis ad Apoſtolos. Act 1.

115. Secundo à tempore illud conjecturabant: Quod Angelus Petri cauſam ejus agens venerat ad eos, ut vehementius exhortaretur, ut pro ejus libertate exorarent. *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem.* Pſalm. 103. num. 4. Ignem dicit, qui valde velociſſimus eſt ſemper ſurſum tendit, & omnia impedimenta adjacentia devorat, ac deſtruit. D. Bernard. ſerm. 4. de verbis Iſaiæ, ait: *Vide flammam quaſi volantem, & ſtantem ſimul.* Angeli ſtant nobiſcum, & ſimul exorantes pro nobis coram Deo, & omnia nobis adverſantia devaſtantes.

Angeli veloces ad noſtrã cuſtodiam: Pſal. 103. D. Bern.

116. Gen 32. Ut tamquam milites armati pro nobis pugnent Geneſ. 32. num. 2. *Iacob abiit itinere, quo cœperat, fueruntque ei obviam Angeli Dei, quos cum vidiſſet ait: Caſtra Dei ſunt hæc.* Cum Jacob vidiſſet magnam multitudinem Angelorum, unde venit illi in mentem, ut eos Caſtra Dei diceret, quod denotat manum militum armatam? Ibat Jacob valde timidus de Patre ſuo Eſau, adſunt ei Angeli tamquam milites armati pro ejus defenſione, ac tutamine D. Chryſoſt ſerm. 12. de Aſſenſ. poſtquam deſcribit quod Dæmones degunt per aërem pugnantes contra nos, ſubdit: *Ita Deus Dæmonibus in aëre iſto barbaris, atque immanibus ſemper bella incitantibus, paciſque inimicis, Angelorum Caſtra opponit, ut dum vel apparent ſolum ipſos reprimant, nobiſque perpetuam pacem concilient.*

Angeli armati pro ſuis clientibus D. Chryſoſt.

117. D. Aug. *Angeli ſuorum clientum perſonã agunt.* Thier. Tertio D. Auguſt. lib. de Cura pro Mortuis, & D. Gregor. lib. 2. Decalogi cap. 7. Sæpe Angeli ſuorum Clientum perſonam, ac ſimilitudinem ſumunt, ut eorum res, & cauſas agant, pro quo in magno numero exempla adduci poſſunt. Thieræus lib 1. de Spiritus Apparitione cap. 11. quanta autem ſollicitudine, ac diligentia Sancti Angeli ſalutem ſuorum Clientum affectant, & procurant. Audi Davidem. Pſal. 43. num. 5. & 6. qui ait: *Deus meus, qui mandas ſalutes Iacob. In te inimicos noſtros ventilabimus cornu.* Nota, quod non ait mandas ſalutem, ſed ſalutes in plurali; quia ſub illo nomine intelligit omnia bona, & quomodo mandat Deus hæc omnia populo ſuo? Explicat D. Ambroſ. ibi: *Salus in protectione Angelorum, qui ad miniſterium hominum deputantur*, & tanto affectu noſtras cauſas agunt, ut per ſalutes intelligat ipſos Angelos. Ita exponit Corderius in annotationibus ad eundem Pſalmum, & ait: *Salutes uniuſcuiuſque Angelum tutelarem intelligit, qui ſalutes in plurali dicuntur. Quia omne bonum ſimul cum illo immittit Deus, quod quidem ad ſalutem animæ, & corporis neceſſarium ſit. Unde quidquid boni experiri poteſt homo, vel ad corpus, vel ad animam, totum id cum Angelo, & per Angelum largitur Deus, qui Angelis ſuis mandavit de te in omnibus viis tuis*, inde Divinam protectionem per Angelum adminiſtrat, multa fortitudine inimicos noſtros ventilabimus cornu.

Omne bonum permanans Angelorum. D. Ambr. Corder.

Intravit Rex, ut videret convivantes, & cum vidiſſet hominem veſtitum veſte non compoſita ait illi: Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit: Tunc dixit Rex miniſtris: *Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.* Matth. 22. Aliter ſe res habet, quod Zachar. 3. num. 3. nam *Ieſus*, nempe Joſedech filius, *erat indutus veſtibus ſordidis, & ſtabat ante faciem Angeli, qui reſpondit, & ait ad eos, qui ſtabant coram ſe, dicens: auferte veſtimenta ſordida ab eo, & dixit ad eum: Ecce abſtuli à te iniquitates tuas, & indui te mutatoriis.* Valde diſſimilis ſe cauſa habet; nam Rex non conceſſit locum, ut homo mutaret veſtes, & nuptiales quæreret, at Angelus non ſolum dat locum, ut veſtes mutentur, ſed hoc præcipit inferioribus miniſtris, ut novis, & ſplendidis eum exornent. Unde tanta differentia? Rex ut ſupremus Dominus, & Iudex jus dicebat, & cauſam ſecundum merita judicabat; at Angelus erat Tutor, ac defenſor populi, indeque ſordidos non ſpernit, nec deſerit, ſed omnia media interponit, ut eos ad ſalutem reducat, & totis viribus negociatur, ut abjectis veſtibus ſordidis, ſplendidis, & nitentibus componantur, & hoc non ſolum ipſe totis viribus præſtat, ſed etiam alios Angelos convocat in auxilium: Theodoret. ibi ait: *Angelus vere Populi tutor aliis adſtantibus Angelis præcipit, ut ex illis veſtibus eum exuerent, ac doceat, ut quiddam per alias veſtes deſignatur, adiecit: Abſtuli à te iniquitates tuas.* 118.

Matth. 22. Zachar. 3.

Angeli omnia media ponunt pro ſalute ſuorũ.

Theod.

QVÆSTIO XVII.

Quare D. Petrus magnalia, quæ Deus erga eum fecit, mandat denuntiare Iacobo, & aliis fratribus?

TRia hæc facit Petrus: Primò ſuam mirabilem libertatem inſigniter mandat nuntiare Iacobo Apoſtolo minori; nam Major jam erat occiſus ab Herode, ut vidimus cap. 10. num. 1. Ordinat Petrus, ut Iacobo exponatur ſua miraculoſa libertas, erat enim Epiſcopus Ieroſolymorum, ac ut loci Prælato voluit cum eo habere hanc reverentiam, ſic & Paulus illum forte hac de cauſa inviſit, de quo facit mentionem ad Galat. 1. n. 19. 119. *Reverentia Prælato.* Ad Galat. 1.

Secundo ait Petrus, *Dicite & fratribus.* D. Chryſoſt. homil. 27. ait: *Non dixit ut paſſim omnibus aliis evulgarent, vanam gloriam devitans.* Voluit Petrus ſua magnalia inter ſuos, & Chriſti diſcipulos recondere, & nullam umbram vanitatis exhibere, ut dixi cap. 5. quæſt. 3. num. 21. 22. 23. 24. & cap. 10. quæſt. 12. num. 173. & 174. 120. D. Chryſoſt. *Vana gloria vitãda.*

At objicies: Meus Raphael Archangelus dixit Tobiæ 12. num. 7. *Opera Dei revelare, & confiteri honorificum eſt*, quod verum habetur, ſi audientes ſunt capaces, aliter verò occultanda, & in hoc ſecutus eſt Petrus Chriſti exemplum, qui Reſurrectionem non mandavit omnibus nuntiare, ſed diſcipulis ſuis, & Petro. Matth. 28. num. 7. & 10. Marc. 16. num. 7. 121. Tob 12. *Non omnibus omnia communicanda.* Matth. 28 Marc. 16

Tertio Mandat Petrus ſuam miraculoſam libertatem dicere Iacobo, & fratribus, ut qui fuerant orantes pro eo, dum in carcere tenebatur, ſimul 122.

Gratiarũ actio à multis danda. cum eo gratias Deo redderent pro tanto beneficio accepto, Chorus enim multorum gratificantium recepta dona, res ut valde ſumptuoſa, & grata Deo. Cum filij Iſrael diviſo mari tranſiſſent, Pharaone cum toto ſuo exercitu ſubmerſo: *Tunc cecinit Moyſes, & filij Iſrael carmen hoc, Cantemus Domino, &c.* Exod. 15. num. 1. D. Auguſt. vel quiſquis eſt Author lib. 1. de mirabilibus Sacræ Scripturæ cap. 21. inquit: *Admirare dignum miraculum, ut cuncti pariter ſenes cum pueris, & omnes ætates eodem inſpirati flamine, uno quaſi ex ore, nulla præmonitione edocti eaſdem continenter literas decantarunt in unum.* Non unus poſt alium, ſed omnes ſimul, linguas miraculosè Spiritus Sanctus fecit apertas ad tantum beneficium celebrandum, ac decantandum, quod ſolum à Divino Spiritu provenire poterat, ut omnes ſimul convenirent, ait D. Auguſt. (Exod. 15. D. Aug.)

123. Iob. 1. Dicitur 1. Iob. num. 6. *Cum veniſſent Filij Dei, ut aſſiſterent coram Domino.* Convenerunt omnes Angeli, ac Deo frequentes adſunt, ad quid, tamen explicat Origenes lib 2. in Iob, & inquit: *Angeli miſericordias eius confitentes, & gratias agunt pro beneficiis, quæ ille inceſſanter impertit filiis hominum.* Sunt tamquam Angeli tutelares, qui conveniunt ante Deum, ut ei gratulentur beneficia ſuis clientibus, ac hominibus præſtita, ſed ad hoc tamquam ex compoſito fœdere conveniunt Angeli, cur non quilibet pro ſe? ſua perſpicacia Angelica deprehendunt illi Cœleſtes Spiritus, quod tunc gratiarum exhibitio illorum erit perjucundior, ac efficacior coram Deo, cum adjuncta fuerit precibus multorum. (Origen. — *Angeli ſimul dant gratias.*)

124. Cantic. 5. Cum Virgo ſapiens ſe vidiſſet maximè commendatam à Chriſto cap. 5. num. 2. Cantic. *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea; quia caput meum plenum eſt rore*, omnium donorum, ac beneficiorum; Illa vero panegyricum de Chriſto mirifice compoſitum adornat num. 10. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus; tamen pro panegyrico decantando pro celſitudine, ac majeſtate ſui dilecti ſe imparem judicans Virgines ſibi comites admonet, ut opem ferant. Ibidem. n. 8. *Adjuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inveneritis dilectum, ut nuntietis ei, quia amore langueo.* Credidit Virgo, ut gratiam Deo acceptam referret ipſi eſſe convenienos delegatum habere chorum, qui Deo ſimul applauderet. Gilibert. ſerm. 4. ait: Gloriata de novæ, ac inſolitæ dulcedinis guſtu, filias Ieruſalem ad gratias agendas invitat. (*Socias ad gratias agẽdas invitat.* — Cantic. 8 — Gilibert.)

Actor. 12. *num.* 18. Facta autem die, erat non parva turbatio inter milites quidnam factum eſſet de Petro.

Num. 19. Herodes autem cum requiſiſſet eum, & non inveniſſet, inquiſitione facta de cuſtodibus, juſſit eos duci; deſcendenſque à Iudæa in Cæſaream, ibi commoratus eſt.

Num 20. Erat autem iratus Tyriis, & Sydoniis; at illi unanimes venerunt ad eum, & perſuaſo Blaſto, qui erat ſuper cubiculum Regis, poſtulabant pacem, eo quod alerentur regiones eorum ab illo.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VI.

125. Arabic. Verſ. 18. *Facta autem die.* Arabicus: *Petro ut diluxit dies* in qua ordinatum erat produci, & occidit Petrum: *Erat non parva turbatio.* Syriacus: *Extitit tumultus plurimus.* Æthiopicus: *Erant conturbati milites valde*, quia timebant ne eorum negligentiæ tribueretur Petri fuga, Indeque punirentur. *Quidnam factum eſſet de Petro.* Arias: *Quidnam Petrus eſſet factus.* Tigurina: *Quidnam deveniſſet Petrus.* Syriac. Æthiop. Arias. Tigurin.

Inde variæ erant ſententiæ; Quidam, & boni agnoſcentes virtutem Petri, qua multa mirabilia operabatur, ut jam factum fuit alibi cap. 5 dicebant, quod virtute divina; alij, & maligni tribuebant arti magicæ, & diabolicæ. An vero portæ manſiſſent apertæ? res eſt anceps. Lyranus exiſtimat, quod apertæ manſerint, & idem habet Metaphraſt. in Actis Petri 29. Julij: E contra D. Chryſoſt. homil. 8. in epiſt. ad Epheſ. Gloſſa Interlin. quod manſerint clauſæ, quod ſi apertæ relictæ fuiſſent, non eſſet tanta confuſio, & tanta ſententiarum varietas de fuga Petri, quæ ratio placet Magiſtro Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ in Act. & Hugon. 126. *Variæ ſententiæ de Petri abſentia.* Lyran. Metaph. Gloſſa. D Chryſoſt.

Verſ. 19. *Herodes cum requiſiſſet eum*, ſcilicet Petrum, & Inquiſitione facta, verbum Græcum denotat: *Cum omnimoda efficacia*, ac etiam tortura: D. Chryſoſt. *Examinavit.* Æthiopic. *Iudicium adminiſtraret*, tradit D. Chryſoſt. homil. 9. in Matth. quod cum Catenæ cecidiſſent de manibus Petri, illis catenis alligatæ ſunt manus duorum militum, qui Petrum cuſtodiebant. 127. Græcus. D. Chryſoſt. Æthiop.

Iuſſit eos duci. Rabanus ad carcerem. D. Chryſoſt. homil. 8. in Epiſt. ad Epheſ. & homil. 9. in Matth. Proculus orat. de vinculis Petri. Petrus Alexandr. Conc. 13. quod juſſit eos ſuffocari, favet Syriacus habens; *Condemnavit illos cuſtodes, & juſſit eos necari.* Arabicus: *morte damnavit*, & ait Cajetanus, quod Deo ita ordinante mors non ſtatim illata eſt militibus, ne Petri ſolutio alicui eſſet damnoſa, & militibus afferret mortem, ſed ſententia dilata eſt, & mors Herodis ſtatim ſecuta, ut modo videbimus, milites dimiſſi ſunt liberi. 128. Rabani. D Chryſoſt. Procul. Petrus Alexan. Syriac. Arabic. Caietan.

Deſcendenſque à Iudæa in Cæſaream, quæ antiquitus appellata fuerat *Turris ſtratonis*, in eaque Herodes Agrippa in honorem Cæſaris inſtituit ſolemnes ludos, ad hanc iſte Herodes cum multa nobilium multitudine ſe contulit, ut teſtatur Joſephus lib. 19. Antiq. cap. 8. ut ſe præpararet ad vindicandum de Tyriis, & Sydoniis. 129. Ioſeph.

Verſ. 2. *Erat autem iratus Tyriis, & Sydoniis.* Arabicus: *Erat percitus in Tyros.* Tygurina: *Bellum animo agitabat in Tyros*, ex Græco: *Pugnacem, & infenſum gerens animum in Tyros.* Et ideo ſe tranſtolit in Cæſaream, ut terminis eorum appropinquaret ad bellum gerendum, cauſa belli nobis ignota eſt; Baronius ſuſpicatur, quod Synodij facti Chriſtiani Petrum liberaverint à carcere, ſed ad hoc aſſerendum nullum eſt fundamentum, & ideo communiter non recipitur. 130. Arabic. Tigurin. Græcus. *Non recipitur Baron.*

At illi unanimes poſtulabant pacem ab eo. Perſuaſo Blaſto, qui erat cubicularius, ac intimus familiaris Regis, ad hoc, ut in hac pace eſſet mediator, & cauſam poſtulatæ pacis apponit Textus: *Eo quod alerentur Regiones eorum ab illo.* Syriac. *Propterea, quod victus regionis ipſorum ex ipſo regno Herodis penderet:* frumenta, & alimonia ex Judæa deferebatur ad Tyros, & Sydones, ac proinde facto bello perirent. 131. *Cauſa petitæ pacis.* Syriac.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XVIII.

Quare cuſtodes Chriſti bene habent apud Pilatum, cuſtodes Petri male apud Herodem?

132. MErito D.Chryſoſt homil.8.in Epiſt.ad Epheſ. de gravi culpa arguit Herodem, quia cum Petrus non fuiſſet repertus in carcere ſtatim cuſtodes jubet duci ad mortem, ut exprimit Syriacus: *Juſſit eos necari*; Si enim res fuiſſet probè examinata, cuſtodes eſſent innocentes inventi ſine culpa: ſic ait citatus Chryſoſt. *Si illos examinaſſet poterat excuſare. Nunc vero cuſtodes exhiberi ſibi fecit, examinavit, & didicit vinctum fuiſſe Petrum, carcerem probè munitum, ante illius jannam fuiſſe cuſtodes, nec tamen parietes effoſſos, nec quidquam adeſſe, quod alicujus maleficij indicium daret, & tamen ad capitale ſupplicium damnat*, quid nefarius, ac crudelius?

Syriac. *Iniqui ſine debito examine damnantur.* Chryſoſ.

133. Inde eſt quæſtio præſens: Quare iſti cuſtodes carceris Petri male audiunt apud Herodem, ut ad ſupplicium capitale ferri mandantur: at cuſtodes ſepulchri vacuum denuntiantes ſepulchrum benevole, ac amicabiliter recipiuntur à Pilato, ac Principibus; unde tanta differentia? Milites carceris Petri verum teſtificabant aſſerentes Petrum non in humana, ſed ope divina è carcere ereptum fuiſſe; at cuſtodes ſepulchri portentoſum mendacium aſſeverabant, dicentes: *Diſcipuli ejus nocte venerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus.* Matth. 28. n.13. Illi veritatem adſtruentes inviſi ſunt Regi, Poſteriores mendacium fabricantes valde grati, ac plauſibiles ſunt Principibus; apud quos mendacium ſummopere prævalet D. Cyrillus Ieroſolymit. Catecheſ.14. & ait: *Quare ſicut Petro de cuſtodia exeunte condemnati ſunt cuſtodes, ſic etiam, qui Ieſum cuſtodiebant, non ſunt condemnati, ſed illi quidem mulctati ſunt, &c. Illi autem ſilentes veritatem, & ipſam occultantes, à Principibus Sacerdotum ſervati ſunt*, utpote placentia judicij mendacis inducentes.

Matth.28. *Veraces male audiunt apud Principes, aliter mendaces.* D. Cyril. Ieroſol.

134. Cum Deus ob multa peccata Achab diſponeret, ut ipſe deciperetur in conſiliis ſuis, ut ab illis omnibus eſſet fruſtratus, ait ſupremus Dominus: *quis egredietur, & decipiet Achab*, ſtatim Dæmon ſuam addit manum, dicens: *Egrediar, & ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum* 3.Reg.22.n.20. & ſtatim divinum oraculum addit. *Decipies, & prævalebis*, & unde tam certa victoria de eff. ctu ſecuturo: *Decipies, & prævalebis*? Facile fieri poterat, ut Rex renueret, & non acquieſceret. Defertur mendacium, quod valde potens eſt in Curia Regum, certum igitur eſt, quod prævaleas, & triumphes. Cajet. ait: *Manifeſtat Deus efficaciam hujus medij, nempe mendacij in curia, & hoc officium mentiendi uſque adeo verſatur in curiis, ut Diogenes definierit, curiam eſſe locum ad decipiendum, & prævalendum.*

3.Reg.22. *Mendacium prævalet in aula Regis.*

135. Cum David ſe multis adverſitatibus undique circundatum videret; multa enim in eum mala irruerant, poſtulans Dei miſericordiam, & protectionem hoc unum, & valde magnum Deo exponit Pſalm. 39. num. 11. *Non abſcondi veritatem tuam à Concilio multo.* In conſilio Principum, Regum, ac Magnorum non abſcondi veritatem, ut ſolet fieri, ſed ibi patenter, & clare eam dixi, & manifeſtavi, quod quidem valde magnum, ac rarum de ſe teſtificatur David, cum apud homines de mendacio vivatur. Ait ſapiens: *Dulcis eſt hominis panis mendacij.* Proverb.20.num.17. Nam ſicut homo ſuaviter pane alimentatur, ſic & dulciter mendacio paſcitur, de illoque vivit.

Pſal 39. *Valde admirabile verū dicere in conſpectu Regis.* Prov.20.

*Actor.*12.*num.*21. Statuto autem die Herodes veſtitus veſte Regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos.

*Num.*22. Populus autem acclamabat Dei voces, & non hominis.

*Num.*23. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo, & conſumptus à vermibus expiravit.

*Num.*24. Verbum autem Domini creſcebat, & multiplicabatur.

*Num.*25. Barnabas autem, & Saulus reverſi ſunt ab Ieroſolymis expleto miniſterio, aſſumpto Ioanne, qui cognominatus eſt Marcus.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VII.

Verſ.21. STatuto autem die. Syrus: *Die autem percelebri.* Æthiopic. *Tunc unà die deſignata*, Erat dies ſecundus Iudæorum pro Cæſaris ſalute, ut ait Ioſephus lib. 19. Antiquit. cap.8. & erat dies illa ab Herode aſſignata, ut Tyrij, & Sydonij ejus audirent ſententiam circa pacem poſtulatam. Herodes veſte Regia, quæ dicit purpuram, Sceptrum, & Coronam: *Concionabatur ad eos*, Arabicus: *Alloquutus eſt eis cum apparatu*, multa de pace, ac quiete. 136. Syrus. Æthiop. Ioſeph. Arabic.

Verſ.22. *Populus autem acclamabat* adulando Herodi. *Dei voces, & non hominis.* Syriacus: *Hæ ſunt filiæ vocum Dei.* Arabicus: *Vox iſta Dei eſt*, quæ adulatio, ac acclamatio videtur fuiſſe exorta à Tyriis, & Sydoniis, ut maximè Herodis gratiam auſpicarentur, illorumque vocibus Cæſarienſes excitarentur. 137. Syriac. Arabic.

Verſ.23. *Confeſtim autem.* Syrus: *Ea ipſa hora*, in qua illæ adulationes jactabantur, vox eſt *Dei non hominis*, & ille ſibi complacens acceptabat, in quo graviter peccavit. *Percuſſit eum Angelus Domini* mittens in illum vehementem dolorem viſcerum, ac putredinem, & fœtorem, ut ait Ioſephus citatus. 138. Syrus. Ioſeph.

Eo quod non dediſſet honorem Deo. Syriacus: *Eo quod non tribuiſſet gloriam Deo*, ſed ipſe multa inflatus ſuperbia illas acclamationes veluti divinorum tamquam ſibi debitas referebat, cum totam Deo potius deberet tribuere, à quo eſt omne bonum. *Et conſumptus vermibus expiravit* intra quinque dies, ut ait Ioſephus, & hæc hiſtoria paulo poſt liberatum Petrum à carcere contigit. 139. Syriac. Ioſeph. Caietan.

Verſ.24. *Verbum autem Domini creſcebat.* Syriacus: *Proinde Evangelium Dei prædicabatur, & incrementum capiebat.* Vatablus: *Augeſcebat.* Æthiopicus: *Sermo Dei magnus fuit.* Extincto Herode tam crudeli, & dito ſupplicio, magno Chriſtianorum hoſte, utpote in pœnam ſuorum malorum, & viſis mirabilibus, quæ per Apoſtolos fiebant, audaciùs, & libentiùs Evangelium prædicabatur, meſſiſque Chriſtiana multum augebatur. 140. Syriac. Vatabl. Æthiop.

Verſ. 25. *Reverſi ſunt ab Ieroſolymis*, ſcilicet in Antiochiam, ex qua miſſi fuerant, ut tempore famis eleemoſynam pauperibus Ieroſolymitanis portarent, ne perirent, in tanta rerum ſterilitate, ut vidimus ſupra cap.11.n.10.& 30. 141. Actor.11.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XIX.

Quare tam peſtiferè acclamatur Herodes, ut ejus voces non dicantur hominis, ſed Dei?

142. Ioſeph. QUod etiam deſcribit Ioſephus lib. 19. Antiquit. cap. 7. dicens: *Mox adulatores pernicioſi, alij aliunde acclamantes Deum conſalutabant, rogantes, ut faveret propitius, hactenus enim, ut hominem reveriti, nunc agnoſcere, & fateri in eo quiddam mortali natura excellentius.* Tantum poteſt Adulatorum malitia, ut homines tamquam Dij venerentur.

143. Zach. 11. *Adulatores Deos fingunt.* Mandat Deus Zachariæ Prophetæ cap. 11. n. 15. *Sume tibi vaſa paſtoris ſtulti*, qui nec piè, nec ſapienter rem diſponat, & gerat, ſed ſtultè, ac ineptè miſceat ſacra prophanis, tamen cum ſit ſuſcitatus paſtor in terra, ſtatim acclamatur num. 17. *O paſtor, & Idolum*, & cum ſit tam indignus, & inhabilis, utpote ſtultus, veluti Idolum, ac Deus acclamatur; habet ille poteſtatem, & rerum habenas in republica, à quibus multorum negotia determinantur, inde conſequenter ab adulatoribus non ut homo, ſed ut Deus veneratur, ac colitur. Lyra ibi: *Sunt adulatorum Idola, quos tamquam Deos colunt, ut per eos valeant promoveri.*

144. De Abſalon dicitur, quod ſuis blanditiis, ac mendaciſſimis affectibus Iſraelitas avertebat à Patre ſuo Davide, & ſibi alliciebat, unde ait Textus 2. Reg. 15. num. 6. *Sollicitabat corda virorum Iſrael*, Caiet. Cajetanus ex Hebræo legit: *Furatus eſt Abſalon corda virorum Iſrael*, ex eo quod Abſalon amoroſis affectibus aliorum animos ad ſe inclinaret furti arguitur merito; nam fur rem alienam à proprio Domino rapit, ſicque illam clam ſibi appropriat, *Adulator fur alienarũ laudum.* eodem ſane modo Abſalon corda filiorum Iſrael à ſuo proprio Domino Davide ſurripiebat, & ad ſe trahebat. Caiet. Cajetan. ibi ait: *Ad ſimilar furti deſcribitur acquiſitio benevoli animi virorum Iſrael ergo ipſum Abſalonem, quia verè furti ſpecies fuit relativè ad Regem Davidem; Cum enim abſtulit corda virorum Iſrael à patre, trahendo illa ad ſe, hoc eſt enim furtive ſurripere.* Eodem pene modo adulator aliena encomia ſurripit, ut appropriet illi, cui ſibi magis placuerit.

145. Oſeæ 7. Loquens Oſee Propheta cap. 7. num. 1. de Rege Iſrael, ejuſque Magnatibus, quomodo, Diabolo inſtigante, perſuadebant populo, ut debitum honorem Divinum diverterent à vero Deo Creatore Cœli, & darent vitulis aureis, de quibus falsò, *Adulatores latrones aliorum laudum.* & mendaciter multa jactabant, ait Propheta: *Operati ſunt mendacium, & fur ingreſſus eſt ſpolians, & latrunculus foris.* Negotiatores tantæ iniquitatis, qui ſeducentes populum multa inania de vitulis publicabant; erat *fur ingreſſus* Diabolus in corda eorum, & Hieroboam *latrunculus de foris*, multa externis verbis dicens, ſed cur diabolus, & Hieroboam in præſenti eventu appellantur fur, & latro? Merito ſane; quia honorem debitum Deo furati ſunt, et Bruto animali deferrent. Rupertus ibi: *Mendacium ſunt operati dicendo de vitulis, qui utique non erant Dij.* Iſti ſunt Dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti: *Pulchrè ergo dictum eſt*: Fur ingreſſus eſt ſpolians, *ſcilicet Diabolus furtim animas devorans*, & latrunculus foris, videlicet Hieroboam latro viſibilis, qui foris, id eſt, extra partem Domini peccare faciens Iſrael, grande latrocinium fecit.

QUÆSTIO XX.

Quare Angelus tam crudeli plaga percuſſit Herodem?

QUiſnam eſſet iſte Angelus? Lorinus exiſtimat fuiſſe Angelum malum, tamen videtur, quod fuerit Angelus bonus, ut exequutor Divinæ juſtitiæ; Ita Eſtius exiſtimat, quod fuerit Angelus Cuſtos Herodis, qui ex ejus Cuſtode factus eſt ejus perſecutor, ac exterminator; ſicut ille Angelus Cuſtos, & præſes populi Iſraelitici in deſerto, de quo dicitur Exod. 23. n. 20. *Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, &c. Audi vocem ejus, quia non dimittet cum peccaveris:* Quia ſicut eſt Cuſtos in via, ſic erit vindex peccatorum. Ita Joannes de Lahay, Eſtius, Cornelius, & alij. 146. Lorin. Eſtius. Angelus Cuſtos. Exod. 23. Lahay. Cornel.

Percuſſit eum Angelus Domini. Immiſſo dolore vehementiſſimo in ejus viſcera ſimulque putredine cum intolerabili fœtore in carnes, ex quibus vermes prodibant, qui eum vivum corrodebant, & dilacerabant, quam pœnam hæreditavit ab Avo ſuo Herode Aſcalonita, qui infantes occidit, quia pediculis interiit. Addit Ioſephus lib. 17. cap. 11. Antiquit. bubonem viſum fuiſſe ſuper caput Herodis velut prænuntium tantæ calamitatis, Oecumenios aſſerit pro bubone fuiſſe Angelum. 147. *Crudele tormentum.* Ioſeph.

Modo ſuper eum tam durum, & acerbum ſupplicium venit ob magna, & horribilia crimina ab ipſo perpetrata, Iacobum Apoſtolum occidit, Petrum incarceravit, crudeliſſima, ac inſanabili ira, & furore Chriſtianos perſequebatur, modo tanta ſuperbia inflatus regali purpura auro fulgente indutus, & populo voces illius, ut voces Dei acclamante, ſe tamquam Deum reputans, in ſe ipſum Divinam Iram concitavit. 148.

Primo compone modo Ieſum magnum Sacerdotem in ſordido habitu cum Herode Regali purpura exornato, de illo dicitur Zachar. 3. n. 5. *Oſtendit mihi Dominus Ieſum Sacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Domini, & Satan ſtans à dextris ejus, ut adverſaretur ei.... Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis.* Ecce Ieſus Sacerdos habet in ſui tutelam Angelum defenſorem contra hoſtiles incurſus Satanæ; at Herodes inter fauſtas populi acclamationes traxit Angelum ad ſui interitum. Vnde tanta rei differentia? Veſtis humilis, & ſordida ſollicitavit ad magni Sacerdotis defenſionem Angelum; at vero Regios cultus auro reſplendens provocavit furorem Angeli ad lethale vulnus. Petrus Damian. lib. 6. epiſt. 14. ait: *Herodes dum indutus veſte regia conſpicuus cernitur, dum ei Dei voces habere non hominis acclamatur, protinus ab Angelo feriente percutitur, &c. Sic nimirum, ſic divino dignus eſt judicio dejici, qui coram oculis hominum, de nitore cultoris habitus ambit arroganter extolli.* 149. Zachar. 3. *Superba veſtis interitum, humilis defenſionem advocat.* Damian.

Quod optimè confirmat D. Hieronymus epiſt. 1. ad Furian. & inquit: *Legimus Iudith viduam confectam jejuniis, & habitu lugubri ſordidatam, quæ non lugebat mortuum virum, ſed ſqualore corporis ſponſi quærebat adventum. Video armatam gladio manum, cruentam dexteram, recognoſco caput Holofernis de medijs hoſtibus reportatum, vincit viros fœmina, & caſtitas truncat libidinem, habitu repente mutato, ad victrices ſordes redit omnibus ſæculi cultibus illuſtris.* Judith ſordido, & lugubri habitu, non tam pro mortuo viro, ſed & cum illa novum ſponſum quæreret Deum Judith. 10. num. 3. Illuſtri conatu Holofernis caput amputavit, inimicos devicit, & de libidine 150. D. Hier. *Iudith. in Iudith in ſordido habitu devincit.*

libidine triumphavit, & ideo ſuas victrices ſordes teaſſumpſit.

151. D. Chryſoſt. *Vana gloria ſuper omnia ſcelera ad ſe trahit divinam iram.* Secundo D. Chryſoſt. bomil. 27. ponderans Herodem tam dira pœna percuſſum ab Angelo, ait: *Vide quando Apoſtelum occidit, nihil tale fiebat.* Multa, & graviſſima ſcelera perpetratus eſt Herodes, Iacobum occidit, Petrum incarceravit, innumeroſque Chriſtianos trucidavit, nunquam tale paſſus, nec contra eum Angelus de Cœlo deſcendit, nec elementa corruptione, ac vermibus conſurgunt, & inter tot ſacrilega ſcelera ei parcunt, una tamen vanæ gloriæ oſtentatio omnia conglomerato agmine ad illius exterminationem, & exitium convocat. *Deus diſſipavit oſſa eorum, qui hominibus placent.*

152. Baeça 2. Daniel. 4. *Vbi vana gloria, ſtatim pœna.* In hujus tei confirmationem præclarè ponderat Sapientiſſimus M. Didacus de Baeça tom. 2. in Evang. lib. 9. cap. 1. §. 11. id quod habetur Daniel. 4. num. 26. *Poſt finem menſium duodecim in aula Babylonis deambulabat, Reſpondiſque Rex, & ait: Nonne hac eſt Babylon magna, quam ego ædificavi in domum regis in robore fortitudinis mea, & in gloria decoris mei? Cum ſermo adhuc eſſet in ore Regis, vox de Cœlo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonoſer Rex, regnum tuum tranſibit à te.* Dignum ſane ponderatione! quando vaſa aurea templi prophanis manibus pertractat, quando ſtatuam ſuam adorandam erigit, quando tres pueros innocentes inter flammas conjici jubet, inter tot, tantaque ſcelera nil patitur, cum vero quædam vanitatis gloria prodit, ſtatim *Cum ſermo adhuc eſſet in ore Regis vox de Cœlo ruit*, Cum tot ſcelera, & peccata prætereantur, tamen hæc una vana gloriatio, qua homo ſuper ſe extollitur, omnia ſupplicia in ſe fulminat, advocat, atque attrahit. Vide ſupra cap. 10. q. 28. n. 172. 173. 174.

QUÆSTIO XXI.

Quare tam crudeli, ac extraordinario ſupplicio periit Herodes?

153. *Superbus ad infimam vilitatem.* HErodes magnifica indutus veſte, populo acclamante voces illius non hominis, ſed Dei eſſe, multa ſuperbia elatus, præſumens de ſe eſſe aliquid ſupra hominem, alto Dei judicio deprimitur, ac in extremam vilitatem demergitur, & abjectionem patitur, fœtore nempe, carne puttida, vermibus corrodentibus, acutiſſimiſque doloribus, & horribili bubone in capite apparente.

154. Thren. 4. Syriac. De Principibus, ac Magnatibus Iſrael in captivitatem dicitur Thren. 4. num. 5. *Qui nutriebatur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.* Syriac. *Qui nutriti ſunt ſuper croceos, ecce dormiunt in ſterquiliniis.* Croceus erat genus veſtimentorum regale rubrum, ac crocineum, quo inſervientes Deo utebantur, & pro magnis deliciis habebatur, at vero cum tanto bono abuterentur, multis, & magnis peccatis ad extremam vilitatem devenerunt, ut inſervirent in ſterquilineis, portantes ſtercora ſuorum dominorum ut ponderat D. Auguſt. in Pſalm 80. D Nilus in Aſcetico, & ait: *Qui in croceis educati ſumus, nos ſtercore coinquinamus? Cum enim in ſplendidis, ac praclaris cogitationibus verſamur, in croceis nutrimur: Cum autem hac omiſſa vivendi ratione, terrenis negotiis involuimur ſtercore nos operimus.* Qui cœleſtibus omiſſis implicantur terreſtribus in ſtercore verſantur, ſtercoreque operiuntur.

D. Aug. D. Nilus. *Ex peccatis ad ſtercora devolvitur homo.*

155. Levit. 11. Prohibitum erat lege Levitic. 11. num. 26. *Animal, quod ambulat ſuper manus ex cunctis animantibus, qua incedunt quadrupedia, immundum erit.* Et qualenam crimen eſt in animalibus ſuper manus ſuas degere, quod ſevera immunditiæ pœna mulctatur? Nullum in bruto animali peccatum, utpote quod illius eſt incapax; ſed ibi denotatur homo cum ſua inani confidentia, qui vero Deo contempto, multum in operibus manuum ſuarum confiſus præſumit ſe digito poſſe Cœlum pertingere, in omne fœdum, & immundum præcipitatur, ut ab omnibus rejiciatur. D. Nilus citans ait: *Cur à Deo deficientes ſpem brachij firmamus, Dominique providentiam manibus noſtris adſcribimus... Hoc aenigmate lex deſignat; quod manibus, inquiens, incedit, immundum eſt. Manibus incedit, qui manibus nititur, quique ſpem in illis omnem ſuam habet.*

Qui confidunt in ſe ipſis immundi. D. Nilus

QVÆSTIO XXII.

Quare ſolus Herodes tam rigide punitur, & non etiam illi qui applaudentes dicebant illius voces non eſſe hominis, ſed Dei?

156. Oecum. AUditis fauſtis acclamationibus grandi ſupplicio punitur Herodes, cum tamen, ut notat Oecumenius, nihil tale ipſe dixerit, ſed tantum acquievit, & perjucundo animo acceptavit, dum acclamarentur voces Dei, non hominis, & numquid talia blaſphæmo ore proferentes, impuniti remanebunt?

157. Oecum. Reſpondet Oecumenius ibi, verum quare non etiam aſſentatores punientur? *Utrique ſanè ſupplicio digni erant, verum cum nondum tempus ſit judicij, is punitur, qui maximè obnoxius eſt crimini.* Etſi omnes valde promererentur dignam ſuorum delictorum pœnam, tamen Herodis ſcelera tam ob præſentem vanitatem, quàm ob multa, quæ contra Apoſtolos perpetrarat, facinora, ad cumulum devenerunt, ut divinam Iram concitaverint; at quoad aliorum peccata adhuc non erat judicij tempus, ſed citò veniet, & non tardabit. Adhue non ſunt *completa iniquitates Amorrhaeorum.* Geneſ. 15. num. 16.

Reſervatur ad ſuũ tempus aliquorum ſcelera. Gen. 15.

158. Iſai. 5. Ait Iſaïas cap. 5. num. 25. *Ideo iratus eſt furor Domini in populum ſuum, & extendit manum ſuam ſuper eum, & percutiet eum, & conturbati ſunt montes, & facta ſunt morticina eorum, quaſi ſtercus in medio platearum. In iis omnibus non eſt averſus furor ejus, ſed adhuc manus extenſa.* Exarſit furor Domini in populum ſuum ob illorum peccata *conturbati ſunt montes*, ut exponit Arias Montanus, Principes, Duces, ac Magnates tam rigido, ac horrendo ſupplicio, & facta ſunt morticina eorum, nempe cadavera putrida, & fœtida, ut ſtercus, ſed quievit ibi ira Domini. *Sed adhuc manus extenſa*, ad nova ſupplicia inferenda, atque ad alios caſtigandos. Interlinealis: *Adhuc extenſa, ut alios percuſſura.* Lyra: *Extenſa ad puniendam abominationem populi ſecundum tempus, quo placuerit juſtitia Divina.*

Arias. *Si pœna differtur, non aufertur.* Interlin. Lyran.

159. Sequebantur iſti miſeri applaudentes Herodem, illius ſimilem exitum invenient; cum deveniſſent Iſrael ad mare rubrum, & ſimul Pharao cum ſuo exercitu varia extitit utriuſque ſors, & diſſimilis, ut ſcribitur Exod. 14. num. 28. *Reverſa ſunt aqua, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui inſequentes ingreſſi fuerant mare, nec unus quidem ſuperfuit ex eis: Filij autem Iſrael perrexerunt per medium ſicci maris, & aqua eis erant quaſi pro muro.* Unde tanta differentia; cur ſequatur

Exod. 14. *Talis ductor talis exitus.*

ſequatur Pharaonem Ægyptiacus exercitus, Iſrael Deum in columna nubis. Non ergo mirum, quod Pharaonis perditio univerſos ſecum involverit ſectatores, & divina protectio in ſecurum, ac tutamen ducat Iſrael. Origenes in homil. 6. in Exod. ait: *Qui Ægyptius eſt, & ſequitur Pharaonem, ille vitiorum fluctibus mergitur, qui vero ſequitur Chriſtum, aquæ ei murus fiunt, ipſe autem in media via inſequitur per ſiccum.* Ex ductore, quem habes, ad talem exitum devenies.

CAPUT XIII.

1. *Erant autem in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ, prophetæ, & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus.*
2. *Miniſtrantibus autem illis Domino, & jejunantibus, dixit illis Spiritus Sanctus: Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos.*
3. *Tunc jejunantes, & orantes, imponenteſque eis manus dimiſerunt illos.*
4. *Et ipſi quidem miſſi à Spiritu Sancto abierunt Seleuciam; & inde navigaverunt Cyprum.*
5. *Et cum veniſſent Salaminam, prædicabant Verbum Dei in Synagogis Iudæorum; Habebant autem, & Ioannem in miniſterio.*
6. *Et cum perambulaſſent univerſam Inſulam uſque Paphum, invenerunt quemdam virum Magum pſeudoprophetam, Iudæum, cui nomen erat Barieſu.*
7. *Qui erat cum Proconſule Sergio Paulo viro prudente. Hic accerſitis Barnaba, & Saulo, deſiderabat audire Verbum Dei.*
8. *Reſiſtebat autem illis Elymas magus, (ſic enim interpretatur nomen ejus) quærens avertere Proconſulem à fide.*
9. *Saulus autem, qui & Paulus, repletus Spiritu Sancto intuens in eum.*
10. *Dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia fili Diaboli, inimice omnis juſtitiæ, non deſinis ſubvertere vias Domini rectas.*
11. *Et nunc ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus non videns ſolem uſque ad tempus. Et confeſtim cecidit in eum caligo, & tenebræ, & circuiens quærebat, qui ei manum daret.*
12. *Tunc proconſul cum vidiſſet factum, credidit admirans ſuper doctrina Domini.*
13. *Et cum à Papho navigaſſent Paulus, & qui cum eo erant, venerunt Pergem Pamphiliæ, Ioannes autem diſcedens ab eis reverſus eſt Ieroſolymam.*
14. *Illi vero pertranſeuntes Pergen, venerunt Antiochiam Piſidiæ: & ingreſſi Synagogam die Sabbathorum, ſederunt.*
15. *Poſt lectionem autem legis, & Prophetarum miſerunt Principes Synagogæ ad eos dicentes: Viri fratres, ſi quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebem dicite.*
16. *Surgens autem Paulus, & manu ſilentium indicens, ait: Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deum, audite.*
17. *Deus plebis Iſrael elegit Patres noſtros, & plebem exaltavit cum eſſent Incolæ in terra Ægypti, & in brachio excelſo eduxit eos ex ea.*
18. *Et per quadraginta annorum tempus mores eorum ſuſtinuit in deſerto.*
19. *Et deſtruens gentes ſeptem in terra Chanaan, ſorte diſtribuit eis terram eorum.*
20. *Quaſi poſt quadringentos, & quinquaginta annos, & poſt hæc dedit judices uſque ad Samuel Prophetam.*
21. *Et exinde poſtulaverunt Regem: & dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Benjamin annis quadraginta.*
22. *Et amoto illo ſuſcitavit illis David Regem, cui teſtimonium perhibens dixit: Inveni David filium Ieſſe, virum ſecundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.*
23. *Hujus Deus ex ſemine ſecundum promiſſionem eduxit Iſrael Salvatorem Ieſum.*
24. *Prædicante Ioanne ante faciem adventus ejus baptiſmum pœnitentiæ omni populo Iſrael.*
25. *Cum impleret autem Ioannes curſum ſuum, dicebat: Quem me arbitramini eſſe, non ſum ego, ſed ecce venit poſt me, cujus non ſum dignus calceamenta pedum ſolvere.*
26. *Viri fratres, filii generis Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum ſalutis hujus miſſum eſt.*
27. *Qui enim habitabant Ieruſalem & Principes ejus, hunc ignorantes, & voces Prophetarum, quæ per omne Sabbathum leguntur, iudicantes impleverunt.*
28. *Et nullam cauſam mortis invenientes in eo, petierunt à Pilato, ut interficerent eum.*
29. *Cumque conſummaſſent omnia, quæ de eo ſcripta erant, deponentes eum de ligno poſuerunt eum in monumento.*
30. *Deus vero ſuſcitavit eum à mortuis tertia die, qui viſus eſt per dies multos his.*
31. *Qui ſimul aſcenderant cum eo de Galilæa in Ieruſalem; qui uſque nunc ſunt teſtes eius ad plebem.*
32. *Et nos vobis annuntiamus eam, quæ ad Patres noſtros repromiſſio facta eſt.*
33. *Quoniam hanc Deus adimplevit filiis noſtris, reſuſcitans Ieſum, ſicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te.*
34. *Quod autem ſuſcitavit eum à mortuis, amplius jam non reverſurum in corruptionem, ita dixit: Quia dabo vobis ſancta David fidelia.*
35. *Ideoque, & aliàs dicit: Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.*
36. *David enim in ſua generatione cum adminiſtraſſet voluntati Dei dormivit, & appoſitus eſt ad patres ſuos, & vidit corruptionem.*
37. *Quem vero Deus ſuſcitavit à mortuis, non vidit corruptionem.*
38. *Notum igitur ſit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remiſſio peccatorum annuntiatur, & ab omnibus, quibus non potuiſtis in Lege Moyſi juſtificari.*
39. *In hoc omnis, qui credit juſtificatur.*
40. *Videte ergo ne ſuperveniat vobis, quod dictum eſt in Prophetis.*
41. *Videte contemptores, & admiramini, & diſperdimini, quia opus operor ego in diebus veſtris, opus, quod non credetis, ſi quis enarraverit vobis.*
42. *Exeuntibus autem illis rogabant, ut ſequenti Sabbatho loquerentur ſibi verba hæc.*
43. *Cumque dimiſſa eſſet Synagoga, ſecuti ſunt multi Iudæorum, & colentium advenarum Paulum, & Barnabam: qui loquentes ſuadebant*

bant eis ut permanerent in gratia Dei.
44. *Sequenti verò Sabbatho penè univerſa civitas convenit audire Verbum Dei.*
45. *Videntes autem turbas Iudæi, repleti ſunt zelo, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, blaſphemantes.*
46. *Tunc conſtanter Paulus, & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui Verbum Dei: Sed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æterna vitæ, ecce convertimur ad gentes.*
47. *Sic enim præcepit nobis Dominus: Poſui te in lucem gentium, ut ſis in ſalutem uſque ad extremum terræ.*
48. *Audientes autem gentes gaviſa ſunt, & glorificabant Verbum Domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.*
49. *Diſſeminabitur autem Verbum Domini per univerſam regionem.*
50. *Iudæi autem concitaverunt mulieres religioſas, & honeſtas, & primos civitatis, & excitaverunt perſecutionem in Paulum, & Barnabam, & ejecerunt eos de finibus ſuis.*
51. *At illi excuſſo pulvere pedum in eos, venerunt Iconium.*
52. *Diſcipuli quoque replebantur gaudio, & Spiritu Sancto.*

ARGVMENTVM.

SAULUS, & Barnabas Jeroſolymis ſuo eleemoſynarum miniſterio confecto revertuntur ad Antiochiam, inde Spiritus Sancti imperio mittuntur ad prædicandum gentibus: Saulus in Cypro ad fidem adduxit Sergium Paulum Proconſulem, Elymam Magum excæcavit; Ipſe deinde cum Barnaba abeunt Pergen Pamphyliæ, & Antiochiam Piſidiæ, à Iudæis è Synagoga expulſi, excuſſo pulvere pedum, ad prædicandum gentibus pergunt.

Actor. 13. *num.* 1. Erant autem in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ Prophetæ, & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ Collactaneus.

Num. 2. Miniſtrantibus autem illis Domino, & jejunantibus dixit illis Spiritus Sanctus; ſegregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I.

1. Verſ. 1. CUm cognoviſſent fideles, ut patet ex cap. 11. n. 19. pronuntiante Agabo magnam futuram famem ex Antiochia per Saulum, & Barnabam miſerunt ſubſidium eleemoſynarum ad fratres in Ieruſalem, quo munere expleto reverſi ſunt in Antiochiam, in qua erant *Prophetæ*, quæ futuræ prædicebant, & *Doctores*, qui fidem explicabant, & docebant. Ita Lyranus. Lyran.

2. Verſ. 2. *Tunc illis jejunantibus*, ad omne magnum opus præmittendum eſt jejunium, & ex hoc loco Eccleſia ante tempora ordinationum inſtituit jejunia. *Dixit Spiritus Sanctus*, per internam inſpirationem. *Segregate mihi.* Syrus: *Secernite mihi* Syrus. & ſubdit Textus: *Imponentes illis manibus*, de quo quæſtione prima, ac de nominibus in his verbis contentis.

QVÆSTIO I.

De nominibus contentis in quinque prioribus verſibus.

3. Antioch. PRimum *Antiochia* ab Antiochis Alexandri Magni ſucceſſoribus, ædificata, extructa, & gubernata, ab eis nomen accepit, ſicut & græcum Idioma, quamvis proprium haberet, ſcilicet Syrum, utpote Syriæ Metropolis illuſtriſſima.

4. Barnab. *Barnabas*, qui dicebatur Joſeph, Levites, Cyprus, qui habebat agrum, & vendidit, & pretium attulit, & poſuit ad pedes Apoſtolorum, & ob ſuam magnam virtutem ei nomen Barnabæ impoſitum eſt, id eſt filius conſolationis, ut patet ſupra Actor. 4 n. 36. 37, vide ibi dicta. Actor 4.

5. Simon. *Simon Niger* ad diſtinctionem Simonis Petri dicitur Niger à colore atro, ait Gloſſa Ordinaria, ſicut à flavo appellabantur flavij, ab Albo, Albini, à Ruſo apud Romanos Ruffini.

6. Beda. Vſuard. Martyr. *Lucius Cyrenenſis*, qui Cyrenæ fuit Epiſcopus, ut de eo ſcribunt Beda, Uſuardus, Ado, & inter ſanctos cum ſcribit Martyrologium Romanum die 6. Maij.

7. Martyr. Roman. *Manahen*, de quo ſic habet Martyrologium Romanum 24. Maij: *Antiochiæ S. Manahen Herodis Tetrarchæ Collactanei, Doctoris, & Prophetæ ſub gratia novi Teſtamenti in eadem urbe quieſcentis.* De eoque agunt eadem die Beda, Uſuardus, Ado, & Petrus *de Natalibus* lib. 5. cap. 34. Dicitur Herodis, nempe Antipæ, qui fuit filius Herodis Aſcalonitæ, & patruus Herodis Agrippæ, de quo fit mentio ſupra cap. 12. n. 1. Hic Herodes Antipas per irriſionem Chriſtum veſte alba induit, & Ioannem Baptiſtam occidit. Beda. Vſuard. Ado. Petrus.

8. Lyran. Cornel. Eſtius. Menoch. Dicitur *Collactaneus* Herodis, id eſt lactatus lacte quidē nutricis, ex quo colligunt Lorinus, Cornelius, Eſtius, Menochius Manaheo fuiſſe virum inſignem, ac illuſtrem, utpote collactaneum Herodis Regis.

9. Theoph. *Bona indoles melius mala ſocietate corrumpitur.* Theoph. Sed multa virtute illuſtratus; nam Theophylactus pro collactaneus legit *Educatus*, qui cum eſſet nutritus eodem lacte, & educatus eadem pueritia, ac magiſterio, nil participavit, ac guſtavit de malitia, ac nequitia Herodis, ſed ab illa omnino purum, & integrum ſe ſervavit, ut Propheta, ac boni Doctor fieret, ut obſervat Theophylactus ibi: *Præter hos Manahen, qui erat cum Herode educatus: ecce tibi mores uniuſcujuſque non à pueris educatio ſalvos facit: Vide enim, ut Herodes quidem peſſimus fuerit. Manahen, qui una cum eo educatus fuerat, tantum ab illo mutatus eſt, ut etiam munus prophetæ conſecutus ſit.*

Tres illi ſancti pueri mittuntur in fornacem Babylonis ignis ardentis, etſi multi ſancti operante Divina omnipotentia liberati ſunt ab igne, multo

excellentiori, ac illuſtriori modo ſe Deus habuit
cum his tribus pueris ſuper cæteros, nam illi col-
ligati injecti ſunt in fornacem, ſed ignis non eos
læſit, imo potius inſesvivit, ut ligamina combu-
reret, ut expediti potuerint deambulare: Angelus
Domini deſcendit de Cœlo ut faceret eis ventum
roris flantem ad magnum recreationis levamen,
imo ipſe Rex cum accederet ad fornacem totus ad-
mirabundus clamat: *Nonne tres compeditos miſimus
in medium ignis, video quatuor ſolutos: & ſpecies
quarti ſimilis Filio Dei.* Dan. 3. n. 92. Unde tanta ex-
Daniel. 3 cellentia, ut Deus tot, & tantis mirabilibus cum
Vbi ter- ſanctis bis pueris ſe exhiberet, cum tanta mirabilia
rena vi- ſuper cæteros ſit operatus. Recole, quod cum hi
gent dif- ſancti pueri cum aliis de ſemine Regio ducti eſſent
ficillime in Babyloniam, conſtituit eis Rex Magiſtrum, ut
virtus doceret eos literas, & linguam *Chaldæorum.* Da-
floret.
Daniel 1. niel. 1. num. 4. id eſt mores Chaldæorum, à qui-
bus ſancti pueri cuſtodierunt ſe ipſos ne coinqui-
narentur ab eis, & qui ſub eodem doctrinæ lacte,
ac ſub eadem diſciplinæ forma præ cæteris ſe pu-
rum, & integrum cuſtodit, & ſervat, valde mira-
biliter magnis prodigiis à Deo extollitur, ac ſu-
D. Iſidor. blimatur. D. Iſidorus Pelnſiota lib. 1. epiſt. 139. ait:
Pelnſiota *Tres illi pueri, ac Daniel curioſam, & ſupervaca-
neam Chaldæorum diſciplinam minime didicerunt
hinc ligues, quod hic leonibus, illi autem igni vene-
rationi fuerunt.*

10. Cum Rebecca à S. Viro Iſaac concepiſſet, fœ-
tuum conceptorum motum, ac colliſionem mole-
ſtiſſimè ferebat, divinum oraculum conſuluit, à
quo reſponſum accepit. *Duo gentes ſunt in utero tuo,*
Gen. 25. *& duo populi ex utero tuo dividentur*, Geneſ. 25.
num. 23. Iſti duo gemelli erant Iacob, & Eſau,
ambo in eodem utero, eodem lacte, ac paſtu enu-
triti; Jacob dilectus, & ſanctus, ab eo populus
ſanctus, & dilectus, Eſau reprobus malus, & ta-
lis ejus populus: Ecce mores valde diverſi, & un-
de tanta commotio, ac contentio? Quale nam erit
Boni à remedium? *Duo populi ex utero tuo dividentur.* Tunc
malis ſe- datur quies, & requies, tunc virtus ſecura conſiſtit
parandi quando boni à malis ſeparantur, ab eiſque ſunt divi-
ut conſi- ſi. Philo lib. de Abel, & Cain ait: *Supplex Rebecca
ſtant.*
Philo. *Deum rogabat: dignaretur docere quid mali hoc eſſet,
quodve hujus remedium; Qui ſic reſpondit: Duæ gen-
tes in utero tuo ſunt. Verum duo populi ex ventre tuo
diſcedent. Hoc remedium, ut diſcedant, ſeparentur-
que ab invicem, nec amplius ſimul habitent.*

QUÆSTIO II.

*Quare ieiunantes imponunt manus ſuper Sau-
lum, & Barnabam, & quid ſit illa
manuum impoſitio.*

11. DIxit eis Spiritus Sanctus per internam inſpira-
tionem eis, ſcilicet, Prophetis, ac Doctoribus,
Textus. & Prælatis, qui erant in Antiochia: *Segregate mihi.*
Syriac. Syrus: *Secernite mihi* ad opus, ad quod vocavi eos;
alij legunt *in auxilium*, ad quod vocavi eos Iejunan-
tes impoſuerunt manus ſuper eos.
12. Quæſtio igitur inquirit quid fieret, ſeu confer-
Primu retur per illam manuum impoſitionem. Prima ſen-
ſententia tentia tenet, quod non fuit actio ordinativa, ſed
negat. tantum deprecativa; Ita Arias, Cajetanus, Eſtius,
Arias. Suar. 3. p. tom. 3. diſp. 34 ſect. 1. & alij. Et ratio
Caietan. eſt; quia jam Saulus erat ordinatus à Deo Apoſto-
Suarius. lus. Actor. 9 n. 15 & ideo ipſe ait ad Galatas 2. n. 6.
Eſtius. quod ab Apoſtolis nihil acceperit, ſimiliter de
Barnabs ſuo ſocio 2. Corinth. 8. n. 19. quod ordina-
tus, & conſtitutus ſocius fuerit ſuæ peregrinationis.
Secunda, & verior ſententia eſt Saulum, & Bar- 13.
nabam fuiſſe ordinatos Epiſcopos, imo & presbite- *Secunda*
ros ab aliis Epiſcopis, quos ibi D. Petrus ordinavit. *affirmat.*
Ita hic D. Chryſoſt. D. Leo epiſt. 81. vel juxta aliam D. Chryſoſt.
editionem 79. Henriques lib. de Sacramento Ordi- D. Leo.
nis cap. 3. Turrianus lib. 1. de Hiera. Ord. cap. 20. in Henriq.
præſenti Lorinus, Cornel. Menoch. & alij. Turrian.
Prima ratio eſt; quia ex nullo alio loco colligi- 14.
tur Saulum, & Barnabam fuiſſe creatos Epiſcopos *Epiſco-*
niſi ex hoc loco; nam illud, quod adducitur. Actor. *patus ex*
9. num. 15. quod Chriſtus dixiſſet de eo: *Vas ele-* *hoc loco*
ctionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum. Nihil *colligi-*
inde poteſt colligi ad Epiſcopatum; nam poſtea *tur.* Actor. 9.
Paulus fuit baptizatus ab Anania, nec etiam pro
contraria ſententia facit id, quod adducitur ex epi-
ſtola ad Galatas, ubi ait: Paulus, quod Apoſtoli,
nihil ipſi conſuliſſent, quantum ad doctrinam E-
vangelicam, quam ipſe teſtatur non accepiſſe ab
homine; ſed per revelationem Ieſu Chriſti ad Ga- Galat. 1.
latas 1. n. 12.
Secundo Chriſtus Dominus quoſdam Apoſtolos 15.
Epiſcopos ordinavit, & ipſi Apoſtoli alios Apo- *Per ieiu-*
ſtolos Epiſcopos ordinarunt, ut Petrus Iacobum *niū ani-*
minorem Epiſcopum Ieroſolymorum, ut tradunt *mus diſ-*
aliqui Authores, & exempla adducit Henriques *ponitur*
citatus. Tertio; quia ex hoc exemplo diſpoſuit Ec- *ad mag-*
cleſia quod ante ordinationum tempus, præmitte- *na.*
rentur jejunia; per illa enim animus diſponitur ad
veram ſapientiam, & ad omnia ſobrie, juſte, ac re-
cte agenda. Philo lib. de victim. ait: *Ij nos admonent,* Philo.
*temperantia inter omnes virtutes utiliſſima, pane
enim contentus eſſe poteſt ſectator ſapientiæ, habiturus
ſanum corpus, & mentem ſobriam.*
Ait David Pſalm. 62. num. 3. *In terra deſerta, in-* 16.
via, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi, ut vide- Pſal. 62.
rem virtutem tuam, & gloriam tuam. Vehementiſſi-
mo deſiderio flagrabat David videre gloriam Dei,
ejuſque virtutem, & ad hujus rei fruitionem conſti-
tuit ſe in terra deſerta; invia, & inaquoſa, in qua
nullus erat fructus, nullus cibus, nullumque alimen- *Per ieiu-*
tum, ut ita ipſe jejunus tamquam in ſublimi ſanctua- *nium cō-*
rio conſtitutus (tale enim eſt jejunium) fieret capax, *ſtituitur*
ac aptus ad videndam gloriam Dei, ejuſque infini- *homo in*
tam, atque altiſſimam virtutem. S. Ambroſ. ſerm. 17. *quodam*
in quadrageſima ait: *Deſertum plane quoddam ipſum* *ſanctua-*
corpus Chriſtiani cum non repletur cibis, non poculis *rio ad*
irrigatur. Deſertum, inquam, eſt corpus noſtrum, *videndū*
cum abſtinentia marceſcit caro ſiti pallor obducitur. *Deum.* D. Ambr.
Nota *Tunc Chriſtus Dominus habitat deſertum pe-
ctoris noſtri, cum noſtram terram fame ſqualidam,
ac ſiti aridam eſſe reperit, ſecundum quod ait Pro-
pheta, ſicut in terra deſerta, invia, & inaquoſa, ſic
in ſancto apparui tibi.*
Valde dura, & terribilis eſt illa Dei vox vo- 17.
cantis primum Parentem Adamum: *Vbi es, Adam?*
Geneſ. 3. num. 9. ac ſi in nullo loco valeat conſi- Gen. 3.
ſtere, ut ſui delicti pœnam audiat; E contra vero
valde familiaris, & amica ipſius Dei vox ad Patrem
Eliam: *Quid hic agis Elia?* 3. Reg 19. num. 13. ut in- 3. Reg 19
de magnam mercedem recipiat: Unde tanta rei dif-
ferentia? Adamus erat paſtus cibo vetito Elias qua- *Ieiuniū*
draginta dierum jejunio purificatur, & ideo ad *ad ſe ad-*
magna, & ſublimia vocatur. Tertulian. lib. adver- *vocat*
ſus Phyſicos ſic ait: *Cum Elias in ſpeluncam diver-* *omnes*
tiſſet, quam familiari congreſſu Dei exceptus eſt: *cœleſtes*
Quid tu Elia hic? multo mitior vox iſta, quam *favores.*
Adam ubi es, hac paſto homini minabatur, iſta ve- Tertull.
*ro jejuno blandiebatur, tanta eſt circumſcripti vi-
ctus prærogativa, ut Deum præſtet homini contri-
bunalem, parem re vera pari.* In his ultimis verbis

faeit

facit Tertullianus allnſionem ad Petri verba in Thabor Chriſto Domino dicentis. *Vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum,* Math 17. *Eliæ unum.* Matth. 17. num. 4. & quomodo Petrus æqualiter offert tabernacula Domino, & ſervis? Iejunium in tantum ſublimavit Moyſen, & Eliam ad quædam veſtigia quodammodo cum Domino reſerenda: *Tantu eſt circunſcripti victus prærogativa, parem re vera pari.*

Actor. 13. *num.* 6. Et cum perambulaſſent univerſam Inſulam uſque Paphum invenerunt quendam virum Magum pſeudoprophetam Iudæum, cui nomen erat Barieſu.

Num. 7. Qui erat cum Proconſule Sergio Paulo viro prudente: Hic accerſitis Barnaba, & Saulo deſiderabat audire Verbum Dei.

Num. 8. Reſiſtebat autem illis Elymas Magus, (ſic enim interpretatur nomen ejus) quærens avertere Proconſulem à fide.

Num. 9. Saulus autem, qui & Paulus repletus Spiritu Sancto intuens in eum

Num. 10. Dixit. O plene omni dolo, & omni fallacia fili Diaboli, inimice omnis juſtitiæ, non deſinis ſubvertere vias Domini rectas.

Num. 11. Et nunc manus Domini ſuper te, & eris cæcus non videns ſolem uſque ad tempus: & confeſtim cecidit in eum caligo, & tenebræ, & circuiens quærebat qui ei manum daret.

Num. 12. Tunc Proconſul cùm vidiſſet factum, credidit admirans ſuper doctrina Domini.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE II.

18. Syrus. Verſ. 6. *ET cum perambulaſſent.* Syrus: *Cum perluſtraſſent uſque ad Paphum Urbem,* Cypri, valde celebrem carminibus Poetarum. *Virum Magum pſeudoprophetam,* qui ſe ut Simon Magus vocabat: *Virtutem Dei* & per magicam artem multos ægros ſanaverat; *Cui nomen erat Barieſu,* de quo nomine large, & proliæ Franciſcus Lucas, & nomen eſt, *ac Filius Ieſu.* Id eſt, ac filius; Videtur quod Pater hujus Magi, dictus fuiſſet Jeſus, ſeu Ieſue. *De nomine Barieſu.* Franciſc. Lucas.

19. Syrus. Verſ. 7. Qui erat cum Proconſule, qui tanquam Vicarius Conſulis Romani adminiſtrabat, & gubernabat totam Provinciam. *Sergio Paulo,* à quo & Paulus nomen habuit, ut dicam q. ſequenti: *Viro prudente.* Syriacus: *Sapiente:* ubi eſt Sapientia, & prudentia, ibi eſt deſiderium ſalutis, quod eſt donum Dei.

20. *De nomine Elymas.* Sanches. Cornel. Menoch. Tyrin. Verſ. 8. *Elymas Magus.* Videtur eſſe barbarum nomen, & fortaſſe Cypreum antiquum ſignificans ſua lingua magum. Ita Sanches, Cornelius à lapide, Menochius, Tyrinus, & forte nomen proprium erat Elymas, quod multi deducunt à verbo Hebræo *alum,* id eſt *abſcondere,* vel à verbo græco, quod ſignificat *involvere,* qui ſuis magicis artibus multa abſcondebant, & involvebant, indeque uſurpavit nomen, ut diceretur *Barieſu,* id eſt Filius Salvatoris, quia per ſuas magicas artes docebat ſalutem, vel quia Pater ejus dicebatur Ieſu, ſeu Ieſue, ut multi erant in Hebræo populo, qui tali nomine dicebantur, ut teſtatur Ioſephus. Ioſeph.

Verſ. 9. *Saulus autem, qui & Paulus;* Ex hoc loco ſemper dicitur Paulus, ut dicam q. ſequenti: *Repletus Spiritu Sancto,* ut ait Lyranus, cujus virtute videbat ea, quæ aliis erant ignota, & occulta: *Et intuens in eum* ardentibus oculis Dei zelo repletus. 21. Lyran.

Verſ. 10. *O plene omni dolo* interno in anima. *Et omni fallacia* externa ad dementandos homines Pagninus, & Tygurina: *Omni verſutia.* Arias: *omni maleficentia.* Syrus: *Omnibus flagitiis:* Tot verba multiplicantur ad exprimendam ſummam hominis nequitiam. 22. Pagnin. Tigurin. Syrus.

Fili Diaboli. Syriacus: *Fili Criminatoris.* Arabicus: *O fili fraudulente* imitatione operum, ac malorum: *Inimice omnis juſtitiæ,* virtutis, probitatis, ac ſanctitatis, quæ eſt in Evangelio, ut ſtatim explicat: *Non deſinis ſubvertere vias Domini rectas.* Græcus, & Syriacus legunt de futuro *Non deſines.* Per quod oſtenditur malitia hominis conſummata. *Subvertere.* Tygurina: *Invertere vias Domini rectas.* Impugnare nempe Evangelium, quæ eſt ſalutaris via Domini, quæ recta nos ducit in Cœlum. 23. Syrus. Græcus. Tigurin.

Verſ. 11. *Ecce manus Domini ſuper te.* Syriacus vindex, ac puniens te. *Et eris cæcus,* ut pœna exterior reſpondeat cæcitati interiori. *Non videns Solem uſque ad tempus,* temporariam, & non perpetuam cæcitatem illi inſligit Paulus, ut pœna compunctus reſipiſcat: *Et confeſtim in eum cecidit caligo,* id eſt in eo inſtanti, ac momento apprehendit eum cæcitas, ut videretur aperte, quod illa pœna, ut ait Lyra, non fuerit à cauſa naturali, ſed ſupernaturali, & caligo, quæ eſt inſtar nubis, vaporis, vel nebulæ, quæ oculos obnebulat ne videant. *Et circuiens quærebat, qui ei manum daret,* ut ita ejus cæcitas omnibus fieret manifeſta. 24. Syriac. *Vt compungatur inſligitur pœna tãtummodo temporaria.* Lyran. *Quid caligo.*

Verſ. 12. *Cum vidiſſet factum.* Arabicus: *Cum vidiſſet miraculum* ex divina virtute, in teſtimonium doctrinæ per Apoſtolos prædicatæ. *Credidit admirans.* Lucifer Caralit: *Credidit cum admiratione ſtupens,* quod ubi tanta erat virtus Divina nulla falſitas ſubeſſe poterat. *Super doctrina Domini.* Non dicitur doctrina Apoſtoli, ſed Domini; quia niſi eſſet Domini, eam ipſe tanto miraculo non approbaſſet. 25. Arabic. Caralit.

QUÆSTIO III.

Quare Saulus dicitur Paulus ex Sergio Paulo baptizato, & aliqua de ipſo Sergio notantur.

DIcitur in Textu: *Saulus, qui & Paulus.* Huc uſque ſemper dicitur Saulus, hic primum vocatur Paulus, quod nomen deinceps ei tribuit D. Lucas, ex quo apparet, quod occaſione Sergij Pauli Proconſulis, & ut etiam cum prædicarat ad gentes nomen Hebræum Saulus in græcum, & latinum Paulus commutavit, ut maximè ſe gentibus inſinuaret, eiſque gratior fieret. 26. *Prædicator inſidat ſe inſinuare cum auditoribus*

Aliter Divus Auguſtinus lib. 8. Confeſſ. cap. 4. ait: *Ipſe ex priori Saulo Paulus vocari amavit ob tam magnam inſignem victoriam.* Semper Saulus dictus, at vero Paulo Sergio Proconſule baptizato ſe Paulum nominari voluit, utpote quod tam illuſtri homine ad fidem adducto magnum victoriæ trophæum de gentilitate reportabat, & quia ſic ſuæ prædicationi primitias honorari voluit, ſecutus in hoc morem Græcorũ, ac Romanorũ, qui à rebus præclare geſtis denominabãtur, ut teſtatur Plutarchus in Coriolano, qui ait: *Nam aut à virtute, aut fortuna,* D. Aug. 27. *Quod meritis comparatur, magnum eſt nomẽ.* Plutarc.

quemadmodum, & apud Græcos, hujuſmodi indi ſolebunt cognomentu. Scilicet Romani, ſic & Jacob à ſua fortitudine in luctamine dictus eſt Iſrael, Geneſ.32.n.28. Unde ait Nazianz.orat.35. *Pro pietatis præmio nominis commutationem accepit.*

Gen.32. D.Naz.

28\. Novem eſſe choros Angelorum valde notum eſt: Angeli, Archangeli, Cherubim, Seraphim, paſſim in Scriptura nominantur Paulus ad Epheſ.1.n.21. Quatuor enumerat. *Super omnem principatum, poteſtatem, virtutem, & dominationem.* Et ad Coloſſenſ.1.n.16.qui hos referens adjungit *Thronos,*unde illis tam diverſa nomina? Ab officijs,& ſuis actionibus. Sic Origenes homil.23. in Joſue: Maximè in rem noſtram à diverſo modo, quo ſe habuerunt in prælio contra Luciferum. Author eſt Rupertus lib.1. de Victoria cap.17. ſic ait: *Beati ſpiritus,qui in Creatoris ſui dilectione manſerunt, & in virtute ſteterunt, venerabilibus ordinibus diſtincti merito, & ſplendidis nominibus decorati*, &c. Qui in illo bello ſummè dilexerunt Seraphim, qui multa acutie penetrarunt machinationem Luciferi. *Cherubim,* qui primi fuerunt in bello. *Principatus,* Qui multa poteſtate, ac virtute pugnarunt. *Virtutes, & poteſtates*, Qui cœlum ſolum eſſe Dei ſedem cœli cœlorum; nam ex glorioſis factis *merito ſplendidis nominibus fuere decorati.*

Epheſ.1. Coloſſ.1. *A Lucifero victo nomina ſortiuntur Angeli.*

29\. Deſcribens Moyſes ſummum rerum opificium, ait: *Creavit Deus,*Gen.1.n.1. Deus, qui eſt ens ſupremum,& excelſum ſuper omnia,qui ob ſui ſublimitatem non poteſt definiri,noluit dici,& nominari, niſi prius præmiſſo,ac præpoſito admirabili opificio totius Orbis, ut notat Theophylactus Antiochen.lib.2.ad Antolyſe,& ait:*Non enim fas eſt Deum temerè, & otiosè nullo ſubjecto opere nominari.*

Gen.1. *Deus cũ opere.* Theoph.

30\. Hoc etiam conſilio meus Jeſus ab ineunte infantia non ſine pulvere, & ſanguine parat ſibi Jeſus nomine appellari, Luc.2.n.21. ſed prius cultro circunciditur, & ſanguinem fundit, quod notavit D. Bernard.ſerm.5. *Neque enim meus Ieſus nomen vanum, aut inane portat, non eſt in eo magni nominis umbra, ſed veritatis.*

Ieſus cũ ſanguine.

31\. Quia noſter Apoſtolus dictus eſt Paulus à Proconſule Sergio Paulo converſo, ut jam dixi,de ipſo Sergio Paulo accipe,quid de eo ſcribit Lucius Dexter ad an.Chriſti 76. *Sergius Paulus Hiſpali,Corduba, Barcinona, Cæſarauguſta, Secuncia, & plurimis alijs Hiſpaniæ partibus prædicat, totaſque Hiſpaniæ Provincias peragrat.* Eum creatum fuiſſe Epiſcopum in Gallia, tradunt graves Authores, de eo ſic habet Martyrolog.Rom. die 22.Martij.*Narbona in Gallia Natalis S.Pauli Epiſcopi Apoſtolorum diſcipuli, quem tradunt fuiſſe Sergium Paulum Proconſulem,qui à Paulo Apoſtolo baptizatus, & cum in Hiſpaniam pergeret, apud Narbonam relictus ibidem Epiſcopali dignitate donatus eſt, ubi prædicationis officio non ſegniter expleto clarus miraculis migravit in Cœlum.* Plura de eo ſcribit & refert Baronius ad citatum Martyrolog.

Quis Paulus Sergius. Lucius Dext. Martyrolog. Rom.

QUÆSTIO IV.

Quare D.Paulus Elimam magum potius percutit cæcitate, quam alia pœna?

32\. AIt ei Apoſtolus: *Ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus*, ut cæcitas, quæ interius erat in animo, & ſuis maleficijs abſcondebat, exterius appareret, & qui avertebat Proconſulem, ne Apoſtolum audiret, etiam nec ad eum accedere poſſet.

Interius exterius manifeſtatur.

33\. Ingenioſè aliam rationem excogitavit D.Chryſoſt.homil.28. in Acta. *Etiam nunc ait; Ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus. Quo illo adductus eſt ſigno, hoc, & hunc voluit adducere.* Paulus cum in ſua nequitia eſſet obſtinatus cæcitate percutitur; *apertiſque oculis nihil videbat,* Act.9.n 8. Apoſtolos ſua eximia charitate, maximè exoptabat hujus miſeri ſalutem, medium cæcitatis, quod utile agnoverat ei adhibet, ut ipſe ad ſalutem veniat, & viſum corporalem, & ſpiritualem recipiat.

D Chryſoſt. *Quod ſibi ſit utile, ſequendum.*

34\. Magnæ, ac ſummæ prudentiæ eſt, viam, quam agnoſcis tibi proficuam,ſequi,ab eaque non deſiſtere,ad quod nos admonet Jeſus ſuo facto,ut homini cæco ſuum viſum reſtitueret: *Expuit in terram & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos ejus,* Ioan.9 n.6. & quale remedium lutum ad præſtandos lucidiſſimos hominis oculos. In primo opificio ex luto formavit hominis lucidiſſimos oculos Deus: ergo medium, quod fuit tam proficuum in formatione, erit in reſtauratione, ac illuminatione. D.Irenæus lib.5. ſic ait: *Sumpſit Dominus lutum de terra, & plaſmavit hominem, quapropter Dominus expuit in terram,& fecit lutum, & ſuperlinivit illud oculis oſtendens antiquam plaſmationem, & manum Dei oſtendens. Nec jam alteram requiramus manum, nec alteram Patrem ſcientes,quoniam qui plaſmavit nos ab initio,hic in noviſſimis temporibus perditos exquiſivit nos.*Lutum in manu Dei fuit aptum medium ad hominem formandum, erit & ad ipſum reſtaurandum, ut diſcas eligere medium bene ſibi probatum, & aliud non requirendum.

Ioan 9. *Medium aptum in ædificatione ſit in reſtauratione.* D.Iren.

35\. Ex mandato Abrahæ ſervus ſenior domus ejus proficiſcitur in Meſopotamiam, ad quærendam Sponſam filio Domini ſui Iſaac, & quænam ſit Virgo ad tantum matrimonium digna, oratione facta ad Deum ex eo ſigno indagare intendit: *Puella cui ego dixero: inclina hydriam tuam, ut bibam, & illa reſponderit: bibe, quin & Camelis tuis dabo potum: ipſa eſt, quam præparaſti ſervo tuo Iſaac,* Geneſ 24.n.14. Magna indagine inquirendum, cur homo ſenex, & prudentiſſimus nil aliud exoptat in fœmina eligenda ad tantum negotium, niſi tantum hoſpitalitatis gratiam, & benignitatem, ac clementiam in extraneos, nil ſollicitus eſt, an puella ſit pudica, modeſta, bene morigerata, timens Deum, mitis, & manſueta, ſed ſolum de hoſpitalitatis indulgentia cogitat. Bonus ſervus vehementer perquirebat augmentum domus Domini; viderat illa quanta bona multiplicata ſunt Domino ſuo Abrahamo ex hoſpitalitatis benevolentia, tres Angelos habuit in tabernaculo, Iſaac ſuſcepit in promiſſione, & in eo Chriſtum D. Geneſ.18. Ideo in uxore diligenda, maximè eandem in extraneos propenſionem exoptat, ut multiplicato hoſpitalitatis affectu in multum cumulum, creſcant, & augeantur cuncta bona, & ideo bonus ſervus, ut expertus de fidelitate Domini ſui nil aliud quærebat. Procopius ait: *Hoſpitalitatem noveras non nimiam eſſe felicitatis cauſam.*

Gen.24. *Illud elige quod agnoſcis felix.* Gen.18. Procop.

QUÆSTIO V.

Quare tàm citò, ac feſtinanter pœna cæcitatis apprehendit hunc miſerum?

36\. AIt Paulus ad Magum: *Eris cæcus non videns ſolem uſque ad tempus, & confeſtim cecidit ſuper eum caligo.* Sic & Elias ad quinquagenarium:

Deſcendat

Deſcendat ignis de Cœlo, & devoret te. Deſcendit 4.Reg.1. *ignis de Cœlo* 4.Reg. 1.num.11. pueris illudentibus maledixit Elyſæus: *Egreſſique duo urſi de ſaltu laceraverunt ex eis.* 4Reg 24 4.Reg.2.num.24. ſic & D.Petrus dixit ad Saphiram: *Ecce pedes eorum, qui ſepelierunt virum tuum efferent te.* Actor.5. Actor.5.num.9. Exauditis execrationibus oſtendebatur Deum approbare illorum facta, quæ non ex ira, & odio procedebant, ſed ex zelo juſtitiæ, & ut etiam fieret manifeſtũ in quanta æſtimatione juſti ſunt apud Deum. D.Athanaſius ad Anaſtaſ.Synai.q.75. & ait: *Vides quomadmodum Deus ſuos honorans famulos, exaudit eos, & preces eorum, & execrationem: Facit enim eorum voluntatem, & exaudit eorum orationem.*

Recta pœna nõ ex odio ſed ex juſtitia.

37. Ait Eccleſiaſtic.4.num.6. Eccleſ.4. *Maledicentis enim ſibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius, exaudiet autem eum, qui fecit illum*: Mirum ſane quod dicatur Deus aures ſuas præbere maledicentibus, & execrantibus, ſi hæc non fiant ex odio, ſed juſtitiæ zelo, ſtatim exaudit, & annuit. Carthuſian.ibi ait: Oratio pauperis imprecantis tibi ex zelo juſtitiæ mala pœnalia, per quæ corrigeris in hac vita, exaudietur à Deo.

Maledictus ex zelo juſtitia exauditur.

38. Maxime veniamus ad rem noſtram de obſiſtentibus, ac ſe opponentibus contra prædicatores, ut Magus iſte ait Iſaias 49. num. 2. Iſai.49. *Poſuit os meum, quaſi gladium acutum in umbra manus ſuæ protexit me, & poſuit me ſicut ſagittam electam.* Se maximè cuſtoditum, ac monitum ſub umbra divinæ manûs, ac ejus Omnipotentiæ oſtendit, tamen ſe comparat cum gladio evaginato, & acuto, & cum ſagitta bene diſpoſita, ac bene præparata, optime concionatoris lingua inſtar ſagittæ, gladijve utitur Deus, ut inimicos ſuis renuentes præceptis proſternat; qui enim gladio evaginato, ac bene obfirmato, ac ſagittæ volanti ſe opponit, neceſſe eſt ut dirè ſaucietur, & crudele vulnus ſuſcipiat Procopius Gazæus valde opportunè ad citatum locum Iſaïæ, ubi ſic ait: Procop. *Ipſa Evangelij promulgatio gladius adverſus Diaboli tyrannidem extitit; dedit & nobis ipſum Spiritus gladium, cujus ope Dæmonum fraudes propellimus: indeque quod ſpiritu erit ſui Ananiam, & Saphiram Petrum interfeciſſe legimus, quod Paulum denique verbo oris ſui Elymam obcæcaſſe.* Nota quod lingua concionatorum dicitur gladius, & ſagitta, gladius de propinquo, ſagitta è longinquo ferit; quia eorum oppugnatores, in nullo loco à ſuſcipienda percutione, ac vulnere effugient, ſed eos pœna apprehender.

Qui contra concionatores ſe opponant dire percutiuntur.

39. Cum Herodes cogitaret interficere Dei Verbum Chriſtum Dominum monet Angelus Joſeph, ut cum puero, ac matre tendat in Ægyptum, qui Cœleſtibus monitis obtemperans: *Conſurgens accepit puerum nocte, & matrem ejus, & receſſit in Ægyptum.* Matth.2. Matth.2. num 13. Poſtea verò cum jam tempus eſſet, monitus eſt Ioſeph, ut regrederetur in terram Iſrael, ait Textus: *Qui conſurgens accepit puerum, & matrem ejus, & venit in terram Iſrael.* Matth. 2. num. 21. In quo maximè notandum eſt, quod quando Impius Rex perſecutionem moliebatur, & inſidias tendebat contra Dei verbum, ut à ſe abigere faceret: *Nox erat*, & tenebrarum caligo, ac veloti occaſus Solis; at vero cum omnia ſunt placida, nulla noctis fit mentio, cum excipiantur Dei Verbum, ejuſque præcones, nova lux inſtar exorientis jubaris refulget, omnia fiunt lucida, ac conſpicua, & tamquam novo vigore concepto repullulant: Opportunè Beda: Beda. *Et bene cum Iudæam deſerit, fugere, & hoc nocte dicitur: Cum vero revertitur in illam, non ſolum fuga, ſed nec noctis fit mentio, qua nimirum quos ob peccatorum tenebras olim perſecutores reliquit, ipſos ob lucem fidei tandem ſe quærentes remiſit.*

Doctrina Evangelica lux, ſi reijciatur caligo.

QUÆSTIO VI.

Quare Apoſtoli Simonem Magum ſolum verbis reprehendunt, at Paulus Elymam Magum non ſolum verbis, ſed etiam cæcitate?

SImon Magus diabolica plenus arte cùm videret, 40.
quod per manus Apoſtolorum daretur Spiritus Sanctus, accurrit ad Apoſtolos oblata pecunia, dicens. Date & vos mihi hanc virtutem, graviter in eum invehitur D.Petrus: Actor.8.n.20. *Pecunia tua tecum ſit in perditionem & nulla impoſita pœna*: Actor.8. E contra Elymam Magum non ſolum D. Paulus diris verbis objurgat, ſed etiam cæcitate percutit: *Eris cæcus, & non videbis Solem.*

Difficultas quæſtionis.

Reſpondet primo D. Iſidorus Peluſiota lib. 1. 41.
Epiſt.354.& ait: D Iſidor. Peluſiota *Impium hominem prudenti conſilio Paulus coercet innoxa ipſi admonendi cauſa, cæcitate, qua etiam ipſum te tanquam porrecta manu duxit, ut Apoſtolo ſe in diſciplinam traderet. Didicit enim eo medicaminis genere incredulitatem ſuam curare, quo etiam ſanitatem adeptus eſt.* Vbi ſpes ſalutis eſt ſapienter correctionis pharmacum adhibetur, ſi autem ulcus inſanabile judicatur, correctionis remedium ſupervacaneum: de hominibus depravatis, qui jam nullo modo proficerent, dicebat Ieremias 12.n.3 *Congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis.* Et ait congrega eos, ut explicant D.Hieron.D.Tho.Raban.Hugo ut ſolent oves mactandæ congregari, imo & ſaginari in ovile, *& ſanctifica eos*, id eſt ſepara, ſeu ſepone eos, quaſi rem ſacram, ut nemo eos tangat, ut immoles tuæ juſtitiæ, ac debitæ pœnæ perſolvantur.

Non peccatoribus obſtinatis correctio adhibenda.

Ierem.12. D Hilar. D.Tho. Raban. Hugo.

Secundo Simon Magus opponebat ſe contra auth oritatem Apoſtolorum, eis faciens injuriam, dum 42.
exiſtimabat eorum virtutem, ac dona Dei poſſe pecunia emi, vel vendi: at Elymas opponebat ſe saluti ſpirituali proximorum intendens Proconſulem, ac populum avertere, ne doctrinam Evangelicam Pauli ad ſuam ſalutem audirent: Sancti etſi injurias ſibi illatas generoſo, ac pacato animo ſuſcipiant, quæ verò vertuntur in damnum ſpirituale proximorum rigido, ac forti animo, acrique pœna conjuncta plectuntur: Vide multa verbo *Charitas*, vel *ſalus*.

Intendebat damnum ſpirituale proximorum.

Tertio Tertullianus lib. de anima cap. 57. ait: 43.
Elymas æque ut Simon præſtigias adverſus Apoſtolos Tertull. *multas dedit, ſed plaga cæcitatis de præſtigiis non fuit.* Simon, & Elymas magicam artem exercebant, tamen Dei judicio cæcitatis pœna non affligitur Elymas ob præſtigias, ſed ob ea, quæ machinabatur contra Apoſtolum, ac prædicatorem Divini Verbi, quam magica arte, ac Dæmonis pacto involuto, grandis, & operta ſit Dei offenſa, tamen durior, & gravior eſt illi injuria, ac moleſtia fabricata in ſuos miniſtros, ac prædicatores: Elymas duobus criminibus inficiebatur, unum ex arte magica, alterum vero ex his, quæ contra Apoſtolum moliebatur; Cæcitas tamen non ei contingit ob magiam, etſi eſſet gravius peccatum, ſed ob impia flagitia, quæ contra Apoſtolum parabat, ac intendebat.

Durius punitur ob injuriam in Apoſtoll, quam in Deum.

Nabuchodonoſor erigit ſtatuã præcipiens, ut omnes procidẽres eam adorarẽt, quod cũ omnes præſtitiſſent, exceptis Sidrach, Miſach, & Abdenago, qui accuſati fuerunt de contempto Regis mandato, quos furibundus Rex advocat coram ſe, quod ſi non 44.

impleviſſent mandata, mittendos fore in ardentem fornacem, adjiciens arroganter Barbarus nullum eſſe Deum, qui eos poſſet liberare de manu

Daniel.3 ſua, cui generosè reſpondent ſancti pueri: *Ecce Deus noſter, quem colimus poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis ô Rex liberare, quod ſi nolueris notum ſit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus, nec ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoramus.* Daniel.3.n.17.& 18.

45. D.Zeno. Ecce generoſi prædicatores, ut conſiderat D. Zeno Veron. ſerm. 1. de tribus pueris, proclamant, & laudant Dei potentiam, magnificentiam, ac providentiam, quorum verbis ira exardens Rex eos mittit in fornacem ardentem, quæ multipliciter ſuccendebatur, & pueri in medio ignis intacti, ac læti deambulant, & flamma vehementer ſuccenſa *erupit, & incendit quos reperit juxta fornacem.* Ibidem num. 48. Qui, ut ait Hector Pinto, forſitan erant, qui accuſaverunt ſanctos pueros: Valde mirabile ignis non comburit illos ob horribile Idololatriæ crimen, quod eſt ſane execrabile nefas, ſed ob flagitioſum affectum in ſanctos, ac electos prædicatores Dei; ſic enim Deus honorat, ut plus ejus ira exardeſcat de illorum contemptu, quàm de negata ſibi debita reverentia.

Potius punitur machinatio cõtra concionatorem, quã contra Deum.

46. Zachar.3 Veniat huc locus communis, ſed non vulgari expoſitione, ait Deus per Zachariam 2. num. 8. De ſuis doctoribus, ac prædicatoribus loquens: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei*: quæ verba ſic explanat Remigius Altiſſiodoren. & ait: *Factum pro vexatione, & injuria debemus accipere, juxta illud*: Nolite tangere Chriſtos meos, *Sancti ſunt quaſi oculi Dei, quibus dicitur*: Vos eſtis lux mundi: *quos qui lædit habetur, quaſi qui pupillam Dei tangat, & clara luce velit illum privare.* Ita graviter Deum offendit, ac ſi conetur cæcitatem in eum impingere, eumque ſuo oculorum lumine privare.

D Remigius.

QUÆSTIO VII.

Quare D. Paulus percutiens Elymam Magum ait ei, manus Domini ſit ſuper te?

46. *Difficultas quæſtionis.* VAlde rigide, & aſpere ſe habet Apoſtolus cum Elyma, quem ſic appellat: *O plene omni dolo, & omni fallacia, fili Diaboli, inimice omnis juſtitiæ, non deſinis ſubvertere vias Domini rectas: Et nunc ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus.* Cur ſuper tot diras plagas, hominiſque nequitias imprecatur, *ut manus Domini ſit ſuper te*, cum manus ſit inſtrumentum tam ad bene faciendum, quam ad puniendum, & utroque modo ſumitur in Scriptura; quæritur igitur in quo ſenſu hic apponitur?

47. D.Chryſoſt. Divus Chryſoſtomus apud Lorinum ſic ait: *Manus Domini ſuper te*, minimè ultio erat, *ſed ſanatio, etenim tantum non dicebat, non ego facio, ſed Dei manus.* Manus Domini ſic percutiebat, ut ſimul afferret medelam, & medicamen, non enim ordinabatur ad ultionem, ſed ad ſalutem Elymæ, ut ille punitus externa oculorum cæcitate, reſipiſceret, & oculos mentis aperiret, veramque Chriſti fidem agnoſceret, ut ejus ſuſcepta gratia, à ſua nequitia, vinculiſque diaboli, & artis magicæ, quibus teſtebatur, deſiſteret.

Supplicia Dei in medicinam.

48. Cum Jeſus perveniſſet in terram Geraſenorum. *Occurrit illi vir quidam, qui habebat Dæmonium jam temporibus multis, & veſtimento non induebatur, nec in domo manebat, ſed in monumentis.* Luc. 8. num. 27. Maxime expendendum, quod homo jam per multum tempus ita eſſet ſub diaboli crudeli jugo, ut expolians ab omni veſtimento degeret, & ita ſequeſtratus ab omni hominum commercio, ut illum non permitteret Diabolus habitare in domo, ſed tantum in monumentis; Cur ergo Diabole tuum captivum, quem tota tua nequitia, ac aſtutia ab aliis hominibus ſeparabas, cur, quæſo, non ſeparas à Chriſto, cur ſinis eum ad ipſum accedere, ut inde valeat à te effugere, tuumque crudele jugum abjicere? Manus divina ex alta ſua permiſſione hominem tradidit crudeli tortori, ut eum tot, tantiſque moleſtiis affligeret, igitur eadem, & ſimul liberat, & cuſtodit ab eo, ut ad fontem miſericordiæ veniat, ut ſalutem, ac ſanitatem recipiat. Divus Baſilius Seleucius orat. 23. ponderans qualiter Dæmones ſe habuerunt cum hoc homine ſic ait: *Non in præcipitia projecerunt, non membratim diviſerunt, non illato ferro diſcerpſerunt hominem, verum occultiore virtute ſtetit, reſtitiique contra excitatas à Dæmonibus procellas in ipſis etiam ſuppliciis cuſtoditus.* Expende ultimum verbum: *In ipſis ſuppliciis cuſtoditus.*

Luc.8. *Deus in ſuppliciis cuſtodit.* D.Baſil. Seleuc.

Quæres circa finem hujus hominis, Iſidorus Peluſiota citatus ſuperiori quæſtione & Gloſſa exiſtimant hunc Magum hac pœna reſipuiſſe & Paulo Apoſtolo credidiſſe, & à cæcitate curatum eſſe, ſed poſtea fuiſſe relapſum, & ad Iudaiſmum, ac Magicam rediiſſe, tradit Dionyſius contemporaneus Pauli de Divinis nominibus cap. 8. Unde Beda aſſerit ob multitudinem ſuorum peccatorum fuiſſe damnatum. 49.

Finis Elymæ. Peluſiot. Dionyſ. Beda.

Actor. 13. *num.* 13. Et cum à Papho navigaſſent Paulus, & qui cum eo erant venerunt Pergen Pamphiliæ: Ioannes diſcedens ab eis reverſus eſt Ieroſolymam.

Num. 14. Illi verò pertranſeuntes Pergen venerunt Antiochiam Piſidiæ, & ingreſſi Synagogam die Sabbathorum ſederunt.

Num. 15. Poſt lectionem autem legis, & Prophetarum miſerunt Principes Synagogæ ad eos dicentes: Viri fratres ſi quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebem dicite.

Num. 16. Surgens autem Paulus, & magnum ſilentium indicens ait: Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deum, audite.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE III.

Verſ. 13. ET *cum à Papho.* Syriacus. *Per mare perrexerunt à Papho*, in qua civitate fuerant ingreſſi, ut patet ex verſu 6. lucratis ibi Proconſule, & aliis, profecti ſunt Paulus, & Barnabas, & *venerunt in Pergen Pamphyliæ.* Illuſtrem civitatem in Regno Pamphyliæ: *Ioannes autem diſcedens.* Arabicus: *Digreſſus eſt Ioannes*, ſcilicet Marcus, Chryſoſt. & Baronius, Cornelius, Menochius dicunt, quod diſceſſit ex puſillanimitate nolens ſuſtinere tot moleſtias itineris, quod mihi de tanto Domini diſcipulo nullo modo videtur dicendum; nam poſtea pro prædicatione Evangelica longiora confecit itinera in Romam, & Alexandriam: Diſceſſit ergo ex aliqua juſta cauſa, quæ non exprimitur. 50.

Syriac. Arabic. Chryſoſt. Baron. *Marcus ex juſta cauſa.*

Verſ. 14.

51. Græcus. Verſ.14. *Illi vero pertranſeuntes Pergen*, ſcilicet Civitatem, Græcus *Relicta Pergen*. venerunt *in Antiochiam Piſidiæ*, quod additur à differentia Antiochiæ Syriæ dictæ ab Antiocho, de qua ſæpe egimus: Hæc autem Antiochia Piſidiæ eſt alia in Aſia Minori. *In die* Sabbathorum, id eſt in uno die, qui erat Sabbathum, ſedentes præ multa modeſtia, ut inde haberent occaſionem opportunam, ut poſtea docerent.

52. Conſuetudo. Verſ.15. *Poſt lectionem legis*, ſcilicet Pentateuchum, & *Prophetarum* cum Judæi convenirent in ſuis Synagogis legebatur aliqua lectio de Scriptura, & poſtea fiebat ſermo, ſeu concio exhortatoria quo ad mores pro doctrina populi; ſicut modo in Eccleſia ſancta ex conſtitutione Apoſtolica, ut teſtatur S.Clemens lib.8. Conſtit. cap.4. (Clem.) poſt lectionem Epiſtolæ, ac Evangelij in Miſſa habetur prædicatio, & in matutino, ſeu prima hora Canonica poſt Pſalmos, & lectionem Scripturæ, ac Evangelij leguntur Homiliæ Sanctorum Patrum.

53. *Miſerunt Principes*. Solebant majores, ac præſides, quando in Synagogis aderat aliquis advena illum rogare, an haberet dicendum aliquod opportunum verbum ad populum, ſic modo rogant Paulum, & Barnabam: *Si in vobis eſt ſermo exhortationis*. Arabicus: *Si eſt ſermo conſolationis in vobis*. Æthiop. Æthiopic. *Si quis eſt ex vobis*, qui poteſt bene loqui, concionetur; quia eorum exhortatio magna conſolatio eſt populi ad profectum ſpiritualem.

Verſ.16. *Surgens Paulus manu ſilentium indicens*. Arabic. Arabic. *Manum movens*, ſilentium ſignificavit antiquitus tali ſigno dato ſilentium denotabatur.

QUÆSTIO VIII.

Quare à Paulo advena poſtulant Principes Synagogæ verba exhortatoria.

54 *Concionator novus magis placet.* CONſuetudo antiqua apud Hebræos erat, quod eſſent congregati in Synagoga, ſi aliquis ſupervenirer advena, ut jam dixi in Expoſitione, ab eo poſtularetur, ut aliqua verba faceret; ſic petunt à Paulo, & Barnaba: *Si quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebem dicite*. Quod fiebat tum ratione urbanitatis, tum quia omnia nova magis placent, ut videtur ſignificare Clemens Romanus 2. Conſtit.cap.58. ubi ait: *Eſt enim hortatio, & monitio hoſpitum graviſſima, & utiliſſima.*

55. Græcus. Sermo exhortationis quæritur, ſeu ut eſt ex Græco: *Conſolationis*. Oratio exhortatoria oſtendit quid agere, quidve vitare quiſque debeat, firmatque auditorum animos in omni bono, ac ſanctitate, inde mirificè eorum mentes lætificat, ac perjucundat. Sapiens Virgo maximè ſuas adoleſcentulas exhortatur ad ſuum dilectum perquirendum, dicens: *Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus*. Cantic.5.n.10. (Cantic 5) (*Deus nos attrahit ſuis donis, ac ſuavitate*) Neque enim quidquam boni coloris, quod non adducat, ut Chriſtum verè ſpecioſum dicat præ filijs hominum, & in hoc relucet, quod ſit electus ex millibus; quia, ut ait D. Hieronymus in Epitaphio D.Paulæ, ſuo candore facit Virgines, ſuo rubicundiore martyres, ac charitate (D.Hier.) ferventes, nos ad ſe allicit, ac attrahit tot donis datis, ac elegantiſſima ſua præſentia valde perjucunda, ac delectabili. (D. Greg. Magn.) D.Gregorius Magnus ibi: ſed enumeratis tot laudibus, oſtenſis tot muneribus, quis audiens non concupiſcat? quis intendens non inardeſcat? &c.

56. Verba exhortationis, quæ animos attrahunt, devincunt, & ligant, laudans divinus Sponſus ſuam dilectam Sponſam ait: Sicut *vita coccinea labia tua*. Cantic.4. n.3. (Cant.4.) Quid habent labia cum vita coccinea, quod cum ea potius comparentur, quam cum alia re? Per coccineum inflammant, per vitam ligant, & attrahunt. Theodoretus ait: (Theod.) *Verba veritatis profert, quibus tamquam funiculo quodam capiuntur auditores, & vincuntur.*

57. Ierem.1. Ait Deus Jeremiæ 1. n.10. *Ecce conſtitui te hodie, ut evellas, & diſperdas, & deſtruas, & diſſipes*, &c. Multus labor imponitur Prophetæ adverſus opes, ac vires criminum, ſed quo ferro, quave manu appoſita? Textus indicat, n.9. *Ecce dedi verba mea in ore tuo*. Raſtrum, quo vates radices evellit ſcelerum, & arces evertit Dæmonum, Dei verbum eſt, (*In ſermone Dei multa vis ad trahendum.*) quo Ieremias turres ſubvertit ſuperbiæ, & caliginoſas ignominiæ nubes diſſipat, Dei ſermo eſt. D.Hieronym. apud Gloſſam *Ieremiæ os tangitur, & Domini verba tribuuntur, ut confidentiam accipiat prædicandi.* (D.Hier.)

Agit hic D.Paulus à verſ.17. uſque ad verſ.42. & à verſ.23. de moralibus, quæ fecit Deus cum Patribus eorum, & quomodo Deus eos eduxit de terra Ægypti, quæ latè per multas quæſtiones à nobis ſunt explicata in concione D. Stephani cap.7. à verſ.2. & etiam hic D.Paulus à verſ.24. uſque ad 40. multa agit de morte, paſſione, ac reſurrectione Chriſti, de quibus diffusè agit D.Paulus in ſuis concionibus tum cap.2. à verſ.22. & deinceps, & cap.3. à verſ.13. quæ omnia à nobis pro viribus ſatis ſunt explicata, duo tantum reſtant exponenda, de quibus agitur in textu, unum circa Davidem, alterum circa Chriſtum D. Salvatorem noſtrum.

QUÆSTIO IX.

Quare David dicitur Vir ſecundum cor, &c.

AIt D.Paulus in præſenti, quod amoto, & reprobato Saüle verſ.22. ait Deus, *Inveni David filium Ieſſe Virum ſecundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas*, quod de eo fuerat dictum per Samuelem ad Saul, 1.Reg.13.n.14. *Quæſivit Dominus ſibi virum ſecundum cor ſuum*; quod communiter explicatur per præſentem locum Pauli, ideo vir ſecundum cor Dei, *quia fecit omnes voluntates Dei cuſtodiens ejus mandata*, & ambulans in vijs ejus ut dicitur, 3 Reg.15.n.5. *Ambulavit in omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ ſuæ excepto ſermone Uriæ*: Et Paulus, qui fecit *omnes voluntates meas*, nam in univerſum, ſi in magno numero, unum, vel alterum deficiat, dicitur facere, ut jam notavi c.1.n.1. ad illa verba: *Sermonem feci ô Theophile de omnibus, quæ cœpit Ieſus facere*, tamen Lucas non ſcripſit omnia, ut patet ex contextu Evangeliſtarum, ſed magnam partem, & ideo aſtruitur dixiſſe omnia. 58. 1.Reg.13 3.Reg.15 Actor.1.

59. D.Greg. Secundo D. Gregorius citatus premens verbum: *Vir ſecundum cor meum*, ſic ait: *Poteſt intelligi Vir pro fortitudine, ſecundum cor Dei, pro interna charitate. Quando igitur neceſſitas exigit ad curam Sanctæ Eccleſiæ quæratur Vir, ut ſit converſatione fortis. Quæratur ſecundum cor Dei, ut per affectum magnum, quaſi unitus ſit Divinæ voluntati.* Aſſumitur David ad gubernandum populum Dei, & dicitur

Vir ſecundum cor Dei, io quo exprimitur forma, ac caracter optimi Principis, ac Antiſtitis, ut ſi Vir habens generoſitatem, & fortitudinem ad caſtigandum, & evellendum, & ſit ſecundum cor Dei ad benigoitatem, & clementiam ad fovendom, ac nutriendum. Ad deſignandum Pontificem in populo antiquo ex Dei mandato poountur duodecim virgæ in tabernaculo, & illius, quæ germinabit, erit Pon-
Num.17. tifex : *Quem ex his elegere germinabit virga ejus.* Num. 17.n.5. Cur ad hoc demonſtrandum aſſumitur virga, cur non potius ramus, vel palma ? Optimè
Prælatus puniat, & benefaciat. ſane : Virga florida futura erat ſymbolom optimi Antiſtitis, virga, ut puniat, tamen cum floribus, & fructu cum alimento, & levamioe, ac florida pro benemeritis.

60. Tertiò Sunt aliqui, qui ita exponunt; quia cum eſſet ex paſtorili rure, & evectus ad regale faſtigiom dignitatis cor ejus non intumuit, nec in ſuperbiam eſt elatus, ſed ſuam retinuit humilitatem, in eaque
Pſal.130. permanſit. Ait ipſe Pſalm.130.n.1. *Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus ſuper me : ſi non humiliter ſentiebam, ſed exaltavi animam*
In eo, quod quis ſe humiliat exaltatur. *meam.* Multus erat Propheta, multiplicatiſque verbis in declaranda ſua humilitate, at io ipſiſmet verbis latet magna contradictio, & ingens repugnantia : Si *cor ejus non eſt exaltatum.* Quomodo ſubdit, *exaltavi animam meam*, ſi exaltavit animam, exaltavit & cor ſuum ? Optimè omnia cohærent, & conſequens eſt unum ex altero; ex eo quod non eſt elevatum cor ejus, inde animam ſuam exaltavit, in eo quod ſe humiliavit, & de ſe humiliter ſentiebat, inde elevatus eſt, & ſublimatus eſt, ut fieret
D.Zeno. ſecundum cor Dei. D.Zeno Veron.ſerm.1. in prædictum Pſalm. ſic ait : *Videamus, quæ ſequantur, ſi non humiliter ſentiebam, ſed exaltavi animam meam. Quæ Propheta iſta diverſitas, non exaltat cor, exaltat animam: : : ſenſus ejus in Cœlo eſt, anima ejus in Cœlis, corde autem humilis eſt, ſuavi illi manſuetudines juge ſubditus eſt.*

61. Quarto D.Hilarius in Pſalm.53. ſic ait : *David*
D.Hilar. *non inimicos ſuos odio proſequebatur, ſed proditus erat, periclitans pſallit, patiens odia gratulatur, & ideo ſecundum Domini cor repertus eſt.* Et in hoc maximè oſtenditur hominem aſſimilari Deo, dum injurias patienter tolerat, & in inimicos non iraſcitur benignè, & placidè ſe habens, & io eos maximè benevolum, ac proficuum ſe exhibens. Cum meus Jeſus ſtaret inter fureorem tormentorum ſuæ paſſionis tempeſtatem, inter innomera flagella, alapas, clavos, ſpinas, & innumerabilia opprobria, cum in Cruce penderet tunc pro ſuis Inimicis orat : *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt*, Luc.
Luc.23. 23. n.34. Non ſolum pro eis orat, ſed etiam excuſationem pro eis apponit, *Quia neſciunt quid faciunt.* Modo pro eis orat ſtans in Cruce, cor non potius io Cœnaculo, quando pro ſuis Apoſtolis rogat : *Pater ſerva eos, tui erant, & tu eos mihi dediſti*,
Ex indulgentia inimico data oſtenditur filius Dei. Joan.17.n.6. Sed tantum in Cruce pro ſuis crucifixoribus erat, ut inde ſe probaret, ac oſtenderet verum Filium Dei, cum ſui oblitos de ſuorum carnificum ſalute, ac vita gereret, illamqoe quæreret, & intenderet. Arnoldus Carnotenſ. ad citata verba :
Arnold. Poſtquam refert innumera Chriſti tormenta inter quæ Chriſtus orat ad Patrem ſubdit : *Et in hoc amulatio probaretur ad Patrem.* Tanta benignitas in hoſtes ex afflatu divinæ generationis provenit. Vide ſupra cap.7 q.19.n.335 & 336.

62. Quinto S.Juſtin. Martir Reſpon.78. ad præpoſi-
D.Juſt. tam quæſtionem reſpondet, ut oſtendatur quod *apud Deum pœnitentia pro benignitate ſua in honore, & pretio eſt.* Valde benigne Deus honorat pœniten-
tiam, quæ ita delet peccatum, ac ſi non fuiſſet; Unde rectè ait D.Chryſoſt. homil.5. de pœnitentia : *Pœnitentia exſtinguit cicatrices peccati.* *Pœnitentia medicamentum eſt peccatum extinguens*, non ſolum ſanat vulnus, ſed illius cicatricem extinguit. D.Chryſoſt.

Magna controverſia eſt inter Interpretes ; An 63.
Tribus Levitica peccaverit in vitulo colendo ? multi negant, alij affirmant, quod peccaverit cum capite ſuo Aarone. Tamen cum Moyſe ipſi ſurrexerunt in pœnam, & ultionem tanti criminis, unde à Moyſe laudantur : *Hodie conſecraſtis manus veſtras Domine unuſquiſque in filio, & fratre ſuo*, Exod.32. Exod.32.
n.29. Et ſatis legiſlator arguit populum n.30. *Lo-* *Peccati ſordes ſola abluit pœnitentia.*
cutus eſt Moyſes ad populum, peccaſtis peccatum grande, ſolum populum arguit, cur non etiam Tribum Leviticam, cum io eodem crimioe fuerit comprehenſa ? Rectè quidem, licet enim peccaverit, ad peccati pœnitentiam feſtinanter cucurrit, proindeque notam criminis citò delevit, & adolevit. Ba- Bachar.
charius epiſt. ad Ianuar. ait : *Levitici priores ad correctionem legiſlatoris commendati eſſe perhibentur, & non tam in illis peccati crimen arguitur, quam velox converſio, in pœnitentia celeritate laudatur.*

Cum promittitur Abrahæ filius, audiens *Sara* 64.
riſit, Geneſ.18.n.13. in quo riſu Sara deliquit, & Gen.18.
ideo arguitur ab Angelo, *quare riſit Sara* quod Angelus non diceret, niſi fidem Oraculi mulier riſu læderet, & tamen Apoſtolus teſtatur Saram fide integra concepiſſe, dicens : *Fide & ipſa Sara ſterilis virtutem in conceptionem ſeminis accepit.* Hebr.11. Hebr.11.
n.11. Quomodo de integra fide laudatur, quæ ſuo *Sub pœnitentia diſparet nota peccati.*
riſu, tamquam ex diffidentia violavit ? Sara ſtatim de ſuo riſu doluit, ac timore perterrita eſt, ut dicitur citato loco, Geneſ.15. ac proinde non incurrit notam læſæ fidei, quæ citò ad fidem à riſu converſa eſt. D.Athanaſ. præclarè : *Riſit quidem, ſed convicta extimuit, quod utique præſtita fidei argumentum eſt.*

QUÆSTIO X.

Quare D.Paulus hic agens de Reſurrectione Chriſti, adducit locum Pſalmi : Ego hodie genui te ?

IUdæi ſua maligna perverſitate obdurati, negant 65.
Chriſti D. Reſurrectionem, & ideo ſacri Apoſtoli *Apoſtoli inſtanter prædicabant Reſurrectionem.*
de ea frequenter loquebantur, ac evidenter ex multis Scripturæ locis probant, & demonſtrant hoc Actor.lib.cap.2.num.32 cap.3. num.15. cap 4.num. 10.& multis alijs in locis, ſic & Paulus io præſenti de ipſa reſurrectione facit ſermonem num. 33. *Suſcitans Ieſum*, ſicut & in Pſalmo 2. *Scriptum eſt; filius meus es tu ego hodie genui te.*

Qui locus quatuor poteſt habere expoſitiones, 66.
ut dixi Opuſcul. 1.reſol.2.q.2.n.146. Prima de ge- Pſal.2.
neratione Æterna, ut Apoſtolus exponit Hebr.1. Hebr.1.
num.5. *Cui Angelorum dixit filius meus es tu ego* *Generatio æterna.*
hodie genui te, & rectè conjungitur præteritum *genui* cum præſenti hodie; quia æternitas eſt tota ſimul poſſeſſio omnia tempora in ſe ambiens, & concludens : In illa generatione æterna ſemper generat, genuit, & generabit.

Secundò exponitur de generatione temporali, 67.
quam expoſitionem tenet Eccleſia ; ſiquidem in *Temporalis.*
prima Miſſa Nativitatis ejus exordium : *Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te*; nam Chriſtus D. conceptus eſt de Spiritu Sancto; & in

hoc

hoc ſenſu bene dicitur genitus à Deo, & illud hodie refertur ad illod tempus, ſicut Angeli dixerunt: Natus eſt vobis hodiȩ Salvator Mundi.

68. Hebr.5. Tertio interpretatur de Chriſti Sacerdotio juxta Paulum ad Hebræos 5. n.5. Chriſtum à Patre conſtitutum fuiſſe Sacerdotem, dicens: *Chriſtus non ſemetipſum clarificavit, ut Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, dicens: Filius meus es tu ego hodie genui te.* *Chriſti Sacerdotium.* Pro hojus rei intelligentia nota, quod ſecundum antiquam legem Sacerdotium ad primogenitos ſpectabat, & inde optimè infert Apoſtolus, quod, cum Chriſtus ſit à Deo genitus, & primogenitus, ſit verus Sacerdos, & quod Sacerdotium ad ipſum pertineat, ut omnium primogenitum, & etiam idem Apoſtolus ex alio Davidis loco probat, Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

69. Quarta, & ultima expoſitio eſt de Reſurrectione, ſecundum quam in præſenti Apoſtolus locum exponit: *Ego hodie genui te.* *Chriſti reſurrectio.* Reſurrectio eſt veluti quædam regeneratio, ſeu generatio, in qua dennò anima unitur corpori, & illud hodie refertur ad ipſum Reſurrectionis tempus, & hæc interpretatio maximè cohæret cum ipſius Pſalmi contextu; nam primo agit de paſſione: *Aſtiterunt Reges terra adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus*, deinde de Reſurrectione *Ego hodie genui te.* Tandem ſequitur: *Poſtula à me, & dabo tibi gentem hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terra*, quod Chriſtus poſt Reſurrectionem prædicatione ſuorum Apoſtolorum obtinuit.

70. *Gloria Chriſti à reſurrectione manifeſtatur.* Gloria, Majeſtas, ac excellentia Chriſti D. à tempore ſuæ Reſurrectionis manifeſtata, publicata, ac declarata eſt in univerſo mundo & locus Pauli ad Philip.2.n.9. *Propter quod Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, Cœleſtium, terreſtrium, & infernorum*, &c. Philip.2. Quod à tempore Reſurrectionis incipit fieri, & compleri. D.Anſel. D.Anſelmus ait: *Hoc ante Reſurrectionem habuit, ſed poſt reſurrectionem, quod erat, manifeſtatum eſt, ut ſcirent homines, & Dæmones, & omnes ei genu flecterent.* D.Tho. D. Thomas inquit: *In ſacra Scriptura tunc dicitur aliquid fieri quando innoteſcit; donavit ergo, id eſt fecit manifeſtum mundo, quod hoc nomen haberet; hoc enim manifeſtatum eſt in reſurrectione; quia antea non ſic nota erat Divinitas Chriſti.*

71. 2.Cor.5. In hoc ſenſit ait Apoſtolus 2.Corinth.5. n.16. *Etſi, cognovimus ſecundum carnem Chriſtum: ſed nunc jam non novimus.* Id eſt nos, ac cæteri Apoſtoli præſentem Chriſtum cognovimus mortalem, carnis paſſioni, frigori, ac fami obnoxium, & hominem nobis ſimilem, nunc jam non novimus niſi immortalem, & impaſſibilem, quod optimè explicat D.Leo Magn.ſerm 1. de Reſurrect. ubi ſic habet: D.Leo. *A reſurrectione Chriſti caro glorioſa.* *Reſurrectio Domini non finis carnis, ſed commutatio fuit, nec virtutis augmento conſumpta ſubſtantia eſt: qualitas tranſijt, non natura defecit, factum eſt corpus impaſſibile, quod potuit Crucifigi, factum eſt immortale, quod potuit occidi, factum eſt incorruptibile, quod potuit vulnerari, & merito dicitur Caro Chriſti in eo ſtatu, quo fuerit nota neſciri; quia nihil in ea paſſibile, nihil remanſit in ea, infirmum, ut & ipſa ſit per eſſentiam, & non ſit ipſa per gloriam.* De hac reſurrectionis gloria vide cap.1.q.30.n.257. n.258.259. & cap.4.q 5.n.45.46. & 47.

*Actor.*13.*n.*43. Cumque dimiſſa eſſet Synagoga, ſecuti ſunt multi Iudæorum, & colentium advenarum Paulum, & Barnabam, qui loquentes ſuadebant eis, ut permanerent in gratia Dei.

*Num.*44. Sequenti vero Sabbatho, pene univerſa Civitas convenit audire Verbum Dei.

*Num.*45. Videntes autem turbas Iudæi repleti ſunt zelo, & contradicebant his, quæ à Paulo dicebantur blaſphemantes.

Num 46. Tunc conſtanter Paulus, & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui Verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes.

*Num.*47. Sic enim præcepit nobis Dominus: Poſui te in lucem gentium, ut ſis in ſalutem uſque ad extremum terræ.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV.

Verſ.43. *Cum dimiſſa eſſet Synagoga.* Syrus: *Poſtquam ſolutus eſſet conventus audientium*, ſcilicet; nam, ut advertit Lyranus, *abijt quilibet in domum ſuam. Secuti ſunt multi Iudæorum* è vulgari nempe turba; nam Principes reſiſtebant Paulo, & contra eum multa machinabantur: *Et colentium advenarum.* Syrus: *Proſeliti, qui timebant Deum.* Arabicus: *Proſeliti Religioſi.* Æthiopicus: *Secuti ſunt electorum multi*, Gentiles nempe, qui relictis idolis verum Deum colebant. *Ut permanerent in gratia Dei.* Syrus: *Ut adhærerent gratiæ Dei.* Arabicus: *Ut perſiſterent* ſequentes fidem, & doctrinam Apoſtolorum. 72. Syrus. Lyranus Syrus. Æthiop. Arabic.

Verſ.44. *Sequenti verè Sabbatho.* In quo debebant congregari, penè *univerſa Civitas convenit.* Syrus: *Coacta eſt tota Civitas.* Arabicus: *Confluxerunt omnes incolæ Urbis præter paucos* ob famam doctrinæ Apoſtolorum, & eorum mirabilium, quæ fiebant in ejus confirmationem. 73. Syrus. Arabic.

Verſ.45. *Videntes autem turbas Iudæi*, ſcilicet eorum Principes & magnates. *Repleti ſunt zelo.* Syrus: *Repleti ſunt invidia.* Æthiopicus: *Zelaverunt contra eos.* Arabicus: *Repleti ſunt animoſitate, & invidia* Ipſi ſtimulati multo fervore fremebant invidia, & indignatione in Apoſtolos eis contradicentes *Blaſphemantes.* Tamquam ſi eſſent populi ſeductores prædicantes falſam doctrinam, ut ipſi perverſi, & iniqui diabolicè judicabant. 74. Syrus. Æthiop. Arabic.

Verſ.46. *Tunc conſtanter Paulus, & Barnabas.* Syrus *apertè.* Arabicus *palam:* quod vobis nempe Judæis, utpote filijs promiſſionis primo erat prædicandum Evangelium, ſed quia veſtra obduratione, ac perverſitate, vos tanto Evangelij bono indignos judicaſtis, ac feciſtis, convertimur ad gentes, quod latius quæſt. ſequenti explicabo. 75. Syrus. Arabic.

Verſ.47. *Sic præcipit nobis* ſuis Apoſtolis, ac prædicatoribus illud quod pronuntiatum eſt de Chriſto D. Iſaiæ 49. *Poſui te* more prophetico præteritum pro futuro. *In lucem gentium.* Syriac. *In lumen inter gentes*, & inde addit: *Ut ſis in ſalutem.* Æthiopicus: *Ut ſis ijs vita eorum*; qui eſt Chriſtus D. ſalus, vita, & lux noſtra. 76. Iſai 49. Syriac. Æthiop.

QUÆSTIO.

QUÆSTIO XI.

Quare ob filiorum Iſrael obdurationem ipſis relictis prædicandum eſt Evangelium gentibus.

77. CHriſtus D. primo venit ad ſalutem Iſrael; erant enim filij promiſſionis, nempe Abrahæ, cui promiſſio facta fuerat. Sic ait Apoſtol.Rom.15. n.8. *Dico Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis, propter veritatem ad confirmandas promiſſiones Patrum.* Et ideo Chriſtus Jeſus veniens in hunc mundum præcepit Apoſtolis ſuis: *In viam gentium ne abieritis, & in Civitates Samaritanorum ne intraveritis, ſed potius ite ad oves, quæ perierunt domus Iſrael*, Matth.10. n.5. & 6. Ut latè explicavi tom.3 in Evangelia cap.7.q.2.

Rom.15. Chriſtus primario venit in ſalutem Iudæorũ. Math.10

78. Quia ut ibi dixi iterum hic repeto ex D.Chryſoſt.homil.33. Primum Jeſus mittit ſuos diſcipulos ad Civitates, & Vicos Judæorum, ut eorum gratiam, & benevolentiam acquirat, cum ſtatim mittens eis Medicos, ac Doctores ad eorum ſalutem, ut ita manifeſtetur, quantum ſupra omnem modum curam illorum gerebat, & quamvis injurijs appetitus, inde ejus cura non minuitur, ſed magis ſtimulatur, ut de eorum ſalutifero remedio agat.

Chriſtus ſuper omnem modum egit de ſalute Iudæorũ.

79. Tot, ac tantis beneficijs Judæi ingrati nullo modo ad ſalutem ducebantur, imo magis in ſua nequitia, ac perverſitate obſtinati, ac obdurati nullum verbum vitæ recipiebant, & totis viribus reſiſtebant, & contradicebant, unde de eis ait Ieremias 5. n.3. *Induraverunt facies ſuas ſuper petram, & noluerunt reverti.* Unde à multis Viris doctis applicatur eis illud Deuteron.28.n.23. *Terra, quam calcas, ferrea eſt.* Stephanus Cantuarienſis in allegorijs Gotfrid. Tilm. ad cap 27. Deuteron.ait: *Terra ferrea ſunt corda auditorum, in quibus inſpergitur ſemen, id eſt Verbum Dei, quæ ferrea eſt, cum dura ſit, & obſtinata, nec fert fructum in patientia.*

Maximè obſtinati. Ierem.5. Deut.28. Cantuar.

80. Et ob tantam Iudæorum obſtinationem Iudæi fuerunt relinquendi, & converſio facta eſt ad gentes, tum etiam, quia Chriſti morte ſublata eſt diviſio Iudæorum, & Gentium, & ex utriſque factum eſt *unum Ovile, & unus Paſtor*, Ioan.10. n.16. ut notant ibi D.Chryſoſt. D Hieronym. D.Paſchaſ. Euthymius, D Thomas, & alij communiter, gratia Chriſti diffuſa eſt in omnes gentes. Pſalm.97. n.4. Iſai.9.n.2. *Chriſtus venit omnes peccatores ſalvos facere.*

Ex Iudæis, & gentibus unum ovile. Ioan. 10. D.Chryſoſt. D Hier. D.Paſch. Euthym. D.Tho.

81. Ait Propheta Habacuc 3. n.13. *Egreſſus eſt in ſalutem populi ſui.* Nunquid egreſſus eſt de ipſo ſuo Cœleſti ſuperno palatio ad quærendam ſui Æterni Patris gloriam, vel ad exaltationem ſui nominis ſuper omne nomen, vel ut Æternus Pater daret ei gentes in hæreditatem ſuam, & poſſeſſionem ſuam terminos terræ? Minimè, ſed in ſalutem populi ſui, nam hæc ſuorum ſalus, magis eſt illi cordi, curæ, ac ſollicitudini, quàm quæcumque alia præeminentia, ac Majeſtas. D.Hieronymus: *Egreſſus eſt Deus de loco ſuo, ſicut Michæas cap.1. loquitur: Egredietur de loco ſuo, ut ſalvet*, ſcilicet populum ſuum, & ut ait Noſter D Cyrillus Alexand. *Exivit igitur, ut ſi quis Rex adverſus hoſtium globos militari modo armatus egrediatur.* Exivit, ut non ſedeat, ſed tamquam Rex armatus, ut pro ſuorum ſalute pugnet, ut eos cuſtodiat, liberetque à ſuis adverſarijs.

Ieſus totus impenſus hominũ ſaluti. D Hier. D.Cyril.

82. Ingreditur Angelus ad Sanctiſſimam Mariam Virginem, & ait illi: *Ave gratia plena*, Luc.1.n.29. Aliter Jeſus occurrens mulieribus venientibus de ſepulchro ait illis *Avete*, Matth.28.n.9. Angelus utpote Creatura uni dat ſalutem, at Chriſtus ut Dominus non uni, ſed pluribus dat ſalutem, ut rectè notavit D.Epiphanius Oratione in Sabbath. Sanctum, & ait: *Angelus Ave Maria dixit: hic magni Conſilij Angelus Chriſtus mulieribus clara voce Avete intonuit.* Unus eſt verus Salvator Deus, qui multorum ſalute gaudet, nec enim ſua dona in uno coarctantur, ſed in multos exundant, & ſtagnantur. Vide ſupra cap.8.quæſt.2.n.17.18.cap.10.q.21. n.168.169. & 170.

Luc.1. Math.28 D Epiphan. Chriſtus multorũ ſalutem quærit.

*Act.*13.*n.*44. Audientes autem gentes gaviſæ ſunt, & glorificabant verbum Dei, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.

*Num.*49. Diſſeminabatur autem Verbum Domini per univerſam regionem.

*Num.*50. Iudæi autem concitaverunt mulieres religioſas, & honeſtas, & primos Civitatis, & excitaverunt perſecutionem in Paulum, & Barnabam, & ejecerunt eos de finibus ſuis.

*Num.*51. At illi excuſſo pulvere pedum in eos venerunt Iconium.

*Num.*52. Diſcipuli quoque replebantur gaudio, & Spiritu ſancto.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE V.

83. Verſ.48. *AUdientes autem gentes gaviſæ ſunt,* audientes id, quod pronuntiatum fuerat de loco Iſaiæ maximè gaudebant gentes, quod Deus eos illuminaſſet in via ſuæ ſalutis, & glorificabant verbum Domini. Syrus, *Et gloriam tribuebant Deo.* Æthiop. *Glorificaverunt Deum, qui impertivit eis vitam æternam*, illi: nempe, qui erant electi, ac diſpoſiti ad vitam æternam, quibus Deus dedit auxilium efficax ut crederent, de quo quæſt. ſequenti.

Syrus. Æthiop. Auxiliũ efficax.

84. Verſ.49. *Diſſeminabatur autem Verbum Dei.* Syriacus: *Sermo Domini annuntiabatur.* Arabicus: *Divulgatus eſt.* D.Chryſoſt. *Differebatur.* Æthiopic. *Venit Verbum Domini:* Vulgata utitur verbo ſeminate; quia *ſemen eſt Verbum Dei*, Luc.8.n.11.

85. Verſ.50. *Iudæi autem concitaverunt.* Syrus: *Extimulaverunt* pergit Textus, *mulieres religioſas, & honeſtas.* Syrus: *Illas mulieres divites.* Arabicus: *Mulieres devotas, & laudandis moribus imbutas.* Æthiopic. *Mulieres maximas, & optimas Religionis.* Mulieres gentiles aut Iudaicas ſuæ ſuperſtitionis, ac falſæ doctrinæ valde tenaces, ac pro ſuo errore valde pugnantes, ſic docet D.Hieronym. ad Cteſiphontem tom.2. *Omnes hæreſes perpatratas eſſe per mulieres, & Simon Magus hæreſim condidit adjutus auxilio Helenæ meretricis. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum conditor Choros duxit fœmineos. Marcion quoque Romam præmiſit mulierem ad majorem laſciviam.* Latè proſequitur Sanctus Doctor alias referendus.

Syrus Arabic. Æthiop. D. Hier. Hæreſes per mulieres introducuntur.

86. Verſ.51. *At illi excuſſo pulvere.* Syriacus: *Excutiunt in eos pulverem.* Arabicus: *Super illos* juxta Domini mandatum, Matth.10. num.14. ut fecerunt Apoſtoli apud eos, qui Evangelium non recipiebant: Vide quæ dixi tom.3. in Evangelia cap.18. q.57. ubi de hac re ſeptem dedi rationes.

Syriac. Arabic. Math.10

Verſ.52.

87. Verſ.52. *Replebantur gaudio, & Spiritu ſancto.*
Æthiop Æthiopic. *Fuit plenus Spiritus ſanctus ſuper eos.*
Super Deus ſuis electis in perſecutionibus dat gau-
Actor.5 dium, & lætitiam, ut dicitur ſupra cap.5. num 41.
*Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu conſilij, quo-
niam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam
pati.* Et additur in Textu, *& Spiritu ſancto*, ſuis
nempe donis, ac gratijs, fidei, ſpei charitatis, ac
cæterorum.

88. *Venerunt Iconium.* Urbs eſt valde celebris in Ly-
Plinius. caonia apud Taurum montem, de ea agit Plinius
lib.5.cap.27. Altera cum eodem nomine in Cilicia
de priori hic agitur.

QUÆSTIO XII.

Quare præordinati credunt, & non depravantur malo exemplo, & perſecutione aliorum?

89. AIt Textus, quod crediderunt *quotquot erant*
Græcus. *præordinati ad vitam æternam.* Ex Græco le-
Gratia gitur *Ordinati, diſpoſiti*, loquitur ex alto Dei præ-
ſemen deſtinatioois decreto, prout erant ordinati ad fi-
gloriæ. dem, ac gratiam, ſeu auxilium efficax gratiæ, quæ
Ioan.3. eſt ſemen gloriæ, & vitæ æternæ. Unde Ioan.3.n.15.
dicitur: *Omnis homicida non habet vitam æternam
in ſe ipſo manentem*, id eſt gratiam, quæ eſt ſemen.

90. Præordinati cum multa emphaſi, verbum Giæ-
Tamquã cum militare eſt, & ſignificat ordinatos, ſeu diſpo-
armati ſitos in acie, vel ordine militari ad pugnandum,
ad pu- quia qui ex decreto Dei ſunt præordinati à Deo,
gnandũ. quamvis totus Orbis conglometetur, non poterit
eos avellere, ac diſgregari à Chriſto, ſic ipſe Chri-
Ioan 10. ſtus D. dixit Ioan.10. *Non rapiet eas quiſquam de
manu mea*, ſed ut fortes milites ſtabunt ad pugnan-
dum pro Chriſto.

91. Suos electos, ac præordinatos exactiſſimè ſervat
Chriſtus, ut ne quid minimum ex eis pereat, aut
deficiat. De ſe Ipſo loquens noſter Salvator ait.
Luc.15. Luc.15.n 4. *Quis ex vobis homo, qui habet centum
oves, & ſi perdiderit unam ex illis, nonne dimittit*
Ex nu- *nonaginta novem in deſerto, & vadit ad illam, quæ*
mero ele- *perierat.* Cur tam exacta indagatio, ac inveſtiga-
ctorum tio, non pro quatuor, vel quinque, ſed pro una tan-
nullus tum. D. Chryſolog. ſerm.168. præclarè inquit:
deficiet.
D.Chry- *Quare non quatuor, quare non quinque, ſed unam?*
ſol. *ut oſtenderet non ex damno fuiſſe, ſed ex numero plus
dolorem, namque amiſſio unius totum diſſipaverat
centenarium*, & poſt pauca appoñit: *Ideo relictis
nonaginta novem unam ſequitur, unam quærit, ut in-
veniret in una omnes, redintegraret omnes in una.*
Numerus centenarius erat præordinatus à Deo, una
non poterat deficere, & ex illo numero ne quid mi-
nimum poterat eripi. Vide tom.3. in Evang.cap.9.
quæſt.52.

92. Valde celebris eſt illa Ezechielis viſio cap.1. in
qua repræſentabantur quatuor animalia, in quibus
Sancti, & juſti deſignabantur in ſuis operationi-
bus, & unumquodque animal quatuor facies habe-
bat, faciem hominis, qua innuitur patientia, fa-
ciem Leonis, qua fortitudo; faciem bovis, qua la-
bor; faciem Aquilæ, qua dexteritas ingens expri-
mitur. Et ait Textus: *Ubi erat impetus Spiritus*
Ezech 1. *illuc gradiebantur*, Ezech.1.n.12. Hugo, & alij per
Hugo. impetum Spiritus exponunt imperium, ac impulſum
Electi divini Spiritus, quo ſuos electos regit, & gubernat
conſtan- in omni ſupervenienti; patientia hominis, fortitu-
tes, & dine Leonis, ſuſtinentia bovis, prudentia, ac ſaga-
non re- citate Aquilæ, ut ſtabiles, ac conſtantes ſint in ſuo
vertun-
tur. ordine, ac gradu, in quo divina præordinatio eos

conſtituit, & ſic dicitur: *Ubi erat impetus illuc gra-
diebantur, nec revertebantur cum ambularent.* Sed
inter ipſas preſſuras, contrarietates, ac adverſita-
tes, magis proficiebant, augebantur, ac multipli-
cabantur: *Nec revertebantur cum ambularent.*

CAPUT XIV.

1 *FActum eſt autem Iconij, ut ſimul introirent in Synagogam Iudæorum, & loquerentur, ita ut crederet Iudæorum, & Græcorum copioſa multitudo.*

2. *Qui vero increduli fuerunt Iudæi, ſuſcitaverunt, & ad iracundiam concitaverunt animas gentium adverſus fratres.*

3. *Multo igitur tempore demorati ſunt, fiducialiter agentes in Domino, teſtimonium perhibente verbo gratiæ ſuæ, dante ſigna, & prodigia fieri per manus eorum.*

4. *Diviſa eſt autem multitudo Civitatis: & quidam quidem erant cum Iudæis, quidam vero cum Apoſtolis.*

5. *Cum autem factus eſſet impetus Gentilium, & Iudæorum cum principibus ſuis, ut contumelijs afficerent, & lapidarent eos.*

6. *Intelligentes confugerunt ad Civitates Lycaoniæ, Lyſtram, & Derben, & univerſam in circuitu regionem, & ibi evangelizantes erant.*

7. *Et quidem vir Lyſtris infirmus pedibus ſedebat, claudus ex utero matris ſuæ, qui nunquam ambulaverat.*

8. *Hic audivit Paulum loquentem. Qui intuitus eum, & videns, quia fidem haberet, ut ſalvus fieret.*

9. *Dixit magna voce: Surge ſuper pedes tuos rectus. Et exilivit, & ambulabat.*

10. *Turbæ autem cum vidiſſent, quod fecerat Paulus, elevaverunt vocem ſuam, Lycaonicè dicentes. Dij ſimiles facti hominibus, deſcenderunt ad nos.*

11. *Et vocabant Barnabam Iovem, Paulum vero Mercurium: quoniam ipſe erat dux verbi.*

12. *Sacerdos quoque Iovis, qui erat ante Civitatem, tauros, & coronas ante januas afferens cum populis volebat ſacrificare.*

13. *Quod ubi audierunt Apoſtoli, Barnabas, & Paulus conſciſſis tunicis ſuis exilierunt in turbas, clamantes,*

14. *Et dicentes: Viri quid hæc facitis? Et nos mortales ſumus ſimiles vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis ſunt.*

15. *Qui in præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas.*

16. *Et quidem non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, benefaciens de Cœlo, dans pluvias, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia corda noſtra.*

17. *Et hæc dicentes, vix ſedaverunt turbas, ne ſibi immolarent.*

18. *Supervenerunt autem quidam ab Antiochia, & Iconio Iudæi: & perſuaſis turbis, lapidanteſque Paulum, traxerunt extra Civitatem, exiſtimantes eum mortuum eſſe.*

19. *Circumdantibus autem eum diſcipulis, ſurgens intravit Civitatem, & poſtera die profectus eſt cum Barnaba in Derben.*

20. *Cumque*

20. *Cumque evangelizaſſent Civitati illi, & docuiſſent multos, reverſi ſunt Lyſtram, & Iconium, & Antiochiam.*

21. *Confirmantes animas diſcipulorum, exhortanteſque, ut permanerent in fide: Et quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.*

22. *Et cum conſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias Presbyteros, & oraſſent cum jejunationibus, commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt.*

23. *Tranſeunteſque Piſidiam, venerunt in Pamphiliam.*

24. *Et loquentes Verbum Domini in Perge, deſcenderunt in Attaliam.*

25. *Et inde navigaverunt Antiochiam, unde erant traditi gratia Dei, in opus, quod compleverunt.*

26. *Cum autem veniſſent, & congregaſſent Eccleſiam, retulerunt quanta feciſſet Deus cum illis, & quia aperuiſſet gentibus oſtium fidei.*

27. *Morati ſunt autem tempus non modicum cum diſcipulis.*

ARGVMENTVM.

ICONIJ Paulus, & Barnabas multos adducunt ad fidem, unde à Iudæis expulſi fugiunt Lyſtram, ibi Claudo ſanato tamquam Dij Iupiter, & Mercurius acclamati, Divinos honores oblatos recuſant; hic iterum Iudæorum commotione lapidati fugiunt Derben, ac iterum ſuum relegentes iter, iterumque confirmatis ubique fidelibus, ordinatiſque Presbyteris redeunt Antiochiam.

Ex hoc capite, & deinceps quæ ſequuntur pertinent ad peregrinationem Pauli, quæ ex textu valde clara ſunt, & ideo Expoſitores in his non multum immorantur, breviter tamen, quæ neceſſaria ſunt, explicabimus.

Actor. 14 *n.* 1. Factum eſt autem Iconij, ut ſimul introirent in Synagogam Iudæorum, & loquerentur, ita ut crederet Iudæorum, & Græcorum copioſa multitudo.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I.
Vſque ad Verſ. 5.

1. Verſ. 1. FActum eſt autem, cum Paulus, & Barnabas introiſſent in Synagogam Iudæorum, in quo maximè convenire ſolebant die Sabbathi Iconij in Lycaonia, & conveniret copioſa multitudo Judæorum, ac Græcorum, Gentilium, nempe, inter quos maximè præcellit, & reſpondet
S. Tecla. S. Tecla Virgo multis laudibus celebrata à SS. Chryſoſtomo, Epiphanio, Ambroſio, Hieronymo,
Martyrolog. Baſilio Seleuco, & alijs: de ea agit Martyrologium 23. Septembris, eamque ſequutæ ſunt Tryphæna, & Tryphoſa, quas ſubinde laudat, & ſalutat Sanctus Paulus Rom. 16. n. 12. de eis facit men-
Rom. 16. tionem Martyrologium Rom. 20. Novembris, ubi ſic legitur: *Iconij in Licaonia Sanctarum mulierum Tryphæna, & Tryphoſæ, quæ Sancti Pauli prædicatione, & exemplo Teclæ in Chriſtiana diſciplina plurimum profecerunt.*

Verſ. 2. *Qui verò increduli fuerunt Iudæi.* Ara-
2. Arabic. bicus: *Qui non obtemperaverunt.* Syriacus: *Qui non acquieverunt,* & ſubdit Textus: *Suſcitaverunt.*
Syriac. Syriacus: *Extimulaverunt gentes, ut malè acciperent.* Arabicus: *Depravarunt animos gentium.* Græ-
Græcus. cus: *Malignitate impleverunt,* contra doctrinam Evangelicam, ut eam reſpuerent, & non reciperent: *adverſus fratres,* ſcilicet Apoſtolos, ac Chriſtianos
Æthiop. tamquam novatores novam doctrinam. Æthiopic. addit: *Affixerunt animas eorum.*

3. Verſ. 3. *Multo igitur tempore demorati ſunt.* Arabicus: *Longo intervallo.* Multi ex Iudæis, ac genti-
Arabic. D. Chryſoſt. bos, ideo ut notat D. Chryſoſt. illæ novæ plantationes fuerunt fovendæ doctrina, ac præſentia Apoſtolorum, ne ex aliorum corruptione marceſcerent:

Fiducialiter agentes. Ex Græco legitur *liberè, & palam.* Lyran. humano timore poſtpoſito. *In Domino fulti,* & ſtabiliti divina ope, & auxilio: *Teſtimonium perhibentes verbo gratiæ ſuæ,* id eſt Evangelio prædicando, & propagando, Evangelium dicitur verbum gratiæ, ut infra cap. 20. n. 24. & 32. Ipſum enim plenum eſt gratia, & hominibus dat gratiam in remiſſionem peccatorum. Græcus. Novellæ plantationes fovendæ.

Verſ. 4. *Diviſa eſt autem multitudo Civitatis.* 4.
Arabicus: *Diviſa eſt opinio majoris incolarum.* Græ- Arabic.
cus: *Sciſſa eſt ſchiſmate facto* quod facile fit in vul- Græcus.
go maximè ad novitates propenſo.

Verſ. 5. *Cum factus eſſet impetus;* quia non ra- 5.
tione, ac judicio movebantur, ſed ira, ac odio Gentilium Judæorum cum Principibus facillimè omnes congregantur in malum. *Ut contumelijs afficerent.* D. Chryſoſt. & alij: *Ut vim afferrent,* nulla D. Chryſoſt.
major, ac efficacior vis viro nobili, quam injuria, & contumelia. *Ut lapidarent eos.* Syriacus: *Ut lapidibus obruerent* tamquam blaſphemos, ut intentarunt contra Moyſen, Numer. 10. 14. Num. 10

QUÆSTIO I.

Quare Iudæi primo excitant gentiles contra Apoſtolos, poſtea Gentiles cum primoribus currunt ad lapides, ac contumelias?

VT dicitur Verſ. 2. *Iudæi concitaverunt animas* 6.
gentium adverſus fratres, nempe Apoſtolos, modo vero verſ. 5. Iudæi coadunati cum gentibus ac primoribus, *ut contumelijs afficerent, & lapidarent eos;* ſemper iniquitas, ac pravitas ab alijs deducta, ac derivata creſcit, & augetur in ſuos ſequentibus, ait Chriſtus D. Matth 23. n. 15. *Væ vobis Scri-* Matth. 23
bæ, & Phariſæi; quia circuitis mare, & aridam, ut Ex malo
faciatis unum proſelitum: & cum fuerit factus, faci- Magiſtro
tis eum filium gehennæ duplo, quam vos, id eſt faci- diſcipu-
tis eum pejorem, & deteriorem, quam vos. Unde lus peior.
deterior diſcipulus? quia ſupra malitiam Magiſtri de ſuo novam addit, & multiplicat: Opportunè Euthymios ibi: *In duplo autem dixit; quiſquis*

enim Euthym.

enim præceptorem habet pravum, non in illius ſiſtit malitia, ſed ejus usus exemplo, ſolet ulterius procedere.

7. Matth.4. Matth.4.n.5. *Tentans Diabolus Chriſtum D. ſtatuit eum ſuper pinnaculum Templi, & dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorſum.* Aliter faciunt Pha-
Luc.4. riſæi, Luc.4.n.29. *Duxerunt illum uſque ad ſupercilium montis, ſuper quem Civitas eorum erat ædificata, ut præcipitarent eum.* Diabolus non audet ma-
Miniſtri Diaboli pejores, quã ipſe. nus ſuas extendere in Chriſtum, & eum præcipitare, Phariſæi verò intrepidè hoc intentant, & aggrediuntur, unde illis tanta audacia? In illos multa Diaboli malitia defluxerat, quæ ex ſuo ipſorum genio multa ſuperaddita in magnum augmentum excrevit, ita ut id, quod Diabolus per ſe non audebat, ejus diſcipuli, ac ſectatores non recuſarent in exe-
D.Ambr. cutione complere. D.Ambroſ.lib 4.in Lucam exaggerans malitiam Iudæorum ſic ait: *O pejor Magiſtro diſcipulorum hæreditas, ille verbo Dominum tentat, hi facto; ille dicit, mitte te, iſti adoriuntur, ut mittant.*

8. Geneſ.4.n.2. dicitur: *Adam vere cognovit uxo-*
Gen.4. *rem ſuam Evam, quæ concepit, & peperit Cain* fratricidam plenum odio, & invidia, de quo ait D.Am-
D.Ambr. broſ.lib.1. de Abel cap.1. *Illa penes Authorem non ſtetit culpa, ſed quod pejus eſt deteriorem invenit hæredem.* Malus Cain, ſed multo deteriores filij, de
Malus Cain peiores filij. Gen.6. quibus dicitur, Geneſ.6.n.2. *Videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi uxores ex omnibus, quas elegerant*, & ſtatim ſubditur; *Cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, omnis quippe caro corruperat viam ſuam.* Cain in ſe malus, ac ejus poſteri, & filiæ conjunguntur cum filijs, videlicet filijs Sem viri juſti; omnia in pejus ruunt, & depravantur, ita ut omnis caro corrumperet viam ſuam, *quod pejus eſt deteriorem invenit hæredem.*

Actor.14.n.6. Intelligentes confugerunt ad Civitates Lycaoniæ, Lyſtram, Derben, & univerſam in circuitu Regionem, & ibi evangelizantes erant.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE II. uſque ad Verſ.11.

9. Verſ.6. INtelligentes, *ſcilicet Paulus*, & Bar-
Syriac. nabas. Syriacus: *Cum conſideraſſent.*
Tigurin. Tygurina: *Re intellecta* de conſpiratione facta contra eos fugerunt juxta Domini præceptum, & fugerunt non timore mortis, ſed ne animæ defraudarentur à fructu ſuæ prædicationis in damnum earum ſalutis, ſicut Elias fugit à facie Jezabel, 3.Reg.19.n.3. Non timore mortis, ſed ne cauſa
Abulenſ. Dei eſſet deſerta abſque defenſore, ut ait Abulenſis. *Ad Civitates* Lycaoniæ, quæ eſt Provincia in Aſia minore prope Phrygiam, à qua montibus ſeparatur.

10. Verſ.7. *Et quidam vir Lyſtris infirmus pedibus.*
Arabic. Arabicus: *In cujus pedibus nulla vis erat.* Arias:
Arias. *Impotens pedibus erat.* Vatablus: *Invalidus* ut nul-
Vatabl. lum paſſum poſſet dare, nec ſe movere; hæc autem claudicationis infirmitas erat illi ex utero matris congenita, & ideo ſedebat, vel jacebat, ut miraculum illuſtrius appareret.

11. Verſ.8. *Hic audivit Paulum loquentem*, & ait
Lyran. Lyranus: *Et credidit dictis ejus*, unde Apoſtolus
Arabic. *intuitus eum.* Arabicus: *Cum aſpexiſſet*, noſſetque eum habere fidem. Græcus: *Cum defixiſſet oculos*
Beda. *in eum*, quia haberet fidem, ut ait Beda: *Ejus deſideria, vultus, oculi, geſtus, attentio in audiendo ſatis prodebant.* Interior affectus in exteriora redundant, deinde ſpiritu prophetico potuit Paulus agnoſcere hominis fidem, ac ſalutis deſiderium, Chryſoſt. ait; D.Chryſoſt.
quod prius curatus eſt in anima, quam corpore.

Verſ.9. *Dixit magna voce.* Syriacus: *Alta voce,* 12.
ut omnes attenderent, & ab omnibus audiretur mi- Syriac.
raculum, quod fiebat in confirmationem fidei, &
doctrinæ prædicatæ à Paulo, Græca, Syra, & multi Græcus.
Codices Latini addunt: *Tibi dico in nomine Ieſu* Syriac.
Chriſti Domini noſtri vere Meſſia. Sequitur noſtra Volgata *ſuper pedes tuos rectus, & exilivit, & ambulabat.* Arias: *Proſiliens ſurrexit*, adimpletum eſt Arias.
quod dixit Iſai.35.n.16. *Tunc ſaliet ſicut cervus* Iſai.35.
claudus, ſimilem claudum ſanavit Petrus, Act.3. Actor.3.
num.4.

Verſ.10. *Turba autem cum vidiſſent.* Syriac. *Cæ-* 13.
tus populi, nempe Gentilium *Elevarunt vocem Lycaonicè.* Syriacus: *Extulerunt vocem idiomate regionis* ſuo proprio idiomate: *Dij ſimiles facti hominibus.* D. Chryſoſt. *In ſpecie hominum*, tamquam ſi dicerent, ſunt Dij, ſed exteriùs apparent homines.

Verſ.11. *Vocabant Barnabam Iovem, Paulum* 14.
vere Mercurium. Syriacus: *Vocabant Barnabam* Syriac.
Dominum Dominorum. Paulum vero Hermetem, quippe qui inciperet ſermone. Æthiopic. *Quod eſſet* Æthiop.
moderator ſermonis, de his omnibus in quæſtionibus.

QUÆSTIO II.

Quare iſti Cives clamant, quod Dij ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad eos?

VIdentes turbæ Paulum, & Barnabam clamant, 15.
quod Dij in ſpecie, ac figura hominum apparuerint inter eos. Euſebius lib.3.de præpar. Evang. Euſeb.
cap.9. exiſtimat, quod ſacri Apoſtoli aliquid ſupra hominem, & quaſi divinum ſpetabant in vultu, voce, moribus, geſtu, ac modeſtia: Accedit Parens meus Elias ad mulierem petens ab ea buccellam panis, quæ reſpondens, ait: *Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem*, 3.Reg.17. in quibus 3.Reg.17.
verbis cum mulier ait: *Vivit Deus tuus*, eum agnoſcit, ac veneratur, ut Prophetam, ac Dei ſervum, ut rectè notat D.Baſilius Seleuc. orat.11. & ait: *O* D.Baſil. Seleuc.
mulier tamquam Prophetam honoras, quem mendicum vides, unde in prophetæ notitiam veniſti? Mulier utpote gentilis, & Sarephtana nunquam ipſum viderat, nec cognoverat, unde ergo eum cognovit Dei ſervum, & Prophetam? Proculdubio cognovit ex ejus præſentia, ſitu, modeſtia, ac modo loquendi, quæ ſanctitatem exhibebant, ut ait Apoſtolus: *Chriſti bonus odor ſumus.* *Præſtita Apoſtolorum ſanctitatem oſtendebat.*

Secundo; Inde ſibi perſuadent homines, quod 16.
Dij facti homines venerunt ad eos; quia ſacri Apoſtoli omnibus benefaciebant, claudos ſanabant, ægros curabant, omneſque in Doctrina Sancta illuminabant, viamque cœleſtem demonſtrabant, & hoc abſque alicuius mercedis intuitu, nec emolumenti negotio, & tot, ac tanta dona præſtare, gratiſque impertire non hominis, ſed Dei, ac ejus ſervorum eſt. *Bene facere gratis ſine mercede divinum eſt.* Cum Abrahamus egrederetur victor quinque Regum, liberato Rege Sodomæ cum ſuis occurrit ei Melchiſedech & ait: *Benedictus Abraham Deo excelſo, Benedictus Deus excelſus*, cur modo tantas benedictiones accumulat ſuper Abrahamum, cur & modo tot, & tantas benedictiones decantat Deo: *Benedictus Deus excelſus.* Abrahamus extitit valde magnificus, qui cum Regem

Sodomæ omni cum ſua copioſa ſubſtantia è mani-
bus inimicorum liberaſſet, animo tamen erat diſpo-
ſitus, ut nihil ab eo acciperet: *A filo ſubtegminis
uſque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus,*
Gen.14. *quæ tua ſunt*, Geneſ.14.n.23. Tantus animus plenus
beneficiendi, & vacuus ab omni lucro multum im-
pinguatur, & Deus etiam multis recolitur, qui ta-
lem dedit ſervum, qui ſolum ab ipſo dona expectat.
D.Chryſoſt. D.Chryſoſt.homil.35.in Geneſ. ſic in perſona Abra-
hami ait: *Habeo Deum, qui innumera mihi ſuppe-
ditat bona, ſuperno innitor auxilio, non opus mihi
divitijs tuis.*

Tertio expende modum loquendi, non inquiunt
17. in Deorum ſpecie, ac forma venerunt homines ad
nos, quod magis videbatur conducere ad laudem,
Valdè ſublime quod exterius appareat humanum, interius divinū. ſed dicunt: *Dij in forma, ac ſpecie hominum vene-
runt ad nos* multum proficit ad magna perpetran-
da, quod exterius quid humanum, ac terrenum ap-
pareat, interius vero divina Virtus lateat, exterius
objiciatur vilitas, ac fragilitas humanæ naturæ, in-
terius verò ſit abſcondita ſublimitas divinæ Virtu-
tis, & rectè dicitur: *Deſcenderunt ad nos* non in-
quiunt, venerunt, acceſſerunt, ſed multa humilita-
te deſcendebant, & interius aſcendebant ad Deum,
ut multa mirabilia operarentur.

18. Loquens D. Ioannes de Chriſto D. in ultima
Cœna cap.13.n.3. ait: *Sciens Ieſus, quia omnia de-
dit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad
Deum vadit.* Modo tam ampla, & ſumma poteſtas
publicatur de Chriſto, quod *omnia dedit ei Pater
in manus*, quando dicitur de eo, quod *à Deo exivit*,
ubi non eſt ſermo de exitu per generationem æter-
nam, qua ut Deus procedit, lumen de lumine, ſed
agitur de exitu materno temporali, qua ut homo in
humilitate noſtræ naturæ apparuit, ut optimè nota-
vit S.Eligius homil.4. in Cœna Domini, & ait:
*Sciens, quia à Deo exijt per humilitatem Incarna-
tionis.* Cum oculis objicitur fragilitas noſtræ hu-
manitatis, tunc illuſtriſſimè reſplendet fulgor ſu-
premæ Divinitatis: *Dedit ei omnia Pater in manus.*
Vide ſupra cap.10.q.23.n.179.180.

QUÆSTIO III.

Quare iſti Gentiles Barnabam Iovem appellant.

19. D.Paulus dignitate, & excellentia major Barna-
Difficultas quæſtionis. ba, tamen iſti Gentiles majorem ei dignita-
tem attribuunt cum Jovem appellant, eum apud
ipſos Gentiles Jupiter fuerit ſupremus Deus, ac Pa-
ter Deorum, & ideo ubi noſtra vulgata habet: *Vo-
Syriac. cabant Barnabam Iovem.* Syriacus legit: *Vocabant
Barnabam Dominum Dominorum.*

Reſpondet primo Lyranus; quia *Barnabas ſenior,*
20. Lyran. & canities maximè veneranda eſt, & multam aucto-
Senectus magnā reconciliat auctoritatem. ritatem apud omnes reconciliat. Centurio mittens
ad Chriſtum deprecatores pro ſalute pueri ſcribit
D.Lucas 7. n.3. *Miſit ad eos Seniores Iudæorum ro-
gans eum.* D.Bonaventura: *Seniores utpote ætate
maximè reverendos,* ac venerandos. Hinc Daniel.7.
Luc.7. n.9. deſcribens ſummam Dei majeſtatem, ait: *An-
Dan.7. tiquus dierum ſedit, & capillus capitis ejus, quaſi
lana munda.*

21. Secundo; quia, ut ſcribit Niceph.lib.2.cap.37.
Niceph. D.Paulus erat parvo, contracto, debili, ac incurvo
D.Chryſoſt. corpore, unde de eo ait Chryſoſt: *Tricubitalis eſt,
& cælos tranſcendit*, at verò Barnabas, ut ait D.
Chryſoſt.in præſenti, erat vultu pulcher, elegans,
Pſal.92. & juvenili aſpectu decorus. Ait David, Pſal.92.n.2.
Dominus regnavit, decorem indutus eſt. In ſupremo
Principe regnaturo primo, ac ante omnia ſpecie ex-
ornatur, quia, ut ait Latinus Dacratus in Panegi- *Elegans forma digna imperio.*
ric. ad Theodoſium poſt ejus formam commenda- Dacrat.
tam, ſic ait: *Virtus tua meruit imperium, ſed virtu-
ti addidit forma ſuffragium. Illa præſtitit, ut opor-
teret te Principem, hæc ut deceret.* Expende illud,
quod *virtuti dat forma ſuffragium* ad cultum, vene-
rationem, ac imperium.

Tertio: Nonnulli exiſtimant, quia Barnabas mul- 22.
ta authoritate, ac gravitate ſilebat, & munus præ-
dicandi, ac verba faciendi committebat, ſicut Ju-
piter, qui fabulabatur Deus, & Mercurio tamquam
ſuo præconio, ac internuntio utebatur. Unde non- *Dignitas eſt loqui per internuntium.*
nulli exiſtimant Jovem ab Hebræo Jehova, & per
Craſin Iova derivari, qui per Moyſen, & Prophe-
tas Deus eſt locutus, magnæ dignitatis eſt non per
ſe immediate loqui, ſed per internuntium, & inter-
pretem. Creatur Moyſes Deus Pharaonis, & dicitur
ei: *Conſtitui te Deum Pharaonis*, Exod.7.n.1. & in-
de ſubjungitur: *Tu loqueris ei omnia, quæ mando tibi,
& ille loquetur ad Pharaonē, ut dimittat filios Iſrael.*
Pro tanta dignitate Moyſes datur ei Internuntius.

Quarto: Paulus ut Doctor Gentium multum 23.
prædicabat, & ut Apoſtolus multa mirabilia opera-
batur, Barnabas, ut Apoſtolus multa edebat miracu- *Magnitudo magis oſtenditur ſilentio, quā verbis.*
la, tamen parcus erat in ſermone totum committens
Paulo. Amplitudo, & largitas in operibus, con-
tractio, ac brevitas in ſermone maximè animos at-
trahit, magnitudinem, & celſitudinem oſtendit. Sta-
bat meus Ieſus *cum accuſaretur à Principibus Sa-
cerdotum, & Senioribus, nihil reſpondit; Tunc dicit
illi Pilatus: Non audis quanta adverſus te dicunt
teſtimonia: & non reſpondit ei verbum, ita ut mira- Math.27
retur præſes vehementer*, Matth.27.n.13. Cur Domine
non reſpondes? ſed taces? Ut ſic magis ſuas divinas D.Ambr.
Virtutes, ſuamque magnitudinem, ac celſitudinem
oſtenderet. D.Ambroſ. lib.10. in Lucam de hoc ſi-
lentio ait: *Illud tamen præſtantiſſimum, quod maluit
Regem ſe probare, quam dicere*: fugit verba, abſti-
nuit à voce, ut inde magis regalem ſui animi ma-
gnitudinem oſtenderet.

Quinto: Barnabas cum eſſet genere Cyprius, ut 24.
dicitur Act.4.n.36. fuerat enim natus, & educatus
in Cypro inſula, & ideo à multis tamquam Genti-
lis, ac ex gentibus reputabatur, & ideo homines
iſtius Civitatis Gentiles, Barnabam tamquam ex ſua
gente, ac natione volentes honorare, tribuunt ei ma-
jorem honorem, ac divinitatem: maximo amore *Quilibet maximè tenetur ad ſuam gentem.*
unuſquiſque tenetur ad ſuum populum, ac gentem.
Ingreditur Ieſus magno, pompoſoque triumpho
Ieruſalem, viæ ſternuntur ramis palmarum, oliva-
rum, ac etiam hominum veſtimentis, voces reſo-
nant per aëra: *Oſana, Benedictus, qui venit in
nomine Domini*, & inter hæc *cum appropinquaret
Ieſus Ieruſalem, videns Civitatem flevit ſuper il-
lam*, Luc.19.n.41. Cur Domine in tam feſtivo die, Luc.19.
inter tam plauſibiles acclamationes lachrymas
profundis? quid tanta ſolemnitas cum copia la-
chrymarum? Euſebius Emiſſenus in propria ho- Euſeb.
milia: *Ego fleo, quia omnia video.* Videbat deva-
ſtationem Civitatis, quod inimici ejus non reli-
cturi eſſent in te lapidem ſuper lapidem; tam ar-
denti amore erga ſuos patricios, ac concives fla-
grabat, ut nulla pompoſa majeſtas conſiderata eo-
rum ruina potuerit ejus lachrymas cohibere, quin
in magnos fletus prorumperet c.3. q.21.n.124. 128. 25.

Sexto: Barnabæ tribuitur divinitas, quæ multo *Beneficia magis attrahunt, quam verba.*
major eſt, quàm quæ defertur Paulo, cum iſte ſit
excellentior donis, ac prærogativis. Barnabas erat
valde liberalis, beneficus, ac benignus, ſicut Jupi-
ter, qui à juvando tale nomen habet, & eminentior
auctoritas,

auctoritas, & vehementius animi attrahuntur, ac reconcillantur largitione donorum, quam copia, ac facundia verborum, magis devincitur animus donis, quàm fandi eloquentia.

26. Cum Jacob intenderet furto præripere benedictionem fratris ſui majoris Eſau; qui frater valde piloſus erat; Jacob multum levis, & cum ſe præſentaret Patri ſuo Iſaac, ne fortè ex tactu ipſum cognoſceret, pelliculis hædorum manus circundedit, & accedens ad Patrem offert pulmentum ad comedendum, dicens: *Pater mi; comede de venatione.* Sanctus ſenex valde dubius, quod ille eſſet filius ſuus primogenitus Eſaü, nam ex voce deprehendebat Iacob, & in tanta perplexitate aie illi Iſaac: *Accede ad me, ut tangam te fili mi, & probem utrum tu ſis filius meus Eſau*; & eo palpato dixit bonus ſenex: *Vox quidem vox Iacob eſt, ſed manus, manus ſunt Eſau*, Geneſ.27.n.22. Et hauſto pulmento benedixit ei. Cur Pater in tanta rerum ambiguitate magis credit manibus, ut reputaret Eſau, quam voci, quæ indicabat eum Iacob? De quo multas rationes aſſignant Sancti Patres Chryſoſt. Auguſt. Bernard. Dicam tamen: Manus dabant, & offerebant, vox vero Iacobi, utpote Sancti viri verum reſonabat, ac Sanctum eloquium Dei ſonabat, & magis creditur, ac major fides adhibetur manibus, etſi fictitijs dantibus, quam voci verum eloquium Dei reſonanti.

Gen. 27.

Plus creditur dātibus, loquentibus.

27. Cum ille antiquior ſervus domus Abrahæ profectus eſſet in Meſopotamiam ad quærendam uxorem filio Domini ſui Iſaac, & expoſtulato ſigno à Deo inveniſſet Rebeccam, quæ non ſolum dedit ei aquam ad bibendum, ſed etiam ſuis famulis, ac camelis abſque ulla mora: *Protulit vir inaures aureas, appendentes ſiclos duos; & armillas totidem, pondo ſiclorum decem.* Geneſ.24.n.22. Valde mirum quod tam cito ſe habeat homo in donis tanti valoris exhibendis, cur non prius cum illa habet quædam urbanitatis verba gratulans illi tantam liberalitatem, quod non ſolum ipſi, ſed ſuis camelis adaquaverit, cur non quærit ab illa cujus familiæ eſſet, & quorum patrum filia foret, ſed omnibus his omiſſis ſtatim manus ejus muneribus adimplet? Thomas Anglicus: *Ut gratior eſſet puella.* Dicam, ubi ſunt munera ſuperflua ſunt verba, & parū proficiunt, magis donis, quàm verbis gratulabatur puella.

Gen. 24.

Gratiora ſunt dona, quam verba.

Thom. Angl.

QUÆSTIO IV.

Quare D. Paulus dictus, & appellatus eſt Mercurius?

28. Mercurius apud antiquos putabatur Deus eloquentiæ, & putabatur Deorum interpres, ac nuntius, & ex inde à Græco idiomate nomen habet; vocabant Paulum Mercurium Syriacus: *Quippe qui inciperet ſermonem.* Æthiopic. *Quod eſſet moderator ſermonis.*

Syriac. Æthiop.

29. Paulus erat ſapientiſſimus, ac eloquentiſſimus, cum autem ipſe 2.Cor.11.n.6. ait de ſe: *Nam etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia* cum ſe dicit imperitum ſermone, explicant D.Hieron. in epiſtol. ad Algaſiam q.10. Caietan. in aliquo ſermone Græco, cum in vernacula lingua, utpote Hebræa eſſet peritiſſimus, ut ait idem Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, dicendum exiſtimo, ut videtur innuere D Aug. lib. de Magiſtro cap.5. ſe dicit imperitum ſermone, nempe eloquentia prophana, ac compoſitis, & calamiſtratis verbis veluti chritico ſermone, tamen erat ſcientia, & ſapientia eminentiſſimus.

2.Cor.11

D Hier.

Imperitus ſermone prophano.

30. Dicitur Paulus Mercurius, quia erat veluti interpres Barnabæ, & quæ doctrina erat in animo Barnabæ, ipſe tamquam dux verbi prædicabat, & dicebat. Secundo; quia multa ſapientia, qua repletus erat foris eam publicabat, ac manifeſtabat. Tertio; quia ſicut Gentiles fabulabantur, quod Mercurius; quæ audiebat à Dijs in Cœlo, hominibus manifeſtabat, ſic & Paulus raptus in Cœlum multa mirabilia, quæ ibi vidit, & audivit, nobis manifeſtavit in terris.

Paulus mirabilia cœli nobis manifeſtavit.

31. Quarto Mercurius depingebatur cum caduceo duobus draconibus implicatis tamquam ſignum pacis, quam Paulus ſua doctrina plantavit in mundo inter Deum, & homines. Quinto; quia Mercurius ſua eloquentia, ac efficacia omnia trahebat ad ſe, ac vincebat, ſic & Paulus ſuis ignitis verbis, ex quo D.Hieronym. Apolog. ad Pammach. pro lib. contra Iovin. ſic ait: *Quotieſcumque Apoſtolum Paulum lego, videor mihi non verba audire, ſed tonitrua, &c.* & ſubdit: *Quocumque reſpexeris, fulmina ſunt.*

Paulus ſuis verbis omnia trahebat ad ſe.

D. Hier.

32. Sexto ob magnam reverentiam, & venerationem, qua ejus ſapientiam venerabantur omnes, quæ maximè erat apud antiquos, de quibus Philoſophus loquens Iſaias 19. n.11. qui dicebant de ſe: *Filius ſapientum ego ſum; filius Regum antiquorum.* Philoſophi antiqui præ multo honore reputabantur, tamquam Principes populi, ac filij Regum, & hoc antiquorum, ex quo multam ſibi reconciliabant venerationem, ac honorem in populo, tale nomen ſibi uſurpabant, ad citatum locum ait D.Thom. lect.1. *Qui quaſi Principes ſe exhibuerant in docendo.* Tanta apud illos de literatis erat æſtimatio, ut à Principatu non longè abeſſet.

Iſai.19.

Sapientes, ut Principes venerabātur.

33. De ſummo Principe, ac Rege ait Iſaias 33. n.17. *Regem in decore ſuo videbunt oculi ejus*, & qualiſnam eſt decor, in quo Rex eſt videndus? erit ne fulgor, ac ſplendor Regiæ majeſtatis, multitudo, ac amplitudo populorum? minimè explicat Lucas Vellozo in Jodith cap.1. Paræner.5.n.2. Eſt enim Doctorum aſſiſtentia, ac præſentia, & ſic ſubdit immediatè Propheta: *Ubi eſt literatus? Ubi legis verba ponderans? Ubi Doctor parvulorum.* Ubi ſunt Doctores, Prædicatores, ac Magiſtri parvulorum, ibi maximè reſplendet Regis decor, & omnia fiunt cum optimo moderamine, & ſecura pace, ut nullus ſit timendi locus, & inde *non debet cor tuum timorem meditari.*

Iſai.33.

Decor Regis eſſet cum ſapientibus.

Lucas Vellozo.

34. Cum Daniel eſſet captivus in Babylonia impoſuit ei Rex nomen Balthaſar cap.5. n.12. quod nomen erat proprium Dei Babylonici: *Balthaſar ſecundum nomen Dei mei*, cap.4. n.5. Sed unde fieri potuit, quod homo captivus tanto honore eſſet ſublimatus, ut divino gauderet nomine? Daniel multa fulgebat ſapientia, non ſolum in explicandis ſomnijs, ſed etiam in cunctis rebus agendis, diſponendis, ac judicandis, & in toto cultu, ac reverentia ſapientes colebant, ut tamquam divinum Numen intèr homines venerarentur. D.Iſidor. Peluſiota lib.1. epiſt.19. ait: *Balthaſarum in honorem explicationis appellant*, & ſubdit: *Hinc hujuſmodi apud illos vigebat opinio, ſcilicet ipſorum Deum: ſi vel dumtaxat ejus nomen pronunciaretur, res miras penetrare.* In hujus rei confirmationem refert Iuſtinus lib.2. quod Pythagoras in tanto honore fuit in Metaponto, *Ut ex domo ejus Templum fecerint, eumque pro Deo colerent.*

Dan.4.

Sapientes tamquā divinum Numen venerabantur.

Peluſiota

Iuſtinus.

Act.14 n.12. Sacerdos quoque Iovis, qui erat ante Civitatē, tauros, & coronas ante januas afferens cum populis volebat ſacrificare.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE III.

35. Syriac. Verſ.12. *Sacerdos quoque Iovis.* Syriac. *Domini Dominorum* quia Jupiter erat ſupremus Deus. *Qui erat ante Civitatem*; quia Jupiter in ſuburbanis habet ſuam domum, & templum, ne fortè hominum tumultu fœdaretur. *Tauros, & Coronas*, Tauros nempe Coronatos & *ante januam afferens* ad majorem apparatum, & cultum, ut dicitur Machab 4.n.57. *Ornaverunt faciem templi Coronis aureis.*

Dei cultus cum multo apparatu. — Machab. 4.

QUÆSTIO V.

Quare Gentiles offerebant Dijs ſuis victimas Coronatas?

36. TExtus ait, quod Sacerdos Jovis ad offerendum adducebat victimas, ſeu Tauros cum coronis, quia ut dixi in expoſitione Victimæ coronatæ offerebantur.

37. *Ob gratitudinē cum coronis.* Corona cum ſit rotunda ponitur pro ſymbolo totius perfectionis, ac copiæ omnium bonorum totius Regni, illiuſque felicitatis, & in capitibus victimarum imponebantur, ut hoc ſigno Gentiles denotarent, ſe ipſos Deo ſuo non offerre, niſi perfecta, ſelecta, ac meliora, ut ita ſuam gratitudinem teſtificarentur dijs ſuis, à quibus tanta bona receperant. Valer. Maximus lib.9 cap.1. Macrob.lib.Satur.c.11.

Valer. Max. Macrobius.

38. Levit.19. Deo ſemper offerenda ſunt meliora: Mandavit Deus, Levit.19.n.23. *Quando ingreſſi fueritis terram, & plantaveritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum; poma, quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis; quarto autem anno omnis fructus eorum ſanctificabitur laudabilis Deo.* Fructus, quos arbores germinabant, primo, ſecundo, & tertio anno erant adhuc imperfecti, at vero in quarto erant plenè conſūmati in ultima perfectione, ac maturitate, & tunc offerendo Deo D.Chryſoſt. ſerm. de Pentecoſt. ait: *Vide legis conditoris prudentiam, fructum primum, nec manducari permittit, ne ante Deum quiſquam eum percepiſſe videatur, nec offerri conceſſit, ne Deo immaturus offeratur, quia oblatione nedum dignus eſt fructus, nec accipienti convenit immaturus.*

Meliora Deo offerenda. — D Chryſoſt.

39. Adamus extitit primus fructus generis humani cur non ſe offert Deo cum aliquo ſacrificio, ut ejus filius Abel, Geneſ.4.n 4. Adamus extitit multum imperfectus, fœdatus, ac immaculatus ſuo peccato, at Abel purus, ſanctus, & valde perfectus, indeque ipſe, & non Adamus facit ſacrificium. Sic pergit citatus Chryſoſt. *Ille fructus fuerat peccato alligatus, & peccati crimine tenebatur, ideo non levatus eſt, licet fructus prior videatur, ſed is, qui poſtea factus, ut diſcat, quod ille fructus, primitias facit, qui robuſtus, & validus, & ſumma maturitate floreſcit.*

Gen.4. *Pura, & perfecta Deo danda.* — D.Chryſoſt.

Act.14 n.13. Quod ubi audierunt Apoſtoli, Barnabas, & Paulus, conſciſſis tunicis ſuis exilierunt in turbas clamantes.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV.

à Verſ.13. Uſque ad 17.

Verſ.13. *QUod ubi audierunt Apoſtoli.* Voces
40. ſcilicet acclamantium: *Dij ſimiles hominibus venerunt ad nos*; nam Apoſtoli Lycaonicam vocem rectè intellexerunt, quamvis neget Chryſoſt. *Conſciſſis tunicis*. D.Chryſoſt. *Diruptis veſtibus* ſuis, quod ſolebat fieri apud Iudæos in ſignum doloris, ac deteſtationis. *Exilierunt in turbas*, quo ſignificatur magnus fervoris impetus Apoſtolorum ad impediendum tam execrabilem errorem.

D. Chryſoſt. *Antiqua conſuetudo.*

Verſ.14. *Nos mortales ſumus ſimiles vobis.* Syriac. 41.
Paſſionibus obnoxij ſicut & vos. Oecumen. *Similiter affectibus & malis obnoxij ſicut vos.* Factum ſuperbiæ evitantes cognoſcunt humilitatem ſuæ naturæ, & ab his vanis cogitationibus convertimini ad verum Deum adorandum, qui tot mirabilia in generationibus præteritis, & modo vobis benefaciens de Cœlo, dans vobis ſolem, & pluviam, ac fructus in tempore ſuo.

Syrus.

Verſ.17. *Vix ſedaverunt turbas.* Syriac. *Vix compeſcuerunt turbas, ne quis ei ſacrificaret.* Ait Lyran. 42.
Propter pronitatem ad Idololatriā. Solum de turbis hic fit mentio, nulla autem de Sacerdotibus; ſuſpicatur Carthuſianus, quòd cum audierunt ſuum Jovem, ac Mercurium à Paulo, ac Barnaba vanum vocari, ac deſpici, venerationem in odium convertiſſe erga Paulum, ac Barnabam.

Lyran. — Carthuſ.

QUÆSTIO VI.

Quare iſti Lycaonenſes volunt aris, & ſacrificijs colere Apoſtolos tamquam Deos?

CUm tota Gentilitatis cæcitas provenisset ex 43.
aliquorum beneficentia, vel victoria, ædificio, vel arte, videns Diabolus, quia Apoſtolus Paulus ſanaverit claudum credidit ſe habere bonam occaſionem ad novam idololatriam introducendam, ut ſic magis perderet illos homines, & an fortè poſſet inescare ſactos Apoſtolos. D.Chriſoſt.homil.1. ad popul.Antioch. ſic ait: *Illi*, ſcilicet, homines, *Paulo, & Barnabæ immolare aggrediebantur, vide Diaboli malitiam; Per quos Dominus impietates ex mundo exturbare ſtudebat, per hos ipſam ille inducere curabat, rurſus perſuadens Deos homines eſſe putare, quod & prioribus fecit temporibus, & hoc maximè eſt, quod idololatria principium, & radicem introduxit; multi enim, qui urbes ædificaverunt, ut Deos adorarent.*

Beneficentia maximè obligat ad honorandum benefactorem. — D.Chryſoſt.

Maximè conſideranda eſt alta diſpoſitio divinæ 44.
Providentiæ: Mittit Chriſtus D. ſuos diſcipulos in mundum, ut illius errores deſtruerent, Idolorum cultum everterent, eorumque ſuperſtitiones avellerent, & ait eis: *Tradent vos in Concilijs, & in Synagogis ſuis flagellabunt vos, ad Præſides, & Reges ducemini propter me: : : & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum*, Math.10.n.17. & 22, Quid agis ô bone Deus? Solent Reges ſuos legatos, quos mittunt ad nationes extraneas toto affectu diſponere, ac ordinare, ut acceptabiles ſint populo, ac amico fœdere cum eis uniantur: Si, Domine, tuos Apoſtolos tamquam legatos mittis ad omnes gentes, cur non diſponis, ut ipſi ſint maximè amabiles, ac chariſſimi omnibus, cur vis, ut habeantur in odium omnium? Ibant Apoſtoli magna poteſtate tamquam omnium benefici, ut infirmos curarent, mortuos ſuſcitarent, & ut ab obſeſſis dæmones expellerent, ſi ipſi grati eſſent amabiles populis, facile, ut Dij crederentur, & eos ut Deos adorarent; totus enim error, ac cæcitas Gentilium natus eſt ex beneficis hominibus, ſic ait Chryſoſtom. citatus: *Multi enim, qui & bella bene geſſerant, & urbes ædificaverant, & alijs hujuſmodi permeruerant ſui temporis*

Math.10. — *Idololatria ex beneficentia hominum orta eſt.* — D Chryſoſt.

temporis homines, Dij à multis æſtimati ſunt, & templis, & aris honorati ſunt, & omnis Gentilium Deorum numerus ab his omnibus conflatus eſt. Nota ſequentia: *Ne hoc Sanctis fieret, permiſit Deus ipſos continuo pelli, flagellari, in varios incidere morbos, ut nimia corporis imbecillitas, & tentationum turba præſentibus perſuaderet, quod homines erant talia edentes miracula.*

Abſcondit Deus occaſiones peccandi.

45\. Mandat Deus Moyſi, ut Aaronis virga recondatur, & ponatur in arca teſtamenti: *Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij.* Numer. 17.n.10. Multis placet, quod illa virga Aaronis erat virga Moyſis, qua ipſe fecit tot, & tanta prodigia in Ægypto, mare findit, hoſtem perdidit, ut Hebræum ſervet tot rerum potens virga, tot mirabilium operatrix ab oculis hominum latet, & abſconditur. D.Auguſt. ad locum citatum ait: *Unde, & virga, in qua tot ſigna fecerat, abſtulit, ne adoraretur.* Alte debent homines cogitare de ſuo viro ſervatore, ac benefico, quando divina Providentia de Virga ſervatrice abſcondenda diſponitur.

Num.17.

Beneficia inducũt ad Idololatriã.

QUÆSTIO VII.

Quare ſacri Apoſtoli tanto impetu, ac vehementia prohibent, ne eis fiant ſacrificia, & altaria?

46\. SCiſis veſtibus oſtendunt magnam deteſtationem talium operum, & ſuum fervorem ad prohibendum tantum nefas cùm *Exilierunt*, tum ne Dei debita gloria ad homines transferretur; quia ſoli omnipotenti Deo ſacrificia debentur; tum etiam ne Lyſtenſes tam grave ſcelus, tamque grande, & execrabile peccatum committerent, ac proinde in hoc facto manifeſtarunt ſacri Apoſtoli excellentiam ſuæ Charitatis, ac erga Deum, & homines, tamquam duabus alis, quæ datæ ſunt mulieri, ut fugeret, ac tenderet in locum ſibi paratum à Deo Apocal.12.n.14.

Charitas Dei, & proximi.

Apoc.12.

47\. In quo maximè nitet, & reſplendet ſumma, & excellens virtus Apoſtolorum humilitas, quæ ſe continent in ſua Sphæra, ut ſe homines recognoſcunt, & etiam eorum eximia charitas, ut alios doceant, & illuminent, & à peccatis, ac erroribus avertant, ne hominibus honorem ſoli Deo debitum tribuant.

48\. Conſidera duos præclariſſimos Prophetas Moyſem, & Iſaiam, ille dum à Deo eligitur, & mittitur, ut dux, ad liberandum Iſraëlem de Ægypto multum ſe excuſat: *Quis ſum ego, ut vadam ad Pharaonem, mitte quem miſſurus es.* Exod.4.n.13. At alter, ſcilicet, Iſaias valde diverſimodè ſe habet; nam ut vidit Deum ſollicitum de miniſtro eligendo, ut deſtinetur ad populum, ſtatim ſe offert: *Ecce ego mitte me*, Iſai.6.n.8. Uterque juſtè, & ſanctè ſe exhibet, ut pondetat D.Gregor.Nazianz. dicens: *Bonum eſt aliquantiſper per Dei imperium detractare, ut Moyſes, & rurſus advocantem promptè, atque impigrè occurrere, quemadmodum Iſaias.* Moyſes aſſumebatur ad regimen, & gubernaculum totius populi; Iſaias verò deſtinabatur, ut ſua doctrina, & prædicatione populum illuſtraret, mundaret, ac purificaret à ſuis peccatis: Moyſes ex ſua humilitate retractat regiminis clavum accipere, & in ſupremo populi apice conſtitui: At Iſaias ex ferventi charitate, qua de populi ſalute flagrabat, promptè, & omni periculo contempto ſe ſe exponit, ac præſentat, ut purificationem, quam chalchulo de manu Angeli acceperat populo communicaret. Nicetas Nazianz.

Exod.4.

Iſai 6.

D.Naz.

Moyſes ex humilitate recuſat, Iſaias, ex charitate ſe offert.

Nicetas.

Scholaſtic. ſic ait: *Etenim Moyſes impari metuens muneri ſibi, ſuaque fragilitati proſpiciebat refugiendo: Iſaias autem cum remiſſis ſuis peccatis audiſſet, quis proficiſceretur ad populum hunc, atque exiſtimaret eam ob cauſam nuntium quæri, ut pari beneficio fruerentur illi, ad quos mitteretur præ animi lætitia ſe ipſum offert, ut illis propter peccata remitterentur: Ecce ego, inquit, mitte me: quare non ſine ratione, ille mandatam ſibi Provinciam deprecabatur, & hic cupidè ambiebat.*

*Act.*18.*n.*18. Supervenerunt autem quidam ab Antiochia, & Iconio Iudæi: & perſuaſis turbis, lapidanteſque Paulum traxerunt extra Civitatem, exiſtimantes eum mortuum eſſe.

Verſiones,
CUM EXPOSITIONE V.
à Verſ.18. uſque ad 19.

Verſ.18. P*Erſuaſis turbis*, nempe à Iudæis: *la-* 49.
pidantes Paulum quanta eſt populi inconſtantia; nam paulo ante Paulum ut Mercurium divinis proſequebantur honoribus, nunc verò ſacrilegum, ac blaſphemum lapidibus obruunt: Paulus lapidaverat Stephanum, Act.7. modo ipſe lapidatur, & appoſitè id patitur, quod alteri irrogavit.

Traxerunt extra Civitatem protraxerunt extra 50.
Civitatem, tamquam mortuum, ne mortuo contaminaretur Civitas.

Verſ.19. *Circundantibus autem diſcipulis*, ut eum 51.
tamquam mortuum ſepelirent, ut ait Caietan, vel ut abſconderent, & protegerent à Iudæis, ut vult Lyranus: *Poſtera autem die*, divinitus reſtituta ſanitate à tam dira, ac crudeli lapidatione, ut obſervant Carthuſian. Lyran. & alij ipſe cum Barnaba ſe conduxit Derben, ubi multos docuerunt, & confirmarunt in fide.

QUÆSTIO VIII.

Quare per multas tribulationes, & labores intrandum eſt in regnum Cœlorum?

HUnc locum tractans D.Hieronymus epiſt. ad 52.
Oecean. de ferendis opprobr. ait: *Si per multas tribulationes quibuſdam cæleſtis regni aditus aperitur, illos utique clauditur, qui nolunt ſuſtinere, vel paucas.* Clavis nobis aperiens regnum Cœlorum eſt tribulatio, & preſſura, quod in ſupremo noſtro capite Jeſu videmus, qui de ſe dixit ad ſuos diſcipulos: O ſtulti, & tardi corde ad credendum, nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & intrare in gloriam ſuam. Luc.24.n.27.

D.Hier.

Luc.24.

Primò, quod alta Dei providentia ita eſt ordina- 53.
tum; quia præſens vita laboribus plena eſt, & illis pro Deo patienter toleratis componitur corona ad gloriam. Secundo, quia innumeri nobis ſunt inimici, qui nos undique opprimunt, & vexantur, quibus ſi benefeceris *Deus erit tibi* eximius benefactor. Tertio, quia his laboribus virtus magis fovetur, ſtabilitur, ac radicatur. Quarto; quia hoc nitro, & lixivio peccata mundantur, abluuntur, & extinguntur; quia his expiantur, ac ſatiſpatiuntur peccata, ut minor fortè ſit pœna in altera vita, ac Purgatorio.

Multæ rationes pro laboribus huius vitæ.

Sexto, quia ita diſpoſitum, & ordinatum eſt à Deo, 54.
ut hæc ſit trita, ac communis via, per quam aſcenditur, & ingreditur ad regnum Cœlorum. Dicebat

Ioan.Ab. Joannes Abbas : *Portam Cœli eſſe injuriarum per-*
peſſionem. Hac, inquit, *eſt porta Dei, per quas Pa-*
tres noſtri per multas tribulationes, & injurias gau-
dentes ingreſſi ſunt ſanctam Dei Civitatem. Ita Vi-
ta Patrum lib.5.n.84. auctore Ruffino.

55. Cum meus Jeſus penderet in Cruce, & ſimul
cum eo aſſiſteret bonos Latro ab eo exorat : *Do-*
mine memento mei, dum veneris in regnum tuum, ait
illi Chriſtus : *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Luc.
Luc.23. 23. n.42. Ille poſtulat regnum, Chriſtus offert Pa-
radiſum ; forſitan illud, à quo Adamus expulſus eſt ?
Minimè, quiſnam eſt Paradiſus Sanctorum io hac
vita, quod eſt pati, Crucifigi pro Deo : *Ibant Apo-*
ſtoli gaudentes à conſpectu Concilij, quoniam digni
Act.5. *habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Act.5.
n.4. & 5. *Tiburtius cum incederet ſuper prunas ar-*
dentes nudis pedibus dicebat, videtur mihi quod ſu-
per roſeos flores incedam. Cottigit Dominus peti-
tionem Latronis, ille poſtulat regnum, Chriſtus
ei offert Paradiſum juſtorum laborum, ut ita valeat
ingredi, & habere locum ad regnum Cœlorum.
D.Ambr. D. Ambroſ. epiſt. 29. ſic ait : *Latroni illi confitenti*
dicitur : Amen dico tibi, hodie mecum eris in Pa-
radiſo. Ille dixerat, memento mei cum veneris in
regnum tuum, Chriſtus non de regno reſpondit, ſed ad
Per Paradiſum laborum venitur ad regnum cœlorū. *cauſam : Hodie mecum eris in Paradiſo, id eſt re-*
formandum antea, quod amiſſum eſt, ut per Paradi-
ſum ad regnum perveniatur, non per regnum ad Pa-
radiſum. Servatur diſcipulis, quod plus conferatur
pro laboribus, ideoque incolatum promiſit, regnum
diſtulit. Sanctus latro, ut perveniat ad petitum re-
gnum Cœlorum, datur illi incolatus in Paradiſo
laborum, quod ſervatum eſt diſcipulis, nt per tale
paradiſum veniant ad regnum Cœlorum.

56. Ait Paulus Rom.5. n.2. & 3. *Per quem*, ſcilicet
Rom.5. Chriſtum, *habemus acceſſum per fidem in gratiam*
iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ fi-
liorum Dei. Non ſolum autem, ſed & gloriamur in
tribulationibus : ſcientes, quod tribulatio patientiam
operatur, patientia autem probationem, probatio vero
ſpem. Primum dicit Apoſtolus gloriari io ſpe, dein-
Non datur ſpes gloriæ ſine tribulationibus. de quaſi amplius aliquid addens, ait ; non ſolum in
ſpe gloriari, ſed etiam in tribulationibus, quaſi
major, ac firmior ſit gloriatio ex tribolationibus
orta, quàm quæ naſcitur ex ſpe ; nam ſpes tota in
tribulationibus enititur, & ubi nulla eſt tribulatio,
& anguſtia, nulla poteſt eſſe ſpes ; nam ſpes ſine la-
bore vana, & improficua eſt. Bernard. ſerm. in
Cantic. ait : *Prælibemus primitias gloriæ, gloriamur*
in ſpe gloriæ magni, non ſolum autem, ſed ut ita di-
cam expreſſius gloriemur in tribulatione ; in ea ſiqui-
dem ſpes gloriæ eſt, tamquam in ſemine, ac ſoa
radice.

57. Enumerans Chriſtus D. Beatitudioes, octava, &
ultima eſt : *Beati, qui perſecutionem patiuntur pro-*
pter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum Cœlorum.
Matth.5. Matth.5. n.10. & cur tam excellens virtus, ut
Omnes virtutes conſumantur in perſecutione. eſt patientia in perſecutionibus, ac adverſitatibus
in octavo loco coostituitur ? quia in ea conſumman-
tur, ac perficiuntur omnes aliæ Beatitudines, ab
eaque ultimum ſuum complementum habent. D.
Auguſt. lib.1. de ſerm. Domioi in Monte cap.3.
Octavam tanquam ad caput redit, quia conſum-
matum, perfectumque oſtendit.

Actor.14.n.22. Et cum conſtituiſſent illis per
ſingulas Eccleſias Presbyteros, & oraſſent
cum jejunationibus commendaverunt eos
Domino, in quem crediderunt.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VI.

à Verſ.22. uſque ad 27.

Verſ.22. *ET cum conſtituiſſent illis per ſin-* 58.
gulas Eccleſias Presbyteros, quo Ad Tit.1
nomine intelliguntur Epiſcopi,
Diaconi, & alij Miniſtri. Similis ſermo eſt apud
Titum cap.1.n.5. *Ut conſtituas per Civitates Pres-*
byteros ; Aliqui, ut Eraſmus, Pagninus, & Tygu- Eraſm. Pagnin. Tigurin.
rina vertunt : *Cum per ſuffragia elegiſſent, vel creaſ-*
ſent Presbyteros. Quod non iotelligitur per ſuffra-
gia populi, ut quidam dixit, ſed per electionem
Pauli, Barnabæ, & fortè etiam ſuorum Diſcipu-
lorum.

Cum jejunationibus, commendaverunt eos Domi- 59.
no. Arias *ordinantes illos*, Oratio, & jejunium præ- Arias.
miſſum fuit cum manuum impoſitione, ſicut io or-
dinatione Pauli, ac Barnabæ ſuperiori cap. 13. Ly- Lyran.
ranus hic per orationem intelligit etiam ſacrificium
Miſſæ ; eſt præclariſſima, & valde ſolemnis oratio,
in qua ex diſpoſitione Eccleſiæ conferuntur Or-
dines.

Verſ.23. *Venerunt in Pamphyliam* eſt Aſiæ mi- 60.
noris Regio, quæ nunc ſimul cum Cilicia dicitur
Caramania ; Piſida verò eſt Ciliciæ pars.

Verſ.24. *Et loquentes verbum Dei*, prædicantes, 61.
& annuntiantes Evangelium in Pergen, quæ eſt
Urbs Pamphyliæ, *deſcenderunt in Attaliam* perpe-
tam Vatablus legunt *Italiam* ; nam hæc, de qua Vatabl.
agitur, Regio eſt Pamphyliæ in Aſia teſte Ptolo-
meo, & Strabone, ſic appellata à Rege Attalo, &
inde dicitur Attalicum opus, in quo ſtaminibus
ſericis aurea ſubtegmina rutulantia intexuntur, &
dicuntur apud nos Tella, de quo Plinius lib.3. Plinius.
cap.48.

Verſ.25. *Traditi ſunt gratiæ* totis viribus io- 62.
cumbebant miniſterio gratiæ, ut illam prædica-
rent, ac plantarent in cordibus hominum per Evan-
gelium in opus, quod compleverunt, ſeu ut Æthio- Æthiop.
picus legit, *quod fecerant*, de quo quæſt. ſeq.

Verſ.26. *Cum veniſſent retulerunt quanta Deus* 63.
fecit cum eis, non dicunt, quanta ipſi fecerunt, ſed *Deo omnia referenda.*
quanta Deus fecit, omnia Dei tribuentes, qui per
eorum manus tot, & tanta fecit prædicatione Evan-
gelica, ac tantis editis miraculis ; ſic ait Paulus
1.Corinth.10.n.15. *Non ego, ſed gratia Dei mecum* ; 1.Cor.10
Cumque reſeraſſent fores fidei, alij legunt : *Oſtium* Alia lectio.
prædicatione Evangelica ad fidem, ac baptiſmum
ad ſalutem æternam.

Verſ.27. *Morati ſunt autem tempus non modi-* 64.
cum. Syriac. *Multum egerunt illic*, confirmando, ac Syriac.
corroborando eos in fide, ac doctrina Evaogelica. Baron.
Baronius exiſtimat manſiſſe ibi biennium, nempe
anno Chriſti 49. 50.

QUÆSTIO IX.

Quare ſacri Apoſtoli dicuntur traditi gratiæ Dei?

DIcitur Verſ.25. quod Paulus, & Barnabas *tra-* 65.
diti erant gratiæ Dei. Syriacus : *quod commen-* Syriac.
dati erant gratiæ Dei. Quod dupliciter exponunt
AA. Cornelius, Menochius, & alij, quod cum Cornel.
Apoſtoli navigaſſent in Antiochiam, diſcipuli, ac Menoch.
Chriſtiani fauſtis prædicationibus eos abeuntes
proſequebantur, ut gratia Dei eos dirigeret, ac cu-
ſtodiret in pace. Vel alius ſenſus eſt : *Traditi gratiæ*
Dei,

Dei, Id eſt Spiritui ſancto illos moventi, ac expoſ-
centi ad miniſterium prædicationis Evaogelij ioter
gentes, ut dictum eſt ſuperiori cap.13.n.22.

66. Lorin. Aptius tamen mihi videtur dicendum cum Lo-
rioo: *Traditi gratia Dei*, id eſt totos ſe dederant
gratiæ Dei, ut ab illo gubernarentur, ac dirigeren-
tur in omnibus ſuis operibus, ſicut ipſe Apoſtolus
1.Cor.5. ait 1.Corioth.5.n.5. *Tradere hujuſmodi Satanæ*, ut
Vera expoſitio. ab eo dirigatur, ac impellatur in omne malum, &
D.Ambr. ut explicant D.Ambroſ. D.Aug. D.Hierouym. ſicut
D.Aug. etiam de quibuſdam ait idem Apoſtolus Epheſ.4.
D. Hier. Epheſ.4. n.19. *Semetipſos tradiderunt impudicitia*, ſicut de
quibuſdam dicimus tradiderunt ſe vitijs, ut laxis
babenis illis inſervirent in omnibus operibus.

67. Sic & Apoſtoli à gratia, & per gratiam dirige-
1.Cor.3. bantur in omnibus ſuis operibus; ſic ait ipſe 1.Co-
Gratia Dei vocat ad opera. rinth.3.n.10. *Secundum gratiam Dei, quæ data eſt
mihi, ut ſapiens Architectus fundamentum poſui*,
quamvis ego videar, quod ſapienter poſuerim fun-
damentum Eccleſiæ Corinthicæ, totum, quod ibi
feci, ex meis viribus non feci, ſed ex Dei gratia,
ſic & modo, quod per tot, & tantas Provincias
prædicaverim Evangelium ex gratia Dei eſt.

68. Ait Anima ſancta, Cantic.1.n.16. *Ecce tu pul-
Cant.1. cher es dilecte mi, & decorus, lectulus noſter flori-
dus, tigna domorum noſtrarum cedrina.* Immediatè
Cant.2. cap. ſeq.2.n.10. reſpondit divinus Sponſus: *Ego flos
campi, & lilium convallium.* Illa vocabat ad lectu-
lum, & ad domum laqueatam, ac bene compoſitam,
Gratia Dei reſpuit otiū, exercitiū quærit. hic verò ad campos, & valles; illa quieti, & dulci
ſomno volebat indulgere, & magno ſuo palatio
gaudere; At vero divinus Sponſus quietem abji-
ciens ad campos, & valles convocat ipſam tam-
quam ad exercitia, & luctamina; neſcit enim di-
vini Sponſi gratia otium, ſed ſemper nova operum
molimina quærit, ut pullulantes, & recentes vir-
D. Bern. tutum fructus germinet. D. Bernard. ſerm.47. in
Cantic. *Ego flos campi, & lilium convallium; Illa
monſtrante lectulum, ille vocat ad campum, ad exer-
citium vocat.*

69. Huc veniat bonus ille amicus, de quo loquitur
Luc.11. Dominus, Luc.11.n.5. *Quis veſtrum habet amicum,
& vadit ad illum media nocte.* Cur non aliâ hora,
Gratia neſcit otium, quærit vigilias. mane, veſpère, vel diluculo, ſeu in noctis crepuſcu-
lo, ſed *media nocte*. Hora valde opportuna ad ſom-
num, & quietem ex communi hominum uſu, ille
Dei amicus, ille alius gratia advioculatus, qui
nullo otio, nulla quiete tenetur, ſed ſemper prom-
ptus, & expeditus eſt ad labores, & vigilias: ad
D Chryſol. hoc reſpicit D.Chryſologus ſerm.39. & ait: Hoc
tempus eſt, quod inter præteritos, & futuros labores
ardens animus ad divina nihil indulget corpori,
nihil quieti, ſed antequam finiat tranſacti diei ope-
ra, inchoat, & anticipat jam futuri, iſta ſatis hora
impetrandi.

CAPVT XV.

1. *ET quidam deſcendentes de Iudæa docebant fratres: quia niſi circuncidamini ſecundum morem Moyſi, non poteſtis ſalvari.*
2. *Facta ergo ſeditione non minima Paulo, & Barnabæ adverſus illos, ſtatuerunt, ut aſcenderent Paulus, & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad Apoſtolos, & Presbyteros in Ieruſalem ſuper hac quæſtione.*
3. *Illi ergo deducti ab Eccleſia, pertranſibant Phœnicem, & Samariam, narrantes converſionem gentium, & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus.*
4. *Cum autem veniſſent Ieroſolymam, ſuſcepti ſunt ab Eccleſia, & ab Apoſtolis, & Senioribus, annuntiantes quanta Deus feciſſet cum illis.*
5. *Surrexerunt autem quidam de hæreſi Phariſæorum, qui crediderunt, dicentes: Quia oportet circuncidi eos, præcipere quoque ſervare legem Moyſi.*
6. *Conveneruntque Apoſtoli, & Seniores videre de verbo hoc.*
7. *Cum autem magna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Evangelij, & credere.*
8. *Et qui novit corda Deus, teſtimonium perhibuit, dans illis Spiritum ſanctum ſicut, & nobis.*
9. *Et nihil diſcrevit inter nos, & illos, fide purificans corda eorum.*
10. *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum ſuper Cervices diſcipulorum, quod neque Patres noſtri, neque nos portare potuimus?*
11. *Sed per gratiam Domini Ieſu Chriſti credimus ſalvari, quemadmodum, & illi.*
12. *Tacuit autem omnis multitudo: & audiebant Barnabam, & Paulum, narrantes quanta Deus feciſſet ſigna, & prodigia in gentibus per eos.*
13. *Et poſtquam tacuerunt reſpondit Iacobus, dicens, Viri fratres, audite me.*
14. *Simon narravit quemadmodum primum Deus viſitavit ſumere ex Gentibus populum nomini ſuo.*
15. *Et huic concordant verba Prophetarum, ſicut Scriptura eſt.*
16. *Poſt hæc revertar, & reædificabo tabernaculum David, quod decidit, & diruta ejus reædificabo, & erigam illud.*
17. *Ut requirant cæteri hominum Dominum, & omnes gentes, ſuper quas invocatum eſt nomen meum, dicit Dominus faciens hæc.*
18. *Notum à ſæculo eſt Domino opus ſuum.*
19. *Propter quod ego judico, non inquietari eos, qui ex gentibus convertuntur ad Deum.*
20. *Sed ſcribere ad eos, ut abſtineant ſe à contaminationibus ſimulachrorum, & fornicationis, & ſuffocatis, & ſanguine.*
21. *Moyſes enim à temporibus antiquis habet in ſingulis Civitatibus, qui eum prædicent in Synagogis, ubi per omne Sabbathum legitur.*
22. *Tunc placuit Apoſtolis, & Senioribus cum omni Eccleſia eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo, & Barnaba, Iudam, qui cognominabatur Barſabas, & Silam viros primos in fratribus.*
23. *Scribentes per manus eorum Apoſtoli, & Seniores fratres, his, qui ſunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ, fratribus ex Gentibus ſalutem.*
24. *Quoniam audivimus, quia quidam ex nobis exeuntes, turbaverunt vos verbis, evertentes animas veſtras, quibus non mandavimus.*
25. *Placuit nobis collectis in unum, eligere viros, & mittere ad vos, cum chariſſimis noſtris Barnaba, & Paulo.*
26. *Hominibus, qui tradiderunt animas ſuas pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.*
27. *Miſimus ergo Iudam, & Silam, qui & ipſi vobis referent eadem.*
28. *Viſum eſt enim Spiritui ſancto, & nobis, nihil*

ultra imponere vobis oneris, quàm hac neceſſaria.

29. *Ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos, bene agetis. Valete.*

30. *Illi ergo dimiſſi deſcenderunt Antiochiam: & congregata multitudine tradiderunt epiſtolam.*

31. *Quam cùm legiſſent gaviſi ſunt ſuper conſolatione.*

32. *Iudas autem, & Silas, & ipſi cum eſſent Propheta verbo plurimo conſolati ſunt fratres, & confirmaverunt.*

33. *Facto autem ibi aliquando tempore, dimiſſi ſunt cum pace à fratribus ad eos, qui miſerant illos.*

34. *Viſum eſt autem Silæ ibi remanere: Iudas autem ſolus abiit Ieruſalem.*

35. *Paulus autem, & Barnabas demorabantur Antiochia, docentes, & evangelizantes cum aliis pluribus Verbum Domini.*

36 *Poſt aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus: Revertentes viſitemus fratres per univerſas civitates, in quibus prædicavimus Verbum Domini, quomodo ſe habeant,*

37. *Barnabas autem volebat ſecum aſſumere, & Ioannem, qui cognominabatur Marcus.*

38. *Paulus autem rogabat eum (ut qui diſceſſiſſet ab eis de Pamphylia, & non iſſet cum eis in opus) non debere recipi.*

39. *Facta eſt autem diſſenſio, ita ut diſcederent ab invicem, & Barnabas quidem aſſumpto Marco navigaret Cyprum.*

40. *Paulus verò electo Sila profectus eſt, traditus gratia Dei à fratribus.*

41. *Perambulabat autem Syriam, & Ciliciam, confirmans Eccleſias: præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum, & Seniorum.*

A R G V M E N T V M.

ANTIOCHIÆ ſuboritur grandis quæſtio, an illi, qui ex Gentibus convertebantur ad Chriſtianam Religionem, tenerentur circuncidi, & legem Moyſis obſervare? ad quæſtionis ſolutionem mittuntur Paulus, & Barnabas Ieroſolymam ad Apoſtolos, & Presbyteros; qui congregato Concilio determinant Chriſtianos non teneri, nec obligari lege Moyſis, quo reſponſo Antiochiam delato Paulus cum Sila, & Barnabas cum Ioanne, Marco, proficiſcuntur prædicare Evangelium Dei gentibus.

Cap. 15. *num.* 1. Et quidam deſcendentes de Iudæa docebant fratres; Quia niſi circuncidamini ſecundum morem Moyſi, non poteſtis ſalvari.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE I.
à Verſ. 1. uſque ad 5.

1. Lyran. Verſ. 1. QUidam *deſcendentes de Iudæa*, quia, ut notat Lyranus, eſt in altiori ſitu, quàm Antiochia. *Docebant fratres.* Gentiles nempe Chriſtianos ſemper contra juſtos, & ſanctos exoriuntur mala, ac adverſitates, ut eos valeant perturbare, ac inquietare. *Niſi circuncidamini ſecundum morem Moyſi.* Syriacus: *Ritu Moyſis.* Arabicus: *ſecundum conſuetudinem.* (Syriac. Arabic.)

2. Per circunciſionem per Synecdochen intelligebant totam legem Moyſis, quia circunciſio, profeſſio initium, ac oſtium ad illam erat, & Judæi tam tenaces erant ad ſuam Moyſaicam legem, in qua fuerant educati, ut dicerent, quod cum Solis Iudæis fuerit promiſſus Chriſtus Ieſus, per quem eſt ſalus vita, ut horum aliquis particeps fieret prius debebat fieri Iudæus; hujus erroris Auctor fuit Chorinthus ut teſtantur D. Epiphanius hæreſ. 28. Philaſtrn lib. Hæreſ. 8. D. Auguſtinus in Catalog. (*Turpis error* Corinth D Epiphan. Philaſtr. D. Aug.)

3. Syriac. Arabic. Verſ. 2. *Facta ergo ſeditione non minima.* Syriacus: *Ortus eſt tumultus plurimus, & diſceptatio.* Arabicus: *Orta eſt altercatio, ac diſceptatio non exigua*, & contra quos, adverſus illos, ſcilicet Paulum, & Barnabam, negantes circunciſionem eſſe neceſſariam ad ſalutem, cum alij affirmarent utpote Iudæi, ut exponunt Gloſſa Interlinealis, & Hugo; at Caietanus extendit ſeditionem fuiſſe etiam inter Chriſtianos, ſtatuerunt, ut mitterentur Paulus, & Barnabas. *Et quidam aliis ex aliis.* Scilicet ex parte adverſa Corinthi, & Iudaiſantium, ut auditis partibus res plenius determinaretur ab Apoſtolis. (Interlin. Hugo. Caietan.)

Ad Apoſtolos, ſcilicet Petrum, Iacobum, & Ioannem; nam alij Apoſtoli erant diſperſi per orbem. Clemens Alexandr. lib. 6. Conſtit. cap. 12. affirmat, quod duodecim Apoſtoli diſperſi per orbem, nutu Dei conveniſſent Ieruſalymam ad hanc cauſam determinandam. Hæc ſententia non placet; quia Paulus de hac re agens ad Galatas 2. num. 9. ſolum illos tres nominat: ergo non fuerunt plures: Deinde illi tres ſunt præcipua capita Apoſtolorum, Petrus Paſtor totius Eccleſiæ, Iacobus Antiſtes Ieroſolymorum, Ioannes Secretarius Divini Verbi: Tandem ille liber Clementis continet multa apocrypha, ut tenent Baronius tom. 1. Annal. Bellarm. & alij. 4. (Clemen. Baron. Bellarm.)

Et Presbyteros tum Epiſcopos, tum etiam Sacerdotes, nam Epiſcopi habent jus Suffragij in Conciliis, Sacerdotes verò interſunt tamquam Doctores, & Conciliarij, de quo videndus Bellarm. lib. 1. de Concil. cap. 15. & 16. 5. (Bellarm.)

Verſ. 3. & 4. *Illi vero*, ſcilicet Paulus, & Barnabas deducti ſunt ab Eccleſia cum multo honore, & per loca, & civitates, per quas tranſibant, ſicut & cum veniſſent Ieruſalem referebant omnia, quæ fecerant in ſua peregrinatione, & quomodo tot, & tantas civitates produxerant ad fidem 7. verſ. 5. *Surrexerunt quidam de hæreſi Phariſæorum.* Syriac. *De doctrina Phariſæorum.* Arabic. *De ſecta factionis Phariſaica.* Cum Paulus, & Barnabas veniſſent Ieroſolymam, & expoſuiſſent ob quam cauſam venerant, inſurrexerunt, & ſe oppoſuerunt contra eos, quidam de hæreſi: nomen hæreſis hic non ſumitur in malam partem, ut notant Lorinus, Eſtius, & Menochius, ſed idem habet, ac de doctrina Phariſæorum. 6. (Syriac. Arabic. Lorin. Eſtius. Menoch.)

QUÆSTIO

QVÆSTIO I.

Quare iſti, qui excitarunt quæſtionem contra Apoſtolos non nominantur, ſed dicuntur quidam.

8. MAxime notandum, quod Authores hujus diſſeoſionis, ac controverſiæ ſuo nomine expreſsè non nominantur, ſed tantum communi, ac vulgari vocabulo dicuntur: *Quidam deſcendentes de Iudæa*, & iterum verſ. 5. *Surrexerunt quidam*, tamquam homines vulgares, ignobiles, ac ſine nomine ſcribit D. Lucas 12. num. 13. *Ait autem ei quidam de turba, Magiſter dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem.* Præclare notat Evangeliſta, quod iſte non erat vir honoratus, nec ea prima nobilitate, ſed ex infima plebicula de turba, ut notavit Petrus Damianus lib. 1. Epiſt. 18. ad Alex. a. & ait: *Notandum, quod Lucas præmiſit quidam de turba, itaque non ut Levita vel Clericus, ſed ut de turba vulgaris, & Laicus rogat Ieſum pro diviſione.* Nam ſicut Levitici, ac nobilis eſt cuncta unione conglutinare, ita ignobilis, & plebei univerſa diſcordia diſpergere.

Infimi homines diſſidium ſeminãt. Luc. 12. Damian.

9. Ait Apoſtol. Paulus 1. Corinth. 3. num. 3. *Cum ſit inter vos zelus, & contentio nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis: Cum enim quis dicat: Ego quidem ſum Pauli, alius autem: Ego Apollo nonne homines eſtis.* Maxime notat Apoſtolus diviſiones, & contentiones, quæ inter eos vagantur, quod quidam ſe dicunt diſcipulos Pauli, alij Apollinis, alij Cæphæ, ut dixerat cap. 1. n. 12. & inde Apoſtolus multum eis exprobrat, quod ſint homines carnales, & ſecundum hominem ambulent, & cur tanta exprobratio in eos? apte D. Auguſt. tract. 1. in Ioann. ſic ait: *Quos Deos volebat facere? quibus exprobrat, quod homines eſſent, vultis noſſe! audite: Ego dixi Dij eſtis, &c.* Pſalm. 8. num. 1. *ad hoc enim vocat nos ne ſimus homines.* Deus ſua alta providentia nos vocavit, & voluit facere unionem, ac concordia Deos per participationem ad imitationem Trium Divinarum Perſonarum; tamen per diviſionem; ac diſſenſionem totam nobilitatem amiſimos, & facti ſumus homines, viles, carnales, & lutei.

1. Cor. 3. *Vnio facit Deos, diſſenſio terrenos.* D. Aug. Pſal. 8.

QUÆSTIO II.

Quare hæc diſſenſio, ac controverſia contra Apoſtolos tam multipliciter crevit?

10. VAlde mirum quantum hæc diſſenſio, ac controverſia de circuncifione contra Paulum, & Barnabam creverit, & multiplicata fuerit, illam cœpit publicare Cherinthus, inde, ut ait Textus: *Facta eſt ſeditio non minima*, ſeu ut habet Syriacus: *Ortus eſt tumultus multus*, ut neceſſe fuerit conſulere Apoſtolos. Veniunt Paulus, & Barnabas Ieroſolymam, novos contradictores inveniunt: *Surrexerunt quidam de hæreſi Phariſæorum*; & jam non loquuntur ſolom de circuncifione, ſed etiam de obſervatione totius legis Moyſis; *quia oportet circuncidi eos, & præcipere quoque ſervare legem Moyſi.* Cum quidam ſe ſeparant à debita unione, ſtatim diviſiones, ac diſſenſiones creſcunt, ac multiplicantur.

Syriac. *Crevit controverſia.*

11. Ait Paulus 1. Corinth. 11 num. 18. *Audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo*; non ait ſciſſuram in ſingulari, ſed ſciſſuras; quia nunquam una ſola perſiſtit, ſed una multas parturit, & generat, & fœcunda multarum eſt mater.

1. Cor. 11. *Vna multarũ mater.*

12. Ahias Salonites prophetico ſpiritu repletus prædixit Roboamo magnam partem Regni Iſraëlis ſub ejus poteſtate ſobjugandam, & Prophetæ modus maximè expendendus eſt. Ait Textus 3 Reg. 11. n. 30. *Apprehendens Ahias pallium ſuum, quo coopertus erat, ſcidit in duodecim partes; & ait ad Ieroboam: Tolle tibi decem ſciſſuras, hæc enim dicit Dominus Deus Iſraël: Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.* Ad quid erat pallij ſciſſura, ad hoc indicandum, ſatis ſufficiens erat quod pallium in duas partes divideretur, & quod major, ac præcipua daretur Jeroboamo? Quis poteſt dubitare, quod tali ſigno res ſufficienter denotabatur? Ad quid tot ſciſſuræ? Ut ita ſignificaretur, quod populus ſegregatus à ſua debita, ac convenienti unione, non in una, ſed in multiplicibus diviſionibus, & ſeditionibus diſpartitur, ac ſcinditur. Rupertus lib. 5. in lib. Reg. cap. 4. ſic ait: *Cur tot ſciſſuras Propheta fecit, cum pallium ſuum in duodecim ſcindit? nempe ſi nihil aliud, quam regni unius diviſionem in duo regna ſignificare volebat, poterat unum pallium ſcindere in duas partes.: Quare ergo ſpiritui Domini magis ſic placuit, & tot ſciſſuras fecit. Plane, & in hoc vera rationis conſtantia eſt: Sciſſum nempe à domo David illud regnum Iſrael, deinceps adverſus ſe ipſum diviſum fuit decies.* Vna diviſio catenarim ſecum multas adducit.

3. Reg. 11. *Diviſio à debita unitate multas diviſiones parit.* Rupert.

13. Vidit Nabuchodonoſor arborem ſublimem, & altam, cujus ſublimitas attingebat Cœlum, & ità ſpatiabatur, ut ſuis ramis, folijs, ac fructibus totum adimpleret Orbem. Tunc Sanctus Angelus clamat de Cœlo: *Succidite arborem, præcidite ramos ejus, excutite folia, & diſpergite fructus ejus; & fugiant beſtiæ, quæ ſubter eam ſunt, & volucres in ramis ejus*, Daniel. 4. n. 11. Relinquo ſenſum litteralem hujus rei, de quo latè Gloſſa Interlinealis Theodoretus, Lyran. Carthuſian. Hugo, qui per arborem intelligunt Nabuchodonoſor, qui ſegregatus eſt à ſuo regno per ramos, filios, & nepotes, per folia pulchritudinem regni, per fructus divitias, ac opulentias, per beſtias ſobditos, ac clientes, ſed tantum quæro cur præciſa arbore tot ſciſſuræ fiunt; conſequens erat, quod ex una multæ diviſiones naſcerentur in ramis, folijs, fructibus, & in his, quæ ad eam confugiebant.

Daniel 4. Gloſſa. Theod. Lyran. Carthuſ.

Actor. 15. n. 6. Conveneruntque Apoſtoli, & Seniores videre de verbo hoc.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE II.

à Verſ. 5. uſque ad 12.

14. Verſ. 6. CONvenerunt *Apoſtoli.* Syriacus: *Congregati ſunt*, & ſubdit Textus: Videre de verbo hoc: Æthiopice. *Quid faciendum eſſet de hac re.* Conſultare, ac determinare, quid faciendum eſſet in hac re, & hoc extitit primum Concilium, quod celebratum eſt in Eccleſia ſub Petro Apoſtolo, & Claudio Imperatore anno Chriſti 54. ab ipſo paſſo fere 20. ſecundum autem Concilium extitit Nicænum anno Chriſti 325. ſub S. Sylveſtro Papa, & Conſtantino Magno.

Syriac. Æthiop. Primum Concilium.

15. Verſ. 7. *Cum autem magna conquiſitio fieret.* Syriacus: *Multaque habita diſceptatione*, tunc jam re controverſa, ac diſputata, auditiſque rationibus pro utraque parte, Petrus, ut Princeps omnium, ac Pri-

Syriac.

mas

Sententiam Petri omnes approbant. mas Eccleſiæ ac ſupremus Iudex quæſtionem definit, ac decidit, cujus ſententiam mox Jacobus Apoſtolus, ac cæteri omnes approbant, ac ſequuntur, ut notatur D.Chryſoſt. D.Hieronym. Theodoret. & its dicitur infra verſ.12. quod auditis Petri verbis: *Tacuit omnis multitudo.*

16. Æthiop. *Ab annis antiquis elegit per os meum audire.* Æthiopicus: *Elegit per os meum, ut teſtifices.* Cum dicitur *ab annis antiquis*, nempe à converſione Cornelij., de quo cap.10. à quo jam elapſi erant ferè quatuordecim anni: Vel ab annis antiquis poteſt referri ad electionem Petri in Pontificem: *Tu es* Math.17 *Petrus, & ſuper hanc Petram*, Matth.17.n.18. à quo tempore ipſe conſtitutus eſt teſtificare verba Evangelij, & fluxerant ferè decem, & octo anni.

17. Græcus. Verſ.8. *Et qui novit corda Deus.* Græcus: *Cordis inſpector*, tamquam ſi dicat, Deus non reſpicit ad carnem, an circuncifi ſint, necne, ſed ad cor, ac ejus promptitudinem, ad recipiendam fidem, & gratiam ejus, & hanc promptitudinem, ubi invenit ſive Iudæis, ſive Gentibus, *teſtimonium perhibuit*, teſtificatur, & demonſtrat, dans illis Spiritum ſanctum in ſpecie linguarum cum ſuis donis, *ſicut & nobis dedit* in die Pentecoſtes.

18. Arabic. Verſ.9. *Et nihil diſcrevit inter nos, & illos.* Arabicus: *Neque diſcrevit in re ulla inter nos* circunciſos, *& illos* incircunciſos ſine ulla perſonarum Syriac. acceptione *fide purificans corda eorum.* Syriacus: *Fide purgaverit*, fide, baptiſmo, ac contritione mundavit corda eorum, non vero circunciſione.

19. D.Chryſoſt. Oecum. Caiet. Beda. Lyran. Verſ.10. *Nunquid tentatis Deum.* Chryſoſtom. Oecumen. *Quaſi Deus non poſſit ſalvare ſine circunciſione.* Caietanus: *Tentatis ad iram*, aptius Beda, Lyranus inquiunt quod ille Deum tentat, qui ejus clara mandata in dubium revocat, vel deſpiciendo, vel contrarium agendo contra Dei mandata *imponere jugum legis*, ſcilicet antiquæ ob multitudinem, & duritiem præceptorum ejus, ut dicam q.4. *Neque nos portare potuimus* ſeu ut Syriacus *Perferre*, niſi cum multa difficultate, ac onere.

20. Arabic. Verſ.11. *Sed per gratiam, &c.* Arabicus: *Certi ſumus nos per gratiam noſtri Ieſu Chriſti ſalvari*; non per circuncifionem, ac opera legis, ſed per gra- Beda. Lyran. Carthuſ. tiam Chriſti, ut exponunt Beda, Lyran. Carthuſian. ſicut illi per gratiam Chriſti ſalvati ſunt ab Adamo uſque modo, & uſque in finē mundi, per quam ſalvari ſunt antiqui Patres ante circuncifionem, ut Enoch, Noe, Melchiſedech, & alij, & de ipſo Abrahamo ante circuncifionem dicitur: *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam*, Gen.15. Gen.15.

21. Verſ.12. *Tacuit autem omnis multitudo* auditis verbis Petri tacuit omnis multitudo venerans, & approbans dicta à Petro, quod Paulus, & Barnabas confirmarunt, narrantes multa mirabilia ſigna, & prodigia, quæ Deus per eorum manus fuerat operatus per loca, & civitates, per quas peragrarunt prædicantes Evangelium Dei.

QUÆSTIO III.

Quare Paulus plenus ſapientia cum Barnaba venit Ieroſolymam, ut conſuleret Apoſtolos ſuper poſitam quæſtionem?

22. Galat. 1. PAulus divinitùs plenus erat omni ſapientia, ut ipſe de ſe teſtatur ad Galat.1.n.1. quod ipſe Evangelium acceperit, *non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum.* Et cum tantus eſſet ſapientia divina venit Ieroſolymam, ut cum Apoſtolis conſultationem faciat.

Simile factum legimus ab eo ad Galat.2. num.1. 23. quod iterum aſcendit Ieroſolymam ad Apoſtolos, Galat.2. *& contuli cum illis Evangelium, quod prædico in gentibus.* Magnus Doctor Gentium vas divinæ Sapientiæ ad quid confers tuum Evangelium cum alijs, nonne ſatis tua ſapientia eſt probatum? Hoc ejus humilitati tribuit D.Hieronymus dicens: *quod* D.Hier. *Pauli humilitas oſtenderetur*, cavet magnus Doctor, *Nemo ſua ſapientia multum fidat.* ne fortaſſe ſuo genio, ac ſapientiæ multum fidens, ne leviter fortaſſe, vel ſaltem quoad modum à communiori Patrum forma tantiſper abiret; vel ut Chryſoſtom. ac alij *contulit*, ut linguas detrahen- D.Chryſoſt. tium, ac hallucinantium ejus doctrinæ comprimeret, nam diſciplina ſapientum chalculo comprobata frænum eſt in ore maledicentium, ut obturetur, ne mutire audeat; nam ut dicitur Proverb.11.n.14. Prov.11. *Ibi enim multa ſalus, ubi multa conſilia.*

Promittens Deus magnam felicitatem populo 24. ſuo per Iſaiam cap.5.n.26. ait: *Reſtituam judices* Iſai.5. *tuos, ut fuerunt prius, & magiſtros tuos ſicut antiquitus.* In quo ſtat magna proſperitas reipublicæ, quod judices ſint ſicut prius, & quid habuerunt illi *Nullus eſt ſapiens ſine conſilio.* primi judices? erant dociles, ut ſecum paterentur habere, & conſiliarios, *& magiſtros tuos ſicut antiquitus.* Facile quilibet ex ſuo cerebro errat, ſecurius incedit ſi cum alijs rem diſcutit, examinat, ſe conſulit. Citato loco D.Baſilius ait: *Neque enim ſuffi-* D.Baſil. *ciat per ſe unuſquiſque aſſequi, ac deprehendere quid ex officio doceat, quapropter Deus conſiliarios præſtituit.* Hinc Auguſtus pro ſuo Imperio adminiſtrando, teſte Suetonio cap.35. *Inſtituit conſilia ſemeſtria* Sueton. *quibus cum ante tractaret de negotijs ad Senatum referendis.*

Conſtituit Pharao Joſephum Principem ſuper to- 25. tum Ægyptū, *ut erudiret Principes ejus, & ſenes ejus prudentiam doceret*, Pſ.104.n.22. Dicuntur pruden- Pſal.104. tes, & ſenes non ſolum nomine, ſed etiam re ipſa; *Quilibet ſapiens non contemnat conſiliū.* quia cum haberentur, ut ſapientes & ſenes non recuſabant, ſed patiebantur doceri, ac illuminari ab adoleſcente triginta annor. qualis erat Ioſeph quando aſtitit ante conſpectum Pharaonis, Gen.41.n.46. D.Chryſoſt. ibi ait: *Fructuum cuſtodiam non proinde curavit, ut ſpiritualem utilitatem. Præfectorum, ac Seniorum, qui ab eo ſalutem, & ſapientiam conſecuti fuerant.* Sapiens Rex magis de ſuorum ingenua prudentia, quam de fructibus agebat.

Cum Angeli pergerent cum Abrahamo in So- 26. domam ait Text. Geneſ.18.n.16. *Direxerunt oculos* Gen.18. *contra Sodomam, Abrahamus gradiebatur ſimul deducens eos.* Angeli ductore indigent ne à via aberrent? nullo modo: Cur ergo Abrahamum voluerunt habere ductorem ſuæ viæ? *Angeli ductorē non recuſant.* Ut oſtenderent docilitatem naturæ, quod Angeli in figura humana non reſpuunt, ac recuſant habere ducem, ac ductorem; ex quo D.Chryſoſt. in ipſis Angelis Domi- D.Chryſoſt. num recognoſcens ait homil.24. in Geneſ. *Quod eſt majus*, ait vide Domini miſericordiam quantis obſequijs uſus eſt ſimul, & juſto honorem impendit.

QUÆSTIO IV.

Lex vetus valde dura multum oppreſſa pondere præceptorum, ac difficultatum.

27. *Apoſtolus loquitur de præceptis Moſaicis.* OPpreſſionem, & difficultatem legis antiquæ ſatis explicat D.Petrus in præſenti cum ait: *Quid tentatis Deum imponere jugum ſuper cervices diſcipulorum, quod neque Patres noſtri, neque nos portare potuimus.* Loquitur Sanctus Petrus de præceptis

ceptis propriis legis Moyſaicæ, ut erant judicialia, ac cæremonialia; nam præcepta moralia, ac naturalia, quæ ſunt Decalogi obligant in lege gratiæ.

28. De illis præceptis Moſaicis ait Apoſtolus, *quæ nec Patres noſtri, nec nos portare potuimus.* Dicuntur importabilia, non quia ſint impoſſibilia, id eſt *valde difficilia*, ut habet Tygurina, ſicut illud, quod eſt multum difficile dicitur impoſſibile, & in hoc ſenſu dixit Chriſtus Dominus, *facilius eſt Camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in regnum Cælorum.* Matth.19.n.24.id eſt valde difficile, ut ibi aliis exemplis explicavi.

Deus non præcipit impoſſibilia. Tigurin. Matth.19.

29. Etſi lex vetus erat tam difficilis Judæis, qui à ſuis parentibus, ac pueritia erant in illa educati, quanto durior, & difficilior eſſet gentibus, quæ talem legem, & jugum neſciebant.

30. Abulenſ. Onus grave legis antiquæ evidenter patet ex bis, quæ refert Abulenſ.ad cap.1. Ruth. quæſt.24. ubi recenſet univerſæ legis præcepta ſexcenta, & tredecim. Rabbi Moyſes refert affirmativa ducenta, & octo, & tot eſſe oſſa in humano corpore, negativa vero trecenta ſexagintà quinque ſecundum numerum dierum anni; Unde merito D. Auguſt. ſerm.9. de verbis Domini eam appellat Sarcinam innumerabilium obſervationum.

Quot præcepta legis veteris.

31. Reducens David arcam de domo Abinadab in Jeruſalem, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: *quoniam calcitrabant boves, & declinaverunt eam.* 2.Reg.6. num.6.Arias: *Labeſcebant boves.* Caietanus: *Exuerunt ſe boves.* Chaldaïcus: *Quia propulerant eam boves.* Alij apud Bibliam Maximam: *Deficiebant boves*, quæ omnia verba oſtendunt, & indicant, quod boves tanto ponderis onere erant oppreſſi, ut non poſſent illud ſuſtinere, & inde deficiebant, labeſcebant, & ideo à ſe propulerant. Unde tantum pondus? Quia in arca, ut ait Apoſtolus Hebræor. 9. n. 4. *nihil aliud erat niſi urna aurea habens manna, & Virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti.* Ecce unde tanta ponderis gravitas? nam, ut ait D. Auguſt. 2. lib Doctrinal. Deus per irrationalia nobis multa dat documenta; Permiſſum eſt à Deo, ut boves deficerent gravi, & duro pondere legis, quam ferebant, & inde illud à ſe excutere, ac demittere intendebant.

2.Reg 6. Arias. Caietan. Chald. Alij. Hebr.9. D. Aug. *Antiqua.*

32. Maxime ponderanda eſt rerum diſpoſitio, qua ſe Deus habuit cum Abrahamo, nam ut dicitur Geneſ.15.n.12. *Horror magnus, & tenebroſus invaſit Abraham*, & ſtatim verſ. 13. ei prædicitur quod ſemen ejus futurum erat peregrinum in terra non ſua: *Et ſubjicient eos ſervituti.* Deinde cap.17.num. 10. imperat ei circuncisionem: *Circumcidetur in vobis omne maſculum*; per circuncisionem tamquam per oſtium, ac præcipuam partem tota Lex vetus deſignatur, & ideo ante ipſius legis intimationem horror, & timor invaſit Abrahamum ob horrorem, ac timorem, duritiemque ipſius legis. Deinde prius exprimitur ſervitus, & tunc circuncisio imponitur. Doctor Ioan. de Lahay cap.14.num. 216.ait: Legem circuncisionis non fuiſſe juſſam Abrahæ, niſi ſervitute indicata, ut declararet Deus legem veterem, eſſe legem ſervitutis, & ideo in lege libertatis, nempe gratiæ non eſſe obſervandam.

Lex antiqua dura, & ſervitutis. Lahay.

QUÆSTIO V.

Lex Evangelica benigna, ſuavis, ac levis.

33. QUod aperte manifeſtat, & declarat Chriſtus Dominus dicens: *Iugum meum ſuave eſt, & onus meum leve.* Matth. 11. num. 30. de quo multa dixi tom.3 in Evangel.cap.20.q.12.13.& 14. explicans prædicta verba.

34. Ait Anima Sancta: *Sub umbra illius, quam deſideraveram ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo.* Cantic. 2. num. 3. Quænam eſt hæc arbor? Inquit D. Gregor. Magnus: *Arbor fructifera ipſe Chriſtus in corde noſtro plantatus per fidem.* Umbra illius, ejus divina protectio, qua nos tamquam ſub alis protegit, ac defendit, & qui fructus tam dulcis, ac ſuavis faucibus, & licet in toto libro Canticorum de multis fructibus fiat mentio, nullus tam inſigniter dicitur dulcis, ac ſuavis, ut hic fructus, *dulcis gutturi meo*, qui interprete D. Ambroſio, eſt Chriſti doctrina, & verbum Evangelicum; & ſubdit: *Qui fructus poteſt eſſe ſuavior faucibus noſtris, quam ille, qui ſecum affert remiſſionem peccatorum*, & conſequenter vitam æternam.

Cant. 2. D.Greg. *Lex Evangelica dulcis, & ſuavis.* D.Ambr.

35. Lex vetus tota pœnis capitalibus abundans: *Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur, qui mœchatus fuerit cum uxore alterius morte moriatur.* Levit.20.num.9. & 10. & ſic in multis aliis criminibus procedit Textus, at Lex Evangelica ait: *Si quis peccaverit confiteatur, & pœnitentiam agat, & non moriatur, nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat?* Lex vetus utpote rigoroſa minas mortis adducit, at vero Lex Evangelica, ſeu gratiæ ad vitam propagandam tota eſt intenta: Lex vetus grandis minacibus pœnis ſubditos coercebat, at Lex Evangelica, benignitate, ac indulgentia omnes allicit vita, ſalute, ac ſanitate, *ut convertatur, & ſanem eum.* Matth.13.n.15. Philippus Abbas tom.2. in Cantic.ad illa verba 2.*Meliora ſunt ubera tua vino*, ſic ait: *Id eſt legis, & Prophetarum eloquia Evangelica prædicationis gratia temperata, & rorata valde ſunt meliora, id eſt dulciora effecta, nam lex dicebat; Si quis peccaverit, hoc, aut illud peccatum fecerit, moriatur: Evangelium verò clamat, ſi quis peccaverit pœnitentiam agat, & non moriatur: Valde ergo ſunt meliorata, id eſt dulciora effecta ubera.*

Levit.20. *Severitas legis excluditur benignitas Evangelica.* Philipp.

36. Deſcendit Moyſes cū tabulis, quæ erāt permanſuræ in populo, in quibus erat ſcripta lex manu ipſius Moyſis: *Dixit Dominus ad Moyſen ſcribe tibi verba hæc*, &c. Exod. 34. n. 27. Aliter ſe habet Dominus in lege Evangelica loquens per Ierem.31.n.33.*Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.* Omitto quod eſt vulgare. Lex antiqua ſcripta in lapide ob eorum duritiem, Evangelica in cordibus carneis, & illud nota, quod illa antiqua ſcripta fuit manu hominis, hæc verò Evangelica ſcribitur manu Dei, nempe Spiritu Sancto, ut auctor eſt D.Auguſt.de Spiritu,& litera cap. 21. ubi ſic ait: *Quæ ſunt aliæ leges à Deo ſcriptæ in cordibus, niſi ipſa præſentia Spiritus Sancti.* Illa antiqua lex ſcribitur manu hominis dura, & ſevera, quæ tot plagas induxit in Ægyptum, ut aſtringat, & obliget, hæc gratia Spiritus Sancti, ut indulgeat, remittat, ac condonet, quæ major benignitas, ac ſuavitas poteſt conſiderari.

Exod.34 Ierem.31 *Lex gratiæ ſcripta ab Spiritu Sancto, ut indulgeat.* D.Aug.

*Actor.*15.*n.*13. Poſtquam tacuerunt, reſpondit Iacobus, dicens: Viri fratres audite me.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE II. uſque ad Verſ. 21.

37. Verſ. 13. P*Oſtquam tacuerunt omnes.* Poſt D. Petrum loquitur Iacobus tamquam Ieroſolymorum Antiſtes ſecutus Petri ſententiam,

&

Abulenſ. Calvin. & ejus dicta corroborans: Unde male dixit Abulenſis in cap. 17. Matth. q. 13. ad 1. quem ſequitur Calvinus D. Iacobum præſediſſe in Concilio, Petrus hoc officium geſſit, ut caput Eccleſiæ, & prius eſt loquntus tamquam prima vox.

38. Syriac. Biblia Goth. D.Cypr. Verſ. 14. *Simon*, ſcilicet Petrus, qui ante ſic dicebatur, & forte hoc nomine magis erat cognitus apud Iudæos, *Narravit.* Syriacus: *Retulit* quemadmodum Deus, ut omnium Dominus, Creator, Salvator, ac Magiſter, qui non ſpernit opus ſuum. *Viſitavit.* D Cyprianos: *Proſpexit cogitavit.* Biblia Gothica: *Suſcitavit ſumere.* Alij *Providit.* Syriacus: *Capit eligere ex gentibus populum.* Ut eum aggregaret, ac uniret Eccleſiæ ſuæ, cum ſit omnium Dominus. *Nomini ſuo*, & dicatur, ac appelletur populus Dei, & Eccleſiæ, ac Chriſtianus. Interlin. Hugo. Vatabl. Carthuſ. Ita Gloſſa Interlinealis Hugo, Vatablus vel *nomini ſuo* Carthuſian. ad laudem, & gloriam nominis ſui, ut Dei nomen glorificetur.

39. Amos 9. Verſ. 15. *Et huic concordant.* Syriac. Oecumen. *conſonant.* Arabicus: *Huic ſenſui conformia ſunt verba Prophetarum*, ſcilicet Amos cap. 9. num. 11. & 12. & more Prophetarum ponitur plurale pro ſingulari.

40. Lyranus. Chald. Verſ. 16. *Poſt hac* poſt teſtamentum veſtrum jam abſolntum, abolitnm, ut explicat Lyranus, verba ſunt Amos, quæ ſic habentur apud tranſlationem Chaldaicam, quæ apud Hebræos magnam habet auctoritatem. Poſt hæc revertentur filij Iſrael, & quærent cultum Dei, *& obedient Meſſiæ filio David Regi ſuo.*

41. Syriac. Æthiop. *Revertar ad genus humanum*, humana natura aſſumpta. *Readificabo tabernaculum David.* Syriacus: *Readificabo quod collapſum eſt.* Pagninus: *Inſtaurabo.* Æthiopicus: *Quæ cecidit confracta*, ſcilicet Eccleſia, non in ſe, nam in ſe ipſa ſemper firmans, & conſtans ſtabit, ſed cecidit in perfidis Iudæis, ac aliquibus incredulis ſnotum vitio, *& diruta ejus readificabo* ex gentibus congregatis.

42. Lyran. Carthuſ. Verſ. 17. *Super quas gentes invocatum eſt nomen meum.* Annuntiatum, ac prædicatum eſt nomen: *Dicit Dominus faciens hac*, tamquam ſi dicat, nemo de hoc miretur, quia hoc factum eſt à Domino, qui verax, ac juſtus eſt, ut ponderant Lyran. & Carthuſian.

43. Arabic. Æthiop Verſ. 18. *Notum à ſaculo eſt.* Arabicus: *ab æterno.* Æthiopic. *A Creatione Domini.* Ita fieri in tempore Deus diſpoſuit, & prædeſtinavit ab æternitate, ut ex utriſque Iudæis, & gentibus *hoc opus* Eccleſiæ ſuæ concionaret, & ideo immeritò vultis compellere gentes ad ritum judaicum.

44. Syriac. Arabic. Æthiop. Verſ. 19. *Iudico non inquietari.* Syriac. *Non eſſe confundendos.* Arabic. *Non ledendos eos:* Arias *Non turbari eos.* Æthiopic. *Ne gravetis ſuper gentes*, non eſt duro circumciſionis jugo moleſtandum, turbandum, ac gravandum eos, qui ex gentiliſmo veniunt ad Chriſtum.

45. D.Chryſoſt Arabic. Verſ 20. *Sed ſcribere ad eos* reſpondendo ad eorum quæſitam quæſtionem, *Ut ſe abſtineant à contaminationibus.* D.Chryſoſt. *Ut ſe abſtineant ab inquinamentis.* Arabicus: *à contaminatione ciborum addictorum ſimulachris*, nam carnes animalium, quæ fuerunt ſacrificatæ idolis utpote valde impuræ erant prohibitæ, ut colligitur ex Paulo 1. Corinth. 10 n. 20.

46. *Et à fornicatione.* Nam Gentiles communiter credebant eſſe licitam ſaltem inter ſolutos, & ideo neceſſario fuit exprimenda, ut prohibita. *Et ſuffocatis, & ſanguine*, hoc eſt à comeſtione animalium ſuffocatorum quorum ſanguis per interfectionem, ſeu jugulationem effuſus non eſt, de quo q. 8.

47. Syriac. Arabic. Vatabl. Ganeus. Lorin. Lyran. Verſ. 21. *Moyſes à temporibus antiquis.* Syriacus: *Ab atatibus antiquis.* Arabicus: *A generationibus.* Reddit Iacobus Apoſtolus rationem, cur ſolum dicat ad gentiles in Antiochia; nam Moyſes, ſeu doctrina Moyſes quolibet Sabbato, ut notant Vatablus, Ganeus, Lorin. legitur, & honoratur, & ut notat Lyranus eorum Magiſtri advertant quæ præcepta moralia ſint obſervanda, nam cæremonialia Chriſti veri Meſſiæ præſentia jam abierunt, & abolita ſunt.

QUÆSTIO VI.

Sanctiſſima Virgo Maria totam quæſtionem decidit, ac reſolvit.

48. Rupert. *Virgo Maria ſolvebat dubia, explicabat quæſtiones.* SEntentia eſt hæc Ruperti Abbatis ad illud 1. Cantic. *Indica mihi quem diligit anima mea*, ſic ait, *Actorum 15. facta ſeditione propter cæremonias judaïcas convenerunt Apoſtoli, & ſeniores de verbo hoc nullam tuî ô Virgo ſcriptura mentionem facit, idcirco putandum eſt, quod conventus ille te omiſerit, & ſanctum de pectore tuo, de tuo ore ſpiritum non conſuleris? Imo illic, & in cæteris agendis tu Princeps omnem ſoluiſti quæſtionem: ita tamen, ut non clamares, neque contenderes, neque audiretur vox tua foris, quia*, nota verbum: *Tu Princeps omnem ſoluiſti quæſtionem.* Illa enim, ut ipſe Rupertus ait: *eſt Magiſtra Magiſtrorum, id eſt ipſorum Apoſtolorum* in illuminando, docendo, ac omne dubium, & quæſtionem determinando, illa erat organum Divini Spiritus, per quod illos illuſtrabat.

49. Rupert. Ioan. 14. *Virgo conſtituta eſt omnium magiſtra.* D. Laur. Iuſtin. D.Anſel. Unde ait citatus Rupertus: *An quia Spiritus Sanctus illos docuit, idcirco tuæ vocis magiſterio illis opus non fuit? Imo vox tua vox illis fuit Spiritus Sancti, quidquid ſupplementi opus erat, eiſdem mortalibus vel teſtimonij ad confirmandos ſingulorum ſenſus, quos acceperant ab eodem ſpiritu dividente ſingulis prout vult ex religioſo ore tuo perceperunt.* Chriſtus Dominus promiſit ſuis Apoſtolis *Spiritum veritatis, & docebit vos omnem veritatem.* Joan. 14. num. 26. qui veniens dividit dona ſua ſingulis ſingula, prout vult, tamen totum hoc voluit dare, ac communicare per fauces, & voces Mariæ. *Quæ ex religioſo ore ſuo perceperunt.* Ipſa conſtituta eſt ab Spiritu Sancto in ſuorum donorum magiſterium, ut ſua dona doceret, explanaret, ac declararet. S. Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Nativitate Mariæ, & ait: *Illam profecto adornavit verbum, ſibique in genitricem elegit, utpote ſuperabundanti jam benedictione preventam, jamque Sancti Spiritus magiſterio deputatam.* Expende ultima verba, eam in Eccleſia Spiritus Sanctus conſtituit, ac deputavit in ſui, ſuorumque magiſterio D. Anſelm. lib. de excellentiis Virgin. cap. 7. *Licet Apoſtoli per revelationem Spiritus Sancti edocti fuiſſent in omnem veritatem, incomparabiliter tamen eminentius, & manifeſtius ipſa per eum ſpiritum veritatis, virtutum profunditatem intelligebat: & per hoc multa eis*, ſcilicet Apoſtolis *per hanc revelabantur.*

50. D.Bern. Apoc. 4. Valde frequens eſt apud Sanctos Patres, & Doctores quod per Dei thronum intelligitur Sanctiſſima Virgo Maria, in qua tamquam in ſolio ſuo requievit omnipotens Deus, ex quo ſapienter D. Bernard. in quodam ſerm. de Sancta Maria notat, quod in Apocalypſi 4. num. 5. ait: *Ioannes, de throno, ſcilicet Maria procedebant fulgura, voces, & tonitrua, quia Mater Filij Ieſu Chriſti parabolas, ænigmata legalia, mirifica geſta, dicta opera avidius ebibit, ſincerius, luculentiuſque aliis dedit.* Sanctiſſima

Virgo

Virgo omnis ſapientiæ doctrix.

Virgo Maria omnem Chriſti doctrinam, parabolas, ænigmata, ac omnia Chriſti opera præclariſſimè ebibit, ac tenuit, & ex hoc cœleſti throno Mariano omnes Eccleſiæ luces, ac fulgura, omnes voces, quorum ſonus exivit in omnem terram, & tonitrua tot mirabilium operum, ac portentorum exeunt, ac procedunt.

51\. *Eccl. 26.* Ait Eccleſ. 26. n. 21. *Sicut Sol oriens in mundo, in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus ſuæ.* Hanc mulierem bonam, & optimam eſſe Mariam Virginem interpretatur Cardinalis Hugo, *Hugo.* & quænam domus ejus propria? Eccleſia nempe ſancta tam militans, quam triumphans prout conſtat ex Angelis, & hominibus, quorum omnium ipſa Virgo eſt ſingulare ornamentum, & Sol oriens, lucens, & illuminans homines, & Angelos *in altiſſimis*, in magnis, & ſublimibus, & abditis myſteriis, & Sacramentis Carthuſ. lib. de laudibus Mariæ cap. 4 ait: *Domus bonæ mulieris eſt Eccleſia Sancta tam militans Virgini glorioſæ commiſſa, quam triumphans ex Angelis, & hominibus conſtituta. Itaque ſicut Sol materialis ſuo ſplendore totum illuminat, & præornat hemyſpherium noſtrum, ſic feliciſſima Virgo omnium optima mulierum, univerſam decorat, illuſtrat, lætificat militantem, triumphalemque Eccleſiam.*

Virgo Maria ut Sol illuminat Eccleſiã militantem, ac triumphãtem. *Carthuſ.*

52\. In tam ſublimi, & alto magiſterij apice elevavit Deus Sanctiſſimam Virginem Mariam, ut magna cautela, ac providentia cautum eſt, ne quis de ejus dictis, ac doctrina tantiſper dubitaret, pro quo ſatis curioſam quæſtionem excitat Rupertus Abbas lib. 7. de divinis officiis c. 25. *Rupert.* conſtans eſt omnium Patrum ſententia, quod Chriſtus reſurgens primo omnium apparuit Sanctiſſimæ Virgini, ut erat ei debitum jure materno. Cur Sanctiſſima Virgo tam feliciſſimo nuntio non lætificavit Apoſtolos, aperiens eis ſuum divinum Magiſtrum eſſe redivivum, ſed tantum gaudium ſecum tacuit, ac retinuit: tantum eſt mulieribus datum, ut tam perjucunda Reſurrectionis nuntia deferrent, ac publicarent. Vide quid de eis referat Sacer Textus Luc. 24. n. 9. *Luc. 24.* *Et regreſſæ à monumento nuntiaverunt hæc omnia illis undecim, ac cæteris omnibus, & viſa ſunt ante illos ſicut deliramentum verba iſta, & non crediderunt illis.* Cum ergo Apoſtoli adhuc eſſent rudes, & imperfecti, ne quid ſimile de verbis Virginis judicarent, alta providentia præcavit filius ejus, ne matris docentis, ac teſtificantis victorias, aliqua audientium ambiguitatis injuria læderetur, & aliqualis minoris fidei ſuſpicio ſequeſtraretur, ordinatum eſt, ut Reſurrectionis nuntia ſupprimeret, ne quis tantiſper de ejus dictis dubitaret, ſic ait citatus Rupertus concludens ſic: *Nunquid illam nuntiare decebat*, ut verba ejus tamquam deliramenta viderentur ante Apoſtolos? Si enim extranearum verba fœminarum, viſa ſunt eis tamquam deliramenta, quomodo non magis matrem amore filij delirare crederent.

Cautum eſt ne de verbis Mariæ quis videret dubitare.

QUÆSTIO VII.

Quare Chriſtus ablata circuncisione dedit nobis Baptiſmum?

53\. ABlata duritie circuncisionis cum effuſione ſanguinis dat nobis Chriſtus D. ſuaviſſimum aquarum Baptiſmi balneum cum omniũ Cœleſtium benedictionum abundantia. Maximè notatu digniſſimum eſt, quod in primo rerum opificio creavit Deus beſtias terræ, jumenta, & reptilia, & nõ benedixit eis Geneſ. 1. n. 25. *creavit piſces maris, & volatilia Cœli ex aquis; Benedixitque eis, dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris, aveſque multiplicẽtur ſuper terram.* Geneſ. 1. n. 22. *Gen. 1.* Unde tanta rerũ differentia? benedicuntur quæ ex aquis proveniunt, in quibus inſedebat Spiritus Sanctus, ut ſignificetur regeneratos ex aquis Baptiſmi omni divina benedictione gaudere, à qua privantur terreni, ſeu infideles, cum taliũ aquarum ſint expertes. D. Anaſth. Synaita ad citatum locum: *Quæ ex aquis ſunt genita, omnia Deus benedixit, à terra verò genita animãtia privavit benedictione, nã præfigurabatur generatio per Baptiſmũ ex aquis, & proinde genitus animabus id eſt regeneratis per Baptiſmũ benedixit, animantibus autẽ jumẽtis, feris ſerpẽtibus, qui ſunt peregrini, & alieni à regeneratione Baptiſmi nequaquã eis impertit benedictionem.*

Vbi aqua Baptiſmi ibi ſola Dei benedictio. *Anaſth. Synaita.*

54\. Ob peccatũ Adami ait illi Deus: *Maledicta terra in opere tuo.* Gen. 3. n. 16. *Gen. 3.* Cur Sola terra maledicitur, & non aqua, ſicut homo à terra nutritur, ſic ad ſui nutritionem aquam bibit, ſi propter hominem terra maledicitur, cur non etiam aqua? Deſtinabatur illa ad regenerationem electorum per Baptiſmum, & ideo ad illam ſolum convolant omnes benedictiones, & procul abeſt quæcumque maledictio. Albinus ibi ait: *Terra maledicitur, non aquis, quia in aquis erat peccatum abluendum de fructu terræ contractum.*

Vbi figura Baptiſmi ibi benedictio, & nulla maledictio. *Albinus.*

55\. Scribit D. Matthæus 3 n. 16. Quod Chriſtus D. venit in Iordanem ut baptizaretur à Ioanne: *Baptizatus autem Ieſus confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei Cœli, & vidit Spiritũ Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe, & ecce vox de Cœlo dicẽs: Hic eſt filius meus dilectus.* *Matth. 3* Omnia Chriſti magnalia primo ad aquas publicantur, Cœlũ aperitur, Spiritus ſicut colũba deſcendit ſuper ipſum, & vox Patris teſtificans auditur, mẽbra cum ſuo capite copulãtur, ut inde oſtendatur, quod Filij Dei Chriſti membra cœleſtes cives ab aquis habent ſuarum felicitatum, ac omnium bonorum exordium, ac incunabula: Elegãtiſſimè ad hæc ait D. Baſil. Seleuc. orat. 34. *D. Baſil. Seleuc.* *Pater cum clamore præconium facit, ſpiritus volatu indicium, & videre erat rem inopinatã, in aquis matrix parabatur, quæ Cœlo incis pareret. O inacceſſa myſteria! Aqua pariebat, & Cœlo cives adſcribebantur.* Vide, & cõſidera alta mirabilia, quæ illic fiebãt, Pater de Cœlo clamat, ſpiritus manifeſtat ſigna, & aqua matrix, ſeu genitrix regnatorum, inde jam pariebat ex ipſis aquis filios, ac cives in Cœlum.

Ab aquis mirabiliter naſcuntur filij.

QUÆSTIO VIII.

Quare D. Iacobus præcipit abſtinendum ab animalibus ſuffocatis cum ſanguine?

56\. HOc jam præceptum fuit à Domino, & mandatum eſt Noe Geneſ. 9. num. 4. *Gen. 9.* *Quaſi olera virentia, tradidi vobis omnia, excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis.* Cujus præcepti rationes multas ibi Interpretes aſſignant. Primò: Ne biberent humanum ſanguinem, ut aliquæ barbaræ nationes faciebant. Secundò: D. Cyprian. de Cœna Domini. *D. Cypr.* Ne homines more pecorum viverent comedentes carnem cum ſanguine. Tertiò D. Chryſoſt. *D. Chryſoſt.* homil. 27. in Geneſ. ut ita impediret impetũ, & propenſionem ad homicidiũ. Quartò D. Eucherius, *D. Euch.* hoc fecit Deus tamquam optimus medicus, quia ſanguis eſt multum gravis, & multarum infirmitatum cauſa. Quintò D. Iuſtin. 145. & Thomas Anglicus, *D. Iuſtin. Thom. Anglic.* Beſtiæ ob multam crudelitatem, ac gulæ voracitatem comedunt carnem cum ſanguine, à quibus nos Deus vult abſtinere. Sextò D. Thomas *D. Tho.* 1. 2. quæſt. 102. art. 3. ad 8. ſanguis eſt totius vitæ humanæ alimentum, ideo vult tantum ſibi offerri, & conſecrari, & nobis eſum prohibet? ut eum recognoſcamus noſtræ vitæ auctorem. Septimo ait

Cur prohibitus fuit ſanguis ſuffocatus.

Idem D. Thumas ad excludendam Idololatriam, idolulatræ bibebant ſanguinem victimarum. Hæc dixi doctrinæ gratia.

57. Veniamus nunc ad noſtrum Texmm ? Optima ratione D. Jacobus prohibet abſtinendum à ſanguine ſuffocarorum, nam tam à Judæis, quàm gentilibus converſis ad Chriſtum xbſtulit duriſſimum jugum circuncißionis, & loco illius impoſuit præceptum ſuaviſſimum abſtinendi à ſanguine ſuffocato, ut communicatione legis, ac præcepti amico fœdere maximè copularentur Iudæi, & Gentiles, & inde hoc præceptum in ſe erat valde facile, nam Iudæi à multo tempore à diebus Noe abominabantur ſanguinem ſuffocatorum; Genrilibus hoc oon poterat eſſe difficile, ne viverent more pecorum, & otriſque fuit maximè neceſſarium hoc mandatum,
D.Aug. ot ootat D.Auguſt. contra Fauſtum Manich. *ne bibentes de ſanguine immolatorum ſimulachris facile in idololatriam inciderent*: hoc tantum fuir prohibitum pro illo tempore; at verò poſtquam res magix coaluerunt tale præceptum abolitum eſt, ac extinctum, & nunc nullo modo extat.

Actor. 15. *n.* 22. Tunc placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni Eccleſia eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo, & Barnaba Iudam, qui cognominabatur Barſabas, & Silam viros primos in fratribus.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE III. à Verſ. 22. Vſque ad 29.

58. Verſ. 22. *Tunc placuit Apoſtolis*, ut primariis, ac principalioribus in hac re, & ioter eos eminentior Petrus utpote caput Eccleſiæ, & qui primus locutus eſt, cui omnes aſſenſum præbuerunt. *Cum Paule, & Barnaba*, qui in controverſia erant ex una parte, & ut pars adverſa eis crederet, adjunguntur Iudas, & Silas.

59. *Iudam, qui cognominabatur Barſabas*, quo etiam
Actor. 1. nomine appellabator ille Ioſeph, qui cum D. Mathia propoſitus eſt ad Apoſtolatum cap. 1. n. 23. & forte illius erat frater, oam Barſabas, ut ex Syriaco colligitur ideſt filius Schabbo.

60. *Et Silam*, qui Hebraicè ſignificat Apoſtolum. D.
D.Hier. Hieron. exiſtimat eſſe eundem cum Sylvano comite
2.Cor.1. Pauli 2. Corinth. 1. n. 1. *Silam* autem fuiſſe ſociom Paoli in Apoſtolatu patet tum ex hoc cap. num. 40. cum ipſo enim Paulus profectus eſt, & cap. ſequenti
Martyr. n. 19. & cap. 17. n. 4. ſcribitur in Martyrolog. Roman. *qui paſſionibus ſuis Chriſtum clarificavit* die 13 Iunij.

61. Verſ. 23. *Scribentes per manus eorum*, non quod Paolus, & Barnabas ſcripſiſſent, ſed ſcripta per ma-
Syriac. nus Apoſtolorum detulerunt, ut legit Syriacus: *Porro Apoſtoli ſcripſerunt epiſtolam, quam deferrent.*

62. Verſ. 24. *Ex nobis*, ſcilicet Iudæis, *exeuntes conturbaverunt vos*. Syrus: *Labefactaſſe animas veſtras*. Ara-
Arabic. Syrus. D.Epiphan. bic. *Commoviſſent vos*, D Epiphan. *Vos perturbaſſe* aſſerentes in Chriſtianiſmo non eſſe veram ſalutem, niſi ſimul ſuſcipiatur Iudaiſmus.

63. Verſ. 25. *Placuit nobis collectis in unum*. Arias: *Vi-*
Arias. *ſum eſt nobis concorditer* cum clariſſimis noſtris Barnaba, & Paulo, exprimunt in qoanta æſtimatione habebantur, ut inde in multa æſtimatione eſſent apud eos.

64. Verſ. 16. *Qui tradiderunt animas ſuas*. Syriacus:
Syriac. *Expoſuerunt animas ſuas* pro prædicatione Evangelica, itaque tam ardenter diligunt Deum, ejuſque veritatem, ut pro ipſo ſemetipſos expoſuerint morti, ac proinde de eorum veritate nihil eſt dubitandum.

Verſ. 28. *Viſum eſt Spiritui Sancto*. Syriac. *Spiritui* 65.
Sanctitatis, & nobis directis, & gubernatis ab eo- Syriac.
dem Spiritu Sancto; Unde frequenter in conciliis dicitur: *Sancta Synodus in Spiritu Sancto legitimè congregata*, ait Textus *Nihil ultra imponere*. Orige- Origen.
nes: *Nihil aliud ponderis*. D. Cyprian. *Nullam impo-* D. Cypr.
nere ſarcinam, nempe legis Moſaicæ, ſed ſufficere ea, quæ ſcripta ſunt. n. 21. cum obſervatione præceptorum naturalium, quæ ſcripta ſunt in Decalogo.

Verſ. 29. *Ut abſtineatis vos*, quæ ſequuntur jam 66.
ſont explicata ſupra n. 20. quæ omnia ſanctiſſimè ſacri Apoſtoli explicarunt, ac declararunt, ot veritas doctrioæ Chriſtianæ poſtulabat, deinde, ot facilitate, ac ſuavitate præceptorum facile gentes allicerentur ad fidem Chriſti ſuſcipiendam.

Cuſtodientes vos bene agetis. Arabic. *Opus laudabi-* 67.
le præſtabitis, tamquam ſervientes Domino, & legem Arabic.
ejus cuſtodientes *Valete* Syriac. *Eſtote veraces in Do-* Syriac.
mino. Æthiopic. *Pax vobis*, ſolum enim, qui cuſto- Æthiop.
diunt legem Domini ſunt veraces, & ſolum illi eſt vera pax.

QUÆSTIO IX.

Quare Sacri Apoſtoli tam celeriter congregant Concilium ad determinandam quæſtionem, ejuſque reſolutionem mittunt in Antiochiam.

MAgna diligentia, miraque ſolicitudine ſe ha- 68.
buerunt Sacri Apoſtoli io cedanda, ac pacificanda hac controverſia circa circuncißionem, ac legem Moſaicam obſervandam, citò congregant Concilium, in Hieroſolyma publicationem faciunt, in Antiochiam mittunt legatos ad ſanctam, & veram doctrinam declarandam, atque errores evellendos ad pacem, ac onionem ſeminandam, ut veri Filij Dei, ac Chriſti diſcipuli.

Ait Chriſtus D. Matth. 5. n. 9. *Beati pacifici, quo-* 69.
niam Filij Dei vocabuntur. Aliis Beatitudinibus diverſa aſſignantur præmia: *Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur, Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*, & ſic de cæteris, at pacificis ſuper om- *Pacifici*
nia eis datur præmium, ut Filij Dei ſint, & dicantur: *maximè*
Filij Dei vocabuntur; quia ſingulariter Deum imi- *Deo aſſi-*
tantur, in illa ſumma, & intima unione Trioitatis, *milantur.*
qoantum mortalis infirmitas patitur, cum animorum pace, voluntatum conformitate, excluſa omni diſcurdia, bellorum contentione, ac odij malevolentia. D. Niſſen. orat. 7. de Beatitudine ſic ait: *Quinam* D. Niſſ.
ſunt hi pacifici? Imitatores humanitatis, qui id, quod proprium divinæ ſapientiæ eſt, in ſua vita oſtendunt. Hoc enim ſibi præſcribit opus, & officium ejicere odium, finire bellum, abolere invidiam, exterminare pugnam. Expende illud *Id quod eſt proprium divinæ ſapientiæ in ſua vita oſtendunt.*

Ait Regius Vates Pſalm. 103. n. 5. *Fundaſti ter-* 70.
ram ſuper ſtabilitatem ſuam, non commovebitur, Et Pſal. 103
quænam terra eſt hæc taota ſtabilitate, ac firmitate fundata ut non valeat commoveri? Eſt ne hæc terra, quam pedibus calcamus? non ſolum eſt hæc, ſed etiam aliæ, nempe terreoi homines: teſte D. Paulo
Epheſ. 2. n. 10. *Superædificati ſuper fundamentum A-* Epheſ. 2.
poſtolorũ, ac Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. Quando homines terreni uniuntur in *Uniti in*
ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu ex ipſa *Chriſto*
unione tantam firmitatem, ac ſtabilitatem compa- *nulla commoven-*
rant, ut nulla diſſentionum tempeſtate valeant com- *tur diſ-*
moveri D. Ambroſ. ad citatum locum Pſal. ſic ait: *cordia.*
Tunc fundavit terram ſuper ſtabilitatem ſuam, id eſt D. Ambr.
terrenas gentium mentes, quæ fuerunt in fabrica tur-

ris

vis diviſa, nunc ad ſtabilitatem ſuam revocans in uno Verbo Ieſu Chriſti corroborat, & ita fundavit in eis Eccleſiam, qua non inclinabitur in ſæculum ſæculi. Expende illud: *Ad ſtabilitatem ſuam revocans in uno Verbo Ieſu Chriſti.*

71. Pſal.150. Ait Regius Vates Pſalm. 150. num. 3. *Laudate eum in ſono tubæ, laudate eum in pſalterio, & cithara; laudate eum in tympano, & choro, laudate eum in chordis, & organo.* Cur ad Deum laudandum ſolum convocat inſtrumenta muſica? Cur non potius requirit humanas voces, vel noſtri cordis affectus, vel cur non petit bruta animalia, & inanimata, ut fecerunt tres pueri: *Benedicite Domino omnes beſtiæ, & pecora campi, omnis imber, & ros Domino*, ſed tantum inſtrumenta muſica exoptat, ut inſinuat; Unde innumera hominum multitudo valeat placere Deo; nam tota muſicæ excellentia in concordia ſita eſt, ut quodlibet inſtrumentum cum alio cohæreat, ac adaptetur, ut in ſuavem harmoniam, ac conſonantiam confluant, ſi verò unum diſcrepet, ac diſſentiat, tota numerorum compoſitio deſtruitur, & auditorum aures gravantur, ac offenduntur. Si magna ſit hominum multitudo, ſi amplius Religioſorum Conventus multus, & frequens in donis, ac obſequiis divinis præſtandis, non tamen in eis ſit animorum unitas, ac concordia, nil gratum, ac jucundum poteſt Deo exhiberi. Origenes homil. 16. in Numer. ait: *Diſcenda igitur magnopere conſonantia diſciplina, quia tamquam in muſicis ſi harmonia chordarum fuerit conſonanter adaptata ſonum ſuavis modulati carminis reddit, ſi verò aliqua inſidelibus diſſonantia ſit, ingratiſſimus ſonus redditur, ita ij, qui Deo militant, ſi diſſenſiones, & diſcordias inter ſe habeant, ingrata erunt omnia, etſi multa munera offerant.*

Cum unione gratum Deo obſequium exhibetur, non vero ſine illa. Origen.

72. Benedixit Iſaac Jacob, poſtea venit Eſau, & cum ululatu multum fleret pro benedictione erepta, poſtulat à Patre, ut ei etiam benedictionem impendat, cui ait Iſaac, *Venit germanus tuus fraudulenter, & tulit benedictionem tuam.... & tibi*
Gen. 27. *poſt hæc fili mi ultra quid faciam?* Geneſ. 27. num. 38. Cur magnus Iſaac multum divino afflatus ſpiritu unam tantum benedictionem habet pro uno filio, ut recuſet alteri dare benedictionem, cum Iacob duodecim habens filios benedictione magna omnes locupletaverit, cur Jacob tam largus, Iſaac tam parcus? Filij Jacob coadunati ſunt in unum populum, & in unam gentem connectuntur, at filij Eſau in diverſos populos diviſi ſunt; Ubi ergo unitas, ibi divina benedictio, quæ maximè à diviſis, ac diſcordibus alienatur. Rupert. lib. 9. in Geneſ. cap. 12. ait: *Cur Iſaac duos filios habens non utrumque benedixit, cum Iacob plures habens ſingulos benedixerit benedictionibus propriis? Facilis eſt reſponſio; quia duo filij Iſaac in duos populos erant dividendi, plures autem filij Iacob una gens, unus populus in unitate paternæ fidei, unum Deum verum, & vivum poſſeſſuri erant.*

Vbi unitas ibi Dei benedictio, quæ longè à diviſione, abeſt. Rupert.

QUÆSTIO X.

Quare Sacri Apoſtoli dicunt viſum eſt Spiritui Sancto, unde ejus vocem audierunt, & cognoverunt?

73. INquiunt Apoſtoli: *Viſum eſt Spiritui Sancto.* Habet hoc proprium Divinus Spiritus, quod in cordibus ſuorum fidelium, in quibus ineſt, per internam inſpirationem ſe faciat præſentari, audire, ac movere, ut ipſe ſit dicens, & operans: *Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis* Matth. 10. n. 20. Math. 10.

74. Ioan. 3. Ait Chriſtus Dominus Nicodemo Joan. 3. n. 8. *Spiritus ubi vult ſpirat & vocem ejus audis, ſed neſcis unde veniat, aut quo vadat.* In quo eſt Divinus Spiritus minime ſilens eſt patiens, ſed in mille voces prorumpit, ut Deus in te inhabitans, & loquens ſentiatur. Rupertus lib. 12. de gloria Trinitatis cap. 1. ait: *Verus ſermo, quem dixit, & vocem ejus audis; non enim tacere poteſt, qui gratiam accepit ejuſdem. Verè ergo vocem ejus audis, quia tacere non poteſt, ſilere non audet. Ibi enim eſt præceptor, qui tubam vocis largitus eſt, & dicit ei: clama ne ceſſes.* Expende illud: *Ibi enim eſt præceptor*, docens, & illuminans, & facit, ut tuba, exaltare vocem, & ait: *Sed neſcis unde veniat, aut quo vadat.* Quomodo in cor hominis intraverit, & quomodo redierit, ignoratur Iob. 9. n. 11. *Si venerit ad me non videbo eum, & ſi abierit non intelligam.* Iob. 9.

Spiritus Sanctus in anima multis ſe manifeſtat. Rupert.

75. Ionas de utero belluæ clamavit ad Dominum, & exauditus evomit eum in littore, intrat in Ninivem civitatem cap. 3. num. 4. clamavit, dicens: Ionæ 3. *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur.* Et crediderunt Viri Ninivitæ in Deum, prædicaverunt jejunium, & veſtiti ſunt ſaccis à majore uſque ad minorem, *Et pervenit verbum ad Regem Ninive & abjecit veſtimentum à ſe, & indutus eſt ſacco, &c.* & exiit edictum ab ore Regis, ut omnes etiam beſtiæ, & pecora campi jejunarent: Unde fieri potuit, ut tota ampla civitas à majori uſque ad minorem, à Rege, & principibus uſque ad vilem homunculum tantam præſtarent fidem homini extraneo ignoto, atque in vili habitu, ut deponerent ſplendida veſtimenta ſua, & cilicio induerentur, ut depoſitis deliciis, ac ciborum lautione, rigidoque jejunio ſe abſtinerent, quod ex multa pœnitentiæ redundantia ex ore Regis procedebat: Unde hoc potuit provenire, niſi ex afflatu Spiritus Sancti in corde Prophetæ, dum in mari clamavit, & liberatus eſt, dum in civitate exaltat ut tuba vocem ſuam, qua etiam gentiles commoventur ab ipſo Divino Spiritu excitari, & adjuti; quia ubi Divinus Spiritus adeſt, ſtatim multis affectibus ſe facit ſentiri. D. Ephræm orat. in Ionam ait: *Civitas gentilium confeſtim prædicatione Ionæ deterrita eſt, & vel mare undique turbatur ejus voce, qui ex profundo reverterat, & cum deſcendiſſet in mare turbavit illud, & reverſus in aridam, illam confeſtim exagitat.* Cum Propheta eſſet plenus Spiritu Sancto ſtatim ſe facit ſentiri, ac manifeſtari tam in mari, quam in terra, tam inter piſces, quàm inter homines. D. Ephr.

Vbi Divinus Spiritus adeſt multis affectibus ſe ſentiri facit.

76. Math. 10. Ait Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis: *Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum.* Matth. 10. num. 16. Ad quid, Domine, mittis oves inter lupos, qui ſunt crudeles ovium hoſtes, & eas devorant, & degluriunt? Ad quid ergo, Domine, mittis oves inter lupos, ut ab eis ſtrangulentur? minime, ſed ut oves ſuo balatu lupos devincant, & trahant. Tanta eſt poteſtas mittentis, ut balatu ovium omnium regnorum magnitudinem ſibi ſubjiciat, ac devincat, & loquens per ovium ora ad ſe traxit omnia ſæculi. D. Chryſoſt. Sermon. de Pentecoſt. ait: *Oves non habentes humana ſolatia, habentes autem Dominum ſuum; ego enim, inquit, vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi, peragrant univerſum orbem terrarum oves ſimul cum lupis, quis vidit? quis audivit? dicis, mittam vos ut oves in medio luporum; quis inquam paſtor oves mittit in medio luporum? at vero Chriſtus oves ad lupos direxit, & vulnerata à beſtiis non* D. Chryſoſt.

Vbi Divinus Spiritus omnia ſubjiciuntur.

ſunt, ſed magis lupi ad ovium manſuetudinem converſi ſunt.

Actor. 15. *num.* 30. Illi autem demiſſi deſcenderunt Antiochiam, & congregata multitudine tradiderunt epiſtolam.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IV. à Verſ. 30. uſque ad 41.

77. **Arabic. Syrus. Verſ. 32.** Verſ. 30. *Congregata multitudine.* Arabicus: *Coacto cœtu fidelium* Verſ. 31. *Gaviſi ſunt.* Syrus: *Conſolationem receperunt*, quia ſe videbant liberos à jugo legis Moyſaicæ. verſ. 32. *Cum ibi eſſent Prophetæ.* Qui re vera erant Prophetæ, vel quia Doctores, & Magiſtri honorificentiæ cauſa ſic dicebantur: *Verbo plurimo.* Syriac. *Sermone divite* id eſt verbo copioſo, ac efficaci, utpote ex ore Apoſtolorum.

78. **Syriac. Arabic. D. Chryſoſt.** Verſ. 33. *Facto ibi aliquo tempore.* Syriac. *Cumque illic exegiſſent aliquandiu* per aliquod tempus ad firmandam doctrinam datam. Arabicus: *Cum annum ibi exegiſſent*, videtur quod non tantum tempus ibi ſint commorati, *dimiſſi ſunt in pace.* D. Chryſoſt. exponit: *Controverſia de circuncisione pacificata*, alij exponunt. *Precantes eis pacem*, ſub qua intelligebant omnem felicitatem, ut fieri ſolet in ultimo diſceſſu.

79. **Lyran. Caietan. Iſidorus. Clarus. Carthuſ.** Verſ. 34. Hic verſus affirmat Lyranus, quod non ſit in græco, & illum omittunt Caiet. Iſidorus, Clarus Carthuſian. Vatablus in ſuis Scholiis, tamen eſt in Biblia Sixtiana, ac proinde quamvis Paulus, & Silas haberent ultimum vale, ex juſtis cauſis voluerunt ibi diu permanere cum aliis Apoſtolis, ut dicitur **Verſ. 35.** verſ. 35. *Paulus, & Barnabas demorabantur Antiochiam.*

80. Verſ. 36. *Revertentes viſitemus fratres noſtros*, an recta ſint circa illos omnia, & an fides plantata à nobis perſeveret: Viſitatio prælatorum multum conducit ad bonum ſubditorum, hinc Iacob ait filio ſuo Ioſepho: *Vade, & vide ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora.* Geneſ. 37. n. 14. **Gen. 37.**

81. Verſ. 37. Volebat Barnabas aſſumere Ioannem, qui cognominabatur Marcus, qui erat conſobrinus Barnabæ, ut dicitur Coloſſ. 4. Verſ. 38. Paulus recuſabat, quia Marcus deſtinabatur ad aliam miſſionem in Alexandriam, & Italiam.

82. **Arabic. Vatabl. D. Chryſoſt. Baron.** Verſ. 39. *Facta eſt autem diſſentio.* Arabic. *Facta eſt diſceptatio.* Vatablus: *Contentio* inter Barnabam, & Paulum, ut mutuo inter ſe dividerentur in ſalutem plurimorum, ut inquit Chryſoſtom. Barnabas, de quo amplius non facit mentionem, Lucas cum Marco venit in Italiam, fundavit Eccleſiam Mediolanenſem; ut ex multis documentis probant Baronius, & alij ſcriptores, & tandem glorioſo Martyrio coronatus eſt in Cypro, ut canit Eccleſia die 11. Iunij Marcus vero abiit in Alexandriam, ubi conſtituit Eccleſiam.

83. Verſ. 40 & 41. *Paulo verò electo Sila.* Hic ponitur prædicatio Pauli electo ſibi ſocio Sila. *Traditus gratia Dei*, pro quo vide quæ dixi ſupra cap. 14. q. 9.

CAPVT XVI.

1. *PErvenit autem Derben, & Lyſtram, & ecce diſcipulus quidam erat ibi nomine Timotheus filius mulieris Iudææ fidelis, patre gentili.*
2. *Huic teſtimonium bonum reddebant, qui in Lyſtris erant, & Iconio fratres.*
3. *Hunc voluit Paulus ſecum proficiſci: & aſſumens circuncidit eum, propter Iudæos, qui erant in illis; ſciebant enim omnes, quod Pater ejus erat gentilis.*
4. *Cum autem pertranſirent civitates, tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis, & ſenioribus, qui erant Ieroſolymis.*
5. *Et Eccleſiæ quidem confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie.*
6. *Tranſeuntes autem Phrygiam, & Galatiæ regionem vetati ſunt ab Spiritu Sancto loqui Verbum Dei in Aſia.*
7. *Cum veniſſent autem Myſiam tentabant ire in Bithyniam, & non permiſit eos Spiritus Ieſu.*
8. *Cum autem pertranſiſſent Miſiam, deſcenderunt Troadem.*
9. *Et viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt: Vir Macedo quidam erat ſtans & deprecans eum, & dicens: Tranſiens in Macedoniam adjuva nos.*
10. *Ut autem viſum vidit, ſtatim quæſivimus proficiſci in Macedoniam, certi facti quod vocaſſet nos Deus evangelizare eis.*
11. *Navigantes autem à Troade, recto curſu venimus Samothraciam, & ſequenti die Neapolim.*
12. *Et inde Philippos, quæ eſt prima partis Macedoniæ Civitas, Colonia, Eramus autem in hac urbe diebus aliquot conferentes.*
13. *Die autem Sabbatorum egreſſi ſumus foras portam juxta flumen, ubi videbatur oratio eſſe: & ſedentes loquebamur mulieribus, quæ convenerant.*
14. *Et quædam mulier nomine Lydia, purpuraria Civitatis Thyatirenorum, colens Deum audivit: cujus Dominus aperuit cor, intendere his, quæ dicebantur à Paulo.*
15. *Cum autem baptizata eſſet, & domus ejus, deprecata eſt, dicens: ſi judicaſtis me fidelem Domino eſſe, introite in domum meam, & manete; & coegit nos.*
16. *Factum eſt autem euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem ſpiritum pythonem obviare nobis, quæ quæſtum magnum præſtabat dominis ſuis divinando.*
17. *Hæc ſubſecuta Paulum, & nos, clamabat, dicens: Iſti homines ſervi Dei excelſi ſunt, qui annuntiant vobis viam ſalutis.*
18. *Hoc autem faciebat multis diebus: Dolens autem Paulus, & converſus ſpiritui dixit: Præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti exire ab ea, & exiit eadem hora.*
19. *Videntes autem Domini ejus, quia exivit ſpes quæſtus eorum apprehendentes Paulum, & Silam perduxerunt in forum ad Principes.*
20. *Et offerentes eos magiſtratibus dixerunt: Hi homines conturbant civitatem noſtram cum ſint Iudæi.*
21. *Et annuntiant morem, quem non licet nobis ſuſcipere, neque facere cum ſimus Romani.*
22. *Et cucurrit plebs adverſus eos: & magiſtratus ſciſſis tunicis eorum juſſerunt eos Virgis cædi.*
23. *Et cum multas plagas eis impoſuiſſent, miſerunt eos in carcerem, præcipientes cuſtodi, ut diligenter cuſtodiret eos.*
24. *Qui cum tale præceptum accepiſſet, miſit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno.*

25. Media

25. *Media autem nocte Paulus, & Silas orantes, laudabant Deum, & audiebant eos, qui in cuſtodia erant.*
26. *Subito verò terræmotus factus eſt magnus, ita ut moverentur fundamenta Carceris. Et ſtatim aperta ſunt omnia oſtia & univerſorum vincula ſoluta ſunt.*
27. *Expergefactus autem cuſtos Carceris, & videns januas apertas Carceris, evaginato gladio volebat ſe interficere, æſtimans fugiſſe vinctos.*
28. *Clamavit autem Paulus voce magna, dicens: Nihil tibi mali feceris: Univerſi enim hic ſumus.*
29. *Petitoque lumine introgreſſus eſt: & tremefactus procidit Paulo, & Silæ ad pedes.*
30. *Et producens eos foras ait: Domini, quid me oportet facere, ut ſalvus fiam?*
31. *At illi dixerunt: Crede in Dominum Ieſum, & ſalvus eris tu, & domus tua.*
32. *Et locuti ſunt ei verbum Domini, cum omnibus, qui erant in domo ejus.*
33. *Et tollens eos in illa hora noctis, lavit plagas eorum: & baptiſatus eſt ipſe, & omnis domus ejus continuo.*
34. *Cumque perduxiſſet eos in domum ſuam, appoſuit eis menſam, & lætatus eſt cum omni domo ſua credens Deo.*
35. *Et cum dies factus eſſet miſerunt Magiſtratus lictores, dicentes: Dimitte homines illos.*
36. *Nunciavit autem cuſtos Carceris verba hæc Paulo: Quia miſerunt Magiſtratus, ut dimittamini: Nunc igitur exeuntes ite in pace.*
37. *Paulus autem dixit eis: Cæſos nos publicè, indemnatos, homines Romanos miſerunt in carcerem, & nunc occultè nos ejiciunt? Non ita, ſed veniant,*
38. *Et ipſi nos ejiciant. Nuntiaverunt autem Magiſtratibus lictores verba hæc. Timueruntque audito quod Romani eſſent.*
39. *Et venientes deprecati ſunt eos, & educentes rogabant, ut egrederentur de Urbe.*
40. *Exeuntes autem de carcere introierunt ad Lydiam; & viſis fratribus conſolati ſunt eos, & profecti ſunt.*

ARGUMENTUM.

PAULUS ne Iudæos offenderet Timotheum circumcidit, eumque in ſocium ſuæ prædicationis aſſumpſit in Aſiam, & Bithyniam: deinde monitus divinitus venit in Macedoniam, deinde Philippis ſe convertit Lydiam purpuratam, & à puella dæmonem ejecit, qua de cauſa virgis cæſus una cum Sila in carcerem mittitur, illis orantibus nocte magno terræmotu oſtia aperiuntur, & ipſi perſeverant in carcere converſo cuſtode ad fidem, à Magiſtratu cum honore dimittuntur è carcere.

Actor.16. n.1. Pervenit autem Derben, & Lyſtram, & ecce diſcipulus quidam erat ibi nomine Timotheus filius mulieris Iudææ fidelis, patre Gentili.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE I. à Verſ. 1. uſque ad 5.

1. Verſ. 1. PErvenit autem Derben Charitas Pauli cum nulla adverſitate frangitur, repetit Civitates, ubi malè fuerat tractatus ſupra cap. 14. n. 18. 19.

2. Rabban. *Filius mulieris Iudææ.* Aliqui Codices, ut Rabbanus, & alij: *Vidua,* ſed noſtra lectio præferenda eſt, & vocabatur *Eunice,* id eſt victoria eam etiam, ac avam Timothei appellatam *Loidem* laudat Paulus 2. ad Timoth. 1. n. 1. (2.Tim.1.) *Fidelis,* id eſt Chriſtiana, id eſt ex Judæis converſa ad Chriſtum.

3. Exod.23. *Patre gentili* licet enim vetita eſſent Hebræis matrimonia cum Chananæis, Exod. 23. n. 32. non tamen cum alijs gentilibus: Unde Jacob duxit mulieres gentiles, Geneſ. 29. n. 23. (Gen.29.) Moyſes, Exod. 2. n. 21. (Exod. 2.) & poſt datam legem David, 2. Reg. 33. (2.Reg.33) Salomon, 3. Reg. 3. n. 1. (3.Reg.3.) & Eſther cum gentili Aſſuero cap. 2. n. 17. poſtea tamen Canonica lege prohibita ſunt, & dicitur *Diſparitas cultus.*

4. Arabic. Verſ. 2. *Huic teſtimonium.* Arabicus: *Cujus virtuti, ac probitati atteſtabantur fratres.* Scilicet alij Chriſtiani de ejus fide, moribus, vita, & ſtudio literarum, ut conſtat ex 1. Timoth. 6. n. 12. (1.Tim.6.) & 2. Timoth. 1. n. 3. (2.Tim.1.) Unde Apoſtolus eum appellat *Filium chariſſimum,* & habuit ſocium ſuæ peregrinationis.

Verſ. 3. *Hunc voluit Paulus ſecum proficiſci.* Arabicus: *Ut egrederetur ſecum ad prædicandum.* *Circumcidit eum propter Iudæos,* quia ſciebant ipſum eſſe ex Patre gentili, ne Iudæi contemnerent prædicationem Timothei, & nollent ipſum audire, quia incircumciſus, ideo voluit circuncidere, ut Judæos faciliùs adduceret. 5. Arabic.

Verſ. 4. *Tradebant eis cuſtodire dogmata.* Syrus: *Ut obſervarent placita illa.* Conſtituta in Concil. Ieroſolymit. de quo actũ eſt ſuperiori cap. Verſ. 5. *Eccleſia quidẽ confirmabantur fide.* Arab. *Radices agebant,* maximè augebatur, & creſcebat fidelium numerus. 6. Syrus. Arabic.

Verſ. 6. *Tranſeuntes autem Phrygiam,* per hanc nempe regionem venerunt in Aſiam minorem *Vetati ſunt à Spiritu ſancto.* Syriac. *Prohibuit eos Spiritus ſanctitatis. Loqui verbum Dei.* Occum. *Ne verbum Dei diſſeminarent,* prædicantes, quia Aſiani non erant tunc diſpoſiti; ac præparati ad recipiendum verbum Dei, ut fuerunt poſtea, de quo q. 3. 7. Syriac. Occum.

QUÆSTIO I.

Quare magnus Paulus acerrimus circuncisionis impugnator circuncidit Timotheum?

UT vidimus ſuperiori c. 15. Paulus, & Barnabas fortiter pugnarunt circunciſionem, ac jugum legis Moſaicæ non eſſe imponendum gentibus, nunc vero ipſe Paulus circuncidit Timotheum? 8.

Reſpondeo Timotheus erat Iudæus ſaltem ex parte Matris, quod valde notum erat Judæis, cum Paulus cum Timotheo eſſet per multas Civitates 9.

prædicaturus, in quibus erant multi Judæi converſi, vel convertendi, & maximè dolèrent, quod diſciplina Chriſtiana tolleret ſuam Moyſaïcam Synagogam, quæ licet occiſo Chriſto eſſet mortua, tamen nondum pro illo tempore erat mortifera, ne propter Timotheum incircuncifum, quem Judæum noverant, reſilirent à prædicatione Pauli, ut eos maximè ad ſe alliceret, & ineſcaret, juſſit eum circuncidi, ut maximè cum eis condeſcenderet, ac confirmaretur. D. Chryſoſt. homil. 34. in Acta ait: *Igitur Paulus prædicaturus ut Iudæos verberares duplicitèr circuncidit illum.*

Bonus magiſter ſe accōmodat vitio auditorum.

10. Ait ipſe Apoſtol. 1. Corinth. 9. num. 20. *Factus ſum Iudæis tamquam Iudæus, ut Iudæos lucrarer: iis, qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem (cum ipſe non eſſem ſub lege) ut eos, qui ſub lege erant, lucrifacerem; iis, qui ſine lege erant, tamquam ſine lege eſſem, cum ſine lege Dei non eſſem, ut lucrifacerem eos.* Totius orbis expugnator Paulus, ut illum totum ad ſe devinciret, omnium habitum, ac formam induebat, ut in eorum animis maximè iuſinuaret, ut eis factus ſimilis ad ſui ſimilitudinem traheret, ut ita in Chriſto formarentur. Tertullianus lib. de Monogamia cap. 14. ait: *Proinde adverſus formam regulæ ſuæ pro conditione temporum geſſit circuncidens Timotheum propter inductitios falſos fratres, ſed res ita exigebant, ut omnia fierens, quo omnes lucrifaceret, parturiens illos, donec formaretur Chriſtus in ipſis, & calefaciens tamquam nutrix, parvulos fidei docendo.* Sicut ſedula, & officioſa nutrix nil prætermittit, ſed in multis modis, figuris, cantilenis, & lenociniis ſe exhibet, calefaciens, ac nutriens parvulum; ſic & Paulus, ut parvulos in fide nutriret, ac lactaret.

1.Cor.9. — *Paulus omnium formas induit pro omnium ſalute.* — Tertull.

11. Cum Iacob requieſcens dormiret in campo: *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens Cælum, Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum Scalæ.* Geneſ. 28. num. 12. Ad quæ verba D. Auguſtinus apud Lypomanum ait: *Vide te fratres, quanta ſint in hoc myſteria, Iacob typum gerebat Domini Salvatoris, ſed ſi Iacob Dominum in terra figurabat dormiens, quid eſt, quod in Cælo Dominus innixus ſcalæ cubabat. Quomodo Chriſtus Dominus in cacumen Scalæ in Cælo, & in B. Iacobo eſſe videbatur.* Chriſtus Dominus Scalæ extremitates tenet in ſummitate, ut omnium Dominus in inferiori parte, ut homo jacens in terra, eodem tempore ſimul apparet in Cœlo pomposa majeſtate, & ſimul in terris in abjecta noſtra humanitate: O ſupremi Principis forma, & typus in cacumine ſcalæ ſe oſtentat tota ſua amplitudine, qua regnat; at deſcendens de Cœlo, ut homines ad ſe alliceret, ac traheret, in terreno habitu ſe oſtentat, terreni corporis paſſionibus jacens, & dormiens, ut fatigatus ex itinere, ſic reſpondet quæſtioni D. Auguſtinus & ait: *Advertite quia ipſe Dominus, & in Cœlo, & in terra ſe eſſe dixit: Chriſtum Dominum, fratres chariſſimi, caput eſſe Eccleſiæ confitemur; ſi caput eſt Eccleſiæ, ſecundum caput in Cælo eſt, ſecundum corpus in terrà eſt.*

Gen.18. — D.Aug. — *Chriſtus Dominus ut homines alliceret, hominis conditiones aſſumpſit.*

12. In auguſtiſſima Nativitatis nocte ad Paſtores: *Ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos; evangeliſo vobis gaudium magnum, natus eſt vobis hodie Salvator.* Luc. 2. num. 8. at de Magis ſcribit D. Matth. 2. num. 2. Veniunt Magi ab Oriente Ieroſolymam, dicentes: *Ubi natus eſt Rex Iudæorum, vidimus ſtellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum.* Cur æqualiter Magi ſicut Iudæi non vocantur per Angelum, ſed per tam diverſiſſimos nuntios trahuntur. Nota quod apud Hebræos valde ſolemnis fuit Angelorum adminiſtratio, ut divinis monitis inſtruerentur. Sic ait Divus Stephanus. Actor. 7. num. 53. *Accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum*: At Magi maximè erant deditì Cœleſtium ſyderum contemplationi. Deinde cum originem traherent à Balaan, apud illos valde celebre erat ejus propheticum oraculum: *Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael* Numer. 24. num. 17. & ut reſtantur ibi Lyranus, & Divus Chryſoſtomus ad citatum locum Matth. & Divus Ambroſius lib. 2. in Luc. *Qui ſunt iſtì Magi, niſi, ut hiſtoria quadam docet à Balaan genus ducunt: à quo prophetatum eſt: Orietur ſtella ex Iacob.* Divinus noſter Imperator, ut diverſas nationes ſua Cœleſti diſciplina imbueret, ac in ſe copularet, mores, & conſuetudines, quas à ſuis majoribus hauſerant, non inflectit, & ita Hebræis per Angelos, Magis per Stellam, Nativitatis ſuæ Myſterium pandit, ut diverſas nationes diverſo genuino modo in ſe componeret. Abulenſis quæſtione ſeptima ad cap. 2. Matth. ait: *Iudæis, apud quos frequenter fiebant apparitiones Angelorum revelata eſt iſta nativitas per Angelos, Regibus autem Magis, tamquam aſſuetis in conſideratione cæleſtium corporum, manifeſtata eſt per ſignum ſtellæ*, ſic ait Chryſoſtomus ſuper Matth. *quod per conſueta voluit Deus eos vocare, eis condeſcendens.*

L. c. 2. — Math. 2. — Actor. 7. — Num. 24 — Lyran. — D.Chryſoſt. — D.Ambr. — *Chriſtus Dominus ut diverſas nationes ad ſe trahat, diverſo utitur modo.* — Abulenſ.

QUÆSTIO II.

Quare cum Timotheus, & Titus eſſent diſcipuli D. Pauli Apoſtolus circuncidit Timotheum, & noluit circuncidere Titum?

13. APoſtolus circuncidit diſcipulum ſuum Timotheum, ut patet ex præſenti Textu, & noluit circuncidere ſuum diſcipulum Titum, ut conſtat ex cap. 2. ad Galatas num. 3. *Sed neque Titus, qui mecum erat, cum eſſet gentilis compulſus eſt circuncidi.* Unde Apoſtolus indicat utriuſque differentiam; nam Timotheus ex matre erat Iudæus, & non poterant ſuſtinere Iudæi, quod ipſe non circunciderетur, & ejus prædicationem nolebant audire, quæ quidem ratio non militabat in Tito, cum eſſet gentilis, & ideo non erat compellendus circuncidi, ne videretur jugum legis Moſaicæ gentibus imponere, & cum eſſet gentilis nullum poterat eſſe ſcandalum, quod non circunciderетur, quod Iudæi ex Timotheo Iudæo incircunciſo deſumebant ideoque fuit evitandum.

Ad Galat. 2. — *Unus gentilis, alter Iudæus.*

14. Cum multum creſceret ſubſtantia Abrahæ, & Lot dicitur Geneſ. 13. num. 7. *Facta eſt rixa inter paſtores gregum Abram, & Lot; eo autem tempore Chananæus, & Phereſæus habitabant in terra illa*, qua de cauſa Sacer Textus obſervat, quod illi homines Chananæi, & Phereſæi habitabant in illa terra, cum hoc ad narrationem hiſtoriæ non videatur pertinere; hoc tamen voluit Spiritus Sanctus notare, ut adverteret magnam Abrahæ prudentiam, quod ſcandalum diſcordiæ decrevit vitare inter gentes infideles, & idololatras, quod videtur innuere D. Thomas apud Lahay, & ait: *Ideo hoc videtur interponi, ad innuendum, quod diſſenſio quæ fuiſſet inter Abraham, & Lot fuiſſet tunc periculoſum eis, propter gentes eas, inter quas habitabant.* Vide cap. 11. q. 5. n. 31.

Scandalum vitandum inter infideles. — D.Tho.

Secundo

15. Secundo quantum ad Timotheum, magna, & al-
ta providentia ſe habuit Paulus, non ſtatim omnia
legalia abradebat, ne penitus ea extirpando, ignem
furoris in eorum animis excitaret, ſed eorum extir-
pationem aliqua eis indulgendo, temperabat; Nam
Nova nõ ſubito introducenda ſi ea, quæ à majoribus ſunt ſancita, vel alte in ani-
mo radicata, repente vis evellere, vel immutare, ni-
hil efficies, animos magis indurabis, ut minimè eos
Tertull. valeas trahere. Unde perbelle dixit Tertullian. lib.
de Pudicitia cap. 17. *Paulus*, ait, *circumcidit Timo-
theum ſolum, & tamen abſtulit circumciſionem*, ali-
quantum cum Judæis condeſcendens eorum circum-
ciſionem leviter, ac ſuaviter de eorum animis dele-
vit, quod non feciſſet ſi repente omnia vellet im-
mutare.

16. Perpende magnam aſtutiam, qua præſtigioſus
adverſarios primos parentes tentavit: *Scit enim
Deus, quod in quacumque die comederitis ex eo
aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij ſcientes bo-
Gen. 3. num, & malum*, Geneſ. 3. n. 5. Non dixit eritis Dij,
ſed ait *ſicut Dij*, majus promitteret, & facilius vide-
tur poſſe fallere, ſi Divinitatem eis polliceretur,
nempe, quod eſſent Dij; At ſagaciſſimos inimicus
bene præcallebat, quod Adamus in certa ſui cogni-
tione perſiſtebat, quod erat creatura conditus à
Serpens paulatim ſe vult introducere. Deo, à qua ſui cognitione minimè poterat divelli,
& aliunde videbat, quod homo factus fuerat ad
imaginem, & ſimilitudinem Dei, unde inimicus, ut
ſuavius ſe valeat inſinuare non eis proponit quod
futuri eſſent Dij, ſed *ſicut Dij*, ut illa nempe ima-
go, ac ſimilitudo Dei, quæ eis fuerat conceſſa, ſu-
blimior, & altior erit in ſcientia, prudentia, ac
Lippom. cæteris Dei donis. Lippoman. ait: *Quare (inquiunt
aliqui) diceret ſerpens eos fore prudentes ac peritos,
quemadmodum ipſe Deus eſſet, qui eos condidiſſet?
Neque enim tanta arrogantia Adam fuiſſe putandus
eſt, ut oblatam Divinitatem voluerit appetere, ut eſ-
ſent Dij, ſicut Deus in ea cognitione*, qua ſcilicet
Deus.

17. Quia Roboam repente multa valde dura in po-
pulum induxit: *Pater meus cecidit vos flagellis, ego
3. Reg. 12 autem cædam vos ſcorpionibus*, 3. Reg. 12. n. 14. per-
didit magnam partem Regni ſui. *Receſſit Iſrael à
domo David uſque in præſentem diem*, Ibidem n. 19.
Sic etiam dicitur eodem cap. 12. n. 8. *Miſit Rex Ro-
boam Aduram, qui erat ſuper tributa, & lapidavit
eum omnis Iſrael, & mortuus eſt* ob duram, & rigo-
roſam exactionem.

QUÆSTIO III.

Quare Paulus, & Silas prohibiti ſunt prædicare Evangelium in Aſia?

18. NOn ſunt audiendi, qui dicunt, hoc factum
eſſe; quia Aſiani erant reprobati, atque ejecti
à Deo, hoc enim eſt falſum, Deus quippe nemini
ſuam denegat gratiam, utpote qui vult omnes ſal-
vos fieri.

19. Reſpondet primo D. Proſper lib. 2. de vocat. Gen-
tium cap. 3. & ait: *Nam illis non negata eſt gratia,
ſed dilatata, propter quam cauſam, ignoramus*, ſed
poſtea Paulus, & Joannes in Aſia prædicaverunt,
ſicut Lucas in Bithynia.

20. Secundo eſt communis, & vera expoſitio, quam
D. Proſp. Origen. D. Chryſoſt. tenent Origenes, D. Chryſoſt. D. Ambroſ. D. An-
ſelm. D. Thom. Lombardus, & alij; quia Aſiani
non erant tunc diſpoſiti, ac præparati ad recipien-
D. Amb. D. Anſel. dum verbum, qua de cauſa ait ipſe Apoſtol. Rom. 1.
n. 13. *Sæpe propoſui venire ad vos, ſed prohibitus ſum*,
& idem Apoſtolo dicitur infra cap. 22. n. 18. *Feſtina
velociter exi de Ieruſalem, quoniam non recipient* D. Tho. Lombar.
teſtimonium tuum de me, & ob indiſpoſitionem, & *Non erãt*
obdurationem auditorium, ait Abbas Moyſes apud *diſpoſiti,*
Caſſian. collat. 1. cap. ultim. *Quod ſæpè expertus ſit* *nec præ-*
quod ei defecerit ſermo, & lingua ejus areſacta ſit. E *parati.*
contra verò cum populus Dei eſt bene diſpoſitus, & Rom 1.
bene præparatus ſermo Dei advolat ad illum, ſic Act. 22.
infra præcipitur Paulo, Act. 18. n. 10. quod tendat Act. 18.
in Corinth. & prædicet: *Quoniam populus iſte mul-
tus eſt mihi in hac Civitate.*

Tertio Origenes homil. 9. In Levitic. Beda, & 21.
alij; quia prævidebat divinus Spiritus. Aſianos Origen.
contempturos Verbum Dei, ait D. Greg. homil. 12. D. Greg.
in Ezech. quod ex Dei miſericordia ſubſtracta eſt Beda.
eis prædicatio: *Ne gravius de contempta prædica-* *Ad evi-*
tione mali auditores judicari mererentur. *tandum ſupplicium.*

Quare Oecumenius ſic ait: *In Aſia, & Bithinia*
vetat Spiritus ſanctus ne verbum diſſeminent Apo- 22.
ſtoli, præſcius hæreſim eorum; qui Spiritum impugna- Oecum.
rent, dominaturam illis, qui ibi degerent. Prævide- *Hæretici ut peſtilentes fugiendi.*
bat divinus Spiritus multas hæreſes ibi dominatu-
ras in ſuis habitatorijs prohibet, ne Paulus illuc
peragret; non quia hujuſmodi cautela eſſet Apo-
ſtolis neceſſaria, ſed ut nobis ſit certiſſima eruditio,
ut univerſi illa informentur, quod hæreſum peſti-
lentiſſima contagio aërem toxicat, & totam regio-
nem mortiferè venenatam reddit.

Per locuſtas illas, quas vidit Joannes in Apoca- 23.
lypſi 9. n. 7. *Facies earum tamquam facies hominis*, Apoc. 9.
& ſtatim dicitur n. 10. *Et habebant caudas ſimiles* Haymo.
Scorpionum. Intelligunt communiter Patres Haymo Ansbert.
Ansbertus, Albert. Magn. & alij, Hæreticos, nam Albert. Magn.
ejus præſentia, affabilitatem, ac benignitatem ho- *Affabilitate necant.*
minis demonſtrant ſubrepticiè peſtilentiali ſuæ do-
ctrinæ cauda interficiunt, ne cautos inveniat, ab
eorum aſpectu fugiendum eſt.

Quia ſerpens hominem decepit, & peccare fecit, 24.
ait illi Deus: *Quia feciſti hoc, maledictus es inter
omnia animantia, & beſtias terræ, ſuper pectus gra-
dieris*, Geneſ. 3. n. 14. Et quia maledictio, qua per- Gen. 3.
cuſſus eſt, exterius non apparebat, datur ei, ut ſuper
pectus incedat; Nam, ut tradunt Plinius, Pierius Plinius.
Valerianus lib. 14. Serpens dum raptat per terram, Pierius.
cuncta, quæ tangit, venenata relinquit, & merito
tali pœna molectatur, cum ex ſuo conſortio lethale *Hæreticorum*
toxicum in genus humanum manaverit, & merito *halitus*
D. Chryſoſt. homil. 45. in imperfecto per ſerpentem *venenoſus.*
hæreticos interpretantur, quorum opera, & verba
utpote venenata valde nociva ſunt: Unde dixit Al- Albert.
bertus Magnus ſerm. in Dominica 3. *Exhalationem* Magn.
è corpore mortuo nocivam eſſe nullus dubitat. Hære-
ticus cum ſit mortuus Eccleſiæ, & verè mortuus,
nullus dubitat, quam lethalis, & nocivus nobis ſit
ejus halitus, & odor.

Ait Paulus ſcribens ad Timoth. 2. cap. 2. n. 16. 17. 25.
Profana autem, & vaniloquia (id eſt hæreticos, & 2. Tim.
profanos) *devita: Multum proficiunt ad impieta-
tem, & ſermo eorum, ut cancer ſerpit.* Illud verbum
devita Græcè *rejice*. Eraſmus: *Abſcinde.* Henricus Græcus.
Stephanus: *Fuge declina.* Vatablus: *Prætermitte*, Eraſmus.
& ait Apoſtolus: *Ut cancer ſerpit*, ut cancri mor- Vatabl.
ſos, qui niſi citò ei occurratur, ac præſcindatur citò *Ab hæreticis fugiendum, ut à morbo contagioſo.*
totum hominem corrumpit, atque interimit. D. Cy-
prian. lib. 1. epiſt. 3. ad Cornelium inquit: *Declinent
fortiter, & evitent dilectiſſimi fratres noſtri verba, &
colloquia eorum, quorum ſermo, ut cancer ſerpit, nulla
cum talibus comercia, nulla convivia, nulla collo-* D. Cypr.
*quia miſceantur, ſintque ab eis tam ſeparati, quam
ſunt ab Eccleſia profugi.* D. Leo ſerm. 5. de jejunio D. Leo.
decimi menſis docet evitandos hæreticos, ut ſerpen-

tes, & ait: *Quia ſermo eorum ſerpit, ut cancer humiliter irrepunt, blande capiunt, molliter ligant, latenter occidunt*, &c.

Actor.16.n.7. Cum autem veniſſent in Myſiam tentabant ire in Bithyniam, & non permiſit eos Spiritus IESU.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE II.
à Verſ.7. Uſque ad 12.

Arabic. D.Epiphan.

26. Verſ.7. CUm *veniſſent in Miſiam* quæ eſt una Civitas in Aſia minori; *Tentabant ire.* Arabic. *Studuerunt proficiſci.* D.Epiphan. *Conabantur.* Spiritus Pauli non acquieſcebat, ſed inceſſanter laborabat pro animarum ſalute. *In Bithyniam*, quæ eſt alia Civitas Aſiæ minoris. *Spiritus Ieſu.* D.Epiphan. *Spiritus ſanctus.* Qui eſt unus, ac idem, ac Spiritus Jeſu, nam Spiritus ſanctus æqualiter procedit à Patre, & Filio, cur autem non permiſerit patet ex proxima q.1. antecedenti.

27. Verſ.8. *Deſcenderunt in Troadem*, quæ ut multis placet eſt Regio illa, ubi quondam fuit celebris urbs Troia.

Syriac. Gloſſa. Beda. Carthuſ.

28. Verſ.9. *Viſio per noctem.* Syriac. *Per viſum nocte apparuit Paulo vir Macedo.* Gloſſa Ordinaria, Beda, & Carthuſ. exiſtimant fuiſſe Angelum tutelarem Macedoniæ exhortans Paulum, ut in Macedoniam tranſiret, aſſumens habitum, formam, ac vocem Macedoniæ, vel ipſe Angelus tutelaris, ac præſes Macedoniæ excitavit, ac efformavit ſpecies in phantaſia S Pauli, ut vir Macedo videretur. De Angelo tutelari multa dixi ſupra cap.12. quæſt.16. n.155. 156.

Arabic. Baron. D.Hier.

29. Verſ 10. *Statim quæſivimus proficiſci.* Arabicus: *Statim ſtuduimus egredi*; Cum verò D.Lucas huc uſque locutus fuiſſet de Paulo in tertia perſona, & modo mutat ſtylum loquens in prima perſona: *Quæſivimus.* Colligitur, quod ipſe D.Lucas, Paulus, ac Timotheus, & Silas fuerint in prædicatione Evangelica, ac proinde anno decimo nono à morte Chriſti, ut computat Baronius; Unde ait D.Hieronym. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, deinceps D. Lucas non tam audita, quàm viſa à ſe Pauli geſta refert: tamen videtur, quod in fine hujus capitis iterum receſſit à Paulo, ubi primam perſonam mutat in tertiam, idque firmiter, ac conſtanter uſque ad cap.10.n.5. ubi iterum in prima perſona loquitur Paulus frequenter ſuos diſcipulos modo ad hanc partem, modo ad illam mittebat ob animarum ſalutem, ac prædicationem Evangelicam.

Arabic. Diodor. Caiet. Arias. Ganæus.

30. Verſ.11. *Navigantes autem à Troade.* Arabic. *Conſcendimus ergo mare*, venimus recto itinere Samothraciam, quæ eſt inſula ſic dicta à Samijs, ſeu Thracibus, unius Regionis incolis, vel etiam incolis, ut vult Diodorus, huic è vicino adjacet Neapolis è regione inſulæ Theſi, ut tenent Caiet. Arias, & Ganæus; addit tamen Oecumenius ſua ætate Chriſtopolim dictam fuiſſe.

Syriac. Cicero.

31. Verſ.12. *Deinde Philippos.* Veniamus ad hanc urbem ſic dictam à Philippo Magni Alexandri patre; *Quæ eſt prima partis Macedoniæ.* Syriacus: *Principium Macedoniæ, & dicitur Colonia*, nempe Romanorum Coloni vocabantur Cives Romani, qui ad aliquam Urbem habitandam transferebantur, & non proprijs, ſed Romanorum legibus vivebant, jureque Romanorum gaudebant, de quo Cicero lib.3. de Natura Deorum.

Arabic. D.Chryſoſt. Pagnin. Clarus. Vatabl.

32. *In hac urbe diebus aliquot conferentes.* Arabic. *Perambulantes.* D.Chryſoſt. *Converſantes.* Pagnin. Iſidor. Clarus, Vatabl. *Commorantes.* Ibi enim permanſerunt per aliquot dies, ut magis firmarent, ac radicarent fidem in animis audientium prædicantes in varijs locis Civitatis. Arabic. *Ambulantes*, & etiam tractantes de his, quæ pertinebant ad animarum ſalutem.

QUÆSTIO IV.

Quare vigilanti Paulo mandatur, ut non prædicet in Aſia; dormienti, ut prædicet in Macedonia?

Difficultas quæſtionis.

VT vidimus ſupra verſ.6. per internam inſpirationem prohibuit Spiritus ſanctus Paulum in vigilia ne prædicaret in Aſia, ſicut etiam hic verſ.7. vetavit idem Spiritus ſanctus ne irent in Bithyniam, at vero nunc per noctem, & in ſomnis, *Vir Macedo quidam ſtans, & deprecans eum dicens: tranſiens venis in Macedoniam* verſ.9. Statim ſine ulla dilatione viam arripit, & Macedoniam ingreditur; Unde tanta differentia? 33.

Verò obedientis dormiens vigilat ad Domini mandatum. D.Chryſoſt.

In utroque facto obedientia Pauli, ejuſque charitas in proximos reſplendet, ut munus prædicãdi ſibi commiſſum non adimpleret grande, & urgens mandatum fuit interponendum, & ideo vigilanti datur mandatum prohibens ab Spiritu ſancto, at vero ut humanæ ſalutis perageret negotium, ut vehemens ejus deſiderium exoptabat, levis, & minima inſinuatio ſufficiens, & abundans erat, ideoque dormienti intimatur. D.Chryſoſt. homil.34. in Acta: *Vide*, inquit, quod non per Angelum monetur, ſicut Philippus, vel Cornelius. Sed quomodo? per viſionem in ſomnis. Nam ubi ſolum, ut prædicaret ad hoc ſomnium apparet. 34.

Math.1. Math.2. D.Paſch. Maximè commendatur obedientia Ioſeph.

Tripliciter Angelus apparet Joſeph monens eum de rebus magnis, ac graviſſimis, & ſemper in ſomnis; Primo de altiſſimo Incarnationis Myſterio: *Noli timere accipere Mariam, quod in ea natum eſt de Spiritu S. eſt*, Matth.1.n.20. Secundo ut cum puero, & matre fugiat: *Fuge in Ægyptum, & ſta ibi dum dicam tibi*, Matth.2.n.13. Ut oſtenderet in Ægyptum terram longinquam extraneam per viam, ei ignotam, & incognitam. Tertio ut de Ægypto reverteretur in Ieruſalem, ubi non erant minores difficultates: *Surge accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Iſrael*, Matth.2.n.20. Et in his tribus vicibus notanter exprimit ſacer Textus, quod *Angelus Domini apparuit in ſomnis.* Cur ſemper in ſomnis, & non aliquando in vigilia, ut Angelus apparuit Paſtoribus, Luc.2. D.Paſchaſ.lib.1. in Matthæum, *ut commendaretur obedientia Ioſeph*; nam licet rerum magnitudo omnem humanum captum tranſcenderet, obedienti tamen ſufficiens fuit levis inſinuatio etiam per ſomnium ad captivandum intellectum cum diligenti operum executione. 35.

Cant.2. Iuſtus dormiens vigilat ad Dei obſequium.

Alto, & profundo ſomno tenebatur anima ſancta, ut ne quis eam audeat inquietare, juramento interpoſito Sponſus ſodales adſtringit: *Adjuro vos filiæ Ieruſalem, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam quoadusque ipſa velit*, Cantic.2.n.7. & tamen immediatè ait ipſa: *Vox dilecti mei*, n.8. & iterum: *En dilectus meus loquitur mihi*, n.10. Si tanto ſopore tenebatur, ut ne à ſodalibus eſſet excitanda, quomodo ſic dormiens ſtatim ſentit vocem Sponſi, & ad illam excitatur, quem vigilantes ſodales non agnoverant, illa ſola dormiens audit, & agnoſcit? talis eſt juſtorum ſomnus à Deo immiſſus, qui videntur dormire, ut corpori, & humanæ 36.

naturæ

naturæ indulgeant, & inſerviant, mens tamen ſemper vigilat ad Dei obſequium, & famulatum ſumma promptitudine, & exacta obedientia. Ad hoc
D. Bern. tendit D. Bernardus in Cantico ſerm. 52. ubi ſic ait: *Iſtius vitalis, vigilque ſoper ſenſum interiorem illuminat: Re vera dormitio eſt, quæ tamen ſenſum non ſopiat, ſed abducat*, ait, *quod vitalis, & vigil ſit ſopor*, eſt ut corpus ſerviat naturæ, vitalia, & vigil, ut Deum audiat, & ei obediat.

QUÆSTIO V.

Quare D. Paulus tam diligenter per mare navigat, & venit Macedoniam?

37. Origen. IAm unam rationem ex multa Pauli charitate aſſignavi, aliam inculcat Origenes homil. 1. in Lucam, & ait: *Erat quidam Paſtor Macedoniæ, hic neceſſarium habebat auxilium Domini; propterea*
Act. 9. *apparuit in ſomnis Vir Macedo dicens*: Tranſiens in Macedoniam adjuva nos, quid *de Paulo loquar? Cum hæc non Paulo, ſed qui in Paulo erat locutus ſit Ieſus*. In Paulo erat Jeſus tanquam in vaſe quodam:
Nomen Ieſu vita, & ſalus. *Vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum coram gentibus*, Act. 9. In Paulo erat nomen Jeſu, Hinc Angelus habitu Macedonico exhortabatur, ut tranſiret in Macedoniam, ut virtute tanti nominis Chriſti poteſtas maximè clareſceret, & omnis ſalus, & vita in Macedonios dimanaret: *Hæc non Paulo, ſed qui in Paulo erat loquutus ſit*, ut Jeſus qui erat in Paulo loqueretur, & diceret.

38. Maximè dubitabis, quod Chriſtus D. tres mortuos ſuſcitaverit patenter, & in omnium oculis La-
Ioan. 11. zarum multis præſentibus, Ioan. 11. n. 44 Filium
Luc. 7. viduæ coram multa turba, Luc. 7. n. 15. Filiam
Marc. 5. Jaïri coram patre, & matre, & alijs Marc. 5. n. 40. tamen ipſe occultè nemine vidente reſurrexit, cur non multis videntibus, ad majorem oſtentationem ſuæ potentiæ, & Divinitatis, ſicut ipſe abiens in Cœlum, cur nobis non reliquit ſuæ ſupremæ
Ieſus ſignum divinitatis Chriſti. Majeſtatis aliquod viſibile ſignum? Maximè horum omnium præclariſſimum teſtimonium nobis dedit, ac reliquit in ſuo ſanctiſſimo nomine Ieſu; ſi enim aliqui eum reſurgere vidiſſent, poterant di-
Maiora miracula ſunt per nomē Ieſu quā quæ Chriſtus ediderit. cere eſſe Phantaſma, vel ſi aliquod viſibile ſignum in nobis conſtituiſſet, poterant dicere eſſe quid fictitium, ac apparens: At vero quis de ejus reſurrectione, poteſtate, ac divinitate audeat dubitare, cum ejus nomen Ieſu quotidie adverſarias poteſtates deſtruat, mortis vincula diſſolvat, & multa mirabilia ſolius Dei propria per nomen Ieſu perpetrentur; quid evidentius ſi nomen Ieſu reſuſcitat mortuos, quod ipſum reſurrexiſſe evidens eſt ſignum; ſi per nomen Ieſu eduntur, quæ ad ſolum Deum ſpectant, planum, & evidens eſt ipſum eſſe verum Deum, & tanta virtute hoc ſanctiſſimum nomen plenum eſt, ut per illud multa majora exhibeantur, quàm quæ Chriſtus Dominus per ſemet-
D. Baſil. Seleuc. ipſum præſtiterit. D. Baſilius Seleucus orat. 41. ait: *Reſurrectio nunquam tantam fidem conciliaſſet, ſi in oculis omnium Chriſtus fuiſſet, illi enim poterant obtrudi ſpectrum eſſe; atqui ab ejus ſolo more nemine majora miracula provenire videbas, quàm ab ipſo in carne inter mortales agente, non poſſet non credere, niſi fortè mente eſſet extenſa.*

39. Ait Chriſtus D. Ioan. 14. n. 13. *Qui credit in me,*
Ioan 14. *opera, quæ ego facio & ipſe faciet, & majora horum faciet; quia ego vado ad Patrem; & quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam.* Maximè notandum, quod de oratione, ac petitione facienda ſolum loquitur de illa quæ fit in nomine ejus, cur non etiam agit de illa, quæ fit per ejus perſonam, ac ſi diceret: ſi petieritis Patrem per me; nam frequenter in toto Evangelio multa in ſua perſona diſponit, ac ordinat: *Ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros*, Matth. 5. n. 44. *Ego mitto vos ſicut* Matth. 5
oves inter lupos, Matth. 10. n. 16. Et ſic paſſim mul- Math. 10.
tis alijs in locis tam ipſe Omnipotens Deus voluit ſublimare, & exaltare ipſum ſanctiſſimum nomen Ieſu, ut diſpoſuerit, quod in hominum æſtimatione efficacius haberetur ad impetrandum, quam ſi in perſona ipſius Ieſus peteretur, & ideo non ait ſi quid petieritis Patrem per me, ſed in nomine meo. Theophylactus ait: *Per orationem, ac invocationem hujus nominis Ieſu poteſt quis exercere prodigia.* Unde notat D. Chryſoſtom. homil. 73. in Ioannem, quod Apoſtoli in nomine Ieſu faciebant ſigna prodigioſa & miracula. De hoc ſanctiſſimo nomine vide in Sybillario hoc nomen Ieſu. *Nomen Ieſu efficaciſſimum ad magnā.* Theoph. D. Chryſoſt.

Actor. 16. n. 13. Die autem Sabbathorum egreſſi fuimus foras portam juxta flumen, ubi videbatur oratio eſſe, & ſedentes loquebamur mulieribus, quæ convenerant.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE III. *uſque ad Verſ. 15.*

Verſ. 13. DIe Sabbathorum. Dies quietis ab operibus, & totus Dei cultui conſecra- 40.
tus: *Ubi videbatur locus orationis eſſe.* Syriac. *Illic domus orationis conſpiciebatur.* Græcus: *Oratorium.* Syriac. Græcus.
Ita dictum ab oratione, ſicut Cœnaculum à cœna, deambulatorium ab ambulando, Eccleſia in cœtu, ac congregatione populi; talia loca apud Iudæos, & Samaritanos, ut notat D. Epiphanius hæreſ. 80. D. Epiphan.
erant extra Civitatem, ut quietius orarent extra tumultum.

Hic autem locus videtur quod fuerit Synagoga 41.
Iudæorum, quia ad illum ſe conferebat Lidis, de qua dicitur ſtatim verſ. 14. quod fuerit *colens Deum*, quod quidē de ea haud diceretur ſi eſſet idololatra, ac illud eſſet idolorum, ut vult Salmeron, ad hunc Salmer.
locum tendebat Paulus cum ſuis diſcipulis, ut ibi prædicaret, ac doceret, ut notant D. Chryſoſt. *Lo-* D. Chryſoſt.
quebamur mulieribus, quia ut ait Lyranus, ſunt maximè piæ, ac devotæ. Lyran.

Verſ. 14. *Nomine Lidia.* Aliqui ita dictam exi- 42.
ſtimant, utpote originem habens, à Lidia Provinciis in Aſia minori, ſed non ſtat, quia licet cognomina ſumantur à Patria, v. g. Ioannes Ulyſſiponenſis, vel Toletanus, non tamen nomen perſonale, & Baſeb.
ſi à patria ejus nomen ſumendum eſſet diceretur Thatirena, de qua Civitate erat nata. *Purpuraria*; quia induebatur purpura, & valde nobilis, alij quia purpuram intingeret, cujus opifices in multa æſtimatione erant apud antiquos, ut tradunt Euſebius, Nicephorus, Ammon, Marcellinus apud Lorin. Niceph. Ammon. Lorin.
cum tamen Syrus, Græcus, & Arabicus legant *Venditrix purpuræ*, hoc eſt ejus officium, quod fieri ſolet à mercatoribus ditioribus, qui vendunt pretioſa. Ita Cornelius, Menochius, Tyrinus, & purpuram vendere pro magno honore decorabatur teſte Baronio. Menoch. Tyrin. Cornel.

Civitatis Thyatirenorum, Civitas eſt Lydiæ, de 43.
qua egi in Apocalypſi 1. verſ. 18. *Colens Deum*, ali- Apoc. 1.
qui dicunt, quod erat Gentilis, & lumine naturali illuſtrata eſt à Deo, ita Caietan. melius tamen di- Caietan.
cendum

Interlin., Gloſſa. Carthuſ. Hugo.

cendum quod fuerit Iudæa proſelyta. Ita Gloſſa Interlio. Lyranus, Carthuſ. Hugo, docor in hanc ſententiam, quia videbatur convenire ad Synagogam Iudæorum. *Cujus Dominus aperuit cor*. A quo eſt omne bonum, *& donum perfectum*.

44. Verſ.15. *Baptizata eſt*, ecce effectus Divinæ gratiæ. *Si judicatis me* fidelem manere in domo mea; nam fideles cum fidelibus habent habitare, & or etiam veſtro colloquio, ac doctrioa fruar, meamque gratitudinem ob tantum beneficium in me collatum oſtendam. De Lydia facit mentionem Martyrologium Romanum dicens quod fuerit prima, quæ Philippis Macedooiæ io Chriſtum credidit.

Actor.16.n.16. Factum eſt autem euntibus nobis ad orationem puellulam quandam habentem ſpiritum Pythonem obviare nobis, quæ quæſtum magnum præſtabat dominis ſuis divinando.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV. uſque ad Verſ.21.

45. Syriac. Æthiop.

Verſ.16. *AD orationem* in loco, in quo ſolebat fieri oratio. *Spiritum Pythonem*. Syriacos: *In qua erat ſpiritus divinationis*. Æthiop. *Vaticinans*, ſic autem dicitur deducta ſignificatione à verbo Græco, quod eſt conſulere, vel interrogare.

46. Arabic.

Verſ.17. *Hæc ſubſecuta Paulum*, Deo ſic ordinante. *Clamabat, iſti homines ſervi Dei excelſi*. Arabicus: *Dei Altiſſimi*, quod faciebant Dæmones multa ſua depravata malitia, ut inde eos accuſaret, quod prædicabant novam legem contra Romanorum ſtatuta.

47. Verſ.18. *Dolens autem Paulus*. Græcus: *Ægrè tulit Paulus*. Arabicus: *Indignatus eſt Paulus*, tum ob miſeram vexationem puellæ, & ob tantam populi deceptionem factam à Diabolo, ut homines ad ſe traheret, Dæmonum laudes rejiciens, ut fecit Chriſtus D. Luc.4.n.41. de quo infra q.7.

48. Arabic. Lucifer. Syriac. Arabic. Æthiop.

Verſ.19. *Videntes autem Domini ejus*, & dolentes, maximè, *quia exivit ſpes quæſtus eorum* Arabic. *Spes artis ſuæ*. Lucifer. *Quia exivit redditus*, inde inſurgunt in Paulum, & Silam comprehendentes eos: *Produxerunt in forum ad Principes*. Syriac. *Adduxerunt eos in plateam* ad primiores Urbis. Arabic. *Trahentes eos per vicum ad præfectos Urbis*. Æthiopic. *Ad judices*, ut ab eis punirentur Paulus, & Silas.

49. Tertull. Ariſtid.

Verſ.20. *Conturbant Civitatem cùm ſint Iudæi*. Atteſtantur de Paulo, ac ſocijs, quod ſint Judæi, nam Iudæi maximè erant in odio Romanis, ac gentibus ob diverſitatem fidei, cultûs, ac morum: Tum etiam ob odium in Chriſtianos tamquam ex Iudæis provenientes, ut tradunt Tertullianus in Apolog. cap.7. & ex Apologijs Ariſtidis Quadratius.

50. Syriac. Vatabl. Æthiop. Lucifer. Lex Roman.

Verſ.21. *Et annuntiant morem*. Syriac. *Prædicant ritus*. Vatabl. *Inſtituta*. Æthiopic. *Docent nos legem*. Lucifer. *Prædicant ſectam*, novam religionem, ac fidem, quam non licet nos recipere, cum ſimus Romani, coloni nempe Romani lege Romanorum viventes; qui non poſſumus recipere novam Religionem, ac legem, niſi ex mandato Senatus, ſic Diabolus frequenter tentat, & ad peccatum producit prætextu alicujus obſervationis, & legis.

QUÆSTIO VI.

Quare Dæmones laudant Apoſtolos, homines vero eos criminantur, & opprobrijs afficiunt.

51. CLamant Dæmones in puella, ut vidimus verſ. 17. *Iſti homines ſervi Dei excelſi, qui annuntiant vobis viam ſalutis*, quarum laudum variæ aſſignantur rationes à Doctoribus.

52. Variæ rationes. Gloſſa. Beda. Carthuſ. Hugo. D.Chryſoſt. Oecum. Lyran. Caiet.

Prima: Hoc dixit Diabolus per os puellæ coactus, & compulſus à Deo. Ita Gloſſa, Beda, Carthuſ. Hugo. Secunda: Hoc ſponte dixit Diabolus ſagaciſſima arte, ut multos ad ſe alliceret, ut exiſtimarent ipſum Dæmonem eſſe Spiritum Divinum, vel ipſum habere ſecum, ſiquidem ſervos Dei agnoſcebat, ac publicabat. Ita D.Chryſoſt. Oecum. Lyra, Caietan. Arias. Tertia, ut ait Chryſoſtom. quod hac arte hoc fecerit, ut Paulum adulando ipſum ſibi conciliaret, ne à puella expelleretur.

53. Ratio genuina. Diabolus cum videtur laudare accuſat.

Quarta, & mihi videtur magis genuine, hoc fecit Diabolus, non amore Pauli, ſed malicioſo odio, ait: *Iſti homines ſunt ſervi Dei excelſi, annuntiant, ſeu prædicant viam ſalutis*, in quo tacitè, ac doloſè accuſabat ſacros Apoſtolos, quia contra mandatum Senatus Romani prædicabant novam legem, novam fidem, quod erat prohibitum, ut notavi in Expoſitione, & inde eos accuſant: Verſ.21. *Annuntiant novam legem, quam non licet ſuſcipere, cum ſimus Romani*. Conſidera Diaboli artem, iu quo videbatur laudare, doloſè accuſat.

54. Quæſtio tamen principaliter inquirit, & maximè ad moralem ſenſum, cur Diabolus laudat Paulum, ut vidimus modo per os puellæ clamantis: *Homines iſti ſervi Dei excelſi annuntiant vobis viam ſalutis*, quod magnum eorum præconium erat; At verò de hominibus dicitur ſtatim Verſ.21. *Videntes Domini ejus*, ſcilicet puellæ, *quia exivit ſpes quæſtus eorum, apprehendentes Paulum, & Silam produxerunt eos ad Principes, offerentes eos Magiſtratibus, & dixerunt: Hi homines conturbant Civitatem noſtram, annuntiant morem, quem non licet nobis ſuſcipere*. Ecce Diaboli crudeliſſimi hoſtes humani generis honorificant Paulum, & Silam, acclamantes ſervos Dei excelſi; At vero homines mille contra eos opprobrijs inſurgunt accuſantes eos, ut perturbatores Civitatis, atque totius populi: *Conturbant Civitatem noſtram*. Unde tanta rei differentia?

55. Reſpondeo, quod Dæmooes maligno odio humanum genus perſequuntur; at illi homines erant avaritia pleni: *Videntes Domini ejus, quia exivit ſpes quæſtus eorum*, indeque manet tota reſoluta quæſtio. Sæviores, ac rigidiores ſunt avaritia æſtuantes, quam Dæmooes crudeliſſimi, humani generis hoſtes. Tbrophylactus in præſenti ait: *Vide illos, nec Dæmonem quidem curantes, atque morantes, ſed unum dumtaxat, nempe pecuniæ ſtudium, & avaritiam ſpectantes. Ille Dæmon dicebat: Servi ſummi Dei ſunt; hi vero perturbant noſtram Civitatem. Ille dicebat annuntiant vobis viam ſalutis, iſti, tradunt nobis conſuetudines, quas non licet ſuſcipere*. Cum avaritiam, & quæſtum ſpectantes, inde omne nefas.

Avarus crudelior Dæmone. Theophyl.

56. Compone modo inter ſe Diabolum, & Pharaonem, dum Angelus percuſſor gradiebatur per Ægyptum interficiens eorum primogenita cum videbat ſanguinem ſuper liminari, ac ſuper utroque poſte, tranſibat, & non ingrediebatur domus Hebræorum Exod.12.n.23. & ut tenent Rupertus ibi, & Genebrardus, Angelus ille erat Diabolus, & tamen non

Exod.12. Rupert. Genebr.

audet

audet intrare, nec conatur ingredi domos Hebræorum, nec aliquod eis inferre nocumentum: At Pharao, cum cognoviſſet quod Iſrael abibat multis onuſtus divitijs, ac bonis Ægyptiorum, dixit: *Perſequar, & comprehendam, dividam ſpolia, implebitur anima mea: evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea*, Exod. 15. n. 9. Diabolus non audet intentare aliquid contra Iſrael, & Pharao omni conatu perſequitur, ut illum interficiat, & deſtruat, utpote qui avaritia, & auri cupiditate ferveſcebat. *Dividam ſpolia, implebitur anima mea.* Avaritiæ æſtus Diaboli malitiam, ac ſævitiam ſuperabat, ad hoc tendit D. Chryſoſtom. homil. 58. in Ioannem: *Omni tyranno gravior eſt pecuniarum cupiditas, nullam enim voluptatem habet, ſed curas, invidiam, inſidias, odia, calumnias, & innumera virtutis impedimenta.* Vide ſupra cap. 14. q. 1. n. 7. & 8.

Exod. 15.
Affectus avaritiæ ſuperat Diaboli malitiam.
D. Chryſoſt.

QUÆSTIO VI.

Quare D. Paulus dolet, & non vult audire Diaboli laudantis voces?

57. CLamabat Diabolus puellæ voce magna encomia prædicans de Apoſtolis: *Iſti homines ſervi Dei excelſi ſunt, qui annuntiant vobis viam ſalutis.* Audiens tamen *Paulus dolens*, ſeu ut ait Græcus: *Ægrè ferebat.* Arabic. *Indignatus eſt:* quod ille dicebat verum erat, & multum conducens, ut Pauli doctrinam omnes reciperent, ac ut ejus verba auſcultarent, qui dicebat *viam ſalutis vobis oſtendunt.*

Græcus.
Arabic.

58. Reſpondet Theophylactus, & ait: *Cum ea res Paulum momordiſſet, atque etiam vera dicentem repreſſit, docens nos, ne veritatis quidem patrocinio ſimulantes Dæmones admittere, ſed omnem illis fraudis aditum præcludere, & ad omnia, quæ ab illis dicuntur, aures obturare debere.* Dæmones nunquam veritatem purè, & ſincere dicunt ſed mixtam aliqua falſitate, & malitia, ut ſæpe objecta una veritate ſub illius pallio venenum ſuæ perverſitatis tegunt, ut ſe valeant inſinuare, ac ſimulatè ingerere, & ad perditionem trahere, ideoque nunquam ei fides adhibenda eſt.

Theoph.
Diabolus ſub prætextu veritatis ſeminat falſitatem.

59. Ait Chriſtus D. de Diabolo, Ioan. 8. n. 44. *Cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & pater ejus.* Expende illud *ex proprijs loquitur*: tam affecta eſt ejus natura mendacio, ut ipſum mendacium verſum ſit in naturam, ac proinde cum loquitur mendacium, non eſt veluti ex quodam vitio ſuperaddito, ſed ab ipſa natura, quæ tota converſa eſt in mendacium: *Ex proprijs loquitur*; nam Diabolus à nemine didicit mentiri, ſed à ſemetipſo, ut ait D. Cyrill. ſtatim citandus.

Ioan. 8.
Diaboli mendacium verſum eſt in naturam.

60. *Mendax eſt, & Pater ejus*, cur Diabolus non ſolum dicitur mendax, ſed Pater mendacij, cur ſic dictus? Quia fuit primus, qui à Deo diſceſſit, primus, qui introduxit mendacium in mundum appetens Dei ſimilitudinem: *Similis ero Altiſſimo.* Noſter D. Cyrillus Alexandrinus lib. 6. in Ioan. cap. 6. ait: *Diabolus à ſemetipſo mendax fuit; quia à nemine prius audivit, ſed ipſe ſuum genuit mendacium. A veritate, ſiquidem, & à Deo, qui veritas eſt, ſponte ſua ſe avertens, horrendas mendacij tenebras incurrit; & quemadmodum Deus verax eſt, & Pater veritatis, ita quoque Diabolus mendax eſt, & Pater mendacij.* Diabolus fuit primus, qui à Deo ſumma veritate ſe avertit, primus, qui mendacium introduxit in mundum, primus, ac principalis mendacij ſeminator, & qui omnes conatur ad mendacium pellicere: unde mendaces dicuntur filij Belial, id eſt filij Diaboli, 3. Reg. 21. n. 10. Rupertus lib. 8. in Ioan. ait: *Qui contra Naboth falſo teſtificati ſunt recte dicuntur filij Diaboli.*

Cur diabolus dicitur pater mendacij.
D. Cyril. Alex.
Rupert.
3 Reg. 21

61. Et ſicut veritas conſiſtit in indiviſibili, & in ſumma conformitate rei ad rem, ſic & mendacium in ſumma difformitate, ac diſcrepantia rei ad rem multis, & varijs modis, & ideo Diabolus mendacij Pater ad illud diſſeminandum multas induit formas, modo apparet, ut *Angelus lucis*, 2. Corinth. 14. modo ut *Draco magnus*, Apoc. 12. n. 3. Ut *Serpens antiquus*, Apoc. 20. n. 2. *Leo rugiens*, 1. Petri 5. n. 8. *Lupus rapax, & diſpergens oves*, Ioan. 10. n. 14. *Aſpis, & Baſyliſcus venenoſus*, Pſal. 90. n. 13. Aliquando formam hominis induit: *Inimicus homo hoc fecit*, Matth. 13. n. 39. Ubi nota quod frequenter comparatur animantibus venenoſis, & rapacibus, quia injecto veneno rapit, & inde tot formas induit, ut notavit D. Gregor. Nyſſenus lib. 33. Moral. cap. 14. & ait: *Multarum rerum vocatur nomine, quia ante deceptorum mentes in varias formarum ſpecies vertitur*, ad quod etiam tendit D. Paulinus epiſt. 2. ubi ſic ait: *Excipit nos innumeris ſerpens inſidijs, cui nomina mille, mille nocendi artes.* Vide ſupra cap. 5. quæſt. 18. n. 134.

2. Cor. 11.
Apoc. 12.
Apoc. 20
1. Petr. 5.
Ioan. 10.
Pſal. 09.
Diabolus habet mille nocendi artes.
D. Greg.
D. Paulin.

QUÆSTIO VIII.

Quare hæc puella divinando multas comparabat divitias, Prophetæ multa prædicendo nihil lucrabantur?

PUella hæc, ut Syriacus legit: Habebat ſpiritum divinationis, & inde multum lucrum requirebat, ſed Prophetæ magna, & alta prædicebant, & tamen nihil auri, & argenti comparabant, ſed pauperes, egentes, afflictique verſabantur? 62.

Reſpondeo, quod Prophetæ vera, & multoties valde amara annuntiabant; At vero hæc puella talia mendacia ſpargebat, indeque multum pecuniarum emolumentum ſibi aggregabat; apud mundiales veritas valde amara eſt, & odium parit, falſitas valde grata, animoſque conciliat. D. Aldhelmus epiſt. 11. ſic ait: *Pythoniſſa per ſpiritum falſitatis frivola vaticinatur, & ob hoc ſumptuoſas procerum opulentias affluenter cumulans, gaziſque quæſtuum delicioſis affatim locupletabatur.* 63.

Divitiæ cumulantur falſitate.

Ait Michæas 6. n. 12. *Divites ejus repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea, loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum.* Introduxit eos Propheta divites, & potentes, & unde tanta eorum opulentia, & poteſtas? Quia repleti erant iniquitate, mendacio, ac falſitate in ore, & in lingua, totum in eis erat falſitas, ac duplicata falſitas, ut individuus eorum comes. Noſter D. Cyrillus Alexandr. ibi ait: *Semper à turpi quæſtu, amoreque lucri ſubactos ſtudium mentiendi comitatur.* Vide ſupra cap. 12. q. 17. n. 133. 134. 135. & multis alijs in locis verbo veritas, mendacium. 64.

Mich. 6.
Divites ex mendacio pingueſcunt.
D. Cyril. Alex.

QUÆSTIO IX.

Quare Domini puellæ ob Dæmonem expulſum, durè ac acriter inſurgunt contra Paulum, & Silam?

PAulus miſertus de puella vexata à Dæmone, ab illa dæmonium ejecit, cum autem Domini puellæ vidiſſent eam liberatam ab ſpiritu maligno, Pauli imperio; furibundè indignati inſurgunt in 65.

in Paulum comprehendentes, & accuſantes eum, tamquam Civitatis perturbatorem, cùm illi maximè deberent gratulari potius, eo quod Diabolum à puella, & ab ejus domo expuliſſet; nonne erat illis horribile, ac terribile dæmonem habere, ſimulque cum illo habitare?

66. *Pro lucro homines volunt colere diabolũ.* Reſpondeo minimè; nam ut dicitur in Textu: *Illa puella magnum quaſtum praſtabat Dominis ſuis divinando: Videntes autem Domini ejus, quia exivit ſpes quaſtus eorum apprehendentes Paulum,* &c. Iſti maximè lucri cupiditate tenebantur, & maximè affectabant per Diabolum multos bonorum quæſtus facere, & ſecum diabolum habere, eumque colere magis volebant, quam ſuis temporalibus proventibus privari. Theoph. Theophylactus ibi: *Volebant puellam dæmone correptam eſſe ut quaſtum faceret. Vide illos ne Dæmonem quidem curantes, atque morantes, ſed unum dumtaxat pecunia ſtudium ſpectantes.*

67. Apoc.13. Ait D.Ioan. Apocalypſ.13.n.1. Quod vidit Beſtiam aſcendentem de mari habentem cornua decẽ, & ſuper cornua ejus diademata decem, & ſtatim ſubdit in 3. *Et admirata eſt univerſa terra poſt beſtiam, & adoraverunt draconem, qui dedit poteſtatem beſtia.* *Ob lucrũ homines adorant diabolũ, & beſtiam.* Draco iſte juxta multorum ſententiam, ut ibi dixi, eſt Diabolus, & unde fieri potuit, ut monſtruoſa beſtia ab hominibus adoraretur? & unde fieri poteſt, ut homo deveniat in tam execrabilem abominationem, ut crudelem tyrannum Diabolum adoret, habebat *ſuper cornua diademata decem* id eſt multa, ponitur numerus certus pro incerto, & cum ipſe haberet multa dare, mundani dediti temporalibus lucris pro ipſis comparandis non dubitant ejus ſervituti ſe ſubjicere, & ipſam beſtiam ſuam habere. Rupert. Rupertus lib.8. in Apocalypſ. ait: *Quomodo ſaltem impij dicuntur adorare Diabolum, qui ſapè maledicunt eum? Certè in eo Diabolum adorant, quod Mammona ſerviunt; Nam Apoſtolus dicit de avaritia, quod ſimulacra eorum ſervitus ſit: ergo qui Mammona jam dudum ſervi fuerant, & Mammona ſerviendo adorabant Diabolum, quid miraris, quid deinde beſtiam adoraverunt habentem divitias, volentem dare aurum, & argentum.*

68. Venit Chriſtus in regione Geraſenorum, in qua erãt duo homines habentes dæmonia habitantes in monumentis, & adeo crudeles, ut nemo auderet tranſire per illam viam ob multa mala, quæ patiebantur à Dæmonibus, qui videntes Chriſtum cœperunt clamare: *Quid nobis, & tibi Ieſu fili Dei? veniſti huc ante tempus torquere nos,* & rogabant eum, ſi ejicis nos hinc, mitte nos in porcus, quorum grex prope erat, quibus Dominus ait: Ite, illi *Ob amorem temporaliũ volunt homines potius habere ſecum diabolũ, quam Deum.* autem exeuntes ab hominibus abierunt in porcos, & magno impetu feruntur in mare, ubi omnes perierunt, quod cum vidiſſent Paſtores venerunt in Civitatem annuntiantes, quæ facta fuerant: *Et ecce tota Civitas exijt obviam Ieſu, & viſo eo rogabant, ut tranſires à finibus eorum*, Matth.8.num.34. Math. 8. Quomodo volunt iſti homines, ut Jeſus recedat à locis eorum, à quo multa bona accipiebant, Dæmones expulerat à regione eorum, viam fecerat patentem liberam à multis incommodis, & rogant, Luc.18. ut diſcedat à finibus eorum? Viderant illi, quod Jeſus dedit occaſionem, ut ſuos porcos amitterent, & iſti magis volebant habere Dæmones cum grege porcorum, ac ſuo lucro, quam filium Dei ſine tali emulumento, ideóque ejus præſentia multum gravabantur, ut notat D.Bonaventura in cap.8. Luc. D.Bonavent. n.37. & ideo ait in præſenti Caietan. jam à me datus tom 2. in Evangel.cap.25.q.14.n.86. Caietan. & ait: *Salutem liberatorum à Dæmonijs, & perditionem porcorum videntes magis timuerunt augmentum damni rerum temporalium, quàm concupierint augmentum ſalutis ſpiritualis. Salus hominum admirationem Civitati generavit: damnum porcorum timorem majoris damni in ea excitavit: & ſic timore acti rogaverunt, ut diſcederet ab eis.*

Dixerunt impij ad Jeremiam 44. n.17. 69. Ierem. 44. *Quod non faciemus, nec audiemus verba ejus, ſed ſacrificemus Regina Cœli, & libemus ei libamina, ſicut fecimus nos, & patres noſtri, Reges noſtri, Principes::: & ſaturati ſumus panibus, & bene nobis erat.* Per Reginam Cœli intelligunt Lunam, ut exponunt D.Hieronym. D.Thomas, D.Hier. D.Tho. Luna, quæ à lucendo ſic dicta eſt, ſed quomodo dementati ſunt homines, ut eam tamquam Deum adorarent, cum apertè oculis ſuis videant, quod habet multos defectus, ac ecclypſes, quæ tanta varietas valde aliena eſt à Deo, ſed eos ſic Satanas fefellit, ut ſibi perſuaderent, quod à Luna habebant frumenta, vinum, & oleum, ac ſaturitatem, iodeque contra omnem evidentiam, ac naturalem rationem, eam tamquam Deam colunt libamina, ac ſacrificia offerentes. *Homines pro temporalibus Deũ colunt.* Noſter D.Cyrillus Alexand. lib.1. de adoratione in Spiritu, & D.Cyrill. ait: *Cum Satanas in pracipuis rebus injuria nos afficiat, fœcunditatemque nobis adimat, rerum terrenarum oblectamentis viciſſim devincit.* Ita afficiuntur homines oblectamentis, ut de vexationibus, ac moleſtijs, quibus gravantur omnino obliviſcantur, dummodo in præſenti ſaturentur temporalibus.

Actor. 16. n.22. Et cucurrit plebs adverſus eos, & Magiſtratus ſciſſis tunicis eorum, juſſerunt eos virgis cædi.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE V. uſque ad Verſ.26.

Verſ.22. *ET cucurrit plebs adverſus eos.* Arabic. 70. Arabic. *Erexit ſe turba populi*, quæ facile ab alijs commovetur. *Sciſſis tunicis eorum*, ſcilicet Pauli, & Silæ, ut clarius habet Syriacus: Syriac. *Tunc prafecti diſruperunt eorum veſtimenta,* quod factum eſt ad magnam deteſtationem eorum, quæ prædicabant Apoſtoli introducentes novam legem, & veterem abolere intendentes, ut notant Hiſtoria Eccleſiaſt. Lyran. Carthuſ. & Hugo. Hiſtor. Eccleſ. Lyran. Carthuſ. Hugo. Tum etiam, ut eos ignominia afficerent, quæ magna eſt, dum homo denudatur à veſtimentis ſuis. Tum etiam ut præpararentur ad flagellationem: Tigurina, & Clarius Tigurin. Clarius. vertunt: *Sciſſis tunicis ſuis*, ac ſi quod Magiſtratus in deteſtationem tantæ blaſphemiæ auditæ ſcinderent veſtimenta ſua: prima lectio eſt melior, & tenenda eſt, utpote communis, & verior.

Iuſſerant eos virgis cadi. Æthiopic. 71. Æthiop. *Ut caderent eos virga.* Arabicus: Arabic. *Fuſtibus*, denudata ea tantum parte, in qua erat flagellandus, & non recuſat Paulus, ut videbimus infra dicens ſe eſſe Romanum, ut fecit Ieroſolymis, quia ea occaſione prævidebat plures eſſe convertendos ad fidem, ut de cuſtode carceris cum tota ſua familia, ut mox videbimus.

Verſ.23. *Et cum multas plagas eis impoſuiſſent.* 72. Syriac. *Cumque multum flagellaſſent.* Syriac. De his verberibus Pauli multa dicit præclarè D.Chryſoſt. in D.Chryſoſt. præſenti homil.39. & homil.6. de laudibus Pauli. Arabic. *Ut diligenter cuſtodiret eos.* Arabicus: *In tuto ne effugerent è carcere.* Verſ.24. *Miſit eos in interiorem carcerem.* Syriac. *Eos concluſit in locum intimum carceris,* Syriac. & ut magis eſſent cuſtoditi ne poſſent effugere, *pedes eorum ſtrinxit ligno.* Arabicus: Arabic.

Adſtrinxit

Æthiop. Syriac. *Adſtrinxit trabi.* Æthiopic. *Firmavit pedes eorum in ligno.* Syriac. *Vnxit pedes eorum uumella*, vel cyppo, in quo captivorum pedes ſcorſim ſinguli inferebantur, de his quæſt.ſeq.

73. Verſ.25. *Media autem nocte Paulus, & Silas orantes.* Syrus: *Precabantur, & glorificabant Deum.* Lyran.legit: *Aderantes*, & ſtatim ſequitur *Audiebant eos, qui in cuſtodia erant.* Oecumen. *Auſcultabant eos.* Paulus, & Silas voce alta laudabant Deum, ot voces reſonarent per totum carcerem juxta eos, qui erant in carcere tam proximo, quam longinquo.

74. Arabic. Verſ.26. *Subito verò terramotus factus.* Arabic, *Repente* terræmotus iſte videtur, non ſolum fuiſſe lo carcere, ſed etiam in magna parte Urbis, ac in locia prope carcerem; nam Magiſtratus, ot habent multi Codices, terræmotu percuſſus eos liberos dimiſit. Terræmotus factus eſt Divina virtute, qoo Deos oſtendebat eorum orationem audire, eoſque à carcere liberare.

QUÆSTIO X.

Quare cum ſemper Paulus in oratione verſatur, ac contemplatione Dei, inſigniter fit mentio de ejus oratione in carcere media nocte?

75. Apoſtolus Paulos ſemper verſabatur in pura, ac mera contemplatione Dei, unde frequenter dicebat ſe ſuos diſcipulos ſemper habere in ſuis orationibus. Philip.1. Rom.10. Ad Philippenſ.1.n.19. Rom.1.n 10. & in multis alijs locis, tamen hic inſigniter fit mentio de ejus oratione cum multis miraculis, magno terræmotu, ſolutis vinculis cunctorum, apertis januis omnibus Carceris.

76. D.Chryſoſt. *Afflicti oratio exauditur.* Reſpondeo primo ex D.Chryſoſt.homil.1.ad illud: *Utere modi*, ſic ait: *In ligno erant pedes, in catenis manus, & carcer media ſub nocte quatitur, ipſis Deum laudantibus: Vides quomodo ipſorum virtus in infirmitate perficitur.* Ac ſi hominum preces multam haberent vim perſuadendo ab oppreſſo corpuſculo, nec poſſe Deum negare, quod petunt ſuo jure patientes calamitatum homines. Ait Iſaias ad Ezechiam ægrotantem: *Morieris tu, & non vives*, 4. 4.Reg.20. Reg.20.n.1. quo audito, eum ipſe in fletus multos prorumperet, orans ad Dominum ſtatim ait ei Propheta n.5. *Audivit Dominus orationem tuam, & vidit lachrymas tuas.* Text. Hebr. In Hebræo habetur: *Vidit lachrymam tuam.* In quo inſinuatur Deum prima lachrymula commotum, ut Regem dolentem longioris vitæ nuntio alleviaret, ac recrearet.

77. Secundo maximè ad rem; Etſi ſemper Paulos oraverit, tamen hæc oratio extitit valde efficax, & multorum miraculorum operatrix, erat oratio in vigilia, & media nocte, indeque hæc oratio multam habuit impetrandi vim, ac operandi mirabilia. D. D.Ambr. Ambroſ. in Pſalm.118. Octonatio 8. ſic loquitur: *Non otioſè Paulus, & Silas truſi in Carcerem, cum in nervo pedes haberent, media tamen nocte ſurgebant mentis veſtigio, exorabant Dominum, & laudis ſacrificium offerebant, ideoque ubi non defecit orationis officium, adfuit etiam ſolutionis remedium; ſubito enim media nocte terræmotus factus eſt grandis, valua aperta, & omnium vincula ſoluta ſunt.* *Oratio in media nocte valde efficax.* Et ſi Paulus, & Silas ſemper orationi inſtarent, moc maximè ejus orationes exauditæ, effectus declaratur, cum media nocte erant oratione vigilãtes, & tam abundanti gratia Dei, ut non ſolum eorum vincula, ſed etiam aliorum omnium fuerint ſoluta.

78. Luc.11. Chriſtus D. ot altum, & ſublimem orandi modum doceret, nobis propoſuit parabolam, Luc.11. n.15. *Quis veſtrum habet amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicit illi, amice commoda mihi tres panes.* Cur iſte introducitur petens media nocte, & non potius in alia hora, ut oſtendatur oratio efficax, & fructu non carens cum ſit media nocte facta. D.Chryſolog.ſerm.39.ait: *Illa ſatis hora eſt efficax impetrandi: hoc ſciens Propheta, ipſum tempus ſuæ ſupplicationis aſſerit extitiſſe cantando: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, in hac hora ſemper ſponſus ille occurrit, qui dicit, Media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit.* D.Chryſol. *A media nocte orationis ſumit vires.* Ponitur oratio facta media nocte, ut oſtendatur efficacia illius in impetrando, & ſic ſecutus eſt effectus: *Surget, & dabit illi.* Inde David cum de ſe dicat: *Lex tua meditatio mea ſemper*, Pſ.118.n.92. & 97. tamen in ſua oratione, ac meditatione de nulla hora facit determinatè mentionem, niſi de media nocte, oh valorem, ac fortitudinem in illa, in qua ſponſus dicitur inſigniter venire. Pſal.118.

Tres illi Sancti pueri Sidrach, Miſach, & Abdenago colligati mittuntur in fornacem ardentem, & cum ad oſtium fornacis accederet Nabuchodonoſor admirabundus exclamat. *Ecce video quatuor viros ſolutos ambulantes in medio ignis, & nil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei*, Daniel.3.n.92. Ut pueri ſolverentur à ſuis colligaturis venit unus Angelos de Cœlo, at modo Paulus, & Silas tenentur aſtricti in carcere pedibus colligatis, & inſuper Carceris januæ erant maximè clauſæ, & ad has aperiendas, & ad eorum vincula rumpenda nullus mittitur Angelus in forma filij Dei: Erant Paulus, & Silas orantes, & quod in fornace præſtitit Angelus, in forma filij Dei exhibuit oratio; ſed contra, etiam in fornace erant tres pueri orantes, & laudantes Deum, ac canentes: *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula, &c.* Dan.3.n.57. Verum eſt quod orabant, ſed in die, ac patenti luce, at *Paulus, & Silas erant orantes media nocte in Carcere*, & oratio mediæ noctis eſt alterius conditionis, ut non ſolum vices habeat Angelorum, ſed etiam tamquam Vicaria ipſius Dei, & multorum mirabilium operatrix; nam Angelus deſcendens in fornacem trium ligaturas diſrupit; At vero una oratio mediæ noctis, ut non ſolum Pauli, & Silæ, ſed cunctorum vinctorum catenas deſtruxerit, & totius carceris oſtia patefecerit. D.Chryſoſt.homil.8.in epiſt.ad Epheſ. ſic ait: *Mox ab initio oſtendit*, ſcilicet, Angelus, *illos non arſuros, ſed vel carcerem ingreſſuros. Quid vinceret arſures? Vincti erant*, ſcilicet Paulus, & Silas *etiam non minori furore; nam in interiorem ille cuſtodiam ipſos conjecit, & hic caminum vehementer incendi juſſit. Sed videamus, quæ ſubinde ſequantur: pſallentibus illis media nocte motus eſt carcer, apertaque ſunt janua illius.* 79. Dan.3. *Oratio media noctis quodãmodo Vicaria Filij Dei.* Dan.3. D.Chryſoſt.

QUÆSTIO XI.

Quare cum in carcere ſolvuntur Pauli, & Silæ catenæ; ſolvuntur etiam aliorum vinctorum?

Incarcerantur Apoſtoli, venit Angelus eduxit eos de cuſtodia, Act.5.n.19. Cæteris vinculatis manentibus in carcere, cum Petrus eſſet alligatus duabus catenis Angelus eum liberat à carcere, ac vinculis, Act.12.n.7. reliquis catenatis exiſtentibus. 80. Actor.5. Actor.12.

Tenetur Paulus cum vinculis in carcere, ſolvuntur vincula illius, omniumque alligatorum, ô magna, & ſublimis excellentia! vinculorum Pauli adumbrans aliqualiter aliquod veſtigium mortis 81.

Vincula Pauli altiſſime adumbrant. Chriſti, ut eleganter ponderat D.Chryſoſt.homil.8. ad Epheſ.ubi ſic ait: *Vide naturam vinculorum vincula ſolventium! Nam quemadmodũ mortem interemit mors Domini,ita ligatos ſolverunt vincula Pauli,*
D.Chryſoſt. *carceremque concuſſerunt, januas illius aperuerunt.*

82. Philippenſ.1. Cum Paulus eſſet vinculis ligatus Romæ ſcribit ad Philipp.1 n.13 *Scire vos autem volo fratres,quia quæ circa me ſunt magis ad profectum venerũt Evangelij,ita ut vincula mea manifeſta fierent in Chriſto.* Et in quo ejus vincula manifeſtata ſunt ad profectũ Evangelij, ipſe ſtatim explicat,dicens: *Plures è fratribus in Domino confidentes in vinculis meis abundantius auderent ſine timore verbum Dei loqui.* Paulus multa edidit miracula, mortuos ſuſcitavit,infirmos ſanavit, Dæmones expulit,quibus magnã gentium multitudinem ad fidem convertit: At vero
Vincula Pauli glorioſa reſurrectione. *Plures è fratribus in Domino confidentes in vinculis meis.* Videntes meam conſtantiam,patientiam,libertatem cum fructu meæ orationis confidentiam, ac animos reſumpſerant, ſeu ut legit Vatablus: *Freti vinculis meis*, ut ſine ullo timore prædicarent Verbum Dei. Pulchrè D.Chryſoſt.homil.5. in Job inquit: *Vides vinculorum fortitudinem magis quàm reſurrectionem mortuorum eſſe glorioſam.*
D Chryſoſt.

83. Ad Phil. Scribit Paulus ad ſuum diſcipulum Philemonem, cujus ſervus Oneſimus facto quodam furto fugiens Romam incidit in Paulum, qui erat in vinculis, à quo cum eſſet baptizatus, ei dat Paulus hanc epiſt. ad Philemonem,ut ſervum in ſuam gratiam reciperet condonato furto, & ut hoc ei perſuaderet, atque ad priſtinam illum conciliaret amicitiam, multa poterat Apoſtolus in medium adducere; nullo tamen alio titulo ſuas preces adornat, niſi ſuis vinculis
Vincula Pauli fortiſſima ad impetrãdum. verſ.1. *Paulus vinctus Ieſu Chriſti*, & iterum n.9. *Obſecro ut Paulus ſenex nunc,& vinctus Ieſu*,quater de ſuis vinculis mentionem facit n.10.& 13.ut Philemonem flectat,& ut poſtulatis annuat, ſed tantum ei objicit ſuos labores, ac vincula Jesu. D.Chryſoſt.ibi homil.2. inquit: *Quod omnibus juſtius, potentiuſque perſuades:quoniam vinctus Ieſu ego*,valent enim preces alumna patientia.D.Anſelm.*Rogaturus pro Oneſimo talis rogare debuit, qui poſſet impetrare, merito ſuorum cruciatuum Philemonem ad miſericordiam flectere.*
D.Chryſoſt. D,Anſel.

Actor.16 n.27. Expergefactus autem cuſtos carceris,& videns januas apertas carceris, evaginato gladio volebat ſe interficere, exiſtimans fugiſſe vinctos.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VI. uſque ad Verſ.34.

84. Verſ.27. *Expergefactus*,ſeu ut habet Syriac.*Excitatus à ſomno* ingenti terræmotu;
Syriac. Arabic. *Evaginato gladio volebat ſe ipſum interimere.* Arabic. *Animo perimendi ſe ipſum* Æthiop.*Transfigere ſe*,ob devinctos fugatos, ne aliqua infami morte puniretur,ut notãt Lyran.& Carthuſ. Volebat ſe ipſum interficere,ut Barbarus nondũ in lege Chriſti renatus.
Æthiop Lyran. Carthuſ.

85. Oecum. 1.Cor.1. Oecumen. exiſtimat hunc carceris cuſtodem eſſe Stephanum in cujus domo ſe Paulus baptizatum dicit 1.Cor.1.n.16.quam inter primas Achaiæ commemorat. Ibid. cap. ult. n.15. Sed his adverſatur, quod hæc geſta ſunt Philippis in Macedonia, non in Achaïa.

86. Verſ.29. Verſ.28. *Clamavit Paulus*,ſcleris per Spiritum S. quod ipſe intentabat ſe ipſum interimere. Verſ.29. *Petitoque lumine*, erat namque media nocte. *Introgreſſus.* Syriac.Pagnin. *Proſilijt* ob magnam ſollicitudinem ſui muneris, an adeſſent omnes vincti.
Syriac. Pagnin.
Procidit Paulo, & Sila ad pedes. Arabic. *Adorans* eorum divinam virtutem recognoſcens, tum quia poterant effugere,& noluerunt; tum quia Paulus eum avertit à tanto malo, ne ſe ipſum interficeret, cognovit etiam per internam motionem terræmotum factum ob Paulum, & Silam. Arabic.

Verſ.30. *Producens eos foras.* Clarius, Arabicus: 87. Arabic. *Educens eos extra carcerem.* Ecce converſio, & illuminatio cuſtodis propter terræmotum, & alias virtutes Pauli,ac Silæ, & ſtatim eos venerans educit extra carcerem judicans tantos viros indignos eſſe carcere, & vinculis, indeque ab eis poſtulat, ut illuminetur in via ſalutis animæ ſuæ.

Verſ.31. *Crede in Dominum Ieſum*; quia hoc eſt 88. præcipuum caput noſtræ fidei,à quo cætera credenda dimanant, & ei objicit nomen Jeſu, ut virtute hujus ſanctiſſimi nominis magis illuminaretur.
Ieſus nomen illuminat.

Verſ.32. *Et loquuti ſunt ei verbum.* Eos catechiſando,& in Myſterijs fidei inſtruendo.Verſ.33.*Lavit* 89. Verſ.33. *plagas eorum*.Syriac.*Lavit vibices eorum*,quos contraxerant ex verberibus inflictis. *Et baptizatus eſt ipſe, & omnis domus ejus continuo*, ut inquit Chryſoſt. & omnes, qui ad eum pertinebant, ad exemplum capitis membra componuntur.
Syriac. D.Chryſoſt.

Verſ.34. *Appoſuit eis menſam*: Nam tota præterita die nihil manducaverant,& erant jejuni; tot, 90. & tantis obſequijs voluit bonus homo oſtendere ſuam gratitudinem erga Apoſtolos ob tot beneficia accepta; quia ipſum, & totam ejus familiam illuminavit. *Lætatus eſt.* Dona cœleſtia hoc ſecum afferunt. *Lætantur juſti in Domino, & confitentur memoria ſanctificationis ejus.* Pſal.97.n.12.
Gratificanda beneficia.

QUÆSTIO XII.

Quare cum januæ Carceris ſint apertæ, Paulus tamen, & Silas non egrediuntur?

BEne agnoverant Paulus,& Silas,quod facto terræmotu propter ipſos januæ carceris apertæ 91. erant, cur adhuc permanent in carcere? O vigens, & magna Pauli Charitas! prævidebat enim,quod ſi ipſe cum ſuo ſocio exiret,cuſtos carceris evaginato gladio ſe ipſum interfecturus eſſet,ut intentavit ſupra verſ.27. & Baptiſmi lavacrum, cum ſua familia non eſſet ſuſcepturus, & pro illius ſpirituali,ac corporali ſalute eligit Paulus ſqualores, atque anguſtias Carceris, ne deficeret in charitate?
Paulus magis intendebat bonũ proximi, quam ſuum.

Secunda ratio literalis eſt, Paulus, & Silas non 92. exeunt, utpote qui voluerunt,ut Magiſtratus veniret ipſoſque à carcere ſolveret eorum innocentiam, injuſtamque comprehenſionem teſtificans, ut patet infra verſ.37.& 38. Dixerunt Apoſtoli ipſi ſcilicet Magiſtratui: *Veniant, & ipſi nos ejiciant*, ne ex tali comprehenſione aliqua labis nota contra Evangelicam prædicationem contraheretur.
Ratio literalis.

Tertio;& maximè notandum,quod tam tres pueri in fornace Babylonica, quam Paulus, & Silas in 93. præſenti non egrediuntur de camino ignis,ac carcere,niſi juſſi,ac vocati, ut præclarè advertit D Chryſoſt.hom.8.in epiſt.ad Epheſ.ubi ſic ait:*Quemadmodum itaque carcerem Paulus non egrediebatur,etiam ſi potuiſſet,donec qui illum conjecerat ipſum evocaret, & educeretur. Ita hi tres pueri caminum egreſſi non ſunt donec qui injecerat egredi quoque juſſiſſet, quid hic dicemus? Ne videlicet in actionibus laborari ſiſtinemus.* Expende ultima verba,nec Paulus,nec tres pueri exeunt,cum carcer eſſet apertus Paulo,& Silæ in magnum noſtrum documentum, quod nulla induſtria, ac prætextu intendas te expedire à laboribus,ac periculis, quæ pro Deo tibi contingunt, expecta quia longanimis Deus illis dabit finem.
D.Chryſoſt.
Deus noſtris laboribus dat finem.

Ait

94. Ait Regius Vates Pſalm.124.n.3. *Non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem juſtorum, ut non extendant juſti ad iniquitatem manus ſuas.* Dicitur quod Dominus ſua alta providentia non permittet, nec relinquet juſtos vexari à tyrannia ſua crudeli virga, ſed quomodo hoc dicitur, cum videamus multoties juſtos dirè, ac inhumaniter à peccatoribus moleſtari, atque affligi? Rectè tamen adverte; non dicitur quod non erit virga, ſed non relinquetur virga afflictionis, ſed ſi obvenerit, non diu permanebit, ſed citò tranſibit, & evaneſcet, ut deprecanti non ſit neceſſarium extendere manus pro earum extinctione, ſed Deus ut optimus parens citò occurret, & auferet omnem tribulationem, & langorem. Rupertus lib.7. de gloria, & honore filij hominis ait: *Quid eſt non relinquet, niſi diu durare, non permittet? Recordamini priorum, ac noviſſimorum, quicumque virgam ſuam, id eſt potentiam ſuam elevaverunt ſuper ſortem juſtorum ad affligendos eos, qui ad vitam æternam prædeſtinati ſunt non diu durarunt? Nolite timere, quia non tandiù durabit virga hæc, ut neceſſario extendant juſti, quaſi auxilio deſtituti ad iniquitatem manum ſuam, ſed citò frangetur, & in ignem mittetur, ut ardeat.*

Pſal.124. — *Labores iuſtorū finē habent, & breviter tranſeūt.* — Rupert.

95. De execrabili, ac abominabili Antichriſto dicitur Apoc.17.n.10. *Cum venerit oportet illum breve tempus manere.* Ad quæ verba merito ait Rupertus lib.10. in Apoc. *Terret nos magnitudine adverſitatis, & refovet de brevitate temporis.* Si mala temporalia irruunt in juſtos, magnum eſt levamen, quod in multum tempus non perſiſtet, ſed breviter tranſibit.

Apoc.17. — Rupert.

96. Satanas vehementer omni conatu intendens perdere Job 2. n.5. Dicebat ad Dominum: *Mitte manum tuam, & tange os ejus, & carnem, & tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi.* Sua ſe malitia decipitur Satanas, ac ſtultitiam indicat in eo quod petit, quod Job manu Dei afficiatur, quid ſtultius? Manus Dei ſecum importat omne levamen, bonum, ac conſolationem. D.Ambroſ.in Pſ.36. ait: *Diabolus ſuo ſermone deceptus eſt, qui dixit: Mitte manum tuam in eum, & videamus ſi in faciem te non benedicat; Miſit Dominus manū ſuam, & cōfirmatus eſt Iob, cœpit benedicere, qui maledicere credebatur, ſanat enim juſtos cum tangit, manus divina non vulnerat.*

Iob 2. — *Manus divina ſanat, non vulnerat.* — D.Ambr.

Actor. 16. *n.*35. Et cum dies factus eſſet miſerunt Magiſtratus lictores dicentes; dimitte homines illos.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VII.

*uſque ad ultim. Verſ.*40.

97. Verſ.35. *Cum dies factus eſſet*, ut habet Arabic. *Cum illuxiſſet dies.* Conveniens Magiſtratus maturo conſilio rejicientes, & retractantes præcipuam ſententiam; tum quia fuerat ſine ullo fundamento contra homines beneficos expellentes dæmones ab Urbe, tum quia erant perterriti terræmotu facto, vel fama volante de his, quæ geſta erant in carcere. *Miſerunt lictores.* Syriac. *Miſerunt eos, qui faſces ferebant.* Aliqui Codices apud Latinum ſic habent: *Convenerunt Magiſtratus in idipſum in forum, ſive conſilium, & memores terræmotum factum tremuerunt, ac miſerunt lictores.*

Arabic. — Syriac. — Aliqui Codices.

98. Verſ.36. *Nuntiavit Cuſtos.* Arabic. *Quod miſiſſent duces ad dimiſſionem veſtram.* Et dixit cuſtos Carceris: *Ite in pace*, quæ erat quædam ſalutationis forma valde communis apud Hebræos, qua etiam uſus eſt Chriſtus D. frequenter, Marc.5. num.34. Luc.7.n.50.& c.8.n.48.Math.8.n.13.Ioan.4.n.50.

Arabic. — Marc 5. — Luc 7. — Math.8 — Ioan. 4.

99. Verſ.37. *Paulus autem dixit* generosè, ac multa libertate, quas vires dat innocentia. *Cæſos nos publicè.* Syriac. *Innocentes flagris nos ceciderunt coram toto mundo.* Arabic. *Noxa expertes.* Æthiopic. *Non habentes nos crimen.*

Syriac. — Arabic. — Æthiop.

100. *Indamnatos.* D.Chryſoſt. *Indicta cauſa Homines Romanos*, quos flagellare magnum crimen erat legibus id prohibentibus, ſcilicet Publicola, Porcia, Sempronia, unde ait Cicero, Act 7. in Verrem: *Facinus eſt vinciri Civem Romanum, ſcelus verberari.* Unde merito depoſcit D.Paulus, ut publicam, & injuſtam ignominiam derogent publica, & juſta retractatione; hoc facit Paulus non propter ſe, ſed propter Deum, ac Evangelium, ne ab adverſarijs aliqua infamiæ nota ſpargeretur, & ita non vult è carcere exire: Et cur ante flagellationem non allegavit ſe eſſe Civem Romanum, ut poſtea fecit? quia fortaſſis tunc ita erant ira, ac indignatione obcæcati, ut nullius eſſent rationis capaces.

D Chryſoſt. — Leges. — Cicero. — *Homo fervens ira, & odio non eſt capax rationis.*

101. Verſ.38 *Et ipſi nos ejiciant.* Poſtquam Paulus cum ſuo ſocio comedit in domo cuſtodis carceris cum ipſo redierunt ad carcerem, à quo noluerunt exire, niſi ut ipſe Magiſtratus veniret, exhibenſque teſtimonium de eorum innocentia eos ſolveret.

102. *Timuerunt audito, quod Romani eſſent.* Sibi conſulentes timuerunt, ne pœnas ſolverent ob manus in Cives Romanos injectas contra eorum jus, & immunitates; & unde crediderunt eos Cives Romanos eſſe? Fortè aderant aliqui, qui Paulum agnoverant, vel eorum probitas virtus, ac modeſtia loquendi faciebant corū verba ſatis credibilia, & vera.

Probitas vitæ facit verba credibilia.

103. Verſ 39. Ecce ſublimis, & alta virtutis excellentia, ut faciat ſuos judices ſibi humiliari, & valde ſubmiſsè ſint veniam deprecantes, ut notant Carthuſ. & Ganæus. Addit D.Chryſoſt. *Quod accedentes ad carcerem rogaverunt eos, ut egrederentur dicentes, ignoravimus ſtatum veſtrum, quod eſtis juſti; educentes rogaverunt eos dicentes ex hac Civitate egredimini, ne fortè rurſus convertantur in vos, & vociferentur contra vos.*

Carthuſ. — Ganæus. — D Chryſoſt.

104. Verſ.40. Introierunt ad Lydiam purpuratam, de qua ſupra verſ.14. Viſis fratribus Timotheo, ſcilicet, ac Luca, ac alijs fortè, & conſolati ſunt eos ſua præſentia, ac multis mirabilibus, terræmoto, & multis, quæ facta ſunt circa eos. Chryſoſt. ac alij legunt: *Exhortati ſunt eos*, ut fortiter agerent pro Evangelio ne timerēt pericula, & contrarietates, quia Deus eos liberabit, ſicut ipſos cuſtodivit, & ſalvos fecit.

D.Chryſoſt.

CAPUT XVII.

1. *Cum autem perambulaſſent Amphipolim, & Apolloniam, venerunt Theſſalonicam, ubi erat Synagoga Iudæorum.*
2. *Secundum conſuetudinem autem Paulus introivit ad eos, & per Sabbatha tria diſſerebat eis de Scripturis.*
3. *Adaperiens, & inſinuans, quia Chriſtum oportuit pati, & reſurgere à mortuis, & quia hic eſt Ieſus Chriſtus, quem ego annuntio vobis.*
4. *Et quidam ex eis crediderunt, & adjuncti ſunt Paulo, & Silæ, & de colētibus gentilibuſq; multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ.*
5. *Zelantes autem Iudæi, aſſumenteſque de vulgo viros quoſdam malos, & turba facta concitaverunt Civitatem; & aſſiſtentes domui Iaſonis quærebant eos producere in populum.*
6. *Et cum non inveniſſent eos, trahebant Iaſonem, & quoſdam fratres ad Principes Civitatis,*

clamantes : Quoniam hi , qui Urbem concitant, & huc venerunt.

7. *Quos ſuſcepit Iaſon , & hi omnes contra decreta Cæſaris faciunt , Regem alium dicentes eſſe Ieſum.*

8. *Concitaverunt autem plebem , & Principes Civitatis audientes hæc.*

9. *Et accepta ſatiſfactione à Iaſone , & à cæteris dimiſerunt eos.*

10. *Fratres vero confeſtim per noctem dimiſerunt Paulum, & Silam in Beraam. Qui cum veniſſent, in Synagogam Iudæorum introierunt.*

11. *Hi autem erant nobiliores eorum, qui ſunt Theſſalonicæ , qui ſuſceperunt verbum cum omni aviditate , quotidie ſcrutantes Scripturas , ſi hæc ita ſe haberent.*

12. *Et multi quidem crediderunt ex eis , & mulierum gentilium honeſtarum, & viri non pauci.*

13. *Cum autem cognoviſſent in Theſſalonica Iudæi, quia & Beræa prædicatum eſt a Paulo verbum Dei, venerunt & illuc commoventes , & turbantes multitudinem.*

14 *Statimque tunc Paulum dimiſerunt fratres , ut iret uſque ad mare : Silas autem, & Timotheus remanſerunt ibi.*

15. *Qui autem deducebant Paulum , perduxerunt eum uſque Athenas, & accepto mandato ab eo ad Silam, & Timotheum , ut quam celeriter venirent ad illum, profecti ſunt.*

16. *Paulus autem cum Athenis eos expectaret, incitabatur ſpiritus ejus in ipſo videns idololatriæ deditam Civitatem.*

17. *Diſputabat igitur in Synagoga cum Iudæis, & colentibus, & in foro per omnes dies ad eos , qui aderant.*

18. *Quidam autem Epicurei , & Stoici Philoſophi diſſerebant cum eo, & quidam dicebant : Quid vult ſeminiverbius hic dicere ? Alij vero : Novorum dæmoniorum videtur annũtiator eſſe: quia Ieſum, & Reſurrectionem annuntiabat eis.*

19. *Et apprehenſum eum ad Areopagum duxerunt, dicentes : Poſſumus ſcire quæ eſt hæc nova, quæ à te dicitur, doctrina ?*

20. *Nova enim quædam infers auribus noſtris : Volumus ergo ſcire quidnam velint hæc eſſe.*

21. *(Athenienſes autem omnes, & advenæ hoſpites, ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid novi.)*

22. *Stans autem Paulus in medio Areopagi, ait: Viri Athenienſes per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video.*

23. *Præteriens enim , & videns ſimulachra veſtra, inveni & aram, in qua Scriptum erat:* Ignoto Deo. *Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis.*

24. *Deus, qui fecit mundum, & omnia, quæ in eo ſunt, hic Cœli; & terræ cum ſit Dominus , non in manu factis templis habitat.*

25. *Nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cum ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, & omnia.*

26. *Fecitque ex uno omne genus humanum inhabitare ſuper univerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum.*

27. *Quærere Deum, ſi fortè attrectent eum, aut inveniant , quamvis non longè ſit ab unoquoque noſtrum.*

28. *In ipſo enim vivimus , & movemur , & ſumus, & quidam veſtrorum Poetarum dixerunt : Ipſius enim & genus ſumus.*

29. *Genus ergo cum ſimus Dei non debemus æſtimare, auro, aut argento , aut lapidi, ſculpturæ artis, & cogitationis hominis Divinum eſſe ſimile.*

30. *Et tempora quidem hujus ignorantiæ deſpiciens Deus , nunc annuntiat hominibus , ut omnes ubique pœnitentiam agant.*

31. *Eo quod ſtatuit diem , in quo judicaturus eſt Orbem in æquitate, in viro, in quo ſtatuit, fidem præbens omnibus, ſuſcitans eum à mortuis.*

32. *Cum audiſſent autem Reſurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant , quidam verò dixerunt : Audiemus te de hoc iterum.*

33. *Sic Paulus exivit de medio eorum.*

34. *Quidam vero viri adhærentes ei , crediderunt : in quibus & Dionyſius Areopagita , & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.*

A R G V M E N T V M.

A Philippis egreſſus Paulus cum ſuis ſocijs aſcendit ad Theſſalonicam, ubi multos adduxit ad fidem, & cum multam perſequutionem pateretur à Iudæis abijt Beræam , inde Athenas, ubi invenit aram conſecratam ignoto Deo; Demonſtrat verum Deum eſſe Ieſum Chriſtum, ubi multos convertit ad fidem, & inter eos Dionyſium Areopagitam.

Act. 17. *n.* 1. Cum autem perambulaſſent Amphipolim, & Apolloniam, venerunt Theſſalonicam, ubi erat Synagoga Iudæorum.

Verſiones ,

CVM EXPOSITIONE I. uſque ad Verſ. 5.

Verſ. 1. *Cum autem perambulaſſent :* Syriacus :

1. Syriac. *Exierunt*, ſcilicet à Philippis, *Et tranſierunt per Amphipolim* , quæ eſt Civitas Macedoniæ vicina Philippis, ſic dicta , quia aquis, ſeu flu-

Plinius. vijs undique cingitur, de qua agit Plin. lib. 14. c. 10.

Ortell. Abrahamus Ortelius in Geographico ait appellari hodie Empoli.

2. *Apolloniam* eſt alia Urbs vicina Macedoniæ , ſeu Theſſalonicæ ; de qua Valeterranus lib. 8. fuerunt ferè viginti quatuor Civitates hujus nominis. *Theſſalonicam* , quæ numeratur inter primas Civitates Macedoniæ , ſic appellata ob inſignem victoriam, quam de Theſſalis ibi obtinuit Philippus Macedo,

de qua Plinius, & Valeterran. citati. Hodie dicitur *Salenichi.* Plinius. Valeterran.

Verſ. 2. *Secundum conſuetudinem.* Arabicus. *Pro* 3.

more ſolito ſuo Paulus introivit ad eos , & quamvis Arabic.

Paulus ſæpe fuiſſet à Iudæis vexatus lapidatus , ac

perſecutus , ut notant Chryſoſt. Oecumen. tamen D. Chryſoſt.

ejus charitas nullo minuebatur , ac frangebatur labore. Per tria Sabbatha continua , in quibus Iudæi Oecum.

ſolebant convenire in ſuis Synagogis, docebant Ieſum Chriſtum eſſe verum Meſſiam, ac filium Dei.

Verſ. 3. *Aperiens, & inſinuans.* Syriacus : *Dum* 4. Syriac.

oſtenderet , & explicaret. Arabicus : *Aperiens illis* Arabic.

ſenſum earum , & pandens arcana. Æthiopicus : Æthiop.

Præoccupans

Æthiop. Pagnin. Tigurin.

Præoccupans eos hac doctrina. Pagninus, Tygurina: *Allegans* Scripturas, explicans, ac declarans earum legitimum, ac verum ſenſum ſua ſublimi doctrina præoccupans, ac diſſolvens omnes objectiones, & contradictiones Iudæorum, oſtendens oportere Chriſtum pati.

5. Verſ. 4. *Et quidam ex eis crediderunt*, ſcilicet ex Iudæis, de quibus immediatè antea agitur. *Et de colentibus, gentilibuſque multitudo magna.* Syriacus: *Multi ex Græcis, qui timebant Deum.* Arabicus: *Multitudo copioſa haud exigua Græcorum.* Æthiop. *Multi fratres Religioſi fideles ex gentibus*, ac proinde iſti gentiles erant proſelyti, qui ex gentilitate fuerant converſi ad Iudaiſmum, & ideo colentes Deum, & in lectione Æthiopica dicuntur *fratres:* ac proinde ex Iudæis fuerunt aliqui converſi, tamen ex gentibus multo plures; ut notant Beda, Hiſtoria Eccleſiaſtica, Lyranus, Carthuſian. Hugo, *Et mulieres nobiles non paucæ:* Fecit D. Lucas mentionem de viris, nunc de mulieribus, quæ ſunt valde pronæ ad pietatem.

Syriac. Arabic. Æthiop. Beda. Hiſtor. Eccleſ. Lyran. Carthuſ. Hugo.

6. Verſ. 5. *Zelantes autem Iudæi.* Syriac. *Commoti ſunt invidia* videntes Iudæi, quod multi ab eis recedebant, & fidem Chriſtianam ſuſcipiebant: *Aſſumenteſque de vulgo viros malos.* Syriac. *Adjunxerunt ſe eis homines ſcelerati ex compitis Civitatis.* Arabic. *Aſſumpſerunt quoſdam nundinarios homines peſſimos, ac flagitioſos.* D. Chryſoſt. *Aſſumptis quibuſdam forenſibus viris malis.* Ad ſe advocaverunt viros peſſimos forenſes, qui erant in foro data pecunia ad bajulanda, ac præparati ad omne nefas. Conſurrexerunt adverſus domum Iaſonis, qui quidem erat vir bonus, & Chriſtianus, in cujus domo Paulus, & Silas hoſpitabantur, de quo q. 2.

Syriac. Arabic. D. Chryſoſt.

QUÆSTIO I.

Quare Paulus ingrediens Synagogas totum ejus ſtudium erat diſſerere, & explicare Scripturas?

7. INgrediens Paulus Synagogas diſſerebat de ſacris Scripturis, eas expendens, & explanans inſinuans ſcientiam Scripturarum Iſagogicam eſſe de fide amplectendam, ac charitatem inflammandam, & ad mores piè colendos. Unde ait D. Chryſoſt hom. 37. in Acta: *Paulus, & Silas bene quando vacabant, hoc & Chriſtus faciebat, multum de ſcripturis diſſerent*, unde alta, & divina Providentia cum Chriſtus ingrederetur Synagogam, traditus eſt liber Iſaiæ Prophetæ, Luc. 4. n. 16. ut explicaret.

Sacra Scriptura informat mores, inflammat charitatem. D. Chryſoſt.

8. Unde ipſe Chriſtus D. dicebat, Ioan 5. num. 39. *Scrutamini Scripturas, illa ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me.* Commendat Divinus Magiſter ſtudium aſſiduum in hoc libro Scripturæ verſando, nec monet, ut legant ſimpliciter, ſed ut lectitent exacto ſcrutinio, & alta, profundaque ruminatione. D. Chryſoſt. homil 40. in Ioan. ait: *Non dicit legite, ſed ſcrutamini: Divina enim ſumma indigent diligentia*, & ut ait ipſemet Chryſoſt. homil. 31. in Geneſim: *Cum libris evolvendis mens piè affecta ſtudet per illud tempus ab immundanarum cogitationum illecebris liberatur.* De his dixi multa opuſculo primo de ſacra Scriptura, ac ejus magnis emolumentis.

Ioan. 5. *Scriptura multa meditatione legenda.* D. Chryſoſt.

9. Apparet Æternus Pater in Apoc. cap. 5. n. 5. *In dextera ſedentes ſuper thronum librum ſcriptum intus, & foris.* Ipſe eſt ille ſupremus Dominus de quo ſapiens, Prov. 3. n. 16. ait: In ſiniſtra ejus divitiæ, & gloriæ, de ejuſque dextera ait Moyſes, Deut. 33. n. 2. *In dextera ejus ignea lex*; at divinus Agnus cum habet ante oculos quid Æternus Pater haberet in dextera, ac ſiniſtra, contemptis divitijs, & gloria, librum tamen expetit, & accipit: *Et venit, & accepit de dextera ſedentis in throno librum*, n. 7. Optimè agnoſcebat Agnus innocens legum ſacrarum Codices moribus excolendis valde perutiles eſſe, indeque omnibus præferendos; præclarè Rupertus lib 4. in Apoc. ſic ait: *Notandum eſt, quia veniens Chriſtus in hunc mundum nihil divitiarum, ac gloriæ de ſiniſtra, ſed tantummodo librum, ſive legem igneã accepit de dextera.* Hæc una tam Chriſto D. erat cura ſacrum librum ſemper habere in ore, illumque explicare, ac declarare; ſic pergit citatus Rupert. *Tantummodo meditari in lege Domini, tantummodo librum dignatus eſt accipere, intendens aperire illum, & explicare.* Ex quo apertè inſinuatur, quam nobis utilis ſit ſcientia ex ſacro libro petita.

Apoc. 5. Deut. 33. Rupert. *Scientia Scripturarum ſuper omnes divitias.* Rupert.

10. Pergit ſacer Textus citato cap. 5. n. 8. quod *cum Divinus Agnus aperuiſſet librum quatuor animalia, & viginti quatuor Seniores ceciderunt coram Agno, & habebant ſinguli cytharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum, & cantabant quaſi Canticum novum.* Conſideremus ſingula in magnum noſtrum documentum: Cum Agnus aperuiſſet librum, quatuor animalia, ac viginti quatuor Seniores nos repræſentantes, tamquã bene inſtructi ſacra Scriptura ipſum Agnum Chriſtum Ieſum adorant, ut verum Deum; *habentes cytharas* tonantes per totum Orbem prædicatione Evangelica, ut explicant Viegas, & alij, *Et phialas aureas plenas odoramentorum*, per quas interpretantur corda, ac mentes. Gloſſa Interl. Rupert. Beda. Richard. de S. Victore, Carthuſ. Hugo, *plenas odoramentorum* ſanæ, & veræ doctrinæ, quæ dat ſuaviſſimum odorem; *Quæ ſunt orationes Sanctorum*; quia ex ipſa doctrina ſacræ Scripturæ componuntur, ac conſonantur orationes Sanctorum. D. Ambr. ibidem: *Seniores cadunt coram Agno, cum per meditationem divinarum Scripturarum conſiderantes immenſam Dei clementiam*, humiliant ſe in conſpectu creatoris ſui, & quanto ſeſe per humilitatem dejiciunt, tanto magis in ejus amore exardeſcunt.

Apoc. 5. Viegas. Interlin. Rupert. Lyran. Beda. Carthuſ. *Scientia Scripturarum generat humilitatem, & dat odorem.* D. Ambr.

11. *Et cantabant quaſi Canticum novum* ob multas rationes à me datas tom. 1. in Apoc. c. 5. q 25. n. 224. & 225. Vel etiam, quia in ſacra Scriptura, ſi molta indagine, ac meditatione ob profunditatem, & altitudinem myſteriorum verſetur, ſemper multa nova tamquam in locupleti theſauro inexhauſto inveniuntur, ideo multo ſtudio in ea incumbendum, ut docet D. Baſilius ad cap. 1. Iſaiæ. Vide multa in Sybillario verbo Scriptura.

In Scriptura ſemper nova inveniuntur.

QUÆSTIO II.

Quare turba Civitatis circumſtat domum Iaſonis, & quiſnam eſſet ille?

12. AB hoc ſecundo incipio. Et quiſnam eſſet ille Iaſon, de cujus vita, ac moribus aliqui Expoſitores latè agunt, breviter tamen dicendum, quod apud illum hoſpitabantur Silas, & Paulus, utpote familiaris, ac etiam cognatus Pauli, & Chriſtianus, qui, ut ait Beda, converſus fuit à Paulo per tria Sabbatha in Synagoga Theſſalonicenſi dicente Apoſtolo, ac manifeſtante ex Scripturis Chriſtum D. de quo dictum eſt hic verſ. 2. de hoc, ut volunt Sixtus Senenſ. Genebr. Baron. facit mentionem Apoſtolus Rom. 16. n. 21. *Salutat vos Timotheus adjutor meus, & Lucius, & Iaſon, & Ioſi pater cognati mei.* Qui cũ Paulo, & Theſſalon. migravit Corinth. In Catalogo

Beda. *Quiſnã eſſet Iaſon.* Senenſ. Genebr. Baron.

Sanctorum adſcribitur in Martyrologio Romano die 12. Iulij, ubi dicitur: *In Cypro S. Iaſonis antiqui diſcipuli Christi.*

Non permittit Deus, quod tyranni exequatur ſuũ furorem in iuſtos. Cum ergo furioſa Civitatis turba quæreret Paulum, & Silam, & non inveniſſent, & ſcirent, quod baptizaverant apud Jaſon, circumſtant ejus domum, ut eos produceret, ut lapidarentũr, vel malè tractarentur; ſed nihil potuerunt; nam Deus eos cuſtodivit, & non permittit, quod tyranni omnia faciant, quæ contra Dei ſervos machinantur.

14\. Quia apud Hebræos valde vulgare erat, quod unus ex eis eſſet naſciturus, qui populum mirabiliter educeret de captivitate Ægyptiaca, ut omnes *Exod. 1.* Iſraëlitarum ſpes amputarentur, Exod. 1. n. 22. *Præcepit Pharao omni populo, dicens, quodquid maſculini ſexus natum in flumen projicite.* Quid tunc? Naſcitur Moyſes, exponitur à parentibus in ripa fluminis, venit filia Pharaonis: *Quem illa adoptavit* *Exod. 2.* *in locum filij*, cap. 2. n. 10. Ecce Moyſes, qui quærebatur, evadit ſalvus, ut populum liberet, & Ægyptios perdat in aquis, valde inanis eſt omnis tyrannorum furor contra eos, quos Divina manus cuſtodit, & ſervat. Lippomanus in ſua Catena, ſic ait: *Subordinatione itaque divina evadit unicus ille* *Non poſſunt tyranni omnia quæ volunt in iuſtos.* *Moyſes, contra quem ſolum fuerat excogitata, & à Dæmone ſuggeſta, univerſalis illa crudelitas, ut diſcamus, abſque conſiderare Dominum, qui mirabiliter eximit ſuos.* Tota Pharaonis rabies eo tendebat, ut periret ille, qui à jugo Pharaonis Hebræos erat erepturus, ſed ille, qui expectabatur, eripitur ab *Lippom.* ejus furore, in vanum eſt omnis rabies contra eos, qui Dei ſunt.

15\. Similiter exardeſcebat Herodes adverſum Jeſum recenter natum dum occidit omnes pueros, qui *Math. 2.* erant in Bethlehem, Matth. 2. n. 16. de quo ſic ait *Imperfect.* Imperfectus homil. 2. in Matth. *Interfecit omnes parvulos, ut unum inveniret in omnibus, ſed neque unum invenit in omnibus, & omnibus vitam æternam præſtitit propter unam.*

Actor. 17. n. 6. Et cum non inveniſſent eos, trahebant Iaſonem, & quoſdam fratres ad Principes Civitatis, clamantes, quoniam hi, qui urbem concitant, & huc venerunt.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE II. uſque ad Verſ. 12.

16\. *Dare locum iræ.* Verſ. 6. ET *cum non inveniſſent*; quia Apoſtoli jam alibi tranſierant dantes locum iræ, ac furori Iudæorum: *Trahebant Iaſonem*, illud verbum *trahere* ſignificat vim, ac vehementiam. *Et quoſdam fratres*, ſcilicet Chriſtianos *ad Principes Civitatis* ad Magiſtratus, ac Gubernatores Ci- *Syriac.* vitatis, qui ſunt illius Principes. Syriacus: *Ad primiores vobis.*

Syriac. 17. *Clamantes.* Syriacus: *Vociferantes*, denotatur clamor incompoſitus præ ira, ac furore, tamquam accuſantes Iaſonem, ut criminis complicem, ſiquidem ipſos hoſpitio receperat. *Qui Urbem conci-* *Græcus. Cõplut. Vatabl. Arabic.* *tant* Græcus Complutenſ. Arabicus, Vatabl. *Qui orbem terrarum commoverunt*: hoc nomine Orbis magnæ Civitates dicuntur, ſic Sereniſſimus, ac Potentiſſimus Philippus ſecundus, cum vidiſſet Ulyſſiponem, dixit: *Eſt Orbis in Urbe.* Subdit Textus: *Huc venerunt.* Arabicus: *Huc ſe contulerunt*, tie ignoti, extranei, errones, vagabundi, ad conturbandam Civitatem nova lege, novoque ritu.

Verſ. 7. *Quos ſuſcepit Iaſon.* D. Chryſoſt. Pagni- 18. *D. Chryſoſt. Pagnin.* nus: Quos clam *excepit hoſpitio*, tamquam homines facinoroſos, ac criminatores, & ideo clam, ac furtim excepit; Omnis, qui agit malum, lucem odit. *Hi omnes contra decreta Cæſaris alium Regem faciunt.* Hi Iudæi ſuorum majorum iniquitatem biberunt, ſic contra Chriſtum ad Pilatum clamarunt: *Omnis, qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari*, Ioan. 19. n. 12. Sed iniquitas eorum fefellit eos; *Ioan. 19.* Nam regnum Chriſti non eſt temporale, ſic ait Jeſus Pilato Regnum meum non eſt de hoc mundo, *Ioan. 18.* Ioan. 18. n. 36.

Verſ. 8. *Concitaverunt autem plebem, & Princi-* 19. *pes*, quorum animi maximè commoventur audito novo Rege, novoque Gubernatore, indeque multæ ſeditiones naſcuntur in Republica.

Verſ. 9. *Et accepta ſatisfactione à Iaſone.* Syriac. 20. *Syriac. Arabic. Caiet.* *Acceperunt fidejuſſores.* Arabicus: *Acceperunt ſponſorem.* Tripliciter explicatur primo Caietanus, quod Jaſon ſe dedit ſponſorem, ac fidejuſſorem, quod Paulus, ac Silas nihil moliebantur contra Imperium Romanum; ſecundo Budæus, Ganæus, Sanchez, quod Jaſon ſe dedit ſponſorem tamquam per *Budæus. Ganæus. Sanchez.* ſe ſolvendum, ſi Paulus, & Silas aliquid feciſſent contra Imperium Romanum: Unde D. Chryſoſt. multum laudat virtutem Jaſonis, qui ſe, ſuumque obtulit caput pro Paulo, & Sila.

Tertio Carthuſian. Lorinus, quod Jaſon dedit 21. *Carthuſ. Lorin.* magnam ſatisfactionem, quod Paulus, & Silas non erant ſeditioſi, ſed valde pacifici, & magnæ virtutis, & quod non prædicabant regnum temporale, ſed ſpirituale ad ſalutem animarum, ut videre eſt in alijs partibus, in quibus prædicarunt, & per hoc ſe dedit Iaſon fidejuſſorem, & ſponſorem, & hæc mihi videtur probabilior ſententia.

Verſ. 10. *Fratres verò*, ſcilicet Chriſtiani: *Con-* 22. *Syriac.* *feſtim per noctem.* Syriac. *Statim ea ipſa nocte*, magna ſollicitudine agentes curam de eis. *In Beræam*, quæ eſt Urbs Macedoniæ. *In Synagogam Iudæorum* introierunt ad docendum, & prædicandum.

Verſ. 11. *Hi autem erant nobiliores eorum.* Ara- 23. *Arabic. Oecum. Arias. D. Chryſoſt. Æthiop. D. Chryſoſt. Oecum.* bicus: *Erant nobiliores genere.* Arias, Oecumenius: *Hi autem erant generoſiores alijs.* D. Chryſoſt. *Hi meliores erant.* Hi nempe Iudæi, qui erant in Beræa non ſolum proſapia, ſed indole, ac generoſitate, meliores erant Judæis Theſſalonicæ, de eis loquitur Textus. Ita D. Chryſoſt. Oecomenius, Lyran. Caietanus, & Hugo; Unde promptiores ſe exhibuerunt in accipienda fide, ac doctrina Evangelij.

Qui receperunt verbum cum omni aviditate. Sy- 24. *Syriac. Arabic. Arias.* riacus: *Hilariter.* Arabicus: *Cum omni promptitudine.* Arias: *Cum omni alacritate* cum omni affectu, ac conatu incumbebant in hac doctrina capeſſenda, & maximè lætabantur ob inventam, & cognitam veritatem: *Scrutantes Scripturas, ſi hæc ita ſe haberent*, id eſt conferendo doctrinam Evangelicam cum ipſis Scripturis, ita dicebat Chriſtus D. ſcrutamini Scripturas, ipſæ teſtimonium perhibent de me, Ioan. 5. ut dixi ſuperiori q. 1. *Ioan. 5.*

Verſ. 12. *Multi quidem crediderunt* ex eis, ſcili- 25. *Syriac. Arabic. Æthiop.* licet Iudæis: *Mulierum gentilium honeſtarum, & viri.* Syriac. *Ex Græcis plurimi, & fœminæ.* Arabic. *Ex mulieribus probatorum virorum.* Æthiopic. *Et mulieres gentiles bona multa* ad fidem, & virtutem multum prodeſt bona indoles, ac ſocietas, & primo in textu nominantur mulieres, quia quod ipſæ recipiunt, Judæi pro ſua protervia reſpuunt.

QUÆSTIO

QUÆSTIO III.

Quare, qui primi receperunt fidem dicuntur nobiles?

26. Arias. D. Chryſoſt. Æthiop. Philo.

AIt Textus: *Hi autem erant nobiliores.* Oecumen. Arias, Græcus: *Erant generoſiores.* D. Chryſoſt. *Generoſiſſimi.* Æthiopic. *Hi meliores erant.* Hi enim virtutem, ac religionem colunt, in illamque propenſiores ſunt *Virtus nobilitatis*, ait Philo lib. 1. de nobilitate, *Virtus nobilitatis comes.*

27. Marc. 15.

Moritur meus Jeſus in Cruce derelictus à ſuis ſolus, & dum totus mundus conglomeratus fervet, ac ſævit in eum, tunc Joſeph ab Arimathæa *audenter introivit ad Pilatum, & petiit Corpus Ieſu* Marc. 15. num. 43. In tanta rerum injuria, nullus eſt metus Joſepho, nullamque populi contra ſe commotionem timet, ſed Pilatum convenit fide in Chriſtum probata: *Venit Ioſeph nobilis Decurio.* Græcus: *Nobilis Senator.* Tantus ergo ex primo rerum ordine ſenator in tam præclara re virtutis non potuit non animo facti eſſe promptus. Victor Antioch. ait: *Praeclarum facinus auſus eſt: neque enim ignotus, aut obſcurus erat, ſed unus ex Senatoribus*, ab honore ingenito deducit Victor generoſitatem Ioſeph, *ut audenter introiret ad Pilatum.*

Græcus. Nobilis difficilia aggreditur. Victor Antioch.

28. Gen. 17. Fidem probat, & timet nobilitas.

Dixit Deus ad Abraham; *Tu cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis.* Geneſ. 17. num. 9. & ſtatim. *Pactum meum ſtatuam in Iſaac* n. 21. & cur nullum cum Iſmahele? Sed omnino excluditur ab hoc pacto. Iſmahel erat natus ex ancilla Ægyptiaca, & ad firmandum pactum cum Deo, ut eligeretur populus Dei, aſſumendus erat vir valde nobilis, & illoſtris, ut ex ſua nobilitate ſtimularetur ad obſervandum pactum, & non filius mulieris captivæ; quia iſti tales ſemper ſequuntur deteriorem partem, & maxime, quæ ex matre ſunt: *malum ex quocumque defectu*, inquit Olcaſter: *Quoniam filij ancillarum, matrem referre ſolent, & matris potius, quam patris mores ſequuntur.*

Olcaſter.

29. Gen. 1. Gen. 5.

Semel, & iterum in creatione hominis repetitur, quod ſit *creatus ad imaginem Dei.* Geneſ. 1. n. 27. *Creavit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam*, & iterum cap. 5. n. 1. *Creavit Deus hominem, & ad ſimilitudinem Dei fecit illum.* In quo duo maximè notanda ſunt de aliis tamquam ex imperio Dei facta ab Elementis referuntur: *Dixit Deus germinet terra herbam virentem.* Geneſ. 1. num. 11. *Dixit Deus fiant duo luminaria magna* n. 14. *Dixitque Deus producant aquæ reptile animæ viventis* n. 20. at cum devenitur ad hominis formationem dicitur: *Creavit Deus hominem* tamquam ſuis propriis manibus, & non quomodocumque ſed *ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam* pro magna commendatione repetito nomine inculcatur: *Imaginem, & ſimilitudinem*, repetitiſque vicibus exprimitur cap. 1. & 5 ut notavi, ad quid tam illuſtriſſima hominis celſitudo ei objicitur, & proponitur ante oculos, ut tanta ſua nobilitate pignoratos totus ſit addictus, ac intentus ad cuſtodiendam Dei legem, atque adimplenda ejus mandata, & ad aufugiendam vilem, & abjectam tranſgreſſionem. Philo Hebræus lib. de nobilit. ait: *Adamo nemo parens, ac vitæ auctor, niſi ſolus Deus fuit, ut conſiderans nobilitatem ſuam, ſe Dei opus eſſe perſpiciens opera ſua dirigeret ad Dei cultum, & religionem.*

Nobilitas ad virtutē excitat. Philo.

30. Cum eſſent homines eligendi, qui Palæſtinam adeant cauſa provinciæ explorandæ, mandat Deus Moyſi: *Mitte viros, qui conſiderent terram Chanaan ſingulos de ſingulis tribus, ex principibus.* Numer. 13. n. 3. Omnes, qui mittendi ſunt debent eſſe ex principibus, hoc eſt ex nobilioribus, ac illuſtrioribus, cur non erunt permixtim ex nobilioribus, ac ex vulgari torba? Hoc negotium erat magni ponderis, nam maximè erat terra exploranda, illiuſque diſpoſitio, & ſitus, illius munitiones, illiuſque debilitas, ubi major vel minor inveniretur difficultas, unde poſſet facilius debellari, & patefieri aditus ad expugnandum, & ingrediendum, quæ quidem erant alto examine conſideranda, hominum mores, illorumque fortitudo, quæ omnia in magno dubio verſabantur, & ad eorum examen, multa induſtria ſolertia, ac ingenij ſagacitas exoptabatur, quæ non facile invenitur niſi in melioribus ob ingenitam indolem communi exercitio comprudentioribus: Abulenſis ad citatum locum Numer. q. 14. ait: *Quia iſti exploratores aggrediebantur aliquid dubium, non auderet quilibet, ideo debuerunt miſſi tales, qui auderent, & hoc magis credebatur de principibus, quam de aliis.*

Num. 13. Nobilitas ad magna & ſublimia inducit. Abulenſ.

31. Ait Deus Moyſi Numer. 14. n. 29. *Omnes, qui numerati eſtis à viginti annis, & ſupra, & murmuraſtis contra me, non intrabitis terram ſupra quam levavi manum meam.* De quo etiam agitur Pſal. 94. & Paulus Hebræor. 4. num. 3. ob murmur contra Dominum, à quo viderunt tanta mirabilia facta in eorum protectione, ſic privantur ab ingreſſu terræ promiſſæ, quæ bello, & armis expugnanda erat: Inde illi merito excluduntur à terra promiſſa, utpote ab inepto bello gerendo, cum ſervi ſervis adhuc parentibus nati, ac educati, depreſſum, ac ſervilem animum habebant, valde alienum ab omni generoſa, ac virili factione, quod in nobilibus, ac principibus ingenitum relucebat. Abulenſis proxima citata quæſtione inquit: *Quia omnes in ſervitute Ægyptiaca enutriti fuerant, ſervi autem nunquam audent ad bellum.*

Servitus animos deprimit, ac facit ineptos. Abulenſ.

Actor. 17. *n.* 13. Cum autem cognoviſſent in Theſſalonica Iudæi, quia & Berœæ prædicatum eſt à Paulo Verbum Dei, venerunt & illuc commoventes, & turbantes multitudinem.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE III. uſque ad Verſ. 18.

Verſ. 13. *CUm autem.* Odio, & invidia agitati Iudæi non deſiſtebant in omni loco Paulum proſequi. *Commoventes.* Syriacus: *Non quieverunt quin concitarent turbam.* 32. Syriac.

Verſ. 14. *Paulum dimiſerunt fratres*, ſcilicet Chriſtiani, *Ut iret uſque ad mare.* Arabicus: *Quaſi ad mare porrecturum.* Noluerunt Chriſtiani, ut advertit Cajetanus, quod Paulus videretur fugere aperte, ſed tantum, quod eorum furorem declinabat, & quod illuc venerat, ot per mare navigaret. *Silas autem, & Timotheus* remanſerunt ad firmandam, & radicandam fidem in Beræcenſibus, ſolius enim Pauli caput, ut omnium magiſter quærebatur. 33. Arabic. Caietan.

34. *Qui autem deducebant Paulum*, hoc præſtabant tamquam viri boni cum multa reverentia, honore, ac ſecuritate. quod ex eo patet; quia Apoſtolos multam confidentiam habuit in eis; nam per eos miſit epiſtolam ad Silam, & Timotheum, Apoſtolum deduxerunt uſque ad Athenas, quæ erat univerſalis Academia totius ſapientiæ, eloquentiæ,

Illi fideles.

& inde Poëtarum, Oratorum, ac Philoſophorum, de quo multa ſcribunt Auctores.

35. Syriac. Æthiop. Vatabl. Pagnin. Tigurin.
Verſ.16. *Incitabatur ſpiritus ejus in ipſo.* Syriac. *Mœrore afficiebatur.* Æthiopic. *Indignatus eſt ſpiritu.* Vatablus, Pagninus, Tigurin. *Irritabatur, excandeſcebat* zelo, ac compaſſione, & dolore afficiebatur Paulus, quod tam nobilis civitas Athenarum totius ſapientiæ Schola eſſet plena errorum, ac cultui idolorum dedita.

36. Syriac. Arabic. D.Chryſoſt.
Verſ.17. *Diſputabat.* Syriac. *Colloquebatur.* Arabicus: *Cœpit loqui* cum Judæis. *Et colentibus*, ſcilicet Proſelytis, id eſt gentilibus, ut explicat D. Chryſoſt. ex gentilibus ad Iudaiſmum converſis, ac de ſalute ſuæ animæ ſtudioſis. *In foro.* Syriacus: *In platea quotidie.*

37.
Verſ.18. *Quidam autem Epicurej, & Stoici Philoſophi.* Epicurej dicebantur, qui ſummum hominis bonum conſtituebant in voluptatibus corporis, & ſenſuum; Stoici vero in animæ virtutibus, de quibus quæſtione ſequenti. *Quid vult ſeminiverbius.*

Syriac. Arabic. D.Chryſoſt. Vatabl. Æthiop.
Syriac. *Collector verborum.* Arabicus: *Iſte num venator.* D. Chryſoſt. *Verbi Sator.* Vatablus: *Quid vult ſpermologus.* Æthiopic. *Quidnam vult hic ſeminator verborum*, id eſt, quid intendit iſte verboſus, vel garrulus, qui nihil, niſi verba effutiat, ſic de Paulo dicebant.

38. Gentiles.
Novorum dæmoniorum. Syriacus vertit: *Deos alienos prædicant*, nam Gentiles Deos minores, ac inferiores Dæmones appellabant: *Quia Ieſus Reſurrectionem annuntiabat eis*, quàm tam Epicurei, quam Stoici negant, de hoc q 5.

QUÆSTIO IV.

Quare iſti Athenienſes dicebant Paulum hominem ſemiverbium, ſeu loquacem, & garrulum?

39. *Irridebant eū cùm loqueretur contra eorū voluntatē.* Prov.15. Tobiæ.2.
ITa vocabant, ut hominem garrulum, ac loquacem, qui ſine Rethorica arte, ac eloquentiæ methodo verba inania, & vacuos, futileſque ſonos ſine ulla rei veritate ſpargebat, quod peſtifere jactabant, tum quia doctrina Apoſtoli diſplicebat eis, utpote contraria eorum dictis, ut facit ſtultus de diſciplina Patris ſui Proverb.15 n.5.& faciebant cognati de vita, & dictis ſancti Tobiæ 2.n.15.

40. Matth.1.
Quod & maximè faciebant, ne quis audiret Apoſtolum, ejuſque dictis acquieſceret, quod eſt extremum, ac ſupremum malum ſcribens D.Matthæus Chriſti proſapiam cap.1. num.8. ait: *Ioram genuit Oziam, Ozias autem genuit Ioatham.* Satis agitata, & perantiqua quæſtio eſt, quare inter Ionam, & Oziam tres Reges Evangeliſta prætermiſerit, de qua re multas aſſignavi rationes tom. 5. & 6. in Evangelia. Ad præſens intentum optimè Rupertus Abbas Theologizatur: *Ioram autem genuit Oziam, Tres Reges de medio ſuccidit, videlicet Ochoziam, Ioas, & Amaſiam, qualem enim locum habere deberent inter parentes Carnis Domini, hi ſub quibus nec ſaltem loqui licuit Prophetis Verbi Domini? Atque iſti ſoli de memoria prædicti, de libro generationis Ieſu Chriſti repulſi ſunt, qui verbum audire, vel præcones Verbi Dei vivere paſſi non ſunt.* Multi, & magni peccatores Reges, ut Manaſſes, & alij recenſentur in hoc catalogo; tamen illi tres merito excluduntur, quia contempſerunt Dei Verbum illios præcones, multis moleſtiis, ærumniſque ignominiosè tractaverunt.

Rupert. *A Dei catalogo excluduntur qui prædicatores non audiunt & impediunt.*

41. Ozeas 9.
Deplorat Ozeas 9. num.8. multa mala populi Iſrael, dicens: *Speculator Ephraim cum Deo meo? Propheta laqueus ruinæ factus ſuper omnes vias ejus, inſania in domo Dei ejus: profundè peccaverunt.* Iſraelitæ idololatriæ dediti poſt longam ſpeculationem, ac meditationem, Prophetas contempſerunt, ut non audirent reputantes tamquam inſanos: *Inſania in domo Dei ejus.* Et inde quid factum eſt? *Propheta laqueus ruinæ ei factus eſt ſuper omnes vias ejus* ſuper omnia ſceleſta, & crimina quæ commiſerunt, ita ut ingemiſcens Propheta clamet: *Profundè peccaverunt.* Ibi Ruffinus ait: *O tu popule prophanis rebus ſubjugate, ad cumulum iniquitatis, ſpiritualium magiſtrorum contumelias pervoniſti, ita ut Prophetas Dei inſanos, & ſpirituales magiſtros ſtultos vocares. Addebaſque nihil aliud Prophetam debere cenſeri, quam hoſtilem laqueum in ruinam miſerorum civium fabricatum... non eſt tale facinus, ut cenſura judicis valeat ipſius oblivisci.* Ad execrabile, ac ſummum omnium malorum nefas devenerunt, cum Dei Prophetas, ac præcones, ut inſanos, ac ſtultos reputarunt, ut eorum verba non audirent, ſed contempſerint, ac rejecerint, & ideo *profundè peccaverunt.*

Ruffin.

Grande nefas Dei præcones, ut inſanos non audire.

QVÆSTIO V.

Quare Epicurej, & Stoici adverſabantur D.Paulo & quinam eſſent illi?

EPicureus diſcipulus Xenocratis omne bonum, ac ſummam hominis felicitatem ponebat in voluptatibus, ac delectationibus, hinc negabat animæ immortalitatem, corporis reſurrectionem, Dei providentiam, & omne divinum Numen, de quo late agunt Lactant. lib.3. Inſtitut. cap.7. Clemens Alexandr. lib.2. ſtromat.cap.15.D. Auguſt.de utilit. credendi cap.4. Ubi eos appellat voluptarios porcos, unde eſt illud Horatij: *Epicurus de grege porcus.* 42.

Epicur. Lactant. D.Aug. Clem. Alex.

Stoici fuerunt Philoſophi ſic nuncupati à nomine græco, quod idem valet, ac porticus, in quo docebat, ejus pater fuit Zeno philoſophus, ejus diſciplina erat multum auſtera; ſummam hominis felicitatem ponebant in poteſtate, induſtria, ac dexteritate cujuſlibet: Negabant Dei providentiam, dicebantque omnia neceſſitate naturæ evenire; dicebant animam eſſe immortalem, corporum reſurrectionem negabant; dicebant omnes virtutes eſſe pares, ſicut & vitia æqualia: miſericordiam, & compaſſionem eſſe vitium; licere ſapienti ſe ipſum occidere, ne miſerè vivat: mundum eſſe animal animatum, & Deum eſſe animam illius, aliaſque ſimiles nugas fabulabantur, de quibus Cicero pro Murena, Lactantius citatus D.Auguſt.tom.6. tract. de Epicureis, & Stoicis. 43.

Stoici. *Eorum errores.* Cicero. Lactant. D.Aug.

Quos omnes errores Paulus refutat docens hominis felicitatem conſiſtere in Dei fruitione; & à Ieſu Chriſto crucifixo dependere, cujus gratia reſuſcitandi ſumus in vitam æternam, & cujus auxilio in hoc ſæculo ejus fides triumphat, & vincit; Omnes humanæ ſapientiæ machinationes, Sophiſtarum argumenta, ac eloquentiæ humanæ perſuaſiones, in cujus rei confirmationem, non diſputationis argutiæ, ſed divinum lumen prævalet. 44.

Paulus refutat eorum errores.

Totam hanc doctrinam nobis confirmat Apoſtol. 1.Corinth. 2. n.4. poſtquam dixit, quod nihil aliud ſcit, ac intelligit, niſi Jeſum Chriſtum crucifixum, ſubdit: *Et ſermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus ſapientiæ, & virtutis.* Ecce doctor gentium omni ſapientia, & altiſſima plenus, 45.

1. Cor.2.

&

& eruditus ſe abſtinet ab humanis perſuaſibus ſapientiæ in rebus fidei, cur evitat diſputationes, *Fides nō comparatur diſputatione, ſed Dei gratia.* cum Scribis, ac Philoſophis de ſupercilio ſuæ eloquentiæ multum confidentibus, numquid timebat ab eis vinci, ac ſuperari? minime: Sed præcallebat excellentiam myſteriorum fidei, quæ cum ſint ſupernaturalia, & altarius ordinis ob ſui ſupereminentiam ſuper humanam rationem non poſſunt teneri, & capi à naturali vi noſtri intellectus, niſi adſit Divini Spiritus gratia excitans, & adjuvans.

D.Zeno. D. Zeno ſerm. de fide ait: *Errat quiſquis diſputationem legis æſtimat fidem: duo in unum diverſa confundit: diſputatio enim ſicut excolit legem, ita ſi verſata ſit eradicat fidem, quia fides profecta non eſt, ubi queritur fides.* Perpende ultima verba.

46. Rom. 11. Dum ſuprema Dei magnalia contemplatur Paulus, totus admirabundus exclamat Roman. 11. n. 34. *O altitudo divitiarum.* Græcus: *O profundum divitiarum Sapientiæ, & Scientiæ Dei.* Per divitias intelligit Apoſtolus magnitudinem miſericordiæ Dei, qua nos divites fecit omnibus donis gratiæ, & gloriæ, ut ipſe explicat ad Epheſ. 1. num. 7. Epheſ. 1. Tertull. *Quam incomprehenſibilia*, ſeu ut legit Tertullianus contra Hermogem: *Ininventibilia*, ait Textus: *Iudicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus*, rationes Divinæ Providentiæ, *& quis cognovit* ſenſum Domini, D Aug. quod merito D. Auguſt. appellat *abyſſus multa*, aut *Non à ratione humana, ſed à Dei conſilio noſtra vocatio.* *quis conſiliarius ejus fuit*, conſiliarius, ut notat ibi Cornelius non ſolum dicit, qui dat conſilium, ſed qui conſcius eſt conſilij, & *quis* poterit ſcire conſilium Dei, cum ejus viæ, & rationes divinæ providentiæ ſint inveſtigabiles, quis poterit ſcire, cur rejectis Iudæis elegit gentiles, cur hunc trahat, & non illum, cum hoc non pendeat ex perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ, ſed ex alto Dei conſilio, D Bern. ut latè diſſerit Bernardus epiſtol. 107. & D. Zeno D.Zeno. ſerm. de fide, ait: *Sciat unuſquiſque aliud eſſe fidem, aliud eſſe tractatum, nec fidem per tractatum poſſe dari, vel noſci, ſed ſcilicet per gratiam Dei.*

47. De Abraham ait Apoſtolus Roman. 4 num. 18. Rom 4. *Qui contra ſpem in ſpem credidit, ut fieret Pater multarum gentium. Et non infirmatus eſt in fide, neque conſideravit corpus ſuum mortuum, cum ferè centum eſſet annorum, & mortuam vulvam Saræ. In repromiſſione Dei non hæſitavit diffidentia, ſed confortatus eſt fide.* D.Chryſoſt. D.Chryſoſt. legit: *Roboratus eſt fide.* Conſiderata natura, omnis ſpes habendi filios ex Sara extincta erat in Abrahamo, cum ipſe eſſet centum annorum, & Saræ vulva ſterilis, tamen promittitur ei filius ex Sara firmiter, & conſtanter credidit, quia in his, quæ pertinent ad fidem non vis, ac impulſus naturæ, aut rationis eſt conſiderandus, ſed divinæ manus efficacia, qua cuncta agit, ac diſponit.

QUÆSTIO VI.

Quare iſti homines vocabant D. Paulum annuntiatorem novorum Dæmoniorum?

48. *Dæmon quid ſignificet.* DÆmon, ut tenent D. Iſidorus lib. 8. Ethymolog. Plato in Cratil. nomen eſt græcum, & idem valet, ac ſapiens, & peritus. Vatablus, & alij dicunt idem valere, ac tegere, quod maximè de malis D.Iſidor. hominibus intelligebant. Dicebant iſti homines de Paulo: Syriac. *Novorum Dæmoniorum videtur annuntiator eſſe.* Syrus: Arabic. *Deos alienos prædicas.* Arabicus: Æthiop. *Eſſe prædicatorem Dæmoniorum alienorum.* Æthiopicus: *Seminator verborum doctrinæ dæmoniacæ novæ.* Apud antiquos Dij novi, & minores appellabantur.

49. Cum Paulus prædicaret Reſurrectionem noſtram, quæ eſt magnum miraculum ſupra ordinem naturæ, & lumine naturali capi non poteſt, ideo gentiles eam non intelligebant, nec dictis Pauli acquieſcebant, *Non intelligebant reſurrectionem.* ſed eum tamquam hominem loquacem, ac impoſtorem, & fabuloſum, qui virtutem aliorum novorum Deorum prædicabat, ac dicebat, judicabant, quam ob cauſam ductus eſt Athenis, ubi Socrates, qui novos Deos inducebat, damnatus eſt ad mortem.

50. Gloſſa. Lyran. Tamen, & maxime moraliter ex quadam Gloſſa refert Lyran. *Quod Philoſophi audierunt à Iudæis inter eos habitantibus tempore Antiochi nomen Dæmonis eſſe abominabile, & ideo doctrinam Pauli vocabant annuntiationem Dæmoniorum, tamquam eiſdem abominabilem.* Ecce ſumma, & extrema miſeria, *Blaſphemant Pauli doctrinā.* ſic errant Athenienſes ſuis erroribus, falſitatibus, ac ſuperſtitionibus, quas ab antiquo à ſuis majoribus ebiberant, ut ſolidam, veram, & ſanctam Pauli doctrinam, utpote novam abominabilem novorum Dæmoniorum judicaverint.

51. *Doctrina quia nova multis diſplicet.* Sunt multi ita affecti ſuæ antiquæ, ac veteri doctrinæ, ut quidquid denuò invenitur, maximè diſplicear, & refutet, ac ſi Deus lucem ſuæ ſapientiæ concluſerit in antiquitate, & nihil junioribus reliquerit, cum in ipſis antiquis multa falſa, & à veritate aliena reperiantur, ut notavit Arnobius lib. Arnob. 1. & ait: *Falſitatis arguitis res noſtras, & nos veſtras arguimus falſitatis; ſed antiquiora noſtra ſunt, ac per hoc fidei, & veritatis pleniſſima, quaſi vero errorum non antiquitas pleniſſima mater ſit.*

52. Ingreditur Ieſu Capharnaum, & veniens in Synagogam docebat eos, & expulit diabolum ab uno homine, & ut ſcribit D. Marc. 1. num. 27. & admi- Marc. 1. rati ſunt, *ita ut conquirerent inter ſe dicentes? quidnam eſt hoc? Quænam doctrina hæc nova*, ut ſuggillarent Chriſti doctrinam dicunt novam, *Non conſiderant utilitatem ſed novitatem.* non conſiderant ſublimitatem, & excellentiam doctrinæ valdè perutilem ad ſalutem animæ, ſed tot, & tantis miraculis in cunctorum oculis, ut conſiderat Victor Antiochen. ſed dicunt eſſe novam, ut eam valeant detrahere, & calumniare, ut dixit D. Paſ- D.Paſch. chaſius lib. 1. in Matthæum: *A malignantium ore nil tam ſanctum, quod valeat effugere.*

53. Cum Deus conderet orbem prima die dixit: *Fiat lux, & facta eſt lux.* Geneſ. 1. num. 3. & quarta die dixit Deus: Fiant duo luminaria, & fecit duo luminaria magna: *Luminare majus, ut præeſſet diei, & luminare minus, ut præeſſet nocti.* Ibidem. n. 16. Numquid: Illa prima lux antiquior habuit in ſe totam lucem, ut eſſet major aliorum omnium, quæ poſtea creata ſunt? Minimè: Imo quæ quarta die fuerant creata, quamvis juniora majori refulſerunt ſplendore, ut notat Hugo Victorin. lib. 1. de Sa- Hugo. Victor. cramentis cap. 15. ubi ſic ait: *Hæc poſteriora amplificata claritate formam meliorem acceperunt, quemadmodum Ieſus in nuptiis de aquis vinum fecit, ut reformationis ſtatum in melius Sacramentum demonſtraret.* *Deus ſæpe iunioribus dat majorem lucem, quam antiquioribus.* De naturalibus bene conjecturatur ad ſpiritualia, ac ſupernaturalia inviſibilia Dei, per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: Deus totius lucis Auctor primæ diei luci dedit ſplendorem, utpote antiquiori omnem? minime, imo & majorem, & ampliorem poſterioribus luminaribus contulit, ac impertivit.

54. Deus totius ſapientiæ lux, & ſplendor dividens ſingula ſingulis prout vult, Deus dedit ſuæ lucis radios antiquis, unde negari non poteſt quod effulgeat per majores ſplendores junioribus, ſi velit; Præclare ait D. Aug. q. 3. ex veteri teſtamento ait ſæpe: D Aug. *Quæ tempore minora ſunt, & virtute majora ſunt.*

Vox

55. Vox eſt animæ ſanctæ ad ſuum Divinum ſpon-
Cant.7. ſum Cantic. 7. num. 13. *Omnia poma nova, & ve-
tera, dilecte mi, ſervavi tibi.* Per hæc poma bona
pars Interpretum intelligit doctrinam, ac expoſi-
Theod. tionem Sacræ Scripturæ tam Doctorum, quam Re-
D.Aug. centiorum. Præfata verba ſic legunt D. Auguſt.
Nova *Nova ſuper vetera ſervavi tibi.* Quia ſæpe nova
ſuper ve- meliora ſunt acutiori ingenio extracta, majori ſtu-
tera. dio inventa, ac expolita. D. Auguſtin. lib. 10. de
Civitate Dei cap. 4. ait: *Præferri veteribus nova;
quia quamvis vetera priora ſint tempore: nova ta-
men præcedunt dignitate, cum illa vetera ſint novo-
rum præconia.*

Actor. 17. *num.* 19. Et apprehenſum eum ad Areopagum duxerunt, dicentes; poſſumus ſcire, quæ eſt hæc nova, quæ à te dicitur, doctrina.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV.
uſque ad Verſ. 23.

56. Verſ. 19. *AD Areopagum, duxerunt eum.* Syriac.
Syriac. *Duxerunt eum ad Senatum, qui vo-*
Arabic. *catur Areopagus, vicus Martis.* Arabic. *Duxerunt*
Græcus. *ad peritiſſimum, & judicem Doctorum.* Græcus: *Ad*
Pagnin. *domum Judicis.* Pagnin. *Ad Martium Pagum.* Æ-
Æthiop. thiopic. *Ad domum Dei eorum.* Erat enim Areopa-
gus Athenis conſeſſus judicum maximæ poteſtatis,
& auctoritatis, in quo graviſſimæ cauſæ dijudica-
bantur, de quo quæſtione ſequenti.
57. Verſ. 20. *Verba quædam infers.* Syriac. *Extranea*
Syriac. *verba diſſeminas.* Arabic. *Ingeris rem peregrinam,*
Arabic. & nobis inauditam, ſcilicet Reſurrectionem cor-
potum. *Quidnam velint hæc eſſe*, quænam ſit talis
doctrina, & quònam fundamento, ac authoritate
prædicas.
58. Verſ. 21. *Omnes advenæ hoſpites* ad nihil aliud
Arabic. vocabant. Arabic. *Niſi ad novum aliquid dicen-*
Æthiop. *dum, & ſermonem peregrinum audiendum.* Æthio-
pic. *Aliam curam non habebant, niſi audire nova,
& ſcrutari, quæ dicerent.* Athenienſium ſumma de-
Plutarc. ſcribitur curioſitas, ut tradit Plutarchus lib. de
garrulitate, & ideo novorum maxime avidos fuiſſe
teſtatur.
59. Verſ. 22. *Stans Paulus in medio*, Arabic. *Cum ſte-*
Arabic. *tiſſet in conſeſſu judicum doctiſſimorum.* Oecumen.
Oecum. *In medio Martij Pagi.* Æthiopic. *In medio domus*
Æthiop. *Dei eorum*, ut ab omnibus aperte, & clare audi-
retur.
60. *Per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video.* Syriac.
Syriac. *Inter omnia nimios eſſe in cultu Dæmonum.* Arabic.
Arabic. *Video vos quibuſdam modis Dæmonia venerantes.*
Æthiop. Æthiopic. *Conſpicio vos inſanire in omnibus*, ac ſi
Superſti- dicat Apoſtolus: O Athenienſes video vos præ om-
tio. nibus excellentes, & nimius eſſe in cultu Dæmo-
num; nam religio dicitur à religando, quæ ut ait
D. Aug. D. Auguſt. lib. de vera religione in fine, defertur
D Iſido. vero Deo; at ſuperſtitio, ut ait D. Iſidorus lib. 8.
Ethymol. cap. 3. dicta eſt, quaſi ſuper ſtatuta, &
debita, & ideo, ut ait D. Auguſt. lib. 4. de Civit.
Dei cap. 30. dicitur illa, quæ defertur falſis, & ina-
nis Diis, quibus nullus cultus, nullaque vene-
ratio eſt debita.
61. Verſ. 23. *Præteriens enim, & videns ſimulachra*
Syriac. *veſtra.* Syriac. *Cum videns eſſem domum formidinum*
D Chry- *veſtrarum.* D. Chryſoſt. *Culturas veſtras.* Oecumen.
ſoſt.
Arias. *Delubra veſtra.* Arias: *Sacra veſtra.* Seu: *Altare
veſtrum.* Attentiùs videns, & conſiderans.

In quo ſcriptum erat ignoto Deo. Syriac. *Scriptum* 62.
erat Deo recondito. Arabicus: *Scriptum erat Deo,* Syriac.
qui ignoratur. Athenienſes, ut viri Docti & eruditi Arabic.
ex multis didicerunt dari unum ſupremum Deum
de quo q. 8.
Quem vos ignorantes colitis, hoc ergo annuntio 63.
vobis: Tamquam ſi dicat Paulus: Ego non ſum no-
vorum Dæmoniorum annuntiator, ut vos dicitis,
ſed annuntio vobis Deum, qui ab antiquo mundum
creavit, & gubernat, quem vos ignoratis, ejus
magnalia, & nomen vobis dico, & explico.

QUÆSTIO VII.

Quare D. Paulus ducitur ad Areopagum?

AReopagus nomen græcum, & ab eo dedu- 64.
ctum, idem eſt, ac vicus Martis, ſeu curia *Areopa-*
Martis, nam ut tradunt Græci, cum Mars de ho- *gus unde*
micidio accuſaretur, & res judicanda duodecim *dictus.*
Diis committeretur, à ſex abſolutus fuit in eo lo- Græcus.
co, & quamvis eſſent pares, res favorabilior eo
prævaluit, & ideo à nomine græco Mars, dictus
eſt locus vicus Martis, vel etiam, ut vult Plinius Plinius.
lib. 7. cap. 56. ab inſigni templo Martis ibi con-
ſtituto.
Erat hic vicus Areopagus unus, & illuſtrior ex 65.
quinque, qui erant Athenis, & in eo erectum fuit *Tribu-*
Tribunal à Cecrope, quo nihil erat ſeverius, con- *nal A-*
ſtantius, ac integrius, ut ait Cicero lib. 1. ad *reopagi.*
Attic. Epiſt. 9. ad quod juſſu Solonis non aſſume-
bantur niſi Archantes, id eſt niſi Principes magni,
& probatiſſimi, ut teſtatur Plutarchus in Solone, Plutarc.
& erant maximè ſolertes ſpeculatores, ac indaga- Cicero.
tores, ſententiam ferebant non per verba, ſed cal-
culum, & in obſcuris, ne eorum lachrymis, ac aſ-
pectu moverentur, unde venit in proverbium Areo-
pagita taciturnior.
Tanta erat de illius integritate fama, ac opinio, 66.
ut graviſſimæ cauſæ ex toto orbe, ac etiam ex Ro- *Magna*
manis teſte Gellio lib. 12. cap. 7. ad eos judicandæ *authori-*
deferrentur, eorumque ſententiæ ſi Ariſtidi credi- *tas il-*
mus tamquam oracula, ac Deorum reſponſa arbi- *lius.*
trabantur, de quo plura Budæus in Pandectas leg.
ultima de Senat.
Ad Areopagum ducitur Paulus, ut tamquam 67.
promulgator novæ legis judicaretur, ac puniretur,
ut notat D. Chryſoſt. in præſenti, & ait: *Ad Areo-* D. Chry-
pagum duxerunt Paulum, non ut quippiam cognoſce- ſoſt.
rent, ſed ut punirent, & ſuppliciis afficerent: ibi *Paulus*
enim capitalia exercebantur judicia. Sed ſuprema *ducitur*
Dei providentiâ, aliter evenit, ibi enim veritas *ad Areo-*
Evangelica maximè exaltata eſt, & ſublimata, ibi- *pagum.*
que eximie inter ipſos Idolulatriæ feroces zelatores *ut puni-*
fundatur Eccleſia Dei propugnante, & prædicante *retur,*
S. Dionyſio Areopagita. *ibique*
exalta-
tur.
Ait Regius Vates Pſal. 47. num. 3. *Latera Aqui-* 68.
lonis, civitas Regis magni. D. Auguſt. ait: *Ecce gentes* Pſal. 47.
latera Aquilonis adjuncta ſunt, latera civitatis Re- D. Aug.
gis magni. Propheta clamat: *Ab Aquilone pandetur
omne malum*, ut ibi explicatur; Omnis contrarie- *Inter cō-*
tas, & adverſitas ibi ſumma Dei potentia, quod *trarieta-*
inter ipſas contrarietates, ac adverſitates fundatur *tes exal-*
civitas, ſeu Eccleſia Regis Magni. *tatur*
Eccleſia.
Ad hujus rei guſtum ait Job 37. n. 22. *Ab Aqui-* 69.
lone aurum venit & ad Deum formidoloſa laudatio. Iob. 37.
Quæ verba ſic transfert D. Auguſt. in Pſal. 47. *Ab* D. Aug.
*Aquilone nubes coloris aurei, in his eſt magna glo-
ria, & honor omnipotenti Deo*; quomodo ab Aqui-
lone regione tempeſtuoſa, & obſcura veniunt

Nubes

Inter tempeſtates nitet aurũ fidei. Nicetas.

Nubes referentes colorem aureum; hæc elegans pulchritudo ab Orientalibus plagis veniet, ſed ab Aquilone regione tempeſtuoſa, & obſcura ibi cernitur, & reſplendet Dei potentia, ab ea producens aurum putum fidei, & amoris. Nicetas ibi: *Dei imperio Boreas nitidas, & fulgorem auri imitantes nubes adducit.*

QUÆSTIO VIII.

Quare Ara conſecrata conſiſtebat ignoto Deo?

D.Chryſoſt. Occum. *Ex favore in bello, & peſte Deus ignotus.*

70. SAtis latè, & diffusè D. Chryſoſt. & Oecumen. referunt, quod cum Athenienſes premerentur bello, à ſuiſque Diis, quos colebant, poſtularent auxilium, nullumque habuiſſent, intelligentes aliud eſſe Numen majus, ei ſacrificantes auxiliati ſunt, quapropter aram ignoto Deo conſtruxerunt; vel etiam, ut alij dicunt, ut referunt citatus D. Chryſoſt. & Oecumenius, nempe: Quod cum Athenienſes magna laborarent peſte, nullumque à ſuis Diis ſubſidium obtinuiſſent, conjecturantes, an daretur aliud majus Numen, ei ſacrificantes convaluerunt, peſtiſque omnino extincta fuit, ideoque tali Numini, ac Deo aram ſub titulo Ignoto Deo obtulerunt.

Lyran. Hugo. Sanches. *Ex eclypſi.*

71. Secundo Lyran. Hugo, Sanches, & alij hoc referunt ad laudem, & gloriam D. Dionyſij, qui cum eſſet peritiſſimus in Aſtrologia, & Luna eſſet plena, per interpoſitionem ad Solem non poterat fieri eclypſis, & ex multis aliis principiis probat Lyranus naturaliter non poſſe evenire; Unde hoc animadvertẽs exclamavit: *Aut Auctor naturæ in carne patitur, aut tota mundi machina diſſolvitur*; indeque erexit, & conſecravit illi altare, hac inſcriptione, *Ignoto Deo*, ſcilicet Jeſu Chriſto, cujus mortis cauſa Eclypſis facta eſt.

Baron. Lorin. *Unum Deum adorabant.* Tertull. Lucan.

72. Tertio, & probabilius Baronius, Lorinus, & alij tenent, quod Athenienſes acceperunt à Philoſophis, & Sybillis, atque etiam à Judæis dari unum ſupremum Numen abſconditum, & inviſibile, à quo cuncta gubernabantur, ac regebantur, indeque ei aram conſtruxerunt; nam ſicut apud Romanos venerabantur Dij incerti, ſic & apud Athenienſes Dij Incogniti, ut teſtatur Tertullianus lib. 1. contra Marc. cap 9. Iſte autem incertus erat Deus Hebræorum, ad quod tendit illud Lucani.

—— Dedita Sacris
Incerti Iudæa Dei.

Deum Hebræorũ adorabant. Catena Patrum. D.Aug. Clem. Alex. D.Hier.

73. Illi Ignoto Deo, cui ara erat conſecrata, erat Deus Judæorum, quod ſic probatur. Primo Catena græca Patrum à Feliciano concinnata, ſic habet: *Ignoto Deo, & peregrino aram hanc ſacrarunt Athenienſes: Peregrino Numini Hebræorum, ſcilicet, cui nondum nomen certum, vel notum erat.* Huic interpretationi favet D. Auguſt. lib. 1. Creſcon. cap. 29. & ait: *Athenienſes quamvis extra Eccleſiam unum verum colebant Deum.* Similiter & Clemens Alexandr. lib. 1. Stromat. cap. 9. ubi ait: *Paulus ignotum Deum honorari quidem per circumlocutionem à Græcis opificem Deum ſignificavit.* Pro quo etiam ſtare videtur D. Hieronym. in cap. 16. Ezechiel. ubi ait Dei majeſtatem Incognitam ſaltem obſcure ab iſtis gentilibus adorari.

74. Quod ex ipſomet contextu probo: Ait Paulus: *Inveni, & aram, in qua ſcriptum erat: Ignoto Deo, quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis.* Illum nempe Deum Ignotum, quem vos ignorantes, & neſcientes nomen, ac majeſtatem colitis, ipſum eundem Jeſum Chriſtum vobis prædico, dico, ac manifeſto, ac proinde idem eſt Deus, quem vos colitis, & ego annuntio. Conſidera, quæſo, magnam Pauli prudentiam, quod ut eos ad fidem ſuaviter alliceret, dicit ſe habere eundem Deum cum ipſis, omneſque eſſe ſub eadem religione, atque ſub eodem Numine.

Ex ipſo textu Deus verus colligitur.

Expendenda tamen eſt in præſenti lectio D. Chryſoſt. ſic exponentis: *Quem igitur ignorantes bene colitis, hunc ego annuntio vobis*; nota verba *bene colitis.* Et quomodo Chriſtus Dominus poteſt dici bene coli ab Athenienſibus ſub titulo ignoti Dei; nam hæc eſt peculiaris mei Ieſu nota, quod tunc magis ſubmiſsè veneratur, quanto magis ejus ſublimitas ignoratur, quæ ſupereminenter tranſcendit omne captum humani intellectus: Unde rectè de eo ait Arnobius lib. 3. contra gentes: *Unus eſt hominis intellectus de Dei natura certiſſimus, ſi ſcias, & ſentias nihil de illo poſſe mortali oratione depromi.* 75. D.Chryſoſt. *Deus ut ignotus bene colitur.* Arnob.

Ait Iſaias 45. num. 14. *Tantum in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus, verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Salvator.* Abſconditus in infinitate ſuæ naturæ, in ſuis attributis, ac operationibus; Unde de eo ait Paulus 1. Timoth. 6. n. 16. *Deus lucem inhabitat inacceſſibilem*, ita eſt abſconditus, qui habitans in luce infinita, eſt inacceſſibilis. In Ægyptiorum templis inſcriptum videbatur hoc emblema: *Ego ſum quod fui, quod eſt, quodque futurum eſt: velum meum nemo unquam revelavit.* 76. Iſai. 45. *Deus abſconditus bene veneratur.*

QUÆSTIO IX.

Quare D. Paulus vocat Athenienſes ſuperſtitioſos cum ſub ignoto Deo verum adorarent Numen.

SUperſtitio, ut jam dixi in Expoſitione, eſt nimius, & immoderatus cultus ſuper ſtatuta, ac debita, inde cultus, qui defertur falſis Diis, dicitur ſuperſtitio, cum iis nullus cultus, ac veneratio ſit debita, at, ut dixi ſuperiori quæſtione Athenienſes ſub illo titulo *Ignoto Deo* adorabant verum, & divinum Numen: ergo videtur Apoſtolum apte non dixiſſe, & convenienter: *Viri Athenienſes quaſi ſuperſtitioſiores vos video.* 77. *Difficultas quæſtionis.*

Reſpondeo, & nota, quod Apoſtolus non dixit ſimpliciter ſuperſtitioſiores, ſed quaſi, ac ſi aliqua ex parte non eſſent tales cum adorarent verum Numen, tamen benè dicuntur ſuperſtitioſiores; quia eum non cognoſcebant, ut debebant cognoſcere, nec illius notitiam, ac cognitionem procurabant, atque ſollicitabant, ut tenebantur; ſcire, & inquirere, & deinde cum illo ignoto Deo ſimul colebant ſimulachra gentium, eiſque æqualiter cultum deferebant, de quo maxime Deus conqueritur Iſai. 40. num. 25. *Cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis? dicit ſanctus.* 78. *Cultus Dei en integro, & non mediate.* Iſai. 40.

Dicitur Salomoni 3. Reg. 11. num. 11. *Scindam regnum tuum, & dabo illud ſervo tuo.* Ob idololatriam commiſſam à Salomone, ex duodecim tribubus Iſrael eripiuntur ab eo decem tribus, & datur Ieroboamo, ſed quomodo hoc fit! Si propter Idololatriam magna pars regni aufertur à Salomone, cur datur Ieroboamo magno Idolorum cultori, ſi uterque eodem fœdatur crimine, unde tam diſpar diſtributio, cum crimen Ieroboami maius appareat; quia non ſolum ipſe idolis ſacrificavit, ſed faciens vitulos aureos in Samaria, eodem ſcelere 79. 3. Reg. 11.

totum

Magnum nefas ſervire Deo, & idolis. totum Iſrael implicavit: ex quo ergo principio tãta prodiit differentia? Ieroboamus totus ſe dedit nefando idolorum cultui, at Salomonis partitum eſt cor, adorabat verum Deum omnium creatorem, ſimulque Diis gentium ſacrificabat, & cujus cor
Theod. erat partitum, merito & illi partitur regnum. Theodoretus q.43. ait: *Propheta magis accuſant tribum Iuda.... quoniam cum ſimul cum Deo videretur ambulare per templum, clamque ſerviebat idolis.*

81. Quærens anima ſancta per vicos, & plateas
Cant. 3. ſuum dilectum cum inveniſſet eum, ait: Cantic. 3. num. 4. *Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Cur quæſo, non vult habere colloquium cum eo per vicos, & plateas, & cur non in qualibet domo matris, ſed in intimo cubiculo, &
Sponſa ſolum cũ dilecto. valde ſecreto; ſic erat tam intime ad ſuum dilectum ex intimo corde addicta, ut ne ab aliquo implicata, vel domo aliquantum diverteretur, & ita ſolum cum eo volebat texere ſermonem, ubi nullum pa-
Gilliber. teretur diverſiculum. Gillibertus Abbas ſerm. 11. in Cantic. ait: *Novit illa dilectum ſuum non poſſe foris ſecurè poſſideri, nec integer quidem, & quam durum eſt amanti animum dimidiare cum Chriſto, & mundo? quam durum eſt inquam in dilectionis jura peregrinas admittere curas, & cæleſte ſecretum ſæcularibus infeſtare turbellis?* Ad hunc ſenſum ait
1. Theſſ. 5 Paulus 1. Theſſalonic. 5 n. 22. *Ipſe enim Deus pacis ſanctificet vos per omnia, ut integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in adventu Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

QVÆSTIO X.

Quare D. Paulus cum Athenienſibus incipit ſermonem à Deo ignoto?

82. MAgnus Paulus valde diverſimodè concionando ſe habet cum ſuis auditoribus, ac Iudæis, nam cum Iudæis diſſerebat de ſcripturis, ut patet ex verſu 2 hujus capitis; at vero modo cum Athenienſibus nihil de ſcriptura, ſed ab eorum ara Ignoto Deo conſecrata, atque ab eorum ſuperſtitionibus intexit ſermonem.

83. Præclare Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 34. ibi
Peluſiot. ait: *Quandoquidem inexpugnabilis, atque omni contradictione major, ea vis oratoris eſt, cui contrarij aſſentiuntur, idcirco ad quamque nationem, ex his, quæ apud eam moribus recepta ſunt diſſerendum eſt.* Nuia modo: *Quod etiam ille cenſorum Chriſti diſpenſator Paulus faciebat, apud Iudæos quidem de ſcripturis diſputans, apud Athenienſes autem ab ara. Proinde enim, ac ſi de lege nihil audiſſet, ab ara movendi materiam arripiebat, ut ab ipſorummet*
Vnuſquiſque ſua inclinatione trahendus. *dogmatibus eos ſubjugaret.* Magna ſagacitas, ac induſtria oratoris eſt quemlibet intendere expiſcari per ea, ad quæ auditoris animus eſt proclivior, ut ita quilibet ſuo ingenio facile trahatur, & ita magnus animarum venator Paulus, cum Iudæis, qui de ſcripturarum lectione multum gloriabantur cum ſcriptura pertractabat; at cum Athenienſibus, qui nihil de ſcriptura noverant, multumque de ſuis ſimulachris jactabantur, eorum votis annuens, per Deos, quos colebant ingenioſè eorum cultum demoliri conatur, inſinuanſque uniuſcujuſque moribus, eos ad ſe pellicere ſagaciter intendit.

84. Vafer ille inſidioſus tentator magno bellico ſtratagemate Chriſtum Dominum aggreditur ſtatuens illum ſupra ſupremum templi faſtigium, dicens:
Math. 4. *Si Filius Dei es, mitte te deorſum.* Matth. 4. num. 6. & iterum regnorum magnitudinem oſtendens, ait: *Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraveris me.* Volens inimicus rimari, num Chriſtus Dominus eſſet Filius Dei, opportunius videbatur, ſi inimicus afflatus fuiſſet: *Si Filius Dei es,* conſcende altitudinem nubium, Cœlos penetra, & omnia mundi regna ſub pedibus tuis conculcanda ſterne; Sagaciſſimus inimicus conſideravit Chriſtum Dominum in ſuo geſtu, modoque agendi, ac loquendi eſſe valde humilem, & alienum ab omni faſtu, ideo non per aſcenſum, ſed deſcenſum eum tentare, ac ſuperare vult. D. Paſchaſius ait: *Mitto te deorſum, ut ſi Filius Dei eſſes, ex hoc ſaltem per conjecturam cognoſceres.* *Per humilitatẽ tentat Chriſt.* D. Paſch.

Ad proſternendos primos parentes objicit eis Diabolus. In quacumque die comederetis *Eritis ſicut Dij*, Geneſ. 3. num. 5. & cur callidus ſerpens ad tantum bellum tale eligit telum? Agnovit ſpeculator nimius, quod inter cætera, quæ Deus communicavit homini, daretur quidam vehemens amor cum Deo arctiſſimè vivendi, illiuſque imaginem, ac ſimilitudinem retinendi: unde ex his præparat inimicus machinas ad bellum tamquam ſi diceret, minime veſtrum deſiderium arctiſſimæ conjunctionis cum Deo implere poteritis quandiu homines extiteritis, cum multa diſcrepantia ſit inter Deum, & hominem, quod abundanter ſatiabitur, ſi comedentes facti fueritis Dij, & in eodem ordine cum eo, Procopius ait: *Inter cætera ſui deſiderium ingenuit Deus homini; cujus fomitem, vel ſcintillam Diabolus in homine deprehendens, ut eum magis ineſcaret, & ad vetitum pertraheret, inquit* Eritis ſicut Dij; *quaſi diceret, nunc cum ſitis homines ſolum non poteritis converſari cum Deo, ſed hoc eveniet, cum in Deorum numero fueritis relati.* 85. Gen. 3. Procop.

Actor. 17. *n.* 24. Deus, qui fecit mundum, & omnia, quæ in eo ſunt, hic Cœli, & terræ cum ſit Dominus, non in manufactis templis habitat.

Verſiones;

CVM EXPOSITIONE V. Vſque ad Verſ. 29.

Verſ. 24. *DEus qui fecit mundum.* Arabic. *Deus, qui creavit orbem, & omnes creaturas, quæ in eo ſunt.* Hoc dicit contra Stoïcos, qui mundum fato, aut vi naturæ productum dicebant, ac etiam Epicureos, qui Dei Providentiam negabant; *Non in manufactis templis habitat,* ut habitabant Dij Gentium, cum enim Deus ſit inviſibilis, & immenſus loco alligatus non eſt, & ideo ipſe de ſe ait per Ieremiam 23. num. 24. *Cœlum, & terram ego impleo.* Dicitur autem habitare in Cœlis; quia ibi manifeſtatur, & in ſanctis ſuis per gratiam Rom. 8. n. 9. & 1. Corinth. 3. n. 16. 86. Arabic. Ierem. 23 Rom. 8. 1. Cor. 3.

Verſ. 25. *Nec manibus humanis colitur.* Syrus: *Nec ei miniſtratur per manus hominum.* Arabicus: *Nec eget officio manuum hominum tamquam ſi dicat,* ſuprema Dei Majeſtas multum diſtat à Regibus terræ, qui indigent ſervis, qui ei miniſtrent veſtimenta, cibos, & potus, multumque diſtat à Diis gentium, quibus apponebantur victimæ tamquam ad cibum, & alia multa tamquam ad oblectamenta, & delicias. 87. Syrus. Arabic.

Indigens aliquo, nec indigens alio. Lorinus ex radice Hebraica legit: *Sibi ipſi ſufficiens*: Unde David canit Pſalm. 15. numero primo: *Dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum* 88. Lorin. Pſal. 15.

non

non eges. De his quæ ſequuntur dat omnibus vitam quæſtione 12.

Syriac. Arabic. D. Chryſoſt. Æthiop.

89. Verſ. 26. *Fecitque ex uno totum genus humanum.* Ex uno nempe Adamo. Syriacus: *Ex uno ſanguine*, ab eodemque parente: *Definiens ſtatuta tempora.* Syriacus: *Diſtinxit tempora decreto ſuo.* Arabicus: *Ordinavit ſtatutis temporibus terminos.* D.Chryſoſt. *Præfixitque præſtituta, & præfixit terminos.* Æthiopicus: *Tempora ſua, & annos ſuos quandiu habitabunt cum vita ſua*, ait Iob.14 n.5.*Conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt.*

Arabic. Arabic. D.Chryſoſt. Græcus.

90. Verſ. 27. *Quærere Deum, ſi forte attrectent eum, ut inveniant.* Arabicus: *Cœperunt quærere Dominum.* Ad hunc finem creatus eſt homo vivens, ut per totam ſuam vitam Deum quærat cognitione, amore, ac operibus: *Si forte attrectent eum.* Arabicus: *Utrum forte perquiſitus.* D. Chryſoſtomus, Græcus: *Si forte palpent eum.* Dicitur *ſi forte* pro nota noſtræ libertatis. *Attrectent* cognoſcant magnitudinem, ac excellentiam; quamvis enim Deus ſit invisibilis, & plane in ſe non valeat cognoſci in hac vita, tamen per opificium hujus mundi, illius gubernationem, ac providentiam poſſumus aliquantulum eum inveſtigare, attrectare, ac palpare, ut habet Græcus, tamquam more cæcorum, qui palpando inveniunt locum; ſic ait Apoſtolus Rom. 1.n.20.*Inviſibilia Dei, à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt conſpiciuntur.*

Rom.1.

D.Aug. Syriac. Æthiop.

91. Verſ.28. *In ipſo enim vivimus*; quaſi in quodam eminentiſſimo ſuſtentaculo per ſuam immenſitatem, providentiam, ac conſervationem, *movemur, & ſumus.* Arabicus: *Exiſtemus*; nam, ut ait D. Auguſtinus ſerm. 18. de verb. Apoſtol. *Vita corporis anima eſt, vita animæ Deus eſt*, & ait Paulus: *Sicut quidam Poetarum veſtrorum dixerunt.* Syriacus: *Prout quidam è ſapientibus veſtris, dixit.* Æthiopic. *Fuerunt quidam ex vobis.*

92. Nempe Aratus, antiquus, atque inſignis Poeta *Ipſius genus ſumus*; utpote à Deo creati, ad ejus imaginem, ac ſimilitudinem, ut tamquam filius parentem referat, de quo q.23.

Syriac. Arabic. Æthiop.

93. Verſ. 29. *Genus ergo cum ſimus Dei, non debemus æſtimare auro, argento, &c.* Syriacus: *Homo igitur noſtra proſapia cum ſit à Deo.* Arabicus: *Quæ nobis eſt ratio cenſendi aurum.* Æthiopicus: *Quum ſumus progenies Dei non convenit*, ut repræſentemus eum per aurum, &c.

Argumentum Apoſtoli.

94. Totum argumentum Apoſtoli hoc eſt, ſi nos cum ſimus progenies Dei, & ab ipſo creati ad ejus imaginem, & tamen ſumus conſtituti ex nobiliori ſubſtantia auro, & argento, nempe ex corpore, & anima rationali, à fortiori conſeqoens eſt, quod Deus, qui nos creavit ad imaginem ſuam, ſit ex ſublimiori natura, quam ex auro, aut argento, & ideo turpiter errant Idololatræ, qui eum auro, & argento aſſimilari exiſtimant.

QVÆSTIO XI.

Quare ait Apoſtolus, quod Deus non habitat in manufactis templis?

Templa exornanda. 3.Reg 6. 1.Mac.4

95. PErperam adverſatij Eccleſiæ intendunt ex hoc loco deſtruere cultum à Chriſtianis Deo exhibitum in Eccleſiis, cum ex multis locis commendetur ex magnificentia templi Salomonis 3.Reg.6. per totum & Machabæi 1. cap 4. n 57. *Ornaverunt faciem templi*; tota enim ſcriptura clamat, Deus inhabitat in templo ſancto ſuo Pſal.10.n.5. & 64.n.1. Ait Apoſtolus, quod Deus non habitat in Templis manufactis, ut exiſtimabant Gentiles, ac ſi Deus eſſet ibi circumcluſus, ac alligatus, cum ſit immenſus, ac repleat omnem locum, ut dixi in Expoſitione.

96. Tamen magis ſuaviter, ac delectabiliter Deus habitat in corde, ac anima juſtorum bene diſpoſita, ac bene præparata. Lactantius lib. de Ira Dei cap. ultim. ait: *Sit nobis Deus non in templis, ſed in corde noſtro conſecratus, Deſtructibilia ſunt omnia, quæ manu fiunt. Mundemus hoc templum, quod non fumo, neque pulvere, ſed malis cogitationibus ſordidatur, quod non cereis ardentibus, ſed claritate, & luce ſapientiæ illuminatur.* Conſidera in quanta ſublimitate ſit templum, quod in corde noſtro præparatur; nam illud manufactum, temporum injuria corruit, & labitur, hoc autem cordis noſtri durante noſtra voluntate, & illud perſeverat: illud autem exterius cereis, & tapetibus componitur, hoc autem interius luce, ac claritate divinæ ſapientiæ, ac cœleſtium donorum illuſtratur, inde ait Minutius Fœlix in Octavi. *Quod verò templum poſſit habere Deus, cujus templum totus eſt mundus? In noſtra dedicandus eſt mente, in noſtro conſecrandus eſt pectore.*

Lactant. — *Deus illuſtrius veneratur in corde puro, quam in alio.* — Fœlix.

97. Ingreditur Jonas Ninivem clamans: *Adhuc quadraginta diebus & Ninive ſubvertetur*, ſtatim exiit decretum ex ore Regis, & Principum ejus dicens: *Homines, jumenta, & boves, & pecora non guſtent quicquam: non paſcantur, & aquam non bibant: & operiantur homines ſaccis, & jumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & convertatur vir à ſua via mala.* Jonæ 3. n.8. Solemnis gentium conſuetudo extitit, ut cum in vehementi neceſſitate ſe viderent in arcto poſitos ad ſuorum Deorum templa confluere, expoſtulantes remedium, & ſubſidium, & ſi Divino erant illuſtrati Numine cur non cogitant ei conſecrare magnificum templum omni aurea ſupellectili mirabiliter exornatum, ſed toti ſunt intenti, *Ut convertatur vir à via ſua mala.* Ut erant divina luce illuſtrati, optime præcallebant, quod cum Deo vero ſit agendum, non de auro, & argento eſt cogitandum, ſed de purificando, ac mundando corde, in quo Deus præjucundius, ac delectabilius gaudet, quàm in quacumqoe alia magnificentia. D. Zeno ſerm. de Iona ait: *Statimque actus veteris vitæ damnantes pro ſalute redimenda, non ſolito more ad ſtupida ſimulachra concurrunt...... Sed à ſuo corde remedium ſalutare depoſcunt, ſpiritumque ſuum tota humilitate contribulatum ambitioſè ſacrificant*, non ad ſimulachra, ac templa, ſed ad cor purificandum tota ſollicitudine ſe convertunt.

Ionæ 3. — *Cor purũ aptũ ad veniã impetrãdam.* — D.Zeno.

98. Conſummato Templi opere ait Deus Salomoni: *Audivi deprecationes tuas, ſanctificavi domum hanc, quam ædificaſti, ut ponerem nomen meum ibi in ſempiternum* 3.Reg.9.n.3. Nos vero in oratione Dominica obſecramus: *Sanctificetur nomen tuum* Matth. 6.n.9.Ecce Salomon ædificavit magnificentiſſimum illud Templum, ut in eo ſanctificaretur nomen Domini; nos etiam in noſtris orationibus petimus ſanctificetur nomen tuum, ſed in quonam magis exaltatur, ac ſublimatur Deus, in ampliſſimo toto aureo Salomonico Templo, an noſtra oratione? Si hæc fiat puro corde, ac animo unito cum Deo, in quo conſiſtit omne bonum, illa magis ſanctificatur, ac colitur Deus. Deciſio eſt S.Gregorij Niſſeni lib. de oratione Dominica cap. 3. *Caput bonorum eſt ſi per meam vitam nomen Dei ſanctificetur.*

3.Reg 9. — Matth. — *Magna Dei ſanctificatio ſit pura vita.* — D Greg. Niſſen.

QUÆSTIO XII.

Quare Apoſtolus ait, quod in Deo vivimus, movemur, & ſumus?

99. Salvian. NOtat Salvianus lib. 2. de guber. Dei, *quod Apoſtolus non dixit ab ipſo, ſed in ipſo moveri, docens ſcilicet inſitam inter virtutes ſacras omnium noſtrum eſſe ſubſtantiam.* Tamquam ſi in ipſo eſſemus plantati, indeque inter cæteras virtutes ſit in nobis inſita quædam virtus, ad bene movendum, & agendum.

100. Tria diſtincta membra ponit hic Apoſtolus: *Vivimus, movemur, & ſumus.* Quæ variè, ac diverſimode explicantur à Sanctis Patribus. Primo D.Ambr. D. Ambroſius lib. de bono mortis cap. ultimo ait: *Quod movemur in Deo, quaſi in via: ſumus quaſi* D. Cypr. *in veritate, vivimus, quaſi in vita æterna.* D. Cyprian. lib. de Baptiſmo Chriſti ait: *Quod in Patre ſumus, in Filio vivimus, in Spiritu Sancto move-* D.Hilar. *mur, & proficimus.* D. Hilarius in Pſalm. 135. omnia videtur referre ad Spiritum Sanctum qui Eccleſiam Dei regit, & gubernat.

101. D.Aug. D. Auguſt. lib. 14. de Trinit. ad totam Trinitatem refert per ipſum, *& in ipſo ſunt omnia*, & ait: cap. 14. *Magna hominis miſeria cum illo non eſſe, ſine quo non poteſt eſſe, id eſt ſubſiſtere. In quo enim eſt proculdubio ſine illo, & tamen ſi ejus non meminit, eumque non intelligit, nec diligit, cum illo non eſt.* Tamen cum ad totam Trinitatem verba referantur, adhuc explicanda ſunt ſingula membra.

102. D.Cyril. Noſter D.Cyrillus Alexandr. lib. 9. in Joan. explanat: *Vivimus* per ipſum non formaliter, ſed effectivè: *movemur* per ſpiritus vitales, & animales, & conſequenter per reſpirationem: *Et ſumus* nempe conſervatione, qua perduramus, & exiſtimus. *Bona interpretatio.*

103. Lorin. Cornel. Quædam Gloſſa, & recentiores Lorin. Cornelius inquiunt: ſic loquitur Apoſtolus in præſenti reſpiciens ea, quæ ſupra dixerat verſ. 25. *Cum ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, & omnia* dat vitam, qua *vivimus*, dat inſpirationem, qua *movemur*, inſuper dat omnia quibus *ſumus*, ab eo participamus, habemus, & totum quod *ſumus* ab eo dimanat, & acceptum obtinemus, & ei omnia Philoſ. noſtra referenda. Unde dicebat ille Philoſophus Empedocles: *Deus eſt circulus, cujus centrum eſt ubique, circumferentia nuſquam.*

104. D.Aug. De hac eximia Dei providentia erga nos, qua nobis dat vitam, inſpirationem, conſervationem, multa, & ſatis ampla dicunt S.Patres, ſatis ſit nunc audire Magnum Auguſtinum lib. de ſpiritu, & anima, qui ſic ait: *Hæc, & multa alia fecit mihi Deus meus, de quibus dulce eſt mihi ſemper cogitare; cum enim cunctis ſit præſidens, ſingulos implens, ubique præſens, univerſorum curam gerens, & tam ſingulis, quam omnibus providens.* Attente nota ſequentia: *Ita totum ad cu-* *Deus ita ſollicitus eſt de uno, ac de illo ſolum.* *ſtodiam meum occupatum video, quaſi omnium oblitus ſit, & mihi ſoli intendere velit, ſemper ſe præſentem, ſemper ſe paratum offert, quocumque me verto non me deſerit, niſi ego prior eum deſeram, ubicumque fuero non recedit à me, quoniam ubique eſt, quocumque vero iero inveniam eum, cum quo poſſim eſſe.* Cum Deus ſit omnium Dominus, & ſingulis adſit præſens, ut provideat, tam ſollicite, ac prompte de unoquoque agit, ac ſi de illo ſolo, & de nullo alio eſſet attendendum: *Quaſi omnium oblitus ſit, & mihi ſoli intendere velit, ſemper ſe præſentem exhibet, ſemper ſe paratum offert.* Bonus Paſtor reliquit nonaginta novem oves pro una quærenda.

105. Cum Judæi vellent apprehendere Chriſtum, abiit trans Iordanem, ubi multi convenerunt ad illum, & crediderunt in eum Ioan. 10. n. 40. Ubi Ioan. 10. eum accepiſſet nuntium de morte Lazari ait diſcipulis ſuis: *Gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi, ſed eamus ad eum.* Ioan. 11. n. 15. In quo Ioan. 11. multa ſunt expendenda, Domine multi venerunt ad te trans Iordanem, ut tua præſentia gauderent, tuaque doctrina inſtruerentur, quomodo ergo eos nunc relinquis, & paras in Iudæam mirantibus Apoſtolis, cum te ibi modo voluerint lapidare Ibid. n. 8. tamen *Deus ita eſt providus de uno, ac ſi eſſet ſolus.* ſe præparat ad iter, & tranſit in Iudæam, tum quia illi, qui ad eum convenerant, jam ſufficienter erant illuminati in fide, tum etiam ut moraliter dicam, ut externa ſpecie oſtenderet quantam curam gerebat de Lazaro ob ejus neceſſitatem: *Quaſi omnium oblitus ſit, & mihi ſoli intendere velit*, cum jam aliis non eſſet neceſſarius.

106. Et audita morte Lazari ait: *Gaudeo propter vos, ut credatis quoniam non eram ibi*, & pergit ut eum *A Dei præſentia vita, abſentia mors.* revocet in vitam, cum bene hoc poſſet facere, ut Deus omnipotens ex loco, in quo erat, tamen perſonaliter accedit ut deprehendatur, quantum bonum ex ejus præſentia, quantum vero malum ex ejus abſentia, ex ejus præſentia manavit vita, ex ejus vero abſentia mors defluxit: Theophylact. Theoph. apud D. Thom. *Gaudeo*, inquit, *pro vobis; nam cum illic non extiterim, confert ad maioritatem fidei veſtræ, quoniam ſi aſtitiſſem ægrotantem curaſſem, quod eſſet modicum ſignum ad virtutis meæ judicium: Quia vero me abſente ſupervenit mors, potius in fide mea corroboramini cum videritis me poſſe etiam defunctum putreſcentem reſuſcitare.*

107. Ierem. 7. Ait Jeremias 7. num. 3. *Bonas facite vias veſtras, & habitabo vobiſcum in loco iſto.* Quæ verba Symmachus. ſic legit Symmachus: *Confirmabo vos in loco iſto;* tamquam ſi idem valeat, quod Deus inhabitet, ac ſit præſens habitationi noſtræ, quod nos faciat in ea ibi perſeverare ac ſua protectione confirmet omni bono, ne ab ea excludamur. D. Hie- D Hier. ronymus ibi: *Habitabo, inquit, vobiſcum, ut ſecuros vos faciam, ſive vos ipſos juxta Symmachum firma habitatione fundabo, qui, ait, & confirmabo vos in loco.* *A Dei præſentia omnia bona.* Inde David promittens juſtis, ac ſanctis omne bonum ait Pſal. 139. n. 14. *Habitabunt recti* Pſal. 139. *cum vultu tuo.* Ibidem D. Auguſt. D.Aug. *Veniet illis facies tua, abundans ſufficientia.* In ipſa Dei præſentia eſt abundans ſufficientia omnium bonorum.

108. D.Cyril. Hieroſ. Unde optime à D.Cyrillo Hieroſolymit Catech. 4 Gentiles ſuggilantur, qui pro aliquo tempore ſe à ſuis Diis deſtitutos dicebant, ut inde privarentur omni emolumento, ſic ait S.Doctor. *Cum itaque aberraverint quidam ab uno Deo diverſimode ſenſerunt: Ac alij quidem ſolem ponebant, ut occidente Sole, noctis tempore ſine Deo eſſent, alij vero Lunam, ut in die Deum non haberent.* *Gentiles ſine præſentia ſuorum Deorum.*

QUÆSTIO XIII.

Quare D. Paulus confirmat ſuam doctrinam dicto Poetarum, explicatur?

109. VAlde ingenioſa eſt Apoſtoli Charitas? dictis Poetarum, quibus delectabantur, corroborat ſuam doctrinam; quia dum intendunt audire Poetas percipiant fidem Catholicam, ita ſuo genio alliciantur. *Quilibet ſuo more trahitur.* D. Chryſoſt. D.Chryſoſt. in præſenti ait: *Quia unuſquiſque conſuetudinis ſuæ amicitia ligatur, & Deus,*

&

& miſſi ab ipſo ad totius orbis ſalutem homines, de ipſo cujuſque more gentis materias ſibi aſſumunt dicendi. Vide quæ dixi ſupra q 10. n 81. 82. & 8[illegible] & tom.3. in Evangel.cap.11.q.14.n.98 99. & 100. Ad dictum Poetarum venio.

110. *Poeta. Aratus.* Huc cecinit Aratus antiquus, & celebris Poeta Antiocho Regi charus in deliciis à Roma condita 472.patria Solenſis, non longe à Tarſo, ac proinde Pauli pene concivis. Præclarè ſcripſit de Stellis, ac ſignis cœleſtibus græco idiomate,quem in latinum tranſtulit Cicero,hic Aratus ſic modulatur: *A Iove principium eſſe omnium, & omnia Iovis plena eſſe,& omnes Iove indigere, hujus etiam genus ſumus.*

111. *Homo dependet à Deo in fieri, & conſervari.* Hoc ultimum citatur ab Apoſtolo; quia progenies, & proles ſumus Dei, utpote qui non ſemel, ut homo hominum, ſed ſemper, & continuo eſt in perpetuo influxu, ac generatione, conſervando ac influendo in nos vitam, motum, ac totum eſſe noſtrum, ab eoque non ſolum in fieri, ſed etiam in conſervari dependemus, ſicut Sol continuò egerit radios ſuos, & lumen, illudque conſervat.

112. *Gen.2. Ioan.5.* Perfecto, ac conſummato opificio totius orbis ait Sacer Textus: *Requievit Deus die ſeptimo ab univerſo opere, quod patrarat.* Geneſ.2. n.2. quomodo hoc cohæret cum Evangelio Ioan. 5. n. 17. Ubi ait Chriſtus D. *Pater meus uſque modo operatur, & ego operor:* Si omnia opera erant jam perfecta, & ultima manu jam adimpleta, quomodo ait Chriſtus D. *Dei providentia nos conſervat.* quod ipſe,& Pater adhoc modo operantur. Deus in primo molimine requievit, à condendis novis generibus creaturæ,quia alia nova genera non condidit; tamen Chriſtus, & Pater uſque modo operantur in adminiſtratione, & conſervatione, & gubernatione creaturarum, quia omnia, quæ creavit, conſervat, ab ejuſque manu dependent D.Auguſt. lib. *D.Aug.* de Geneſ.ad literam ſic loquitur. *Proinde quod Dominus ait Pater meus uſque nunc operatur, continua eorundem generum adminiſtratione, qua nunc inſtituta ſunt,* & inde ſubjungit: *Quapropter ſic accipimus Deum requieviſſe ab omnibus operibus ſuis, quæ fecit, ut jam novam naturam ulterius nullam condiderit, non utique ut quod condiderat conſervare, & gubernare ceſſaret; Unde & verum eſt illud, quod in ſeptimo die requievit Deus, & illud, quod uſque nunc operatur.*

113. *D.Ambr.* De hoc late agit D. Ambroſius lib.5.Hexaëmeron cap. 9. Conſiderans ſummam providentiam, & induſtriam inſitam à Deo in uno quoque minutiſſimo animali, quod prævidens calamitates, ac adverſitates temporum ſibi contrarias diligenti ſolertia eas præcavere intendit; ſic ait Sanctus Doctor: *Conſervatio in minutiſſimo animali.* *Unde exiguo animali tanta ſcientia? quo magis in eo nihil eſt, quod tantam habere poſſit prudentiam, crede, quod per indulgentiam Domini rerum omnium, id quoque munus praſcientia hujus accepit.*

*Actor.*17. *num.*30. Et tempora quidem hujus ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VI.

Vſque ad Verſ. ultimum.

114. *Syriac. Arabic. D Chryſoſt.* Verſ.30. *ET tempora quidem hujus ignorantiæ deſpiciens Deus.* Syriac. *Tempora igitur Idololatriæ præterire fecit.* Arabicus: *Ab annis ſtoliditatis amovit nos Deus.* D.Chryſoſt. *Cum diſſimularet Deus.* Æthiopic. *Et antiqua tempora, quia ignorantes erant remiſit eis Deus.* *Æthiop.*

Tripliciter exponitur Textus. Primo D.Chryſoſtomus,Oecumenius: *Deſpiciens Deus*, id eſt contemnens, ſeu ut legit Chryſoſt. *Diſſimulans* veſtram idololatriam, non puniendo, ſed miſerendo ob veſtram ignorantiam, & huic expoſitioni favet lectio Æthiopica,quia ignorantes. Secundo Lyranus: *Deſpiciens tempora hujus ignorantiæ,*ſcilicet Idololatriæ, ſtatuit eum evertere, ac deſtruere, ne ultra perduret, & favet Syriac. *Tempora Idololatriæ fecit.* 115. *D.Chryſoſt. Oecum. Oecum. Lyran.*

Tertio, & maxime Deus permiſit, & contempſit gentes degere in tenebroſa ignorantia idololatriæ uſque ad adventum Chriſti, at ipſo veniente, *Qui datus eſt in Lucem gentium.* Iſai.49. num 6. *Et populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* Iſai.9. nunc verò hac ſuprema luce Chriſtus vos illuminat ad ſalutem, & pœnitentiam. Pro hac ſtat lectio Arabica: *Ab annis ſtoliditatis amovit nos Deus.* 116. *Magis germina expoſitio. Iſai.49. Iſai 9.*

Verſ.31. *Iudicaturus orbem in æquitate.* Arabicus: *Cum juſtitia.* Origenes: *Poteſtate.* Æthiopicus: *In virtute;* Senſus eſt, dum vivimus agamus pœnitentiam; quia adveniet tempus judicij, in quo peccata non remanebunt impunita, quod judicium exercendum eſt per Chriſtum Dominum: *Pater omne judicium dedit filio.* Ioan.5.n.21. 117. *Arabic. Origen. Æthiop. Ioan. 5.*

Verſ.32. *Quidam irridebant.* Syriac *Subſannabant;* quia cum reſurrectio ſit miraculum ſupra vires naturæ. *Quidam dixerunt audiamus iterum de hac re.* Hi ut magis prudentes voluerunt rem iterum audire, ut tantam rem magis conſiderarent. 118. *Syriac.*

Verſ.33. *Paulus exivit,* Æthiopic. *Exivit Paulus ab Athenis,* ut videbimus initio capitis ſequentis verſ. 34. Dionyſius, de quo quæſtione ſequenti, *& mulier nomine Damaris.* D. Chryſoſtom. lib. 4. de Sacerdot. S. Ambroſ. epiſtol. ad Vercel. Helvidius in vita S.Dionyſij,Lyranus dicunt fuiſſe uxorem S. Dionyſij; quia vox græca ſignificat mulierem, & uxorem; contrarium videtur ſequi D. Auguſt. ſerm. de ſeminatore, & mihi eſt conjectura; quia facilius, & brevius dixiſſet D. Lucas *mulier ejus*, quam *mulier quadam*, exprimitur autem, ut mulier nobiliſſima, & primaria, quæ in Chriſtum credidit. In Menologio Græcorum habetur die 4. Octobris. 119. *Æthiop. D.Chryſoſt. D.Ambr. Helvid. Vox græca. D.Aug.*

QUÆSTIO XIV.

Quare tam inſigniter Dionyſius Areopagita ſcribitur à D. Luca?

AIt Evangeliſta,quod inter eos,qui crediderunt in Chriſtum, extitetit Dionyſius Areopagita. Syriac. *Ex judicibus Areopagi.* Arabic. *Dionyſius judex peritiſſimus,*& contra Bedam,atque alios dicendum eſt,quod diverſus ſit habendus noſter Areopagita,ab illo alio Epiſcopo Corinthi, quæ ſæculo multum poſteriore fuit,quod ſatis late probat Baronius in notis ad Martyrologium die 9.Octobris. 120. *Baron.*

Ad ejus converſionem cum dictis Pauli multum conduxit Eclypſis viſa in morte Chriſti, cum clamaret; *Aut Deus natura patitur, aut mundi machina diſſolvitur.* Diſcipulis Pauli per triennium ei adhæſit,ab ipſo creatus eſt primus Epiſcopus Athenienſium; Deinde cum eodem Apoſtolo venit Jeroſolymam morti, ac funeri Sacratiſſimæ Virginis præſens fuit, atque ab ipſa ejus benedictionem meruit accipere, ut ipſe ſcribit. 121. *Adest Dionyſius morti, & funeri B. Virginis.*

Poſt mortem D.Pauli,monitis S.Ioannis Apoſtoli 122.

Venit Pariſiis. venit Romam ad Sanctum Clementem, à quo miſſus eſt in Galliam cum ſuis coadjutoribus Roſtico, & Euthetio, Illuſtrique Martyrio Laoreatus occubuit Pariſiis die 9. Octobris anno Chriſti 119. ſub Adriano Imperatore, anno ætatis ſuæ 110. ut ſcribit Baronius.

123\. *Illa eſt vera ſcientia quæ nos ducit ad vitam.* O vera, & felix Aſtrologia ſcientia, quæ dum contemplatur naturalia aſcendit, & fertur ad ſupernaturalia: *Ecce Magi ab Oriente venerunt, ubi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum; Vidimus ſtellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum.* Matth. 2. n. 2. Reges erant, & cur non regni decore reges, ſed à cultu ſapientiæ magi nominantur? quia utpote magi per ſuam Aſtrologicam ſcientiam ſpeculatores ſtellarum erant, & ſoliti contemplari earum naturam, motum, ac diſpoſitionem, & cum præter naturæ ordinem vidiſſent novam ſtellam, novum Regem intellexerunt, indeque per ſtellam tamquam manu ducuntur ad novum inquirendum Regem, non conſiderantes paupertatem, qua apparebat in terris, ſed poteſtatem, qua fulgebat in Cœlis. *D.Chryſoſt.* D Chryſoſt.homil.8.in Matth. inquit: *Idcirco nihil ibi de ſenſibilibus iſtis grande conſpicitur, ſed anguſtum tigurium, ac vile præſepium, & inops mater, &c. Ut melius nuda Magorum Philoſophia clareſceret, &c. Qui tamen plurimum à Iudæorum ruditate diſtarent, & Eccleſiaſtica Philoſophiæ convenirent.*

124\. *Math.12 3.Reg 10* Regina Saba venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis Matth.12.n.42. & 3. Reg.10. n. 1. Et unde mulier tam vehementer flagraverat tanto ſapientiæ deſiderio, ut pro audiendo Salomone tam longinquas terras itinere ſuperaſſet? Erat illa multum ſapiens in doctrina Philoſophorum, ut tradunt prædictis in locis Ioſeph, Rabanus, *Ioſeph. Raban. Abulenſ. Dũ quærit terrenã ſcientiam invenit cæleſtem.* Abulenſis, Hugo, & alij, & dum Philoſophiam naturalem quærit in Salomone, *aliam altiorem invenit*, ut ait Origenes homil. 2. in Cantica, nempe divinæ legis, ac Scripturæ ab illa acceperunt Æthiopes notitiam divinarum literarum, & ideo Æthiops Reginæ Candacis ibat legens Iſaïam Prophetam. Actor.8. n.28. ut ibi dixi ex impulſo ſcientiæ naturalis ad majora, & altiora aſcendimus.

CAPUT XVIII.

1\. *POſt hæc egreſſus ab Athenis venit Corinthum.*
2\. *Et inveniens quendam Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priſcillam uxorem ejus (eo quod præcepiſſet Claudius diſcedere omnes Iudæos à Roma) acceſſit ad eos.*
3\. *Et quia ejuſdem erat artis manebat apud eos, & operabatur: (erat autem Scenofactoriæ artis)*
4\. *Et diſputabat in Synagoga per omne Sabbatum interponens nomen Domini Ieſu, ſuadebatque Iudæis, & Græcis.*
5\. *Cum veniſſent autem de Macedonia Silas, & Timotheus, inſtabat verbo Paulus, teſtificans Iudæis eſſe Chriſtum Ieſum.*
6\. *Contradicentibus autem eis, & blaſphemantibus, excutiens veſtimenta ſua, dixit ad eos: ſanguis veſter ſuper caput veſtrum mundus ego ex hoc ad gentes vadam.*
7\. *Et migrans inde, intravit in domum cujuſdam, nomine Titi juſti, colentis Deum, cujus domus erat conjuncta Synagogæ.*
8\. *Criſpus autem Archiſynagogus credidit Domino cum omni domo ſua: & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur.*
9\. *Dixit autem Dominus nocte per viſionem Paulo: Noli timere, ſed loquere, & ne taceas.*
10\. *Propter quod ego ſum tecum: & nemo apponetur tibi, ut noceat te, quoniam populus eſt mihi multus in hac civitate.*
11\. *Sedit autem ibi annum, & ſex menſes, docens apud eos Verbum Dei.*
12\. *Gallione autem proconſule Achaiæ, inſurrexerunt uno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad Tribunal.*
13\. *Dicentes: Quia contra legem hic perſuadet hominibus colere Deum.*
14\. *Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudæos: ſi quidem eſſet iniquum aliquid, aut facinus peſſimum, ò viri Iudæi, recte vos ſuſtinerem.*
15\. *Si vero quæſtiones ſunt de verbo, & nominibus, & lege veſtra, vos ipſi videritis: Iudex ego horum nolo eſſe.*
16\. *Et minavit eos à tribunali.*
17\. *Apprehendentes autem omnes Soſthenem Principem Synagogæ, percutiebant eum ante tribunal: & nihil eorum Gallioni curæ erat.*
18\. *Paulus vero cum adhuc ſuſtinuiſſet dies multos, fratribus valefaciens, navigavit in Syriam (& cum eo Priſcilla, & Aquila) qui ſibi totonderat in Cenchris caput: habebat enim votum.*
19\. *Devenitque Epheſum, & illos ibi reliquit: Ipſe verò ingreſſus Synagogam, diſputabat cum Iudæis.*
20\. *Rogantibus autem eis, ut ampliori tempore maneret, non conſenſit.*
21\. *Sed valefaciens, & dicens: Iterum revertar ad vos, Deo volente, profectus eſt ab Epheſo.*
22\. *Et deſcendens Cæſaream, aſcendit, & ſalutavit Eccleſiam, & deſcendit Antiochiam.*
23\. *Et facto ibi aliquanto tempore profectus eſt, perambulans ex ordine Galaticam regionem, & Phrygiam, confirmans omnes diſcipulos.*
24\. *Iudæus autem quidam Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, devenit Epheſum, potens in ſcripturis.*
25\. *Hic erat edoctus viam Domini, & fervens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter ea, quæ ſunt Ieſu, ſciens tantum baptiſma Ioannis.*
26\. *Hic ergo cœpit fiducialiter agere in Synagoga. Quem cum audiſſent Priſcilla, & Aquila, aſſumpſerunt eum, & diligentius expoſuerunt ei viam Domini.*
27\. *Cum autem vellet ire Achaiam, exhortati fratres, ſcripſerunt diſcipulis ut ſuſciperent eum; Qui cum veniſſet contulit multum his, qui crediderant.*
28\. *Vehementer enim Iudæos revincebat publicè, oſtendens per Scripturas eſſe Chriſtum Ieſum.*

ARGVMENTVM.

DISCEDIT Paulus ab Athenis, venit Corinthum, ibique divina viſione recreatus de multa converſione fidelium accuſatur à Judæis apud Proconſulem Gallionem, deſcendit inde, & peragratis Epheſo, aliiſque locis venit Cæſaream, inde Antiochiam, ubi Apollo maxime inſtructus confutans convincit Iudæos.

Actor. 18. *num.* 1. Poſt hæc egreſſus ab Athenis venit Corinthum.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I. uſque ad Verſ. 6.

1\. Æthiop. *Vbi Dionyſius recedit Paulus.* Verſ. 1. POſt hæc egreſſus. Æthiopic. *Profectus ab Athenis.* Cauſam aſſignat Chryſoſtomus, quia Athenienſes novitatis amatores jam erant ſaturati doctrina Pauli, & aliam novam perquirebant, dicam etiam in laudem D. Dionyſij; quia cum ipſe adeſſet, ſufficiens erat ad omnes fideles firmandos, ac corrobotandos, ideoque Apoſtolus ad alios deboit tranſire.

2\. Corinth. *Venit Corinthum* Metropolis erat Achaiæ, ſive Peloponeſi, quæ nunc *Morea* dicitur, & plena erat Philoſophis, Oratoribus, ac ſapientibus, & in ea ſcripſit Paulus ſuam primam Epiſtolam ad Theſſalonicenſes.

3\. Verſ, 2. *Aquilam Ponticum genere*, ac ſi à Pontificibus originem traheret, vel ex Provincia Ponti, eo quod *Præcepiſſet Claudius deſcribere omnes Iudæos à Roma*; quia Judæi cum Chriſtianis habebant ſemper magnas controverſias, inde ne fieret aliqua ſeditio in populo jubet Claudius Iudæos à Roma exire: *Acceſſit ad eos.* Arabicus: *Se contulit ad eos*, ſcilicet ad Paulum, ac ejus ſocios. (Arabic.)

4\. Æthiop. Verſ. 3. *Et quia ejuſdem artis erat.* Æthiopicus: *Qui unius artificij erant*, nempe Aquila, & Paulus, & ideo ſimul cohabitabant: *Erant autem Scenefactoriæ artis.* Syrus: *Opifices Cenopuorum.* Vatablus: *Aulæorum.* Græcus: *Tabernaculorum.* Arias: *Erat illorum texere tabernacula*, id eſt tentoria, quorum uſus, ut ait Lyranus, eſt in bello, vel, ut ait Beda, in itinere, & communiter fiebant ex pellibus, de quib infra. (Syrus. Vatabl. Græcus. Arias. Lyran. Beda.)

5\. Verſ. 4. *Diſputabat per omne Sabbatum.* In quo Judæi conveniebant: cæteris autem diebus privatim per particulares domos plurimos docebat, vel, ut ait Lyranus, intendebat operi manuali: *Interponens nomen Domini Ieſu*, tum ob affectum ad hoc ſanctiſſimum nomen, tum ut illud maximè inſinuaret in cordibus audientium, ac virtute illius eorum animos emolliret: *Suadebatque Iudæis, & Græcis.* Arabicus: *Plures Iudæos, ac Græcos ad fidem converſis.* (Lyran. Arabic.)

6\. Cap. 17. Verſ. 5. *Cum veniſſent de Macedonia*, ſcilicet Berœæ, & Theſſalonica, in quo remanſerant ſupra cap. 17. n. 14. Timotheus, & Silas. *Inſtabat vero Paulus.* Syriac. *conſtringebatur ſermone.* Pagnin. *Spiritu* nempe vehementi, atque ardenti zelo animatum, ut dicitur ſupra c. 17. n. 16. *Coarctabatur ſpiritu.* Arabic. In præſenti legit: *Obſedit mæror ſpiritum Pauli*, cum omnes non reciperent fidem Chriſti. (Syriac. Pagnin. Arabic.)

7\. Syriac. Verſ. 6. *Contradicentibus autem eis, & blaſphemantibus.* Syrus: *Cum inſurgerent Iudæi in eum.* Arabicus: *Cum perſtitiſſent contradicentes, Conviciantes tam Chriſtum, quam Paulum. Excutiens veſtimenta ſua*, eandem ob cauſam ob quam excuſſit pulverem pedum ſupra cap. 13 n. 51. Vide ibi dicta: *Sanguis veſter ſuper caput veſtrum*: & eſt ſenſus, mors veſtra æterna, vobis imputetur, & noluiſtis, quod meum erat, fecit vobis. (Arabic. Cap. 13.)

QUÆSTIO I.

Quis ſit Aquila iſte, de quo in præſenti agitur?

AQuila Ponticum genere, tamquam à Pontificibus trahens genus, ut multi volunt, alij enixi in Syriaca lectione, quæ habet, *Cum eſſet è regione Ponti*, eum in tali regione natum conſcribunt, Iudæus extitit, & poſtea Chriſtianus, & illuſtriſſimus ſanctus cum uxore ſua Priſcilla, ſeu Priſca, & maximè ab Apoſtolo laudantur Rom. 16. n. 3. *Salutate Priſcam, & Aquilam adjutores meos in Chriſto* Et ſimiliter 1. Corinth. 16. num. 19. & 2. ad Timoth. 4. num. 19. Et Aquila cum uxore ſua Priſcilla Sanctorum Catalogo adſcribunt Martyrolog. Roman. die 8. Iulij. 8. *Diverſa lectio.* Rom 16. 1 Cor. 16. 2. ad Timoth. 4.

Ex quo patet, quam diſtinctus ſit hic Aquila ab illo alio, qui ſub Adriano Imperatore primus poſt ſeptuaginta tranſtulit teſtamentum vetus ex Hebræo in Græcum, & ex Chriſtiano Judæus factus ut dixi opuſculo primo de ſcriptura. 9. *Diſtinctus ab alio.*

QUÆSTIO II.

Quare Claudius Imperator excluſit Iudæos à Roma?

ANno 9. Claudij, Chriſti D. 51. ipſe Claudius promulgavit edictum, ut omnes, qui ex Iudæis nati erant, ſive eſſent in Iudaiſmo, ſive in Chriſtianiſmo è Roma exirent: Cauſam hujus expulſionis primo aſſignant Lyran. Hugo, quod nempe Meſſalinam Claudij uxorem pellexiſſent ad Iudaiſmum, nam etiam ex ſimili cauſa Tiberius eoſdem è Roma præſcripſerat, id quod Fulviã Saturni Senatoris uxorem ad Iudaiſmum traxiſſent, & ab ea aurũ, & purpuram extorſiſſent, ut ſcribit Ioſeph lib. 18. antiqu. c. 1. & 8. 10. Lyran. Hugo. Ioſeph.

Probabilius aliam cauſam aſſignat Suetonius in Claud. cap. 25. quod cum Iudæi eſſent in perpetua altercatione circa ſupremum Regem Chriſtum, & Claudius (teſte ipſo Suetonio) naturâ eſſet timidus, ne ſuum imperium amitteret, ut ſolum ad nomen, vel umbram alieni Regis exhorreſceret, ne ergo aliquod periculum ſibi à novo Rege, vel ejus aſſeclis eveniret, juſſit omnes, qui quodammodo ad illum ſpectabant, è Roma excedere. Ita ex Suetonio, Oroſio, Beda, Adone, ac aliis probat Baronius. 11. *Probabilior cauſa.* Sueton. Oroſius. Beda. Ado. Baron.

Deinde inter Iudæos converſos, & Chriſtianos; & Iudæos obcæcatos, magna erat diſtinctio, ac controverſia, & ne inde aliqua commotio fieret in civitate, 12.

Pax affert ſecū omnia bona. Claudius ut optimus Imperator communis boni ſtudioſus pro conſervanda pace, cum qua veniunt omnia bona, jubet eos è civitate exire. Ait Deus
Iſai.48. per Iſaiam 48. num.17. *Ego Dominus Deus tuus docens te utilia, & gubernans te in via, qua ambulabas: Utinam attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet ſicut flumen pax tua.* Unde Deus ſupremus hominum gubernator tanta bona largitur, ac communicat, ut omnia ſint utilia, & Deus dirigat per omnem viam; quia ibi flumen pacis, ibi omnia utilia, & manus Dei aſſiſtens, & gubernans.

13. Valde diverſimode loquuntur Prophetæ de Jeruſalem, ac Imperiis, & Monarchis; de Jeruſalem
Iſai.32. Septuag. ait Iſai 32.n.18. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis.* Septuaginta: *Sedebit populus meus in civitate pacis*, Idem eſt civitas pacis, ac civitas pulchritudinis, at de quatuor Imperiis, & Monarchis
Ioel 1. *In pace pulchritudo, in bello omnis turpitudo.* ait Ioel 1. num. 4. *Reſiduum erucæ comedit locuſta, reſiduum locuſtæ comedit bruchus; & reſiduum bruchi comedit Rubigo.* Ecce Iſaias in Ieruſalem conſiderat polchritudinem, Ioel vero præcipuas quatuor Orbis Monarchias reputat tamquam turpiſſima, viliſſima, ac abjectiſſima animalia: *Erucas, locuſtas, bruchum, rubiginem.* De Ieruſalem ait Iſaias *ſedebit*, quod dicit quietum, & placatum: de illis Imperiis *comedit*, quod indicat devaſtationem, ac deſolationem: Unde tanta rei differentia? In Ieruſalem pax: *In pulchritudine pacis*, at illis Imperiis perpetua bella, pro dilatanda ſua poteſtate, & inde in illis omne vile, turpe, & abjectum devaſtans, & conſumens omnia, & eradi-
Rupert. cans univerſa, quæ bella ſecum afferunt. Rupertus Abbas ad citatum locum Ioëlis ait: *Nec mirum quod hæc regna ſub nominibus vermium hujuſcemodi nominentur, etenim contra hominum imbecillitatem, regna illa quaſi beſtiæ fortes, ac feroces extiterunt*, tamquam omnia devorantes, & ut feroces beſtiæ univerſa devaſtantes.

14. Pſal.73. De hominibus bellicoſis, ac contentioſis ait Regius Vates Pſal.73.n.5. *Poſuerunt ſigna ſua, ſigna, & non cognoverunt.* Qui erigunt ſua ſigna, ac vexilla ad congregandas militum copias ad pugnam, non cognoverunt, quantum malum intulerunt, etſi inde noluerunt facere ſuum nomen glorioſum, inde maximè fœdarunt, & facti ſunt carnifices juſtitiæ Di-
Inferentes bella non intelligunt quanta mala faciunt. vinæ. Perbelle ibi D. Aug. *Quod non cognoverunt? non cognoverunt, quia non ipſis honor delatus eſt, ut affligerent, ut caperent, vel everterent civitatem, ſed impietas eorum tamquam ſecuris Deo, facta eſt, facti ſunt inſtrumentum irati, non regnum placati.* Quia talia bella agunt pro dilatando imperio ſe cognoſcant punitores divinæ juſtitiæ: *Facti ſunt inſtrumentum irati, non regnum placati.*

QUÆSTIO III.

Quare D. Paulus in illa arte Scenofactoria exercebatur?

15. Herod. *Nobiles exercebant artem fabrilem.* IN limine quæſtionis adverto id, quod graves Authores ſcribunt, ut Herodot. in Euterp. ſig. 2. de jure Rom.cap.12. & alij, quod antiquitus viri nobiles arti fabri ſe exercebant; quia forte ſuis redditibus non poterant alimentari, vel ſi ad paupertatem deveniſſent, haberent unde poſſent ſubvenire: Unde quamvis D. Paulus eſſet vir nobilis, non erat indecens, quod tali arte eſſet peritus, & bene inſtructus.

16. Interlin. Lyran. Ars autem hæc, ut dixi in Expoſitione, & tenent Doctores, Gloſſa Interlin. Lyran. Beda, Carthuſian. Hugo, Caiet. & alij erat ex pellibus faciendi tabernacula, vel tentoria. Magnus Paulus tempus, quod ſupeterat ex prædicatione, ac ſpirituali officio applicabat ad hoc opus fabrile, tum, ut ait D. Auguſt. in Epiſtolam ad Galatas, ad eleemoſynas faciendas, tum ut ait D. Chryſoſt. ad proprium victum comparandum. Beda. Carthuſ. Hugo. Caiet. D. Aug. D. Chryſoſt.

Et cur Paulus magnus Doctor Gentium, qui multos illuminabat in fide, qui multa operabatur miracula, ut communis benefactor, multoſque diſcipulos, atque amicos habebat ut patet ex ſuperiori cap.17.0.10. Cur quæſo apud eos non diverſatur, ut cum eis accipiat cibum? Paulus magnus in omnibus Doctor, manibus laborabat, pro pane quotidiano, & victu, ne alicui ſuo hoſpitio, & victu gravis eſſet. 17. *Paulus nolebat fieri gravis.*

Mandat Deus Moyſen cum legatione ad Pharaonem, ut dimittat populum ſuum, præparat ſe ille ad 18.
iter: *Tulit uxorem ſuam, & filios ſuos, reverſuſque eſt in Ægyptum.* Exod.4. n.20. Ad quid, ad implendum Exod.4.
legationis munus ſibi commiſſum fert ſecum uxorem? hoc enim ei poterat eſſe pondus, non adjuvamen, ſi pro ſibi neceſſariis miniſtrandis ageret; ſine dubio multi erant amici ex tempore antiquo, quo commoratus fuerat in Ægypto, vel poterat habitare apud Hebræos, quibus feliciſſima libertatis nuntia deferebat, tamen fert uxorem. Lypom. *Ad exemplum adminiſtrationis fideliter.* Aſportat ſecum uxorem ad debitum miniſterium, vult potius eam ſecum habere ad pondus, & gravamen, quam quod ipſe ſuo hoſpitio ſit alicui pondus, & gravamen. Lypom. *Moyſes fert uxorem ne ſit moleſtus hoſpitio.*

Cum Christus D. prædicaret per civitates, & Caſtella ſequebantur eum aliquæ piæ mulieres. *Et alia multa, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.* Luc. 8.n.3 Et cur Chriſtus D. permiſit has mulieres ſecum circumferri? Inter varias rationes, quas dedi tom.6. in Evangel. ad cap.8. Lucæ q.1. n.4. ea una eſt: *Noluit Chriſtus Dominus pauperibus in quorum vicos & villas diverſebat gravis eſſe.* 19. Luc 8. *Chriſtus nemini vult eſſe gravis.*

Deinde ſecundo: In faciendis tentoriis, ac ta- 20.
bernaculis incumbebat Apoſtolus, in quo officio alij operam dabant, vel pro ſuo lucro acquirendo, vel ut aliis Dominis temporalibus inſervirent, & inde nil meriti apud Deum promerebantur, ſecus vero Paulus eodem in opere pro ſui ſuſtentatione ad prædicandum, vel pro pauperibus alimentandis magnum præſtabat Deo obſequium, ſibique magnum ſpirituale emolumentum recipiebat, quod frequenter eveniret, ſi ea quæ faciunt homines, pro Deo præſtarent. *Si quæ pro mundo ſiunt pro Deo fierent, magnum reportaretur meritum.*

Vocans Chriſtus D. ſuos Apoſtolos ait illis. *Venite poſt me faciam vos piſcatores hominum* Matth.4.n. 21. Matth.4.
19. cur non ait, faciam vos Principes, ac Doctores orbis terrarum; atque Eccleſiæ fundamenta, ſed ait piſcatores hominum, ut laborem, quem pro piſcandis piſcibus impendebant, ad hominum ſalutem converterent, & impenderent, ut ita eorum labores non evaneſcerent, ſed multum locupleres fructus redderent. D. Chryſologus ſerm. 28. ait: *Captores piſcium ſunt hominum piſcatores, de labore tranſeunt ad laborem; & quia fructus provenit ex labore, voluit illos labores non perdere, ſed mutare.* Vide tom. 2. in Evang. c. 8. quæſtione 11. à n. 85. uſque ad 88. *Quæ pro mundo fac pro Deo.* D. Chryſ.

QUÆSTIO IV.

Quare D. Paulus arti Scenofactoriæ potius operam dabat, quàm alteri?

HÆc ars, ut ſæpe dixi, verſabatur in conficien- 22.
dis tentoriis, ac tabernaculis, quæ inſerviunt in via, ut notat Beda, peregrinis, & exulantibust

magnus

Quand eſſet talis ars. magnus Doctor Paulus verbo, & opere nos docet
eſſe peregrinos in hoc ſæculo. Verbo 1.Corinth.5.
1.Cor.5. n.6. ait: *Scientes, quoniam dum vivimus in hoc corpore, peregrinamur à Domino.* Dum tali operi incumbit, quod eſt inſerviens peregrinis, ac eaulantibus.

23. Summa Providentia ordinat Deus, ut populus
ſuus electus dicatur populus *Hebræus.* Ab Hebræo
D.Hier. Ann, ut habet D.Hieronym. in tradit.ad Geneſ.10.
D.Aug. D. Auguſt.lib.2.Retract.cap.14. & lib.16.de Civit.
Euſeb. cap.3. alij vero, ut Euſebius lib.11. de præparat.c.4.
hoc nomen *Hebræus* juxta ſuam radicem Hebraïcam *Ghebar* id eſt *tranſire.* Unde Geneſ.14. n.13.
Gen.14. cum dicitur: *Nuntiavit Abram Hebræo,* Græcè
Origen. *Abrahamo tranſitori,* ut tenent Origenes homil.19.
D Chryſoſt. D.Chryſoſt. homil.85. in Geneſ.Theodnt. q.60. &
cur Deus ſuum electum, ac dilectum populum voluit dici ab Abram Hebræus, ſeu tranſiens? Inter
magnos, ac præclaros favores, quos Deus illi po-
In hoc ſæculo ſumus peregrini. pulo præſtitit, hic fuit valde ſingularis, ut Hebræus
diceretur, ut ſuo in nomine haberet memoriale perenne ſuæ conditionis, quod nihil in ſe habebat
permanens, ſed tranſiens. Citatus Euſebius inquit:
Ipſa gentis appellatione tranſire à terrenis ad cœleſtia, & ad Creatoris cognitionem migrare admonentur.

24. Magna, & præclariſſima ſunt dona, quæ Deus
promittit Abrahamo, quod ei daturus ſit omnem
terram, quam conſpicit, quod faciet ſemen ejus ſicut pulverem terræ, & multa alia tunc ſubdit Textus. *Movens igitur tabernaculum ſuum Abraham, venit, & habitavit juxta convallẽ Mambre.* Gen.13.
Gen.13. n.18. Si Abrahamus tot, & tantis donis ditatus eſt,
cur non ædificat Civitatem, ſed tantum tabernaculum, quod proprium eſt viatorum, ac peregrinantium, & hoc etiam conſtituit in via, quæ erat juxta Mambre, & ibi erigit altare Domino; ſciebat
Abrahamum ſemper ſe cogitabat peregrinum optimè quod tot, tantiſque donis, tam ampla, ac
magnifica opulentia, nihil in hoc ſæculo haberet
fixum, & permanens, ſed tamquam in via, ac tranſitu hujus peregrinationis. Lippomanus ait: *Non ædificat Civitatem, nihil ſtabile quærit in terra, hic nihil poſſidet, utpote peregrinus, ſed futura inquirit.*

Actor. 18. *n.* 7. Et migrans inde intravit in domum cujuſdam nomine Titi juſti colentis Deum, cujus domus erat conjuncta Synagogæ.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE II. uſque ad Verſ. 11.

25. Verſ.7. MIgrans inde, ut advertit Lyranus non
Lyran. ad Civitatem ſed ad alium locum
Syriac. ejuſdem Civitatis. *Intravit in domum.* Syriac. *Ingreſſus eſt ades.* Textus: *Cujuſdam nomine Titi.*
Græcus. Hoc nomen *Titi* non eſt in Græco, & fortè mutulus eſt, habetur tamen in Syriaco, Syriacus autem ex Græco tranſlatus eſt, & iden probabile eſt
antiquitus fuiſſe in Græco *Iuſti.* Arabicus: *Titus*
Arabic. *Iuſti filius,* noſtra tamen lectio verior, ſic dictus à
Beda. juſtitia, quam obſervabat, ut inquiunt Beda, Hugo,
Hugo. Carthuſ. Carthuſ. & eſt diſtinctus ab alio Tito Epiſcopo
Cretæ, ad quem Paulus ſcripſit epiſtolam.

26. *Colentis Deum.* Syriacus: *Qui reverebatur Deum,*
Syriac. quamvis iſte eſſet gentilis, non idola colebat, ſed
unum Deum, quod acceperat ex doctrina Magnorum Philoſophorum, qui unum Deum colebant,
vel ex familiaritate Judæorum, & ideo ejus domus
dicitur contigua eorum Synagogæ.

Verſ.8. *Criſpus Princeps Archiſynagogus,* Præ- 27.
fectus, ac Princeps Synagogæ Corinthi credidit
cum tota ſua familia, eumque ſolum cum Caio, &
Stephano ſua manu baptizaſſe ſcribit Paulus 1.Co- 1.Cor.1.
rinth.1.n.14. Inter Sanctos ſcribitur in Martyrolog. Martyrolog.
Rom. die 4.Octobris.

Verſ.9. *Dixit autem Dominus nocte.* Arabicus: 28.
In viſu nocturno in ſomnis nempe *Paulo, noli timere,* Arabic.
quod propter Criſpum converſum fiat aliqua commotio contra te, *loquere, ne taceas,* ſed palam viriliter, ac generoſo animo prædica, & inſta: ſic di-
citur ad Ezech.33.n.22. Ezech.33

Verſ.10. *Ego ſum tecum, & nemo apponetur tibi*
ut noceat. Syriacus: *Nemo poterit tibi moleſtiam* 29.
inferre. Arabic. *Non ponet ſuper te quiſquam ma-* Syriac. Arabic.
num ſuam ad nocendum. D.Chryſoſt. *Nullus ado-* D Chryſoſt.
rietur te, ut affligat. Arias: *Ad malefaciendum tibi.*
Et rationem apponit Dominus: *Quoniam populus* Arias.
eſt mihi multus in hac Civitate. Ac ſi dicat ô Paule
tua prædicatione multus populus eſt mihi aggregandus, ac convertendus.

Verſ.11. *Sedit,* ibi: Syrus, *Habitavit Corinthi,* 30.
id eſt commoratus, & inde ſcripſit unam epiſtolam
ad Theſſalonicenſes, quæ prima extitit, quam Paulus ſcripſit, ut notat Baronius & dixi opuſculo de
Scriptura.

QUÆSTIO V.

Quare Paulo cogitanti, & anxio apparet Chriſtus ad ejus conſolationem, & levamen?

EXtabat Paulus valde anxius, & timidus, ut ait 31.
D.Chryſoſt. in præſenti. *Hoc ſolum ſi timor* D.Chryſoſt.
fuit non de proprio periculo, ſed de irrito labore, qui
poni melius alibi poſſet. Et apparet Dominus prædicens magnum, qui ex ſua prædicatione colligendus erat in illa Civitate, converſorum numerum,
& ita Apoſtolus magnum conſolationis levamen
ex ſalute illius populi accepit.

Ait Iſaias 26. *Propter timorem Domini in utero* 32.
accepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Ea timo- Iſai.26.
re, ac charitate de converſione gentium multum *Ex timore Domini ſalus.*
timorem, ac ſollicitudinem, ſed inde quid factum
eſt, habuimus, & impetravimus earum ſalutem.
Theodorus Veraclenſis in Catena Græca, ait: *Ac-* Theod.
cipientes enim timorem tuum veluti bonum ſemen, & hunc in utero geſtantes, opportuno tempore ſalutem reportabimus.

In magna laborum tempeſtate, ac furore iræ di- 33.
vinæ conſiderans Habacuc Propheta cap.3.n.3. ait: Habac.
Deus ab Auſtro veniet de monte Pharan. Græcus: Græcus.
Et Sanctus de monte umbroſo, ad quæ verba Theo- Theod.
dorus ait: *Montem umbroſum appellas ipſam Ieruſalem omni genere gratiarum defluentem, & nebula*
inundantem ſub tegmine Dei Cœli habitatam. Inter *Deus maximè recreat, & fovet ſuis iuſtis.*
æſtuantes cogitationum, ac moleſtiarum calamitates ſuos juſtos ſolet Deus maximè recreare, ac alleviare, tamquam ſub monte, ac arbore umbroſa
cum magna irrigatione Cœleſtium aquarum divinæ gratiæ.

Parens Elias valde anxius, & moleſtatus ob mi- 34.
nas Jezabel petens, & deſiderans mortem animo
fatigatus ſe projecit, & dormivit ſub umbra juniperi; Angelus Domini tetigit eum, & ait illi: *Surgo, & comede, & ecce ad caput ejus ſubcinericius panis, & vas aquæ,* 3.Reg.19. n.6. quod etiam Ange- 3.Reg.19
lus fecit ſecundo, dicens: *Grandis tibi reſtat via,*

ſi bene, & rectè conſideres totum diſcurſum vitæ magni parentis Eliæ, nunquam eum invenies tot, & tantis cœleſtibus favoribus locupletatum, ut modo. Adeſt Angelus in vultu Angelico affert panem ſubcinericium in typum ſacræ Euchariſtiæ, ut tenet D. Paſchaſ. Algerus, & vas aquæ in Symbolum cœleſtium gratiarum, ut tenet quædam Gloſſa, & tandem veniens in montem Horeb: Vidit ibi Deum quantum fas eſt homini, ut ait D. Baſilius cur tam magnificis favoribus inſignitur Elias? Erat ille valde afflictus, & anguſtiatus ob timores Jezabel, voluit Deus dolorem ejus animi delinire, & præclariſſimis oblectationibus jucundare, ac recreare, ut triſtitia verteretur in gaudium, & animi dolor, in illius jucunditatem.

Paſchaſ. Algerus.

D Baſil. *Ex afflictione elevatur iuſtus ad magnos favores.*

35. Tres illi pueri Sancti mittuntur in fornacem ignis ardentis ad eos liberandos, Angelus Domini deſcendit cum Azaria, ac ſocijs in fornacem, & excluſit flammam ignis, *& fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantis*, Daniel. 3. n. 49. Poterat Deus pueros ab igne liberare mittens copioſum aquarum imbrem, noluit tamen ſed per Angelum; Si enim larga aquarum multitudo deflueret, Sanctos liberaret, ſed tanta aquarum inundatio eos affligeret, & aliquibus moleſtiam inferret; at Angelus venit faciens roris ventum, ut eos recrearet, ac jucundaret. D. Chryſoſt. homil. de Anna, & prece habita tom. 6. ait: *Tres pueri periculum evaſerunt è rogo liberati, & hoc ipſo illuſtres ſunt facti, quod ſupernaturali modo hujus elementi potentiam ſuperaviſſent.*

Dan. 3

D. Chryſoſt.

QUÆSTIO VI.

Quare ſuadens Chriſtus D. Paulo in ultimo loco proponit, quod ei ibi multus ſit populus?

36. PRimo talis modus loquendi eſt expendendus; ait Chriſtus *Multus eſt mihi populus in hac Civitate*, ait *mihi* tamquam in meum commodum, ac utilitatem, ad hujus rei guſtum ait Regius vates Pſal. 97. n. 2. *Salvavit ſibi dextera ejus*, non ait, ut bene notat noſter Incognitus, ſalvavit nobis, ſed ſibi, ac ſi noſtram ſalutem, noſtrumque commodum tamquam ſibi proprium, ac peculiare reputat.

Deus noſtrum commodum ſuū reputat. Pſal. 97.

37. Ad quæſtionem ait Chriſtus D. in præſenti: *Noli timere, ſed loquere, & ne taceas, propter quod ego tecum ſum, & nemo apponetur tibi, ut noceat tibi, quoniam multus eſt mihi populus in hac Civitate.* Duas rationes proponit Chriſtus Apoſtolo ne deſerat Civitatem, & ad aliam tranſeat. Primo, quia ibi nullum patietur damnum *Nemo apponet, ut noceat tibi.* Secundo *quod mihi multus eſt populus in hac Civitate.* D. Chryſoſt. ibi homil. 31. ait: *Vide quot rationibus perſuadeat, & quomodo id, quod Paulo maximè placebat ultimo loco ponit.* Secundum Rethoricæ leges id, quod eſt levius ponitur primo loco, & quod eſt vehementius, ac fortius ad ultimum locum remittitur: Primo proponitur Paulo, quod nullum ibi patietur detrimentum, ſecundo tamquam quid fortius, ac vehementius, ac majus quod ibi erit magna converſio animarum, ac ſi Paulus magis ſtimuletur ad Civitatis permanentiam ſpirituali proximorum bono, quam ex ſecuro tutamine ſuæ vitæ, nam aliena ſalus maximè ei charior erat, illamque omnibus anteponebat. *Id quod Paulo maximè placebat ultimo loco ponit.*

D Chryſoſt.

Paulus. *Plus æſtimat noſtrā ſalutem, quam ſuam.*

38. Ait ipſe Apoſtolus ad Philipp. 1. n 23. *Coarctor è duobus, deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, multo magis melius, permanere autem in carne neceſſarium propter vos, & hoc confidens, ſcio quia manebo, & permanebo ad profectum veſtrum.* Tamquam inter duos terminos ſe coarctatum conſiderat Apoſtolus, vehementer deſiderat eſſe cum Chriſto, ut ejus præſentia congaudeat, aliunde videt, quod neceſſitas Eccleſiæ poſtulat, ut ipſe permaneat in carne ad converſionem fidelium. Quid tunc Apoſtolus: *Scio quia manebo, & permanebo ad profectum veſtrum.* Elegit magis vivere, ut inſerviat ſaluti, ac inſtitutioni proximorum, quam mori, ut Chriſto fruatur, ac cum ipſo gaudeat in gloria. D. Anſelm. ait: *Ecce D. Paulus non quod ſibi melius eſt, ſed quod multis expedit, id eſt manere in carne eligit propter charitatem, prius ambigens dixerat, quid eligam ignoro, ſed poſtea deliberans victus eſt Charitate diſcipulorum, & permanere ſe omnibus dixit.*

Philip. 1.

Paulus vult magis vivere, ut ſerviat, quam mori, ut fruatur. D. Anſel.

39. Unde D. Auguſt. ad illud Pſal. 54. n. 7. *Quis dabit mihi pennas ſicut Columba* citans hunc locum Pauli, Paulum Columbæ gementi, & Cœlum ſuſpiranti comparat, & ſic ait Sanctus Doctor: *Columba delicata religata affectu, non cupiditate volare non poterat propter faciendum officium.* Paulus tamquam Columba cupiebat volare in Cœlum, & non poterat, utpote religatus charitate, ut adimpleret, & faceret ſuum officium Doctoris gentium veluti Columba fovendo, nutriendo ſuos pullos ſua ſacra doctrina.

D. Aug. Pſal. 54.

Paulus religatus charitate.

QUÆSTIO VII.

Quare Chriſtus D. non ſolum ait Paulo quod erit ejus protector, ſed etiam quod erit cum illo?

AIt Dominus Paulo: *Ego tecum ſum* non ſolum, ut tuus protector, ac defenſor, ſed etiam *tecum, & in te* habitans; Nam in Sanctis Deus magnum, & amplum habet habitaculum, ait noſter Apoſtolus, 2. Corinth. 6. n. 16. *Vos eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi in populum.* Expende, & nota, non ſolum ait: *Inhabitabo in illis* ſed etiam addit *Et inambulabo.* Quælibet domus ſufficiens eſt ad habitandum, ſed ad ambulandum ampla, & magna requiritur. In anima juſti non ſolum Deus inhabitat, ſed tamquam in magnifico, & auguſto Palatio gaudens deambulat. D. Ambroſ. in Pſalm. 118. Octonar. 8. ait: *Dicit Dominus, & inhabitabo in illis? quid magnificentius hoſpite Cœleſti? quid beatius poſſeſſione divina? Et deambulabo, inquit inter vos. Alij queruntur de ſui juris anguſtijs, in te Deo eſt ampla poſſeſſio, in quo deambulare ſe dicit, hoc eſt, laxa ſpatia habitationis inveniens, qui terram includit manu, cui mundus anguſtus eſt, tu ei ampla es domus.* Ecce anima juſti magis ampla, & lata eſt Deo, quam totus mundus, nam mundus anguſtus, & parvus eſt Deo, at anima fidelis, ita ſpatioſa, & dilatata eſt, ut valeat Deus in ea deambulare: *Cui mundus anguſtus, tu ei ampla es domus.* 40.

2. Cor. 6.

Deus habitat in fideli, ut in amplo Palatio. D. Ambr.

Et ad quid Deus inhabitat, & inambulat in juſto, tamquam quod de noſtro indigeat? Minimè, ſed ut nos repleat omni dono, & gratia, noſque faciat tamquam ſuum Sanctuarium. Cecinit Moyſes, Exod. 15. n. 17. *Plantabis eos in monte hæreditatis tuæ, firmiſſimo habitaculo tuo, quod operatus es Sanctuarium tuum Domine, quod firmaverunt manus tuæ.* Ecce ad quid Dominus habitat in te, ut virtute, ac gratia faciat te Sanctuarium, ut te plantet in 41.

Exod. 15

monte

monte hæreditatis ſuorum electorum, & ad hoc varias formas induit Deus, agricola ut plantet, artifex, ut fabricet, ac erigat tabernaculum, & tamquam valde peritus operator, ut firmet, & corroboret. Origenes homil.6. in Exod. ſic ait: *Tabernaculum non dicit manu hominis factum, ſed manu Dei; quid ergo? propter te Deus, & plantas, & adificas, agricola efficitur, ſtructor efficitur, ne tibi aliquid deſit, audi Paulum dicentem, Dei agricultura, Dei adificatio eſtis.* Omnium forma Deus induit, ut in omnibus, & per omnia ſuos impleat, eiſque ſubveniat.

Origen. *Deus omnia fit iuſto ne quid illi deſit.*

*Actor.*18.*n.*12. Gallione autem Proconſule Achaïæ, inſurrexerunt uno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad Tribunal.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE III.
à Verſ.12. uſque ad 18.

42. Verſ.12. G*allione autem Proconſule.* Arabic. Cum Præfecturam gereret Gallio, qui erat frater magni Senecæ, de quo quæſt. ſequenti, & dicitur Proconſul Achaiæ pro honorifico titulo; nam Achaïa erat nobiliſſima Regio Græciæ, ut commemorat Cicero lib.1. in Pauſanias; Unde Græci dicuntur Achai. *Uno Animo in Paulum.* D.Chryſoſt. concorditer.

Achaia. Cicero. D.Chryſoſt.

43. Verſ.13. *Hic perſuadet hominibus colere Deum.* Arabic. *Cultu contrario legi noſtra.* Æthiopic. *Abſque lege docet homines*, Chriſtum *hominem* colere contra legem, tum Iudæorum, quæ unum ſolum Deum inviſibilem, & incorporeum venerari docebaur, tum & Romanorum, quæ prohibet inconſulto Senatu novos Deos venerari, ac colere.

Arabic. Æthiop.

44. Verſ.14. *Incipiente autem Paulo aperire os ſuum.* Syriac. *Cum poſtularet Paulus aperire os ſuum.* Vatabl. Pagnin. *Cum jam pararet aperire os ſuum.* Ad reſpondendum *Dixit Gallio ad Iudaos* præveniens occurrit ipſe, & pro Paulo reſpondet. *Siquidem eſſet iniquum aliquid.* Syriac. *Si de quopiam malo, fraude, ac flagitio*, ac ſi dicat, ſi Paulus accuſaretur de aliquo crimine, v. g. furto, vel homicidio. *Rectè vos ſuſtinerem.* Syriac. *Reciperem accuſationem veſtram, & audirem.*

Syriac. Vatabl. Pagnin. Syriac.

45. Verſ.15. *Si vero quaſtiones ſunt de verbo, & nominibus*; nam Paulus affirmabat Chriſtum Jeſum eſſe verum Meſſiam, Judæi negabant ita appellandum, & inde ait Gallio: Altercatio eſt de nominibus, & de lege veſtra. *Vos ipſi videritis*; quia agnoſcitis rationes, & fundamenta veſtræ legis, quæ ego ignoro, & ideo: *Vos videritis*, & eſt modus repellendi cauſam à ſe, ſic Iudæi dixerunt Iudæ: *Tu videris*, Matth.27.n.4.

Math 17

46. Verſ.16. *Et minavit eos à Tribunali.* Syriacus: *Amandavit eos.* Arabicus: *Dimiſit eos à præſentia ſua.* Vatablus: *Abegit eos.* Caietan. *Depulit eos*, tamen verbum in noſtra vulgata magnam habet energiam. *Minavit eos*: Cum minis abire fecit ob importunitatem, & loquacitatem Judæorum.

Syriac. Arabic. Vatabl. Caietan.

47. Verſ 17. *Apprehendentes autem omnes.* Arabic. *Apprehendentes Cœtus Græcorum.* Soſthenem *Principem Synagoga*, de hoc Principe dicam q. ſequenti. *Percutiebant.* Syriac. *Cadebant eum.* Æthiopic. *Verberaverunt eum*, nempe Gentiles inſtigati à Judæis, tum quia cum eſſet Princeps Synagogæ tam facile permiſit ſuos abire à Tribunali, tum etiam quia valde frigidum, ac remiſſum ſe habuit in eorum cauſa agenda, tandem quia agnoverunt eum propenſum in Paulum, & animo jam Chriſtianum.

Arabic. Syriac. Æthiop.

48. Verſ.18. *Suſtinuiſſet dies multos*, id eſt commoratus eſt ibi *fratribus valefaciens.* Syriac. *Dedit pacem fratribus*, navigavit in Syriam, nempe Epheſum, quæ eſt in Syria, *qui ſibi totonderat caput* Paulus fuerat Nazaræus, & Judæorum leges jam erant abſolutæ per Chriſtum, & de hoc infra.

Syriac.

QUÆSTIO VIII.

Quare Gallio non reprehendit percutientes Pontificem, & quiſnam eſſet?

49. GAllius Germanus frater L. Annæi Senecæ præceptoris Neronis teſte ipſo Seneca, de quo Baron. anno Chriſti 33. Hic antea dicebatur M. Annæus Novatus, ſed adoptatus à L. Junione Gallio cum familia nomen ejuſdem ſumpſit, de quo latè; Hic Gallio cum fratre Seneca damnatus eſt ad mortem, Seneca ſecta in balneo vena, Iovi ſanguinem ſuum ultimum libavit, Gallio propria manu ſe interfecit, ut ſcribit Euſebius in Chronic. anno Chriſti 66.

Baron. *Frater Seneca.* Euſeb.

50. Ad rem noſtram. Optimè Gallio ſe geſſit, dum controverſias de Religione à ſuo Tribunali removet, dicens Verſ.15. *Iudex ego horum nolo eſſe* quem judices ſæculares debent imitari, ut non ſe intromittant in rebus Eccleſiaſticis, ac ſpiritualibus.

Non ſe intromittit in cauſis ſacularibus.

51. Non tamen rectè ſe geſſit cum apprehendiſſent Soſthenem Principem Synagogæ, ut eum percuterent, & *verberarent ante Tribunal, & nihil eorum Gallioni cura erat*; quia talem injuriam valde injuſtè illatam, ut Proconſul debebat ex officio impedire, niſi dicas quod videns tantum furorem populi tumultuantem, timuit, quod ſi vellet obſiſtere, inſurgerent contra eum, & ideo diſſimulans patienter ſuſtinet, furor, & ira rationem perturbat, & nihil permittit attendere, ac conſiderare.

Dedit locum ira.

52. Cum meus Jesus exaltaretur in Cruce ſcribit D.Matth.27.n.45. *A ſexta autem horâ tenebra facta ſunt ſuper univerſam terram uſque ad horam nonam*, in qua expiravit Iesus, & tunc velum Templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo uſque deorſum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, cur tot, & tanta ſigna fiunt cum crucifigitur, & moritur Iesus, cur, non etiam quando comprehenditur, vel nudus verberatur, ſeu ſpinis coronatur, vel quando exiens bajulat Crucem, vel ad primam Clavorum crucifixionem, ſed cur expectatum eſt tempus, ut in Cruce exaltaretur, ac vitam exhalaret? Alta Providentia divina datum eſt ſpatium, ut carnificus furor populi aliquantulum miteſceret, ut poſſet attendere, & conſiderare tot, & tanta mirabilia; nam ferveſcente, ac tumultuante furore nullius rationis, ac conſiderationis erat capacitas. D.Chryſoſt. homil.10. de Paſſione ait: *Poſt omnia vero, qua per inſaniam, & furorem fecerunt, factum eſt, quando jam ipſe furor ceſſavit, quando deridendo ſaturati ſunt, quando contumeliando animum ſuum expleverunt, quando denique omnia ab ipſis dicta ſunt, qua volebant, tunc tenebra apparent, ut ſaltem tunc ira depoſita, nonnihil ab hoc ſigno conſequerentur.* Cœleſtis, & rationabilia ſigna non dantur ferveſcente iræ furore; quia tunc nil proficient, ſed quando jam remittitur, & quieſcit, ut valeant ratione percipi, *ut ſaltem tunc ira depoſita nonnihil ab hoc ſigno conſequerentur.*

Math.27 *Animus iratus nihil divinum, ac rationale percipit.* D.Chryſoſt.

QUÆSTIO IX.

Quare Soſthenes verberatur, & quiſnam eſſet?

53. MUlti volunt, quod iſte Soſthenes idem ſit, ac Criſpus, de quo fit mentio ſupra verſ.18. de illo, ac de hoc verſ.17. uterque dicitur Archiſynagogus, ſeu Princeps Synagogæ.

54. Tamen quod fuerint diſtiocti, verior, & communior eſt ſententia; nam Judæi in una, & eadem Civitate non babebant plures Synagogas, ſed unam tantum, & in ea unus tantum erat Princeps, & non plures, deinde Paulus eos ut diſtinctos commemorat, 1.Corinth.1.n.1. Soſthenem tamquam ſocium ſcribendæ epiſtolæ, Criſpum vero n.15. ut ab eo baptizatum. Caſus ergo contigit quod cum Criſpus eſſet Archiſynagogus Iudæorum, & factus eſſet Chriſtianus, ac diſcipulus, exclusus eſt à Iudæis à ſuo Principatu, & loco ejus electus fuit Soſthenes, nam hæc facta ſunt poſt ſex menſes, à quo tempore Criſpus excluſus eſt, ut obſervat Baron.

Valde diverſus. 1.Cor.1.

55. Ait Textus verſ.17. Apprehendentes Soſthenem percuſſerunt, verberaverunt, Cardinal. Hugo exiſtimatum fuiſſe à Chriſtianis, eo quod Paulo, & Evangelio tunc reſiſteret; tamen D.Chryſoſt Oecumen. Ganæus, & alij, quibuſcum eſt lectio Arabica, aſſerunt, hanc verberationem factam fuiſſe à gentibus inſtigatione Iudæorum, eo quod eorum cauſam frigide, & non fortiter defendiſſet coram Gallione Proconſule & quia eum jam agnoverant propenſum in Apoſtolum.

Hugo. *A quo verberatus.* D.Chryſoſt.

56. Ut rei eventus demonſtravit; nam factus eſt Chriſtianus, ejuſque diſcipulus Menolog. Græcorum die 7. Decembris eum ſcribit Epiſcopum Colophonis, ac Martyrolog. Roman. 28. Novembris ſic habet: *Apud Corinthum natale S.Soſthenis diſcipuli B. Pauli, ejus mentionem facit idem Paulus Corinthijs ſcribens: Hic ex Principe Synagogæ converſus ad Chriſtum, ante Gallionem Proconſulem acriter verberatus præclaro initio fidei ſuæ primordia conſecravit.* Inde merito ille tali nomine inſignitus eſt, ut dicatur Soſthenes; nam idem eſt, ac *Salvator robuſtus* in negotio ſuæ ſalvationis extitit fortis, ac robuſtus ſuſtinens multa cum patientia, & manſuetudine flagella, & verbera agnoſcens illa eſſe, & Dei manum ad noſtrum majus emolumentum.

Diſcipulus Pauli. Martyr. Rom. *Nominis interpretatio.*

57. In præclara viſione interrogatus Ieremias à Domino cap.1.n.15. quid videret, ait ipſe: *Virgam vigilantem ego video.* Theodoretus legit: *Ego video virgam amygdalinam,* quænam eſt iſta virga amygdalina quid habet unum cum altero, virga eſt ad flagella, & verbera, flores ad ſuavitates, & delectationes; talis eſt virga Dei, ſi permittit verbera, & perſecutiones ex eo eſt, ut inde ea eis germinentur ſuaviſſimi flores gratiæ, cœleſtiumque donorum, unde conſidera, quod non virga olivæ, vel palmarum, ſed amygdalina; hæc enim, ut notant Carthuſian. & Hugo, inter omnes arbores citiſſimè, ac prius pullulat in ſuos flores, & fructus, ſic Deus permittit virgam in ſuos juſtos ad verbera, qui valde citiſſimè ſublevat cum medicamine, ac ſuavitate divinæ gratiæ, atque ſuorum donorum.

Ierem.1. *Deus dat verbera, ut germinet virtutũ flores.* Theod. Carthuſ. Hugo.

58. Ait Chriſtus D. Ioan.15.n.1. *Pater meus agricola eſt*, quid habet Æternus Pater cum agricola, quænam datur combinatio inter unum, & alterum. Agricola arborum ramos amputans, vel aratro terram ſcindens, ex talibus percuſſionibus facit exoriri magnos, & uberes fructus, ſic Æternus Pater per ſectiones, ac verberationes facit in ſuis electis præclaros virtutum proventus, ſic de Æterno Patre diſſerit D.Athanaſ. in diſp. cum Ario babita in Concilio Niceno, & ait: *Ambulans Pater in vinea, hoc eſt in cellis animæ omnia putrida, & inſolentia tollit, ne lignorum luxuries inſoleſcens fructum eorum non præferat, quem agricola deſiderat.* Sollicitus agricola luxuriantes, ac inutiles ramos amputat, ut bona arbor exuberantes fructus præferat. Vide ſupra cap.2.quæſt.26.n.233.234.235. & cap.5.q.23. num.189. 190. & 191.

Ioan 15. *Deus dat ſuis labores ad majorẽ gloriam.* D.Athanaſ.

QUÆSTIO X.

Quare D.Paulus modo totondit caput?

59. AIt noſter Textus loquens de noſtro Apoſtolo: *Qui ſibi totonderat caput; babebat enim votum.* Aliqui Codices legunt in plurali, *totonderunt ſibi caput*, & ſic babet Æthiopic. *Raſa fuerunt capita eorum*, tamquam quod hoc referatur ad Aquilam, & Priſcam.

Varij Codices. Æthiop.

60. Sed ſine dubio legendum eſt in ſingulari in ordine ad D.Paulum, ita in ſingulari noſtra Vulgata, Græcus, Syriac. Arabic. D.Chryſoſt. Beda citans D.Auguſt. & D.Hieronym. & communiter alij multi, qui omnes tenent D.Paulum fuiſſe Nazaræum, cujus Religionis obſervantiæ erant rigidiſſimæ, abſtinendi ſcilicet à vino, non tangendi mortuum, & nutriendi comam, cum multis alijs, de quo latè lib. Numer.6. ad hoc ſe voto obligabant, de quo dixi Opuſc.3.Reſol.3.q.3.

D.Chryſoſt. Græcus. Syriac. Num. 6.

61. Cum D.Paulus eſſet religione Nazaræus jam Chriſtianus, & Apoſtolus factus propter vitandum aliquod Iudæorum ſcandalum, adhuc aliqua legalia obſervabat, ut vidimus cap.16. de Circumciſione Timothei; quia ut optimè Lyranus Divinus Spiritus voluit, ut in primitiva Eccleſia illi, qui ex Gentilitate convertebantur, gentilitatis ritus omnino dimitterent, utpote malos, & ſemper à Deo reprobatos: At qui ex Iudaiſmo convertebantur, quamvis eorum ritus, ac cæremoniæ omnino ceſſaſſent, tamquam impleti per Chriſti paſſionem, utpote à Deo inſtituti in figuram Chriſti, quæ ceſſat adveniente veritate, tamen aliquando fuerunt permiſſi, ne aliquis crederet fuiſſe ſemper malos, & reprobatos à Deo, & paulatim, ac ſuaviter dimittenda fuerunt legalia, & ad Chriſtianas leges tranſcendendum. Vide ſupra cap.17.q.10.n.81.82.& 83.

Lyran. *Paulus paulatim animos diſponit.*

62. Paulus cum eſſet profeſſione Nazaræus per multum tempus, ac annos à ſua converſione nutriviſſet comam more Nazaræorum, cùm jam per multum annorum tempus verſaretur inter Gentiles; & de Corintho tranſiſſet in Ephesum, raſit comam, antiqua, & vetera abolens, ſeque in omnibus renovatum in Chriſto oſtendens ad tot, & tanta pericula eminentia ſuperanda.

Paulus antiqua abjicit.

63. Scribit Ioan.10.n.22. *Facta ſunt Encænia in Ieroſolymis, & hyems erat,* Encænia hoc eſt, renovationes, tamquam de priſtino ſtatu ad novum, ſed hoc fit in hyeme, cur non potius verno tempore, quando omnia novis folijs, floribus, ac fructibus innovantur, cunctaque ſuavi, ac benigna aura delectantur, cur ad hoc eligitur hyemale tempus, tempeſtuoſum, frigidum, & mæſtum, cur ergo in illo Templi innovatio inſtituitur à Deo? Ut homines informarentur, quod ad ſuperandas furientes perſecutionum turbines, hoſtiles tentationum incurſus, ac ad reſtantes inſidiarum ventos cavendos, ut Deus in omnibus glorificetur, multum prodeſt, ac intereſt, ſic in te facias renovationem vitæ, diſciplinæ,

Ioan. 10. *Cum innovatione uniuntur omnia adverſa.*

ac

Theoph. ac morum. Theophylact. apud D.Thom. ait: *Sasages tu quoque, dum hyems imminet, id eſt vita præſens turbinibus iniquitatis concuſſa, ſpirituales encænias sui Templó celebrari ſemper renovando te ipſum.*

64. Pſal.50. Hinc David clamans poſtulabat à Deo Pſal.50. n.12. *Spiritum rectum innova in viſceribus meis.* A'ia lectio. Rectum, ut multi legunt; *Fortem, ſtabilem*, hunc, quem habui in mea pueritia, ac juventute, nunc iterum modò in me reviviſcere facias, exponunt D.Auguſt. noſter Incognitus.

65. Dan.4. Angelus Sanctus vigil clamat de Cœlo apud Daniel.4.n.20. *Succidite arborem, & diſſipate illam; attamen germen radicum ejus in terra dimittite.* In arbore omnia amputantur rami, folia, fructus, cur ſolum germen radicum permittitur permanere in terra? Lyran. *Ad ſpem.* Gloſſa moralia ſignificat. Lyran. Gloſſa. Vide ſupra cap.1. q.21 n.142. 143. *Liberum arbitrium cum poteſtate revertendi ad bonum*, & juxta Agricolas arbor, quæ ex amputatis ramis pullulat, elegantiores, ac pulchriores fructus germinat.

*Actor.*18.*n.*19. Devenitque Epheſum, & illos ibi reliquit, ipſe verò ingreſſus Synagogam diſputabat cum Judæis.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IV.
à Verſ.19. uſque ad 23.

66. Arabic. Verſ.19. DEvenit Epheſum. Arabicus: *Devenit iter ejus Epheſum* quæ erat Metropolis Aſiæ Minoris, in quo extitit illud celebre Dianæ Templum, illos ibi reliquit, ſcilicet Aquilam, & Priſcillam tamquam Doctores, ut Epheſinos in Chriſti fide illuminarent. *Diſputabat cum Iudæis.* Syriac. Syriacus: *Verba fecit.* Oſtendens per Scripturas Chriſtum D. eſſe verum Meſſiam, & Salvatorem noſtrum.

67. Verſ.20. *Rogantibus eis:* Flagitabant ab eo, ut amplius ibi permaneret ad ampliorem inſtructionem in fide. *Non conſenſit,* Aſſenſum non præbuit; quia volebat ad alium locum tranſire, ubi non erat prædicatum Evangelium, ibi tamen ordinavit Magiſtros ad bonam illorum inſtructionem.

63. Verſ.21. *Sed valefaciens* dans eis pacem, & ad eorum conſolationem addidit: *Iterum revertar ad vos.* Multa Græca exemplaria addunt: *Oportet omnino feſtum, quod inſtat me agere Ieroſolymam.* Ita D Chryſoſt. Oecum. Vatabl. D.Chryſoſt. Oecumen. Vatablus, Caietan. Arias, & alij, & ideo Apoſtolus non poterat amplius ibi immorari.

69. Raban. Beda. Lyran. Genæus. Caiet. Arias. Vatabl. Baron. Verſ.22. *Et deſcendens ab Epheſo Cæſaream* aſcendit Cæſaream Capadociæ inquiunt Rabanus, Beda, Lyran. Ganæus, & alij, quia Apoſtolus uſque modo nunquam pervenerat in Syriam; Alij vero ut Caietan. Arias, Vatabl. Baronius, & probabilius tenent Cæſaream Palæſtinæ innixi in illa Gloſſa græca: *Feſtum inſtat, oportet me agere Ieroſolymam*, ſi Apoſtolus acceleraverat ſuam viam, ut veniret in Ieruſalem, ad quid divertit iter per Capadociam, quæ longius diſtabat: ergo ordinavit viam per Cæſaream Palæſtinæ, quæ erat veluti in via; ſalutavit Eccleſiam ſcilicet Ieroſolymitanam de quo quæſt. ſequenti.

70. Æthiop. Verſ.23. *Et facto ibi aliquo tempore.* Æthiopic. habet: Cum ſediſſet longum tempus ſcilicet in Antiochia confirmans Chriſtianos per regiones, per quas ambulabat. Iterum revertitur in Aſiam minorem, Galatiam, ubi eum tamquam Angelum de Cœlo delapſum ſuſceperunt, inquit D.Chryſoſt. D.Chryſoſt.

QUÆSTIO XI.

Quare D. Paulus toties repetit Ieroſolymam?

71. Paulus quinquies repetit Ieruſalem. Act 9. Act.15. QUinquies meo videri venit Paulus Jeruſolymam, primo poſt ſuam converſionem triennio peracto, Actor.9.n.26. Galat.1.n.18. an. Chriſti 39. Secundo pro illa controverſia de circunciſione. Actor.15.n.14. anno Chriſti 51. Tertio modo in præſenti anno Chriſti 53. Quarto, ut ipſe teſtatur, Actor.21. n.17. Quinto exiſtimo, quod ſicut Alij Apoſtoli ex toto terrarum Orbe convenerunt Ieroſolymam ad tranſitum Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ſic etiam noſter ſacer Apoſtolus Paulus adfuit, ſive dicamus quod tranſitus Virginis fuerit anno Chriſti 48. ut vult Baron. eodem anno n.6. vel, ut graves alij Authores anno Chriſti 58. plus, minuſve, de quo variæ ſunt opiniones. Baron.

72. Paulus toties repetit Ieroſolymam ob Virginē. Exiſtimo ergo tot vicibus repetiviſſe Ieruſalem, ut viſitaret illam Eccleſiam omnium Eccleſiarum Matrem, & etiam, ut viſitans veneraretur illud ſanctiſſimum Sacrarium totius Orbis cùm eſſet in vivia, vel etiam poſt mortem, ut inviſeret illa loca, quæ ipſa Sanctiſſima Virgo Deipara dignata eſt ſua præſentia, ac tactu conſecrare; Noſter enim Apoſtolus erat addictiſſimus, & maximè obligatus ſanctiſſimæ Virgini Mariæ, ejus enim converſio illius precibus facta eſt, ut dixi cap.9.

73. Cur Paulus de Virgine Maria non meminit. Merito tamen quæres; ſi Paulus erat tam devotus, obligatus, ac adſtrictus Virgini Mariæ, cur eam aliquando non nominat in ſuis epiſtolis, cum de multis alijs faciat mentionem, & ſanctiſſimum nomen JESU pluſquam per trecentas vices in ſuis epiſtolis commemorat?

74. Reſpondeo hoc feciſſe Apoſtolum alta, & ſuprema ſapientia; nam ſanctiſſimum, ac ſaluriferum nomen JESU in illo principio aliquibus, & maximè Iudæis non erat gratum, & ideo Magiſtratus, ac Principes præceperunt Apoſtolis ne prædicarent in nomine IESU, Actor.4.n.17. & 18. & cap.5.n.28. Actor.4. Act.5. & alijs locis, ideoque Apoſtolus, ut hoc ſanctiſſimum nomen inſinuaret, ac imprimeret in cordibus fidelium frequentiſſimè illud habebat in ore, ac in nomine hoc ſanctiſſimo omnia dicebat, illud tamquam invocans.

75. Ob venerationē ſacri Apoſtoli nō dicunt in ſuis epiſtolis. At ſanctiſſimum nomen Mariæ omnibus erat gratum, ſuave, ac delectabile, ut in magna perſecutione Stephani, Actor.8.n.1. Nullus auderet contra eam aliquid moliri, ut jam notavi, tantaque eſt ſublimitas, ac celſitudo hujus nominis Mariæ, quod nec Paulus, nec Petrus, nec Iacobus, nec Ioannes, nec Iudas Apoſtoli in ſuis Epiſtolis præ humilitate ſe abſtinuerunt, & tam venerabile Mariæ nomen nunquam pronuntiarunt, ac dixerunt, cum aliàs eſſent devotiſſimi, ac adſtrictiſſimi ſacratiſſimæ Deiparæ. Hoc ab Angelis ſacri Apoſtoli acceperunt.

76. Cant.3. Cant.6. Cant.8. Cum aſcenderet ſacratiſſima Virgo in Cœlum, ut communis eſt vox Patrum, mutuo interrogant Sancti Angeli inter ſe, Cantic.3.n.6. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa, ut Sol*, & tandem cap.8.n.5. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens innixa ſupra dilectum ſuum.* Ter interrogant Angeli *quæ eſt iſta*, cum rectè nomen ſcirent, cur illud non dicunt, ac pronuntiant? quia volebant audire à reſpondentibus nomen Mariæ, ut illo audito delectarentur, ac jucundarentur. Richard. de S.Laurentio lib.1. Valde dulce nomen Maria. Richard. de S. Laurent.

lib.1.cap.5. ait in perſona Aogelorum. *Ter quæritur, quæ eſt iſta, non tantum, quia perſona mirarentur excellentiam::: ſed forſan, quia dulce nomen Mariæ ſibi deſiderans reſponderi*, & ſcilicet audire.

77. Honor. D.Bern. Tamen communiter Patres, & magis peculiariter Honorius, & Harlgrinos ad cap.8. Cantic. & D.Bernard. ſerm. de Aſſumptione,qui ait: *Cum admiratione venerantes Angeli*, qood ſanctiſſima Virgo aſcenderat plena aromaribus, pulchra, ut Aurora, Sol, & Luna, delicijs affluens omnium Cœleſtium donorum, ionixa ſuper dilectiſſimom filium Issom ſi tot,& tanta magnalia Virginis Angeli dicunt, & clamant,ſolum ejus nomen non audent dicere, ſed interrogant *quæ eſt iſta?* ac ſi hoc ſanctiſſimum Mariæ nomen inter cæteras magnitudines quid majus, & potius ſilentio, quam Canticis venerandum. *Mariæ nomen inter mirabilia mirabile.* *Cum admiratione venerantes* vide ſupra cap.5.q.11.n.59. & cap.12.q.15.n.101.

Actor.18. *num*.24. Iudæus autem quidam Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens devenit Epheſum potens in Scripturis.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE V. uſque ad Verſ.28.

78. Lytan. Verſ.24. APollo nomen eſt indeclinabile apud Græcos. *Alexandrinus genere*, id eſt ut ait Lytan. natus in Alexandria per diſperſionem Judæorum factam ab Antiocho Rege, Iudæi diſperſi ſunt per variaz terras. Æthiop. Arabic. *Vir eloquens*. Syrus: *Peritus facundia*. Æthiopic. *Vir prudens*. Varabl. *Eruditus*, alij *diſertus*, & addit Textus: *Peritiſſimus Scripturarum*. Arabicus: *Pollebat ſcientia in Scripturis*, de quibus quæſt.ſeq.

79. Græcus. Verſ.25. *Hic erat edoctus viam Domini*. Græcus: *Inſtitutus* tamquam Cathecumenus, ac bene inſtructus in primordijs, ac doctrina fidei. D.Chryſoſt. *Fervens ſpiritu*. D.Chryſoſt. exponit contritione, ac amore Dei, per quæ ante Baptiſmum jam erat juſtificatus: D.Hier. At Hieronymus epiſt.2. ad Nepotian. refert ad fervorem ioterpretandi Scripturas, cum videret Judæos ab eorum vero ſenſu aberrantes,& hoc magis cohærere cum his,qoæ ſequootur: *Fervens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter, quæ ſunt Ieſu Chriſti*. Et additur: *Sciens tantum Baptiſmum Ioannis*. Quo tantum erat initiatus, de quo quæſt. ſequenti.

80. Syriac. D.Chryſoſt. Verſ.26. *Hic cœpit fiducialiter agere*. Syriac. *Palam loqui*. D.Chryſoſt. *Liberè annunciare*, liberè, ac intrepidè Chriſtum prædicare. *Aſſumpſerunt eum*. Syriac. *Adduxerunt eum domui ſuæ*. Maximè extollit D.Chryſoſt. charitatem Priſcillæ,& Aqoilæ, qui Apollo introduxerunt in domum ſuam, ot eum illuminarent, atque in fide Catholica inſtruerent, non ſuam, ſed Chriſti gloriam qoærentes.

81. Arabic. Æthiop. *Et diligentius expoſuerunt ei*. Arabic. *Expoſitione perfectiſſima*. Æthiopic. *Inquiſitius expoſuerunt*, in quo maximè laudanda eſt probitas,ac modeſtia Apollo, quod cum eſſet Vir doctiſſimns in Scriptura voluit magis informari, & inſtrui ab una muliere, & ab ono artifice fabrili. *Vir doctus vult doceri.* Vide quæ dixi ſupra c.8. q.17. à n.147. uſque ad 150. deinde prius nominatur Priſcilla, & ſecundo loco Vir Aquila, ot videtur adimpletum illud Ioëlis 2. o.28. Ioel. 2. *Et filiæ veſtræ prophetabunt*.

82. Syriac. Verſ.27. *Et cum vellet ire in Achaiam* in qua parte eſt Corinthus. *Exhortati fratres*. Syriacus: *Prævenerunt exhortando*. Ut perficeret quod decreverat, & tenderet io Achaïam, ſive Corimabel, ut ibi fideles multum ſua ſapientia,ac eloquentia confirmaret. *Conſulit multum his*. Syriac. *Multum adjuvit per gratiam omnes fideles*, conferendo ſuam doctrinam cum his, quæ Paulus docuerat: Unde ipſe Apoſtol. 1.Corinth.3.n.6. ait: *Ego plantavi, Apollo rigavit*. 1.Cor.3.

83. Græcus. Arabic. Æthiop. Verſ.28. *Vehementer Iudæos revincebat publicè*. Græcus: *Fortiter magna efficacia*. Arabic. *Perſeveranter arguebat*. Æthiopic. *In lege ſua redarguebat manifeſtè, & concluſit contra eos ex Scripturis*, Chriſtum Ieſum eſſe verum Deum, verumque Meſſiam promiſſum in lege, noſtrumque Salvatorem.

QUÆSTIO XII.

Quare Apollo cum dicatur Vir doctiſſimus, dicitur tamen de eo ſciens tantum baptiſma Ioannis, & quiſnam ille eſſet?

APollo apud Græcos nomen eſt indeclinabile, juxta radicem Hebraïcam idem valet, ac *Vibrans radios*, ut tenet Pagnin. lib. de ioterpret. nominum Hebraïcor. Communior ſententia eſt,quod ſit diſtinctus ab Apelle, de qoo Apoſtolus facit mentionem,Rom.16.n.10. *Salutate Apellem virum probum*. 84. *Apollo quid ſignificet.* Pagnin.

Hic noſter alter diſtinctus ab eo ex multis conjecturis, de quo Apoſtolus agit, 1.Corinth. citato loco. *Ego plantavi, Apollo rigavit*, erat Vir doctiſſimus,ac valde peritus in Scriptura,& ſic Vatablus vertit: *Doctiſſimus librorum veteris Teſtamenti*. Ardentiſſimus erat ſpiritu, & zelo fidei, in ea confirmando fideles, novos adducendo, ac creando, Judæoſque confundendo. Menologium Græcorum eum facit Epiſcopum Smyrnenſem, in quo cooſentiunt D.Dorotheus in Synopſi, & Baron. in notis, Martyrolog Roman. 22.Aprilis eum numero Sanctorum adſcribit. 85. Græcus. D.Dorotheus. Martyr. Rom.

Et cum eſſet tam doctiſſimus, dicitur de eo: *Sciens tantum baptiſma Ioannis*. *Scire* aliquando in Scriptura ſumitur pro *facere*, 2.Corinth.5. n.20. *Qui non noverat peccatum*, id eſt qui non fecerat. *Quæ ignorabam*, id eſt quæ non feceram, *interrogabant me*, ſic in præſenti *ſciens baptiſma Ioannis*, id eſt factus, ſeu baptizatus baptiſmate Ioannis, & videtur, quod iſte baptiſmus fuerit ab eo ſuſceptus per ipſum Ioannem Baptiſtam; Joannis enim baptiſmum non legimus fuiſſe ab aliquocumque miniſtratum; At Chriſti baptiſmus, non ſolum ab ipſo, ſed etiam ab Apoſtolis eſt miniſtratus. 86. 2. Cor.5.

Apollo ot initiatus baptiſmo Joanois,& ut Cathecumenus prædicabat in Synagogis confundens Judæos, baptizatus io domo Priſcillæ, & Aqoilæ prædicat in toto mundo, & ſtatim parat tranſire in Achaïam, hoc eſt Corinthum, ut alios adducat, & convertat ad fidem in Chriſto, quod eſt ſignum veri, ac perfecti Chriſtiani. Tertullian. in Apolog. cap.9.ait: *Quid denique ſingularis Chriſtiani? Non erit, opinor, legitimus Chriſtianus niſi frater, aut filius*, ſcilicet fiat ſua doctrina, & prædicatione. 87. *Nota veri Chriſtiani alios adducere ad Chriſtum.* Tertull.

Io ultima die judicij, ot Dominus proferat finalem ſententiam, ſcribit D.Matth.25. n.23. *Statuet oves à dextris, & hædos à ſiniſtris*. Videtur comparatio non bene cohærere inter ſe; nam ſicut dicitur *oves à dextris*, ſic videbatur dicendum, & capreas à ſiniſtris, mutuo ſibi correſpondent oves, & capreæ, ſicut agni, & hædi? Ponuntur oves à dextris tamquam fœcundæ, quaſi quod inde tantum 88. Math.25 *Infœcunditas magnū crimen.*

locum

locum obtinent, quod multos filios pepererint Chriſto. Hædi vero tamquam ſteriles, & inepti, ad generandum à ſiniſtris collocantur, ac ſi maximè ex eorum ineptitudine, illorum crimen, & culpa aggravata ſint. D. Hieronym. ibi: *Nec dixit Capreas, quæ poſſunt habere fœtus, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis nulla inter eas.*

D.Hier.

89. Cum valde ſollicitè Anima ſancta quæreret ſuum dilectum Sponſum, à ſodalibus invitatur, qualis eſt ille, tunc vero ipſa large ſe diffundit in exponenda ejus pulchritudine, ac venuſtate, Cantic.5. n.10. *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus, caput ejus aurum optimum.* Et ſic multis alijs deſcribendis proſequitur; ad quod tendit tam panegyrica oratio? ut tot, tantiſque præconijs ſodales exhortentur ad ipſum perquirendum, ut ejus gaudeant conſortio, quod non ſolum ſibi volebat Anima ſancta, ſed cum alijs participatum, ac communicatum habere, quod bene agnoſcentes ſodales dixerunt, Ibid.n.17. *Quo declinavit dilectus tuus, & quæramus eum tecum?* D.Gregor. ibi ait: Sed enumeratis tot laudibus, oſtenſis tot muneribus quis audiens non concupiſcat, quis intuens non inardeſcat.

Cant.5. — *Omnes vult ad Chriſtū adducere.* — D.Greg.

90. Oſtenſo libro dicitur Ezechielis 2. n.5. *Comede volumen iſtud, & loquere*: illud volumen erat divinæ legis, cum quo dabatur ſcientia, ac intelligentia, ſed ad quid dabatur, *loquere*: ut prædicaret, ac doceret, ſic & dicitur Ioanni Apocalypſ.10. n.9. *Accipe librum, & devora*, & ad quid Angelus explicat n.11. *Oportet te iterum prophetare gentibus.* Cœleſtia ſcientiæ, ac virtutis dantur à Deo, non ut quis ea in ſe retineat, & includat, ſed ut alios illuſtret, illuminet, atque inſtruat. D.Chryſoſtom. ſerm.3. in Pentecoſtem ait: *Quia ille quidem abiret inſectaturus peccata, calamitateſque ploraturus Iudæorum: hic vere peccata orbis terrarum abſumpturus.*

Ezech.2. — Apoc.10 — *Scientia datur ad illuminandum.*

CAPVT XIX.

1. FActum eſt autem cum Apollo eſſet Corinthi, ut Paulus peragratis ſuperioribus partibus veniret Epheſum, & inveniret quoſdam diſcipulos.
2. Dixitque ad eos: ſi Spiritum ſanctum accepiſtis credentes? At illi dixerunt ad eum: ſed neque ſi Spiritus ſanctus eſt, audivimus.
3. Ille vero ait: In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerunt: In Ioannis baptiſmate.
4. Dixit autem Paulus: Ioannes baptizavit baptiſmo pœnitentiæ populum, dicens: In eum, qui venturus eſſet poſt ipſum, ut crederent, hoc eſt in Ieſum.
5. His auditis baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu.
6. Et cum impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos, & loquebantur linguis, & prophetabant.
7. Erant autem omnes viri ferè duodecim.
8. Introgreſſus autem Synagogam cum fiducia loquebatur per tres menſes, diſputans, & ſuadens de regno Dei.
9. Cum autem quidam indurarentur, & non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudine, diſcedens ab eis, ſegregavit diſcipulos, quotidie diſputans in ſchola tyranni cujuſdam.
10. Hoc autem factum eſt per biennium, ita ut omnes, qui habitabant in Aſia audirent Verbum Domini, Iudæi, atque Gentiles.
11. Virtuteſque non quaſlibet faciebat Deus per manum Pauli.
12. Ita ut etiam ſuper languidos deferrentur à corpore ejus ſudaria, & ſemicinctia, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur.
13. Tentaverunt autem quidā, & de circumeuntibus Iudæis exorciſtis, invocare ſuper eos, qui habebant ſpiritus malos, nomen D. Ieſu, dicentes: Adjuro vos per Ieſum, quem Paulus prædicat.
14. Erant autem quidam Iudæi Scevæ Principis Sacerdotum ſeptem filij, qui hoc faciebant.
15. Reſpondens autem ſpiritus nequam dixit eis. Ieſum novi, & Paulum ſcio. Vos autem qui eſtis?
16. Et inſiliens in eos homo, in quo erat dæmonium peſſimum, & dominatus amborum invaluit contra eos, ita ut nudi, & vulnerati effugerent de domo illa.
17. Hoc autem notum factum eſt omnibus Iudæis, atque Gentilibus, qui habitabant Epheſi: & cecidit timor ſuper omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Ieſu.
18. Multique credentium veniebant, confitentes & annunciantes actus ſuos.
19. Multi autem ex eis, qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros, & combuſſerunt coram omnibus, & computatis pretijs illorum invenerunt pecuniam denariorum 50. millium.
20. Ita fortiter creſcebat verbū Dei, & confirmabatur.
21. His autem expletis propoſuit Paulus in ſpiritu, tranſita Macedonia, & Achaia ire Ieroſolymam, dicens: quoniam poſtquam fuero ibi, oportet me, & Romam videre.
22. Mittens autem in Macedoniam duos ex miniſtrantibus ſibi, Timotheum, & Eraſtum, ipſe remanſit ad tempus in Aſia.
23. Facta eſt autem illo tempore turbatio non minima de via Domini.
24. Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præſtabat artificibus non modicum quæſtum.
25. Quos convocans, & eos, qui hujuſmodi erant opifices, dixit: Viri, ſcitis quia de hoc artificio eſt nobis acquiſitio.
26. Et videtis, & auditis, quia non ſolum Epheſi, ſed pene totius Aſiæ, Paulus hic ſuadens avertit multam turbam, dicens; Quoniam non ſunt dij, qui manibus fiunt.
27. Non ſolum autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, ſed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, ſed & deſtrui incipiet majeſtas ejus, quam tota Aſia, & Orbis colit.
28. His auditis, repleti ſunt ira, & exclamaverunt, dicentes: Magna Diana Epheſiorum.
29. Et impleta eſt Civitas confuſione, & impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapto Caio, & Ariſtarcho Macedonibus, comitibus Pauli.
30. Paulo autem volente intrare in populum, non permiſerunt diſcipuli.
31. Quidam autem, & de Aſiæ Principibus, qui erant amici ejus, miſerunt ad eum rogantes, ne ſe daret in theatrum.
32. Alij autem aliud clamabant: Erat enim Eccleſia confuſa, & plures neſciebant qua ex cauſa conveniſſent.
33. De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis. Alexander autē manu ſilentio poſtulato, volebat reddere rationē populo.

34 *Quem ut cognoverunt Iudæum eſſe, vox facta una eſt omnium, quaſi per horas duas clamantium: Magna Diana Epheſiorum.*

35. *Et cum ſedaſſet Scriba turbas, dixit: Viri Epheſij, quis enim eſt hominum, qui noſtiat Epheſiorum Civitatem cultricem eſſe magnæ Dianæ, Iovisque prolis?*

36. *Cum ergo his contradici non poſſit, oportet vos ſedatos eſſe, & nihil temere agere.*

37. *Adduxiſtis enim homines iſtos, neque ſacrilegos, neque blaſphemantes Deam veſtram.*

38. *Quod ſi Demetrius, & qui cum eo ſunt artifices, habent adverſus aliquem cauſam, conventus forenſes aguntur, & Proconſules ſunt, accuſent invicem.*

39. *Si quid autem alterius rei quæritis, in legitima Eccleſia poterit abſolvi.*

40. *Nam & periclitamur argui ſeditionis hodiernæ, cum nullus obnoxius ſit (de quo poſſimus reddere rationem) concurſus iſtius. Et cum hæc dixiſſet, dimiſit Eccleſiam.*

A R G V M E N T V M.

PAULUS Epheſum reverſus duodecim diſcipulos Joannis baptizat, in Synagoga per tres menſes prædicat, ſuam doctrinam multis miraculis confirmat, quod dum volunt imitari ſeptem filij Scevæ à Dæmone invaduntur, Magici libri comburuntur, Demetrius Argentarius tumultum contra Apoſtolum excitat, & à Scriba compeſcitur.

Actor.19.n.1. Factum eſt autem cum Apollo eſſet Corinthi, ut Paulus peragratis ſuperioribus partibus, veniret Epheſum & inveniret quoſdam diſcipulos.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE I. uſque ad Verſ.6.

1. Verſ.1. PEragratis Superioribus partibus Galatia, Phrygia, poſtquam ex Ieroſoly-
mis redijt in Antiochiam, ut patet ex ſuperiori
cap. n.23. Inveniret quoſdam diſcipulos, non ba-
Caietan. ptizatos ab Apollo, ut vult Caietanus nam Apollo
veniens Epheſum ſe recepit in domo Priſcillæ, &
Aquilæ, ubi baptizatus eſt Chriſti baptiſmo, ut
patet ex ſuperiori cap. verſ.24. Invenit diſcipulos
Joannis Baptiſtæ; nam Iudæi ex omnibus partibus
convenerant Ieruſalem ad diem feſtum, & cum aliqui ante annos viginti adeſſent Ieruſalem, videntes ſanctitatem Ioannis ejus baptiſmum ſuſcepe-
D.Chryſoſt. runt. Ita Chryſoſt. & Oecumen.
Verſ.2. *Si Spiritum ſanctum accepiſtis.* Non in-
2. terrogat Apoſtolus de gratia inviſibili, ac interiori, quæ ab homine non agnoſcitur, ſed interrogat
de Sacramento Confirmationis, an illud ſuſcepiſ-
ſent; nam in exordio Eccleſiæ, in confirmatione
Act.8. dabatur Spiritus ſanctus viſibili ſigno, ut patet ex
cap.8.n.17. & merito dubitat, an illi ſuſcepiſſent
Sacramentum Confirmationis; quia tunc in Epheſo nullus erat Epiſcopus, à quo ſolum poteſt conferri.
3. *Credentes.* Græcus: Poſtquam credidiſtis, ac
Græcus. conſequenter baptizati eſtis; nam Confirmatio
datur poſt baptiſmum, *ſed neque ſi Spiritus ſanctus*
Syriac. *eſt, audivimus.* Syriac. *Ne auditione quidem accepimus, an ſit,* id eſt nec Sacramentum Confirmationis, nec Spiritum ſanctum, qui in eo datur accepimus, ita ut eum penitus ignoremus, & nunquam
ejus nomen audivimus.
4. Verſ.3. *In quo ergo baptizati eſtis:* Cum ergo eos
Apoſtolus vidiſſet tam alienos à notitia, ac cognitione Spiritus ſancti, rectè intellexit eos non eſſe
baptizatos baptiſmo Chriſti, in quo expreſsè nominatur Spiritus ſanctus in ejus forma.
5. Verſ.4. *Ioannes baptizavit.* Ponit Apoſtolus
diſcrimen, quod erat inter Chriſti Baptiſmum, &
Ioannis, quod eſt valde magnum, ut docet Concilium Tridentium ſeſſ.7. cap.1. de Baptiſmo contra
Calvinum, & alios Hæreticos, ut dicam in limine
ſequentis quæſtionis.
Verſ.5. *His auditis baptizati ſunt* à diſcipulis 6.
Paulí, non verò à Paulo, ut aliqui dixerunt, quia
ut ipſe Apoſtolus de ſe teſtatur, 1.Corinth.1. n.14. 1.Cor.1.
Neminem veſtrum baptizatum niſi Criſpum, & Caium, & ſtatim n.17. ſubdit: *Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed evangelizare.*
Verſ.6. *Et cum impoſuiſſet illis manus* eis con- 7.
ferendo Sacramentum Confirmationis, quod ſo-
lum baptizatis datur, *Venit Spiritus ſanctus*. Syriac. Syriac.
Spiritus ſanctitatis, viſibili ſpecie, & ſigno, quod
in duobus demonſtrabatur. *Loquebantur linguis* *Sacra*
diverſarum Nationum, ut Apoſtoli in die Pente- *Confir-*
coſtes, Actor.2. & ſecundo *Prophetabant* verè, & *matio.*
propriè prædicendo futura, & Dei laudes decantantes; Spiritus Divinus multis ſe manifeſtat. Vide
c.15. quæſt.10. n.53. 56. Verſ.7. *Ferè duodecim.*
Arabic. & Æthiopic. non habent *ferè*, ſed tantum
erant duodecim.

QUÆSTIO I.

Quare ſignum militiæ Chriſti eſt ſpirituale, & explicatur differentia inter Baptiſmum Chriſti, & Ioannis.

QUamvis Baptiſmus Chbriſti, & Ioannis con- 8.
venirent in materia, nempe aqua, in multis
tamen diſcrepabant, & præcipuè in tribus, In for-
ma, nam Chriſti baptiſmus datur ſub hac forma: *Magna*
Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus *diſcrimi*
ſancti, at Baptiſmus Ioannis, ut colligitur ex hoc *in for-*
loco cap.19. n.4. dabatur in nomine venturi poſt *ma.*
ipſum. Unde D.Hieronymus in Ioel.2. D.Thom. D.Hier.
Magiſter ſententiar. D. Bonavent. noſter Bachon. Thom.
& alij in 4.ſentent.diſt.2.dicunt hanc formam fuiſſe Ioannis: *Ego te baptizo in eum, qui venturus eſt, ut credas*, hoc eſt in Ieſum Chriſtum.
Secundo Ioannis Baptiſmus non dabat gratiam, 9.
ſed erat quædam diſpoſitio ad pœnitentiam, & *Secundò*
quædam præparatio ad ſuſcipiendum Chriſtum, ac *inter*
ejus Baptiſmum. At Chriſti Baptiſmus dat gratiam *utrumque.*
juſtificantem, ac ſanctificantem, de quo quæſt.ſeq.

Tertio

10. *Charac-ter quid ſit.* Tertio Joannis Baptiſmus nullum ſignum, nec
in corpote, oec in anima imptimebar, at Baptiſ-
mus Chriſti imptimit eharacterem in anima ſicut
& Sacramentum Confirmationis, & Otdiois tria
hæe imprimunt, characterem, ot definitur in Tri-
Trident. dent. ſeſſ.7.can.9. & in Flotent. in decreto Eugenij,
& apertè colligunt omnes Sancti Pattes ex Paulo,
2. Cor.1. 2. Cor. 1. n. 21. ubi ait: *Unxit nos Deus, & ſignavit.*
Unxit oleo gratiæ ſuæ, *& ſignavit* ſuo nempe cha-
Epheſ.4. ractere, ſicut ad Epheſ.4.n.30. *In quo ſignati eſtis.*
11. Character eſt quædam qualitas ſpiritualis, quæ
immediatè ſubjectatur in aoima, pet quam dedica-
tur homo obſequio, ac cultui Jeſu Chriſti ad ſuſci-
pienda, & adminiſtranda ejus Sacramenta, ſobjecta-
D.Tho. tur in anima, ut docet D.Thom 3.p.q.63.att.2.
12. Ex quo collige quanta ſit differeotia, ae ſublimi-
tas legis Evangelicæ, ac legia veteris, & antiquæ,
In lege veteri ſignum carnale, in lege gratia ſpirituale. ad illam utpote legem carnalem, ac corporalem ſit-
bat ingreſſus per Circuncifionem, quæ erat *ſignum
fœderis in carne veſtra*, Gen.17.n.11. Ut bona ter-
rena, ac illius fructus comederent, at in lege Evao-
gelica per gratiam in Baptiſmo, in anima per cha-
racterem ad poſſidendum regnum Cœlorum, ſcri-
bit D.Matth.4.n.17. *Cœpit Ieſus prædicare: Pœni-
Gen. 17. Matth.4 D Paſch. tentiam agite, appropinquavit.* Et D.Paſchaſ. *Exor-
dium prædicationis Chriſti aperire regnum Cœlorum.*
In Circuncifione effundebatut ſanguis: Ar in lege
Evangelica à gratia communicata à Chriſto ait
Ioan.7. ipſe: *Flumina de ventre ejus fluent aqua viva*, Ioan.7.
n.38. aquæ vivæ explicant D.Chryſoſtom. noſter
D.Chryſoſt. D.Cyrill. Alexand. Origenes, & alij omoium gra-
tiarum, ae cœleſtium donorum, ut dixi tom.4. in
Evangel.cap.14.n.110.
13. Cum lex antiqua daretur in monte Sina dicitur,
Exod.19. Exod.19.n.16. *Mane incaluerat, & ecce cœperunt
audiri tonitrua, & micare fulgura.* Et etiam in ſa-
cra die Penteeoſtes, cum advenit gratia Spiritus S.
ut promulgaretur lex Evangelica: *Factus eſt de Cœlo
ſonus tamquam advenientis Spiritus vehementis*, &
Actor.2. cœleſtis ignis in figura linguarum cœpit emicare.
Lex vetus datur cum ſigno corporali, lex Evägelica cũ ſpirituali. Ecce in utriuſque legis eventu, & caſu ſonos audi-
tur, & ignis emicat, diſpari tamen effectu; nam
cum lex vetus datur utpote lex carnalis, ſolum car-
nalibus ſenſibus illa ſigna objiciuntur, & eorum
obduratos animos non penetrat: At in die Pente-
coſtes igne adveniente: *Facta ſunt flammantia cor-
da diſcipulorum.* Ut canit Ecclesia, & ſonus aodi-
tur, ut eorum affectus demonſtratut, *ut in omnem
terram exiret ſonus eorum.* Et in ſignum eorum,
quæ ſpiritualiter fiebant interius in anima; factæ
Beda. ſunt tales demonſtrationes exterius. Beda in homil.
Vigiliæ Penteeoſtes ait: *Cum in utraque datione, &
legis videlicet, & gratiæ, foris audiretur ſonus, hic
tamen ampliori miraculo cum auditur ſonus, afficit
virtus doni Cæleſtis, quæ intus diſcipulorum corda
doceret.* In lege veteri ut carnali, & corporali ſigna
tantum exterius corporalia erant; At in lege Evan-
gelica, utpote ſpirituali interius, & in anima ope-
rabantur: *Afficit virtus doni Cæleſtis, quæ intus diſ-
cipulorum corda doceret.* Vide ſupra cap.7.q.8.n.56.
57. & 58. & cap.15.q.5.n.35.36. & 37.

QUÆSTIO II.

*Quare Chriſtus D. tantum elevavit baptiſmum
ſuper Ioannis baptiſmum?*

14. Baptiſmus Joannis, ut Baptiſmus ſervi, & figu-
ra, non dabat gratiam, ſed tantum diſponebat,
& præparabat ad illam: Baptiſmus autem Chriſti,
ut ſupremi Domini, & verum, ac reale lavacrum,
mundans, ac purificans animam conferebat gratiam
ſanctificantem cum omnibus ſuis donis, ae virtu-
tibus, ut eſt de fide, & patet ex Clementina unica Clemẽt. unica.
de ſumma Trinitate, & ex Concil. Trident. ſeſſ.5. Trident.
in Decreto peccati Originalis.
Aquæ juxta communem phraſim Scripturæ ſi- 15.
gnificant peccatores, & peccata, Pſal.17.n.17. *Aſ-* Pſal.17.
ſumpſit me de aquis multis, Pſalm.68. *Intraverunt* Pſal.68.
aquæ uſque ad animam meam. Has aquas ſanctifi-
cavit, ac purificavit Chriſtus ſoo Baptiſmate virtu-
te ſuæ ſacratiſſimæ Paſſionis, ac Sanguinis.
De Chriſto D. loquens Moyſes Deuter.33.n.17. 16.
ait: *Cornu Rhinoceretis, cornua illius, in ipſis ven-* Deut.33.
tilabit gentes, communi opinione creditur Rhino-
cerotis cornua habere inſitam virtutem, ad extin-
guendum, ac removendum venenum, & inde in *Tanta*
ipſis partibus, ubi degunt multa venenoſa anima- *virtus Baptiſmi*
lia, quod ſi aliquod ad aquas veniat non audet eas *à Cruce*
attingere, oec ex eis bibere, niſi prius veniat Rhi- *Chriſti.*
noceros, & cornu, io aquis ſubmergat, eaſque po-
tabiles, & ſalutiferas efficiat. Cornua Chriſti D.
ſunt cornua Crucis: *Cornua in manibus ejus.* Ex
cujus virtute manavit, ut aquæ nobis fierent ſaluti-
feræ, & omne peccati venenum inſufflarent. Julius
Firmicus de errore profanæ relig. cap.22. ita ait:
*Hæc ſunt Crucis cornua, quibus omnia, & ſublevan-
tur pariter, & continentur: His cornibus bene ho-
minum nititur vita, ad hæc cornua humili devotione
confugite, his vos affigatis cornibus juſtitia, æquè, ac
pudicitia eſt veneranda preferentes ſigna conſecrati
Fontis majeſtate gaudeatis.* Et dicitur ventilabit
gentes à ſuis peccatis.
Ait Chriſtus D.Ioan.7.n.38. In noviſſimo au- 17.
tem die magno feſtivitatis ſtabat Jesos, & clama- Ioan.7.
bar, dicens: *Si quis ſitit veniat ad me, & bibat, qui* *A Chri-*
credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ven- *ſti lava-*
tre ejus fluent aqua viva. Clamat Jesus convo- *cro venit, ut*
cans ad ſe omnes homines, ut ſi quis credat, & bi- *ſemper*
bat de ejus aqua baptiſmali pura, & ſana conſcien- *peccata*
tia, tantum abeſt quod ſitiat, quin ab ipſo, ſeu ejus *abluamus.*
coоſcientia fluent abundantes ſcaturigines omnium
cœleſtiom dooorum, imo ipſe fiet perennis ac exu-
berans fons omniom illorum. D.Auguſt. ad cita- D.Aug.
tum locum tract.32. *Clamat* Jesus, *ut veniamus,
& bibamus, ſi intus ſitimus, & dicit, quia cum bibe-
rimus, flumina aqua viva fluent de ventre noſtro;
venter interioris hominis, conſcientia cordis eſt: Bi-
bite ergo de iſto liquore, reviviſcet purgata conſcien-
tia, & hauriens fontem habebit, & etiam ipſa fons
erit.* Perpende ultima verba. *Et etiam ipſa fons erit.*
Nec mirum, quod in Baptiſmo tot, & tanta 18.
dona in nos defluant, cum ipſo Baptiſmo Chri-
ſtum induamus. Inter multas cæremonias, quas
Deus præcepit Moyſi, mandavit ei, Exod.29. n.4. Exod.29.
& 5. *Aaron, & filius ejus applicabis ad oſtium ta-
bernaculi, cumque laveris eos, indues veſtimentis.*
Cur poſt ablutionem induendi ſunt veſtimentis
ſuis, quæ erant ſacta, & dedicata cultui Dei, ut-
pote Sacerdotalia, cur non induentur in ſuis com-
munibus veſtibus, ac prophanis? Veſtimenta illa
ſacra Chriſtum D. ejuſque virtutes denotabant
juxta illud, Rom.13.n.14. *Induimini Dominum* *In ſacro*
Ieſum Chriſtum. Valde ergo conſequenter jubentur *Baptiſ-*
Aaroni, & filijs ejus poſtquam loti fuerint, ut in- *mate induimus*
duantur veſtimentis ſactis, quia cum ſacro lavacro *Chriſtũ.*
mundati fuerint, Chriſto D. induontur, adeſt pa-
tronus noſter D. Cyrillus Alexandr.lib.11. de ado- D.Cyril.
ratione. *Cum, ait, Aaron ipſum aqua prius abluiſſet,
ſacra illum ſtola induit, nos quoque ſanctè Ba-
ptiſmate abluti omni genere impuritatis abſterſo,*

tum denique ſuperna, illaque cœleſti gratia ditamur, & lætitiæ tunicam accipimus, juxta illud, induimini Ieſum Chriſtum. Similia habet Procopius vide ſupra cap.15.q.7.n.33.34. & 35.

*Actor.*19. *n.*8. Introgreſſus autem Synagogam cum fiducia loquebatur per tres menſes, diſputans, & ſuadens de regno Dei.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE II. uſque ad Verſ.12.

19. Syriac. Vatabl. Verſ.8. *Cum fiducia loquebatur.* Syriac. *Palam* abſque ullo timore diſputans cum contradicentibus. *Suadens de regno Dei.* Vatablus: *Ea quæ ſunt de regno Dei.* De bis pertineutibus ad ſalutem.

20. Syriac. Arabic. Æthiop. Verſ.9. *Cum autem quidam indurarentur.* Obſtinati in ſua infidelitate, *maledicentes viam Domini.* Syriac *Excandeſcebant, atque, conviciis proſcindebant.* Atabic. *Deteſtarentur ſermonem.* Æthiopic. *Maledixerunt contra doctrinam.* Convitia, ac opprobria, & maledictiones jactantes contra doctrinam Chriſtianam, quod proprium eſt eorum, qui ſe iu diſputationibus couvictos vident ad contumelias, & convitia confugere. Ut jam dixi cap 4. q.12.n.90.91. & 91.

21. Quis Tyrannus? Syrus. Dionyſ. Arias. Marian. Lyran. Caietan. Vatabl. Genæus. Arabic. *Diſcedens ab eis ſegregavit diſcipulos*, ſcilicet credentes, ne inficiarentur doctrina obſtinatorum. *In Schola Tyranni cujuſdam.* Syrus, Diouyſ. Arias, Marianna contendunt eſſe nomen proprium cujuſdam hominis. Alij veto, ut Lyran. Caiet. Vatabl. Gaoæus dicunt eſſe oomen appellativum denotans Principem, Primatem, ac Virum nobilem, & pro hac ſententia ſtat Atabic. legens: *Loquebatur in domicilio cujuſdam ex Magiſtratibus*, ac proinde Schola ſumitur pro aola literarijs exercitationibus deſtinata, ac proinde ad illam ſe recepit Paulus, ut ſub ejns umbra ſe cuſtodiret à contradiceotibus.

22. Verſ.10. Hoc factum eſt per biennium, quod io illa aula manſit prædicando per tres menſes, quod ibi etat prædicans, & ideo per tres annos inchoatos perſeveravit prædicans cap.20.n.31.

23. Syriac. *Omnes, qui habitabant.* Syriac. *Quotquot habitabant* ſecundum ſui majorem partem in Aſia nempe Minori.

24. Syriac. Caietan. Arias. Verſ.11. *Virtuteſque non quaſlibet.* Syriac. *Virtutes maximas edebat Deus.* Caiet. *Non modicas.* Arias: *Non vulgares.* Magna, & præclara miracula, ac ſigna faciebat Paulus in confirmationem ſuæ doctrinæ, & de nullo alio in tantum extolluntur virtutes, & ſigna, ut de Paulo.

25. Syriac. Arabic. Æthiop. Verſ.12. *Deferrent à corpore ejus ſudaria, & ſemicinctia.* Syriac. *A veſtimentis ejus ſudaria, aut ſciſſuras deferrent.* Atabic. *Faſcias, aut ſudaria,* Æthiop. *Detulerunt ab extremitate veſtimenti ejus.*

26. Oecum. Sudarium eſt veluti linteum, quod ſudorem abſtergimus, *Semicinctia.* Oecumen. idem eſt, ait, quod ſudarium. Alij dicunt ſemicinctium eſſe idem, quod pellicium, quibus artifices pectus, & fæmora præcingunt: Salmeron, Lorin. interpretantur cingula, ſeu zonæ, quibus nos cingimus. Niceph. Nicephor. Epiſcop. mittens veſtimenta Sacerdotalia Summo Pontifici Leoni III. exprimit *ſemicinctoria*, id eſt cingula, *auro variegata*, ut patet ex Actia Concil. Epheſini.

27. Deferebatur aliqua pars. Exiſtimo tamen quod hæc, & alia deferebantur ex veſtimentis Pauli non integra, ſed pet partea, ac particulas, ſic babet Syriac. *Sudaria, aut ſciſſuras.* Æthiopic. *Ab extremitate veſtimenti ejus.* Et non ſolum Paulus per ſua veſtimenta dabat ſalutem, ſed etiam aſſerit D.Chryſoſt. per ſuam umbram ſaoare languidos, ſuſcitareque mortuos.

QUÆSTIO III.

Quare Tyrannus in domo ſua habebat Scholam?

Ut dixi ſupra verſ.21. Tyranni eſt nomeo appellativum ſignificans virum Principem, principalem, nobilem, ac potentem, & ex regio ſanguine natum, & forte ex ſtirpe *Androchmi*, quem Strabo lib.14. affirmat fuiſſe Codri Athenarum Regis filium, Epheſumqoe condidiſſe, & Jonum Regiam cooſtituiſſe; unde ait etiam *Nura* omnes ex hoc genere Reges vocaotur, & quibuſdam Regijs ſignia fruuotur honoribus, ut qui primo loco ſedeant io certamioibus, & ſpectaculis, purpuram habeant, ſcriptionem quoque pto ſceptro habent. 28. *Ex ſtirpe Regia.* Strabo.

Iſte, ut Regio ſanguine natus magoo ad ſapientiam tenebatur affectu: *Apparuit Deus Salomoni per ſomnium nocte dicens: Poſtula quod vis, ut dem tibi*, 3.Reg 3.n.5. At ille nihil aliud poſtulat oiſi *cor docile, & ſapiens ad dijudicandum populum:* Tanto amore ſapientiæ ardebat Salomon, ot etiam per ſomnium nihil aliud peteret, & quæreret, niſi ſapientiam. Uude ait D.Auguſt. q.18. ex.2.veſtris teſta: *Quia ſi habuit ſpiritum ſapientiæ, ſpiritum, & regni merito habuit.* Sic & Regina Sabæa *venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis*, Matth.12. n.42. Superato tanto itineris intervallo venit, ut videret opulentiam Salomonis, Regni illius magnificentiam, ejuſque thronum, qood non ſit tale opua factum in univerſis regnis? minimè, ſed ut audiret ſapientiam Salomonis. D.Bernard. epiſt.289. *Ut regi diſceres, & ſic regnares.* 29. 3 Reg.3. *Salomon affectus ad ſapientiā.* D.Aug. Matth.12. D. Bern.

Iſte ergo Tyraonus in ſuo Palatio ad ejus nobilitatem, ac decorem erexit Scholam, id eſt aulam, in qua, ut inquiunt Laudunenſis, Hugo, Caietan. ipſe ut Princeps Magiſtrum gereret, vel ut filij ejus docerent, vel docerentur quod maxima, & præcipua cura debet eſſe booo, & optimo Priocipi, quod optimè probat exemplum Nabuchodonoſoris Daniel. 1.n.7. 30. Laudun. Hugo. Caietan. Dan.1.

Dicitur Proverb.9.n.1. *Sapientia ædificavit ſibi domum.* Pineda interpretatur, Salomon ædificavit Academiam, ſeu gymnaſium, & non dicitur alijs, ſed *ſibi*, quia ipſa literaria exercitario magis redundat io utilitatem Regis, ac regni, quam aliorum, & ne Magiſtris deſit alimoniæ cenſus, & quæſtus doctrinæ communicandæ: *Miſcuit vinum, propoſuit menſam*, n.2. Per menſam intelligit omnia neceſſaria miniſtrata; exprimit, *vinum*, quod eſt ſymbolum Charitatis, quia qui docet, debet hoc præſtare cum multa charitate patienter ſuſtinens aliorum errores, & ignorantias, & quibus paratur hoc gymnaſium, quique invitantur ad illud n.4. *Si quis eſt parvulus veniat ad me, & inſipientibus loquuta eſt*, & n.11. *Uſquequo parvuli diligitis infantiam*, or ipſam per doctrinam noo abjiciris, & cap.8. n.8. *Intelligite parvuli aſtutiam.* Pulchrè magnus Magiſter, ætatem lovitar habilem diſciplinis facilè parandis. & animis perſanctè formandis, quod monet Hugo & ait: *Bene parvulis & aſtutia, & adoleſcentibus datur ſcientia.* Quia ut Canit, 31. Prov 9. Pineda. *Salomon erexit Academiam cū alimonia Magiſtris.* Sap.8.

Quod nova teſta capit, inveterata ſapit.

Vide ſupra multa cap.18. q.7.0.44.45.46.& cap.14. q.4. à oum.31.

QUÆST.

QUÆSTIO IV.

Quare D.Paulus fervens zelo animarum tanto tempore commoratur Epheſi.

32. *Duobus annis cum tribus menſibus.* PAulus in Epheſo prædicans in Synagoga Iudæorum per tres menſes, ut patet, modo in aula tyranni, ut dicitur Verſ.10. *Factum eſt per biennium*, & ita Apoſtolus permanſit in Epheſo duobus annis cum tribus menſibus, quod eſt triennium incompletum, ut ipſe ait cap.ſeq.20. n.31. Proindeque Paulus venit Epheſum an. Chriſti 55. Claudij Imperatoris 13. Diſceſſit vero an. Chriſti 57. Neronis primo poſt Pentecoſten, ut ipſe ſcribit 1.Corinth.16.n.8. (1.Cor.16) & multi probabiliter exiſtimant, quod per totum hoc tempus non ſemper Paulus ſtetit permanens in Epheſo, ſed circuibat Civitates, & loca circumvicina prædicans Evangelium Chriſti, ex quo bene advertit Baron. quod prius Paulus fundavit Eccleſiam in Epheſo, quam Joannes Evangeliſta.

33. *Si ſunt qui perſequantur, ſunt qui defendant.* Cum multi, & fortè magni inſurgerent contra Apoſtolum, ipſe ſe recepit ad aulam, & domũ Principis Tyranni; Nam ſi dantur aliqui, & magni, qui Sanctos perſequantur, præbet Deus alios Principes, qui eos ſervent, cuſtodiant, ac venerentur: Fuerunt Principes, qui Jeremiam 37. n. 14. Cæſum miſerunt in lacum, ac carcerem, providit alios Principes, qui eum de carcere tulerunt, dato mandato, ut quocumque Jeremias velit ire, vel facere, liceret, c.39. n.13. Amos, Manaſſes, Achab perſequebantur Prophetas, eos tamen maximè venerati ſunt Joſias, Ezechias, de quo latè Theodoret. (Theod.) quæſt.24. in lib 4. Reg.

34. Sed quæſtio inquit: Cur Apoſtolus per biennium, ac tantum tempus demoratur in aula, ac domo Tyranni? forſitan, quia cum ille ex præſentia, ac converſatione Apoſtoli multa bona lucraretur, ipſum ſecum detinebat, ac inſtanter rogat, ne diſcederet: talis ſocietas omnibus, ac magnatibus valde fructifera.

35. Eligitur Saul ad bella peragenda, ungit eum Samuel, dicens: *Unxit te Dominus in Principem, ut liberes populum ſuum*, 1.Reg.10.n.1. (1.Reg.10) Et ſtatim n.5. dicitur: *Obvium habebis chorum Prophetarum, & inſiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis*. Si Rex eligitur ad bella peragenda: *Liberabis populum ſuum de manu Philiſthiim*, cur non ad milites ad exercitum armorum, ſed ad Prophetas, ſeu ad Religioſos mittitur? Prius agebat Propheta de Saulis moribus componendis, ad quod nil utilius, quam ſi cum Religioſis vivat, & degat. Lyran. citato loco: *Tales*, inquit, *debet promotus in principatum eligere, ut cum illis Deum laudare, & ut eorum orationibus poſſit bene ſuum populum gubernare, & ideo ſubditur mutaberis in virum alterum, per quod oſtenditur quod promotus ad Principatum, debet aliter, quàm prius vivere.* Age Princeps, tibi adjunge viros Deo dicatos, ut eorum conſuetudine, ac orationibus valeas multum adjuvare, & mutaberis in virum alterum.

Princeps ſibi adiungat viros Religioſos. Lyran.

36. Secundo, & maximè ad literam, quod per tantum tempus ibi detineatur Apoſtolus, redditur ratio in Textu: Verſ.10. *Hoc autem factum eſt per biennium, ita ut omnes, qui habitabant in Aſia audirent Verbum Domini, Iudæi, & Gentiles.* Ibi ex tanta animarum converſione tamquam Columba ad volandum detinebatur Paulus, ut jam ex D.Auguſt. dixi ſuperiori cap. q.6. n.31.

37. Deinde quia illa vehemens Pauli charitas pro converſione animarum, nullum tempus longum, ſed breve videbatur, nec ulla mora minuebatur, ac ſeneſcebat, ſed quotidie ferveſcens renovabatur, ac ſi ille eo inſtanti, ac momento inciperet. Ait Chriſtus D. Ioan.13.n.34. (Ioan. 13.) *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem.* Hoc mandatum valde perantiquum in tabulis lapideis ſcriptum eſt: *Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum.* Si perantiquum, quomodo novum nunc ſcribitur? Merito ſane; quia cum ſit verus charitatis affectus nunquam ſeneſcit, ſed ſemper in ſuo vigore ferventer renovatur, ac ſi nullum antea tempus antiquitatis habeat. Gillibert. Abbas ſerm.19.in Cantic. ubi ita monet hominem fidelem: *Mandatum hoc nobis ſemper ſit novum, & novum eſt, niſi in veſtro dulcis Ieſus veteraverit affectu; utinam ſemper in vobis ille recens ſit, ne mora temporis aliquid imminuat gratia: Utique recens in vobis veſter Ieſus eſt, verè recens, in quem ſemper anxio inhiatis amore.* Verus ubi eſt charitatis affectus, *ne mora temporis aliquid imminuat.* Vide ſupra cap.18.q.10.n.63.64. & 65.

Affectus charitatis nunquam ſeneſcit.

QUÆSTIO V.

Quare per veſtimenta Pauli tot, & tanta miracula operabantur?

COnfundantur, & pereant inimici tui Deus. Confundantur, & verecundentur Hæretici, qui malignè, ac perversè contra ſanctam fidem Catholicã, cultum, venerationem, ſanctarum Reliquiarum, earumque virtutem negant, obturantur ora eorum præſenti Textu verſ.12. Veſtimenta Pauli deferebantur ſuper languidos, & arreptitios. *Et recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur.* Sic ut vidimus ſupra Actor.5. n.15. quod Petri umbra ſanabat infirmos, ſuſcitabat mortuos, quod etiam faciebat umbra Pauli, ut tenet D.Chryſoſtom. homil.8. in epiſtol. ad Rom. & homil.6. in epiſt. ad Corinthios, ſi tanta hæc virtus tribuitur umbræ Apoſtolorum, quæ eſt nihil, & quædam privatio lucis, nullo igitur modo talis virtus poteſt negari corporibus Sanctorum, ac his, quæ ſunt de eorum corpore; per talem enim virtutem vult Deus honorare ſervos ſuos, ut docet D.Auguſt. lib.22. Civit.cap.8. & ſimiliter omnes Sancti Patres. 38.

Refutantur hæretici negantes reliquias. Act.5. D Chryſoſt. D.Aug.

Moritur Moyſes. *Et ſepelivit eum Dominus*, Deuteron.34. n 6. Commune placitum eſt, ſepelivit Dominus miniſterio Angelorum; Angeli tulerunt corpus Moyſis, & ſepelierunt; Cornelius à Lapide voluit Deus, ut Angeli inſervientes honorarent, & venerationem exhiberent corpori Moyſis: *Sepelivit in terra Moab contra Phogor.* Procopius ut corpus Moyſis deſtrueret, ac diſſiparet illud nefandum idolum, & averteret gentes ab ejus cultu. 39.

Deut.34. *Angeli venerãtur corpus Moyſis.*

Mortuo Iacob in Ægypto venit Ioſeph cum fratribus ſuis, & multa magnalium nobilitate Ægypti, *Veneruntque ad Aream Arad, quæ eſt trans Iordanem*, Geneſ.50.n.10. & ibi ſepelierunt corpus Iacob, quomodo tanta funeralis pompa exhibetur oſſibus à viro ſanctiſſ. Ioſeph, quæ videtur à vera, & recta ratione deficere; nam lege prohibitum erat oſſa hominis mortui tangere, Num.19.n.16. Quomodo ea non ſolum tangunt, ſed tanto cultu, ac veneratione recolunt; prohibitum erat tangere oſſa hominis mortui communis, ac vulgaris; nam illis polluebatur homo, nõ vero intelligebatur lex de oſſibus viri Sancti, ut Iacob, quorum tactu non munditiem, ſed puritatem, ſanctitatem, ac remedium in multis 40.

Gen.50. Num.19 *Reliquiæ Sanctorũ ut valde utiles.*

ſibi comparabat homo, ideoque illis ſumma reverentia erat exhibenda. Genebr. Optimè Genebrardus lib.1. Chronic.fol.65. ait: *Ioſeph non fecit contra legem Moyſis, quæ mortuorum oſſa contaminare declarabantur, nam illa de Sanctorum oſſibus, cineribus, & reliquijs non intelligebatur, quæ perpetuo apud Iudæos in præcipua veneratione fuere.*

41. Cum Samſon ſe vidiſſet circumceptum à Philiſthinis ſuis inimicis, & non haberet arma, ut ſe defenderet, *inventam maxillam, id eſt mandibulam aſini, quæ jacebat, arripiens interfecit in ea mille viros*, Iudic.15.n.15. Et poſtea cum ſitiret tulit molarem dentem de maxilla, & egreſſæ ſunt ex ea aquæ, quibus bibit, ibid.n.19. Unde maxillæ tanta virtus ex manibus Samſonis; ut Author eſt Rupertus relatus in Gloſſa: Si oſſibus animalis manus Samſon communicant tantam virtutem, quomodo negare poterit, quod oſſa illius manus eandem virtutem obtineant, ut ſubveniant, & protegant. Vide ſupradicta cap.8.q.3.n.23.24. & 25.

Iudic.15 *Ut reliquijs Sanctorum maneat virtus.*

Actor.19.num.13. Tentaverunt autem quidam de circumeuntibus Iudæis exorciſtis invocare ſuper eos, qui habebant ſpiritus malos, nomen Domini noſtri Ieſu dicentes: Adjuro vos per JESUM, quem Paulus prædicat.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE III.
uſque ad Verſ.18.

42. Syriac. Verſ.13. *Tentaverunt.* Syriac. *Studebant.* Affectarunt aliqui ex Exorciſtis Iudæorum, de quibus quæſt.ſeq. *Invocare ſuper eos, qui habebant ſpiritus malos*, hoc autem faciebant ambitione & affectu comparandi lucrum, quæſtum, ac laudem: *Quem invocat Paulus* de ſua auctoritate ac poteſtate non multum confidentes nomen Pauli interponunt; quia videbant illius nomen eſſe terrificum dæmonibus, & cui dæmones obediebant.

43. Syriac. Verſ.14. *Sceva Principes Sacerdotum.* Syriac. *Summi Sacerdotis* Sceva erat nomen proprium illius. *Septem filij* non incongruè poteſt interpretari diſcipulos, nam Hebraïca eſt phraſis nomenclari filios, Matth.12.n.27. Filij veſtri, in quo ejiciunt. Math.12.

44. Verſ.15. Perpendens *Spiritus nequam.* Syriac. *Ille.* Text. *Ieſum Novimus.* Æthiopic. *Ieſum confiteor.* Textus, *Et Paulum ſcio.* Arabic. *Et Paulum optimè novi*, ac ſi dicat JESUM tamquam Dominum, ac Dei filium agnoſco, & Paulum tamquam ejus Miniſtrum, ac cum ejus poteſtate. *Vos autem qui eſtis*, ut in me intendatis habere dominium, cum aliàs mei ſubditi, ac membra ſitis.

45. Syriac. Arabic. Verſ.16. *Dominatus amborum.* Syriac. *Eos ſubjecit.* Arabic. *Eſt eis ſuperior factus.* Æthiop. *Inſanivit ſuper eos, vicit, & colliſit.* Ex ſeptem filijs in hos duos Dæmoniacus inſiluit, vel quia hi duo præſentes erant, vel quia exorciſtæ fiebant. Lyran. *Nudi, & vulnerati* effugerunt cum multa verecundia, ac opprobrio ſuo. Verſ.17. *Notum factum eſt.* Arabic. *Facta eſt hæc fama nota.* Auditus eſt hic ſermo, inde effectus ſequutus explicatur in Textu primo cecidit timor ait Lyranus, ut nullus auderet talia tentare: Secundo magnificabant Deum, cujus ſolitus eſt mirabilia facere. Pſal.71.n.18. Pſal.71.

46. Verſ.18. *Multi credentium* Chriſtianorum nempe veniebant ad Paulum, ejuſque ſocius, ſcilicet Silam, & Timotheum confitentes, & annuntiantes peccata ſua, quæ fecerant, & illud verbum *Annuntio* non bene ab aliquibus ex Græco transfertur, ut idem ſit, *ac publicare & palam dicere.* Græcus. Sed verè, ac legitimè exponenda eſt, quod idem valeat, ac *renuntio indico, prodo, vel recito*, quod ad confeſſionem ſecretam, & auricularem referendum eſt, & ſic fuit inſtituta à Chriſto D. & obſervata in Eccleſia à ſuo exordio, ut latè probant Iodocus Coccius Bellarm. citatus, & alij; nam publica, quæ ab aliquibus fiebat, rectè abſtulit Nectarius, utpote multorum malorum cauſa, ut refert Socrates lib.6.cap.19. Coccius. Bellarm. Nectar. Socrat.

QUÆSTIO VI.

Quare per exorciſma appellantur Dæmones, & tamen aliquando non ſtatim exeunt?

Apud Iudæos fuiſſe exorciſtas, qui à corporibus obſeſſis expellebant dæmonia patet ex loco citato, Matth.12.n.17. *Filij veſtri in quo ejiciunt*, quod fiebat invocato nomine *Iehova* per exorciſmos à Salomone traditos, ut teſtantur Ioſephus lib.8. antiquit. cap.2. & lib.7. belli cap.25. D.Epiphan. hæreſi 30. Tamen D.Thomas q.6. de potentia art.10. ad 3. & cum eo Franciſc. Victorin. relecti. de Magica n.28. exiſtimant hos exorciſmos compoſitos poſtquam ipſe factus eſt idololatra, & aliquid de arte Magica in eis emiſcuiſſe. 47. *In Iudæis dabàtur exorciſmi.* Ioſeph. D. Epiphan. D.Tho.

Hanc poteſtatem ejiciendi Dæmonia dedit Deus ſuæ Eccleſiæ, Marc. ultimo n.17. *In nomine meo dæmonia ejicient, ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt.* Ut etiam Luc.10.n.17. quod etiam confirmat D.Thom.2.2.q.96. art.4.ad 1. ex verbis Chriſti, Ioan.14.n.12. *Amen dico vobis, qui crediderit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora horum faciet*, atqui Chriſtus D. ejecit Dæmonia; ergo ejus fideles, & credentes, ex quo patet, quod ſolum in Eccleſia Dei datur hæc poteſtas, quod Dæmones expellantur per exorciſmos, ac adjurationes, quæ ſunt ait D.Cyprianus epiſt. ad Demetrianum *Flagra, & verborum tormenta Dæmonum.* 48. Marc.16 Luc.10. Ioan.14. *In Eccleſia Chriſti hæc poteſtas.*

Merito tamen inquires cur ſæpè adhibitis exorciſmis non expellatur Dæmon? pro quo Delrius lib 4. Diſq. cap.1.q.3.ſect.2. §.Num.fol.263. valde mirabilem refert hiſtoriam de certis Monialibus per quatuor annos, & quatuor menſes à dæmonibus ita vexatis, crebroque velut canibus per agros diſcurrentibus, inſtar avium volantibus per aera, ſicut feles in arbores repentibus, fundentibus de ramis variarum animantium voces, ſeu fingentibus, ſecreta hominum pandentibus, & per tantum tempus multis adhibitis exorciſmis Dæmones ab eis non exhibant. 49. Delrius. *Admirabilis caſus.*

Reſpondeo ad quæſtionem juxta D.Thom. 3.p. q.67. art.3. ad 2. & communiter Theologos, quod ſolum ſeptem Sacramenta Eccleſiæ cauſant gratiam ex opere operato, at vero Sacramentalia, ut ſunt exorciſmi ex opere operantis, ac per modum deprecationis, ac rogationis, & ſæpe Deus ob alios fines ſuæ divinæ providentiæ non vult exaudire, ut manifeſtentur opera ejus, uti de cæco à nativitate dixit Chriſtus Dominus: *Neque hic peccavit, neque parentes ejus, ſed ut manifeſtentur opera Dei in illo.* Joan.9. 50. Thom. *Supremi fines divinæ ſapientiæ.*

Et propius ad quæſtionem accedentes quantum noſtra imbecillitas valet inveſtigare. Emmanuel de Valle de Enſalmis opuſc. 1. ſect. 2. cap. 6. fol. 220.n.16.duas rationes aſſignat, quas magis expla- 51. Valle. *Peccatū patientis.*

no. Prima peccatum patientis, ſic Nabuchodonoſor ob peccata ſeptem annis ejectus eſt ab hominibus, & fœnum, ut bos comedit, Daniel.4.n.30. *Dan.4.* Secundo ob malitiam Miniſtri, *Malitia Miniſtri.* ut patet ex præſenti Textu n.15. in quo filij Scevæ Principis Sacerdotum non potuerunt ejicere, & ſæpè ad hoc neceſſè eſt opera pietatis adhibere, ſic dixit Chriſtus D. ſuis Apoſtolis, Matth.17.n.2. *Hoc autem genus non ejicitur, niſi per orationem, & jejunium.*

52. Tertio in majus bonum, ac meritum ipſius patientis; nam cum ſe viderit liberatum à Dæmone, *Ad meriti exercitium.* & cum ſuo integro judicio, ac libertate offerat Deo tot, & tanta mala, quæ ex ſua divina permiſſione pertulit, eique multas gratias referens, quod eum à tot, tantiſque malis liberaverit, humiliter petens, ne iterum permittat, ut in ſimilia incidat. Ad hæc vide multa verbo labor.

QUÆSTIO VII.

Quare Diabolus tam crudeliter ſe habuit in hos duos Miniſtros, & ſervos ſuos?

53. CUm iſti duo filij Scevæ Principis Sacerdotum Iudæorum intentaſſent expellere Dæmonem ab homine, ait præſens Textus: Verſ.16. *Inſiliens in eum homo, in quo erat Dæmonium peſſimum, & dominatus amborum invaluit contra eos, ita ut nudi, & vulnerati effugerent de domo illa.* Iſti duo Miniſtri erant Iudæi, membra, ac ſervi Diaboli, & ſine dubio Diabolus eos tentavit, ac excitavit, ut in contemptum doctrinæ Pauli dæmonia ejicerent, ac ſi Deus non ſolum per Paulum, ſed etiam per ipſos miracula operaretur.

54. Cur ergo Diabolus tam ſævus, ac crudelis eſt in ſuos ſervos, ut quos ipſe tentaverit, ac provocaverit ad tale opus, ipſe in eos inſiliat, multiſque injurijs, opprobrijs, vulneribus, ac nuditate afficeret; hoc eſt ſupremum Dei judicium, ut qui Diabolo ſerviunt per Diabolum puniantur, ſitque Diabolus eorum carnifex. *Diabolus crudelis in ſuos ſervos.* Scribit D.Marcus cap.5. quod erat quidam homo Dæmonium habens habitans in monumentis, & ut refert Evangeliſta n.5. *Marc.5.* *Erat clamans concidens ſe lapidibus* tam crudelis, ut ſe ipſum, corpuſque ſuum lapidibus contereret, ac obrueret, & nudus erat ut refert D.Lucas cap.8. *Luc.8.* n.27. *Veſtimento non induebatur.* Unde Diabolus hunc hominem in tantam miſeriam adduxit, Ianſenius, *Ianſen. Beaux.* noſter Thomas Beauxamis ait quod *iſte homo per graviſſima peccata paravit ei ingreſſum in ſuo corpore*, quibus ſtuduit ei inſervire, unde pro mercede ei Diabolus crudeliſſimas retribuit pœnas, vulnerum, nuditatis, ut non habitaret in domo, ſed in monumentis, ac montibus.

55. Conſiderans Iudas gravitatem ſui peccati, quod ſuum ſanctiſſimum Magiſtrum tradiderit in manibus ſuorum inimicorum ad crucifigendum *Abiens laqueo ſe ſuſpendit*, Matth.27. n.5. *Math.27* & quiſnam eum excitavit, ac duxit ad furcam, quis funus miniſtravit, quis arbori, ac collo ligavit? Diabolus ſane, ut tenet D.Leo ſerm.3. de Paſſione, ait: *D.Leo.* *Stante Diabolo à dextris ejus, iniquitatem, quam in Sacrorum caput armaverat, in ſuum verticem retorſit.* *Diabolus inſtigavit Iudam ad venditionem, & pro ea eum ſuſpendit.* Diabolus duxit Iudam ad ſuffocationem, ipſe inſtigavit Iudam ad ſupremam proditoris malitiam, ut nobis exprimit Ioan.13.n.2. *Cum Diabolus jam miſiſſet in cor, ut traderet eum Iudas.* Ecce ſuprema malitia, ac nequitia Diaboli, Iudam provocavit ad venditionem, & pro venditione in furca ſtrangulatur. *Ioan. 13.*

56. Adoleſcens ille prodigus obtenta ſua hæreditate, ſe ſeparat à Patre abiens in regionem longinquam, ubi cum meretricibus vivendo luxuriosè totam ſuam ſubſtantiam, ac rem conſumpſit, cumque gravis fames illam urgeret Civitatem, compulſus hac ſe collocavit inſerviens cuidam Domino illius regionis: *Qui miſit illum in Villam ſuam, ut paſceret porcos; & cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat*, Luc.15.n.16. *Luc.15.* Et quiſnam erat iſte Dominus tam durus, & auſterus, qui non permittebat ſervum ſuum manducare, ac ſaturari de ſiliquis, quas porci comedebant? Erat Diabolus, ſic habet Aſterius in *Aſterius.* Catena Græca, D.Lucas ait: *Illius regionis* à Deo remotæ, atque ſepoſitæ incola eſt Diabolus. *Etenim peccatorum Civitas civem habet, & gubernatorem Diabolum.* Diabolus, ut eſt commune placitum *Diabolus ad miſeriā redigit, & remedia denegat.* hunc adoleſcentem inſtigavit, ut à Patre in longinquum ſe ſegregaret, ut totam ſuam rem multis peccatis, ac luxurijs diſſiparet, & ſic modo tam crudeliter in hunc miſerum inſurgit, ut quæ non negantur porcis, illi deneget: tam rigida Diaboli ſævitia, quod non ſolum redigat hominem ad extremam miſeriam, ſed etiam multa machinatione intendit illi ſubtrahere univerſum remedium, ac ſalutis viam.

QUÆSTIO VIII.

Quare modo multi credentium veniebant confitentes peccata ſua?

57. AIt præſens Textus n.18. *Multi credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus ſuos.* *Luther.* Perperam Lutherus per actus ſuos vertit *miracula ſua*, & hoc dixit abſque ullo fundamento, nam Græcus, Syriac. & Arabicus legunt: Renuntiabant *Græcus. Syriac. Arabic.* offenſas, & confitebantur quod fecerant, & hæc repetita verba indicant magnum eorum dolorem.

58. Unde graviſſimi Theologi, ut Bellarm. lib.3. de Pœnit. cap.4. Oecumen. Ganæus, Salmer. Ruard. Baron. Gregorius de Valentia, Cornel. à Lapide, Tyrinus, Menochius de confeſſione Sacramentali intelligunt: *Bellarm. Oecum. Ganæus. Salmer. Ruard. Baron.* primo; quia hæc non dicuntur, nec de Iudæis, nec Gentilibus, ſed tantum de Chriſtianis, quorum propria confeſſio eſt Sacramentalis.

59. Secundo ex his, quæ contigerant filijs Scevæ vulneratis, ac denudatis à Diabolo, dicitur verſ.17. quod cecidit timor in omnes Iudæos, ac Gentiles, at vero de confeſſione ſolum dicitur de fidelibus: multi, *qui crediderunt*, & quamvis etiam fideles timerent, tamen ſolum eos timor induxit ad confeſſionem ut traderent libros, ut dicitur verſ. ſeq. 19. *Probatur etiā ex ipſo textu.* ergo in ipſis libris erat aliquid iniquum veluti de Magica arte, propter quod eos tradiderunt, ut latius explicabo quæſt. ſeq. de excellentia Sacramenti confeſſionis. Vide ſupra cap.5.q.11.n.72.73.74. & 75. & cap.10. q.16.n.127.128. & 129. & in omnibus meis libris verbo confeſſio.

Actor.19. num.19. Multi autem ex eis, qui fuerant curioſa ſectati contulerunt libros, & combuſſerunt coram omnibus, & computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV. Uſque ad Verſ. 23.

60. Syriac. Arabic. Verſ.19. *MUlti ex eis, qui fuerant curioſa ſectati.* Syriac. *Multi ex Magis.* Arabicus: *Multi ex Magicarum artium cultoribus.* Quid vero per *curioſa* intelligatur diverſa eſt multorum ſententia. Primo Marianna intelligit libros opificum permutantium metalla ex ære in aurum; alij per curioſa accipiunt Aſtrologiam, Aſtrologoſque judiciarios. Tertio, & veriùs D.Chryſoſt. Oecumen. Beda, Gloſſa, & Lyran. magicam artem, & pro hac ſententia ſtat Lectio Syriaca, & Arabica, & cohæret cum tota hiſtoria ex geſtis cum filiis Scevæ ſupra verſ.15. Unde iſte timor trahendi libros manavit.
Marian. D.Chryſoſt. Oecum. Beda. Gloſſa. Lyran.

61. Syriac. *Tulerunt libros ſuos.* Syriac. *Congregaverunt libros ſuos* ad Apoſtolorum pedes, combuſſerunt eos in contemptum Diaboli, ac honorem doctrinæ Apoſtolorum. *Computatis pretiis illorum*, hoc dicitur ad oſtendendam obedientiam illorum, quod libros, quos tam carè emerant, tanta cum voluntate à ſe abjiciebant.

62. Budæus. *Invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium* quibus empti fuerant libri. Budæus lib. 5. de Aſſe, & alij exiſtimant hoc pretium fuiſſe quinque mille aurorum.

63. Syriac. Arias. Arabic. Verſ. 20. *Ita fortiter creſcebat Verbum Dei.* Syriacus: *Uſque adeo virtute ejus invaleſcebat.* Arias: *Per potentiam creſcebat.* Arabic. *Invaluit prout decebat majeſtatem ejus*, per augmentum fidei credentium.

64. Verſ. 21. *Propoſuit Paulus* in ſpiritu, non tamquam motus ſua voluntate, ſed ab Spiritu Sancto tranſire per illas regiones ad confirmandos Catholicos in fide, & ad novos lucrandos, ire Romam; quia ad eam inſtinctu Dei Paulus vocabatur.

65. Verſ. 22. *Mittens autem in Macedoniam*, ut cuncta eſſent diſpoſita cum veniret, & collecta eleemoſynarum eſſet facta ad portandum fratribus in Hieruſalem. 1. Corinth. 4. num. 17. Eraſtum, qui Rom.16.n.23. vocatur *arcarius*, ideſt *quæſtor civitatis*, poſtea creatus eſt Epiſcopus Philipp. ibi martyrio coronatus, inter ſanctos adſcriptus Martyrolog. Rom. die 16. Julij.
1.Cor.4. Rom.16. Martyr.

66. Syriac. Arabic. Verſ.23. *Turbatio non minima.* Syriacus: *Tumultus maximus.* Arabic. *Contentio magna de hac doctrina*, ſcilicet Chriſtiana, ac fide Chriſti, quæ à multis male exponebatur, de quo conqueritur Apoſtolus 2. Corinth. 1. num. 8. & ait: *Supra modum gravati ſumus ſupra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere.*
2.Cor.1.

QUÆSTIO IX.

Quare iſti fideles credentes combuſſerunt ſuos libros?

67. *Libri malignæ doctrinæ comburendi ſunt.* VT patet ex verſ. 19. Iſti fideles igni tradiderunt ſuos libros, quamvis eſſent magni pretij, ut conſtat ex noſtra expoſitione, ut ita ipſi ab æterno incendio liberarentur; libri enim iniquæ doctrinæ eſt quædam peſtis veneno totum orbem inficiens: hinc Athenienſes Romani ſolebant hujuſmodi libros comburere, ut etiam fecerunt multi, & magni Laurentius Gambara, Franciſcus Petrarcha, Antonius Muretus, Æneas Sylvius, & multi alij, quos refert Lorinus in præſenti § Deinde documentum.

Unde merito Chriſtiani Imperatores ſanxerunt Hæreticorum libros, utpote valde nequiſſimos eſſe comburendos Honorius Imperator, & Theodoſ. L. Mathemat. L. ultima de hæreticis Cod. Theodoſ. Idem determinarunt Sacri Canones, & Concilia, præſertim Trident. de quo latè Bellarm. lib. 3. de Laicis cap 20. 68. *Leges imperiales, & Canonica.*

Ait Iſaias cap.9. num.11. *Levabit Dominus hoſtes Raſin ſuper eum, & inimicos ejus in tumultum vertet. Syriam ab Oriente, & Philiſthim ab Occidente, & devorabunt Iſraelem toto ore.* Ab Oriente, & Occidente congregantur ad devaſtandum, ac devorandum Iſraelem, & unde illi tam calamitoſum tempus, quibuſnam armis ad ejuſmodi parant, forſitan gladij, lanceæ, ſagittæ, minime, ſed ore eructante iniquam doctrinam, qua in idololatriam prolapſus eſt: *Ore devorabunt.* Novet. D. Cyrill. Alexandr. lib. 1. in Iſaï. orat. 6. ait: *Devorant Iſraëlem alio modo; nam Poetæ, & Hiſtorici ad ſummum apicem facundiæ pervenientes, & dicendi facultate præſtantes, ac viri ſapientes Iſraëlem ſpiritualem, id eſt mentem contemplatricem Dei arripiunt, & eos, qui jam in Chriſtum crediderunt, ſeducunt, ut malint cum ipſis creaturam pro creatore adorare. Hi toto ore Iſraëlem devorant.* Ecce humana facundia, & millia verba grata humanis ſenſibus multos ore devorant à fide Chriſti, ut potius eligant adorare creaturam, quam creatorem. 69. *Libri malignæ doctrinæ perdunt Populum Dei.* D.Cyrill. Alex.

Jerem. 51. num. 7. ait: *Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram, de vino ejus biberunt omnes, & ideo commota ſunt, ſubito cecidit Babylon, & contrita eſt.* Iſte Calix Babylonicus, qui erat veluti liber, de quo erat plenus, quæve ejus materia, Idololatriæ nempe quæ exterius aureus videtur condeſcendens humanis appetitibus, atque licentioſis facultatibus: *Inebrians omnem terram*, faciens omnes dementare, & alienare à ſuo judicio, ac recta ratione, ut relicto Deo vero, Deos ſequantur falſos, ac alienos, & inde quid ſequutum eſt? *Subito cecidit Babylon, ac contrita eſt*, hoc eſt, ſubito, repente, & inopinate ceciderunt. Origenes homil. 2. in Jerem. *Cognoſcis, quomodo unuſquiſque Poetarum, ſcilicet ſcriptorum, qui putantur diſertiſſimi Calicem aureum temperaverit, & in Calicem aureum venenum injecerit idololatriæ, & venenum turpis eloquij, venenum eorum, quæ animum hominis interemerunt, dogmatum.* Expende illud *turpis eloquij, & etiam venenum eorum, quæ animam hominum interemerunt, dogmatum.* 70. *Libri Hæreticorum videntur aurei & ſunt pleni veneno mortifero.* Origen.

QUÆSTIO X.

Quare illi tantum combuſſerunt libros magicos; alios vero apud ſe retinuerunt?

LIbros malos magicos, ac peſtiferæ doctrinæ combuſſerunt, alios vero, ut ſacræ doctrinæ, tamquam epiſtolas Dei ad nos miſſas, ut eos appellat D. Gregor. lib. 4. epiſt. 84. tamquam utiliſſimos, ac valde proficuos apud ſe tenent, ac retinent, de quo Apoſtolus laudat ſuum diſcipulum Thimoth. 2. c. 3. n. 14. Ubi ait: *Tu vero permane in iis, quæ didiciſti, quia ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem.* Dixit ſacras; quia non ſolum in ſe ſunt ſacræ, ſed etiam, ut ait Clem. Alex. orat. 1. ad gentes: *Sunt enim verè ſacræ literæ, quæ ſacros faciunt homines*, & quos Paulus ſacros dicit Ionathas ſanctos profitetur 1. Machab. 12. n. 9. Habentes ſolatio ſanctos libros. 71. D.Greg. 2.Tim.3 Clem. Alexan. *Libri ſacri faciunt lectores ſacros, & ſanctos.* 1.Mac.12

Et

72. Græcus. *Lectione pingitur animus.* Et ad illud Pauli *literas noſti* ex Græco legi poteſt: *Sacras picturas noſti* nam *Gramma* picturas etiam ſonat; nam ex lectura ſacrorum librorum agnoſcit homo qualiter debeat ſuum animum pingere, & qualiter lineas ſuarum actionum deducere, coloreſque varios virtutum, pro tempore, ac occaſione aſſumere.

73. Cum meus Ieſus penderet in Cruce prætereuntes blaſphæmabant, *alios ſalvos fecit, ſe ipſum non poteſt ſalvum facere. Id ipſum & latrones, qui cruci-*
Math.27 *fixi erant cum eo*, ut ſcribit D. Matth.27. n.4. Subito latro Dimas mutatur, ac convertitur, Chriſti
Luc 23. prædicat ſanctitatem: Hic nihil mali fecit. Luc. 23.num.41.ſuam iniquitatem recognoſcit: *Nos quidem juſte digna factis recipimus* & ſocij malam ſententiam reprehendit: *Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es* num. 40. & ſtatim converſus ad Ieſum dicebat ei. *Domine memento mei.* n.42. Unde in latrone tam ſubitò pietas, cura, Religio
Ex lectione nominis Ieſu convertitur latro. agnoſcens Chriſti majeſtatem, cum multa eſſent argumenta carnificinæ Iudaicæ, quæ Chriſtum Regem, & Dominum non eſſe perſuaderent: Unde ergo illi tam cœleſtis doctrina? Attendit latro ad illum divinum Crucis titulum. *Ieſus Nazarenus*, &c. num. 18. oculiſque prælegit, quiſnam Chriſtus homo eſſet, & ex illa lectura totam Chriſti doctrinam hauſit, & ſanam mentem recepit, & hoc innuit Evangeliſta; nam poſt titulum affixum in Cruce num.38. immediatè latronis converſionem
Arnold. commemorat. Venuſte Arnoldus tract. de ſeptem verbis ait: *Iam tunc ad hanc ſcripturam latro pertinebat, & cum intra ſe litera illa colligebant*, tamquam denotans, quod ex eo, quod latro legendo illas literas ſe collegit, & applicavit, indeque Chriſti regnum notitia in ſe collegit, & agnovit.

74. Origen. D.Greg Iſidorus. Moyſes Iob librum ex Arabico convertit in Hebræum, ut tenent Origenes lib. 1. in Iob. Gregor. Magnus in præfat. Iſidorus lib. 1. officiorum; Cur tamen, & qua mente hoc fecerit, cum eſſet multis, & magnis occupatus negotiis in Ægypto, cur ad tale opus extendit manus ſuas? Videbat Iſraël, quod *filios oderant Ægyptij & affligebant illudentes eos, atque ad amaritudinem perducebant vitam eo-*
Exod.1. *rum.* Exod. 1. num.13. Cum ergo Hebræi tot, & tantis laboribus eſſent fatigati, & oppreſſi, & forte vacillantes in fide, ac promiſſis veri Dei; inde
Sacri libri dant doctrinā, & conſolationē. Moyſes illis proponit, ac literis explicat vitam patientiſſimi, ac conſtantiſſimi viri, ut ab illo ducant patientiam in afflictionibus, & conſtantiam, in adverſitatibus, & ita miſeri valeant ſuum lenire dolorem: Origenes citatus ait: *Ut per cognationes, & tribus hac legentes ſe invicem conſolentur*, & etiam ad noſtram informationem, ac documentum hoc refert D. Gregor. Magnus lib. 2. in Iob cap. 1. & ait: *Ut maiorum virtus ſpem noſtram foveat.*

Actor.19.n.24. Demetrius enim quidam nomine argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ præſtabat artificibus non modicum quæſtum.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE V.
uſque ad Verſ. 30.

75. Syriac. Arabic. Verſ.24. *Nomine argentarius*. Syria. *Ludens argentū.* Arabic. *Faber argentarius*, talis artifex erat. *Faciens ædes argentarias Dianæ*. Syriac. Arabic. *Faciebat delubra argentea* ad formam maioris Templi Dianæ, conficiebat ſimulachra, ſeu imagines, vel ſculptas in lamina, vel ſolidas cælato opere, quas Græci deferebant ad ſuas ædes, vel oratoria.

Verſ. 25. *Quos convocans*, eos qui erant de ſimili officio. *Hoc artificio eſt nobis acquiſitio.* Syriac. *Merces*, Arabicus, Æthiopic. Quæſtus, nempe pecuniarum, ad vivendum, atque ad alimentandum. 76. Syriac. Arabic. Æthiop.

Verſ.26. Paulus ſuadet quod noſtri Dij non ſunt Dij, & ita avertit ab emptione imaginum, & totus noſter quæſtus perit.

Verſ.27. *Periclitabatur pars noſtra.* Quæſtus noſtri officij, ſed *etiam in redargutionem venire.* Arabic. *In ignominiam venire*; quia facimus imagines illorum, qui non ſunt Dij, nec ullam virtutem habent: *Incipiet deſtrui majeſtas ejus.* Syriac. *Ludibrio habebitur.* Æthiopic. *Anihilanda erit magnificentia ejus.* 77. Arabic. Syriac. Æthiop.

Verſ.28. *O magna Diana Epheſiorum.* Omnes artifices exclamant pro Diana, (quæ valde magnifico templo venerabatur Epheſi) magnifica tuam potentiam contra Paulum, qui te perituram prædicat. 78.

Verſ. 29. *Impetum fecerunt uno animo in theatrum*, ſeu in ſpectaculum, ubi rei, ac criminoſi puniebantur. Ita Arator, Beda, Hugo, Lyran. & alij, & etiam rapiebantur ad Theatrum Comites Pauli Gaius, de quo cap. ſequenti verſ. 4. & Ariſtarchus Theſſalonicenſium poſtea Epiſcopus, & Pauli concaptivus, ut ipſe eum appellat ad Colloſ. 4.n.10. poſt longos agones ſub Nerone martyrio coronatus, ut habetur in Martyrolog. die 4. Auguſti. 79. Martyr.

Verſ. 30. *Intreire in Populum.* Syriac. *Prodire in Theatrum* multum D. Chryſoſt. laudat, ac extollit generoſitatem Pauli, qui cum videret populum commotum contra ſe, volebat tamen ad illum adire, ut ſuis verbis illum placaret, atque pacificaret. 80. Syriac.

QUÆSTIO XI.

Quare Deus permiſit tam magnificum templum Dianæ ædificari, & quænam illa eſſet?

Diana ex radice Græca idem eſt, ac Ioviniana, utpote filia Iovis ex Latona eodem cum Apolline partu edita, eadem & Luna dicitur, ſive quod nocte, unā, id eſt ſola ſine fratre luceat, ſive quod lumen à ſole accipiat, quaſi luce lucens aliena; Nocticula etiam appellata eſt. Hanc parturientes Iunonis, & Lucinæ nomine invocabant, Iunonem quidem appellantes ab adjuvando, Lucina vero, quia partum in lucem proferre putabant, unde canit Virgilius Eglog. 4. *Caſta fave, Lucina, tuus jam regnat Apollo.* Amore caſtitatis fugit hominum conſortium, tamquam venando incedens per Sylvas, & ideo eam depingebant armatam arcu, & pharetra, & de hoc multo plura Calepinus, & alij. 81. *Diana quid.* Virgilius Eglog 4.

In Epheſo ei dicatum eſt Templum valde amplum, & magnificum, quod ob ſui ſumptuoſitatem inter ſeptem orbis miracula computatur, ut refert Plinius lib. 36. cap. 14. Ducentis viginti annis à tota Aſia fabricatum eſt in ſolo paluſtri, ne terræmotus ſentiret: In eo centum viginti columnæ fuerunt cælatæ miro artificio, & ſingulæ à ſingulis regibus factæ, ac dicatæ, & ex eis 36. maxime eminebant in ſculptura, ac cælatura, longitudo Templi 425. pedum, latitudo 220. columnæ vero habebant in altitudine ſexaginta pedes: In eo die, quo Alexander Magnus natus, hoc Dianæ templum 82. *Templū Epheſi.* Plinius.

concremavit

concremavit Heroſtratus, ut tali facto nomen ſuum in memoriali pereune permaneret ad poſteros, & ideo ſancitum fuit, ut nomen ejus deleretur ab omnibus libris, & quod nullus illud ſcriberet, ſed tamen non defuerunt, qui illud literis mandaverint.

Electis Dei omnia cooperantur in bonum, ait Pau-
83. Paulos. lus, ſi Gentiles tanta magnificentia erigebant tem-
pla ſuis falſis, ac commentitiis Diis, qualiter nos
Chriſtiani, ut ſcribit D. Chryſoſt. homil. ad po-
D.Chryſoſt. pulum, debemus ædificare, ac conſecrare templa
omnipotenti Deo vero, ſi illi talia præſtabant Dæmonibus, qui eos ſeducebant, & demergebant in infernum, inde, & maxime nos Chriſtiani excitamur, & provocamur, ut multo majora cum omni veneratione, & cultu Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui ſuo pretioſo ſanguine nos redemit, qui eſt via, & veritas ducens nos ad ſalutem, *qua nos fecit cohæredes regni Cœlorum.*

Ideo Domino, à quo tanta dona accepimus om-
84. ni ſtudio, ac affectu debemus ædificare templa, ut
ipſe in eis regnet, & inde in nos multa dona ſua
diffundat; Vaticinatur Iſaïas 45. num.1. *Hæc dicit*
Iſai.45. *Dominus Chriſto meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut ſubjiciam ante faciem ejus gentes, & dorſa regum vertam, & aperiam coram eis januas.* Propheta loquitur ad literam de Cyro Rege futuro Perſarum, ut tenent D.Hieronym. noſter D. Cyrillus,
D.Hier. Theodor. Procop. Euſeb lib.6. Demonſt. cap.9. de
D.Cyril. Alex. eo prophetavit Iſaias ducentis, & decem annis an-
Theod. te ipſum, ut tenet Joſephus lib.11.Antiq. cap.1. Sed
Procop. unde Cyro tot, & tanta beneficia cumulantur à
Euſeb. Deo, ut illi promittatur, & tradatur Monarchia
Ioſeph. Chaldæorum, & inſuper à Deo dicatur: *Chriſto meo.* Chriſtus, ut tamquam ſi eſſet Rex, à Deo peculiariter unctus, & dilectus: *meus* tamquam ſingulariter à Deo dilectus, & in multa æſtimatione, ac pretio habitus; Unde illi tot, & tanti favores cumulantur? Explicat Eſdras lib.1. cap.6.n.3. *Cyrus*
Eſdr.l.1. *Rex decrevit, ut domus Dei ædificaretur, quæ eſt in*
Qui ædificant templa multis donis, ac nominibus eſt decorantur. *Ieruſalem*, & num. 4. ſubditur: *Sumptus autem de domo Regis dabantur* ad expenſas Templi, qui larga manu ſe habuit in fabricando Dei Templo, multum, & ampliori modo ſe largitur Deus, ut illum multis, & præclariſſimis victoriis, ac triumphis exaltet, magniſque nominibus ipſum condecoret, atque illuſtret. Iſai.44.n.28. *Dico Cyro: Paſtor meus*
Iſai.44 *es.* Græcus *Sapiens meus* & ſupra *Chriſtus meus*, modo *Paſtor meus*, ſapiens meus.

Antequam Salomon admoveret manus ad ædifi-
85. candum templum, apparet ei Deus, data optione, ut eligat quod petat, exorat cor docile, & ſapiens, ampliſſimè conceditur à Deo, qui ait ei: *Ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens, & intelligens in tantum, ut nullus ante te ſimilis tui fueris, nec poſt te ſurrecturus ſit.* 3. Reg. 3. n.12.
3.Reg.3. Et unde tantum meritum in Salomone? A tam amplo, & magnifico ſapientiæ dono illuſtrans, nondum ab eo templum erat ædificatum, ſed tantum in deſiderio, & affectu, ut diſponeret omnia ad illius fabricam, & tam gratum eſt Deo templa conſtruere, ac erigere, quod ſolum illius deſiderium
Ad ædificationē templorū Deus adjuvat. magnam impetret à Deo remunerationem ipſeque ad opus conficiendum multum adjuvaminis, auxiliique præſtet, & ideo tantam dedit Salomoni ſapientiam ad magnificam ordinationem, atque architecturam templi. Abulenſ. ibid. q. 3. *Dedi tibi*
Abulenſ. *cor ſapiens, & intelligens, quia diſpoſuerat eum ad templum ædificandum, ac complendum omni ſapientia.* De hac ædificatione templorum. Vide quæ dixi tom.4. in Evangel.cap.39. de Zachæo q.1. à n.7. uſque ad 9. & tom.5. lib.7. cap.4. q.9. n.63. 64. 65. 66.

Actor. 19. *n.*31. Quidam autem, & de Aſiæ Principibus, qui erant amici ejus miſerunt ad eum rogantes ne ſe daret in theatrum.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VI. uſque ad verſ. ultimum.

Verſ.31. *Quidam autem*, fortè jam Cathecume- 86.
ni, & amici Pauli. *De Aſia Princi-*
pibus. Syriac. *Primiores Aſiæ.* Rogabant eum ne ſe Syriac.
daret in theatrum. Arabic. *Ne ſe turba committeret.* Arabic.
Ob manifeſtum, & evidens periculum.

Verſ.32. *Alij autem aliud clamabant.* Syriac. *Tur-* 87.
ba autem, quæ erant in theatro valde tumultuaban- Syriac.
tur, alij aliud clamabant. Quod ita explico, quod
illi, qui erant in theatro, clamabant, quod Paulus *In varia*
ad illud duceretur, ac puniretur; alij econtra cla- *ſcinditur*
mabant, ne hoc fieret, Paulus quippe non erat ſup- *Populus.*
plicio dignus. *Confuſa Eccleſia*, ſeu Congregatio, ſcinditur in varia vulgus. *Plures neſciebant*, erant tamquam perplexi ſi pro Paulo, vel è contra.

Verſ. 33. *De turba autem detraxerunt Alexan-* 88.
drum. Virum doctum ac eloquentem. & Iudæum, ex media turba protraxerunt ad locum altum, &
eminentem, ut notat Tyrinus, ut verba faceret pro Tyrin.
pace, & quiete Civitatis; nam contra Dianæ cultum convenerant Chriſtiani, & Iudæi, utpote fal-
ſam Deam cognoſcentes, & ideo Syriac. legit: *Et* Syriac.
ſtatuerunt ex ſe ipſis Iudæum. Arabic. *Animos ei addentibus Iudæis*, nempe ut verba faceret contra cultum Dianæ, ac proinde nihil eſſe faciendum contra Paulum merito talem cultum reprobantem, ac damnantem.

Verſ.34. *Vox facta eſt una.* Syrus: *Vociferati ſunt* 89.
omnes. Arabicus: *Spatio duarum horarum.* Cum au- Arabic.
diſſent verba contra Dianam, clamant: *Magna Diana Epheſiorum*, ac ſi dicerent: Veni, & age pro te, & pro cauſa tua.

Verſ. 35. *Cum ſedaſſet ſcriba turbas*, Poſtquam 50.
quietus, & ſedatus eſt tumultus, & populus capax
extitit audiendi. *Scriba.* Græcus: *Legis doctor.* Sy- Græcus.
riac. *Princeps Civitatis*, qui erat veluti Cancella- Syriac.
rius, ac magiſtratus, qui habebat jus dicendi, ac
dirigendi; hunc eſſe eundem Alexandrum, de quo
ſupradictum eſt, tenent Gloſſa Ordinaria, Inter- Gloſſa.
linealis, Hugo, Baronius, Sà. Contrarium mihi Ordin.
videtur verius cum Cajetano, Aria, Cornelio; Interlin.
quia ille Alexander erat Iudæus, & quomodo in Hugo.
Civitate Gentilium eſſet primus, deinde ut Iudæus Baron.
non diceret laudes Dianæ, contra quam ſe oppo- Sa.
ſuerunt Iudæi, ut vidimus: Erat ergo iſte ſcriba Caiet. Arias. Carthuſ.
diſtinctus, & homo magnæ authoritatis, & bene
affectus Chriſtianis, ut ex dicendis patebit.

Quis eſt hominum, qui neſciat. Arabic. *Qui igno-* 91.
ret. Syriac. *Æditnam eſſe magnæ Dianæ, & ſimulachri è Cœlo delapſi.* Sic etiam & legunt Simulachrum. Arabic. Chryſoſt. Pagnin. Vatablus fingebant Epheſi Dianæ ſuæ ſimulachrum non eſſe ab homine effectum, ſed eſſe delapſum è Cœlo. ut teſtatur Suidas, ſicut & Trojani *Palladion*, & Romani Ancile.

Verſ.36. *Oportet vos ſedatos eſſe.* Syriacus: *Nihil* 92.
feſtinanter. D. Chryſoſt. *Nihil præcipitanter agere*, D.Chryſoſt.
cum res ſit valde manifeſta in cultum Dianæ.

Verſ.37. Neque ſacrilegos, *Neque templum expi-* 93.
laverunt. Arabic. *Nec fures vaſorum.* Æthiopic. *Non* Syriac.
commiſerunt ſacrilegium, ac proinde nullum crimen Arabic.
opponitis contra Paulum, ac ejus ſocios.

Verſ.38.

94\. Syriac. Arabic. Verſ. 38. *Conventus forenſes aguntur, & Proconſules.* Syriac. *Proconſul eſt in Urbe.* Arabic. *Sanè in foro verſantur, & en Urbis Imperatores adſunt.* Ecce in Civitate ſunt judices, qui cauſas, quæ in foro externo excitantur judicant, ac determinant, & ſi iſti judices forenſes non ſatisfaciunt, fiat provocatio, ac recurſus ad Proconſulem, ac magiſtratum ſuperiotem.

95\. Verſ. 39. *Si quid autem alterius rei quæritis.* Si autem alterius majoris, & ſuperioris judicij ad publicam quietem exoptatis in legitima Eccleſia poterit abſolvi. Arabicos: *In ſenatorum curia id poteris dignoſci.* D. Chryſoſt. *In legitima congregatione dirimatur.* Id eſt tamquam in Comitiis Provinciæ, ac Magiſtratu poterit tota hæc controverſia abſolvi, & dirimi. Ita Vatablus, Menochius, & alij. Addunt D. Chryſoſt. Oecumen. hos cœtus, ſeu congregationes ter in menſe fieri ſolitos Epheſios.

Arabic. D. Chryſoſt. Vatabl. Menoch. Oecum.

96\. Verſ. 40. *Nam, & periclitamur argui.* Scriba voluit ſedare, & pacificare populum uſque modo rationibus, nunc vero metu; quia Authores hujus tumultuariæ perturbationis poterunt accuſari apud Proconſulem, vel Imperatorem, & multas pœnas dabunt. *Cum nullus obnoxius ſit.* Arabic. *In qua nemo cauſam reperiet* ad excuſandum tantum tumultum, ac perturbationem. *Dimiſit Eccleſiam*, illam nempe Congregationem in pace.

Arabic.

97\. Ad calcem hujus capitis nota, quod Oecumen. D. Anſelmus Theophil. & aliqui ex Recentioribus ipſos ſequentes exponunt pugnam cum beſtiis, quam Paulus ſe Epheſi habuiſſe ſcribit 1. Corinth. 15. n. 32. de hac pugna, quam Paulus cum hoc Demetrio argentario habuit; nam homo fervidus ambitione, ac ira indomita beſtia eſt.

Oecum. D. Anſel. *Homo ambitione & ira beſtia eſt.*

98\. Tamen verior, & communior ſententia eſt D. Auguſt. D. Chryſoſt. D. Thom. & aliorum D. Paulum Epheſi in publico ſpectaculo cum beſtiis pugnaſſe, & Dei auxilio victorem evaſiſſe, & D. Lucas non omnia ſcribit, ut illud *à Iudæis quinquies quadragenas una minus acceperit*, & etiam illud: *Ter virgis cæſus ſum, ter naufragium paſſus ſum.* 2. Corinth. 11. & alia ſimilia.

D. Aug. D. Chryſoſt. D. Tho. 2. Cor. 11

CAPUT XX.

1\. *POſtquam autem ceſſavit tumultus, vocatis Paulus diſcipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus eſt ut iret in Macedoniam.*

2\. *Cum autem perambulaſſet partes illas, & exhortatus eos fuiſſet multo ſermone, venit ad Græciam.*

3\. *Ubi cum feciſſet menſes tres, facta ſunt illi inſidiæ à Iudæis navigaturo in Syriam, habuitque Concilium, ut reverteretur per Macedoniam.*

4\. *Comitatus eſt autem eum Sopater Pyrrhi Berœenſis, Theſſalonicenſium verò Ariſtarchus, & Secundus, & Caius Derbeus, & Timotheus: Aſiani vero Tychicus, & Trophimus.*

5\. *Hi cum præceſſiſſent ſuſtinuerunt nos Troade.*

6\. *Nos vero navigavimus poſt dies Azimorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus quinque, ubi demorati ſumus diebus ſeptem.*

7\. *Una autem Sabbati cum convenissemus ad frangendum panem, Paulus diſputabat cum eis, profecturus in Craſtinum, protraxitque ſermonem uſque in mediam noctem.*

8\. *Erant autem lampades copioſæ in cœnaculo, ubi eramus congregati.*

9\. *Sedens autem quidam adoleſcens nomine Eutychus ſuper feneſtram, cum mergeretur ſomno gravi, diſputante diu Paulo, ductus ſomno cecidit de tertio cœnaculo deorſum, & ſublatus eſt mortuus.*

10\. *Ad quem cum deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eum: & complexus dixit: Nolite turbari, anima enim ipſius in ipſo eſt.*

11\. *Aſcendens autem, frangenſque panem, & guſtans, ſatiſque allocutus uſque in lucem, ſic profectus eſt.*

12\. *Adduxerunt autem puerum viventem, & conſolati ſunt non minime.*

13\. *Nos autem aſcendentes navem, navigavimus in Aſſon, inde ſuſcepturi Paulum: ſic enim diſpoſuerat ipſe per terram iter facturus.*

14\. *Cum autem convenisset nos in Aſſon, aſſumpto eo venimus Mitylenen.*

15\. *Et inde navigantes ſequenti die venimus contra Chium, & alia applicuimus Samum, & ſequenti die venimus Miletum.*

16\. *Propoſuerat enim Paulus tranſnavigare Epheſum, ne qua mora illi fieret in Aſia; Feſtinabat enim, ſi poſſibile ſibi eſſet, ut diem Pentecoſtes faceret Ieroſolymis.*

17\. *A Mileto autem mittens Epheſum, vocavit majores natu Eccleſiæ.*

18\. *Qui cum veniſſent ad eum, & ſimul eſſent, dixit eis: Vos ſcitis, à prima die, qua ingreſſus ſum in Aſiam, qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim.*

19\. *Serviens Domino cum omni humilitate, & lachrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex inſidiis Iudæorum.*

20\. *Quomodo nihil ſubtraxerim utilium, quo minus annuntiarem vobis, & docerem vos publicè, & per domos.*

21\. *Teſtificans Iudæis, atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.*

22\. *Et nunc ecce alligatus ego ſpiritu vado in Ieruſalem, quæ in ea ventura ſint mihi ignorans.*

23\. *Niſi quod Spiritus Sanctus per omnes Civitates mihi proteſtatur, dicens, quoniam vincula, & tribulationes Ieroſolymis me manent.*

24\. *Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretioſiorem, quam me, dummodo conſummem curſum meum, & miniſterium verbi, quod accepi à Domino Ieſu teſtificari Evangelium gratiæ Dei.*

25\. *Et nunc ecce ego ſcio; quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos tranſivi prædicans regnum Dei.*

26\. *Quapropter conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine omnium.*

27\. *Non enim ſubterfugi quominus annuntiarem omne conſilium Dei vobis.*

28\. *Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo.*

29\. *Ego ſcio, quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi.*

30\. *Et ex vobis ipſis exurgent viri loquentes perverſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe.*

31\. *Propter quod vigilate memoria retinentes, quoniam per triennium nocte, & die non ceſſavi,*

cum

cum lachrymis monens unumquemque veſtrum.

32\. *Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratia ipſius, qui potens eſt adificare, & dare hareditatem in ſanctificatis omnibus.*

33\. *Argentum, & aurum, aut veſtem nullius concupivi.*

34\. *Sicut ipſi ſitis: quoniam ad ea, qua mihi opus erant, & his, qui mecum ſunt miniſtraverunt manus iſta.*

35\. *Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes, oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi Domini Ieſu, quoniam ipſe dixit: Beatius eſt magis dare, quam accipere.*

36\. *Et cum hac dixiſſet poſitis genibus ſuis oravit cum omnibus illis.*

37\. *Magnus autem fletus factus eſt omnium: & procumbentes ſuper collum Pauli oſculabantur eum.*

38\. *Dolentes maxime in verbo, quod dixerat, quoniam amplius faciem ejus non eſſent viſuri, & deducebant eum ad navem.*

ARGVMENTVM.

PAULUS ab Epheſo diſcedens, per varias Aſiæ, & Græciæ Civitates tendit in Macedoniam, deinde venit Troadem, ubi Eutycum à morte excitat, deinde Miletum, & Seniores Epheſi advocat, commendata Eccleſia, eis dat ultimum vale.

Actor. 20. *num.* 1. Poſtquam autem ceſſavit tumultus, vocatis Paulus diſcipulis & exhortatus eos, vale dixit, & profectus eſt, ut iret in Macedoniam.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I.
Vſque ad Verſ. 5.

1\. Verſ. 1. *CEſſavit tumultus.* Æthiopic. *Ceſſavit commotio* illius tempeſtatis Demetrij. *Vocatis Paulus diſcipulis.* Scilicet Catholicis *Exhortatus eſt eos.* Syriac. *Conſolatus eſt eos, ac deoſculatus.* Arabic. *Salutavit eos.* D.Chryſoſt. *Complexus eſt eos*, ad hoc eos vocavit, ut eos exhortaretur ut permanerent in fide, & ut eis daret conſolationem de præterito tumultu, ac ſeditione.

Æthiop. Syriac. Arabic. D.Chryſoſt.

2\. *Et valedixit*, ut patet ex proximè citatis lectionibus ſalutavit: *Oſculatus eſt eos, amplexatus eſt eos*, ſolebant enim antiqui ultimum vale dare amplexu, & oſculo, & magnus Paulus in his, quæ erant urbanitatis non deeſt, ſed illa adimplet. Sic ait ipſe 1.ad Theſſal.5.n.16. *Oſculo ſancto ſalutate*, ait textus, *ut iret in Macedoniam*, ut ipſe diſpoſuerat, indeque tranſiret in Jeruſalem, ut patet ex ſupradicto cap.19.n.20.

Urbanitatem ſervat Paulus. 1.Theſſ.5

3\. Verſ. 2. *Exhortatus eos fuiſſet multo ſermone.* Syriacus: *Conſolatus eſſet multis ſermonibus*, ut permanerent in fide. Hanc exhortationem vocat Syriac. *Conſolationem*; quia ſermo divinus magna conſolatio eſt animæ. *Venit ad Graciam*; quia ut ait Lyranus, Macedonia eſt in Græcia large ſumpta.

Syriac. *Sermo ſpiritualis conſolatio eſt.*

4\. Verſ. 3. *Ubi cum fuiſſet menſes tres.* Syriac. *Exactis tribus menſibus*, ait Textus: *Facta ſunt illi inſidia à Iudais.* Gloſſa Interlin. intendentes impedire viam, inſidiæ autem ad hoc tendebant, ait Lyran. ut eum interficerent, Carthuſ. ut ſurriperent pecunias, quas ad pauperes deferebant Jeruſalem, à quo inſidiæ fuerint manifeſtæ, non exprimitur, forte ab aliquo viro Catholico, vel per revelationem à Deo, qui ſemper adeſt ſuis in omni præſſura. Vide verbo *labor.*

Gloſſa. Interlin. Lyran. Carthuſ.

5\. Verſ. 4. *Comitatus eſt*, ob eximium amorem erga Paulum, viri illuſtriſſimi, & magni, de quibus dicam q.1.

6\. Verſ. 5. *Suſtinuerunt Troade*, Arabic. *Pervenerunt Troadem nos expectaturi.* Arias: *Manſerunt Troade.* Syriacus: *Et nos praſtolati ſunt*, prædicti viri prius pervenerunt Troadem, expectaverunt Paulum, qui cum D. Luca iter agebat, declinare inſidias. De Civitate Troade vide ſupra cap. 16. verſ. 8.

Arabic. Syriac. Arias.

QUÆSTIO I.

Quare tot, & tanti viri comitati ſunt Paulum, & quinam illi?

7\. MAgno, & ferventi amore Paulum comitabantur. Syriac. *Progreſſi ſunt cum eo uſque ad Aſiam.* Primus *Sopater.* Aliqui legunt: *Soſipater*, ac ſi per craſim dicatur *Sopater*, dicitur Pyrrhi, id eſt, filius Pyrrhi. *Beræenſis*, utpote Patria illius, hic cognatus erat Pauli, ut ipſe teſtatur Rom. 16. n.21.& obſervant Origenes, D Chryſoſt. D.Thom. Inter ſanctos adſcribitur in Martyrologio Romano die 25. Junij Origenes in Epiſt. ad Roman. eum facit Epiſcopum Theſſalonicæ D. Dorotheus in Synopſi, & D. Hypolit. lib. 72. dicunt Epiſcopum Iconij.

Rom 16. Origen. D.Chryſoſt. Martyr.

8\. Ariſtarchus, de quo vide, quæ dixi ſuperiori cap.19.n.29. Secundus de hoc nihil potui reperire.

9\. Caius Derbæus, de quo facit mentionem ſuperiori cap. 19. num. 29. Dicitur Derbæus ad Urbe Patria.

10\. Tychicus. Hic extitit adminiſter D. Pauli in præferendis literis, & mandatis ad abſentes, ex quo D.Paulus eum appellat chariſſimum fratrem, & fidelem miniſtrum, & conſervum in Domino Epheſ. 6.num.21. Coloſſ.4.num.7. Inter ſanctos adſcribitur in Martyrolog. Rom. die 29. Aprilis ibi Baronius in notis cum D. Dorotheo eum facit Epiſcopum Chalcedonem.

Epheſ 6. Coloſ. 4. Martyr.

11\. Trophymus ex Patre gentili Epheſio natus, ex quo cauſa orta eſt, ob quam Paulus à Iudæis captus eſt, ſuſpicantibus illis, quod hominem gentilem, & idololatram induxiſſet in Templum eorum, ut refertur infra cap.21.n.29. De eo ita habet Martyrolog. Roman. 29. Decembris: *Arelate natalis S. Trophymi, cujus meminit Paulus ad Timotheum ſcribens, qui ab eodem Apoſtolo Epiſcopus ordinatus, prafata Urbis primus ad Evangelium pradicandum directus eſt, ex cujus pradicationis fonte, ut Sanctus Zozimus Papa ſcribit, tota Gallia fidei rivulos accepit*, ob quam cauſam Epiſcopus Arelatenſis de primatu Galliæ maxime contendit, de quo late agit Lorinus in præſenti.

Martyr. Lorinus.

Actor.20.n.6. Nos vero navigavimus poſt dies Azymorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem diebus quinque, ubi demorati ſumus diebus ſeptem.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE II. uſque ad verſ.8.

12\. Verſ.6. **P***Oſt dies Azymorum*, id eſt altera die, poſt dies Azymorum, nam quamvis omnia legalia eſſent mortua Chriſti morte, tamen in exteriori aliquid ſervabant Chriſtiani, ut Iudæorum vitaretur ſcandalum, & inde ſæpe ab eorum feſtivitatibus faciebant computationem, vel quia in illo primitivo tempore Chriſtiani celebrabant Paſcha cum Iudæis, & poſtea mutatum eſt, non tamen celebrabant dies Azymorum.

Aliqua legalia exterius.

13\. *Navigavimus*, hic D.Lucas mutat tertiam perſonam; quia modo ſecundò adjunctus eſt Paulo; nam primo adjunctus eſt Paulo cap.16. n.10. Cur autem hic ſecundò Lucas modeſtiæ cauſa tacet, D.Paulus 2. Corinth.8.n.19. explicat ejus laudes per omnes Eccleſias, & quia apud Græcos erat in magna æſtimatione ob ſuam probitatem, ſcriptum Evangelium, & Medicinæ artem.

2.Cor.8.

14\. Verſ.7. *Una autem Sabbati*. Syriac. *Primo autem die Hebdomadis* nota die Dominica, de cujus excellentia multa dixi ad cap.1. Apocalypſ. verſ.10. *Ad frangendum panem*. Syriac. *Ad frangendum Euchariſtiam*. Die Dominica conveniebant Fideles ad audiendam Miſſam. *Protraxit ſermonem uſque ad mediam noctem* exhortans ad hunc divinum panem, & nihil de corporali, quia ubi eſt ſermo de hoc Cœleſti pane omnia terrena habentur in oblivione.

Syriac.

15\. Verſ.8. *Erant ibi lampades copioſa*. Arias *Multa*, Syriac. *Lucerna ignis*, tum quia ibi aderat Sacra Euchariſtia, tum quia ſermo perduravit uſque ad mediam noctem.

QUÆSTIO II.

Quare tanta lampadarum copia hic commeratur, cum de eis nulla fiat mentio, quando Petrus nocte venit in domum Mariæ Marci?

16\. **C**Um Paulus hic noctu prædicat, ut exprimitur in Textu verſ.8. *Erant autem lampades copioſa in Cœnaculo*. At verò cum Petrus fugeret à carcere, & profúnda, altaque nocte veniret in domũ Mariæ Marci Actor.12.n.12. nulla ibi fit mentio de lucernis, ac lampadibus, ut modo cum Paulus prædicat, ut fortè denoretur magna luce, & doctrinæ ſplendore, quo verba Pauli mundum illuminabant, ac illuſtrabant.

Act.12. *Doctrina Pauli illuminat mundũ.*

17\. Secundo, & maxime meo videri ad literam, aderat ibi diviniſſimum, & admirabile Euchariſtiæ Sacramentum, ut patet ex verſ.7. *ad frangendum panem* Syrus *Euchariſtiam*, & D.Auguſt. epiſt.86. & etiam fatetur Calvinus ad hunc locum, hoc altiſſimum Sacramentum multo luminum apparatu venerandum.

D.Aug. *Euchariſtia multis luminibus veneranda.*

18\. Cum Ieremias inveniſſet illa præclara, & antiqua legalia: *Tabernaculum, & arcam juſſit Propheta divino reſponſo ad ſe facto comitari ſecum*. 2 Macha.2.n.4. Tamen non exprimitur in Texto à quibus, & quomodo arca, & tabernaculum deferebantur. Serarius citato loco 1.Machab. q.18. tenet, quod deferebantur ab ſplendidiſſimis Angelis fulgentibus multa luce, & cur à talibus, & tanto fulgore deferuntur? Arca, & tabernaculum in typo repræſentabant Sacram Euchariſtiam, & ideo tam magnifica, Angelica, ac luminoſa pompa deferebantur, ut inde deprehendas, quod illi, qui hoc altiſſimum Myſterium aſportant, illudque ceris accenſis comitantur tamquam Angeli apparent in terris, Angelorumque vices agunt.

2.Mac.2. Serarius. *Qui portant Euchariſtiã Angeli apparẽt.*

19\. *Moyſi apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non combureretur*. Exod.3.n.2. Non comburitur, ſed reſplendet Rubus; imo ut Author eſt Philo lib. de Moyſe *Luсidiſſimos mittebat radios*. Et cur tanto ſplendore, ac lumine, radiiſque ſe hic Deus oſtentat, quod non legimus factum cum in aliis locis apparuit Abrahamo. Geneſ.12.n.1. & 14. Salomoni 3. Reg.3. n.5. Iſaiæ 6. n. 1. Cum ſe Deus ibi oſtentaret in throno ſublimi, & alto, cur ergo in rubo cum tanto ſplendore, ac radiis? Apparebat Deus in Rubo tamquam in figura in Sacra Euchariſtia, ut tenent Thomas Anglicus, Lahay ad cap.3. Exod.n.98. & alij, *Deus noſter, ignis eſt non urgens, ſed illuminans, non conſumens, ſed pulchriorem, ac viridiorem faciens animam*. Scilicet in qua recipitur, & cum ibi repræſentaretur Chriſtus Dominus in altiſſimo Euchariſtiæ myſterio, conſequens fuit, ut ibi fulgerent multa lumina, ſplendores, ac radij ad judicandam, ac manifeſtandam ſupremam majeſtatem diviniſſimi Sacramenti, & in typum hujus rei, mandavit Deus fieri candelabrum aureum, quod perpetuo luceret ante tabernaculum, & arcam. Exod.25.n.31.

Exod.3. Philo. D.Aug. *Vbi Euchariſtia multus ſplendor.* Exod.25

QUÆSTIO III.

Quare tanta lampadarum copia erat modo in Cœnaculo?

20\. **A**D frangendum panem, Euchariſtiam ait Textus juxta Syriacum, cum eſſet dies Dominica conveniebant fideles ad audiendam Miſſam & poſtea communicabant. Ita Bellarm.lib.1.de Miſſa cap.14. & lib.3.de cultu ſanct.cap.11. Valent. lib.de legitim.uſu Euchariſt.cap.8. Thomas Bozius lib.13.de ſignis Eccleſiæ cap.3. Baron.tom.1.Annal. Cather.3. Conc Cajet.ſub fin. Lorin.& Cornel. hic, antiquitus ſolebant fideles audire Miſſam maximè in die Dominica, quod poſtea ſub univerſali præcepto Sanxit Anacletus Papa IV. à S.Petro, ut habetur in Decretis 2.q.7.cap.Laïci.

Bellarm. Valent. Bozius. Baron. Cather. Lorin. Anaclet.

Omnia Sacra Oecumenica, & generalia Concilia, omnes S.Patres, Doctores, & Authores Eccleſiaſtici largè, ac diffusè exhortantur omnes fideles ad audiendum, & frequentandum ſacrificiũ hoc divinum multa, & magna miracula, dona, auxilia, quæ illius intuitu Deus conceſſit ejus auditoribus ampliſſimè multas hiſtorias, & varios caſus refert Theatrum vitæ humanæ tom. 7. Lit. S. à folio 15. & deinceps, unum tantum locum Pauli referam, quem de auditoribus Sacrificij Miſſæ exponunt graves Doctores, & Hortus Paſtorum tract.4. fol.462.§. Quoties enim, Apoſtol.ait ad Hebræos 12. quod non aſcendiſtis ad montem terribilem, & caliginoſum, ut erat olim in lege ſubdit n.22. *Sed acceſſiſtis ad Sion montem, & Civitatem Dei viventis, Ieruſalem Cœleſtem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitivorum; qui ſcripti ſunt in Cœlis, & judicem omnium Deum, & ſpiritus juſtorum perfectorum, & teſtamenti novi mediatorem Ieſum*, quod altius expendendum eſt.

21\. *Maxime exhortãtur ad frequentandum Sacrificium Miſſa. Multa miracula in theatri vita humana.* Hortus Paſtorũ. Hebr.12.

22\. Singula verba conſidera ad noſtrum intentum, qui accedunt ad hoc divinum ſacrificium, *aſcendunt ad montem*, qui eſt Chriſtus, de quo dicitur in Pſal. 67. n. 18. *Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus,*

Chriſtus in hoc ſacrificio mons diſ-

Angeli volavit ad omnia loca etiam remota terræ, & tamquam Sol omnia illuſtrat, ac illuminat, ut D.Chryſoſt. latè, ac eleganter diſſerit D. Chryſoſt. homil. 2. de laudibus Pauli.

40. Verſ.16. *Ut diem Pentecoſtes faceret Ieroſolymis*, non more Iudaico, ſed ritu, ac celebritate Chriſtiana, D.Epiphan. Lyra. Hugo. Caietan. ut tenent D.Epiphan. hæreſ.75. Lyra, Hugo, Cajet. & noluit hanc feſtivitatem ſolemniſare alio in loco, ſed Ieroſolymis; quia ut tradunt graves Perſonæ illa ſacta loca, domus, parietes, ac plateæ ingerunt ſingularem affectum, pietatem, ac devotionem in meditatione myſteriorum fidei.

*Actor.*20.*n.*17. A Mileto autem mittens Epheſum, vocavit majores natu Eccleſiæ.

Verſiones,

*CUM EXPOSITIONE IV. uſque ad verſ.*20.

41. Milet. Verſ.17. A *Mileto* Urbs eſt non multum diſtans ab Epheſo. *Vocavit majores natu*. Syriac. *Presbyteros Eccleſiæ*, nempe Sacerdotes Seniores ac Principes Eccleſiæ, Eſtius ea tota Aſia intelligit, Lyran. Hugo. Carthuſ. Lyran. Carthuſian. Hugo vero ea tota Diœceſi Epheſina.

42. Verſ.18. *Qui cum veniſſent* oſtendit, ac exponit eis ſuam probitatem, integritatem, ac rectitudinem in modo agendi abſque ullo intuitu lucri, quæ eſt ſumma excellentia, ac perfectio in Rectore, ac Prælato.

43. Arabic. Verſ. 19. *Serviens Domino*. Arabic. *Servierim vobiſcum*, non ſolum ſe, ſed etiam alios in Domini obſequio agnoſcit. *Cum omni humilitate*. Arabic. Æthiop. Occum. *Cum animi ſubmiſſione*. Occumen. *Cum animi modeſtia* erga etiam inferiores, & hæc humilitas, non ſolum erat exterius, ſed etiam ex interiori animo, & hæc maxime laudabilis eſt in ſuperiori. Vide ſupra cap.10.q.22.n.175.176.& 177.& q.23.n.179.180.

44. Arabic. *Et lachrymis*. Arabic. *Abundantibus cum lachrymis*, quibus exorabam Deum pro omnium ſalute, de quo infra q.5. *& tentationibus, quam plurimis tentationibus*. Textus: *Quæ mihi acciderunt ex inſidiis Iudæorum*. Syriac. Syriac. *Quæ contra me concepta fuerunt*. Arabic. *Ex fraudibus Iudæorum*.

45. Syriac. Arabic. D.Chryſoſt. Varabl. Pagnin. Arias. Verſ.20. *Quomodo nihil ſubtraxerim utilium*. Syriac. *Ut nihil ſpreverim, quod prodeſſe vobis poſſet animabus veſtris*. Arabic. *Ceſſaverim ab ulla re ex his, quæ utilitati veſtræ cedebant*. D. Chryſoſt. Varabl. Pagnin. Arias: *Nihil ſubtraxerim eorum, quæ erant in rem veſtram*. Unde exiſtimo non ſolum hoc referendum eſſe ad doctrinam, ſed etiam utilia animæ ad frequentiam Sacramentorum, ad orationem, pietatem, & ſimilia. In quo Apoſtolus Deum imitabatur, Iſai.48. qui per Iſaiam ait 48.n.17. *Ego Dominus Deus tuus docens te utilia*. Diſcant prædicatores docere utilia, & non plauſibilia.

QUÆSTIO IV.

Quare Apoſtolus vocat ad ſe majores natu, & non alios?

46. *Senex ponitur pro magnatibus.* Ruth.4. Pſal.104. Apoc.4. PEr majores natu non ſolum intelliguntur Senes, vel Sacerdotes, ut aliqui volunt, ſed etiam Principes, & optimates Ruth.4. n.2. *Tollens Booz decem viros de ſenioribus Civitatis*. Pſal.104. n.22. conſtituitur Ioſeph à Pharaone, *ut ſenes ejus prudentiam doceret*, hoc eſt Optimates & Principes, & in hoc ſenſu in Apocalypſi cap. 4. num. 4. deſcribuntur viginti quatuor Seniores adorantes Agnum.

Quæſtio tamen inquirit cur ſolum Paulus hos 47.
vocat, & nullum de populo vulgari? Quia Senes, & Principes facile populũ in ſuam ſententiã adducunt, quorum placitum populus ſequitur, eique adhæret; unde ſolebat dicere Xenoph. *quod populus eſt velati aqua, quæ per eos tramites decurrit, per quos fertur.* *Populus majorũ placitũ ſequitur.*

Cum David quoſdam latrunculos eſſet perſequutus, 48.
eoſque comprehendiſſet, ac occidiſſet, magnam, & copioſam ſupellectilem, & prædam accepiſſe dicitur 1. Reg. 3. n.26. *Miſit dona de præda ſenioribus Iuda* & cur non aliis, vel alicui de populo. Abulenſ. 1.Reg.3. Abulenſ. ibi ait: *Quia volebat eorum amicitiam acquirere, quorum ope indigebat.* Solum de Senioribus, ac Principibus curat David, ſolumque eorum amicitiam ſibi comparare intendit; nam cum hos ſecum habuerit confœderatos, alij facile cum eis connecterentur in eodem fœdere. *David acquirẽdo ſeniores alios acquirebat.*

Loquimur de veris ſenibus, qui ſunt fulcimenta 49.
Reipublicæ, quorum placitis munitur, & fulcitur, non vero de illis, qui ſunt figmenta Seniorum, qui colore, vel tinctura capillos depingunt, cũ juveniles mores habeant, tales ſunt peſtilentiale venenum totius populi, ac Regni. Ait Regius Vates Pſal. 72. n. Pſal.72. 20. *Domine in Civitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges.* Clarius, & expreſſius ſi diceret peccatores deſtrui, ſed non ait peccatores, *ſed imagines eorum* exiſtimo quod loquitur de his, qui colore, ac pictura ſe fingunt imagines eorum; pingunt ſe ſenes ut tales capillatura videantur, ac æſtimentur; & tamen ætate moribus, & vita juvenculi ſunt, hos inter omnes poſtulat David ut Deus à ſua Civitate exulare faciat, & deſtruat in nihilum, ut nullum eorum veſtigium permaneat. Clemens Alexandr. lib.3. Pædag. Clem. Alexan. cap.3. ait: *Putant ſe ſicut ſerpens, poſſe ſenium capitis exuere, dum ſe ipſos pingentes transformant...... fieri autem non poteſt, ut veram oſtentent animam, qui caput habent adulterinum.* Facies externa ſignum eſt interioris animi, & qui ita mentiuntur in capillatura, & barba, ſignum eſt, quod interius animam poſſident commentitiam, & falſam in omni virtute, ac probitate: *fieri autem non poteſt, ut veram oſtentent animam, qui caput habent adulterinam.* *Senex depictus valde peſtiferus.*

QUÆSTIO V.

Quare Paulus ait, quod eis ſerviebat etiam cum lachrymis?

AIt Apoſtolus: *Serviens cum humilitate, & lachrymis.* Lachrymæ ſunt ſignum interioris do- 50.
loris animæ, ut dixi cap.8. q.4. n.33. Lachrimabatur in oratione ſua cum oraret pro omnium ſalute, ſciebat valde efficacem eſſe orationem cum lachrymis, & quia *Anna cum eſſet amaro animo oravit ad Dominum flens largiter*. 1.Reg.1. n.10. Ideo ejus oratio 1.Reg.1. D.Ant. eſt à Domino audita cum ampliſſima remuneratione filiorum, quia ut ait D. Antioch. homil.107. de compunctione. *Lachryma præſentem exhibens Deo orationem, eamque gratioſam reddunt, & acceptabilem.* In tantum lachrymæ exornant orationem, ut eam faciant valde gratam, & acceptabilem Deo. Vide ſupra cap.8.q.15 n.125. *Oratio cum lachrymis valde efficax.*

Secundo lachrymabatur compunctionis, & cõpaſ- 51.
ſionis affectu, tũ ob Chriſtianorũ infirmitates, ac miſerias, tum etiam ob Iudæorum, ac Gentilium duritiem, ac obduratam cæcitatem miſeratus, eo quod ad meliorem mentem, & ad veram fidem traducere non videbantur docibiles, Occumen. ait: *Hoc loco* Occum. *Ex compaſſione lachrymatur Apoſtolus.*

 ſignum

ſignum doctrinæ demonſtrat, nempe invidia, faſtuque carere, ac condoleſcere. Patiebatur namque & pro pereuntibus, & pro his, qui perdebant. Ecce Paulus ſuis lachrymis magnum doctrinæ documentum nobis præbet ſuæ eximiæ charitatis erga omnes, qui pro eorum lethalibus peccatis, ac perditionibus tanto afficiebatur dolore, ut in lachrymas prorumperet. Hoc ſpiritu plena S. Thereſia, & S. Maria Magdalena de Pazzis perpetuis lachrymis deflebant hæreticorum errores, & peccata populorum.

52. Cum Iſrael ſtaret in Campeſtribus Seſtim, & Iſrael eſſet fornicatus cum filiabus Moab: *Unus de filiis Iſraël intravit coram fratribus ſuis ad ſcortum madianitidem vidente Moyſe, & omni turba filiorum Iſraël, qui flebant ante fores tabernaculi.* Numer. 25. n. 6. Ingreditur ille ad turpe, & execrabile factum vidente turba filiorum Iſrael, tamen non dicitur, quod turba fleverit, ſed illi, *qui erant ante fores tabernaculi:* tamquam viri pij, ac zelatores divini honoris; quia deflere peccata aliorum non omnium eſt, qui ſunt de turba, ſed piorum, ac juſtorum, qui nimio charitate ferventes maxime condolent ſuper aliorum peccata, & viam perditionis illorum. Oleaſter ad citatum locum ait. *Qui flebant ante fores tabernaculi..... hoc enim debet eſſe munus piorum cum peccata vident, flere ſcilicet pro peccatoribus.*

Num. 25. *Vir pius maxime compatitur de infirmitatibus aliorum.*

53. Cant. 1. Pulchritodinem animæ ſanctæ deſcribens Divinus Sponſus ait Cantic. 1. num. 9. *Pulchra ſunt genæ tuæ ſicut turris: collum tuum ſicut monilia.* Multa expanſione dignum eſt cum de eleganti ſponſæ pulchritudine fiat ſermo, laudata facie, ſtatim tranſit ad collum cum monili, cur omittitur venuſtas capillorum, oculorum, labiorum, cur his omiſſis ſolum collum commemorat ob ſuam flexibilitatem, qua compatiebatur de proximiorum infirmitatibus, quos tamquam monili, ac velut catena ſecum volebat colligere, ut de illis doleret tamquam ex ſuis propriis, quæ per charitatem non ut aliena, ſed ut propria reputabat, ut notant tres Patres apud Theodoretum inquiunt: *Collum item pulchrum effectum eſt ſicut monile; non enim tibi ferreum eſt collum, ut flecti nequeat, ſed facile verti poſſit, ut monilia ex auro elaborata in circulum accommodatè ad uſum circumflectitur, ſic homo virtute perfectus cæteris compatiendo flectitur, atque dimittitur.* Pij animi eſt maxime dolere in aliorum oppreſſionibus, ac laboribus.

Laudatur in ſponſa compaſſio.

Tres Patres.

Actor. 20. *n.* 20. Quomodo nihil ſubtraxerim utilium quominus annuntiaverim vobis, & docerem vos publicè per domos.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE V.

Vſque ad Verſ. 24.

54. Syriac. Arabic. D. Chryſoſt. Verſ. 20. *Quomodo nihil ſubtraxerim.* Syriacus: *Nihil ſpreverim.* Arabic. *Non ceſſaverim.* D. Chryſoſt. *Non ſuffugerim*, vel nihil prætermiſi *utilium.* Syriac. *Quod prodeſſe vobis poſſet animabus veſtris*, ait Textus: *annuntiarem* prædicarem, ac *declararē* publicè, & privatim per domos veſtras.

55. Verſ. 21. *Teſtificans Iudæis, atque gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem.* Prius nominat pœnitētiā, quā intendit erga Judæos converſos de aliquibus defectibus, quos prius nominavit. Deinde fidem, per quam reſpicit gentiles, quos ſecundo loco poſuit.

56. Syriac. Verſ. 22. *Alligatus ego ſpiritu.* Syriac. *Vinctus in ſpiritu*, ut ipſo movente, & impellente ejus ductum ſequar; ſic enim ei ſum aſtrictus, & alligatus, ut quocūque res evenerit, & cōtingat ego pergā: *Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi ſunt Filij Dei.* Rom. 8. n. 14. Rom. 8.

57. Syriac. Verſ. 23. *Per omnes civitates mihi proteſtatur.* Syriac: *Teſtificatur mihi.* Spiritus ei manifeſtabat, vel per ora aliorum Apoſtolorum Petri, & Jacobi, cum quibus fuit Jeroſolymis, vel per ora aliorum fidelium; In primitiva Eccleſia multi fideles prophetizabant, ut vidimus cap. 2. n. 17. & cap. 13. n. 1.

58. Syriac. *Vincula, & tribulationes Ieroſolymis me manent.* Syriac. *Oppreſſiones paratæ ſunt.* Et peculiariter facit de his, quæ paſſurus erat Jeroſolymis, quam Romæ, vel alijs locis, quia Jeroſolymis Chriſtus paſſus eſt, ibi Stephanus mortuus, ibi prima perſecutio, & cum eis pati valde glorioſum, & magnū ſolamē erat, ait Beda. Beda.

59. Arabic. Verſ. 24. *At ego nihil eorum vereor.* Arabic. *At ego nihil horum pro excuſatione pono.* Et ad omnia illa ſuſtinenda ſum paratus. *Nec facio animam meam pretioſiorem, quam me*, nec in majori æſtimatione habeo vitam meam, quam me ipſum; nam me ipſum totum Deo conſecravi, atque dicavi, ac proinde in hac mea obligatione non deficiam pro conſervanda vita mea, de hoc latius q. 7.

QUÆSTIO VI.

Quare Apoſtolus antequam vinculis tyrannorum eſſet alligatus, jam ipſe ſe obligatum ſpiritu agnoſcebat?

60. Text. Ait noſter Apoſtolus: *Ecce alligatus ego ſpiritu vado in Ieruſalem, quæ in ea ventura ſint mihi ignorans: Niſi quod Spiritus Sanctus per omnes civitates mihi proteſtatur, dicens: Quoniam vincula, & tribulationes Ieroſolymis me manent.* Prævidebat Magnus Paulus, quod in Ieruſalem, ad quam ibat ſibi imminebant vincula, quibus alligandus erat à Tyrannis ad mortem. Et qualiter ibat Paulus? *Alligatus ſpiritu*, jam prius ipſe ſe alligaverat ſpiritu, jam prius ſpiritu ſibi catenas, mortemque injecerat, & ideo illa omnia contemnebat; qui enim ſpiritu, & imaginatione morti ſe communicat, venientem mortem, atque labores parvi pendet.

61. Ioan. 11. Ad vocem Chriſti ſuſcitatur Lazarus, *& ſtatim, prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus inſtitis; & facies illius ſudario erat ligata.* Ioan. 11. n. 44. Revocatur Lazarus in vitam; funeralibus tamen ligamentis, ut ita vivat, ut ſemper imaginem mortis ſecum deferat, ſive dum pedes ambulant, manus operantur, & facies ſe vertit huc, & illuc, & ita Lazarus vivat tamquam imaginatione mortuus, indeque ipſe bis mortuus dicatur, ſemel finali morte, & prius in vita, imaginatione nempe dum ſe mortuum cogitat, mortemque ſemper ſecum aſſociatam habet. D. Aug. homil. 2. ſic ait: *Lazarum ideo Chriſtus vitæ noſtræ reſtituit, ut unus homo ſemel naſci, & bis mori diſceret.* O felix ille, qui vivit mortuus mundo, ut cum Chriſto ſepeliatur, & cum ipſo reſurgat in æternum.

Si vis mortem vincere, vive ut mortuus. D. Aug.

62. Cant. 2. Philo. Ad ſuas Sodales dicebat Divina Sponſa: *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem: Fulcite me floribus ſtipate me malis; quia amore langueo.* Cant. 2. n. 4. Extrema verba valde ſingulariter legit Philo Carpat. dicens: *Sepelite me in numero juſtorum; quoniam vulnerata ſum.* Si petit fulciri floribus, quomodo explicatur, quod petat ſepeliri? quid habent flores cum ſepulchro, flores jucundi, & odoriferi; ſepulchralia putrida, & fœtida; nota quod non poſtulat quocumque modo ſepeliri, ſed cū juſtis: *In numero juſtorum*; qui ita vivebāt in mūdo, ut mortui mūdo, qui pro Chriſto non ſolū omnia mūdialia, ſed etiā propriā vitam cōtemnerent, ut fecerunt S. Martyres. Philo ibi: *Sepelite me in numero juſtorū; quoniā vulnerata*

Qui ſe cogitat ſepultum regnat cum Chriſto.

vulneratu ſum charitate propter ſanctes Martyres,per quos dilexit Chriſtum vulneratu, eb id ipſum quoque mortem ſe libenter ſuſtinuiſſe fatetur : & conſentit illi, qui dicit moriatur anima mea morte juſtorum.

63. Bal.38. Pſalm. 38. habet pro titulo : *In finem*, & ſtatim incipit : *Dixit cuſtediam vias meas* : merito cum fine adjungit cuſtodiam viarum Dei ; qui enim ſemper habet in mente finem vitæ ſuæ, planè adimplet obſervando vias Dei. D. Chryſoſt. *Inſcriptus eſt Pſalmus : In finem ad noſtram utilitatem,ut cum diſcimus vitæ brevitatem, moderatè nos geramus.*

D Chryſoſt.

QUÆSTIO VII.

Quare D. Paulus ait : Non facio animam meam pretioſiorem quam me ?

64. INquit Apoſtolus in præſenti : *Nec facio animam meam pretioſiorem, quam me, dummodo conſummem curſum meum.* Syriacus : ſic legit : *Mihi vero pro nihilo habetur anima mea.* Arabic. *Nec anima mea chara eſt apud me.* Græcus : *Non duco animam meam pretioſum, ſeu charam,* Arias : *Nullius rationem facio.* In quibus verbis Apoſtolus diſtioguit animam ſuam à ſe ipſo, & hoc multa indiget expoſitione.

Syriac. Arabic. Græcus. Arias.

65. Lyran. Primo Lyranus. *Nec facio animam meam*, id eſt vitam meam ſenſibilem, *pretioſiorem*, id eſt, quam animam meam intellectivam, quæ dicitur ipſe homo, eo modo loquendi, quo totum nominatur à parte nobiliori.

66. D.Bern. Secundo D.Bernard.apud Euſebium homil.7. §.3. poſtquam propooit,quod Paulus diſtinguit animam ſuam à ſe ipſo, ait : *Cum me dico excellentius, quod in me eſt,in quo & ſto per gratiam,mentem,rationemque intellige : cum loquor animam meam hoc inferius accipe, quod carni animanda vides accommodatum.* Per animam intelligit D. Bernardus vitam temporalem,per ſe ipſum intelligit meotem, & iotelligentiam,quæ eſt quid excellentius, ac proinde ait Paulus, quod ſua vita temporalis vileſcebat in eo, per reſpectum ad id, quod ratio, & mens dictabant, ut in omnibus adimpleret curſum,ut Chriſtus ei ioſpirabat ; Uode ait ipſe Apoſtolus ad Galat. 2. n. 20. *Vivo autem jam non ego, vivit vere in me Chriſtus* quod non vivebat ſecundum vitam ſuam propriam, ſed ſecundum Chriſti inſpirationem : Unde ſic ait D.Bernard.citatus : *Vivo ego jam non ego, ſecundum carnem non ego : ſecundum mentem ego.*

Mens & ratio ut ea excellentior. Galat.2. D Bern.

67. Tertia, & communis expoſitio, in qua etiam eſt D.Bernardus frequenter in ſcriptura anima ſumitur pro vita ; *Defuncti,qui quærebant animam pueri.* Senſus ergo eſt,vitam meam non plus æſtimo,quam me, & me ipſum plus æſtimo, quam vitam meam, me ipſum totum Deo dedicavi, ac prædicationi ejus Evangelij : *Dummodo conſummem curſum meum, & Evangelium gratiæ Dei.* Contemnebat propriam vitam pro munere ſibi commiſſo adimplendo, munus ſibi commiſſum omnibus anteponebat.

68. 4.Reg 2. Cum Eliſæus vidiſſet Parentem Eliam magno triumpho euntem in Cœlum clamat 4. Reg.2. n.12. *Currus Iſrael, & auriga ejus.* Drogo de Sacramento Dominic.Paſſion *Qui portas,ac regis:ſuſtines,& gubernas.* Notanter prius dixit:Currus addictus ad ferenda onera,quam *auriga*,ſeu gubernator,ac ſi prius illi eſſet in mente onus ſui muneris ad ſoſtinenda onera, ac illi ſatisfaciendum, quam auriga,& gubernator,quã fulgor,ac excellentia ipſius dignitatis.

Drogo. *Prius onus officij,quam dignitas.*

69. Hebr 2. Ait D.Paulus ad Hebr.2.n.17.de Chriſto D.*Unde debuit per omnia fratribus aſſimilari,ut miſericors fieret, & fidelis Pontifex apud Deum.* Maximè notandum illud verbum *debuit* non voluit, ſeu decrevit, ſed *debuit*,ac ſi eſſet aſtrictus,& obligatus, & unde illi iſta obligatio cum ſit ſupremus omnium Dominus? *Ut fieret fidelis Pontifex apud Deum*,ex eo quod conſtitutus fuit fidelis Pootifex apud Deum,ut tanto muneri ſatisfaceret,ac correſponderet, debuit,ac veluti aſtrictus extitit,ut aliorum infirmitates in ſe ſuſciperet,ut omnium compatiens fieret.D.Ambroſ. ibi ait : *Cur ſimilis fratribus effici debuerit, niſi ut miſericors, & fidelis Pontifex noſtra cauſa fieret.*

Fidelis Pontifex in aliorum miſeriis. D.Ambr.

De ſe ait David Paralypom.18.n.4 *Elegit Dominus Deus Iſrael me de univerſa domo Patris mei, ut eſſem Rex ſuper Iſrael.* Alteram electionem ipſe de ſe fatetur Pſal.83. n.11. *Elegit abjectus eſſe in domo Dei mei.* Duas electiones quaſi ex diametro ſibi invicem adverſantes in ſe recognoſcit, principem magnanimum regia dignitate fulgentem fatetur, & ſimul omnium inferiorem, ac abjectiſſimum ſe in publicum producit, ut notavit Philippus Abbas lib. de dignit.Cleric.cap.16.ubi ait : *Utraſque has* (ſcilicet dignitatem, & humilitatem) *David cognoſcitur habuiſſe,qui Rex eligitur extitiſſe,& tamen humilis permanſiſſe.* Hæ duæ electiones non ſibi adverſantur, ſed maxime ſibi ſunt cohærentes in viro prudenti, & ſancto ; quia ex eo, quod electus fuit Rex, eſt etiam omnium abjectiſſimus, ut omnibus inſerviat, omnium infirmitates ſuſtineat, omnibuſque ſubveniat : Unde dicebat Magnus Conſtantius : Dignitas noſtra eſt ſplendida ſervitus. 70.

Pſal.83. Philipp. Abbas. *Bonus Rex eſt us ſervias.*

Actor. 20. *num.* 25. Et ecce nunc ſcio, quia amplius non videbitis faciem meam, vos omnes, per quos tranſivi prædicans regnum Dei.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VI. uſque ad verſ.29.

Verſ.25. N*Unc ſcio*, ſcilicet per inſpirationem, vel revelationem Divinam. *Vos omnes, per quos tranſivi.* Syriacus : *Ex vobis omnibus, quos peragravi*, Arabic. In locis, quæ perluſtravi. 71.

Syriac. Arabic.

Verſ. 26. *Conteſtor, quia mundus ſum à ſanguine omnium.* Syriacus : *Teſtor.* Arabicus : *Me eſſe innocentem.* Æthiopicus : *Purus ſum à ſanguine omnium*, id eſt nullius veſtrum perditionis ego cauſa ſum, ſi quis pereat, ipſe ſuæ perditionis eſt cauſa : nam ego quantum in me fuit pro omnium ſalute laboravi, & recte functus ſum officio meo, docens omnes, & oſtendens eis viam ſalutis, quam ipſi malitia ſua neglexerunt, hic poteſt dici illud Iſai. 5. num.4. *Quid eſt quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci ?* 72.

Syriac. Arabic. Iſai.5.

Et recte ſub nomine ſanguinis intelligit peccatum ; nam ſicut malus ſanguis interficit corpus, ſic mala peccati actio interficit animam, eamque corrumpit. 73.

Cur ſanguis peccatum.

Verſ. 27. *Non enim ſubterfugi.* Syriac. *Non me excuſavi.* Arabicus : *Non abſtinui me.* Textus : *Quominus annuntiarem omne conſilium Dei vobis.* Syriac. *Quominus patefacerem vobis omnem voluntatem Dei* at hoc videtur repugnare cum illo Sapient.9. n.13. *Quis hominum poterit ſcire conſilium Dei.* Sapiens loquitur de his, quæ reſpiciunt prædeſtinationem, ac Providentiam Divinam, ſic & Roman.11. at modo hic Apoſtolus loquitur de his, quæ pertinent ad ſalutem generis humani, & ad hoc negotium revelabit, omnia neceſſaria nobis Deus. 74.

Syriac. Arabic. Sapient. 9. Rom.11.

75. Syriac. Verſ.28. *Attendite vobis, & univerſo gregi.* Syriacus: *Cavete ergo vobiſmetipſis.* Ait Apoſtolus: *Attendite vobis*, ſicut & Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis dixerat: *Attendite à falſis Prophetis.* Math.7. Matth.7. num. 15. multa cura, ſollicitudine vobis, *Prælatus duplex perſona.* & gregi. Prælatus duplicem agit perſonam privatam, & publicam, ut privatam de propria perſona agit, ut publicam de grege, & dum de propria pertractat magnum præbet ſubditis documentum. De his omnibus multa dixi cap.5. q.92.& 93. & cap.8. q.7.n.68.69.& cap.16.q.1.n 10.11.& 12.

76. Syriac. *In quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* Syriac. *In quem vos conſtituit Spiritus Sanctitatis.* Ex hoc loco oritur illa magna quæſtio: An Epiſcopi habeant juriſdictionem à jure divino, vel humano, quam ſatis ample tractavi in Opuſculis, Opuſc.2.Reſol.35.q.2.& magis inclinavi in ſententiam de jure humano. *Poſuit Epiſcopos.* Sub hoc nomine *Epiſcoporum* intelligit præſbyteros, & cæteros miniſtros, qui debent vigilare ſuper munus ſibi commiſſum, ut Epiſcopi nomen importat, quod à vigilia deducitur, de quo infra quæſt.11.

77. Syriac. Æthiop. *Regere Eccleſiam Dei.* Syriac. *Ut paſcentis Eccleſiam illam.* Æthiopic. *Ut paſcatis domum Chriſtianam.* Cogitent Prælati quod non tractant rem ſuam ſed alienam; Moyſi dicitur, *peccavit populus tuus.* Exod.32. Exod.32.n.7. At Prælatis Chriſti non dicitur *Eccleſiam tuam*, ſed *regere Eccleſiam Dei.* Sic dicitur Math.17 Petro Matth.17. *Super te ædificabo Eccleſiam meam.* Ioan. 21. Joan.21. *Paſce oves meas:* Cur autem Spiritui Sancto tribuatur regere Eccleſiam? Explicavi ſupra cap.5.q.5.n.31.& 32.

78. Syriac. Arabic. Æthiop. Verſ 29. *Lupi rapaces in vos.* Syriac. *Ingreſſuros lupos feros.* Arabic. *Lupi graves haudquaquam miſerentes gregi.* Æthiopic. *Venient in vos lupi præda.* Intellige hæreticos, qui venient ad faciendam prædam devaſtatores Eccleſiam Dei abſque ulla miſeratione.

QUÆSTIO VIII.

Quare dicitur, quod Dominus acquiſivit Eccleſiam ſanguine ſuo, cum illam ſemper habuiſſet ſub ſuo dominio?

79. Arabic. Ait D. Paulus: *Regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo.* Arabicus: *Quam fabricavit ſanguine ſuo*, quæ verba non ſolum de Chriſto Domino eſſe dicta ab Apoſtolo, ſed etiam, Montan. ut vult Montanus, de æterno Parente hoc modo: *Chriſtus Dei filius proprio ſanguine; at Deus Pater pretio illo ineſtimati ſanguinis filij ſui.* *Difficultas quæſtionis.* Ex quo gravis exoritur difficultas ex illo verbo acquirendi, quod ex ſuo genuino ſignificato dicit aliquid comparare, adipiſci, quod antea non habuerit, ut docent Iuriſconſulti de regulis juris §. *Si rem legatarij*, Inſtit.de legatis.

80. *Chriſtus acquiſivit Eccleſiam meritis.* Quamvis Chriſtus haberet omnia ſibi ſubjecta, titulo Divinitatis, ac proinde creationis, & ſupremi dominij, voluit tamen comparare ex ſanguine, ac meritis, ut ſibi maxime rem glorioſam, & ut inde conſiderent Præſules Eccleſiæ quantum debeant pro Eccleſia agere, cum Chriſtus ſupremus Dominus tantum pro ea impenderit.

81. Apoc.1. Apparet Chriſtus Dominus in Apocalypſi 1. n. 13. *in medio Candelabrorum aureorum, veſtitum podere* (quod erat præclariſſima veſtis) *præcinctum ad mamillas zona aurea, & ex ore ejus exibat gladius ex utraque parte acutus, & ſeptem ſtellæ in dextera ejus.* Quæ omnia indicabant ſupremam ejus majeſtatem, tamen ex nulla parte aliquis titulus apparet, ut poſtea Apocalypſ.19. n.13. *Veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine*, & ſtatim legitur: *In fæmore ſcriptum Rex Regum, & Dominus Dominantium* num.16. Tam illuſtriſſimus titulus non refulget in majeſtate oſtenſa, ſed in ſanguine rubricante, & prius ſanguis oſtenditur effuſus, & tunc titulus ſubſequitur, ac ſi abſque ſanguine non eum titulum ſibi adſcribat. Apoc.19 *Chriſtus publicatur Rex non à majeſtate, ſed à ſanguine.*

Et pro hoc vehementi Chriſti affectu altè ponderat. Scribit D.Marc.10. n.32. quod Chriſtus cum ſuis Apoſtolis: *Erant in via, aſcendentes Ieroſolymam, & præcedebat illos Ieſus, & ſtupebant.* Stupebant, ſcilicet Apoſtuli de tanta celeritate, ac diligentia, qua Chriſtus eos præcedebat agens de poteſtate data ſuis diſcipulis ait: *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, ipſe faciet, & majora horum faciet.* Joan.14. n. 17. Quid eſt quod in ſignis cedit Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis, ut & ipſi, *majora eorum facient:* at verò cum ipſe tendit in Ieruſalem, omnes antecedit: Ibat Chriſtus in illam Civitatem, ut explicat Evangeliſta: *Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & flagellabunt eum, & interficient.* In magnis, ac mirabilibus concedit Chriſtus, ut diſcipuli præcedant, at in pœnis, & cruciatibus pro noſtra ſalute nemini cedit, ſed omnes præcedit, & largo intervallo ſuperat; quod pulchre dixit D.Chryſoſt. ad citatum locum: *Actum eſt, ut Auctor ſæculi ſæculo teſte moraretur, & à mundo mundi Dominus ante per pœnam, quam per gloriam agnoſceretur.* Perpende ultima præclariſſima verba. 82. *Chriſtus cedit ſuis diſcipulis in magnatibus, non in pœnis.* Ioan.14. D.Chryſoſt.

83. Ex ergo tanto affectu, ac ſanguine, quo Chriſtus acquiſivit, ac comparavit ſuam Eccleſiam, conſequens eſt, quod eam habeat in magna, & ſumma æſtimatione: Cum meus Ieſus penderet in Cruce, jamque exhalaret animam clamat: *In manus tuas commendo ſpiritum meum.* Luc.23. n.43. Sunt multi Patres, ut D.Athanaſ. qui per Spiritum Chriſti intelligant ejus Eccleſiam, D Laurent.Iuſtinian. lib. de Triumphali Chriſti agone cap.10. ſic ait: *Spiritum utique meum in manus tuas commendo, non tantum quem gero, ut homo, ſed quem, ut mediator, & Redemptor acquiſivi mihi: meum plane dixerim Spiritum, membra mea, Eccleſiam meam, Sponſam meam, quam, patiendo pro illa, meam facio,* quam, in tantum dilexi, ut eam dicam animam meam, ſpiritum meum, & pro ejus amore mortem, & tot tormenta ſuſtinui, & paſſus ſum. Luc.23. D.Laur. Iuſtin. *Chriſtus Eccleſiã, diligebat, ut animam ſuam.*

QUÆSTIO IX.

Quare D.Paulus ad comprimendos Prælatos Epheſinos in ſuo debito munere, non eis proponit, quæ Deus dedit, ſed quæ paſſus eſt?

84. Ait Apoſtolus; *Quos Epiſcopos poſuit Spiritus Sanctus regere Eccleſiam, quam acquiſivit ſanguine ſuo, ſcio quod poſt diſceſſionem meam, intrabunt lupi rapaces in vos.* Ut eos contineat in ſuo debito munere, ne hæreticorum veneno inficiantur, & ab eis tamquam lupis devorentur, non proponit eis tot, & tanta beneficia, quæ à Deo acceperunt creatione, conſervatione, ac electione in Epiſcopos, ut fecerunt Moyſes, Iuſue, & David, qui ut populum continerent à peccatis, ei objiciebant beneficia accepta, quod Deus eduxerit de Ægypto, paverit in deſerto, dederit ei terram inimicorum *Difficultas quæſtionis.*

ſuorum

Exod.32 Ioſue 24 Pſal.65. ſuorum Exod.32. num.1.&c. Ioſue 24. n.6. Pſal.65. n.15.& 80.n.1.

85. At Apoſtolus non proponit beneficia alia à Deo data, ſed tantum ejus ſanguinem effuſum, quo ſibi acquiſivit Eccleſiam, voluit Paulus omnium animos ad ſe allicere, ac inclinare, inde nihil aliud eis proponit, niſi Sanguinem Chriſti, qui menti objectus vehementiſſime, ac fortiſſime omnes humanos affectus ad ſe rapit, attrahitque. Sic Magnus Paulus in magna controverſia Sehyſmatica, *1.Cor.1.* volens à Corinthiis revocare eos ſic ait 1.Corinth. 1. n.12. *Hoc autem dico, quod unuſquiſque veſtrum dicit: Ego quidem ſum Pauli: Ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti, diviſus eſt Chriſtus? nunquid Paulus pro vobis crucifixus eſt.* Ecce magna diſſenſio, ac controverſia, dum unus ſe jactabat eſſe Pauli diſcipulum, alius Cephæ, id eſt Petri, alius Chriſti, ut hanc Apoſtolus removeret, ac pacificaret diſſenſionem, ad præſtantiſſimum medium confugit, ad paſſionem ſcilicet Chriſti, quæ inter omnia divinæ largitatis beneficia maxime efficax eſt, & ad omnes noſtros affectus alliciendos, ut ad bonam frugem revocemus, ut depoſita noſtra malitia Dei placita ſequamur. *Chriſti paſſio maxime allicit noſtros affectus.* D.Chryſoſt. ibi ait: *Animadverte Pauli prudentiam, non enim dicit: Nunquid mundum Paulus condidit Nunquid Paulus, vos de nihilo, ut eſſetis effecit? Sed ea tantum, quæ erant eximia fidelium, & multa benevolentiæ opera meminit, crucem, ſcilicet, & baptiſmata, & quæ ex eis provenerunt bona mundi namque opificium, ſed maxime Dei in Crucem conſcenſus ejus oſtendunt benignitatem.* Conſidera ultima verba.

86. Scribit D.Matthæus 17. n.28. *Quod milites Præſidis ſuſcipientes meum Ieſum clamydem coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput ejus, & arundinem in dextera ejus..... & poſtquam illuſerunt ei exuerunt eum clamyde, &c.* Per ludibrium duo impoſita fuerunt Ieſu, Chlamis, & corona ſpinea, Chlamis ablata dicitur, non vero corona ſpinea, quod egregie no- *Math.17 Origen.* tavit Origenes homil.35. in Matth.&ait: *De Chlamyde ſcriptum eſt, quod denuo ſpoliaverunt eum è chlamyde coccinea, de corona ſpinea nil tale Evangeliſtæ ſcripſerunt, propterea, quod nos quærere voluerunt exitum rei de corona ſpinea ſemel impoſita, & nunquam detracta, ego igitur arbitror, quod illa ſpinea corona conſumpta eſt à capite Ieſu, ut jam non ſint ſpinæ noſtræ antiquæ, poſtquam ſemel eas à nobis abſtulit Ieſus, ſuper venerabile caput ſuum.* *Conſiderata Chriſti paſſione omnes noſtræ iniquitates expelluntur.* Valde notum eſt, quod ſpinæ in ſcriptura ſignificant peccata Iſai.5.n.6. Luc.8. n.14. Spinæ Coronæ Chriſti ſignificabant noſtra peccata, noſtraſque paſſiones, quæ omnia à Chriſti Paſſione, ejuſque conſideratione perierunt, & conſumptæ ſunt, ut jam amplius non apparerent in animo juſto, & fideli: *Ego igitur arbitror, quod illa ſpinea corona conſumpta eſt à capite Ieſu, ut jam non ſunt ſpinæ noſtræ antiquæ.* Vide ſupra cap.15.expoſit.9.n.149.

Actor. 20. *n.* 30. Ex vobis ipſis exurgent viri loquentes perverſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VII. uſque ad Verſ. 34.

87. Verſ.30. *Ex vobis ipſis* valde lamentabile, ut à quibus ſperabatur ſubſidium, prodeat devaſtatio. *Exurgent viri loquentes perverſa,* Æthiopicus: *Qui docebunt perverſa verba.* Spiritu *Æthiop.* prophetico vaticinavit Paulus, quod poſtea contra ipſum ſurrexerunt Hymenæus, Alexander, Phygellus, & Hermogenes, ut ipſe teſtatur 1.Timoth. *1.Tim.1.* 1. n.20. & epiſt. 2. cap.1. n.15. & hæc dicit Paulus, quia jacula præviſa minus feriunt.

Verſ.31. *Propter quod vigilate,* quod eſt proprium 88. Paſtorum, quia ut D.Antioch. homil.111. *Oportet, ut Paſtor totus ſit mens, & oculus,* & maxime quando inſtant adverſarij. *Memoria retinentes* quod ſollicite vos docui mea doctrina data, & etiam de malis magiſtris advenientibus, ſic & Chriſtus Dominus cum prædixiſſet ſuis Apoſtolis eorum perſecutiones, ait: *Cum venerit hora eorum reminiſcamini; quia ego dixi vobis* Ioan. 16. n.4. Nam mala *Ioan. 16.* præſentia ante ſpiritu prophetico cognita facilius tolerantur, ac contemnuntur; *per triennium* inceptum, ut jam dixi ſuperiori cap.19.q.4.

Verſ.32. *Commendo vos Deo,* maxime ad prælatorum 89. ſpectat orare: pro ſubditis. Vide ſupra cap.10. q.10.n.70.71.& 72. *& verbo gratiæ ipſius*: Hebraiſmus eſt, ſolent enim Hebræi verbum ponere pro re: *Quod eſt verbum, quod factum eſt* 2.Reg.1.n.4. *2.Reg.1.*

Potens eſt Deus ædificare Eccleſiam, in vobis Ec- 90. cleſia eſt quoddam ædificium ſpirituale: *Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum* ad Epheſ. 2. *Epheſ.2.* & hoc ædificium explicat D. Aoguſt. tract. in Pſal. *D.Aug.* 121.& non ait Paulus potens eſt perficere, quod ego incœpi, ſed abſolutè ait *ædificare,* ac ſi ipſe per humilitatem nihil exiſtimet ſe feciſſe, ac ſi denuò ſit ædificandum, & nil antea factum fuiſſet.

Et dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus. Sy- 91. riac. *Cum Sanctis omnibus,* Æthiopic. *Dare nobis* *Syriac.* *poſſeſſionem omnium ſanctorum,* ita ut vos filij mei *Æthiop.* habeatis in Cœlo hæreditatem paratam omnibus ſanctis.

Verſ.33. *Argentum, & aurum.* Syriac. *Nil auri,* 92. *& argenti,* expreſſius Æthiopic. *Et veſtem non recepi apud aliquem.* In hoc oſtendit Paulus ſuam eximiam puritatem, ac integritatem alienam ab omni lucro, ut fecerunt Moyſes, & Samuel, ſed Paulus multo excellentiori modo, ut dicam q.12.

Verſ. 34. *Ad ea, quæ mihi opus erant.* Arabic. 93. *Neceſſitatibus meis, & neceſſitatibus eorum omnium,* *Arabic.* *qui mecum ſunt.* Præclara Pauli excellentia, quod cum tantis eſſet occupatus prædicatione, & miniſterio ſpirituali fidelium adhuc pro comparando victu ac alimonia, pro ſe, ac ſuis propriis manibus laborabat, ut vidimus ſupra cap.18.verſ.13.

QUÆSTIO X.

Quare D. Paulus commonens ſuos diſcipulos contra hæreticos advenientes non commendat eis, ut fortiter pugnent, ſed tantum, ut vigilent?

AIt Apoſtolus in præſenti n. 30. *Ex vobis ipſis* 94. *exurgent viri loquentes perverſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe non parcentes gregi, propter quod vigilate.* Conſequentius videbatur dicendum forti- *Vigilantia cuſtodiuntur omnia.* ter pugnate cum eis, & rationibus, & argumentis eos confundite, & diſſipata eorum Sophiſmata, ſed tantum ait *vigilate,* quia in optima, & ſedula vigilia eſt certa, & ſecura victoria. Proverb. 2. n.11. *Prov.2.* dicitur: *Conſilium cuſtodiet te.* Græcus legit, *Vigi-* *Græcus* *lia cuſtodiet te, ut eruaris à via mala, & ab homine, qui loquitur perverſa.* Ibi Cajetanus: *Tamquam* *Caietan* *cuſtos vigilans erit.* Ubi eſt vigilia ibi firma, & ſecura cuſtodia.

95. Prov.8. *Qui vigilant & ſi homines pares Angelis.* Provtib 8.n.3 ;. dicitur : *Beatus homo , qui audit me , & qui vigilat ad fores meas quotidie* , potius videbatur dicendum, *Beatus homo*, qui fortiter pugnat , & decertat cum inimico ; nam Beatitudinis corona non datur , niſi exacta victoria certaminis, teſte Apoſtolo : *Non coronabitur , niſi qui legitimè certaverit*. Cur ergo non ait *Beatus homo* , qui certamine vincit , & triumphat , ſed tantum , qui vigilat ; quia in ipſa ſedula vigilia conſiſtit victoria, & triumphus, quæ tam ſublimis eſt , ut nos exiſtentes in terra , per ipſam aſſimilamur Angelis in Cœlo , qui dicuntur vigiles Daniel. 4. n.14. *In ſententia vigilium decretum eſt*. Clem. Alexan. Clemens Alexandrinus lib.2.Pædag cap.9. ait : *Beati , qui in ipſum invigilant , ſe ipſos aſſimilantes Angelis , quos nos Angelos , hoc eſt vigilantes vocamus.*

96. Zachar.3 Ait Zacharias 3. n. 9. *Ecce lapis , quem dedi coram Ieſu* , ſcilicet ſummo Sacerdote , *ſuper lapidem unum ſeptem oculi ſunt*. De viro juſto eſt ſermo, ubi Hugo : *Per conſtantiam lapis , oculatus per circunſpectionem*. *Per vigiliam firmatur homo cõtra adverſarios.* Et unde illi tanta conſtantia , ac fortitudo ; ut dicatur lapis ? *Septem oculi per circunſpectionem* & ubi erat tanta vigilia , ac circunſpectio oculorum , conſequens inde erat , ut inveniretur , ac fieret lapidea ſoliditas , ac conſtantia , & ideo animalia firmiter ſtantia coram Deo dicuntur : Apoc.4. *Plena oculis ante , & retro*. Apoc. 4. n. 6. Rupert. Rupertus Abbas lib. 3. In Apocal.ait : *Cunctis imitatoribus Chriſti magno ſemper ſtudio cautum eſt , ut modulo ſuo animalia ſint plena oculis ante, & retro.*

97. Hinc forma magni , & optimi Præſulis per vigilantiam deſignatur , ut ceſſarent quærimoniæ inter filios Iſrael ait Deus Moyſi , ut ex ſingulis tribubus ſumat ſingulas virgas poſitas in tabernaculo , & quæ flores protulerit , illius eſt Sacerdotium : *Sequenti die invenit germinaſſe virgam Aaron , turgentibus gemmis eruperant flores , qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt*. Num.17. Numer. 17. n. 8. *Vigilia conſtituitur optimus Præſul.* Et cur amygdalina aſſumitur ad demonſtrandum ſummum Sacerdotem ? D.Cyrill. Alexandr. in Catena græca ait : *Geris talis arbor Symbolum vigilantia* , quia prior ante omnes alias arbores parturit in flores , ideoque vigiliam denotat , in qua tota Prælati forma conſiſtit. D.Cyril. Alex.

QVÆSTIO XI.

Quare Moyſes , & Samuel oſtendunt ſuam puritatem in eo , quod nihil de animalibus acceperint , Paulus vero , quod nullius aurum , & argentum concupierit ?

98. MOyſes oſtendit ſuam puritatem , ac integritatem in contemnendis muneribus loquens cum Deo ait : *Tu ſcis , quod neque aſellum unquam ab eis acceperim* Numer. 16. n.15. Num.16. & Samuel coram omni populi multitudine ait : *Loquimini ad me coram Domino , & coram Chriſto ejus , utrum bovem cujuſquam tulerim , aut aſinum* , &c. 1. Reg. 12. n.3. 1.Reg.12 Aliter vero noſter Apoſtolus : *Argentum , & aurum , aut veſtem nullius concupivi*. *Paulus aliis perfectior.* Illi non receperunt de animalibus , at noſter Apoſtolus , ut excellentior , & perfectior , nec concupivit , ſed ut gratis accepit dona Eccleſiaſtica prædicandi , docendi , adminiſtrandi , gratis dabat, quod magnum eſt documentum omnibus Eccleſiaſticis , ac prædicatoribus.

99. Ad quæſtionem , Moyſes , & Samuel oſtendunt ſuam innocentiam , quod nihil de animalibus , bobus , atque aſinis tulerit ; at Paulus hæc præterit , & ſolum de contemptu auri , & argenti loquitur ; Valde vehemens , & efficaciſſimus eſt pecuniarum affectus , quas homo in ſinu ſuo ſecum aſportat, qui autem ab illis ſe liber oſtentat in magnis ſuam probat innocentiam , & cum Paulus eſſet multo perfectior Moyſe , & Samuele celſitudinem ſui animi oſtendit in contemptu illius , quod magis homines attrahit. *Paulus contemnit aurū.*

Mandat ſuis Apoſtolis Chriſtus Dominus Matth. 100.
10.n.9. *Nolite poſſidere aurum , & argentum , neque* Math.10
pecunias. Cur hæc ſolum prohibentur , cur non etiam greges, & armenta boum , & ovium ? Chriſtus Dominus informabat ſuos diſcipulos in omni perfectione , & virtute , & hæc tota conſiſtit , in auri , & argenti contemptu ; Nam boves , & armenta degunt ſeparata ab homine per campos , & deficiunt , & pereunt ; at aurum, & argentum ſemper homo aſportat ſecum , ſive dormiens , ſive vigilans , & ideo magno affectu in anima inviſceratur. Cardinalis Hugo : *Nolite poſſidere aurum , & argentum* , heu hodie nihil aliud homines quærunt. *Homines appetunt aurum, & Paulus contemnit.*

De Sancto Iob 1.n 3 dicitur : *Erat vir ille magnus* 101.
inter omnes Orientales , ut exprimitur in textu , in Iob 1
poſſeſſione ovium , boum , Camelorum , ſed quomodo inter tot divitias firma ejus virtus ſtabat. Cum Chriſtus Dominus dicat Matth 19. n.24. *Facilius eſt Camelum per foramen acûs intrare , quàm divitem intrare in Regnum Cælorum*. Math.19 Iob habebat oves , & boves , quæ ſunt neceſſaria ad humanam vitam ſuſtentandam , at non habebat aurum , & argentum ad reponendum in theſauris , quod eſt venenum virtutis , fomentum ambitionis , ſtimulus cupiditatis magis acquirendi , ac amplius multiplicandi. *Iob non habebat aurum quod inflammat appetitum.* Pulchre D. Chryſoſt. in Catena græca ait : D Chryſoſt. *Vide hominem agreſtibus divitiis affluentem , oves , & boves , & quæ ex anni temporibus , & agricultura percipiuntur , recenſuit ſcriptura..... Non auri , neque argenti theſauros meminit , neque lapidum pretioſorum , quibus hominum divitiis inhiantium morbus inflammantur , ſed illa numerat, quæ ad vita neceſſitatem ſunt accommodata*. Scriptura ſolum numerat , quæ erant convenientia ad vitam , non vero ea, quæ inflammabant cupiditatem, ut aurum, & argentum.

QUÆSTIO XII.

Quare dum Samuel ſuam teſtificatur innocentiam Cœlum dat ſignum , non vero cum Paulus eandem demonſtrat ?

CUm Samuel oſtenderet ſuam innocentiam , & 102.
quod ſemper fuerit alienus ab omni munere accepto , quod nec bovem , nec aſinum alicui tulerit , in confirmationem illius veritatis dat Deus ſignum de Cœlo. Facta ſunt tonitrua , & pluviæ cum eſſet æſtivo tempore : *Dedit Dominus voces , & pluvias illa die* 1.Reg 12.n.18. 1.Reg.12 at vero modo cum Paulus oſtendit ſuam eximiam puritatem verſ. 33. *quod nec aurum , nec argentum nec alicujus veſtem concupiverit* , & tunc Cœlum nullum dat ſignum, hujus diverſitatis cauſam inquirit quæſtio. *Difficultas quæſtionis.*

Reſpondeo primo : Samuel in confirmationem 103.
ſuorum verborum talia promiſit ſigna , & poſtulavit à Domino , & dixit ad populum : *Nunc ſtate , & videte rem grandem , quam facturus eſt Dominus , & clamavit ad Dominum* citato cap.12.n.16. & 18. Apoſtolus certus de ſua veritate , atque authoritate erga Populum nil tale promiſit , nec poſtulavit. *Samuel poſtulavit ſignum, non verò Paulus.*

Secundo

104. Secundo D. Paulus licet valde magnus nullorum bonorum Reipublicæ habuit adminiſtrationem, at Samuel totius regni extitit ſupremus judex, & gubernator, omnia communia bona ſub illius poteſtate ſubjacebant, illa expendebat, atque adminiſtrabat; at quod homo communium bonorum miniſtret, & diſpenſator, & nihil ſibi uſurpaverit, ut credatur, neceſſe eſt, ut fiant miracula, cœlorumque ſigna oſtentet. Inſurgunt contra Moyſen, & Aaron Dathan, & Abiron, eos arguentes tamquam totius populi regimen uſurpantes, clamat Moyſes: *Tu ſcis Domine, quod nec aſellum quidem unquam acceperim ab eis.* Numer. 16. n.15. in cujus confirmationem fecit Deus rem valde mirabilem nunquam viſam, ut detrectatores de puritate Moyſis terra aperiret os ſuum, & vivos deglutiret in infernum. Ibidem n.32. ut ita fieret certum, & evidens, quod Moyſes totius populi gubernator: *Nec aſellum unquam recepit,* quod ut perſuaſum eſſet re mirabili teſtificatum eſt.

Neceſſe eſt miraculum ut homo habens aliena, non ſurripiat.

Num.16.

105. Tertio dicam cum D.Chryſoſt. homil. 2. de laudibus Pauli, ubi appellat *Paulum magnum orbis miraculum*, ipſe per ſe tamquam magnum miraculum ſua dicta verbo ſuaque authoritate confirmabat, omneſque ſuos adverſarios ſuffocabat. Videntes Phariſæi Chriſti opera, ac magnalia: *Phariſæi dixerunt ad ſemetipſos: videte, quia nihil proficimus: ecce totus mundus poſt eum abiit.* Ioan.12.n.19. Tam notoria, & evidens erat excellentia operum Chriſti, ut ipſimet adverſarij inter ſe mutuo fatentur, quod contra illa nihil poterant efficere, cum à toto mundo recognoſceretur, ut ipſum adorarent, ac venerarentur. Euthymius ait: *Maximè ſuffocabat Iudæos perſuaſam eſſe turbam, quod Ieſus à Deo veniret.* Tanta eſt vis, & efficacia veritatis.

D.Chryſoſt.

Ioan.12.

Evidentia negari non poſſunt.

Actor. 20. *num.* 35. Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe Verbi Domini Jeſu; quoniam ipſe dixit: Beatius eſt magis dare, quam accipere.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VIII. uſque ad Verſ. 38.

106. Verſ.35. *Omnia oſtendi vobis*, verbis nempe, & exemplis, *Sic laborantes oportet ſuſcipere infirmos.* Syriac. *Curam habere de infirmis.* Æthiopic. *Quia ſic oportet nos in labore noſtro, in opere noſtro ſuſcipiamus infirmos.* Oportet nos, & decet, ut nos laborantes, ſicut & ego manibus meis laboravi, ſuſcipere, & adjuvare infirmos, nempe novellos in fide, ut ipſi videant, & agnoſcant, quod non ideo eos adduximus ad fidem, ut ex eorum rebus vivamus, ſed potius ex noſtro labore eis adjuvamen, & neceſſaria præſtare, & quod non ſua, ſed eorum ſalutem quærimus.

Syriac. Æthiop.

Novelli in fide adjuvandi ſunt.

107. *Quoniam ipſe dixit.* Hoc non habetur ſcriptum in Evangelio, ſed ſicut ait Ioan. 21. n. 22. *Multa alia, quæ fecit Ieſus, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc*, ſicut omnia opera Chriſti non ſunt ſcripta, ſic etiam omnia ejus verba ſcripta non habentur; hoc autem dictum fuiſſe à Chriſto Domino agnovit Paulus per revelationem ad Galat.1.n 12.

Ioan. 21.

Galat.1.

108. Verſ. 36. *Poſitis genibus ſuis oravit.* Æthiopicus: *Adoravit, & oravit*, flexis genibus orare habebat pro conſuetudine, & ſic fecit cap. ſequenti n. 5. & ſic oravit Stephanus, & indicat magnum affectum orationis; oravit autem pro converſione fidelium, ac eorum perſeverantia, & conſtantia.

Æthiop.

109. Verſ. 37. *Magnus autem fletus factus eſt.* Syriac. *Obortus eſt.* Æthiopic. *Multum fleverunt omnes ex amore*, quo intime illum proſequebantur procumbentes ſuper collum Pauli in ſignum eximij amoris, ac benevolentiæ, ut fecit Eliſæus erga noſtrum Parentem 3.Reg.19. n.20. ſic parentes Saræ cum eam dimiſiſſent cum viro ſuo Tobia Iuniore cap.10.n 12. de quo multa congerit Lypſius lib.2.in elect.cap.6. de verſ.38. dicam q.14.

Syriac. Æthiop. 3.Reg 19. Tob.10. Lypſius.

QUÆSTIO XIII.

Quare dicitur, quod melius eſt dare, quam accipere?

110. SEu, ut habet Syriac. *Melior eſt, qui dat, quam qui accipit.* Primo quia, qui dat oſtendit ſe multis abundare, in multiſque eſſe potentem, qui accipit illorum ſe oſtendit indigum. Secundo qui dat oſtendit ſe liberalem, & divina charitate plenum: *Qui non clauſit viſcera ſua fratribus* 1.Ioan. 3. n.17. Qui verò accipit neceſſitatem oſtendit. Tertio, qui dat, & beneficus eſt, obligat, qui verò accipit manet obligatus, & adſtrictus ſuo benefactori. D Hieronym. ad Nepot. *Beneficium qui accipit, libertatem vendit.* Quarto, qui dat quid temporale exhibet, & magnum meritum, ac donum ſpirituale comparat coram Deo. Vide verbo Beneficium, at vero accipiens accipit tantum quid temporale. Quinto dare, eſt quid magnificum, & regale, accipere vile, & humile. Sexto per beneficentiam dum homo dat, & largitur, imitatur homo ipſum Deum: *Qui dat omnibus affluenter, & non improperat.*

Syriac. 1.Ioan.3. D Hier. *Sex rationes quia melius eſt dare.*

111. Nec ex hoc fiat aliquod argumentum contra Religioſos mendicantes, qui mendicando, & petendo eleemoſynam vivunt; hoc enim provenit ex heroïca, & alta virtute charitatis, qua ob amorem Dei omnia temporalia propria voluntate contemnunt, & more Apoſtolorum: *Reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te.* Matth.19. ut in omnibus Chriſtum Dominum imitentur, & ad illius normam vitam ſuam componant; De Chriſto Domino ait Paulus 2. Corinth. 8. n. 9. *Propter nos egenus factus eſt cum eſſet dives*, ſive enim ille cum eſſet dives in omnibus propter nos egenus factus eſt nos ſequentes ejus veſtigia ſecundum noſtram tenuitatem, ut conſiderant D.Chryſoſt. Beda, & alij omnia noſtra abjecimus, & egeni facti ſumus, non neceſſitate, ſed voluntaria charitate, & ſolum Deum quærentes.

Religioſi mendicantes à paupertate nobilitantur. 2.Cor.8. D.Chryſoſt. Beda.

Ait Chriſtus Dominus Matth.6. n. 3. *Beati pauperes ſpiritu*, & quos pauperes dixit Beatos, illos nempe, qui ſpretis omnibus mundialibus ſolum Deum quærunt, in quo ſunt omnia. Guerricus Abbas ſerm.1. in feſtivitate omnium ſanctorum ait, *Plane Beati, qui projectis vilibus, ſed gravibus ſarcinulis hujus mundi, nolunt divites fieri, niſi de ſolo Creatore mundi.*

Matth.6. Guerric. *Pauper ſpiritu ſolo creatore dives.*

112. Iob in ſumma omnium rerum devaſtatione poſitus cap.1.n.21. *Scidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adoravit*, & cur magnus vir non ſervat veſtimenta ſua, cum ex eis potuiſſet emere aliquid pro redimenda ſua neceſſitate? quia veſtimenta viri tam potentis non debebant eſſe vilia; Cur ergo vult ea perdere? Bene ſciebat vir ſanctus, quod Deus omnia illius dederat in poteſtatem Diaboli: *Dixit Dominus ad Sathan; ecce univerſa,*

Job 1. *Iob ſolū Deum vult ſecū retinere.*

univerſu, quæ habet in manu tua ſunt. Quod agnoſcens Iob veſtes ſtatim à ſe projicit, & à malo nihil voluit habere, ſed ſolum data à creatore vult retinere, & ſecum poſſidere. Origen. Origenes lib. 1. in Iob ſic ait: Adhuc veſtimenta ſua conſcidit ob hoc, quia ea his, quæ Diabolo data ſunt, apud ſe nil retinere voluit.

QUÆSTIO XIV.

Quare in diſceſſu Pauli tantus erat omnium fletus?

114. CUm Paulus diſcederet, magnus omnium fletus factus eſt, flebant ſanè; quia agnoſcebant, quantum bonum percipiebant ex ejus præſentia, qua tamquam radiis ſolaribus illuminabantur, & tamquam compedibus à malis reprimebantur. *Erat Daniel ſedens in medio Leonum.* Daniel. 14. n. 39. Daniel. Unde illi tanta ſecuritas, ac animus placatus inter Theod. ferociſſimos, ac voraces Leones? Theodoret. ſerm. 8. de Provident. *Daniel*, ait, *Leones pietatis radiis terruit, ac divina imaginis lineamentis, ſeu frænis* *Præſentia prælati omnia proficiūt.* *quibuſdam rabidu illorum ora conſtruxit.* Daniel ſua pietate, ac probitate tamquam quibuſdam radiis, ac delineamentis Divinitatis leones miteſcebat, & quibuſdam frænis comprimebat, quod potiori jure dicam ego de Magno Paulo, qui ſua præſentia tamquam radiis illuminabat, ut omnes depoſita Leonina ferocitate fierent oves, & veluti quibuſdam frænis præſentia ſua à vitiis, ac peccatis reprimebantur.

115. At contra ex abſentia Domini, & magiſtri multam anſam arripiunt ſervi, & diſcipuli ad licentioſè vivendum, multaque mala perpetranda. *Servo illi nequam dixit in corde ſuo: moram facit Dominus venire; & cœperit percutere ſervos, & an-* Math. 24 *cillas, edere, & bibere, & inebriari.* Matth. 24. n. Luc. 12. 49. Luc. 12. n. 45. Unde huic ſervo occaſio in tan- *Abſentia Domini licentioſu ſervis.* tam inſolentiam ſe præcipitando, ut alios ſervos, & ancillas flagellis verberet, & ſibi laudatam, & ſplendidam menſam multa ciborum varietate, optimo viro conditam ſibi præparet, atque apponat? *Viderat quod Dominus profectus erat in regionem* D. Hier. *longinquam.* D. Hieronym. ait in Matth. *De abſentia Domini ſecurior factus, vacat epulis*, ablata Domini præſentia oſtium apertum ad omne malum.

116. Scribit D. Lucas 10. n. 1. *Deſignavit Dominus alios ſeptuaginta duos & miſit eos ante faciem ſuam in omnem Civitatem, & locum, quo erat ipſe venturus.* Non enim miſit abſolutè eos in omnem Civitatem, & locum, ſed determinatè in illum, quo erat ipſe venturus Cajet. ait: *Ad recte exequendum injunctum officium; ſcientes enim diſcipuli, quod ſubſequeretur Magiſter, cogebantur omni cura injuncta exequi.* Non torpet animus, nec languet manus hominum in obſequium, ſi adeſt ſpes Dominum citò adfuturum, ut cuncta videat, examinet, & unicuique pro ratione ſuorum operum retribuat.

CAPUT XXI.

1. *CUm autem factum eſſet, ut navigaremus abſtracti ab eis, recto curſu venimus Coum, & ſequenti die Rhodum, & inde Pataram.*
2. *Et cum inveniſſemus navem transfretantem in Phœnicem aſcendentes navigavimus.*
3. *Cum apparuiſſemus autem Cypro, relinquentes eam ad ſiniſtram, navigavimus in Syriam, & venimus Tyrum; ibi enim navis expoſitura erat onus.*
4. *Inventis autem diſcipulis, manſimus ibi diebus ſeptem: qui Paulo dicebant per ſpiritum ne aſcenderet Ieroſolymam.*
5. *Et expletis diebus profecti ibamus, deducentibus nos omnibus cum uxoribus, & filiis uſque foras Civitatem; & poſitis genibus in littore oravimus.*
6. *Et cum valefeciſſemus invicem, aſcendimus navem, illi autem redierunt in ſua.*
7. *Nos vero navigatione expleta à Tyro deſcendimus Ptolemaidem: & ſalutatis fratribus manſimus die una apud illos.*
8. *Alia autem die profecti venimus Cæſaream, & intrantes domum Philippi Evangeliſtæ, qui erat unus de ſeptem, manſimus apud eum.*
9. *Huic autem erant quatuor filiæ Virgines prophetantes.*
10. *Et cum moraremur per dies aliquot, ſupervenit quidam à Iudæa propheta, nomine Agabus.*
11. *Is cum veniſſet ad nos tulit zonam Pauli: & alligans ſibi pedes, & manus dixit: Hæc dicit Spiritus Sanctus: Virum, cujus eſt zona hæc, ſic alligabunt in Ieruſalem Iudæi, & tradent in manus Gentium.*
12. *Quod cum audiſſemus rogabamus nos, & qui loci illius erant, ne aſcenderet Ieroſolymam.*
13. *Tunc reſpondit Paulus, & dixit: Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? ego enim non ſolum alligari, ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum, propter nomen Domini Ieſu.*
14. *Et cum ei ſuadere non poſſemus, quievimus, dicentes: Domini voluntas fiat.*
15. *Poſt dies autem iſtos præparati, aſcendebamus in Ieruſalem.*
16. *Venerunt autem, & ex diſcipulis à Cæſarea nobiſcum, adducentes ſecum apud quem hoſpitaremur Mnaſonem quendam Cyprium antiquum diſcipulum.*
17. *Et cum veniſſemus Ieroſolymam, libenter exceperunt nos fratres.*
18. *Sequenti autem die introibat Paulus nobiſcum ad Iacobum, omneſque collecti ſunt ſeniores.*
19. *Quos cum ſalutaſſet narrabat per ſingula, quæ Deus feciſſet in gentibus per miniſterium ipſius.*
20. *At illi cum audiſſent magnificabant Deum, dixeruntque ei: Vides frater, quot millia ſunt in Iudæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores ſunt legis.*
21. *Audierunt autem de te, quia diſceſſionem doceas à Moyſe eorum, qui per gentes ſunt, Iudæorum: dicens non debere eos circumcidere filios ſuos, neque ſecundum conſuetudinem ingredi.*
22. *Quid ergo eſt? utique oportet convenire multitudinem; audient enim te ſuperveniſſe.*
23. *Hoc ergo fac, quod tibi dicimus; ſunt nobis viri quatuor, votum habentes ſuper ſe.*
24. *His aſſumptis ſanctifica te cum illis: & impende in illis, ut radant capita: & ſcient omnes, quia quæ de te audierunt, falſa ſunt, ſed ambulas, & ipſe cuſtodiens legem.*
25. *De his autem, qui crediderunt ex Gentibus, nos ſcripſimus, judicantes, ut abſtineant ſe ab idolis, immolato, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione.*
26. *Tunc Paulus aſſumptis viris, poſtera die purificatus cum illis intravit in templum, annun-* tians

tians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro uno quoque eorum oblatio.

27. *Dum autem ſeptem dies conſummarentur, hi, qui de Aſia erant Iudæi cum vidiſſent eum in templo, concitaverunt omnem populum, & injecerunt ei manus, clamantes.*

28. *Viri Iſraëlitæ, adjuvate: hic eſt homo, qui adverſus populum, & legem, & locum hunc omnes ubique docens, inſuper & Gentiles induxit in templum, & violavit ſanctum locum iſtum.*

29. *Viderant enim Trophymum Epheſium in Civitate cum ipſo, quem æſtimaverunt quoniam in templum introduxiſſet Paulus.*

30. *Commotaque eſt Civitas tota, & facta eſt concurſio populi. Et apprehendentes Paulum trahebant eum extra templum; & ſtatim clauſa ſunt januæ.*

31. *Quærentibus autem eum occidere, nuntiatum eſt tribuno cohortis: Quia tota confunditur Ieruſalem.*

32. *Qui ſtatim aſſumptis militibus, & centurionibus, decurrit ad illos. Qui cum vidiſſent tribunum, & milites ceſſaverunt percutere Paulum.*

33. *Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & juſſit eum alligari catenis duabus, & interrogabat quis eſſet, & quid feciſſet.*

34. *Alij autem aliud clamabant in turba, & cum non poſſet certum cognoſcere præ tumultu juſſit duci eum in Caſtra.*

35. *Et cum veniſſet ad gradus contigit ut portaretur à militibus propter vim populi.*

36. *Sequebatur enim multitudo populi clamans: Tolle eum.*

37. *Et cum cœpiſſet induci in caſtra Paulus, dicit tribuno: Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit: græcè noſti?*

38. *Et dixit ad eum Paulus: Ego homo ſum quidem Iudæus à Tarſo Ciliciæ, non ignotæ Civitatis municeps.*

39. *Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum.*

40. *Et cum ille permiſiſſet, Paulus ſtans in gradibus, annuit manu ad plebem & magno ſilentio facto, alloquutus eſt lingua hebræa, dicens.*

A R G V M E N T V M.

PAULUS navigio venit Coum, & peragratis multis locis venit Cæſaream, ubi Agabus ei prædicit vincula Jeroſolymis, quo non obſtante, generoſè in illam tendit, perſuadente Jacobo purificatur in templo, à Judæis capitur, & penè occiditur, à tribuno eripitur, qui multa verba fecit.

Actor. 21. *num.* 1. Cum autem factum eſſet, ut navigaremus, abſtracti ab eis recto curſu venimus Coum, & ſequenti die Rhodum & inde Pataram.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I. à Verſ. 1. Vſque ad 9.

1. Verſ. 1. *Cum factum eſſet.* Occumen. *Cum contigiſſet*, quod ſcilicet nos, *abſtracti*
Occum. D. Chryſoſt. Arias. *ab eis.* D. Chryſoſt. Arias: *Avulſi ab eis*, ſcilicet Epheſinis, *Avulſi* ſignificat multa vi, ac violentia ſeparari tamquam à filiis chariſſimis: *Venimus*
Æthiop. *Coum.* Æthiopic. *Curſu venimus* ſignificatur magna velocitate, ac diligentia, qua ſe Paulus habebat in negotio animarum. Coum, Rhodus, Patara quæ loca ſint, explicabo quæſtione ſequenti,
Verſ. 2. ſicut & Phœnicis, de qua agitur verſ. 2.

2. Vatabl. Æthiop. Verſ. 3. *Cum apparuiſſemus autem Cypro.* Vatablus: *Cum cœpiſſet nobis apparere Cyprus.* Æthiopic. *Cum aſpeximus Cyprum*, & inde declinavimus ad partem Syriæ, & venimus in Tyrum Civitatem.

3. Verſ. 4. *Inventis autem diſcipulis*, ſcilicet Chriſtianis, ac diſcipulis doctrinæ Pauli; manſimus ibi diebus ſeptem rogantibus diſcipulis permiſit ad eorum conſolationem, qui *Paulo dicebant per ſpi-*
Nulla contradictio. *ritum ne aſcenderet Ieroſolymam.* Dicebant ſpiritu prophetico, quo agnoverant Paulum Jeroſolymis magnam perſecutionem eſſe paſſurum; Tunc ipſi proprio ſpiritu, affectu, ac amore ſuadebant, ac deprecabantur eum ne aſcenderet, & ſic nulla eſt contradictio, ex ſpiritu divino cognoſcebant perſequutionem, & ex proprio ſpiritu conabantur eum avertere.

4. Verſ. 5. *Expletis diebus ſeptem, profecti ſumus, & Diſcipuli cum uxoribus, & filiis comitati ſunt foras extra Civitatem, & poſitis genibus in littore oravimus*, ut jam ſuperiori cap. verſ. 36. explicavi. *Solito de more.*

Verſ. 6. *Et cum vale feciſſemus.* Syriac. *Et oſculati ſumus alij alios*, quod fiebat in ſignum amoris, 5. Syriac.
& benevolentiæ in ultimo diſceſſu, ut dixi ſuperiori cap. verſ. 37. *Illi autem redierunt in ſua*, ſcilicet domos ſuas.

Verſ. 7. *Nos vero navigatione expleta* à Tyro, 6.
ut explicat Lyran. depoſita, & præparata diſcedi- Lyran.
mus *Ptolemaidam.* Syriacus: *Venimus ad Acon* ſic Syriac.
olim dicta Judic. 1. n. 31. poſtea amplificata à Pto- Judic. 1.
lomeo Rege Ægypti dicta eſt Ptolemaïda, eſt in finibus Tribus Azer, diſtat à Tyro triginta duobus milliaribus.

Verſ. 8. *Altera die.* Syriac. *Poſtridie*: Venimus 7.
Cæſaream Paleſtinæ Civitatem, quæ ut jam dixi Syriac.
antiquitus appellabatur Turris Stratonis, poſtea *Ob gratiam*
eam Herodes appellavit Cæſaream in gratiam Cæ- *Cæſaris.*
ſaris.

Intrantes domum Philippi Evangeliſtæ. Æthiopic. 8.
Egreſſi ſumus omnes, qui eramus cum Paulo. Iſte Æthiop.
Philippus erat unus ex ſeptem Diaconis ſupra cap.
6. n. 5. in domum, quam, ut exiſtimo, non tam- Act. 6.
quam propriam habebat, iſte enim Philippus unus erat ex magnis fidelibus in illa primitiva Eccleſia, & ideo ab Apoſtolis electus eſt inter ſeptem Diaconos, proindeque cum aliis fidelibus omnia renuntiavit, & tradidit ad pedes Apoſtolorum; ta-
men quamvis illi primitivi Chriſtiani, venderent *Retinebant domos ad ſpiritualia.*
prædia, & omnia, tamen cum tunc non eſſent adhuc cœnobia, aliquas domos retinebant ad frequentationem Sacramentorum, ac ad ſpiritualium exercitium.

Evangeliſtæ, non quia ipſe fuiſſet Scriptor Evan- 9.
gelij, ſed quia erat illius illuſtriſſimus miniſter, ac prædicator, & ideo inter cæteros electus eſt ab Spiritu Sancto ad prædicandum, ac illuminandum Eunuchum

Act.8. nuchum Reginæ Candaeis ſupra Actor.8. num.29.
10. Verſ. 9. *Huic erant quatuor filia prophetantes*,
hoc eſt divinas laudes canentes, ac celebrantes,
Alba. exponit Ioannes Alba lib. elector. cap. 18. Tamen
Syriac. Syriacus, Oecumen. Epiphanius eas propriè Pro-
Oecum. phetas, ac vaticinantes vocant; nam ſapientia præ-
mium eſt virginitatis, ut patet in Sybillis, quæ ob
virginitatem tantum donum ſunt aſſecutæ; ſic &
iſtæ quatuor, ut in præſenti ait Oecumenius, di-
Sapientia virginitatis pramiũ. cens: *Animadverto, quod Prophetiſſides ejus filia*
Virgines erant, & quod propter pudorem magis hoc
aſſequebantur, ut & prophetia digna haberentur. Hæ
autem quatuor in virginitate ſenuerunt, ut ex an-
Euſeb. tiquiſſimo Polycrate tradit Euſebius lib. 3. Hiſtor.
cap. 3. una earum dicta Hermione legimus in Me-
nologio die 4. Septembris ſub Trajano graviſſima
tormenta paſſam fuiſſe, & etiam reliquæ in nume-
ro Sanctarum Virginum adſcribuntur.

QUÆSTIO I.

Explicatur quales eſſent illa Civitates, Coum, Rhodus, Patara, Phœnix.

11. Coum, ſeu Cos, Coua, ſeu Coua inſula eſt Cy-
cladibus in mari Ægæo, diverſa à Chio; nam
Cous. inter Chium, & Coum media eſt Samus, Coa val-
de nobilitata eſt, extitit Patria Hyppocratis medi-
corum Principis, & etiam Appellis, qui etiam Pi-
ctorum Princeps eſt, videtur etiam, quod ex Cora
3.Reg 11 habuiſſet Salomon generoſos equos 3.Reg 11.n.28.
§.n. 12. Rhodus Inſula præclariſſima, nullus eſt
12. dies, in quo Sol in ea non fulgeat, & appareat,
Horat. & idem ab Horatio Ode 7. appellatur clara; Val-
de illuſtris extitit legum præſtantia, eloquentia, at-
que Mathematicis, ac rei navalis peritia: in ea ere-
ctus eſt Coloſſus, ſeu Solis ſtatua ex ære ſabrica-
ta, altitudine pedum centum, & quinque, ita ut
ejus pollicé multi non poſſent amplecti, unde teſte
Plinius. Plinio lib. 34. cap. 7. Unum extitit ex ſeptem Orbis
miraculis, & ab hoc Coloſſo aliqui putant Rho-
Coloſſ. dins dici Coloſſenſes, ad quos Paulus ſcripſit epi-
ſtolas, ſed eſt ſalſum; ſunt enim alij valde diverſi
habitatores Civitatis Coloſſis in Phrygia, ut te-
nent D.Chryſoſt. & expoſito eo ad citatam epiſto-
lam Rhodus recepta eſt ab Hoſpitalibus equitibus
Chriſtianis anno 138. vel 9. eam Soldanus Impera-
tor Turcarum occupavit anno 1522.
13. Patara Lucæ Metropolis ampliſſimo portu, mul-
Patara. tis, ac magnis templis, atque ædificiis valde illu-
ſtris, & à templo Apollinis Patari nomen accepit,
Carthuſ. Carthuſianus monet, quod in Codice aliquorum
appellatur Mitea, & inde illuſtriſſima facta eſt,
quia Magnus D.Nicolaus Pontificatum geſſit. De
Phœnice jam dixi ſupra cap. 11. verſ. 19. & cap. 15.
verſ. 3.

Actor. 21. *num.* 10 Et cum moraremur per dies aliquot, ſupervenit quidam à Judæa Propheta nomine Agabus.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE II. uſque ad Verſ. 15.

14. Verſ. 10. Per *dies aliquot.* Arabicus: *Per*
Arabic. *dies complures.* Agabus, hic eſt
ille Propheta, qui famem ſub
Claudio Imperatore prædixit ſupra cap. 11. num. 28. Act. 11.
Verſ. 11. *Tulit zonam Pauli, & alligans ſibi pe-* 15.
des, & manus. Syriac. *Cinxit cingulum lumborum* Syriac.
Pauli, Antiquorum Prophetarum morem ſequutus Agabus.
eſt Agabus, ut ſecerunt, Iſai. 20. Ierem. 13. & 27. Iſai. 20. Ierem 13.
Ezech. 4. & 17. qui Catenis ſuper ſe impoſitis ſi- Ezech 4.
gnificabant captivitatem Pauli, ita hoc modo Aga-
bus ſignificavit comprehenſionem Pauli, *ſibi* in
Græco eſt *ipſi*, ſcilicet Paulo, quem Agabus liga-
vit, noſtra Vulgata habet *ſibi* Agabus ſibi impoſuit,
ut ſignificaret comprehenſionem Pauli, quem ut
ſemetipſum diligebat.
Tradent in manus gentium; ſicut Iudæi tradide-
runt Chriſtum Dominum Pilato, ac Romanis ad 16.
crucifigendum, ſic & tradent Paulum Tribuno, ac
Romanorum Præſidi, ac tandem crudeliſſimo Ne-
roni ad mortem; magna conſolatio Pauli, quod Do-
mino ſuo Iesu conformaretur.
Verſ. 12. *Rogabamus nos, & qui illius loci erant.* 17.
Syriac. *Filij incola Religionis*, ſcilicet Chriſtianæ,
qui erant in Cæſarea, *ne aſcenderet in Ieruſalem.*
D.Chryſoſt. Multi rogabant ne abiret.
Verſ. 13. *Quid facitis flentes, & affligentes cor* 18.
meum? Syriac. *Contunditis cor meum.* Arabic. Syriac.
Comminuentes cor meum. Eorum lachrymæ, & fletus Arabic.
non poterant avertere Paulum ne iret in Ieruſalem,
ſed ſolum inſerviebant ad ejus moleſtiam, & affli-
ctionem, qua maximè ſuper ſuorum dolorem, ac
afflictionem urgebatur de quo q. 4.
Verſ. 14. *Et cum ei ſuadere non poſſumus quievi-* 19.
mus. Syriac. *Cum aſſenſum non præbuiſſet nobis deſi-* Syriac.
ſtimus. Arabic. *Tamquam boni diſcipuli ſubjicientes*
ſe Magiſtro.
Verſ. 15. *Poſt dies autem iſtos*, in quibus hæc fa- 20.
cta ſunt præparari *aſcendebamus Ieruſalem.* D.Chry- D.Chryſoſt
ſoſt. Vatablus: *Sublatis ſarcinis & præparati.* Oe- Vatabl.
cumen. *Viatico, & rebus neceſſarijs inſtructi.* Vo- Oecum.
luimus ire cum Paulo in Ieruſalem expoſiti cum
illo ad omne periculum. *Aſcendimus Ieruſalem*,
quæ eſt in altiori ſitu, quàm Ieruſalem.

QUÆSTIO II.

Quare Agabus zona Pauli ligat ſibi manus, & pedes?

Majorum mores ſemper ſequendi, & imitandi 21.
ſunt, & quia antiqui Prophetæ, ut dixi in *Viſa magis movent, quam audita.*
Expoſitione, Catenæ in ſuo collo injectæ ſole-
bant prædicere, ac ſignificare captivitatem, & la-
borem populi; quia non ſolum verbis, ſed etiam
factis vaticinabantur, ac docebant; quia plus mo-
vent viſa, quam audita, ut vulgo dicitur: *Cor non*
videns, non dolet. Ex quo D.Chryſoſt. Oecumen.
D.Gregor. homil. 37. Carthuſian. Hugo, & alij
Agabum ligaſſe manus, ac pedes Pauli, ut ita ei
prædiceret, ac repræſentaret eum eſſe ligandum in
Ieruſalem.
Solet Deus ſuis ſervis antequam res eveniant, il- 22.
lis indicare quæ facturus eſt, ut fortiori, & majori
animo ſuſcipiant, ſic nunc oſtendit Paulo re, & ver-
bo, quanta paſſurus erat in Ieruſalem; ſic Chriſtus
D. prædicens ſuis Apoſtolis quanta paſſuri erant
pro nomine ejus, ait: *Cum venerit hora eorum re-*
miniſcamini qua ego dixi vobis, Ioan. 16. n. 4 D.Chry- *Mala præviſa minus perturbant.*
ſoſt. homil. 76. in Ioan. *Propter hoc prædixit, ne in*
non expectata incidentes perturbarentur. Ut ait Se-
neca lib. de tranquillitate animi cap. 11. *Res adver-*
ſas infringit quiſquis prior vidit.
Cum ventum fuit ad ſeptimam plagam Ægypti 23.
ait

Exod.9. ait Textus Exod.9.*Dominus dedit tonitrua, & grandinem, & diſcurrentia fulgura ſuper terram.* Prius nominantur tonitrua, deinde fulgura, prius tonitrua, & poſterius fulgura, tamen conſiderata rerum natura, ut paſſim experimur, prius fulgura videntur, & poſtea tonitrua audiuntur: Ecce Divina bonitas prius per voces admonet, quam laborum, ac perſecutionum fulgura omnia concremantia emittantur. D. Auguſt. ſerm. 87. de Temp. ait: *Veniunt de ſupernis voces, & tonitrua, & grando, & ignis diſcurrens in grandine. Videte temperamentum divinæ correctionis non cum ſilentio verberat, ſed dat voces, & doctrinam cœlitus mittit, per quam poſſit culpam ſuam mundus agnoſcere, dat grandinem, dat & ignem.* Vide tom. 1. in Evang. lib. 3. cap. 3 q. 21. n. 109. & 110. & tom. 3. cap. 1. q. 54. n. 95. 96. 97. tom. 5. lib. 7. cap. 17. quæſt. 10. n. 58. 59. 60.

Quæ prævidentur tollerabilius ſuſtinetur.

D. Aug.

QUÆSTIO III.

Quare D. Paulus ad Cœlum rapitur, ad vincula & carceres feſtinus tendit.

24\. 2. Cor. 2. DE ſe teſtatur noſter Apoſtolus 2. Corinth. 2. n. 14. *Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim (ſive in corpore, ſive extra corpus, neſcio) raptum uſque ad tertium Cœlum.* Ad Cœlum, ac cœleſtia gaudia ſe raptum dicit, at vero modo Agabus ligat zona pedes Pauli dicens: *Sic ſe alligabunt Iudæi in Ieruſalem, & tradent in manus gentium* n. 11. Ex quo omnes rogabant eum ne diſcederet, quibus ait Paulus: *Ego non ſolum alligari, ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum.* Et cum non poſſent eum diſſuadere, ac avertere à propoſita intentione omnes cum Paulo expediti ab omnibus ſe præparant ad viam.

Difficultas quæſtionis.

25\. Unde tanta diverſitas: *Ad Cœlum rapitur* quod ea ſuo genuino ſignificato innuit vim, ac violentiam, & ad vincula, & carceres in Ieruſalem tam forti, ac conſtanti animo ſe exhibet, ut nullo modo poſſit dimoveri, & promptè, & expeditè ſe accingit ad viam, iterque arripit? D. Gregor. Magnus lib. 33. Moral. cap. 13. ait: *Paulus adverſa ex ſuo voto etiam ducitur; quia malorum eminentium cognitionem percipit, ſed devotione ſpiritus etiam ad acriora ferveſcat.* In utroque eventu mira Pauli virtus effulget ad cœleſtia, & ſuperna gaudia quodammodo vi trahitur ad diſcrimina, flagella, & mortem concitato pede currit, ut à nullo impediti valeat. *Devotione Spiritus etiam ad acriora ferveſcit.*

D. Greg.

Paulus ad labores currit, ad oblectamenta moroſus.

26\. Anima Sancta à ſuo dilecto Sponſo exorat: *Trahe me poſt te curremus in odorem unguentorum tuorum.* Cantic. 1. num. 3. Aliter vero ipſa cum eſſet in ſuo lectulo amore Chriſti vulnerata dicebat: *Surgam, & circuibo Civitatem.* Cantic. 3. num. 2. Alij legunt: *Circumgiro Civitatem.* Alij *curram Civitatem.* Unde nunc tanta diligentia, ut circumgiret, & currat totam Civitatem, in qua bene poterat timere, quod incideret in manus vigilantium Civitatis, qui eam ſpoliarent à pallio ſuo, multiſque vulneribus, & perſecutionibus eam afficerent, unde tam ſedula diligentia, cum ad unguenta pretioſa Cœleſtium donorum, ut eſt communis vox Patrum neceſſe ſit trahi, quod ex ſuo ſignificato indicat vim, & violentiam. In omnibus ſuam probitatem declarat anima ſancta, ad ſuavia, & blandimenta vi impellitur. *Trahe me poſt te,* ad certamina vero, vulnera, ac perſecutiones omni contempto diſcrimine gitat, & currit civitatem D. Ambroſ. lib. de Iſaac ait: *Exurgam, ut quæram impigrè, quæram ſollicite,* ſcilicet contra pro omni periculo, ut illum habeam, & teneam.

Cant. 1. Cant. 3.

Spôſa ad pericula currit, ad ſuavia trahitur.

D. Ambr.

QUÆSTIO IV.

Quare Paulus videns ſuorum lachrymas tam vehementer affligebatur?

VIdentes diſcipuli ejus animum reſolutum, & determinatum eundi in Jeruſalem ad carceres, & vincula in multas lachrymas, & fletus prorumpunt, qui ait illis: *Quid facitis flentes, & affligentes cor meum?* Conterentes cor meum, ut alij legunt. Ecce Paulus robuſtus, ac fortiſſimus adamas, quem laborum tempeſtas conglomerata tyrannorum ferocitas omnis aquarum maris moles intumeſcens non potuerunt conturbari, ſuorum lachrymis emolleſcit, ac veluti conteritur, ut rectè ponderat D. Chryſoſt. homil. 14. in Epiſtol. ad Coloſſ. & ait: *Cumque viderit Paulus quorumdam lachrymas ita perfringebatur, & conterebatur Adamas ille, ut animæ afflictionem non abſconderet, ſed mox diceret, quid facitis flentes conterentes cor meum? quid dicis, dic quaſo? adamantinum animum lachryma conterere poteſt, etiam inquit, nam omnibus reſiſto, una dempta dilectione, illa me vincit, ac ſuperat: hoc Deo ita probatur. Abyſſus aquarum illum non contriviſſet, & modica lachryma contrivit.* 27.

Paulus ex ſuorum lachrymis multum commovetur.

D. Chryſoſt.

Scribit D. Ioan. 19. n. 25. *Stabat juxta Crucem Ieſu Mater ejus, & ſoror Matris ejus Maria Cleophe, & Maria Magdalena.* Ecce aſtabant concomitantes Chriſtum, & dolentes de ejus paſſione, quomodo ipſe ait: *Conſolantem me quæſivi, & non inveni.* Thren. 1. n. 9. *Non habens conſolatorem,* & iterum n. 16. *Longe factus eſt à me conſolator,* ex præſentia matris lachrymantis, & ex diſcipulorum fletu magis angebatur patientis dolor, & afflictio, non inſerviebant ad conſolationis levamen, ſed ad majorem mœſtitiæ, & anguſtiæ cumulum. D. Cyrill. Alex. ibi ſic ait: *Non inutiliter juxta crucem Matrem, & cæteras dicit largis ſcilicet lachrymis flentes. Cur autem hæc memorat, & mentionem mulierum facit? Docere, ut ego arbitror, voluit tantam paſſionis Chriſti fuiſſe magnitudinē, ut matrem etiam ejus mors Crucis, & Iudæorum illuſiones commoverint.* Amans in dilecti dolore, ac afflictione maximè dolet, & affligitur, indeque graviter angitur. 28. Ioan. 19. Thren. 1

Ex ſuorum lachrymis Chriſtus multum angebatur.

D. Cyrill. Alexan.

Ieremias videns deſolationem, ac devaſtationem populi ſui lamentatur Thren. 2. n. 11. *Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata ſunt viſcera mea, effuſum eſt in terra jecur meum, ſuper contritione filiæ populi mei.* Non ait conturbatum eſt jecur meum, ut dicebat David *conturbatum eſt in me cor meum.* Pſal. 37. num. 11. In proprio dolore *conturbatum eſt in me,* ac in dilecti contritione extra me *in terra,* ac ſi vehementius torqueret, quam propria, & ait jecur, licet aliqui legant *Cor,* noſtra vulgata habet *jecur,* & potius illud exprimit, quam aliam humani corporis partem, tum quia eſt maxime inviſceratum, tum quia juxta multorum medicorum ſententiam, in compoſitione humani corporis eſt prima pars tamquam principium, ac fundamentum totius vitæ humanæ & non ait diffuſum eſt uſque ad talos, & pedes, ſed *ſuper terram,* ac ſi præ dolore, ac mœſtitia erūpit, ac exilit extra humanū corpus ſuper terram, & quænam cauſa tantæ anguſtiæ, ac mœroris, exprimit: *Super contritione filiæ populi mei.* Arabicus: *Super dolore,* ex devaſtatione, deſolatione, anxietate, ac afflictione aliorum, ſic commotum eſt præ amaritudine jecur meum, ut non ſolum à ſuo loco eſſet avulſum, ſed 29. Thren. 2.

Pſal. 37.

Quod mundus facit ad pœnam, Deus vertit in obſequiū.

Arabic.

etiam ut ab ipſo corpore proſiliret, totumque ſuper
terram diffunderetur.
30. Poſtquam Acham deprehenſus eſt in furto Jeri-
cho ait Textus: *Tollens itaque Ioſue Acham filium*
Zare, argentumque & pallium, auream regulam, filios
quoque, & filias ejus adduxerunt eos ad vallem A-
Ioſue 7. *chor, lapidavitque eum omnis populus.* Joſue 7.n.24.
Ducitur Acham, ut puniatur, ad quid etiam filij, &
filiæ pertrahentur, cum ſolus Acham eſſet plectendus,
Baeça. dus, ut merito dubitat Magnus Dydacus de Bae-
ça tom.3. de Chriſto figurato lib.7.cap.9.§.24.nam
lege divina vetitum erat, ut parentibus peccanti-
Deut 27. bus filij punirentur Deuter 24. Ierem.30. Ezechiel.
Ezech.18 18. ad quid ergo cum plectendus ſit Acham propo-
Ier.30. nuntur ad conſpectum ejus filij, & filiæ? Ut ipſis
Dolore dilecti lachrymantibus, ac gementibus, parentis eſſet vehe-
maxime mentior dolor, pœna acerbior, & animi anguſtia
anguſtiantur ani- acutior penetrans viſcera.
mus.

Actor.21.n.16. Venerunt autem, & ex diſci-
pulis à Cæſarea nobiſcum, adducentes ſe-
cum, apud quem hoſpitaremur Mnaſo-
nem quendam Cyprum antiquum diſci-
pulum.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE III.
uſque ad Verſ.21.

31. Verſ.16. *VEnerunt autem ex diſcipulis* amore
Pauli compulſi, *apud quem hoſpitare-*
Syriac. *mur.* Syrus: *Ut exciperet nos domi ſua.* Arabic. *Qui hoſ-*
Arabic. *pitio recepit nos apud ſe* Lyranus vult quod iſte ha-
Lyran. beret domicilium in itinere inter Cæſaream, & Ie-
ruſalem, videtur tamen aptius dicendum, quod ejus
domicilium erat in Ieruſalem; nec enim pro hoſpitio
unius noctis in itinere eum adducerent ſecum.
32. Adde; quia habebat domum in Ieruſalem, ut ibi
hoſpitarentur, aderat feſtum Pentecoſtes, in quo Iu-
Levit.23 dæi tenebantur adeſſe Ieruſalem ex lege 23.n.17. in
quo multa futura erat penuria, & difficultas hoſpi-
talitatis, & Catholici à Iudæis erant expoliati ab
omnibus ſuis, ac proinde Paulus eleemoſynas colle-
ctas eis deferebat. *Mnaſonem*, aliqui Codices legunt
Iaſonem, de quo agitur cap.17. n.5. Dicitur amicus
antiquus, de quo quæſtione ſequenti, de munere hoſ-
pitalitatis dixi ſupra cap.18.q.3.n. 8.& 19.
33. Verſ.17. *Et cum veniſſemus Ieroſolymam. Libenter*
Syriac. *exceperunt nos fratres.* Syriac. *Hilariter.* Arabic. *Cum*
Arabic. *jucunditate.* Æthiopic. *Abunde:* Cum multo gaudio
Æthiop. Chriſtiani excipiunt, & abunde ſecundũ ſuam pau-
pertatem, quia ubi eſt ingens voluntas omnia ſuppe-
tunt; agebatur tunc annus Chriſti 58. in quo incidit
Mors Virginis. mors Beatiſſimæ Virginis Mariæ, in qua Paulus ex-
titit præſens, ut dixi ſupra cap.18. q.11.n.32.
34. Verſ.18. *Sequenti autem die*, nam prima quieve-
runt utpote fatigati ex itinere: *Introibat Paulus ad*
S. Iacob. *Iacobum*, qui ſolus tunc aderat in Ieruſalem, utpote
illius Sanctæ Civitatis Epiſcopus, quam ſanctiſſime
per viginti & novem annos, ac pene tres menſes gu-
bernavit, & tandem à Iudæis de ſupremo templi fa-
ſtigio præcipitatus fullonis fuſte occiſus eſt.
35. *Omnes collecti ſunt ſeniores.* Æthiopicus: *Omnes*
Æthiop. *presbyteri*, omneſque majores natu, ac graviores
Beda. ex Catholicis Beda, & Comeſtor hoc dicunt fuiſſe
quartum Concilium; nam primum factum eſt in
Actor.1. electione Divi Matthiæ Actor.1.n.15. Secundum in
Ordinatione ſeptem Diaconorum cap. 6. n. 2. Ter-
Actor.6. tium de legalibus Actor. 15. n. 6. Quartum hoc di-
Lorinus. Cornel. citur, ſed ut bene notant Lorinus, Cornelius à
Lapide hoc non fuit Concilium; quia in eo nihil
decretum eſt, ſed quædam congregatio ut cum
majori pompa, atque urbanitate Paulus excipe-
retur.
Verſ. 19. *Quos cum ſalutaſſet.* Syriacus: *Dedi-* 36.
mus ei pacem, ſcilicet Iacobo. Arabic. *Quibus cum* Syriac.
oſculo ſalutatis. Paulus narrabat per ſingula, quæ Arabic.
Deus feciſſet in gentibus. Arabic. *Narravit res*
graviſſimas quas Deus per manus ejus feciſſet in
converſione gentium.
Verſ.20. *Magnificabant Deum.* Syriac. *Gloriam* 37.
tribuebant Deo multa millia ex Iudæis. Græcus, Syriac.
Arabicus: *Quot ſunt myriades Iudæorum*: Myrias Græcus. Arabic.
continet decem millia, hoc ponitur confuſè, & ſig-
nificat multa millia: multi ex Iudæis ſunt converſi
ad fidem, nam in prima concione Petri ultra tria
millia. Actor 2.n.41.& paulo poſt cap.4. n.4. quin- Actor.2.
que, & deinceps, multi alij; non ita Deus Iudæos à Actor.4.
ſe rejecit, quin ex eis multos elegerit ad ſalutem.
Æmulatores ſunt legis. Græcus, Pagninus, Tigu- 38.
rina ſtudioſi ſectatores, & legis ſcilicet Moyſaicæ, Græcus.
quaſi vellent cum Chriſtianiſmo eam obſervare, ſed Pagnin.
jam ab Apoſtolis reſolutum erat jugulum legis non Tigurin.
eſſe imponendum gentibus Actor.15.n.6. tamen pro
illo primo tempore ut paulatim animi diſponeren-
tur aliqua fuerunt præmittenda, ſic Paulus circun-
cidit Timotheum Actor.16 n.3. Actor.16
Verſ.21. *Audierunt, quia diſceſſionem doceas à Moy-* 39.
ſe. Tigurina: *Doceas defectionem à Moyſe*, docendo, Iu- Tigurin.
dæis, qui inter Gentes ſunt, non licere circuncidere
ſuos filios, neque ſecundum receptos Patriæ mores,
& majorum antiquas conſuetudines vivere.

QUÆSTIO V.

Quare Mnaſon, ſeu Iaſon adducitur Paulo à
ſociis in Ieruſalem?

ISte Mnaſon, ſeu Iaſon, ut habent alij Codices 40.
dicitur *amicus antiquus* Pauli verſ. 16. ſive quia
erat unus ex Septuaginta duobus Domini diſcipu-
lis, ſive quia inter alios amicos Pauli, qui aderant,
erat antiquior, Is, cum tam vetus, & antiquus
Pauli amicus extitiſſet.
Exiſtimo, quod cum ipſe videret quod Paulus iret 41.
in Ieruſalem ad tot, & tantos labores, ipſe Pauli
amore ſe ei ſocium obtulit, ac comitem: nam inter
ærumnas, & afflictiones amicus verus multum eſt
adjuvamen, atque levamen: ait Eccleſ.6.n.16. *Amicus* Eccleſ.6
fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis, Græcus Græcus.
habet *pharmacum*, ſicut qui degunt inter peſtilentes,
ac morbos contagioſos, ac periculoſos ſolent ſibi
præparari medicamenta, ut eorum virtute immunes *Magnum*
à periculis evadant ad majorem ſuæ vitæ conſerva- *præſidiũ*
tionem, ſic & Deus ſuis electis inter contrarietates, *bonus amicus.*
ac adverſitates præparat fideles amicos ad ſolamen,
& tutamen tantorum inſurgentium laborum D. D.Chry-
Chryſoſtomus homil. 2. in 1.Epiſtol. ad Theſſalo- ſoſt.
nicenſes: Re vera, ait, vitæ pharmacum eſt, fidus
amicus; re vera protectio fortis eſt fidus amicus.
Quid enim non efficiet germanus amicus? Si mil-
le theſauros dixeris, nihil tamen germano corre-
ſpondebunt amico.
Secundo Mnaſon ſe offert ſocium Paulo in Ieru- 42.
ſalem, ut apud ipſũ Paulus cum ſociis hoſpitaretur
verſ.16. Ut erat fervidus charitate, ex hoſpitio exhi-
bito, & miniſtrato voluit ſibi ex tanto obſequio mul-
tum meriti comparare Recipit Abrahamus tres An-
gelos hoſpitio, & ſtatim. *Feſtinavit in tabernaculum*
ad Saram, dixitque ei: accipe tria ſata ſimilæ commiſ-
ce,

Gen. 18. *ce, & fac ſubcinericios panes.* Geneſ.18. n.6. Domus Abrahæ valde præpotens erat, abundans multis ſervis, & ancillis; quando enim occaſio exigit ex vernaculis ſuis 318. armavit, facere ſubcinericios panes, magis negotium erat ancillarum, quàm dominæ, magis hoc pertinebat ad Agar, ac alias ancillas, quam ad Saram, cur ergo ancillis prætermiſſis dilectiſſimæ uxori totum commiſit? Quia ipſam multum diligebat, & videbat, quod rea erat virtutis, ac hoſpitalitatis, & optimus vir, ut ſua chariſſima uxor tantorum meritorum particeps fieret, voluit eam in tanto negotio ſuam opem impendere D.Chryſoſt. ibi: *Quoniam* (ait) *ſciebat boni operis magnitudinem: volebat vita ſua ſociam eſſe, retribuendarum mercedum eſſe participem.*

Bonus vir in merito volebat ſocios.

D Chryſoſt.

43. O utinam omnes tali ſpiritu impleantur, ut in negotio meritorum alios velint ſecum habere ſocios, ut omnes magnam mercedem à Domino recipiant. De Corpore Christi non invento in Sepulchro valde diverſimodè loquitur Magdalena cum Apoſtolis, ac Angelis; nam cum Petrus, & Ioannes currerent ad monumentum, ait illis Magdalena: *Tulerunt Dominum de monumento.* Ioan.20.n.2. & poſt pauca lachrymans loquitur cum Angelis n. 3. *Tulerunt Dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum.* Maxime notandum ſane eſt, quod cùm verba facit cum Angelis dicit, *Dominum meum*, & cum ſermo eſt cum Apoſtolis prætermittit illud *meum*, & ſolum abſolute, & ſimpliciter dicit: *Dominum. Tulerunt Dominum*, & non appoſuit meum, innuens ipſum eſſe communem Dominum ipſius, ac Apoſtolorum prout erant in via; ac proinde quod communis eſſet labor, & induſtria ipſum Dominum conquirendi, eoſque voluit ſecum habere ſocios, ut in negotio tanti meriti noluerit eſſe ſola, ſed alios multos habere participes inquirendi. Galfridus in allegoriis Titelmani ad citatum locum ait: *Ad Apoſtolos dixerat, Tulerunt Dominum, cum quibus optabat habere communem, non modo ejus dominationem, ſed laborem quærendi, & de ipſo inveniendi ejus difficultate, mœrorem.* Rem tantæ virtutis non ſolum ſibi appropriat, ſed intentat cum aliis communem facere, & de tam illuſtri facto omnes meritis condecorentur; habere communem laborem quærendi, at mœrorem ex difficultate non inveniendi.

Ioan.20.

Ad bona opera alij trahendi nobiſcum.

Galfrid.

QUÆSTIO VI.

Quare D.Paulus intrans Ieruſalem, ſtatim viſitat, ac ſalutat cum ſociis, Iacobum?

44. VErſ. 18. ait Textus: *Sequenti autem die introibat Paulus nobiſcum ad Iacobum.* Erat enim Præſul, ac Epiſcopus illius Sanctæ Civitatis, & ideo, ut ait D. Chryſoſt. in præſenti: *Paulus detulit dignitati Epiſcopali, quam Iacobus frater Domini Ieroſolymis gerebat, & eximia ſanctitati, & authoritati, qua pollebat.* Et Jacobus quam magnæ, & eminentis authoritatis eſſet apud omnes patet ex quæſtione legalium Actor.15.n.13. & ex Paulo Galat.1.n.18.

D Chryſoſt.

Iacobus magnæ authoritatis.

45. Multa reverentia exhibenda eſt Dei miniſtris, Diviniſque rebus: Cum aſportaretur arca Domini, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: *Quoniam calcitrabant boves, & declinaverunt eam. Indignatus eſt indignatione Dominus contra Ozam, & percuſſit eum ſuper temeritate.* 2.Reg.6.n.6. magna quæſtio eſt, in quonam extiterit Oxæ peccatum, ob quod in tantam incidit pœnam? Graviſſimorum Doctorum eſt ſententia, quod in hoc Oza magnam injuriam irrogavit Sacerdotibus; quia ad ipſos pertinebat aſportare arcam, & circumſpicere, ne aliquam injuriam pateretur. Numer.4.n.15. & cap.18. n.3. Ipſe autem non erat Sacerdos, ſed Levita, ut tenet Ioſeph. lib.7. Antiquit. cap.8. & ob irreverentiam Sacerdotibus illatam percutitur.

2 Reg.6. 6

Percutitur irreverentia facta Sacerdotibus.

Miniſtris Eccleſiaſticis, cum Christi perſonam repræſentent, multa reverentia eſt exhibenda. Cum piſcarentur diſcipuli Dominuſque veniret, de cujus præſentia certior factus Petrus fluctibus indubitanter, & generosè ſe committit, ait Joan.21.n.7. *Simon Petrus cum audiſſet, quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe (erat enim nudus), & miſit ſe in mare.* Multa, & mira hic ſunt notanda; Petrus valde feſtinanter properabat venire ad Jeſum, cur moras trahit in tunica ſibi adaptanda. Deinde, qui ſe dant fluctibus maris ſolent veſtimenta ſua deponere, ut marinos fluctus valeant facilius ſuperare: Unde ergo venit Petro in mentem, ut dum inter aquarum moles demergitur, veſtimentum ſibi aſſumat, & quamvis Petrus ut celeriter ad Dominum veniret de omni periculo obliviſcitur, recordatur tamen, ut ante conſpectum Domini non appareat niſi cum debita reverentia, quæ quidem poſtulabat, ut non nudus, ſed indutus coram tanto Domino adſtaret. D. Ambroſ. in epiſt. ad Roman. cap.18. lib.15. ſic ait: *Impatiens deſiderij negligens captionis, immemor periculi, non tamen immemor reverentiæ, ubi Dominum vidit in littore veſte ſe cinxit*: Ut veſte compoſitus, ut debita reverentia exigebat, coram Domino adſtaret. 46.

Multa reverentia cum Deo agendum.

D.Ambr.

Centurio vehementer exoptabat ſalutem filij ſui, & cum à Domino accepiſſet: *Ego vadam, & ſanabo eum*, & cùm jam Dominus juxta verbum ſuum iter arriperet, exiit obviam centurio, tamquam viam impediens. *Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus.* Matth 8.n.8. Quid agis bone dux? vehementer pro pueri ſalute efferveſcebas, Dominus dixerat: *Ego vadam, & ſanabo eum*, cur non inſtanter petis, ut concitato gradu peragret, ut ita deſiderata pueri ſalus obtineatur, ſed intendis eum divertere ab incœpto itinere: *Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum.* O prudentiſſime magnæ militiæ Princeps, voluit potius periculo pueri ſalutem exponere, quam in diſcrimen dare, quod in domo ſua aliquid minus, apte, ac decenter fieret ad præſentiam tanti Domini, magis voluit conſulere reverentiæ ſupremi Magiſtri, quàm exoptatæ pueri ſanitati D.Chryſoſt. homil. 27. in Matth. ait: *Sic nec doloris magnitudo adeo ejus animum confundit, ut tanta calamitate preſſus non philoſopharetur; non enim ſalutem filij ſolam reſpiciebat, ſed ne quid minus decenter diceret, aut faceret animadvertebat.* 47.

Matth 8

Divinis rebus multa reverentia.

D.Chryſoſt.

Actor.21.n.22. Quid ergo eſt? Utique oportet convenire multitudinem: audient enim te ſuperveniſſe.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV.

uſque ad verſ.27.

Verſ.22. *QUid ergo?* id eſt quid conſilij, ac determinationis faciendum in hac re? *Oportet convenire multitudinem.* Arabic. *Abſque dubio oportet ut turba ad te conflaat*, ſcilicet Iudæorum zelantium legem, & coram eis oſtendere male de te eſſe informatos; quia tu nihil dixiſti, nec feciſti contra legem, & hoc oportet fieri, quia ipſi ſciunt te veniſſe, hoc dicebat Iacobus ut magnus Præſul pro pace concilianda. 48.

Arabic.

Iacobus agit pro pace.

Verſ. 23. *Hoc ergo fac*, hoc dicunt, ut notant D.Chryſoſt. Oecumen. non tamquam imperantes, 49.

D.Chryſ.

Oecum. Syriac. ſed ut conſilium dantes : *Sunt nobis quatuor viri votum habentes ſuper ſe*. Syriac. *Voto obnoxij* Nazariatus, quod tunc etiam Paulus babebat, terminos autem Nazariatus, illiuſque conſummatio erat tonſio comæ cum illuſtratione, ac ſacrificio oblato
Num.6. Num.6.n.18.

50. Verſ.24. *His aſſumptis*, nempe quatuor illis viris, qui habent tecum Naxariatus votum. *Sanctifica*
Græcus. *te cum ipſis*. Græcus : *Purifica*. Æthiopic. *Purga te*
Æthiop. *cum ipſis*, deponendo Naxariatom, cujus terminus inſtat, nempe tonſione capitis illuſtratione, ac ſacrificio facto.

51. *Impende illis*. Syriacus : *Expende pro eis expenſas*.
Syriac. Græcus : *Fac ſumptus, ſeu exolve expenſas*. Arias: *Im-*
Græcus. *pende rituales ſumptus, in lotione, & tonſura capillo-*
Arias. *rum*; quia forte illi quatuor viri erant pauperes, & ad deponendum Nazariatum non habebant ad expenſas, ideo conſulit Paolo, ut ex eleemoſynis eas faceret, & ita fiet manifeſtum, quod quæ dicta ſont de te, eſſe falſa, & mendacia; nam licet lex vetus eſſet omnino mortua, abolita, & extincta, tamen adbuc pro illo tempore non erat mortifera, ut cum D. Au-
D.Aug. guſt. D. Thom.1.2.q.103.art.3. ibi Theologi, & boc
D.Tho. loco Expoſitores.

52. Verſ.25. *De his autem, qui ex Gentibus crediderunt*
Praeoccupatur obiectio. *ne ſollicitus ſis*; præoccupat Iacobus objectionem, quaſi tu futurus ſis ſcandalo ipſis gentibus, indeque ſibi occaſionem aſſumant, qua tuo exemplo ſibi perſuadeant eos teneri ſervare legalia, quia quoad eos jam reſolutum eſt in noſtro Concilio Apoſtolorum, ſe eos deberi abſtinere ab Idololatriis, à ſanguine ſuffocato, & à Cibo idolis oblato ſupra cap.15.n.20.

53. Verſ. 26. *Tunc Paulus aſſumptis viris poſtera die*
Æthiop *purificatus eſt*. Æthiopic. *Sanctificati ſunt, & menſurarunt ſtatutum tempus purificationis eorum*. Paulus obediens monitis aſſumptis illis quatuor viris purificati ſunt communi rito ab aliqua immunditia legis, v.g. contactu mortui vel ab aliqua conſuetu-
Syriac. dine antiqua. *Annuntians*, ſeu ut vult Syriacus : *Patefaciens*, nempe Sacerdotibus, ad quos ſpectabat, quod erant in templo, orando, ac jejunando, tamquam quid præparatorium ad oblationem, in qua conſummabatur purificatio.

54. Verſ.27. *Dum ſeptem dies conſummarentur*. Græ-
Græcus. cus : *Cum futurum eſſet, ut complerentur*, id eſt cum conſumari inciperent Iudæi, qui ex Aſia Minori venerant in Ieruſalem ad diem Pentecoſtes celebrandum, & ſemper contra Paulum Inſidias, ac rumores
Act.20. excitabant, ut patet ex ſuperiori cap.20.n.3. & 19. contra Paulum excitant Populum.

QUÆSTIO VII.

Quare D. Paulus aſtat in Templo orans, ac jejunans veſte humili, ac tamquam habitu pœnitentia?

55. DIcitur in Textu verſ. 24. *His quatuor viris aſſumptis ſanctifica te ipſum*, quæ ſanctificatio in Nazaræis fiebat, ut dixi citato loco cum jejunio, ac oratione per ſeptennium, ac etiam ut communiter hic docent Expoſitores cum habitu bumili, ut colligitur ex D. Hieron. epiſtol. 89. ad D. Auguſt. & ait: *O Paule, & in hoc te rurſus interrogo, cur caput raſeris? cur nudipedalia de caremoniis Iudaeorum*, quæ ex ſacco inſtrato conſtabant, cur ergo dum Paolus orat, ac jejunat pro ſalute gentium ſibi aſſumit veſtem Cilicinam? Quia oratio adjuncta Cilicio, & jejunio multum volat in ſublime.

56. Veniam peccatorum poſtulabat Daniel, & ut ejus
Daniel.9 oratio eſſet valde efficax coram Deo, ait ipſe cap.9. n.3. *Poſui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari in jejunio ſacco, & cinere*. Adju- *Saccum, & ieiunium dat alas orationi.*
vat, & munit Propheta ſuam orationem jejunio, & cinere. Theodoret. orat. 9. in Daniel. ait; *Iejunio enim, ſacco, & cinere quaſi alis inſtructas preces Deo offerebat*, ac ſi oratio illis aſſociata, & adjuta Theod.
multam vim habeat ad impetrandum.

Cum maxime Divinus furor exarderet contra Po- 57.
pulum, Deus ex ſua infinita miſericordia eum excitavit ad fletum, & ſaccum, ſic ait Iſaias 22. n.12. *Vo-* Iſai.22.
cavit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & planctum, ad Calvitium, & ad cingulum ſacci: ecce gaudium, & lætitia. Veloti ex miſericordia Dei obtenta, maximè quod dum Prophetæ communiter orant clamant ad Deum, vel Dominum Pſalm.60. Pſal.60.
num. 2. *Exaudi Deus deprecationem meam*. Pſal.68. Pſal.68.
num.17. *Exaudi me Domine*, ait hic in præſenti Iſaïas, non ſolum eum vocat Dominum Deum, ſed addit *exercituum*. Cur cum innumeris aliis locis Deus exoratur nõ dicitur. *Dominus Deus exercituum* ſed hic modo apud Iſaiam; Ibat oratio communita fletu, & ſacco, *Ad fletum, planctum, & ad cingulũ ſacci*. *Veſtis cilicina armatura erga Deum.*
Oratio cum fletu, & ſacco eſt tãquam fortiſſimorum militum armatus exercitus ad deſtruendos hoſtes, & ad omnia obtinenda, & ad obſiſtendum divino furori, ut omnium ſcelerum venia impetretur. Abulenſ. ad Abulenſ.
4. Reg.c.19.q.2. ſic ait. *Iſte erat modus, quo Hebræi ſe habebat ad Deum quando volebat aliquid obtinere*.

Cum Rex Ezechias oppreſſus bello audiſſet im- 58.
pias blaſphæmias, quas execrabilis Rabices jacuerat contra Dominum: ipſe ſciſſis ſuis veſtimentis obvolutus ſacco eſt, in ſignum magnæ pœnitentiæ 4. Reg. *Saccos*
19.n.1. Iſai.37.n.2. Deinde *miſit ſenes de Sacerdotibus* *humiles*
opertos ſaccis. Elegantes veſtes nobiles à ſe abjiciunt, *intuetur*
& ſaccum induunt Viri magni, ut Deo theatrum pœ- *Deus.*
nitentiæ faciant, & grande ſpectaculum. Oleaſter in Iſaïam ait : *Probe noſcens, quam lætis oculis videat Deus ſaccos :* Talis enim babitus omnem difficultatem ſuperat, & omnem ſceleris notam delet.

Scribit Propheta Zacharias, quod Ieſus Sacerdos 59.
magnus: *Erat indutus veſtibus ſordidis, & ſtabat ante* Zachar.3
faciem Angeli Zachar.3.n.3. Stabat Sacerdos coram Angelo, ut pro populo deprecaretur, ut Auctor eſt Theodoret. atqui Pontifex, quando deprecabatur pro populo juxta legem Pontificiis veſtibus induebatur, cur his abjectis, ſordidis, id eſt cilicinis juxta communem ſententiam induitur, pro certo babens, quod plus movent, & alliciunt ſordida cilicia, quam veſtis Pontificia, ideoque illa ut maxime apta ad impetrandum ſibi aſſumit. *Exorat non Pontificio habitu, ſed cilicino.*

Actor. 21. *n.* 28. Viri Iſraëlitæ adjuvate, hic eſt homo, qui adverſus populum, & legem, & locum hunc omnes ubique docens, inſuper & gentiles induxit in templum, & violavit ſanctum locum iſtum.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE V. uſque ad Verſ. 31.

Verſ.28 V*Iri Iſraëlitæ* Iudæi, qui venerant ex A- 60.
ſia, convocant omnes contra Paulũ, eo quod prædicabat contra legalia, & inſuper gẽtiles introduxit in templum. *Et violavit*. Syriac. *prophanavit*
Arabic. *Fœdavit*. Æthiop. *Polluit ſanctum locũ iſtum*, Syriac.
nẽpe atrium Iudæorũ, ad quod ſub capitali pœna te- Arabic.
nebatur teſte Ioſepho lib.5. antiq.c.14. ſolũ erat Iu- Æthiop.
dæis intrare; nam pro gẽtibus aliud erat deſtinatum. Ioſeph.

Verſ.29. *Viderant Trophymum Epheſinum*. Judæi 61.
hunc babebant tamquam gentilem, licet eſſet jam Chriſtianus

Chriſtianus converſus ex gentilitate, quia licet ipſe
non introiret in Templum; quia tamen erat indi-
viduus Comes Pauli, ex Paulo introeunte ſuſpica-
bantur eum etiam introiſſe.
62. Verſ.30. *Commota eſt tota Civitas, & facta eſt
commotio populi.* D.Chryſoſt. *Factus eſt concurſus
populi. Paulum extrahebat extra Templum*, inquit
D.Chryſoſt. Chryſoſt. *Ne ejus ſanguine pollueretur. Statim clau-
ſa ſunt janua.* Syriac. *Eo momento.* Arias exiſtimat
Syriac. Arias. clauſas fuiſſe januas ut Paulus ibi cuſtoditus ſerva-
Cornel. retur. Cornel. Menoch. Tyrinus fuiſſe clauſas aſſe-
Menoch. runt, ne fieret aliqua irruptio in Templum pro ſer-
Tyrin. vando Paulo, ſed revera Paulus extractus fuit à
Eſtius. Templo, ut patet ex ſequentibus. Dico cum Eſtio
quod fuerunt clauſæ à Levitis, quia reputabant
Templum pollutum per ingreſſum hominis genti-
Levit.16. lis, & ideo erat expiandum, Levit.16.n.15.
63. Verſ.31. *Quærentibus eum occidere*, cum hoc co-
gnoviſſet Tribunus, cui data fuerat cuſtodia Civi-
tatis, venit cum militibus. *Quod cum vidiſſent ceſ-
Arabic. ſaverunt.* Arabic. Deſtiterunt.

QUÆSTIO VIII.

Quare Iudæi trahebant Paulum extra Templum?

64. Dicitur in Textu verſ.30. Quod cùm Judæi vi-
diſſent Paulum in Templo *Apprehendentes
In lege gratiæ immunitas Templorum. eum trahebant eum extra Templum.* Ut eum occi-
derent, nam licet modo in lege gratiæ templa gau-
deant immunitate ſecundum Civile, & Canoni-
cum jus cap. *Immunitatem extra immunitatem*;
hoc tamen non erat in Lege veteri, ut probat Abu-
Abulenſ. lenſ. ad cap.21. Exod. q.16.
65. Quamvis ipſi furore, & ira contra Paulum ef-
ferverent, tamen, ut expleant ſuam voluntatem,
D.Chryſoſt. trahunt illum extra templum, ut notat D.Chry-
ſoſt. homil.46. in Acta, dicens: *Propterea extra-
hebant illum, ut hæc facerent majori cum audacia*;
quamvis iniqui, & perverſi veluti à ſua conſcientia
reprimebantur, ne aliquid contra Templi reveren-
tiam agerent.
66. * Ait Deus per Iſaiam 26. n.10. *Miſereamur impio,
& non diſcet juſtitiam in terra Sanctorum, iniqua
geſſit, & non videbit gloriam Dei.* Introducitur pec-
cator in extremo omnium laborum cumulo, &
Quid magis horrendum, quam in oculo miſericordia perire. Deus illi impendens ſuam miſericordiam; ipſe ta-
men peccator ita eſt obſtinatus in ſua malitia, ut
vias Domini, ac ſuæ ſalutis non diſcat, nec ad pœ-
nitentiam, indeque privatus erit à gloria Dei,
quam non videbit, ut demergatur in Infernum, &
unde illi tanta malorum congeries? *Iniqua geſſit
in terra Sanctorum.* Hoc eſt in Eccleſia; qui autem
in Eccleſia, & contra Eccleſiam delinquit, in om-
nium malorum barathrum incidit, & congregat
ſuper caput ſuum abyſſum omnium iniquitatum.
D. Bern. D.Bernard. in Declaratione, ait: *Adhuc inquiren-
dum quis ſit iſte impius? In terra, inquit, Sancto-
rum iniqua geſſit, in Eccleſiaſticis poſſeſſionibus, quæ
Sanctorum fuerant uſibus aſſignata; in domo Dei, quæ
eſt Eccleſia Dei vivi.*
67. Pro hac re expendamus nunc locum Ezechielis;
Ezech.9. ait ipſe cap.9. quod vidit Dei Majeſtatem, *Quæ
erat ad limen domus*, n.3. Scilicet ad introitum
Templi, aderat, & notarius, ſeu Scriba cum atra-
mento, & calamo; *Vir unus veſtitus lineis* 0.2. *Et
D.Hier. atramentum ſcriptoris ad renes ejus*, ut advertit D.
Septuag. Hieron. *Quo omnium peccata deſcriberet.* Aderant
Tribunal in limine Templi. lictores ad comprehendendum, ac puniendum, &
unuſquiſque habet ſecurim in manu ſua, n.1. juxta Se-
ptuaginta. Ad quid tantum judiciale tribunal adeſt

integer judex, diligens notarius & hoc ad limen
templi eſt conſtitutum Tribunal, ait D.Paſchaſ. lib. D.Paſch.
de Sacrament. Corporis. *Ut ingredientes plenius
dignoſceret*, ac notaret, an aliquid ineptum fieret in
templo, ut in memoriale æternum permaneret, &
ut ſubito, ac indilata debita pœna eum apprehen-
dat. Hoc judiciali apparatu oſtendit Deus quanta
illi cura ſit de reverentia convenienti locis ſacris.
Magni Viri Arunæ area, jam à tempore Davidis 68.
dicata erat, ut in ea à Salomone erigeretur Dei
Templum, ut patet 2.Paralip.3.n.1. & cum David 2.Paral.3.
ſuo tempore multa beneficia accepiſſet à Deo, ibi
ad Divinæ Majeſtatis honorem ædificavit Altare.
*Tamen non prævaluit ire ad Altare ut ibi obſecraret
Deum: nimio enim fuerat timore perterritus, videns* 1.Par.21.
gladium Angeli Domini, 1.Paralip.21.n.30. Ad quid
ſtabat Angelus armatus, jam peſtilentiæ morbus
deſæviens, erat extinctus, & Dei miſericordia im-
penſa, ad quid ergo Angelus cum gladio? Urbanus Vrbanus
Pontifex in Pſ.50. ait: *Hæc eſt ara Templi Sancti,* Pontif.
juxta quam eſt Angelus ad cuſtodiam deputatus. Ille Diſtricto gladio aſtat Angelus pro loco ſacro.
locus deſignatus erat, ut in illo Dei Templum con-
ſtrueretur, & ideo anticipate, ne quid indecens fie-
ret in eo ſtricto gladio ſtabat Angelus ad cuſtodien-
dum, quanto magis vigilabit Angelus ad patroci-
nandum, & defendendum ſolium, in quo non eſt
fabricandum, ſed jam conſtructum eſt Dei Tem-
plum, non ad unius figuræ venerationem, ſed ad
cultum, ac realem, & veram Dei præſentiam.
Oſtendunt diſcipuli admirabilem amplitudinem, 69.
ac ſumptuoſitatem Templi, cujus totalem devaſta-
tionem prænuntians Chriſtus D. ait: *Dico vobis, non
relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.*
Tunc diſcipuli tanto vaticinio commoti, quærunt:
*Dic nobis quando hæc erunt? & quod ſignum adven-
tus tui, & conſummationis ſæculi?* Matth.24.n.3. pa- Matth.24
rum cohærens videtur hæc interrogatio cum Chri- Deſtructo, ac violato loco ſacro perit Orbis.
ſti verbis, ipſe loquebatur de Templi deſolatione:
Non relinquetur lapis ſuper lapidem, ipſi autem con-
vertunt ſermonem ad totius Orbis devaſtationem
ſignum conſummationis. Alto, & ſublimi ingenio ſa-
cri Apoſtoli perpendunt; nam deſtructo, ac violato
Templo, certiſſima totius Orbis ruina, ac deſolatio
infertur; Nam religione loci ſacra profligata, mi-
nimè poteſt ſtare mundus, quin forti, ac vehementi
impetu ruat, ac devaſtetur.

* *Actor.*21.*n.*33. Tunc accedens Tribunus ap-
prehendit eum, & juſſit eum alligari dua-
bus Catenis, & interrogabat, quis eſſet, &
quid feciſſet?

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VI. uſque ad Verſ.40.

Verſ.33. *Juſſit eum alligari duabus Catenis*, una, 70.
quæ manus, altera quæ pedes con-
ſtringerentur, ut vaticinatum fuerat ab Agabo Pro-
pheta ſupra verſ.11. In mundo iniqui ligantur pe-
dibus, vel manibus *Ad alligandos Reges eorum in
compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* Pſal. Pſal.149.
149. At contra ſervos Dei omni crudeliori modo
mundus armatur, ut manibus, ac pedibus liget.
Verſ.34. *Alij autem aliud clamabant* contra Pau- 71.
lum, & tunc ut clarius exprimit Syriacus *præ vo-* Syriac.
*ciferatione eorum non potuerit cognoſcere quæ eſſet
veritas.* Tunc Tribunus dat locum iræ, ac furori,
ut quieſcat. Æthiopicus: *Ut aſcendere eum fa-* Æthiop.
cerent ad Concilium, & interim *juſſit eum du-
ci in Caſtra*, id eſt in arcem Antoninam,

in qua erat Romanorum præſidium, & ad quam niſi per multos gradus aſcendebatur.

72. Verſ. 35. *Et cum veniſſet ad gradus*, ſcilicet arcis *Ut portaretur à militibus* per eorum manus *propter*
Syriac. Arabic. *vim populi.* Syriac. *Propter impulſum.* Arabic. *Violentiam*, qua omnes inſurgebant in Paulum, ut eum poſſent percutere, ac conterere.

73. Syriac. Arabic. Paulus Chriſti effigies in paſſione. Ioan. 19. Verſ. 36. *Et clamabant; tolle eum.* Syriac. *Vociferabantur, quod dicit voces incompoſitas.* Arabic. *Extirpa eum*, tanto odio exacerbabantur in Paulum, ut interficiendo ejus viſcera vellent extrahere, & datum eſt pro magna gloria, ut in Paulo repræſentaretur, quædam Chriſti patientis effigies; eodem enim verbo, quo Judæi poſcebant Chriſtum ad mortem Joan. 19. n. 15. eodem verbo clamant, & expoſcunt Paulum ad mortem: *Tolle eum.*

74. Verſ. 37. *Si licet mihi loquar ad te.* Syriac. *Si permiſeris mihi*, humiliter, ac cum reverentia Paulus poſtular loquendi licentiam, cui ait Tribunus: Græcè *noſti.*
Syriac. Arabic. Arabic. *Noſti loqui linguam Græcam*, ac ſi dicat Tribunus: Veſtram linguam Hebraicam, vel Syriacam ego non intelligo, & quamvis Romanus bene percipit linguam Græcam, quæ tunc erat valde communis, ut modo eſt Hiſpanica.

75. D. Chryſoſt. Verſ. 38. *Nonne tu es Ægyptius*, qui te fingẽs magnum Prophetam *tumultum concitaſti.* D. Chryſoſt. *Seditionem concitaſti.* Hunc Ægyptium explicabo quæſtione ſequenti.

76. Verſ. 39. Ait: *Paulus ego homo quidem Iudæus è Tharſo*, ac proinde non ſum ille Ægyptius ſeductor, cum ſim valde diverſus genere, ac patria, de quo latius infra dicam q. 10.

77. Quod homines faciunt ad perditionẽ, Deus vertit ad ſubſidiũ. Verſ. 40. *Et cum ille permiſiſſet*, ſcilicet: Cum Tribunus facultatem dediſſet: *Paulus ſtans in gradibus.* Syriac. *Stans ſuper gradus*, ut ita melius audiretur ab omnibus, quantum diſtat conſilium Dei à conſilio hominum, illi arcem conſtituunt ſuper gradus, ut ibi detenti non poſſent loqui, nec habere ſermonem cum aliis, & Deus ipſos gradus deſtinat, ut Paulus ex eis liberius loquatur, & ut melius audiatur, quod homines faciunt ad impedimentum, Deus ordinat ad obſequium.

QVÆSTIO IX.

Qualis eſſet iſte Ægyptius, de quo Tribunus hic agit?

78. QUando Tribunus hæc dicebat agebatur annus Chriſti 58. Neronis 2. antea per triennium, ſcilicet anno Chriſti 55. Claudij Imperatoris 13. inſurrexit iſte Impoſtor Ægyptius, de quo agit Eu-
Euſeb. Ioſeph. ſebius lib. 2. cap. 21. ex Joſepho lib. 20. antiquitatum cap. 10. ubi eum hoc modo ita deſcribit: *Eodem tempore quidam ex Ægypto venit Ieroſolymam vatem ſe eſſe profitentem, & plebi ſuadens ut ſecuta ſe in montem Oliveti aſcenderet, qui è regione ur-*
Quis ille fuerit deſcribitur. *bis ad quintum abeſt ſtadium: illic enim viſuros ſuo juſſu cadere Ieroſolymorum mœnia; ita ut per eorum ruinas, aditus in urbem pateat; quo cognito Felix præſes jubet milites arma ſumere, ſtipatuſque multis equitibus, ac peditibus erumpens, invadit turbam ſeductam ab Ægyptio: quarum quadringentis occiſis ducentos viros capit: Ægyptius ipſe pugna lapſus diſparuit*, Et cum ipſe Ægyptius ex prælio vivus evaſerit, inde Tribuno venit in mentem, an D. Paulus eſſet ipſe Ægyptius.

79. Ægyptius impoſtor. Dicitur Ægyptius, utpote ex ſuo genere malus, & iniquarum artium impoſtor, unde proverbium eſt evulgatum: *Nec ſunt ſtupenda machina Ægyptij.* Ortum hoc ex quadam fabula, ut narrat Plautius in conſultis: Quidam Ægyptius habuit quinquaginta filios, & totidem filiabus fratris ſui maritos dedit, at hi omnes præter unum à ſuis ſponſis jugulati ſunt.

Et ait Tribunus in textu: *Quatuor millia*, tot 80.
enim eduxerat ſecum ex Ægypto, ſed turba latronum affluente, ac multiplicata ad triginta millia devenit, ut ſcribunt Joſephus, & Euſebius, & advertunt Gloſſa, Beda, Hugo Carthuſ. Gloſſa. Beda. Hugo. Carthuſ.

Sicariorum. Syriac. *Sceleratorum.* Lorinus ex 81.
Hebræo *facientium mala.* D. Chryſoſt. Oecumen. dicunt ſic nominari à gladiis reconditis, quos geſtabant. Beda, & aliqui referunt, quod pro illo tempore extabant latrones, qui ſicas, id eſt breves gladios manu geſtabant, & permixti populo occulte vulnerabant, mors manifeſtabatur, & percuſſor latebat. Oecumenius deſcribit hos gladios incurvatos fuiſſe more Perſarum. Syriac. Lorin. D. Chryſoſt. Beda. Oecum.

Nota hic, quod Paulus Chriſti patientis veſti- 82.
gia imitatur; nam Chriſtus Dominus cum Barraba imponitur Joan. 18. n. 40. & Paulus cum impio, & iniquo Impoſtore Ægyptio.

QUÆSTIO X.

Quare Paulus ſe dicit natum in Tharſo urbe celeberrima.

OStendit Paulus, quod non ſit ille Impoſtor 83.
Ægyptius, cum non ſit natus in Ægypto, ſed in Tharſo, *Ciliciæ*; nam datur alia Tharſus in Bithynia, & ait, quod patria ſua Tharſus non ſit *Civitas ignota.* Syriac. *Sed urbs celeberrima.* Lyranus: Famoſa, & inde ſibi laudes colligit Paulus, quod ab urbe nobili, & grande Tharſo ſit natus; multum enim confert hominibus majeſtas patriæ, & Civitatis. Syriac. Lyran.

Loquens Iſaïas de Viro magno, & forti, ait: 84.
Cujus ignis eſt in Sion, & caminus ejus in Ieruſalem. cap. 31. n. 9. Quæ verba ſic legunt Septuaginta: Iſai 31
Beatus, qui habet in Sion ſemen, & domeſticos in Ieruſalem. Sion erat mons ſanctus, & beatus, in quo erat Dei Templum, & qui in eo nati erant in tantum extollebantur, ut ab illo Beati dicerentur, & notandum quod pro igne in noſtra vulgata, transferunt Septuaginta *Semen*; nam ſicut ignis cuncta, ad quæ accedit, inflammat, & accendit, ſic ſemen exortum ab illo ſancto monte univerſa accendebat in amore, ac charitate, ſic hunc ignem montis Sion interpretatur D. Gregor. homil. 21. in Ezechiel. & ait: *Ex amore Domini in Sion ignis, & in Ieruſalem caminus, quia hic amoris ejus flammis aliquatenus ardemus.* In ſua lectione dicunt Septuaginta: *Beatus, qui habet in Sion ſemen, & domeſticos in Ieruſalem.* Sic nobilitantur à patrio ſolio, ut non tantum dicantur Beati, qui habent ſemen, & originem à monte Sion, ſed etiam dicuntur Beati, qui habent domeſticos, & conſanguineos in Ieruſalem Civitate Sancta. A Patria ſancta, & beata dicuntur homines Beati. D Greg.

Scribit Ioannes Evangeliſta cap. 1. n. 19. *Miſerunt* 85.
Iudæi à Ieroſolymis Sacerdotes, & Levitas ad Ioannem. Legati, & oratores dicuntur miſſi ad Præcurſorem non ex quocumque loco, ſed à Ieroſolymis à præſtantiſſima Urbe, ut inde maxime ipſi commendentur, ut Viri magni, magnique ponderis. Cajetanus ait: *Tanto inſigniores, quanto à Ieroſolyma Civitate primaria mittuntur.* Majeſtas patria confert magnis Viris ſplendorem.

Non nego tamen, quod ex vili, & humili loco 86.
Vir magnus prodeat ut ait Seneca Epiſt. 66. *Poteſt* Seneca.

ex

A vili oppidulo vir magnus. *ex caſa vili magnus exire*, magnus ille Samuel rerum, ac morum præclarus Magiſter, de quo dicitur 1.Reg.3.n.20. *Cognovit univerſus Iſrael, quod*
a Reg.4. *fidelis eſſet Propheta Domini*, & tamen erat ex Patria Romatha ad montem ſita humili, ac parvo, & ſaxeo oppidulo, à quo vir tam magnus ortus
Nazian. eſt, ad quem alludens D. Gregor. Nazianzen. orat. 25. *Parva*, inqoit, *magni viri patria; quæ nec illi impedimento fuit, quominus Deo priuſquam in lucem prodiret donaretur.* Alludit ad oomen Samuelis, qui à Deo datus interpretatur.

QUÆSTIO XI.

Quare Paulus alligatus catenis tam pedibus, quam manibus prædicat, & manu ſilentium indicat?

87. VT vidimus, alligatus erat Paulus duabus catenis tam manibus, quàm pedibus, & adhuc ad prædicandum, ac docendum non deſiſtit, ſed ut melius ab omnibus audiatur, aſcendit ad ſuperiorem gradum, etſi Paulus eſſet alligatus, Verbum
D.Chryſoſt. *Prædicatur alligatus, ſed non verbum.* Dei non ligatum erat. D. Chryſoſt. homil. 47. in Acta Apoſtol. ait: *Quid huic ſpectaculo par videre; Paulum duabus catenis alligatum concionantem? Quomodo non turbatus eſt? quomodo non confuſus eſt, tantum populum exaſperatum videns, aſtante præſide.* Vide tom. 2. in Evangelia cap. 4. quæſtione 5. n.26.27.& 28.

88. *Difficultas quæſtionis.* Tamen in hac re magna inſurgit difficoltas: Paulus erat manibus ligatus, & tamen verſ.40. dicitur: *Annuit manu ad plebem magno ſilentio facto.* Si manous erant ligatæ, quomodo manum movet ad indicandum ſilentium, nec poteſt dici, quod Tribunus juſſerit catenas auferri, nec tam brevi ſpatio catenæ fuerunt impoſitæ, & ſtatim ablatæ.

89. *Ab odore Chriſti ſolvuntur vincula.* Proinde dico, quod divina virtute illæ catenæ fuerunt laxatæ, ut nullum obſtaculum facerent ad debitas actiones io Paulo; oam cum ipſe eſſet bonus odor Chriſti, ex ejus fragrantia, ac exhalatione omne impedimentum contrarium diſſolutum, ac diſſipatum eſt, ut Paulus debitum munus exequeretur, ac adimpleret.

90. Senex Abrahamus firmiter credidit factæ ſibi promiſſioni de filio futuro; quia ut ait noſter Apo-
Rom.4. ſtolus Rom. 4. n. 19. *Non conſideravit corpus ſuum mortuum, cum fere centum eſſet annorum.* Optimo jure Apoſtolus dicit corpus ejus mortuum ad naturaliter generandum, ut ita indicit Iſaac datum ei fuiſſe miraculosè; at vero poſt natum Iſaac & mor-
Gen 25. tuam Saram ait Textus ex Geneſ.25. n.1. *Abraham aliam duxit uxorem nomine Cethuram, quæ peperit*
Ex odore Chriſti rumpuntur omnia impedimenta. *ei Zamran.* Antequam Iſaac naſceretur jam corpus Abrahæ erat mortuum, & ex Dei virtute datur ei Iſaac, & Sara, unde ei venit quod ex alia uxore habeat filios? Rationem nobis inculcat Origenes homil.11. in Geneſ. & ait. *Cethura, quam nunc*
Origen *ſenex Abraham ſortitur in matrimonium, interpretatur bonus odor, & ipſe dicebat, ſicut Paulus dixit; quia Chriſti bonus odor ſumus.* Ex bono Chriſti odore ſolvitur impedimentum naturæ in Abrahamo, & vinculum catenarum io Paulo.

CAPUT XXII.

1. V*Iri fratres, & Patres, audite, quam ad vos*
nunc reddo rationem.

2. *Cum audiſſent autem, quia Hebræa lingua lo-*
queretur ad illos magis præſtiterunt ſilentium.
3. *Et dicit: Ego ſum Vir Iudæus, natus in Tharſo*
Cilicia, nutritus autem in iſta Civitate ſe-
cus pedes Gamaliel eruditus juxta veritatem
paternæ legis, æmulator legis, ſicut & vos om-
nes eſtis hodie.
4. *Qui hanc viam perſequutus ſum uſque ad mor-*
tem, alligans, & tradens in cuſtodias viros,
ac mulieres.
5. *Sicut Princeps Sacerdotum mihi teſtimonium*
reddit, & omnes majores natu, à quibus,
& epiſtolas accipiens, ad fratres Damaſcum
pergebam, ut adducerem inde vinctos in Ie-
ruſalem, ut punirentur.
6. *Factum eſt autem eunte me, & appropinquante*
Damaſco media die, ſubito de Cœlo circum-
fulſit me lux copioſa.
7. *Et decidens in terram, audivi vocem dicentem*
mihi: Saule, Saule quid me perſequeris.
8. *Ego autem reſpondi; quis es Domine? Dixitque*
ad me: Ego ſum Ieſus Nazarenus, quem tu
perſequeris.
9. *Et qui mecum erant lumen quidem viderunt,*
vocem autem non audierunt ejus, qui loque-
batur mecum.
10. *Et, dixi; quid faciam Domine? Dominus au-*
tem dixit ad me: ſurgens vade Damaſcum,
& ibi dicetur de omnibus, quæ te oporteat
facere.
11. *Et cum non viderem præ claritate luminis il-*
lius ad manum deductus à comitibus, veni
Damaſcum.
12. *Ananias autem quidam, vir ſecundum legêm*
teſtimonium habens ab omnibus cohabitanti-
bus Iudæis.
13. *Veniens ad me & aſtans dixit mihi: Saule fra-*
ter reſpice: Et ego eadem hora reſpexi in
eum.
14. *At ille dixit: Deus Patrum noſtrorum præor-*
dinavit te, ut cognoſceres voluntatem ejus,
& videres juſtum, & audires vocem ex ore
ejus.
15. *Quia eris teſtis illius ad omnes homines eorum,*
quæ vidiſti, & audiſti.
16. *Et nunc quid moraris? Exurge, & baptizare, &*
ablue peccata tua invocato nomine ipſius.
17. *Factum eſt autem revertenti mihi in Ieruſalem,*
& oranti in templo, fieri me in ſtupore mentis.
18. *Et videre illum dicentem mihi: Feſtina, & exi*
velociter ex Ieruſalem; quoniam non reci-
pient teſtimonium tuum de me.
19. *Et ego dixi: Domine ipſi ſciunt; quia ego eram*
concludens in carcerem, & cædens per Syna-
gogas eos, qui credebant in te.
20. *Et cum funderetur ſanguis Stephani teſtis tui,*
ego aſtabam, & conſentiebam, & cuſtodie-
bam veſtimenta interficientium illum.
21. *Et dixit ad me; vade, quoniam ego in nationes*
longe mittam te.
22. *Audiebant autem eum uſque ad hoc verbum,*
& levaverunt vocem ſuam dicentes: Tolle de
terra hujuſmodi; non enim fas eſt eum vivere.
23. *Vociferantibus autem eis, & projicientibus ve-*
ſtimenta ſua, & pulverem jactantibus in
aërem.
24. *Iuſſit Tribunus induci eum in caſtra, & flagel-*
lis cædi, & torqueri eum, ut ſciret propter
quam cauſam acclamarent ei.
25. *Et cum aſtrinxiſſet eum loris, dicit aſtanti ſi-*
bi Centurioni Paulus: Si hominem Roma-

num, & indemnatum licet vobis flagellare?
26. *Quo audito Centurio acceſſit ad Tribunum, & nuntiavit ei dicens: quid acturus es? hic enim homo civis Romanus eſt.*
27. *Accedens autem Tribunus, dixit illi: Dic mihi ſi tu Romanus es? at ille dixit: Etiam.*
28. *Et Reſpondit Tribunus: Ego multa ſumma civilitatem hanc conſecutus ſum. Et Paulus ait: Ego autem & natus ſum.*
29. *Protinus ergo diſceſſerunt ab illo, qui eum torturi erant: Tribunus quoque timuit poſtquam reſcivit, quia Civis Romanus eſſet, & quia alligaſſet eum.*
30. *Poſtera autem die volens ſcire diligentius, qua ex cauſa accuſaretur à Iudæis, ſolvit eum, & juſſit Sacerdotes convenire, & omne Concilium, & producens Paulum, ſtatuit inter illos.*

ARGVMENTVM.

PAULUS perorat ad populum, explicat ſuam converſionem à Deo factam ſe eſſe deſtinandum ad convertendas gentes, populus clamans eum ad mortem poſcit, à Tribuno flagellari præcipitur, cognitus Cives Romanus à flagellis cuſtoditur, in publico Judæorum Senatu ſe ab omni crimine purgat.

Actor. 22. *num.* 1. Viri fratres, & Patres, audite quam ad vos nunc reddo rationem.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I. *uſque ad Verſ.* 5.

1. Actor. 7. Verſ. 1. *Viri fratres, & Patres*, ſic & eodem modo D. Stephanus incœpit ſuam orationem cap. 7. verſ. 2. majorum exemplum ſequitur Paulus, & eos ex charitate compellat titulo germanitatis, deinde titulo honoris, dum Patres vocat, coram eis ſe humiliando; aderant tunc fortè multi Sacerdotes, & Principes, & ex utroque titulo ſe oſtendit, ait Chryſoſt. *non eſſe alienum ab eis*, ſcilicet natura, & ſanguine.

2. Syrus. Syrus Pariſienſ. *Audite rationem*. Syrus: *prolationem ſpiritus*, vel *defenſionem*, ut Syrus Pariſienſ. *Excuſationem*, contra iniquam Aſiaticorum accuſationem.

3. Syrus. Arabic. D. Chryſoſt. Verſ. 2. *Cum audiſſent Hebræa lingua* loquentem magis *præſtiterunt ſilentium*, Syriac. *magis ceſſarunt*, ſcilicet à tumultu. Arabic. *Auſcultarunt eum multa cum quiete*. D. Chryſoſt. *Attenti*; nam lingua propria melius auditur, magnumque reconciliat affectum.

4. Verſ. 3. *Ego ſum Vir Iudæus*, nempe religione, & natione. *Natus in Tharſo Ciliciæ*, de quo egi ſuperiori cap. 9. .o. *nutritus autem in iſta Civitate*, ad quam miſſus fuerat à Patre ſuo ſtudendi Sacræ Scripturæ cauſâ, quæ ibi docebatur. *Ad pedes Gamalielis*, qui erat magnus, & inſignis doctor. *Eruditus juxta veritatem Paternæ legis*. Syrus: *Eruditus*
Syriac. Arabic. *perfectè in lege Patrum*. Arabic. *Inſtitutus in his, quæ pertinent ad rectitudinem legis*, ac ad illius exactam obſervationem *Æmulator legis*. Syriac. *Fuitque zelator Dei*; nam qui zelator eſt legis Dei, zelator eſt Dei.

5. Syriac. Hugo. Verſ 4. *Qui hanc viam perſecutus ſum*. Syriac. *Qui hanc doctrinam perſecutus*, ſcilicet Chriſtianorum *Uſque ad mortem*, ut Stephanum, & alios. Hugo aliter exponit, ac ſi dicat: Ita ego eram legis defenſor, ut pro illius cuſtodia eſſem paratus mori, ſed prima expoſitio eſt melior, & magis cohærens cum ſubſequenti. *Alligans, & tradens eos in carcerem.*

6. Syriac. Sanches. Verſ 5. *Sicut Princeps Sacerdotum mihi teſtimonium reddidit*. Syriac. *Sicut mihi teſtis eſt ſummus Sacerdos*. Probabiliter exiſtimat Sanches literas ſibi olim datas à ſummo Sacerdote, quas Paulus uſque modo ſervavit ad oſtendendum ſuum antiquum legis zelum, & æmulationem legis Dei in eo.

QUÆSTIO I.

Quare Paulus in exordio Sermonis ſe dicit nutritum in hac civitate Ieruſalem?

AIt: Ego nutritus in hac Civitate Ieruſalem omnium univerſali Academia, ac proinde bene inſtructus in univerſali ſcientia, & hac ratione ſibi laudem uſurpabat Horatius. 7.

Romæ nutriri mihi contigit, ac doceri.

Sic & Paulus maximè commendat ſuam ſapientiam à nutricatu Ieroſolymitano, utpote præclariſſima Academia. Veniunt ad inviſendum Iob tres amici Eliphas Themanites, Baldad Suhites, & Sophar Naamathites Iob 2. n. 11. tamen ex his tribus primus omnium loquitur Eliphas Themanites Iob 4. n. 1. erat enim ille ex Civitate Theman, quæ erat valde magnifica Academia totius humanæ, ac divinæ Sapientiæ, ut communiter notant Expoſitores Lyran. Hugo, Carthuſ. ad illa verba Ierem. 49. n. 7. *Nunquid non ultra eſt Sapientia in Theman*, & cum Eliphas eſſet ex tam grandi Academia cæteris præcedebat, & primus loquitur, ut omnium maximus ſapientia, eruditione, honore, ac dignitate, & rectè illa Academia dicitur *Theman*, quod Hebraicè *dextrum* ſonat, ubi ſapientia floret, ibi cuncta ſunt dextera, felicia, & auſpicata cum omni urbanitate, ac decenti modo facta. Iob. 2. Iob. 4. Ier. 49. Lyran. Hugo. Carthuſ. *Ab Academia homo probus, & doctus.*

Ad oſtium animæ ſanctæ pulſat Divinus Sponſus: *Aperi mihi ſoror mea, quia caput meum plenum eſt rore, ſurrexi ut aperirem dilecto meo.* Cantic. 5. n. 5. & quæſivi illum per vicos, & plateas, poſtea ut & vocem ſponſi audiat, & ſequatur, neceſſe eſt, ut tripliciter vocetur: *Veni de Libano, veni de Libano, veni coronaberis de capite Amana, de cubilibus Leonum, & Pardorum.* Cantic. 4. n. 8. Quæ tam ſedula, ac diligens erat, ut aperiret oſtium, modo vero tantas moras nectit, ut neceſſe ſit ſemel, & iterum, atque iterum vocari. Unde tanta diverſitas? à ſolio in quo verſabatur, in Civitate, in qua verſabatur polytica, urbanitas florebat, ut ad unam vocem ſurgat, at dum in deſerto Sylveſtri degit cunctandi ruſticitas prodit, ut neceſſe ſit multipliciter compelli, ac advocari. 8. Cant. 5. Cant. 4. *Homo ruſticus à campo, urbanus à Civitate.*

Ex quo merito Rupertus magnum miraculum divinæ Omnipotentiæ reputat, quod Amos ruſticanum inter Paſtores degentem elegerit in vatem ad annuntiandum populo ſuo. Unde ipſe Propheta cum eligeretur à Deo ait: Ego de humili Caſa, 9. Amos 7.

ac

ac de vili hominum numero, & ait: *Ego armentarius ſum, villicans Sycomoros*, & tamen, dixit Dominus ad me, vade *& propheta ad populum meum Iſrael*, Amos 7. verſ. 14. & 15. quæ verba explicans Rupertus ſic ait: *Magnum quippe præconium gratia, ac gloria Domini, in eo quod Paſtorem implendo Prophetam facere, & dignanter voluit, & efficaciter potuit.* Expende verba *Magnum quippe præconium gratia, & gloria Domini*, extitit quidem magnus oſtentata divinæ Omnipotentiæ diſpoſitione, quod hominem ruſticum, ac Sylveſtrem expoliret, ut varis munus adimpleret in populo ſuo. Vide quæ ſupra dixi de Academia Solis cap. 11. q. 7. n. 44. 45. 46.

Emines Dei virtus in ruſtico excolendo. Rupert.

QUÆSTIO II.

Quare D. Paulus ſe dicit eruditum ad pedes Gamalielis?

10. DE Gamaliele jam dixi ſupra cap. 5. verſ. 35. Erat ille vir magnus, ac magnæ opinionis, & de ejus magiſterio gloriatur Paulus, & ait: *Secus pedes Gamalielis eruditus*, & quamquam Gloſſa Interlinealis, & Hugo accipiant de ſervili obſequio, tamen melius, & verius D. Chryſoſt. de ſtudio, ac doctrina ab eo accepta, & reverentia illi exhibita.

Gloſſa. Hugo. D. Chryſoſt.

11. Videtur enim metaphora deſumpta à Magiſtro, qui in Cathedra, ut in loco altiori ſedet, ad cujus pedes auditores videntur aſſidere, tamquam humiliantes ſe ad percipiendam doctrinam, ut dicitur Deuteron. 33. n. 3. *Et qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina illius*, ſic & Magdalena ſtabat ſecus pedes Domini, *& audiebat verbum illius*, Luc. 10. n. 39. ut ponderat D. Auguſt. ſerm. 27. de Verbis Domini, & ait: *Quanto humilius ſedebat, tanto amplius capiebat: Confluit enim ad humilitatem convallis, denotat de tumoribus collis.*

Vera doctrina cū humilitate percipitur. D. Aug.

12. Cum ſcriptum ſit Pſal. 17. n. 27. *Cum electo electus eris, & cum perverſo perverteris*, inde valde mirum quod cum Loth viveret inter depravatos, ac nequiſſimos Sodomitas, Geneſ. 19. n. 1. ſe purum, ac Sanctum cuſtodiret, ut ab eis non coinquinaretur: Unde tantum bonum illi venit? Enutritus fuit domi Abrahæ, ac ſub ejus doctrina, ac diſciplina, indeque virtus tam altas radices in eo propagavit, ut à nulla vitiorum debacchantium tempeſtate potuerit commoveri. D. Chryſoſt. homil. 43. ait: *Iuſtum Loth in tantum virtutis apicem erexit Patriarcha conſuetudo, quod effecit ut veſtigia illius ſequeretur.* Virtutem Loth à prima pueritia ebibitam ex conſuetudine Abrahæ annis vitiorum armata manus non potuit evellere.

Gen. 19. *Educatio in virtute proficit ad totā vitam.* D. Chryſoſt.

13. Hinc David clamat Pſal. 2. n. 12. *Apprehendite diſciplinam.* Sermo eſt ad pueros, qui incumbunt ſub diſciplina addiſcenda, ac comparanda. Illa vox *diſciplinam.* In Hebræo *Bar* idem valet, ac *puritatem:* ac ſi David natam ab ſchola ſapientiam puritate morum velit eſſe.

Pſal. 2. *Ab bona diſciplina puritas morum.*

14. Dicitur Exod. 33. n. 11. *Miniſter ejus*, ſcilicet Moyſis *Ioſue filius Num puer non recedat de Tabernaculo*; quomodo dicitur Joſue puer cum jam extitiſſet dux belli, ut merito dubitat Caietan. & ait: *Appellatur Ioſue puer à qualitate innocentia, qualis eſt in pueris; non enim ætate erat puer, qui fuerat dux belli in prælio contra Amalecitas*, dicam ego, quod ita diſcebat, ac adhærebat doctrinæ Moyſis, ac ſi eſſet unus puer, ex talique educatione habebat, ut non recederet à Tabernaculo Domini ſui, & ideo tam magnus evaſit, ut ſicco pede flumen tranſiret, Sol ad ejus vocem ſteterit, ut hoſtes debellaret, ac populum promiſſum introduceret in terram Sanctam.

Exod. 33. *Ex bona educatione in pueritia creſcit homo in magnū.*

QUÆSTIO III.

Quare tantus eſt D. Paulus in explicanda educatione ſua pueritia?

NUtritus ſecus pedes Gamalielis; explicat Apoſtolus quale fuerit exordium educationis ſuæ pueritiæ, quæ fuit nutrita ſub doctrina magni Magiſtri, ac proinde quod ipſam diſciplinam retinuerit, ac conſervaverit per totam vitam. Illa verba, quæ Deus dixit ad Abraham, Geneſ. 15. n. 15. *Tu autem ibis ad Patres tuos in pace ſepultus in ſenectute bona.* Sic transfert, ac legit Philo lib. *Quis rerum divinarum ſit hæres*, ſic ait: *Tu ibis ad patres tuos cum pace nutritus in ſenectute bona.* Quod habet provecta, & antiqua ſenectus cum nutrita pueritia *in pace nutritus?* Illam animi pacem quietam, & tranquillitatem, quam ebibit in pueritia, illam retinuit, ac conſervavit in bona ſenectute, qua ſepultus eſt, tam profunde, & altè manet radicata enutrita diſciplina in pueritia. 15.

Gen. 15. Philo. *Id quod homo ebibit à prima pueritia ſemper habet.*

De ſua dilecta Sponſa Eccleſia ait Chriſtus D. *Una eſt Columba mea perfecta mea.* Cantic. 6. n. 8. & cur Eccleſia ſub ſpecie Columbæ denotatur, ac ſignificatur, quænam combinatio inter unum, & alterum? Verte oculos, quod dum innuebatur Eccleſiæ regenerationis exortus in aquis Jordanis: *Deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut Columba in ipſum*, Luc. 3. n. 22. Dum Eccleſia regenerata prodit ex aquis, divinus Spiritus ſub ſpecie Columbæ fovens apparet, ex quo factum eſt, quod Eccleſia à ſuo exortu puritatem, ac ſimplicitatem Columbæ exhauſit, quam puritatem per totam vitam retinuit, ac conſervavit, ut ſemper ſit, ac dicatur puriſſima ac ſimpliciſſima Columba, D. Gregor. Niſſen. homil. ultima in Cantic. ad finem ait: *In filio natura parentis omnino cognoſcitur, quare id, quod ex ſpiritu gignitur, ſit ſpiritus, & verò filia cum Columba ſit, omnino etiam mater hujus eſt Columba illa, quæ de Cælo ad Iordanem volavit, quemadmodum Ioannes teſtatur.* Ut docet Sanctus Pater loco citato, filius ſemper refert ſimilitudinem ſui Parentis; cum ergo Eccleſia ſit regenerata ab Spiritu ſancto ſub ſpecie Columbæ, inde ipſa ut filia ejus dicitur Columba. 16.

Cant. 6. *Eccleſia à ſuo exortu retinet puritatē Spiritus ſancti.* Luc. 3. D. Niſſ.

Valde ſane mirum eſt, quod tam generosè, ac intrepide Joannes arguat Herodem, & increpet: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui*, Matth. 14. n. 4. Joannes ab utero matris habuit pro veritate ſtare, illamque omnibus modis publicare; non ergo mirum, quod tantum pro veritate tam forti animo clamet, & dicat. D. Baſil. Seleuc. orat. 18. in Herodiad. ſic ait: *Poſiter legis in Regem legis prævaricatorem: O dicendi libertas, qua Regiam injuriam non metuit: linguam evibrabat, ut olim in utero ſaltum edebat.* Ab utero habebat veritatem demonſtrare, & clamare, quod in tota vita integerrime ſervat, ac retinet. 17.

Matth. 14. *Virtus à pueritia perſeverat.* D. Baſil. Seleuc.

Paulus à Verſ. 6. uſque ad 16. narrat ſuam converſionem, quomodo ipſo eunte in Damaſcum, Chriſtus eum vocavit de Cœlo, & ab Anania ſalutatus, & baptizatus, quod manet explicatum ſupra c. 9.

Actor. 22. num. 17. Factum eſt autem revertenti

tenti mihi in Ieruſalem, & oranti in Templo fieri me in ſtupore mentis.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE II.
uſque ad Verſ.21.

18. Verſ.17. R*Evertenti mihi*, tertio nempe anno à converſione mea, ut patet Act.9. verſ.26. Galat.1.n.18. & cum eſſem in Templo orans: *Fieri me in ſtupore mentis.* Græcus, Arabic. *In extaſi, ut raperet extra me.* Æthiopic. *In domo ſancta obſtupui*, & in hac extaſi juſſus eſt Paulus prædicare ad gentes: Hæc autem extaſis integro ſexennio anterior fuit raptu Pauli in tertium Cœlum, qui Antiochiæ contigiſſe videtur?

Act.9. Galat.1. Græcus. Arabic. Æthiop.

19. Verſ.18. *Et videre illum.* Syriac. *Vidi in viſione*, explicat Lyran. intellectuali, vel imaginaria, videre illum, ſcilicet Chriſtum D. dicentem *Exi velociter ex Ieruſalem*; quia prævidebat Deus per ſuam infinitam ſcientiam, quod in te manus violentas injicient, & Deus tunc volebat Paulum reſervare ad multorum converſionem, & inſuper *Non recipient teſtimonium tuum de me.*

Syriac. Lyran.

20. Verſ.19. *Et ego dixi*, reſpondens ad Chriſtum D. *Ipſi ſciunt*, quam ferventer ego olim pugnavi de Judaiſmo contra tuam legem, ita ut tui nominis ſequaces, concluderem in carceres, *cædens.* Syriac. *Verberans*, ac proinde cum me viderint tam ſubito mutatum pro nomine tuo pugnans contra Judaiſmum, credent hoc non factum fuiſſe vi humana, ſed miraculosè, impulſu divino; ecce quanto artificio Paulus procurat ſalutem Judæorum, ut ibi permaneat docens.

Ingens deſiderium Pauli de aliorum ſalute.

21. Verſ.21. *Cum funderetur ſanguis Stephani teſtis tui*, Protomartyris tui, qui ex adultis primus fuit, qui pro te obtulit ſanguinem ego aſtabam. Arabic. *Ego aſſiſtebam latus de nece illius*, ac ut illius dux, & promotor, & *cuſtodiebam veſtimenta eorum*, ut diligentius, ac fortius ipſum lapidarent, ut jam explicavi ſupra cap.8. verſ.58.

QVÆSTIO IV.

Quare Chriſtus mandat tam velociter exire Paulum de Ieruſalem?

22. APparet Dominus in viſione Paulo, & ait illi verſ.18. *Feſtina, & exi velociter de Ieruſalem.* Magnamque in hoc negotio diligentiam recommendat Dominus duplici verbo. *Feſtina velociter*, & rationem ſubdit: *Quoniam non recipient teſtimonium tuum de me.* Ac proinde fruſtra conſumes ibi tempus, quod in aliorum ſalutem utiliſſimum erit, proindeque inutiliter conſumes ibi tempus, quo nihil eſt pretioſius.

Tempus inutiliter non eſt conſumendum.

23. Unde ait Apoſtol. ad Epheſ.5. n.16. *Ambulate ut ſapientes redimentes tempus; quoniam dies mali ſunt.* Preme verbum cum D. Hieronymo *Redimere*, qui enim in malis, ac inutilibus operibus tempus conſumit, tempus tamquam captivum habet; at vero, qui à malo avertit, & ad juſtum, ac ſanctum applicat, ipſum redimit ab omni prævaricatione, prout recta ratio, ac juſtitia poſtulat. Ibi D.Hieronym. ait: *Quando tempus in bono conſumimus, illud & proprium facimus, quod malitiâ humanâ venditum fuerat: ſic & dies malos in bonos vertimus & facimus illos non præſentis ſæculi; ſed futuri.* Et rationem ſubdit; quia dies mali ſunt, utpote breves multis miſerijs pleni.

Epheſ.5. *Qui bene operatur redimit tempus captivitatis.* D. Hier.

Cum Jethro ſocer Moyſes vidiſſet eum, quod ſolus cauſas, & negotia tam amplæ multitudinis, ac tot millium hominum judicabat, ac diſcernebat, quod quidem onus unius hominis vires excedebat, & multorum judicum Senatum exquirebat, ait ille Moyſi: *Non bonam rem facis, ſtulto labore conſumeris*, Exod.18.n.18. Stulto labore, ac diſpendio conſumit tempus, qui in nullo aliquid proficuum facit, ibi Abulenſis: Quando aliquis conſumitur laborando, ſi labor juſtus eſt, & quaſi neceſſarius, rectè fieri videtur; quando autem quis conſumitur labore, & ille nihil proficit, labor ille eſt ſtultus, talem judicabat Jethro eſſe laborem Moyſis. 24.

Exod.18. Abulenſ. *Qui non proficit in tempore, ſtulte perdit.*

Dicitur in Textu, quod videns Deus hominum multiplicatam nequitiam ſuper terram, dixit Deus Noe: *Non permanebit Spiritus meus in æternum, in homine; quia caro eſt, eruntque dies illius centum viginti annorum*, Geneſ.6.n.3. Et quando Noë cœpit ædificare arcam habebat ætatis *quingentorum annorum*, Geneſ.5. n.31. Et quando aquæ diluvij incœperunt, ait Textus Geneſ.7. n.6. *Eratque Noë ſexcentorum annorum quando aquæ diluvij inundaverunt ſuper terram.* Ecce grandis difficultas, quæ graviſſimorum Doctorum torquet ingenia, Deus in ſpatium promiſerat centum, & viginti annos, quando ut patet ex computatione facta, viginti diminuti ſunt: Nunquid Deus poteſt in promiſſis deficere? Minimè: ſed ex ſua Miſericordia conceſſit illud tempus centum viginti annorum, ut homo reſipiſceret, & pœnitentiam ageret, quod ille contempſit, & qui tempore abutitur, ac inutiliter conſumit, tempore privatur, tempuſque illi adimitur. D.Chryſoſt.homil.25. in Geneſ. ſic ait: *Idcirco nunc tempus reſtrat, cujus longitudine abutuntur.* 25.

Geneſ. Gen.5. Gen.7. *Qui tempore abutuntur eo privantur.* D.Chryſoſt.

Cum à Sichem Principe filio Hemor fuiſſet commiſſum quoddam crimen fœdum contra Dianam ſororem Simeonis, & Levi, quod valde ægrè pertulerunt, & cum Sichimitæ vellent fieri unum populum cum ipſis, & ut inter eos fierent connubia filij cum filiabus, dixerunt Simeon, & Levi, quod fieri illud minimè poterat, niſi ipſi Sichimitæ circunciderentur, quod cum feciſſent ingreſſi ſunt Simeon, & Levi, cum paucis famulis, & omnes viros Civitatis interfecerunt in ore gladij, & quomodo à tam paucis Viris tota una populoſa Civitas deſtruitur, & ſolo æquatur? Nota tempus quo hoc perpetrarunt *Circumciſionis die tertio, quando graviſſimus vulnerum dolor eſt, ingreſſi ſunt Urbem confidenter interfectis omnibus maſculis*, Gen.34. verſ.25. exploratunt temporis opportunitatem, & illa oblata non permiſerunt in vanum præterire. Richard. de S. Victore in lib. qui dicitur Benjamin, ſic ait: *Quonam modo tam pauci tantam potuerunt ſtragem efficere, ſed nimirum adjuvit eos electa opportunitas temporis, quando ipſos circuncisos, & ab ipſis occidendos, oppreſſerat acerbitas doloris.* 26.

Temporis opportunitas multum prodeſt. Gen.34. Richard. de S. Victor.

Act.22. n.21. Et dixit ad me: vade; quoniam ego in nationes longè mittam te.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE III.
uſque ad Verſ.25.

Verſ.21. E*T dixit ad me*, ſcilicet Dominus: *Vade* à loco iſto, *Quoniam ego in nationes longe.* Syriac. *Proficiſcere quoniam miſſurus ſum* 27.

Syriac.

In multis reſplendes virtus Pauli. *ſum te procul.* Tria hic maximè reſplendent in Paulo; 1. Charitas in ſuos, quia volebat in Ieruſalem ſibi immorari, ut eos doceret, ac illuminaret: 2. Ejus ſumma obedientia ad Dei imperium, ita ut perfectè obediens nihil reſpondit. 3. Ejus generoſitas, qua ſe oſtendit paratum, ad eundum ad nationes procul, ac longè diſtantes; multum laudatur Abraham; quia ad vocem Dei: *Exi de terra,* Gen.12. *& veni in terram, quam monſtravero tibi.* Gen.12. n.1. Egreſſus eſt neſciens unam terram determinatam; at Paulus plures neſciens, & diſtantes, ad quas mittebatur, neſciens egreditur.

28. Verſ.22. *Audiebant autem eum*, tamquam auſcultantes vocem Pauli, quam tamquam inanem,& futilem reputabant, ac cum ventum eſt ad illud verbum *proficiſcere ad gentes* non potuerunt ſuſtinere, ſed valde furibundi facti ſunt; quia videbant ſe ipſos contemptos, & tamquam à Deo reprobatos, & gentes ſibi ipſis eſſe prælatas, & ideo clamant.

29. *Clamabant: Tolle de terra hujuſmodi hominem.* Arabic. Arabic. *Extirpa hujuſmodi hominem.* Syriac. Syriac. *Nec oportet eum vivere.* Paulus omnimodè affectabat eorum ſpiritualem vitam, Iudæi verò eum interficere, proh quantum diſtat mens juſtorum à conſilio peccatorum.

30. Verſ.23. *Vociferantibus autem eis.* Æthiop. Æthiopic. *Et cum indignarentur*, clamant, ait Lyran. Lyran. ut per clamorem obtinerent, quod per rationem non poterant *projicientibus veſtimenta ſua*; *Cur non projiciunt, lapides?* quia lapides in manibus non habebant, tum ob reverentiam Tribuni, in cujus erant præſentia eum non lapidant, ſed tantis, & talibus ſignis oſtendunt deteſtationem, ac execrationem verborum Pauli.

31. Verſ.24. *Iuſſit Tribunus duci in caſtra*, ſcilicet arcem Antoniam, de qua ſupra dixi ſuperiori cap. verſ.34. & Paulus erat in gradibus ipſius arcis loquens ad populum, ut patet ex eodem ſuperiori Act.21. cap. verſ.40. *Et flagellis cædi.* Syriac. Syriac. *Ut flagellis inquireretur.* Græcus. Græcus: *Ut flagellis interrogaretur.* Cur Populus ſic clamabat contra eum, valde iniquè Tribunus agit contra Paulum, dum eum cum tortura interrogat de clamore populi, potius populus, vel aliquis de populo erat interrogandus, ob quam cauſam ita fortiter contra Paulum clamabant, & poſtulabant ad mortem.

31. Verſ.25. *Et cum adſtrinxiſſent eum loris.* Syriac. Syriac. *Et quum extendiſſent eum loris, ad lignum, ſeu palum, ut verberaretur*; in hoc etiam Paulus paſſionis Chriſti ſequitur veſtigia, ſicut ille alligatus fuit ad columnam.

33. *Si hominem Romanum indemnatum licet vobis flagellare.* Duplex grande crimen commiſit Tribunus, primo quod abſque eo quod cauſa fuerit judicata, ventilata, ac determinata, juſſerit Paulum *Paulus quomodo civis Romanus.* flagellari, quod erat grandis injuria, graviſque pœna. 2. Violabat jus Romanum; quamvis enim Paulus eſſet natus Tharſi, quæ Romana Civitate donata erat; atqui Paulus Romano privilegio fruebatur, utpote in illo natus, quod erat valde magnum, cum Roma toto dominaretur Orbe, de quo dixi ſupra c.16. ad verſ.37. & iterum latius infra q.6.

QUÆSTIO V.

Quare iſti Ieroſolymitani projiciebant veſtimenta ſua jactantes pulverem in aërem?

34. Interlin. HOc faciebant, inquit Gloſſa Interlinealis, in ſignum mœroris, & triſtitiæ, ſicut negotiantes videntes incendium Babyloniæ *Miſerunt pulverem ſuper capita ſua.* Apocalypſ.18.n.19. Apoc 18. Secundo Lyran. Lyran. In ſignum magnæ deteſtationis, ac execrationis. Tertio Caiet. Caiet. ut judicarent Paulum eſſe perturbatorem, non ſolum terræ, ſed etiam aëris, ac Cœli: Quarto Carthuſian. Carthuſ. in ſignum, quod Paulus ſua doctrina dabat principium ad magnam pugnam, ac diſſentionem; nam antiquitùs ſpargere pulverem in Cœlum erat ſignum belli, ac diſſentionis; Quinto alij, ac ſi Paulus eſſet blaſphemus contra Deum, ac locum Sanctum.

35. D.Chryſoſt. Sexto, & verius D.Chryſoſt. ut ita extorquerent ſententiam damnationis à Tribuno contra Paulum, huic ſententiæ adhærent Sanchez, Cornelius, & alij ardentiſſimè iſti poſtulabant Paulum ad mortem vocibus clamabant, Tolle eum, etiam multis actionibus, ac operibus, abjectis nempe veſtimentis, & fortè etiam præciſis jacentibus pulverem in aërem, atque omni modo poſſibili rapiebant illum ad mortem.

36. Oecum. Unde illis tantus ignitis ardor contra Paulum? quia ſibi perſuadebant, ut innuit Oecumenius, quod Paulo extincto firmabatur eorum ſecta, legalium ritus, & tranquillitas pacis Civitatis, ſed inde ſibi maximè omnem ruinam, & excidium ſollicitabant; *Per quod homo cogitat ſe firmare, ruit.* nam ex perſequutione facta Apoſtolis Ieroſolymitana devaſtatio accelerata eſt, & unde iniquus putat habere ſubſidium, inde ſibi parat laqueum, ut ait D.Auguſt. lib.5. de Civitate Dei.

37. Oſeæ 5. Ait Oſeas 5. n.13. *Vidit Ephraim languorem ſuum, & Iuda vinculum ſuum, & abijt Ephraim ad Aſſur, & miſit ad Regem ultorem.* Vidit Ephraim quod ejus vires deficiebant, *& Iudas vinculum ſuum* ſeu ut ex Hebræo legitur: *Colligationem ſuam* ad captivitatem: tum in arcto poſitus abijt quærens, ac petens auxilium *ad Regem ultorem* ſive intelligas cum Theodoreto, Lyrano, ac alijs *Regem Chaldeum*, ſive cum Theophylacto, Leone à Caſtro *Romanos*, Theod. Lyran. Theoph. Leo à Caſtro. tamen ſi abijt Regem petens ab eo auxilium, & protectionem, quæ maximè ſunt ſigna amicitiæ, & confœderationis, cur non ait miſit ad Regem amicum, ſed ad Regem ultorem, ac vindicem, ſi ut amicus, ac defenſor reputabatur, cur non ait ad amicum Regem, ſed ait ad ultorem, *Ubi cogitatur defenſio, ibi ruina.* quod importat totius malevolentiæ, ac iræ furorem; non Regem amicum, ſed ultorem dicit: prævidebat Propheta, quod ab ipſiſmet, quos ut amicos judicabant, iram Dei eſſe ſævituram, ut vel à Chaldæis captivi ducerentur, vel à Romanis extremum paterentur excidium, & unde defenſionis ſcutum ſperabant, ibi in lanceas, ac gladios interfectionis inciderunt, atque ultrices iræ Dei Miniſtros invenerunt. Rupert. Rupert. Abbas ibi: *Signanter cum dixiſſet: Miſit ad Regem, addit ultorem: vehementer illius populi redarguens inſipientiam, qui cum irato Deo molitur ſibi acquirere hominem auxiliatorem, incurrit eundem Dei ultorem: Deus enim hoc agere conſuevit, ut ad quem confugit, ab eodem potiſſimum capiatur.*

38. Cum Deus vellet, ut Rex Achab ob ſua peccata diſſiparetur, & periret in prælio, & Deus ſtaret, ac aſſiſteret coram omnibus ſuis Miniſtris à dextris, & à ſiniſtris, dixit Dominus quis exiet, & decipiet Achab, dixit Spiritus malignus, & nequam *Ego decipiam*, & in quo decipies ait Dominus: Tunc ille: *Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore Prophetarum ejus*, 3 Reg.22.n.22. *Vade impius ſperabat ſalutem, invenit ruinam.* Negotium agebatur de decipiendo Achab, cur non ait ille malignus: Ego decipiam Achab, ego excitabo in eo imaginationem erroneam, ut inde pereat, ſed totas ipſas deceptiones, ac falſitates conjecit *In ore Prophetarum ejus*. 3 Reg 22. alto Dei judicio omnia diſponebantur,

bantur. Illi Prophetæ erant deſignati ab Achab tamquam iotimi amici, ac familiares ejus, ex quorum coofilio, ac dictamine omne bonum, ac felicitatem ſperabat Rex, inde ei naſcitur omnis devaſtatio, ac perditio ad majorem demonſtrationem divinæ juſtitiæ; quia tota ſpes ejus verſa eſt in ruinam illius.

Actor.22.num.26. Quo audito Centurio acceſſit ad Tribunum & nuntiavit ei dicens, quid acturus es? hic enim homo Civis Romanus eſt.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE IV. uſque ad Verſ.40.

38. Verſ.26. QUo audito Centurio anceps, & dubius hætens tem retulit ad Tribunum, ot videret quid acturus eſſet, ſeu ut legit
Arias. Arias: *Vide quid facturus es facere*; nam eivem Romaoum flagellare graodis erat pœna.

39. *Miniſtris* Verſ.17. *Accedens autem Tribunus.* Non acquievit dictis Ceotutionis, ſed per ſemetipſum vult veritatem indagare. In rebus magnis, & magnæ conſideationis non miniſtris fidendum, ſed per ſe videat, & adimpleat Gubetnator.

40. Syriac. Æthiop Verſ.28. Reſpondit Tribunus: *Ego multa ſumma civilitatem hanc conſequutus ſum.* Syriac. *Multa pecunia acquiſivi jus municipij.* Æthiopic. *Multas pecunias tradens acquiſivi.* Jus Civitatis Romanæ
Paulus è natura. ejus privilegia, tunc Paulus reſpondet: *Ego autem & natus ſum cives* nempe Romanus ea patre, ac patria juribus, ac privilegijs Romanis maximè nobilitatis. Vide quantum ſuperexcelſa ſit dignitas Pauli ſuper Tribunum; nam Tribunus gaudebat Romano jure ex pecunia data, Paulus vero ex ſua origine à Patre, & patria ob merita.

41. Syriac. Verſ. 29. *Protinus diſceſſerunt ab illo.* Syriac. *Qui fuerant ab eo flagellatione inquiſituri. Tribunus quoque timuit*, oe violatis privilegijs Romanis puniretur, cum Romani dominarentur in toto Orbe.

42. Syriac. Arabic. Græcus. Verſ.30. *Poſtera autem die volens ſcire.* Syriac. *Sequenti autem die voluit certiſſimè ſcire.* Arabic. *Volens exactè ſcire*, ſervata jam forma judicij *ſolvit eum*, ot exprimit Græcus *à vinculis*, & vocat ad conſillum Sacerdotes, & producta cauſa, ob quam à Judæis accuſaretur, & Paulus ſtatuitur io medio, ut pro ſe dicat, & loquatur.

43. Quandiù Paulus reputabatur homo commonis, & vilis abſque ollo examioe condemnabatur, & reputabatur talis, at ut cognitus fuit ut Vir Nobilis, & Romanus attente, & cum multa conſideratione, ac conſilio cum eo agitur; nam pauperes omnes contemnunt nobiles & magnos omnes reverentur.

QUÆSTIO VI.

Quare Paulus cum natus eſſet Tharſo Ciliciæ dicitur Cives Romanus?

44. HAnc magnam dignitatem, quod eſſet Cives Romanus, illiuſque privilegijs gauderet, non habuit multa pecuniâ emptam, ut Tribunus de ſe
Difficultas quaſtionis. fatetur verſ.28. *Ego multa ſumma*, (ſcilicet pecuniarum) *civilitatem hanc conſequutus ſum.* At Paulus, ut ipſe ait ibidem: *Ego autem natus ſum*, hoc eſt Civis ſum à mea nativitate: quomodo ergo hoc poſſit ſtare, cum eſſet natus Tharſo Ciliciæ.

Conveniunt omoes, quod Tharſus Civitas ob magna ſua merita erga Romanos hanc dignitatem obtinuit ab ipſis, ut eſſet Colonia Romana gaudens Romanorum privilegijs Carthuſ. Gloſſa io ſecundam epiſtol. ad Timoth.cap.4. verſ.13. dicunt hoc privilegium conceſſum fuiſſe Tharſæ, quia Romanorum Legatos cum pace, Coronis, magnoque plauſo exceperunt. 45. *Gloſſa. Carthuſ.*

Communis, & vera ſententia eſt, quam tradunt Dio Caſſius lib.47. & Baron. in Epitome Spondani anno Chriſti 58. n.59. quod Tharſenſes io bello Civili multum Julio Cæſari adjuvarunt, unde Tharſus dicta eſt Civitas *Iuliopolis.* Deinde ſub Octaviano Auguſto pro Romanis fortiſſimè pugnarunt, & hac de cauſa ſtudioſiſſimè multa mala paſſi ſunt, ac proinde ob tam præclara merita Tharſus nobilitata eſt à Romanis, ot eorum jure, ac privilegijs gauderet. 46. *Dio Caſſius. Baron. Veneratio.*

De privilegijs Romanorum latè agit Briſonius lib.1. antiqui Juris Civilis cap.13. Ioter cætera, quod ad rem noſtram pertinet, illud erat Romanos Cives verberibus cædi, aut in Crucem agi fas non erat, & ideo Paulus non crucifixus patitur, ut D. Petrus, ſed gladio, otpote Civis Romanus. 47. *Privilegia Romana.*

QUÆSTIO VII.

Quare D. Paulus, qui ter virgis cæſus eſt, modo recuſat flagellari à Tribuno?

AIt noſter Apoſtolus 2.Corinth.11.n.25. *Ter virgis cæſus ſum*, in præſenti verò fortiter recuſat verberari, dicens ſe eſſe Civem Romanum, dicens: *Sic hominem Romanum, & indemnatum licet vobis flagellare*, verſ.25. quomodo antea tam alacriter, ac conſtanter toties flagella ſuſtinuit, modo vero tantis obſiſtens Romana privilegia producens. 48. 2. Cor.1.

Quod Paulus flagelletur, quia erat Chriſti diſcipulus, & Jeſum Chriſtum prædicabat, hæc libenter ſuſtinebat, gaudebatque; at vero, quod ad verbera damnetur ob multa falſa teſtimonia, quod erat nempe homo ſeditioſus amotinator Civitatis, paciſqoe perturbator, atque Templi violator, ac divinarum legum, hoc non patitur Paulus ſed à tot, tantiſque criminibus ſe liberum, ac alienum oſtendens reſtitit flagellis, ad quæ ob falſa crimina impoſita damnabatur. Valde acerbum, ac durum eſt Viro Nobili per conficta delicta infamari, ac puniri. Hinc David inſtanter poſtulabat à Deo, Pſal.118. *Feci judicium, & juſtitiam, non tradas me, calumniantibus me, ſuſcipe me in bonum, non calumnientur me ſuperbi.* 49. *Valde acerbũ, ac durũ eſt teſtimonium falſum.* Pſal. 118.

Ait Eccleſiaſt.26.n.6. *Delaturam Civitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem ſuper mortem omnia gravia.* Siogula expendamus: *Delatura Civitatis*, ſeu illius commotio, ac tumultus. *Collectio populi*, ſeu ut legit Tigurina *ſeditio*, ſeu conglomerata turba populi; *Calumnia mendax*, dum per falſos teſtes producitur, hæc majorem dolorem, atque angorem ſoper mortem ioferunt, ecce hæc omnia facta ſunt contra Paulum, *Civitas commota eſt*, populus clamabat: *Tolle eum, non fas eſt hujuſmodi vivere.* Tandem dum accuſatur violator legum, amotinator populi. 50. Eccl.26. Tigurin. *Falſum teſtiu durior mortis.*

Ait Salomon Proverb.25.n.18. *Iaculum, & gladius, & ſagitta acuta, & vir, qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium.* Græcus ſic vertit, 51. Prov.25.

vertit. *Malleus, & gladius, & ſagitta acuta.* Qui falſum teſtimonium profert contra proximum
Falſus teſtis omni genere mortis interficit. ſuum, non uno modo, ſed omni genere bellorum adverſus innocentem inſurgit, ut nunquam mortem ſubterfugiat, & quantum in ſe eſt, non unam mortem, ſed multiplicem in eum infligere intendit.
Caiet. Caiet. ibi ait: *Falſus teſtis aſſimilatur malleo, gladio, & ſagitta acuta, hoc eſt univerſo generi nocivorum ab homine; per hæc enim omnes modi ſignificantur, quibus homo homini necet.*

52. Ait Eccleſiaſt. 7. n. 8. ait: *Calumnia conturbat ſa-*
Eccleſ. 7. *pientem & perdit robur cordis illius. Calumniatoris verba falſa, & mendacia componunt*, & ait talium
Tigurin. loquela *conturbat ſapientem.* Tigurina legit: *Ad*
Falſus teſtis inſanire facit. *inſaniam adiges*, ac ſi præ dolore, & triſtitia ſtatim conturbet cor ſapientis, ut eum tamquam inſanire faciat, ac omnem valorem, ac robur mentis ejus
Thaum. perdere. D. Gregor. Thaumat. ibi ait: *Summum malum calumnia, quæ ſapientum maximè animabus inſidiatur, generoſam, ac denſam illam virtutum ſylvam extirpare molitur.*

CAPVT XXIII.

1. *INtendens autem in Concilium Paulus ait: Viri fratres, ego omni conſcientia bona converſatus ſum ante Deum uſque in hodiernum diem.*
2. *Princeps autem Sacerdotum Ananias præcepit aſtantibus ſibi percutere os ejus.*
3. *Tunc Paulus dixit ad eum: Percutiet te Deus, paries dealbate. Et tu ſedens judicas me ſecundum legem, & contra legem jubes me percuti?*
4. *Et qui aſtabant dixerunt: Summum Sacerdotem Dei maledicis?*
5. *Dixit autem Paulus: Neſciebam fratres, quia Princeps eſt Sacerdotum. Scriptum eſt enim: Principem populi tui non maledices.*
6. *Sciens autem Paulus, quia una pars eſſet Sadducæorum, & altera Phariſæorum, exclamavit in Concilio: Viri fratres, ego Phariſæus ſum, filius Phariſæorum, de ſpe, & reſurrectione mortuorum ego judicor.*
7. *Et cum hæc dixiſſet, facta eſt diſſenſio inter Phariſæos, & Sadducæos, & ſoluta eſt multitudo.*
8. *Sadducæi enim dicunt, non eſſe reſurrectionem, neque Angelum, neque ſpiritum: Phariſæi autem utraque confitentur.*
9. *Factus eſt autem clamor magnus. Et ſurgentes quidam Phariſæorum pugnabant dicentes: Nihil mali invenimus in homine iſto: quid ſi Spiritus locutus eſt ei, aut Angelus?*
10. *Et cum magna diſſenſio facta eſſet, timens tribunus ne diſcerperetur Paulus ab ipſis juſſit milites deſcendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in caſtra.*
11. *Sequenti autem nocte aſſiſtens ei Dominus, ait: Conſtans eſto: ſicut enim teſtificatus es de me in Ieruſalem, ſic te oportet, & Romæ teſtificari.*
12. *Facta autem die collegerunt ſe quidam ex Iudæis, & devoverunt ſe dicentes, neque manducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum.*
13. *Erant autem pluſquam quadraginta Viri, qui hanc conjurationem fecerant.*
14. *Qui acceſſerunt ad Principes Sacerdotum, & Seniores, & dixerunt: Devotione devovimus nos nihil guſtaturos, donec occidamus Paulum.*
15. *Nunc ergo vos notum facite tribuno cum Concilio, ut producat illum ad vos, tanquam aliquid certius cognituri de eo. Nos vero priuſquam appropiet, parati ſumus interficere illum.*
16. *Quod cum audiſſet filius ſororis Pauli inſidias, venit, & intravit in caſtra, nunciavitque Paulo.*
17. *Vocans autem Paulus ad ſe unum ex Centurionibus, ait: Adoleſcentem hunc perduc ad tribunum, habet enim aliquid indicare illi.*
18. *Et ille quidem aſſumens eum duxit ad tribunum, & ait: Vinctus Paulus rogavit me hunc adoleſcentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi.*
19. *Apprehendens autem tribunus manum illius ceſſit cum eo ſeorſum, & interrogavit illum: Quid eſt, quod habes indicare mihi?*
20. *Ille autem dixit: Iudæis convenit rogare te, ut craſtina die producas Paulum in Concilium, quaſi aliquid certius inquiſituri ſint de illo.*
21. *Tu vero nec credideris illis, inſidiantur enim ei ex eis Viri amplius, quam quadraginta, qui ſe devoverunt non manducare, neque bibere, donec interficiant eum: & nunc parati ſunt, expectantes promiſſum tuum.*
22. *Tribunus igitur dimiſit adoleſcentem, præcipiens ne cui loqueretur quoniam hæc nota ſibi feciſſet.*
23. *Et vocatis duobus Centurionibus, dixit illis: Parate milites ducentos, ut eant uſque Cæſaream, & equites ſeptuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis.*
24. *Et jumenta præparate, ut imponentes Paulum, ſalvum perducerent ad felicem præſidem.*
25. *Timuit enim ne fortè raperent eum Iudæi, & occiderent, & ipſe poſtea calumniam ſuſtineret, tanquam accepturus pecuniam.*
26. *Scribens epiſtolam continentem hæc* Claudius Liſias optimo præſidi, felici, ſalutem.
27. *Virum hunc comprehenſum à Iudæis, & incipientem interfici ab eis, ſuperveniens cum exercitu eripui, cognito quia Romanus eſt.*
28. *Volenſque ſcire cauſam, quam objiciebant illi, deduxi eum in Concilio eorum.*
29. *Quem inveni accuſari de quæſtionibus legis ipſorum, nihil vero dignum morte, aut vinculis habentem criminis.*
30. *Et cum mihi perlatum eſſet de inſidijs, quas paraverant illi, miſi eum ad te, denuncians: & accuſatoribus, ut dicant apud te, Vale.*
31. *Milites ergo ſecundum præceptum ſibi, aſſumentes Paulum duxerunt per noctem in Antipatridem.*
32. *Et poſtera die dimiſſis equitibus, ut cum eo irent, reverſi ſunt ad caſtra.*
33. *Qui cum veniſſent Cæſaream, & tradidiſſent epiſtolam præſidi, ſtatuerunt ante illum, & Paulum.*
34. *Cum legiſſet autem, & interrogaſſet, de qua Provincia eſſet: & cognoſcens, quia de Cilicia.*
35. *Audiam te (inquit) cum accuſatores tui venerint. Iuſſitque in prætorio Herodis cuſtodiri eum.*

ARGVMENTVM.

PAULUS poſitus in Concilio incipiens dicere ſuam cauſam à Pontifice jubetur percuti, cui ait Paulus: Percutiet te Deus, paries dealbate; declarat Paulus ſe eſſe Phariſæum; & ne aliqua diſcordia oriatur inter Phariſæos, & Sadducæos, à Tribuno abducitur Paulus, ut fortè interficiatur; apparet Deus Apoſtolo confortans eum.

Actor.23.n.1. Intendens autem in Concilium Paulus ait: Viri fratres, ego omni conſcientiâ bonâ converſatus ſum ante Deum in hodiernum diem.

Verſiones,

PRIMA EXPOSITIO uſque ad Verſ.5.

1. Syriac. Arabic. Verſ.1. *INtendens autem in Concilio Paulus.* Syriac. *Cum autem intueretur in conceſſum eorum.* Arabic. *Cum contemplatus eſſet.* Cum ergo firmis, ac fixis oculis aſtantes in eo Concilio intueretur, quod erat ſignum magni animi, roboris, generoſitatis, ac innocentiæ, quod in conſpectu judicum non turbaretur; & (ut exiſtimo) propoſita à Tribuno cauſa comprehenſionis Pauli; quia in omni judicio prius cauſa rei proponitur, quam ipſe jubeatur loqui pro ſe, & datâ facultate dicendi.

2. Act.2. *Cur non dicit Patres.* *Ait: Viri fratres:* & non adjicit Patres, ut c.22. n.1. quia hic converſus eſt ad Phariſæos, & cum ipſis tantum loquebatur; vel quia citato c.22. narravit factum converſionis: at vero hic ſtabat coram judicibus, & ne videretur benefico titulo eorum gratiam ſollicitare cum aliquâ juſtitiæ læſione, & ideo nomen Patres omiſit, & generali nomine fratrea uſus eſt.

3. Syriac. Æthiop. *Ego omni conſcientiâ bonâ converſatus ſum ante Deum.* Arabic. *Ego omni mente bonâ me geſſi.* Æthiop. *Ego in omni bonâ doctrinâ adhaſi Deo.* Ego ſemper munere meo functus ſum Deo, ſive in Judaïſmo, ſive in Chriſtianiſmo; in Judaïſmo ex conſcientiâ erroneâ, quâ eram ſeductus multum pugnans pro lege; nunc vero in Chriſtianiſmo Dei gratiâ illuminatus fortius pro Evangelio.

4. Syriac. Verſ 2. *Princeps autem Sacerdotum Ananias* (quiſnam eſſet, dicam q.3.) *præcepit aſtantibus ſibi percutere os ejus.* Syriac. *Ut caderent Paulum in os ejus.* Ille autem Princeps Sacerdotum cum eſſet Judæus malevolentia, ira, ac furore, & odio erat ferventius in Paulum, & ideo non eſt paſſus ipſum audire, ac proinde, antequam Paulus loqueretur, mandat percuti os ejus, tanquam hominis impij, & blaſphemi, qui non erat dignus, ut audiretur. Carthuſ. Carthuſ. exiſtimat Principem Sacerdotum fuiſſe indignatum, quia Paulus eum more patrio non ſalutaſſet.

5. Syriac. Arabic. Verſ.3. *Percutiet te Deus, paries dealbate.* Syriac. *Futurum eſt, ut te percutiat Deus.* Arabic. *Certe Deus eſt te percuſſurus, paries albedine luſtrate.* Verba Pauli non ſunt animi iracundi, ſed ex zelo juſtitiæ; nec verba ſunt per modum deprecativum percutiat te Deus, ſed ſpiritu prophetico *percutiet* Syriac. Arab. futurum eſt, ut percutiat te ob tuam malitiam.

6. Paries dealbate, ſeu illuſtrate, ſignificat hominem hypocritam exterius habens apparentiam juſtitiæ, & non interius, de quo q.2. cum debeas judicare juxta legem, agis contra legem Divinã, & naturalẽ, cum percutias hominẽ nec damnatum, nec auditum.

7. Verſ.4. *Summum Sacerdotem Dei maledicis.* Syriac. *Sacerdotem Dei convicio afficis.* D.Cypr. epiſt. 55. *Inſiſtis in Sacerdotem Dei maledicendo*; atqui illud *percutiet te Deus*, fuit dictum ab Apoſtolo ſpiritu prophetico, ut modo dixi; quia vero aliqui codices habent *percutiat te Deus* per modum optativum, frequenter apud Hebræos futurum ponitur per optativum. Deinde ut docent D.Aug. in Pſ.78. D.Aug. D.Hier. & D.Hier. in Pſal.11. Paulus Apoſtolus ea authoritate, & zelo juſtitiæ non ſolum intentari, ſed etiam imprecari juſtam Dei iram impio Pontifici, & ut tali agnito, ad correctionem ejus, ac emendationem aliorum, de quo q.2. Addit D.Chryſoſtom. D.Chryſoſt. hunc ſummum Sacerdotem, Paulo reſponſo adeo percuſſum, & mortuo ſimile fuiſſe, nec verbum proferre potuiſſe, ſed alios pro eo reſponſum dediſſe.

Verſ.5. *Neſciebam, quia Princeps eſt Sacerdotum*; 8. Quia Paulus multo tempore fuerat à Jeroſolyma, & non agnoverat, quis eſſet Summus Sacerdos, nam cum maledicere prohibitum erat, Exod.22.n.28. & Paulus adducens locum Exod.22.n.28. de quo latius q.4.

QUÆSTIO I.

Quare D.Paulus dum introducitur in Concilium eſt attendens in Aſſiſtente.

AIt Text. *Attendens in Concilium Paulus.* Arab. 9. *Aſpectũ oculorũ Pauli timet Sũmus Sacerdos.* *Contemplatus eſſet*: In quo multa magna relucent. 1. Multa confidentia ad loquendum; ſolent enim auditores in exordio ſuæ orationis ex omni parte circumſpicere. 2. Ejus innocentia, qua judices non timebat. 3. Ejus libertas, & audacia ad dicendum. 4. Generoſitas animi, & fortitudo, quà ſolus inter tot adverſarios ſtat. 5. Ardor, perſpicacia, & vivacitas oculorum oſtendebant animum vivacem ſapientia plenum ad confundendos, & vincendos ſuna adverſarios, & ideo, antequam Paulus loqueretur, ſummus Sacerdos ejus aſpectum timens, erant enim oculi Pauli indices animi illius, mandat *percutere os ejus.*

10. 1.Reg.17. Cum David exit in prælium, ait Text. de eo *erat autem adoleſcens rufus, & pulcher aſpectu*, 1.Reg.17. n.4. quæ verba ſic legit Theod. *Erat rufus cum pulchritudine oculorum*; & cur, quando procedit ad bellum, notatur ejus pulchritudo oculorum: quid habent oculi pulchri cum bello? & unde illis tanta pulchritudo? explicat Theod. 1.Reg. q.40. & ait: Theod. *Ardor oculorũ in Deum omnia vincit.* *Vidit eum Goliath, & ei nihil fecit, quoniam eſſet puer, & ipſe rufus cum pulchritudine oculorum; imitabantur enim animi oculos oculi corporis, illi enim cernebant, & contemplabantur eum, qui non cadit ſub aſpectum.* Oculi externi David ſequebantur oculos internos animi, qui toti erant affixi in Deum & inde mira illorum pulchritudo ad vincendum, ac triumphandum, *contemplabantur eum, qui non cadit ſub aſpectum.*

11. Quandiu Moyſes præſens eſt populo, dicebat ille Exod.19.n.8. *Cuncta, quæ locutus eſt Dominus faciemus*; & tunc non eſt prolapſus in idololatriam, at vero cum Moyſes aſcendit in Horeb, & ibi moras

trahit,

Exod.32. trahit, *Videns populus, quod moram faceret*, Exod.32.
n.1. *Fecerunt vitulũ in Hereb, & adoraverũt ſculptile*, Pſal.105.n.24. populus valde propenſus erat ad
Pſal.105. Actor.7. mala, ot dixit D.Stephan. Actor.7. *Dura cervices,*
Magiſtri aſpectus continet alumnos. *& incircumciſis cordibus* : & tamen quandiu Moyſes eſt præſens non faciunt vitulom, nec adorant
ſculptile ? quia ipſa præſentia Moyſis ardor oculorum ejus ex recta intentione in Deum ipſam populi
malitiam cobibebat, ac illam vincebat, & de illa
triumphabat, ut tale nefas non auderent perpetrare,
Rupert. & ab illo refrenabantur. Rupert. lib.4. in Exod.
cap.24. ait : *Quoties ab eo ceſſavit pedagogi virga, ſtultus puer ad eadem, vel ſimilia ſe convertit idolatria flagitia*:
Nyſſen. quod D.Nyſſen.lib.de Moyſe antea
docuerat dicens : *Quaſi pueri, cum pedagogus non adeſt, ſic populus adverſus Aaronem concitatus eſt.*

12. Aliter (aimus) ob fratricidium, & reprobatus à
Deo, à quo ei dictum eſt ; *Iratus eſt vehementer,*
Gen.4. *& concidit vultus tuus*, Gen.4.0.5. ab animi ſinu
in faciem prodit furor, nec poterat in Deum aſpicere, qui in Deum flagrabat odio. Oleaſtrus ait :
Oleaſtr. *Ideo dimiſit vultum, ne ad cœlum, ubi Deus erat,*
Qui odit cœlum non poteſt videre cœlum. *aſpiceret, à quo ſe læſum arbitrabatur* : gravamen
ſui peccati, ac malæ conſcientiæ prodibat in vultum, ot non auderet illum elevare ad cœlum videndom.
Rupertus lib.4. in Geneſ. cap.3. ait : *Videlicet ira in odium verſa. . . . . pondere declinavit in terram vultum ejus.*
Ex tanta ioiquitate, quæ prodibat in vultum, etiam ab illa pullolabat quidam
naturalis timor, uti diceret : *Omnis, qui invenerit me, occidet me*, Gen.4.0.14. Tremuleoto vultu occiſorem contra ſe advocabat.

13. Externa præſentia oculorum latentem animum
Math.6. indicat ; vox eſt Chriſti Domini apud Math.6.
Oculorũ index interni aſſectus. n.22. *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus.* Lucet in
tenebris lucerna, & quod tenebris tegitur, lucerna
detegit, & manifeſtat, lucerna corporis eſt oculus,
& quod in abdito pectoris Secretario reconditur,
Clem. Alex. oculos veluti clavis aperit, & patefacit. Clemens
Alexand. lib 3. Pedag.cap.11. ait : *Oculus eſt per quem aperiuntur interna* : & ideo cum Chriſtus D.
dixiſſet : *Unus ex vobis tradet me.* Proditione indicata.
Ioan.13. Subdit Evangeliſta Ioan.13.n.22. *Aſpiciebant ad invicem Diſcipuli heſitantes de quo diceret* :
an ex vultu poſſent conjecturare illum, qui talia
erat facturus : quod de ſe timens Judas coofcientiâ
accuſatrice, ſtatim ſubditur n.30. *Exivit continuo*
ne ex facie deprehenderetur. Vide cap.20.quæſt.14.
num.114. 115. 116.

QVÆSTIO II.

Quare D.Paulus ſummum Sacerdotem appellat parietem dealbatum.

14. Luc.6. QUamvis juxta doctrinam datam à Chriſto D.
Luc.6.n.28. *Ne quis malefacientibus malefaciat, & maledicat maledicentibus, & imprecetur.*
Rom.12. Et idem Apoſtolus etiam præcipit, Rom.12.n.14.
D.Greg. tamen aliquando, ut docet D.Gregor.lib.4 Moral.
cap.6. *Utrum licet zelo juſtitiæ, & judiciaria poteſtate, atque ſine vindicta livore, & ſine odio.* Sic fecit
Act.8. idem Paulus 2.Timoth.4.0.14. Petrus Act.8. &
4.Reg.1. Elia 4.Reg.1.n.30. & Ierem.11. & Sancti in Cœlo
Sancti poſtulant pœnam ex zelo juſtitia. clamant : *Uſquequo Domine non judicas, non vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra*,
Apoſtol.6.n.10. quod provenit ex zelo juſtitiæ, &
ad emendatioocm, & correptioocm aliorum.

15. Math.23 Appellat Paulus io præſenti *Parietem dealbatum*, ſicut Chriſtus Dominus appellavit Phariſæos,
Matth.23.0.27. *Hypocritæ ſepulchra dealbata*, quæ
exterius apparent pulchra, & candida, interius vero
ſunt plena oſſibus, vermibus, ac multâ ſpurcitiâ,
quo notatur eorum hypocriſis, qua exterius exhibent ſpeciem puritatis, ac ſanctitatis, cum interius *Hypocriſis damnatur.*
abundent omni iniquitate, ut ſatis ex multis Patribus dixi ad citatum locum Matth.

Eleganter D.Auguſt. lib.1. de Sermone Domini 16.
in monte cap.12. *Paulum cum ait : Percutiet te Dominus, paries dealbate intelligentibus prophetia eſt,* D.Aug.
paries quippe dealbatus, ſimulatio eſt Sacerdotalem proferens dignitatem, & ſub hoc nomine, tanquam candido tegumento, interiorem quaſi Lunam turpitudinem occultans.
Paulus contra ioiquum Sacerdotem minatur Divinam iram *Percutiat te* ; & ad *Nomen ſine fructu provocat injuſtitiâ Dei.*
hoc nullum aliud crimen contra eum opponit, niſi
quod ſit paries dealbatus : cur noo potius eum dicit ſacrilegum, ſceleſtum, iojuſtum, ſed tantum ſit
paries dealbatus : hoc maximè inter omnia ſollicitabat Divinam iram, quod in illa dignitate ſolum
haberet exteriorem ſplendorem nomiois, & hooo-ris, & intus omni fructu illius careret, qui habet
dignitatem ſine ſuis operibus, & de ſolo oomioe
gaudere vult, maximè eſt execrabile.

Ait Deus per Sophon.1.n.4. *Diſperdam de loco* 17.
hoc reliquias Baal, & nomina adituorum cum Sacerdotibus : Soph.1.
Septuaginta : *Et nomina Sacerdotum cum Sacerdotibus* : Septuag.
com Divina ira inſurgit ad deperdendum, & contra quid armata fulminat ſuum furorem; nempe contra nomina æditootum, ac oomina Sacerdotum ; nil enim magis intolerabile, quam
nomen vacuom ſine operibus : habere nomen dignitatis ſplendidum, & illi non correſpondere,
maximè ſollicitat Divinam iram. D.Hieron.160. D.Hier.
Auferas ait Domious *nomina Sacerdotum cum Sacerdotibus, quia fruſtra ſibi applaudent in Epiſcopali nomine, & in Presbyteri dignitate, & non in opere ; Unde ſignanter non ait : & opera Sacerdotum cum Sacerdotibus, ſed qui tantummodo falſa nomina preferunt dignitatum, & malis operibus ſua nomina deferunt.* *Non nomina dignitatũ, ſed opera placent Deo.*

Maximè iratom ſe oſtendit Deos contra Regem 18.
Sedeciam. *Tu autem prophane, impie, cujus venit dies in tempore iniquitatis præfinita* à Deo ad mortem, & pœnam tuam, ut explicant Chaldæus, Vatabl. Pagninus, & alij, & ſubdit *Auſer cidarim* Chald.
tolle coronam : nonne hæc eſt, Ezechiel.21.0.26. videtur cootradictio ; nam videtur habere, cum dicat : *Tolle coronam* : & ſtatim ſubdit *hæc non eſt*, id Ezech.21
eſt, illa corona non eſt corona ; quia quamvis in
apparentia, ſplendore, ac nomine videatur corona,
tamen cum meritis non ſit redimita, ſed vacua, verè,
ac realiter non eſt corona, quæ ſerviat ad honorem, ſed ad ignominiam. *Dignitas ſine merito eſt titulus ſine honore.*
Salvian. lib.4. de Providentia ait : *Quid eſt aliud Principatus ſine meritorum ſublimitate, niſi honoris titulus ſine homine ? Quid eſt dignitas in indigno, niſi ornamentum in luto ?* Salvian.

Ait Regius Vates Pſalmo 11. num.9. In circuito 19.
impij ambulant, ſecundum *altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.* Ex Hebræo legit Pagninus : *In circuitu impij ambulant, cum exaltati fuerint, vilitas eſt filijs hominum* Pſal.11. Pagnin.
Multi magno affectu ambiunt dignitates, quibus conſequutis ſuam
iohabilitatem, ac inſufficientiam oſtendunt, ſeſe
infamiæ, ac ludibrio exponunt, quod opportuna
imagine explicat Plutarchos, & ait : *Si quis ſtatuas parvulas, atque ridiculas pedamentis, & baſibus magnificis, atque ſublimibus imponeret, multo minores ad aſpectum proponeret, multoque magis ridendas ; ita ſanè, qui indignos dignitate, & honore* *Dignitas indigno eſt ad ignominiam.* Plutarc.

in ſublime extollit; & poſt pauca ſubdit: *Fortuna cum ingenuam vile magnis, & ſplendidis rebus extollit; ideo magis demonſtrat, atque infamia exponit.*

QUÆSTIO III.

Quiſnam eſſet iſte Ananias Summus Sacerdos.

20. Annas. MUlta, & varia ſunt Authorum placita in hac re: aliqui dixerunt, hunc eſſe Annam ſocrum Caïphæ, ad quem Chriſtus D. comprehenſus à Ju-
Ioan. 18. dæis ductus eſt, Ioan. 18. n. 13. & dicunt ab hoc Paulum accepiſſe literas ad comprehendendos Chriſtianos, de quibus literis Paulus facit mentio-
Act. 22. nem ſuperiori cap. 22. n. 5.

Alij exiſtimant hunc Ananiam eſſe ultimum fi-
21. Filius Annæ. lium, modo dicti Annæ; nam iſte habuit filios quinque, & omnes ſuo ordine fuerunt Pontifices; & ultimus extitit Ananus, qui anno Chriſti 63. & anno quinto poſt hæc geſta occidit Sanctum Jacobum fratrem Domini Epiſcopum Ieroſolymitanum, & hic erat crudeliſſimus.

Valde probabiliter Sigonius lib. 5. de Republ.
22. Sigon. Hebraica cap 1. in Catalogo Pontificum Hebræorum ait: hunc Ananiam eſſe Nebedæ filium ab Agrippa Calveorum Rege, Pontificem datum, &
Ioſeph. poſtea remotum, de quo agit Joſephus lib. 20. c. 3.

Ultimo alij dicunt hunc Ananiam, alio nomine
23. appellant Iſmaëlem, eſſe filium Phabæi, quem in his ultimis annis Felix præſidens conſtituit Pontificem ad quem Paulus vinctus miſſus eſt, ut ſcribit
Ioſeph. Joſephus lib. 20. cap. 6. quamvis Baronius dicat Joſephum erraſſe,

QUÆSTIO IV.

Quare D Paulus ait ſe non agnoviſſe Summum Sacerdotem.

24. AIt Paulus in præſenti tanquam ſe excuſans à maledictione data: *Percutiet te Deus, paries dealbate* ſubdit *Neſciebam fratres, quia Princeps eſt Sacerdotum*, erat perſona publica, & valde nota, Paulus nutritus, & educatus in Jeruſalem, quomodo fieri poteſt, quod eum non agnoſceret.

1. Reſpondet Oecumenius Paulum agnoviſſe,
25. ſed ignorantiam ſimulaſſe; hæc ſententia rejicien-
1. Oecum. da eſt, quia alias eſſet mentitus Paulus dicens *ego neſciebam*. 2. Beda *Neſciebam* Pontificem, quia
2. Beda. Hebraïcus Pontificatus jam erat extinctus, quod eſt veriſſimum, tamen Paulus excuſat ſe, quod non ei impenderit debitam reverentiam. 3. Baronius
3. Baron. ait: quod præter hunc Summum Pontificem fuiſſe alium ordine ſecundum cæteris præpoſitum, & Paulus dubitavit, quiſnam eſſet, at hoc nullum habet fundamentum, & talis ſecundus Pontifex nullibi legitur.

Dicendum eſt cum vera, & communi ſententia
26. Vera ſententia. D. Chryſoſt. Lyran. Carthuſ. Ugonis: Verè Paulum non agnoviſſe Principem, quia ipſe per multum temporis ab Ieroſolymis abfuerat, & novus erat hic Pontifex, ac multis alijs viris circumge-
Sanch. rebatur, & ut advertit Sanchez multæ erant tumultuantes voces aſtantium; & ita Paulus non potuit diſtinctè agnoſcere, à quo exijt illa vox *Percutere os*; contra quem Apoſtolus fulminavit maledictione.

Qua in re maximè audiendus eſt D. Cyprianus
27. D. Cypr. epiſtola 55. & ait: *Paulus cum ei dictum eſſet: ſic inſilis in Sacerdotem Dei maledicendo? Quamvis Domino jam crucifixo, ſacrilegi, & impij, & cruenti illi eſſe cœpiſſent; nec jam quidquam de Sacerdotali honore & authoritate retinerent; tamen ipſum, quamvis inane nomen, & umbram quandam Sacerdotis: Paulus neſciebam*, inquit, *quia Pontifex eſt*; cum ille antiquus Pontificatus jam eſſet extinctus per Chriſtum: bene ſciebat Paulus, quod ille non eſſet Pontifex, ſed homo quidam impius, ſacrilegus, ac omni nequitia plenus; tamen habebat *inane nomen, & umbram quandam Sacerdotis*, inde ipſum reveritus eſt Paulus, tantus enim honor deferendus eſt Sacerdoti.

Sanat Dominus Matth. 8. n. 4. Leproſum, & ait 28. Math. 8.
illi: *Vade oſtende te Sacerdoti*: Communis lex erat Levit. 13. quod ille, qui leprâ fœdatus fuerat, non poſſet communi aliorum conſortio gaudere, niſi prius Sacerdos expiaſſet eum, ac mundatum declaraſſet: at Chriſtus ſupremus Dominus ad quid huic mandat, ut vadat, & oſtendat ſe Sacer- *Sacerdos iniquus*
doti, quem ſciebat eſſe peſſimum, & ſacrilegum? *etiam*
erat tamen Sacerdos, & quamvis peſſimus, vult, ut *honorandus.*
ei exhibeatur debitus honor, & reverentia, ut leproſus ſe ei humiliter repræſentet, ut ab eo expietur, & teſtimonium de ſua munditia ab eo accipiat tanquam à vero Sacerdote. D. Cyprian. epi- D. Cypr.
ſtol. 65. ait: *Ieſus Chriſtus Rex, & judex, & Deus noſter uſque ad paſſionis diem ſervavit honorem Pontificibus, & Sacerdotibus, quamvis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Chriſti ſervaſſent: nam cum leproſum mandaſſet, dixit: Vade, oſtende te Sacerdoti: humilitate ea, qua nos quoque eſſe humiles docuit; Sacerdotem adhuc appellat, quem ſciebat eſſe ſacrilegum.*

Syracides ait Eccleſiaſt. 7. n. 3. *In totâ animâ tuâ* 29.
time Deum, & Sacerdotes ejus ſanctifica: & iterum Eccl. 7.
repetit n. 33. *Honora Deum in totâ animâ tuâ, &* *Deus honorandus*
honorifica Sacerdotes ejus. Honorem Sacerdotis *in Sacerdote.*
non ſemel commendat, ſed vicibus, tanquam rem magni ponderis, & ita recommendat, ut juxta Dei honorem poſtulet, ac ſi ille ſit poſt Deum primus, & ſi Sacerdos fuerit malus, hoc de ejus conſcientia judicare, ad te non pertinet, ſed ipſum honorare. D. Cyprian. lib. 3. epiſtol. 9. ait: *Salomon* D. Cypr.
teſtatur, & docet, qua ſit Sacerdotalis authoritas, & poteſtas: quod ſit honorandus poſt Deum; unde cum Alexander Jaddum Sacerdotem Maximum reverenter adoraſſet; dixit (ut teſtatur Joſephus lib. 11. Antiqu. cap. 8.) *Non hunc adoro, ſed Deum, cujus Principatu Sacerdotis functus eſt.* Vide quæ dixi ſupra cap. 2. q. 31. n. 263. 264. 265.

Actor. 23. n. 6. Sciens autem Paulus, quia una pars eſſet Sadducæorum, & altera Phariſæorum, exclamavit in Concilio: Viri fratres; ego Phariſæus ſum, filius Phariſæorum, de ſpe, & reſurrectione mortuorum ego judicor.

Verſiones,

SECUNDA EXPOSITIO *uſque ad Verſ. 11.*

Verſ. 6. *SCiens autem Paulus* quanta diſſentio 30.
extabat inter eos circa perſonam Pauli, quia ex illis aſtantibus quidam erant Sadducæi, qui negabant reſurrectionem, & erat crudeliſſimum hominum genus, ut ait Joſeph. lib. Antiq. 20. cap. 8. Ioſeph.
Altera pars Phariſæorum, quæ erat melior, & nobilior, quæ reſurrectionem, & Angelos agnoſcebat,

&

& quia utriſque Paulus non poterat reſiſtere, & ut
aliquos haberet pro ſe, ait: *Ego Phariſæus ſum,* ſicut
Philip. 3. ipſe de ſe teſtatur ad Philipp. 3. n. 5. Codices Græci,
Græcus. Syriac. & Syriaci legunt in ſingulari; at noſtra Vulgata,
Tertull. Tertull. D. Aug. D. Greg. legunt in plurali *Filius*
D.Greg. *Phariſæorum*; quod refertur ut ait Lyra ad utrumq;
parentem ſpiritualem, ſcilicet Gamalielem, ſecus
Act. 22. cujus pedes fuerat edoctus, Act. 22. n. 3. & etiam ad
patrem carnalem, qui ſecta erat Phariſæus, & ideo
eum tradidit ſub diſciplina Gamalielis. Itaq; Paulus
ante converſionem erat Phariſæus, & etiam
poſt converſionem quo ad illam partem affirmantem
reſurrectionem mortuorum.

31. *De ſpe, & reſurrectione mortuorum ego judicor.*
Syriac. Syriac. *In judicium vocor.* Vatabl. *Accuſor, eo quod
aſſeram ſperandam eſſe corporum reſurrectionem:*
nempe eo quod affirmo reſurrectionem mortuorum,
& doceo Chriſtum crucifixum reſurrexiſſe, ac nobis
omnibus reſurrectionem, ac gloriam permeruiſſe,
id eſt, de hac re judicor, & accuſor.

32. Verſ. 7. *Facta eſt diſſentio inter Phariſæos, & Sadducæos:*
nam Phariſæi volebant defendere Paulum,
ut hominem ſuæ religionis: Sadducæi ut ſibi contrarium
inſurgebant in eum; *& ſoluta eſt multitudo.*
Græcus. Syrus. Tigurin. Græc. *Diſſecta eſt multitudo.* Syrus, Tigurina: *Diviſus
eſt populus.* In varias ſententias, & controverſias.

33. Verſ. 8. *Sadducæi dicunt non eſſe reſurrectionem,*
Error Sadducæorum. *neque Angelum, neque Spiritum.* Ac proinde animam
rationalem faciebant mortuam, & cum reciperent
Pentateucum & paſſim eo fiat mentio de
Angelis, fortè exponebant illa loca allegoriæ. Phariſæi
utraque confitentur reſurrectionem, Angelos,
& Spiritus.

34. Verſ. 9. *Surgentes quidam Phariſæorum* pugnantes
pro Paulo tanquam homine ſuæ religionis; *quid
ſi ſpiritus locutus eſt ei, aut Angelus?* tanquam ſi dicant;
in hoc homine ſcilicet Paulo nulla culpa invenitur;
nam ipſe teſtificatus eſt, quæ ei Dei ſpiritus,
vel Angelus locutus eſt in raptu, ac exitu, de
Act. 22. quo fit mentio ſuperiori cap. 22. n. 17. Hæc autem
dicebant non ſolum pro Pauli laude, ſed etiam ut
refutarent, ac damnarent adverſarios Sadducæos,
qui Angelos, & Spiritum negabant.

35. Verſ. 10. *Et cum magna diſſentio facta eſſet.* Syriac.
Æthiop. *Cum exortus eſſet tumultus magnus.* Æthiopic. *Commoti
ſunt valde Iudæi:* Nempe Phariſæi, & Sadduc.
Arabic. *Timens Tribunus ne diſcerperetur:* Paulus Arabic.
Æthiop. *ne Paulum diriperent.* Æthiop. *Ne raperent* Sadducæi,
ut eum interficerent, quibus favebat Pontifex,
vel ne Phariſæi raperent, ut defenderent: *Iuſſit milites,
ut deducerent eum in caſtra*, in arcem Antonioam,
de qua ſæpè dictum eſt.

Verſ. 11. *Sequenti autem nocte aſſiſtens ei Dominus,*
apparens Paulo, ait: *Conſtans eſto.* Syriac. *Obfirma
te:* D. Chryſoſt. *Bono animo eſto:* Arab Æthiop.
Confide: ſic te oportet teſtificari de me Romæ. De
quo q. 7.

QUÆSTIO V.

Quare D. Paulus, quod ſit Phariſæus, de ſe teſtatur.

36. IAm dixi in expoſitione Paulum ante ſuam converſionem
eſſe ex ſecta Phariſæorum, & poſt converſioné
convenire cum eis in articulo reſurrectionis;
Convenientia in doctrina conſilias animos. & cum in cóſilio magna commotio exorta eſſet
contra Paulú, inde ipſe de ſe ait: *Phariſæus ego ſum,*
ut Phariſæos in ſui defenſionem haberet; maximè
animos allicit, ac attrahit convenientia in doctrina,
ac diſciplina ſub eodem Magiſtro in eadem Schola;

ad hoc tendit Tertul. lib. 2. Reſurrect. cap. 35. *Neque
jam, ait, tranſgreſſor legis videbatur de præcipuo fidei* Tertull.
*totius articulo, id eſt, de reſurrectione, ad Sadducæos
ſapere exiſtimaretur. Itaque volebat videre reſcindere
fidem reſurrectionis, utique confirmat ſecundum
Phariſæos, reſpuens negatores ejus Sadducæos.*
Vide tom. 2. in Evang. cap. 3. q. 2. n. 9. 10. & 11. de
conventa doctrina.

Secundo maxima erat controverſia inter Phariſæos 37.
affirmantes reſurrectionem, & Sadducæos illam *Valde utile iniquorum unionem diſſolvere.*
negantes: omnes tamen uniti erant, ut Paulum
interficerent: tunc Paulus altâ prudentiâ clamat
*Phariſæus ego de ſpe reſurrectionis mortuorum, & ſoluta
eſt multitudo:* cum Paulus ſe declarat Phariſæum,
Phariſæi pugnant pro Paulo, & diſſipata eſt
unio inter Phariſæos, & Sadducæos, & Paulus ſalvus
cuſtoditur; deſtructa, ac diſſipata unio inter iniquos,
perverſum germen eſt multorum bonorum.
D. Greg. lib. 34. Moral. c. 4. ait: *Cum in duas partes* D.Greg.
*temulentium multitudo dividitur; Paulo via ereptionis
aperitur, quia quem turba proſequentium conſtruxerat;
diviſa laxabat.* Similiter & Beda ad præſentem Beda.
locum Actor. ait: *Sicut unitas bonorum ſemper
eſt utilis, ſic malorum unitas ſemper eſt bonis noxa:
Unde nũc Paulus perſecutores ſuos diſſociari ſatagit,
ut quem uniti cinxerant, diviſi laxarent.* Et hoc ſæpè D.Tho.
eſt valde utile docet D. Thu. 2. 2 q. 37. art. 1. ad 2.

Ait Chriſtus Matth. 10. n. 34. *Non veni pacem* 38.
mittere, ſed gladium Chriſtus D. princeps pacis, Math. 10.
quomodo ait; quod non venerit, ut pacem conſtituat,
ſed ut gladium inferat, quod dicit bellum, &
diſcordiam, quia ut princeps pacis, venit, ut pacem *En diſcordia malorũ vera pax.*
tolleret, & tanquam gladio diſſecaret unionem inter
impios, ut pacem firmaret inter Sanctos, & juſtos.
D. Chryſoſt. homil. 36. in Matth. ait: *Malam* D Chryſoſt.
*pacem bona diſſonantia ſolvit: gladium mittit,
non ut bellum geratur, ſed ut pax acquiratur.*

Mittuntur tres Sancti pueri in fornacem ardentem, 39.
ne ab igne devorentur, tunc *Angelus Domini
deſcendit cum Azaria, & ſocijs ejus in fornacem: &
excuſſit flammam ignis,* Dan. 3. n. 49. alia littera habet Dan. 3.
diſperſit: flamma unita erat ad eos conſumendos,
& comburendos, diviſa vero inſervivit ad eorum
ſalutem, & cuſtodiam.

Loquens Propheta Habacuc de illuſtriſſimâ Chriſti 40.
victoriâ de omnibus impijs ait; cap. 3. n. 14. *Maledixiſti* Habac.
ſceptris ejus capiti bellatorum ejus: Septuaginta
ſic legunt: *Dividiſti in ſtupore capita potentium:*
non ait *deſtruxiſti* ſed *dividiſti*; in hoc exiſtit
eos omnino deſtruere: D Hieron. ibi *non dixit
perdidiſti, vel cecidiſti capita potentium; ſed dividiſti;
quod enim dividitur, non tam amputatur, &
perditur, quam ſeparatur in partes: ſic & capita
hæc dividuntur in partes, & ſeparata lectum faciunt:*
quod exercitui non advenit, ſi ejus cornua dividuntur,
ac ſeparantur inter ſe, & ad hunc ſenſum
explicat Rupert. illud ejuſdem Prophetæ Habac.
cap. 3. n. 10. *Fluvios ſcindes terra.* Vide tom. 4. in
Evang. cap. 7. q. 5. n. 36. 37. 38.

QUÆSTIO VI.

*Quare Tribunus timet, ne à tumultuante turba
Paulus diſcerpatur.*

IN Concilio magno diſſentio erat inter Phariſæos, 41.
& Sadducæos: illi affirmabant reſurrectionem,
quam iſti negabant, & Paulus pro Phariſæis ſe
ſtare declarat affirmans reſurrectionem, quæ doctrina
contraria omnino erat Sadducæis, & tunc ma-

ximè exorta eſt tempeſtas contrarietatis inter illos: timet Tribunus, ne inde aliquod malum eveniat Paulo, & inde intendit illum in tuto conſtituere; ſed cur potius non præſumit, quod ex tanta contrarietate, ac diſſentione poſſet aliquid utile contingere Paulo, ut inde aperiatur oſtium, ut ipſe effugiat. Bene tamen ſciebat Tribunus, qood quamvis impij inter ſe belligerent, & diſcidant, in eo tamen maximè conveniunt, ut juſtum perimant, ac perſequantur.

Impij, quamvis in ſe contrarij, contra juſtum uniuntur.

42. Math. 9. Scribit D.Matth.9.n.14. Ad Chriſtum Dominum: *Acceſſerunt diſcipuli Ioannis dicentes: Quare nos, & Phariſæi jejunamus frequenter, diſcipuli autem tui non jejunant.* Diſcipuli Joannis ſequentes ſuum magiſtrum maximè adverſabantur Phariſæis, quos Joannes Matth.3.n.7. vocaverat; genimina viperarum, cur modo ad ſe eos advocāt, & ut ſocios habēt; & qui ſe jactabāt de multa ſanctitate modo ſe aſſociant vitioſis viperis. Res agebatur contra Chriſtū, ejuſque diſcipulos, & quamvis diſcipuli Joannis, & Phariſæi eſſent inter ſe diverſi, & contrarij ad oppugnandam ſupremam juſtitiam, ac ſanctitatem Chriſti, ac diſcipulorum ejus, facile inter ſe conveniunt, & uniuntur. D.Chryſoſt. ſerm.31. ait: *Cum diſcipulis Ioannis, quæ ſocietas Phariſæis? niſi quia junxerat invidia, quos disjunxerat diſciplina.* Judæi poſtponi Moyſi Dominum non ferebant; diſcipuli Joannis Chriſtum nolebant Joanni ullatenus anteferri, Chriſtum fremebant utroque livore communi.

Math. 3. Uniti cõtra Chriſtum. D.Chryſoſt.

43. Cum meus Jeſus eſſet comprehenſus, ſtabat Petrus in atrio Pontificis, quidam vero ex illis affirmabat dicens: *Vere hic cum illo erat*, Luc.22.n.59. ſic & Joan.18.n.26. ſcribit, quod unus ex ſervis Pontificis Petrum urget, quod ille erat ex Chriſti diſcipulis: aliter vero D.Matth. rem proſequitur cap.26.n.73. & ait: *Poſt puſillum acceſſerunt, qui ſtabant, & dixerunt Petro; Vere tu ex illis es.* Similiter & Marc.14. Unde hæc rerum varietas? an quod Matth. refert, Lucas negat? id ego pernego: ſed quod unus ſervus facit ad urgendum, & vexandum Petrum, reliqui approbant, & exurgunt in Petrum; & quod ille ſervus incipit, cæteri proſequuntur. Janſenius (ait) maximè cum in tam unanimi malorum conſortio quidquid unus ageret, omnium fieret nomine.

Luc.22. Ioan.18. Math.26. Cũ unus inſurgit in juſtũ omnes ſequuntur.

QVÆSTIO VII.

Quare Chriſtus Dominus prædicit Paulo, quod, ut, cum teſtificatus fuerat in Ieruſalem, oportebat eum Romæ teſtificari.

44. Apparet Chriſtus Dominus nocte Paulo, ac proinde videtur quod in ſomnis, & ait illi: *Conſtans eſto, ſicut enim teſtificatus es de me in Ieruſalem; ſic te oportet & Romæ teſtificari.* Erat Paulus in carcere, in vinculis, & catenis: adſtat Chriſtus Dominus dans ei magnam conſolationem, & non dixit ei: ceſſat perſecutio, ac tempeſtas adverſariorum, ſed teſtatur eadem eſſe paſſurum Romæ: pati pro Chriſto magnum erat Pauli gaudium, & magnum levamen. Vide verbum Paulus.

Pauli gaudium pati pro Chriſto.

45. Conſidera tamen, quod ſic eum exhortatur ad ipſum Chriſtum teſtificandum Romæ, ſicut teſtificatus eſt in Ieruſalem, *ſic te oportet*; ac proinde Chriſtus ſuo dicto approbat, quæ fecerat in Ieruſalem, ac tanquam laudans ibi facta, ut notat D. Chryſoſt. homil.49. in Acta, & ait: *Vide quanta conſolatio, primo illum laudat; deinde non ſinit incertam profectionem illius Romam; ut laudata,* & approbata geſta in Ieruſalem ſint calcar, & excitamentum, ut quæ ei denunciantur Romæ perpatranda; bene, & optimè adimpleantur. Unde rectè ait D.Thom. orat. 3. *Præclarè factorum prædicatio vehementiorem illis, à quibus ſunt, cupiditatem ad potiora ingerit.*

D.Chryſoſt. Laudat Magiſter, ut diſcipulus bene gerat.

Maximè multis proclamationibus divinus Sponſus extollit animam ſanctam: *Pulchra ſunt gena tua, ſicut turris: collum tuum ſicut monilia: murenulas aureas faciemus tibi vermiculas argento,* Cant.1.n.9. Chriſtus Dominus omnia altâ, & ſupremâ ſapientiâ diſponit, & ordinat, ad quid tot, & tam magnifica encomia accumulat in ea, dixerat illi Dominus: *O Pulcherrima inter mulieres egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hædos tuos,* diſpoſuerat, ut ipſa curâ paſtorili gelu, & æſtu multa ſollicitudine paſceret hædos ſuos; & ut inter tot, & tantos labores animo non caderet, ſed vires reſumeret; ideo tam præclaris laudibus corroborat, ut illis ſtimulis addita, quæ ſui muneris ſunt, generoſè adimpleat omni perturbatione depoſitâ. D.Bernard. ſerm.42. ait: *Uti pavidior, quam oportuerit, ac dejectior animo facta eſſet, talium commendationum conſolationes erigerent eam.* 46.

Cant.1. Laus optimum ad bene agendũ. D.Bern.

Maximè notandum, ac expendendum eſt, quod Chriſtus D. poſtquam à Patre eſt laudatus: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui,* Matth.3.n.17. Tunc pergit in ſolitudinem, orat ibi, teritur jejunio, tentatus à Diabolo glorioſus victor eſt, Matth.4.n.1. & tunc omnium magiſter Scholam aperit. Ibidem n.17. *Exinde cœpit Ieſus prædicare.* Similiter cum in vertice Thaboris transfiguratur coram ſuis diſcipulis vox Patris auditur: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite,* Matth.17.n.5. Ac laudatione perfecta à monte deſcendit, Apoſtolos de ſuâ cruce, morte, & paſſione nobili monet. *Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis,* Ibid.n.12. Et iterum n,21. *Filius hominis tradendus eſt in manus hominum, & occident eum.* Antequam Chriſtus tendat in deſertum, & Diabolum proſternat, laudatur à Patre. D.Chryſoſt. ſerm.160. & ait: *Ut quem Pater voce Filium probaverat, Deum ſe virtutibus approbaret.* Deinde prius Chriſtus in Thabor à Patre laudatur: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui*; & tunc ipſe ad crucem, & necem ſe properantem declarat, ut notavit D.Chryſoſt. homil.58. in Matth. inquit, *Quando prædicatus fuit Chriſtus, & Filius Dei eſſe, tunc apertius de paſſione prædixit:* Ac ſi laus à Patre proclamata multum conveniret ad rem ſtrenuè gerendam, non quod Chriſtus hoc indigeret, ſed ut ſupremus Magiſter in hoc nobis daret Magiſterium, & magnum documentum, quod prælatâ majorum laude magnum eſt minoribus excitamentum, ad præclara geſta virili, ac forti animo perpatranda. 47.

Math. 3. Math. 4. Math. 17. D Chryſoſt. Laudes inſerviunt ad rectè agendum.

Dixit Jeſus mulieri Samaritanæ: *Vade, voca virum tuum,* cui illa: *Non habeo virum.* Veritate confeſsâ, gratiæ gerendæ jam erat auſpicium, confeſſione probatâ, manum addit Chriſtus, & ait illi: *Bene dixiſti;* & iterum *verè dixiſti*, Ioan.4.n.17.18. Semel, & iterum Magiſter noſter Deus eandem premit chordam, & laudem canit, ut mulier timore pulſo animum erigat, & verè, & bene dicat confitens ſua peccata. 48.

Samarit. Laudibus ad pœnitentiam excitatur.

*Act.*13.*n.*12. Facta autem die collegerunt ſe quidam ex Judæis, & devoverunt ſe dicentes, neque manducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum.

Verſiones;

Verſiones,

TERTIA EXPOSITIO uſque ad verſ.17.

49. Verſ.12. *F*Acta autem die. Syriacus : *Diluculo*
Syriac. *cōvenerunt*, ſeſeque *anathemate devo-*
Arabic. *verunt*. Arabicus: *Inierunt infauſtam conſpirationem*;
Æthiopicus : *Iuraverunt , & concluſerunt*. Illud de
Luca indicat magnum furorem , & iram contra
Paulum : quidam nempe Sadducæi , qui negabant
reſurrectionem devoverunt , ſcilicet multis diris
execrationibus , ſe ipſos anathematizantes , ut ha-
bent Syriac.& Græcus , adjurantes , ſi comederent,
& biberent antequam Paulum interficerent.
50. Verſ.13. *Qui hanc conjurationem fecerant*. Syriac.
Syriac. *Qui pepegerant jurejurando hoc pactum.* Conjuratio-
nem illam ad majorem firmitatem juramento cor-
roborarunt , ut non liceret retrocedere.
Verſ. 14. *Qui acceſſerunt ad Principem Sacerdo-
tum* , tanquam ad caput totius Concilij, & qui ma-
levolo animo erat in Paulum : *Devotione devovi-
mus* : illa geminatio magnam vim indicat ; A præ-
cipiendo præcipiam.
Verſ.15. *Tunc ergo* , inquiunt Summo Sacerdo-
ti , ac ſenioribus , hanc noſtram reſolutionem no-
Arabic. tam facite Tribuno , ac omni Concilio. Arabicus
explicat, *Petentes ab eo cras ut dimittat & tamquam*
Æthiop *volentes ſcire res ejus cognitione exacta*. Æthiopic.
Interrogare , & perſcrutari eum.
Verſ. 16. *Quod cum audiſſet filius ſororis Pauli* :
an audiret caſu , vel ex induſtria , quia forte mul-
tum ſollicitus erat pro ſui avunculi ſalute , incer-
Æthiop. tum eſt : *nuntiavit Paulo*. Æthiopic. machinatio-
nem eorum : *Introivit in caſtra* ; non ita erat Pau-
lus recluſus , quin cum illo non poſſent amici ha-
bere ſermonem , ac ei neceſſaria miniſtrare.
51. Verſ.17. & 18. *Vocans autem Paulus unum ex
centurionibus dixit ei ; hunc adoleſcentem perduc ad
Tribunum , habet enim aliquid ad indicandum ei* ,
quod fecit centurio.

QUÆSTIO VIII.

Quare iſti iniqui faciunt votum non manducandi, nec bibendi , donec interficiant Paulum.

52. *D*Evoverunt ſe dicentes , neque manducaturos ,
Peccato- *neque bibituros , donec Paulum occidant* , quod
res aſſu- præcedebat ex crudeli furore , ac odio , quo ferveſ-
munt ſi- cebant in Paulum , & etiam proveniebat ex alta
bi pœnas. Dei providentiâ , ut ſuum peccatum peragerent , ac
celebrarent jejunio , vigiliâ , abſtinentiâ , ac ſui
mortificatione.
53. Achab cum intenderet ſibi arripere vineam Na-
both , antequam haberet eam in ſui poſſeſſionem ;
3.Reg.21 ſic habet Text.3.Reg.21. n.4. *Projiciens ſe in lectu-
lum ſuum avertit faciem ſuam ad parietem , & non*
Mala *comedit panem*. Septuaginta legunt : *Turbatus eſt*
prove- *ſpiritus ejus , velavit faciem ſuam.* Ecce quibus ſo-
niunt, & lemnitatibus feſtive celebrat ſuum crimen ; & qui-
ſequun- bus comitibus aſſociatur , turbatione , mœſtitia ,
tur pec- vultu abſcondito in tenebris , ac jejuniis , talibus
catum. doloribus ſtipatus incedit peccatum D. Ambroſ.lib.
de Naboth & ait : *Divites eripitis quidem pauperi-
bus univerſa ; pœnam tamen pauperum vos divites
ſuſtinetis ; illi jejunant , cum non habeant , vos cum
habetis ; à vobis igitur pœnam exigitis , quam paupe-
ribus erogatis.*
54. Secundo Beda ad hunc locum ait : *Cum Dominus
dicat : Beati qui eſuriunt , & ſitiunt juſtitiam : iſti* Beda.
è contra iniqui eſuriunt , & ſanguinem adeo ſitiunt , Eadem
ut cibos etiam corporis abdicent , donec juſti morte patiútur
ſatientur : inedias , & labores , quos juſti propter impij pro
juſtitiam patiuntur , eoſdem ſuſtinent impij pro mundo
ſuis vitiis peragendis, inde forſitan multos majores quo juſti
tollerant labores. pro Deo.
Veniunt Magi de terris valde longinquis adora- 55.
re Chriſtum : *Vidimus Stellam ejus in Oriente , &
venimus adorare eum.* Matth 2.n.2. At de Phariſæis Matth.
ait Chriſtus Dominus : *Væ vobis Scribæ & Phariſæi
hypocritæ , qui circuitis mare , & aridam , ut facia-
tis unum proſelytum.* Matth.23.n.11. proſelytum id Math.23
eſt unum gentilem judæum, hoc autē faciebant non
religionis zelo Dei , ac animarum , ſed vel ob va-
nam gloriam , vel ob avaritiam , & ideo Chriſtus
Dominus lamentatur ſuper eos *Væ*, nota in rem no-
ſtram. Magi veniunt de longinquo, ducente ſtella ,
recto itinere per terram ; at Phariſæi , & Scribæ
ambulant in circuitum non ſolum per terram , ſed
etiam calcantes tempeſtuoſum mare cum innume-
ris periculis , ob ſuam vanitatem , & avaritiam. D. D.Chry-
Chryſoſt. in Imperfecto homilia 44. in Matth. ſic ſoſt.
ait : *Non propter gloriam Dei , ut additis cultoribus
honoretur Deus , neque propter miſericordiam , vo-
lentes eum ſalvare , ſed propter avaritiam , aut pro-
pter vanam gloriam , propter hoc ipſum, ut videantur
gentilem convertere.*

QUÆSTIO IX.

Quare iſti impij non aliam ſibi pœnam imponunt, niſi tantum cibi , & potus.

POterant iſti iniqui dicere , ſi nobis non tradis 56.
Paulum , ut occidatur, noſmetipſos occidemus,
vel filios noſtros interficiemus ; ſed interponunt
abſtinentiam , & jejunium in cibo , & potu.
Reſpondet D.Chryſoſt. homilia 49.in Acta: Ecce 57.
jejunium homicidij mater ; Tales ſunt venandi ar- D.Chry-
tes Diabolo , qui prætextu pietatis laqueos tendit. ſoſt.
Hæc non Sacerdotum,ſed latronum ; hæc non prin-
cipum , ſed facinoroſorum. De Diaboli arte, ac ma-
lignantium nequitia venit , quod ſub virtutis tegu-
mendo proximum perſequaris Abige hypocriſim ,
quæ virtutes truncat mucrone virtutum. D. Chry- D Chry-
ſolog.9.ſerm.7. ſolog 9.
Cum quidam adoleſcens accederet ad Chriſtum 58.
Dominum dicens : *Magiſter ſequar te , quocumque
ieris*, addit tamen : *Domine permitte me primum ire,
& ſepelire patrem meum.* Tunc reſpondens illi Je-
ſus : *Sequere me , & dimitte mortuos ſepelire mortuos
ſuos*. Matth. 8. n. 12. Magna quæſtio inſurgit , cur Matth.8.
clementiſſimus meus Jeſus , fons totius pietatis
non concedit , ut adoleſcens debitum pietatis offi-
cium ſuis parentibus ſolvat , quodnam erat pecca- Odit
tum , ut parentibus honores funebres præſtaret , ut Chriſtus
hanc curam deponendam Magiſter moneat. Sole- Dominus
bant Hebræi ſepulturæ funus celebrare vocatis ti- dolorem
bicinis. Matth.9. cap.23. *Cum veniſſet Ieſus , & vi-* affecta-
diſſet tibicines , & ſimul accercitis lamentatricibus. tum.
Ierem. 9. n.17. *Vocate lamentatrices*. D.Chryſolog. Ierem.9.
ſerm.19. *Ubi verus planus non eſt, ubi eſt empta , &* D Chry-
mercenaria cantilena. Lamentatrices in funebri ſolog.
pompa lacrymantes dolorem fingebant , quem ani-
mo non habebant , & ob ſuorum comparandi mul-
ta falſa , & mendoſa clamabant, & ideo Chriſtus
Dominus vult avellere à paterno funebri permiſto
ſimulato dolore , ac fictis , & mendacibus clamori-
bus , nam ſuis alumnis nil permittit compoſitum,

& euloratum, ſed omnia debent eſſe pura, & ſincera ſine ullâ tincturâ D. Chryſolog. modo datus ait: *Chriſtus diſcipulum ſuum profanis luctibus noluit intereſſe.*

59. Exorans Chriſtus in cœnaculo pro ſuis Apoſto-
Ioan.17. lis ait Joan. 17. n. 17. *Pater ſanctifica eos in veritate*; nunquid ab Actore Parente, qui eſt ipſa veritas, poteſt aliquid eſſe, quod non ſit verum; quo autem affectu id poſcat, in proximo aperit n. 19. *Ut ipſi*
Deo placet virtus ſine fictione. *ſint ſanctificati in veritate*, ut ita ſint ſanctificati in veritate, ut nullam ſanctitatis larvam induant. Cajetan. *Ut intelligi poſſit, ut ſanctificati ſint, non ficte, ſed vere*, & hoc eis poſtulat Chriſtus in ultimo diſceſſu ab eis, & pro magno bono hoc eis valde fervide poſtulat à Patre:

60. De Davide dat Dominus illud præclariſſimum teſtimonium: *Inveni David virum ſecundum cor*
1.Reg.13 *meum.* 1.Reg.13.n.14.& Actor.13.n.22. Ex intima,
Act.13. & puritate cordis, qua ſemper deprecabatur Deum. Pſalm.118.n.34. *In toto corde meo exquiſivi te.* n.58.
Pſal.118. *Ut cuſtodiam illam in toto corde meo.* n. 69. *Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo.* Iterum: *In toto corde meo ſcrutabor mandata tua*; & tandem n. 145. *Clamavi in toto corde meo*; & Pſalm. 110. n.5. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo.* In quibus
Magnum elogium ex vero affectu. nota, exponens Deo cor ſuum, non ait cor tantum, vel cor meum, ſed totum cor; *Clamavi in toto corde meo*; Confitebor tibi in toto corde meo: quia totum cor ſuum erat Deo ſine dolo, & fictio-
D.Hier. ne, ut notat D.Hieron. & ait: Si non fuiſſet David ſimplex, & dolum habuiſſet, non dixiſſet: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo*; ex tantâ puritate, & ſimplicitate cordis promeruit illud magnum elogium ab ore Dei: *Inveni virum ſecundum cor meum.*

Actor.23.n.19. Apprehendens autem Tribunus manum illius ſeceſſit cum eo ſeorſum, & interrogavit illum, quid eſt, quod habes indicare mihi?

Verſiones,

QUARTA EXPOSITIO
uſque ad Verſ.22.

61. Verſ.19. *APprehendens autem Tribunus manum illius.* Valde benigne excepit Adoleſcentem Tribunus, quod ſignum eſt apprehen-
Syriac. ſionis manus; *Seceſſit cum eo ſeorſum.* Syriac. *Traxit eum ad unum latus ſeorſum*: hæc tanta clementia vel fuit ex naturali benignitate, vel ut reſarciret injuriam illam Pauli, quod eum intentaverit
Menoch. flagellare, cum eſſet civis Romanus, vel ait Menochius: cogitavit, quod Adoleſcens aliquod munus, ſeu pecuniam deferebat, & ideo cum eo voluit in ſecreto.

62. Verſ. 20. & 21. Judæis autem convenit, rogare te, ut producas Paulum in Concilium, & ibi expectant tuam promiſſionem, non factam, ſed faciendam, ut producas Paulum in conceſſum, ut hac occaſione irruêtes in itinere poſſint illum occidere.

Verſ. 22. *Dimiſit Adoleſcentem præcipiens, ne cui*
63. *loqueretur.* Syriac. *Nemini patefacias te hæc mihi*
Syriac. *indicaſſe.* D.Chryſoſt. *Quod hæc nobis retuleris.* Se-
D.Chryſoſt. cretum Adoleſcenti recommendat Tribunus, quia tales ſunt valde proni ad dicendum, ac loquendum, & Tribunus nolebat oſtendere, quod miſerat Paulus ad Cæſarem, tanquam ad præſidem ſuperiorem, non ob declinandas inſidias.

Actor.23.n.23. Et vocatis duobus centurionibus dixit illis, parate milites ducentos, ut eant uſque Cæſaream, & equi Septuaginta, & Lancearios ducentos à tertiâ horâ noctis.

Verſiones,

QUINTA EXPOSITIO
uſque ad Verſ. 30.

Verſ.23. *DIxit illis, parate milites ducentos.* 64.
Explicat Syriacus: *Apparate Romanos ducentos.* Syriac.
Milites erant Romani, ſicut & Centuriones, & quilibet Centurio habebat ſub ſuâ poteſtate centum milites. *Equites ſeptuaginta, & lanceartos ducentos*; erant homines loricati longas haſtas gerentes; *tertiâ horâ noctis.* Arabicus: *Adſint* Arabic.
in atrio ad tertiam horam nocturnam. Iudæi utpote, & Romani, ſicut diem in quatuor partes, ita & noctem, & ſicut prima hora diei erat ab ortu ſolis, ſic & prima hora noctis ab occaſu ſolis, in noſtro conſpectu hora tertia eſt poſt mediam noctem.

Ut eant uſque Cæſaream, quæ erat Judææ caput, 65.
& inde in ea extabat præſidis domicilium, ut patet ex Tacito lib.18. & hoc maxime ſollicitante Tacito.
Herode qui eam maxime amplificavit, & in gratiam Cæſaris Cæſaream nominavit, & ad majorem illius nobilitatem ordinavit, ut eſſet caput regni, & ſedes præſidis, & in ea ædificatum eſt prætorium, ut patet ex ſup.cap.15.

Verſ. 24. *Et jumenta præparate*, ſive equos tam 66.
pro Paulo, quam etiam pro ſociis ejus, ut exponunt Magiſter hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & Carthu- Magiſter Eccleſ.
ſianus; tam crudele erat odium Iudæorum in Paulum, quod non ſolum contra ipſum fremebant, ſed Carthuſ.
etiam in ejus ſocios, & amicos, *ut imponentes Paulum ſalvum producerent.* Syriac. Et ereptum eum Syriac.
producatis à tot, & tantis inſidiis liberum.

Verſ.25. *Timuit.* Hic verſus non eſt in Græco. 67.
Tamquam accepturus pecuniam, ideo Paulum tradidit Iudæis ad occidendum utpote pecunia corruptus, & pro tanta infamiâ evitandâ cum tantâ cu- *Infamia evitāda.*
ſtodia mittit Paulum.

Verſ. 26. *Claudius Liſias* nomen eſt Tribunus. 68.
Optimo Præſidi Felici. Syriacus: *Felici victorioſo.* Syriac.
Arabic. *Potentiſſimo.* Arias Vatabl. *Præſtantiſſimo.* Arabic.
D.Chryſoſt. *Scriptis epiſtolis in hanc formam.* D.Chryſ.
Verſ.27. *Cum exercitu* nempe militibus, *eripui,* Arias. Vatabl.
cognito, quia Romanus eſt. Hoc dixit, ait Lyranus 69.
ad acquirendam gratiam, & benevolentiam Præſi- Lyran.
dis Romani, tanquam quod ipſe habeat magnum zelum de civibus Romanis, de eorumque privilegio.

Verſ.28. *Scire cauſam, quam objiciebant illi.* Arabicus: *Pro quâ accuſabant illum.* Duxi eum in Con- 70. Arabic.
cilium eorum, ut multorum examine res ventilaretur ad majorem veritatis indaginem.

Verſ.29. *Nihil vere dignum morte.* Æthiopic. *Et non fuit delictum, & crimen, pro quo moreretur, &* 71. Æthiop.
pro quo vinceretur. Maxime fulget, ac reſplendet virtus, ac innocentia Pauli, quod ab homine gentili inter tantas Iudæorum calumnias tam præclarum habeat teſtimonium, quod in eo nihil criminis ſit.

Verſ. 30. *Cum prolatum eſſet de inſidiis.* Arabic.
Certior factus de fraude, miſit illum ad te; Tribu- 72. Arabic.
nus vult excutere cauſam à ſe; timet ne ob liberatum Paulum propter ſuam innocentiam, novis machinationibus contra ipſum tribunum inſurgant.

QUÆSTIO

QUÆSTIO X.

Quare tam crudeli odio Iudæi necem Pauli procurabant.

73. *Difficultas quæſtionis.* INſatiabili odio Iudæi Paulum ad mortem poſtu-
labant, ita ut quadringenti viri ſe juramento ad-
ſtrioxeriot ſe oon manducaturos, nec bibituros do-
nec Paolom de medio tolleteot verſ.13. & ut ad tu-
tam Pauli cuſtodiam tot militum armata manus ne-
ceſſaria erat.

74. D. Chryſoſt. homil. 50. in Acta exiſtimat banc
D.Chryſoſt. Iudæorum iram tentantem omni impetu præcipita-
re Paulum à Diabolo fuiſſe exagltatam, inſtigaote
Ipſo maxime eorum animos, ut ſolet facere cootra
Ioan.3. juſtos, ac Sanctos. Ioan. epiſtol. 1. cap.3. n.12.ait:
Ex Diabolo perſequutio in fratres. *Quoniam hac eſt annunciatio, quam audiſtis ab ini-
tio, ut diligatis alterutrum, non ſicut Cain, qui ex
maligno erat, & occidit fratrem ſuum.* Et unde in
tam turpe facinus venit, ut occideret fratrem ſuum
Abel ſanctum, & innocentem, qoia *ex maligno
erat*, ſcilicet Diabolo movente, & excitante cot
Rupert. ejus Rupertus lib.8. in Apocalypſ.ait: *Hoc eſt ſig-
num, in quo cognoſcant hi, qui ex Deo ſunt, ex ma-
ligno illum eſſe malignum, qui occidit, quod non fe-
cit, qui ex Deo eſt.*

75. Hoc autem odium Diaboli in Paolum, maxime
exacutum, ae promotum eſt in eum, quia audivir
eum laudatum à Chriſto Domino dicente: *Sicut te-
ſtificatus os de me in Ierusalem, ſic to oportet Roma
teſtificari.* Sup. verſ. 12. ut ibi dixi ea D.Chryſoſt.
Chriſtus Dominus laudat, & approbat teſtificatio-
nem à Paulo datam in Jeruſalem, & ſimilem ab
eo poſtular Romæ: laudata virtus aculeum eſt Dia-
Tertull. bolo, ut urgeat tentationibus: Tertull. lib.de pœ-
nit.cap.7 ait: Tunc maxime ſævit, cum hominem
magis liberum ſentit.

76. Aſcendit Chriſtus Dominus de aquâ Iordanis,
ſcinduntor nubes, micat Cœlum, volat columba
de alto, ſonat vox Patris. *Hic eſt filius meus dile-
Matth.3. Matth.4 *ctus*. Matth.3. o.17. poſt laudes optimi parentis, ac
Laude viri magni exultatur Diabolus ad tentandum. teſtimonia magni Dei, *tunc accedens tentator.*
Matth.4. n. 23. Laudatur Iob, *quod non ſit ſimilis
vir in universâ terrâ*, ſtatim Diabolus vocat eum
ad certamen; *extende manum tuam & tange eum.*
Iob 1.n.8.ea, ut obſervat D.Chryſoſt.homilia 13. in
Iob.1. Iob, & ait: *Propterea contra Sanctum Iobum ne-
D Chryſoſt. quitia ſua arma commovit, quia utique videbat il-
lum à Deo armatum magnis laudibus.*

77. Epiſcopom Philadelphieum Apocal.3. n.8. Do-
Apoc.3. minus laudat: *Scio opera tua* utpote bona, & ite-
rum, *Servaſti nomen meum*? nempe fidem meam;
Rupert. & ſtatim eaurget Synagoga Sathanæ contra eum,
Ecce dabo de Synagoga Satbanæ n.9.lib.1.in Apo-
calypſ.ait: *Ac ſi Dominus det gloriam, quam habes
ſequitur invidia.*

78. Mirificè Divinus Sponſus laudat animam ſao-
Cant.4. ctam, quòd ſit pulchra, Cant.4 o.2. laudat ipſius
oculos, capillos, genas, labia, & poſt taotam vir-
tutum pulchritudinem, ac eleganriam annectit:
Sicut turris David collum tuum; quæ ædificata eſt
cum propugnaeolis, mille clypei pendeot ex eâ,
omois armamta fottium o.4. Quid tenera Virgo
cum arce, clypeis, ac armatura fortium, oiteotut,
ac reſplendent in ea omnes vittutes proximæ pro-
clamatæ, requiritur ad ſui defenſionem, ac cuſto-
Virtute eminens ſuſtinet bellum. diam, ut ſe recipiat in arce, munita omni armaturâ
fortium ad extinguendos, ac reprimendos furioſos
inimicorum impetus, ac aſſaltus, quibus ipſam vo-
lunt ſuffocare, ac conſumere. Gilbert. ſerm.16.ait: Gilbert.
*Effectu libertatis tuenda tibi de cætero incumbit ne-
gotium.*

Dicitur Exod.12. n.37. *Profecti ſunt filij Iſrael de* 79.
Rameſſe in Socoth. Hoc nomen Socoth. Hebraïcè Exod.12.
idem valet, *ac tentoria militum*, ot obſervaverunt
D.Hieron. epiſtol.127. ad Fabiolam. Rupert.lib.2. D. Hier.
in Exod. cap.23. Petrus Damia.lib.2. epiſt.7. Filij Rupert.
Iſrael valde pacifici exibant nemini ioferentes ali- Damia.
qood nocumentum, quomodo dicitur, quod egre-
diebantur ad tentoria, ſeu ad caſtra militum. Ibant
Hebræi multo Dei favore, ac ejus gratia ſublima- *Graſſatur bellū contra iuſta.*
ti, omoibus Ægyptiorum bonis locupletati, &
tantis bonis cumulatis procedebant ad tentoria, ac
caſtra militum, ad ſuſtentandum magnum bellum
contra eos commotum odio, ac iovidiâ inimicorum.
D.Hieron. ad Man. 5. ait: *Ubi enim magnitudo gra-* D.Hier.
tia, ibi magnitudo diſcriminis.

QUÆSTIO XI.

Quare D. Paulus tam magnifico comitatu tendit in Cæſaream.

IBat Paulus, ut patet ex verſ. 23. & 24. eqoes ſti- 80.
patus magoo comitato 470. equitum, ac militum
peditum, & quamvis hoc eſſet ordioatum à Tribu-
no ad cuſtodiendum Paolum ab inſidiis Iudæorum,
tamen Deus otdinavit ad honotaodum Paulom. *Divina providētia ad honorandū Paulum.*
Hæc eſt alta Dei providentia, qood ea inſidiis,
quas iniqui machinantur contra ſanctos, & juſtos,
Deus aſſumit occaſionem ad eorum honorem, &
exalrationem.

Ut patet in inſidiis, qoas filij Iacob ordinave- 81.
runt in fratrem ſuum Ioſeph, unde eis diair ille
Gen 45.n.8. *Non veſtro conſilio, ſed Divinâ volun-* Gen.45.
*tate huc miſſus ſum, qui me fecit quaſi Patrem Pha-
raonis, & dominum universa domus ejus, ac prin-
cipem in omni terra Ægypti.* Sic ex inſidiis Aman
maxime exaltatus eſt populus Iudaïcus Eſth.8.n.16. Eſth.8.
ſic ex obſervatione facta in oratione à Satrapis Ba-
biloniæ, ut Daniel mitteretur in lacum leonum,
cum magnâ gloriâ ſublimatus exivit Daniel 6.n.22. Daniel.6
quod etiam in Suſanna viſitur. Daniel.13.n. 40. In
quo nota, quod Evæ, & Suſanoæ io hortis ten- *Glorioſa victoria ex inſidiis.*
duntur inſidiæ; contra Evam unus ſerpens ſe eri-
git, contra Suſannam duo ſerpentini; ſeni, & de-
biliori fœminæ duo inſidiantur, quia ab ipſis erat
victoria reportanda, ut ita fieret glorioſior, & il-
luſtrior Suſanna.

Ait Job 40. n.16. de Diabolo *Habitat in locis* 82.
humentibus; hoc eſt in aquis, per quas ſignifican- Iob.40.
tur deliciæ mundi, ut eis valeat ſuis tentatiooibus *Diabolus in aquis inſidiabatur, in aquis vincitur.*
inſidiari hominibus, eoſque capere: alto tamen
conſilio Dei aqoæ præparantur, ut homines iode
renaſcantur io gratiâ, ot cœleſtes triumphatores
terrenis conculcatis volent in cœlum; D.Cyrillus D.Cyril.
Ieroſolym. Catech.3. ait: *Draco erat in aquis* (ut Ieroſol.
ait Iob) *qui ore capiebat Iordanem; cum igitur eſ-
ſent conterenda capita Draconis, deſcendens Ieſus in
aquas ligavit fortem, ut facultatem calcandi ſuper
ſerpentem capiamus.* Callidiſſimus Draco inſidias
parabat in aquâ, [illegible] aquâ erat conculcandus, deſ-
cendente Jeſo io illam, & ubi ſpetabat vincere,
ibi vincitur. Ait Eccleſia ejus oomioe divina Spon-
ſa, Cantic.2.n.15. *Capite nobis vulpes parvulos, qui* Cant.2.
demoliuntur vineas. Per vulpes eſt communis ſen-
ſos Patrum, & ait D.Augu. in Pſalm.80. *Vulpes in-* D.Aug.
*ſidioſos, maximeque hereticos, fraudulentos, ac dolo-
ſos ſignificant.* Iuxta illud Exechiel.13.n.41.& ait: Eze. 13.

Quaſi

Quaſi vulpes in deſerto Propheta tui Iſrael erant. Uode ob fraudulentiam, & inſidias ſic Chriſtus Dominus loquitur de Herode, Luc.13. n.31. *Dicite vulpi illi.* Dicuntur hæretici vulpes parvulæ, quia ſe fingunt humiles,& mites, ut ſuum venenum valeant inſinuare, & notandum ex D.Bernardo ſerm. 64. *Quod non jubentur vulpes ab ſponsâ exterminari, vel abigi, ſed capi*, ſeu ut legit Arias Montanus *prendere*, ut ipſi, qui intendebant ſuis inſidijs, ac fraudibus demoliri vineas Eccleſiæ comprehendantur, & tanquam captivi pereant, ut Eccleſia viatrix, ac triumphatrix exultet.

Luc.13. D.Bern. *Comprehendantur, ut Eccleſia ſublimetur.*

QUÆSTIO XII.

Quiſnam eſſet iſte Felix Præſes.

83. *Quis Felix.* FElix iſte (ut teſtis eſt Suetonius cap.28.) frater erat Pallanti, qui multum gratia, ac potentia apud Imperatorem pollebat,adeo,ut nuptias Agrippinæ (ex qua natus eſt Nero) cum Claudio patruo ſuo conciliaverit, & hac de cauſa Nero obtinuit Imperium ſuccedens Claudio. In gratiam ergo Pallantis Claudius feliecm fratrem è ſervo fecit libereum, eumque fecit præſidem Iudææ, Samariæ,Cæſareæ, ut teſtatur Ioſeph. lib. de Antiquitate cap.22.

Ioſeph. 84. Nero etiam poſtea præfecit Iudæ præſidem, ſed ſeneſcente gratiá, turpiter eum poſt biennium amovit: Tacitus. Tacitus dat illi pronomen Antonius ab Antoniâ matre Claudij, cujus fuerat ſervus; & ita vocabatur Felix Antonius Claodius, nam liberti trinomij appellari ſolebant. Iſte Felia, cum ea ſervo factus eſſet præſes erat ſuperbiſſimus, & malis moribus præditus, quia ot cecinit Iuvenal.

85. Nil aſperius, quam humilis, dum ſubit io altum. Et cum tam peſſimus eſſet, multis magnis laudibus, ac titulis eum illuſtrat Tribunus, dicit optimum, victorioſum, præſtantiſſimum, potentiſſimum voce adulatoria: pro quo Vide cap.12.q.19.n. 143. 144. 145. De hoc Felice iterum dicam cap. ſequenti q.9.

CAPUT XXIV.

1. *POſt quinque autem dies deſcendit princeps Sacerdotum, Ananias, cum ſenioribus quibuſdam, & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præſidem adverſus Paulum.*
2. *Et citato Paulo cœpit accuſare Tertullus, dicens: Cum in multâ pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam providentiam.*
3. *Semper, & ubique ſuſcipimus, optime Felix cum omni gratiarum actione.*
4. *Ne diutius autem te protraham, oro, breviter audias nos pro tuâ clementia.*
5. *Invenimus hunc hominem peſtiferum, & concitantem ſeditiones omnibus Iudæis in univerſo orbe,& actorem ſeditionis ſectæ Nazarenorum:*
6. *Qui etiam templum conatus eſt violare, quem & apprehenſum voluimus ſecundum legem noſtram judicare.*
7. *Superveniens autem tribunus Lyſias, cum vi magnâ eripuit eum de manibus noſtris.*
8. *Iubens accuſatores ejus ad te venire: à quo poteris ipſe judicans de omnibus iſtis cognoſcere, de quibus nos accuſamus eum.*
9. *Adjecerunt autem & Iudæi, dicentes hæc ita ſe habere.*
10. *Reſpondit autem Paulus, (annuente ſibi Præſide dicere) ex multis annis te eſſe judicem genti huic ſciens, bono animo pro me ſatisfaciam.*
11. *Potes enim cognoſcere, quia non plus ſunt mihi dies, quam duodecim, ex quo aſcendi adorare in Ieruſalem.*
12. *Et neque in templo invenerunt me cum aliquo diſputantem, aut concurſum facientem turbæ, neque in Synagogis,*
13. *Neque in Civitate: neque probare poſſunt tibi de quibus nunc me accuſant.*
14. *Confiteor autem hoc tibi, quod ſecundum ſectam, quam dicunt hæreſim, ſic deſervio Patri, & Deo meo, credens omnibus, quæ in lege, & Prophetis ſcripta ſunt.*
15. *Spem habens in Deum, quam & hi ipſi expectant, reſurrectionem futuram juſtorum, & iniquorum.*
16. *In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum, & ad homines ſemper.*
17. *Poſt annos autem plures eleemoſynas facturus in gentem meam, veni, & oblationes, & vota;*
18. *In quibus invenerunt me purificatum in templo: non cum turba, neque cum tumultu.*
19. *Quidam autem ex Aſia Iudæi, quos oportebat apud te præſto eſſe, & accuſare, ſi quid haberent adverſum me.*
20. *Aut hi ipſi dicant ſi quid invenerunt in me iniquitatis, cum ſtent in Concilio;*
21. *Niſi de una hac ſolummodo voce, qua clamavi inter eos ſtans: Quoniam de reſurrectione mortuorum ego judicor hodie à vobis.*
22. *Diſtulit autem illos Felix, certiſſime ſciens de viâ hac, dicens: Cum tribunus Lyſias deſcenderit, audiam vos.*
23. *Iuſſitque Centurioni cuſtodire eum, & habere requiem, nec quemquam de ſuis prohibere miniſtrare ei.*
24. *Poſt aliquot autem dies veniens Felix cum Druſillâ uxore ſuâ,quæ erat Iudæa, vocavit Paulum, & audivit ab eo fidem, quæ eſt in Chriſtum Ieſum.*
25. *Diſputante autem illo de juſtitiâ, & caſtitate, & de judicio futuro tremefactus Felix reſpondit: Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accerſam te:*
26. *Simul & ſperans, quod pecunia ei daretur à Paulo, propter quod & frequenter accerſens eum, loquebatur cum eo.*
27. *Biennio autem expleto, accepit ſucceſſorem Felix Porcium Feſtum. Volens autem gratiam præſtare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.*

ARGUMEN

ARGVMENTVM.

A Tertullo oratore accuſatur Paulus coram Felice, Apoſtolus tam ſubtiliter cauſam ſuam agit, ut Felix optaret inſtrui in fide Chriſti, & totus tremefactus cum audiret Paulum, quem Porcio ſucceſſori ſuo vinctum reliquit.

Actor. 24. *n.* 1. Poſt quinque dies deſcendit Princeps Sacerdotum Ananias cum ſenioribus quibuſdam, & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præſidem adverſus Paulum.

Verſiones,

PRIMA EXPOSITIO *uſque ad Verſ.4.*

1. Verſ. 1. P*Oſt quinque autem dies*, quibus tranſactis Paulus diſceſſerat à Ieruſalem, altero vero die poſt diſceſſum Tribunus fecit certiorem Pontificem, quomodo miſerat Paulum in Cæſaream, ut dictum eſt cap.23.n.32. conſumptis tribus diebus in itinere, ſequenti autem die nempe quinto vocatus eſt Paulus ad prætorium.

2. Deſcendit Princeps Sacerdotum, ut coram eo cauſa ageretur, tum quia erat Sadducæus, & fervebat odio in Paulum, tum quia timebat accuſari, quia juſſerat percuti os Pauli, antequam audiretur; D.Chryſoſt. ſuperiori cap 23. n.2. *Cum ſenioribus.* D. Chryſoſt. *Qui comparavit apud Præſidem* ex Jeruſalem, ut acSyriac. cuſarent Paulum, *& Tertullo quodam oratore.* Syriac. *Rectore*, ut pro eis verba faceret, & loquerentur latino ſermone, quia præſes non intelligebat Hebraïcum.

3. Verſ.2. *Et citato Paulo.* Syriac. *Cum vocatus eſ-* Syriac. *ſet Paulus.* Adulatorio ſermone incipit Tertullus; Arabic. *Cum multa pace agamus per te.* Arabic. *O potentiſſime Felix, complexa eſt pax tua.* Facit alluſionem ad illum pſeudoprophetam Ægyptum, de quo ſupra egi, qui ſeducebat populum, quem Felix deſtruxit cum ſuo exercitu, & etiam Jonatham Pon-Ioſeph. tificem per ſiccarios, de quo agit Joſephus lib.20. cap.6.

4. *Et multa corrigenda per tuam providentiam.* Syriac. Syriacus: *Propter te multæ directiones fiunt huic genti* Arabic. *pondere actionis.* Arabicus: *Contigerunt huic genti per gubernationem tuam beneficia plurima.* Laudat eximiam ejus providentiam in ſuâ gubernatione.

5. Verſ.3. *Semper, & ubique ſuſcipimus.* Vatablus: Vatabl. *Comprobamus*: admirantes comprobamus, & ſuſcipimus gubernationem tuam: Optime Felix, de quo dixi ſupra cap.23.q.12.cum gratiarum actione tam Deo, quam tibi.

6. Verſ.4. *Ne diutius autem te protraham.* Syriac. Syriac. *Ne te diutius fatigem.* D. Chryſoſt. *Ne diutius mo-* D.Chryſoſt. *rer paucis.* Arias: *Ne ſuper plus interpellem*; & ſub-Arias. dit textus. *Audias nos pro tuâ clementiâ.* D. Chryſoſt. *pro tuâ humanitate*, benignitate, ac clementiâ.

QUÆSTIO I.

Quare Summus Pontifex, & Seniores Iudæorum eligunt Tertullum, ut pro eis cauſam patrocinetur, & agat.

7. COmmunis omnium gentium conſuetudo extitit procuratorem, & advocatum exponere ad earum cauſas agendas, & diſponendas; quia frequenter homines non ſunt periti jure, ac proinde indigent, à quibus illuminentur, & hi oratores nuncupabantur, qui pro ſuorum cauſis orabant.

Hunc in præſenti Ananias, & Seniores Iudæorum elegerunt Tertullum, tum ut cum multa eloquentiâ verborum rem proponeret, tum quia erat Italus, ut nomẽ indicat, & optime ſciebat leges Romanorum, ut ſecundum illas perite rem proponeret, deinde ut Italus loqueretur latine, ut bene eum intelligeret Præſes, qui Romanus erat, & forte non intelligebat linguam Hebraïcam, & hâc de causâ ſolebant præſides provinciarum ſecum ducere procuratores, ac advocatos Italos in Provincias, ad quas ducebantur, ut cauſas Provinciarum latine ſuſciperent, ut bene intelligentes de eis recte diſponerent. 8. *Præſides adducebant advocatos Italos,*

Etiam moraliter dicam; erant principes, & majores populi utpote ignorantes in cauſis, ac negotiis, ideo eligunt oratorem, ac procuratorem, qui pro eis dicat, ac loquatur: Saül cum eſſet malus, & peſſimus unum de ſe verum, ac regium fatetur loquens: 1. Reg. 26. n. 21. ſic ait: *Hodie apparet, quod ignoraverim multa nimis.* Cum aſſiſtentes ſemper ad placita loquantur, & inter adulatores verſetur princeps, inde integra veritas ignota eſt ei; quod dixit Seneca lib.6.de benef.cap.30.& ait: *monſtrabo tibi, cujus rei inopia laborant magna faſtigia, & quid omnia poſſidentibus deſit, ille ſcilicet, qui verum dicat, & homini intermentiente ſtupentem, ipſa conſuetudine pro rectis blanda audiendi, ad ignorantiam veri perductum.* Expende ultima verba; *ad ignorantiam veri perductum.* 9. 1.Reg.26. *Ignorantia propria magnorum.* Seneca.

Scribit D.Matth.14. n.1. *In illo tempore audivit Herodes Tetrarca famam Ieſu.* Tam lata, & præclara erat fama Ieſu de ſuis magnis operibus, & miraculis in tota Iudæa, & Galilæa, ut nullus eſſet, qui ignoraret ſuſcitata filia principis Synagogæ: ſcribit D.Matth.9.n.26. *Exiit fama hæc in univerſam terram illam*; ſi divina, ac miraculoſa Chriſti opera totum impleverant orbem, quomodo tam tarde fama illorum pervenit ad Herodem? Hæc eſt miſera conditio principum, qui ignorantiâ laborant eorum, quæ ipſis maxime utilia ſunt. D.Chryſoſt.homil.49.in Matth.ait: *Non otioſe tempus evangeliſta notavit: non enim ab ipſis ſtatim miraculorum exordiis famam Ieſu, ſed poſt multum tempus percepit Herodes; Hujuſmodi enim ſunt, qui in principatu vivunt, nam quoniam faſtum rerum plurimorum ſibi arrogant, parvi facientes cætera raro ea perdiſcunt.* Sæpe contingit, ut quod apud omnes eſt vulgare, ac notum, à ſolo principe ignoretur. 10. Math.14. Matth.9. *Notum omnibus princeps ignorat.* D.Chryſoſt.

QUÆSTIO II.

Quare Tertullus laudat Præſidem Felicem de ſuâ providentiâ in gubernatione,

IN præfatione orationis ait Tertullus ad præſidem verſ.2. *Cum multa pace agamus per te, & multa* 11.

multa corrigantur per tuam providentiam. De magno bono pacis jam egi ſupra cap. 11. q. 11. n. 9. 10. 11. & cap. 11. q. 9. n. 10.

12. Et eum etiam laudat de providentiâ in recte diſponendo, ac agendo omnia. Dicitur Pſalm. 59. n. 4. *Ephraim fortitudo capitis mei.* Ex Hebræo legitur *Virtus ducis mei.* Ac ſi tota virtus, ac ratio bene agendi, ac diſponendi in duce, ac gubernatore tota conſiſtat in integro, ac ſano judicio, ac ſi nemo ducat bene populos, rebuſque publicis recte provideat, quinam ſit ſano cerebro; ac ſi nemo imperio valeat, qui non valeat ingenio; pro quo communiter facit, quod Reges, & animalia circumſtant thronum plena oculis ante, & retro Apocalypſ. 4. n. 6. Rupert. lib. 3. in Apocalypſ. ait: *Internâ contemplatione cauti ſunt, & providi.*

Bene providet, qui bene pravidet.

Apocal. Rupert.

13. Loquens Deus cum Moyſe ait: quod tendat in Ægyptum, & congreget ſeniores populi, & dicat illis; Dominus Deus Patrum veſtrorum apparuit mihi, qui deſcendit, ut liberet vos, & deducat in terram fluentem lac, & mel. Reſpondet Moyſes Exod. 4. n. 1. *Non credent mihi, neque audient vocem meam, ſed dicent: non apparuit tibi Dominus.* Cur Moyſes in annunciandis magnis rebus dubitat de conſenſu populi, & omnes difficultates, quas ſibi prævidebat, objiciendas, Deo proponit, nihil inconſultum, ac præmeditatum vult aggredi, ut à Deo accipiat, quid debeat agere, & reſpondeat opportune Oleaſter. ait: *Adverte Moyſis providentiam, qui nunc omnia impedimenta legutionis ſua Deo apponit, ne poſtmodum ad eum redire cogeretur.*

Exod. 4. *Optimus proviſor præmeditatur futurū.*

14. Cum Chriſtus Dominus eſſet ſolicitus de paſcendis hominibus inde certo ſcribit Joan. 6. n. 8. *Dicit ei unus ex Diſcipulis ejus Andreas frater Simonis Petri; eſt puer unus hic, qui habet quinque panes.* Signanter dicitur hic Andreas Frater Simonis Petri, cum in aliis locis nominetur Andreas tantum, & non dicatur frater Petri; ut Joan 12. n. 22. Cum Gentiles voluiſſent videre Jeſum; venit Philippus, & dicit Andreæ, *& Andreas rurſum & Philippus.* Cur ergo peculiari in illo dicitur frater Petri; quia conſtituebatur Petrus Princeps totius orbis, ac proinde ut frater illius agebat de providendis, ac paſcendis miſeris, qui ob tantam ſuam providentiam maxime agnoſcendus erat.

Joan. 16. Joan 12. *In prælatis multa providentia.*

15. Ait Iſaias 19. n. 11. *Principes Tanis.* Tanis erat metropolis civitas Regia Ægypti, in qua Moyſes tot, & tanta mirabilia, ac prodigia eſt operatus. Principes ejus cur dicuntur ſtulti, quia cum ſcirent, quod armata manus multorum millium hoſtium ſuper veniebat adverſus eos, ad eorum deſtructionem, non ſe præparant ad bellum, nec ad reprimendos hoſtium aſſaltus, ſed quando res jam erat in ultimo, ac extremo periculo, tunc vocant conſilium, & conſulunt de his, quæ erant agenda in vanum, cum illa tractanda fuerant, antequam res deveniret ad extremum punctum; Elias Cretenſis oration. 1. Nazianz. ait: *Eſt Tanis urbi Ægypti, cui is, qui præerat, cum ea in hoc diſcrimen adducta eſſet, ut jam, jamque cupienda videretur, graviſſimo metu percuſſus ſapientes quoſdam ad ſe accercebat, atque quam ſtudioſiſſime de rerum eventu conſultabat.*

Iſai. 19. *Stultus non previdet, ſed de re agit in ultimo periculo.*

Actor. 24. n. 5. Invenimus hunc hominem peſtiferum, & concitantem ſeditiones omnibus Judæis in univerſo orbe, & actorem ſeditionis ſectæ Nazaræorum.

Verſiones.

SECVNDA EXPOSITIO uſque ad Verſ. 9.

16. Verſ. 5. INvenimus hunc hominem peſtiferum. Syriac. *pernicioſum.* Syriac. Reg. *Vaſtatorem.* Arabic. *Corruptorem.* D. Epiph. *Corrumpentem populum.* Æthiopic. *Blaſphemum*, non exprimunt nomen Pauli; notat Lyranus; ac ſi ob ſuam malitiam nominari indignus eſſet. *Concitantem ſeditiones.* Cum tamen eſſet prædicator pacis, & Iudæi ubique contra eum ſolebant ſeditiones, & tumultus excitare; ut vidimus cap. 9. n. 13. cap. 13. n. 50. cap. 14. n. 5. cap. 18. n. 12. cap. 20. n. 30. malum, quod ipſi perpatrabant, Paulo adſcribere intendunt.

Syriac. Regius. Arabic. D. Epip. Æthiop.

17. *Auctorem ſeditionis ſectæ Nazaræorum.* Arias: *Antiſtitem ſectæ.* Æthiopic. *Docentem hæreſim*; nam Iudæi Chriſtianos per contemptum vocabant Nazaros ut notarunt D. Hieron. epiſtol. 89. & Beda bis, ut patet ex cap. 2. verſ. 22. propter Ieſum Nazarenum, ſicut & Iulianos Apoſtata dicebat Galilæos, ut teſtatur D Greg Nazianz.

Arias. Æthiop. D Hier. Beda. Act. 2.

18. Verſ. 6. *Qui etiam templum violare conatus eſt.* Syriac. *Voluit polluere.* Arabicus: *Fœdare tentavit.* Æthiopic. *Profanavit.* Introducendo in illod Trophim Gentilem, de quo diximus cap. 21. verſ. 29. Ipſi potius profanaverant templum manus violentas imponentes in Paulum: *Iudicare ſecundum legem hic iterum mentitur*; nam ipſi contra legem volebant occidere Paulum nondum judicatum. cap. 23. n. 10.

Syriac. Arabic. Æthiop. Act. 23.

19. Verſ. 7. *Superveniens Tribunus Lyſias.* Arabic. *Dux mille virorum irruens violentâ vi eripuit eum de manibus noſtris.* Gloſſa; *magnâ vi.*

Arabic.

20. Verſ. 8. *A quo ipſe judicans de omnibus iſtis poteris cognoſcere.* Syriac. *poteris eum interrogare, diſcere ab eo ea omnia.* Ita erant ira, ac odio obcæcati, & frementes in Paulum, ut mala, quæ ipſi fecerant, commovere ſeditiones, violare templum, de ſe ipſis judicantes ſimilia cogitabant de Paulo, & quod ipſe ea negare non poſſet.

Syriac. *Ex ſe ipſis judicabant de Paulo.*

21. Verſ. 9. *Adjecerunt autem.* Arabicus: *Quibus aſſenſus eſt etiam cætus Iudæorum.* Æthiopic. *Vere ſic eſt.* Notat D. Chryſoſt. quomodo malitiâ Iudæorum totus judicialis ordo pervertitur; nam Iudæi, qui erant accuſatores Pauli, fiunt teſtes contra illum.

Arabic.

QUÆSTIO III.

Quare tam fervide Iudæi procurabant mortem Pauli, cum ille omnibus viribus intendebat illorum ſalutem.

22. MAximè Iudæi fremebant in Paulum, ut eum occiderent, ſic in Ieruſalem eum intentarunt interficere, & ad Tribunum clamabant: *Tolle eum; extirpa eum* Actor. 22. n. 22. At Paulus cum tanto fervore, ac diligentiâ intendebat eorum ſalutem, quod, ut ab Ieruſalem diſcederet, neceſſe fuerit habere mandatum à Chriſto Domino Actor. 23. num. 11.

23. Et quid magis durum, & aſperum, quam pro beneficio impenſo recipere injuriam, calumniam, & omne maleficium? Dixerunt impii *mittamus lignum in panem ejus.* Ierem. 11. n. 19. Quæ verba præclare expendit D. Ambroſ. Præfat. in Pſalm. 45. & ait: *Hoc igitur Dominus exprobrat Iudæis: ego propter vos pauper, & vos mihi impias manus intuliſtis dicentes:*

Ierem. 16. D. Ambr.

Pro dono vita inferunt mortem.

dicentes: injiciamus lignum in panem ejus. Bene panem dixit pro carne ejus. Ille alimentum detulit; iſti pro beneficio retulerunt ſupplicium. Quæ crudelitas, & imptuba malitia major eſt, quam quod ipſe Dominus dedit divinum panem ad vitam, & ſalutem; ipſi pro recompenſatione tam ſalutiferâ panis retulerunt ei lignum crucis ad ei mortem inferendam. *Ille alimentum dedit: iſti pro beneficio retulerunt ſupplicium.*

24. *Matth. 26.* Ait Chriſtus Dominus Matth. 26. num. 23. *Qui immittit mecum manum in paropſide, hic me tradet*; ex quo bene infertur, quod pro ſingulari gratiâ datum eſt Judæ, ut in paropſide cum Chriſto mitteret manus, ſed tot, & tantis beneficiis tam communibus omnium Apoſtolorum, quam particularibus, Judas malignâ naturâ depravatus non potuit emolliri, beneficiis inſtigatus ad tradendum Dominum in manus ſuorum inimicorum pergit, & numquam ad tam crudele facinus tam ſollicite peragendum tendit, niſi quando majoribus beneficiis eſt cumolatus in Cœna. D. Chryſoſtomus homilia 83. in Matth. ait: *O cæcitatem proditoris, qui cum ineffabilibus myſteriis communicaſſet, idem permanſit, divinâ menſâ ſuſceptus in melius commutari noluit: majus enim utrâque manu fiebat, quia tali animo myſteriis ſuſceptis nec timore, nec beneficio, nec honore melior factus eſt.*

Beneficiis fit deterior.

D. Chryſoſt.

25. *Cant. 1.* Ait anima ſancta Cantic. 1. n. 6. *Filij matris meæ pugnaverunt contra me: poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodivi.* Fratres ejus in pugnam ſurrexerunt contra illam, & quam ob cauſam ipſa explicat *poſuerunt me cuſtodem in vineis; vineam meam non cuſtodivi*: cum tanto zelo, ac vigilantiâ cuſtodivi aliorum vineas, ut meæ eſſem oblitus. D. Bernard. ſerm. 30. ait: *effectus charitatis, ob quam pia anima non quærit, quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorum, quorum poſita eſt cuſtos.* At pro tantâ ſollicitudine circa aliorum vineas, quam mercedem ei retulerunt: *pugnaverunt contra*; & nunquam in toto Canticorum libro legitur, quod filij matris ejus inſurrexerint in eam, niſi modo, quanto erant magis obligatione adſtricti, tanto magis ob pravitatem naturæ fuerunt diſſoluti in eam.

D. Bern.

Magis obligatus magis diſſolutus ad malefaciendum.

QUÆSTIO IV.

Quare Iudæi tanta opprobria contumelioſa congerunt contra Paulum.

26. VOciferant Iudæi contra Paulum, ut patet verſ. 5. cum dicunt hominem *peſtiferum, vaſtatorem, blaſphemum, corrumpentem populum*; quia cum intelligerent præſidem propenſum in Paulum, timebant, quod Paulus non eſſet condemnandus morti ab eo, & intendebant ſaltem tot opprobriis eum fœdare, ac maculare.

27. *2. Reg. 16.* Cum Abſalon uſurpans regnum ſe erigeret contra Patrem ſuum David, dicitur de eo 2. Reg. 16. n. 22. *Ingreſſus eſt ad concubinas patris ſui coram univerſo Iſrael.* Cor tam patenter tam fœdum crimen perpetratur, quod maxime à naturâ inditum eſt, ut fiat ſecrete, & abſcondite. Salvian. lib. 2. de Provid. ait: *Impurior, neſcias an crudelior filius: quia interficere patrem, non poteſt parricidio, fœdat inceſtu.*

Si non vales interficere, vult fœdare.

Salvian.

28. *3. Reg. 21.* Exectabilis illa nefanda Jezabel. 3. Reg. c. 21. fremens odio in juſtum Nabothum, ut ipſum perdat, ad magiſtratus Iezabel ſcribit: Prædicate jejunium, ſedere facite Naboth inter primos populi; *ſubmitte duos filios Belial contra eum, & falſum teſtimonium dicant; benedic Deum, & Regem, & educite eum, & lapidate, ſicque moriatur.* Facile Iezabel poterat Naboth interficere per homines crimnoſos, ut paſſim fit, vel poterat eum criminare de latrocinio, de inceſtu, ſed mandat eum accuſari de graviſſimis criminibus, de blaſphemia in Deum, crimine læſæ majeſtatis in Regem, & inſuper mandat, *educite*, ut explicat Lyranus, extra civitatem, tanquam hominem valde ſceleſtum, & execrabilem, indignum moriendi in civitate. Illa maledicta fœmina non ſolum voluit perdere hominem juſtum, & ſanctum, ſed etiam omni graviſſimo crimine fœdare.

Vita, & honore intendit privare.

Lyranus

29. *D. Math.* Hoc ſtudio cum meus Jeſus eſſet exaltatus in Cruce, ſcribit D. Matth. 27. *Crucifixi ſunt cum eo duo latrones*, in quorum medio erat Jeſus quod nomen ſacratiſſimum erat valde illuſtre, ac celebre in toto mundo, & perverſitas Iudæorum non ſolum voluit vitam adimere Chriſto Domino, ſed etiam latronum ſordibus ejus ſanctiſſimum nomen maculare. Noſter D. Cyrill. Alexand. lib. 12. in Ioan. cap. 28. ait: *Inter duos latrones crucifixus eſt ex malitiâ Iudæorum, qui ut turpiſſimam mortem ejus oſtenderent, juſtum tum iniquis condemnarunt.* Et D. Chryſoſtomus in cap. 2. epiſtol. ad Epheſ. ait: Propterea Iudæi ſtudio illâ morte interimere eum ſatagebant, ut probroſum quoque efficerent.

Peſtifera malitia intendit Iuſtum facere probum.

D. Cyrill.

D. Chryſoſt.

Actor. 24. num. 10. Reſpondens autem Paulus (annuente ſibi præſide dicere) ex multis annis te eſſe judicem genti huic ſciens, bono animo pro me ſatisfaciam.

Verſiones,

TERTIA EXPOSITIO uſque ad Verſ. 15.

Verſ. 10. REſpondens autem Paulus, annuente ſibi præſide. Syriacus: *Innuit præſes Paulo, ut loqueretur*; & audiatur; reſpondet Paulus non per procuratorem, nec tremula, ac tremenda voce, ut contingit reis; ſed generoſo, ac conſtanti animo confiſus in Deo, & ſuæ innocentiæ; *ex multis annis te eſſe judicem.* D. Chryſoſtomus, *judicem juſtum*; quod eſt illuſtriſſimus titulus judicis. 30. *Syriac.* *D. Chryſoſt.*

Genti huic. Æthiopicus: *Iudex fuiſti hæres gentium, & ſcis mores earum*, & agnoſcis eorum reprobum ingenium ad omne malum, & ſcis, & agnoſcis nullam querelam de me tibi eſſe factam; ex quo deprehendis, quod ego non ſim homo ſeditioſus, peſtiferus, ut ipſi modo proclamant contra me; *bono animo pro me ſatisfaciam.* Syriac. *cum gaudio depromam ſpiritum pro me ipſo.* Arabicus: *Cauſam rerum mearum libenter dicam.* 31. *Æthiop.* *Syriac.* *Arabic.*

Verſ. 11. *Potes enim cognoſcere*, per teſtes fide dignus, quod non ſunt mihi plus dies, quam duodecim, ex quibus novem dies in vinculis egi: ſuperſunt ergo tres dies, ex quo veni adorare in Ieruſalem; quomodo in tam brevi ſpatio trium dierum ego homo peregrinus, ignotus, & ſolitarius poteram tumultum facere in civitate? 32.

Verſ. 12. *Invenerunt eum aliquo loquentem.* Syriacus: *nec etiam turbas concitantem.* Arabicus: *ſeditionem facientem.* Æthiopicus: *nec commoventem populum.* 33. *Syriac.* *Arabic.* *Æthiop.*

Verſ. 13. *Neque probare poſſunt.* Syriacus: *neque in eorum poteſtate ſitum eſt*, ut aliquid probare poſſent, nam, cum ſint accuſatores, ſunt prohibiti ad teſtificandum. Arabicus: *neque rationem* 34. *Syriac.* *Arabic.*

afferre poſſunt, ob quam ego debeam judicari, ac condemnari.

35\. Verſ. 14. *Confiteor hoc tantum tibi.* Generoſe fidem confitetur, *quod ſecundum ſectam.* Græcus: *Inſtitutum.* Syriacus: *doctrinam* Chriſtianorum, *quam dicunt* hæreſim ſuo maledicto ore, *ſervio*, Syriacus: *colo*, latriæ cultu, *Patri, & Deo meo*: Patri tanquam filius; Deo, ut Creatori; tamen aptiſſime legendum eſt cum Græco, Syriaco, Oecumenico, Cajetano, Tigurina: *Deo Patrum, ſeu Deo Patrum*; ac ſi dicat; Deus, quem ego prædico, & adoro, non eſt quid novum, & inventum, ſed valde antiquum à tempore patrum noſtrorum; & iſte talis Deus eſt declaratus, & prænunciatus in Prophetis.

Græcus. Syriac. Syriac. Græcus. Syriac. Oecum. Caietan. Tigurin.

36\. Verſ. 15. *Spem habens in Deum*, de conſequenda ejus beatitudine, *quam hi ipſi expectant*, qui credunt reſurrectionem juſtorum ad gloriam, iniquorum ad pœnam.

QUÆSTIO V.

Quare Paulus in conventu malignantium tam imperterritus generoſe ſtat.

37\. ERat Paulus in medio conventu malignantium, qui rabido, & diabolico ore fremebant in eum, & tamen ipſe maxime firmus abſque ullo timore loquitur, unum verum Deum prædicat, cauſam ſuam tuetur, & illos pro nihilo reputat, quia cum malos, & peſſimos videret, pro certo habebat, quod eorum impietas eos deſtrueret, & divinam iram contra eos advocaret.

38\. Ait Deus ad Ezechielem cap. 2. num. 6. *Tu ergo fili hominis, ne timeas eos, neque ſermones eorum metuas, quoniam increduli, & ſubverſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas, verba eorum ne timeas: & vultus eorum ne formides, quoniam domus exaſperans eſt.* Res ſane omni expenſione digniſſima; iſti mali dicuntur ſubverſores, increduli, ſimiles ſcorpionibus, exaſperantes, quæ omnia magnum ingerebant timorem; quomodo his objectis, dicitur, quod non timeat: merito tamen cum tales proponuntur, dicitur, quod non timeat, quia cum agnoſcat impios, & nequiſſimos; ipſi cito peribunt, & conſummabuntur, & iram Dei contra ſe concitabunt, & ideo tales contemnendi ſunt in ſuis perſecutionibus: ibi Theodoret. *Cauſa idonea eſt ad contemptum eorum, qui inſidioſi aggrediuntur, improbitas: legis enim violatores, & à divinâ ope vacui ſunt; neque utique hujuſmodi viri metuendi, quamvis more ſcorpionum lædant; quamvis temeraria verba proferant.*

Ezech. 2. *Impij à iuſtis contemnendi.* Theod.

39\. Ait Regius Vates Pſalm. 10. num. 1. *In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montes, ſicut paſſer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt ſagittas ſuas in pharetra, ut ſagittent in obſcuro rectos corde.* Mandatur David fugere in montes ob armatas inimicorum manus: & unde unus homo ſolitarius, tanquam Paſſer tantas copias valeat evitare, ac deſpicere: ex eo, quod dicitur: *Quoniam ecce peccatores*: cum eos injuſtos, & peccatores agnoſcat, & ſe totum in Deum recipiat, nihil timendum eſt ab eis, ſed omnino deſpiciendi. Euthymius ibi: *Hâc*, inquit, *de cauſâ ego confido, quia peccatores ſunt, qui pugnant adverſum me: peccant enim dum me temere inſequuntur, & morte afficere volunt.*

Pſal. 10. *Peccatorum ſecula contra iuſtos in vita.*

QUÆSTIO VI.

Quare nefandi, ac execrabiles homines Sanctam religionem Chriſtianam dicebant hæreſim.

AIt Apoſtolus in præſenti: *Confiteor tibi, quod ſecundum ſectam, quam dicunt hæreſim*; hoc eſt ſecundum doctrinam Chriſtianam, quam iſti peſtiferi mei accuſatores dicunt hæreſim; Valde mirum ſanam doctrinam Chriſtianam cohærentem cum Sacrâ Scripturâ, prædicatam per homines ſacratiſſimos cum omni puritate, humilitate, & cæteris omnibus virtutibus, dicere impios accuſatores Pauli hæreſim, & ſuum malum, & diabolicum inventum, introductum per homines, omni vitio, ac turpitudine plenum reputare bonum, & ſanctum. 40.

Chriſtianam religionem impij dicunt hæreſim.

Ad quod reſpiciens: Tertullian. in Apolog. c. 46. ait: *Unicuique manifeſtatur veritas noſtra, interim incredulitas, dum de bono hujus ſectæ obducitur (quod de uſu jam, & de commercio innotuit) non utique divinum negotium exiſtimat, ſed magis Philoſophiæ genus*; Veritas Chriſtiana valde nota, & manifeſtata eſt, quod maxime patet ex uſu, & commercio Chriſtianorum, ſed ſunt homines ita depravati, ut hoc noſtrum negotium Chriſtianiſmum, non eſſe quid Divinum, ſed quoddam Philoſophiæ genus dicant, ita ut veritatem mendacium, & mendacium veritatem affirmet. 41.

Tertull. *Mundani volũt mendacium ut veritatẽ haberi, & veritatem ut mendacium.*

Mandat Deus Moyſi: *Extende manum ſuper aquas Ægypti, & ſuper fluvios eorum, & rivos, ac paludes, & omnes lacus aquarum, & vertantur in ſanguinem*, & fecit Moyſes, ut ei fuerat mandatum; fecerunt & Magi ſimiliter *incantationibus ſuis, induratum eſt cor Pharaonis, & non dimiſit eos*: Exod. 7. 22. Abulen. *Quia Magi fecerunt ſimiliter*, & non credebat, quod Moyſes faceret illud *virtute divinâ*; immo potius exiſtimo, quia ideo induratum eſt cor ejus, quia ibi perſuaſit iniquus Pharao, quod Moyſes arte malâ operabatur, & malefici ejus ſupernâ ope, ut ita mendacium prævaleret veritati, & veritas reputaretur mendacium, & mendacium veritas; quod etiam idem confirmari poteſt ex hiſtoriâ Suſannæ, contra quam ſenes inveterati ſe fiebant *teſtes*: Daniel. 13. n. 40. ut ait Cardinalis Hugo oculati, ut falſitatem facerent credibilem, & falſificarent veritatem. 42.

Exod. 7. Abulen. *Pharao potius credit malo.* Dan 13. Hugo.

Ait Deus Sophon. 1. 0. 5. Quod deſtruet venerantes Baal, & eos, qui adorant *ſuper tecta militiam Cœli.* Indignatur contra hos idololatras, qui ſuper tecta fabricabant quædam tabulata, ut fit in Palæſtinâ, ut non ſolum die, ſed etiam nocte adorarent militiam cœleſtem, & per quaſdam obſervationes mathematicas, tanquam per quædam oracula publicabant figmenta contra eloquia prophetarum, ut eſſent in contemptum, ac eorum mendacia eſſent in venerationem, ut credibilia; D. Hieron. ibi ait. *Adorarant ſuper tecta militiam, qui elevantur adverſus ſcientiam Dei, & omne, quod geritur in ſæculo, ſtellum ſibi ſcientiam pollicentes referunt ad artes ſtellares, ut occubitus, & mathematicorum ſequuntur errores*, quos ut ſolidas veritates prædicant. 43.

Impij figmẽta venerabantur, oracula prophetarũ reſpuebant.

QUÆSTIO VII.

Quare Apoſtolus ait coram Præſide ſe habere ſpem in Deum.

STabat Apoſtolus, ut judicaretur coram Præſide, oſtendens nil timere ſuum judicium, cum 44.

habeat

habeat ſpem ſuam in Deum. Dicebat David Pſal.
Pſal. 54. 54. num. 23. *Iacta ſuper Dominum curam tuam,*
Caldæus. *& ipſe te enutriet.* Caldæus legit: *Iacta ſpem tuum.*
Paguin. *Pondus tuum*, & etiam alij: *onus*, quo
gravatis, ac moleſtiam ſuſtines, projice in Deum,
& ipſe in ſe ſuſcipiet onus, ut expoñit noſter in-
Incogn. cognitus: *& ipſe te enutriet*; ſeu ut habet alia le-
ctio: Suſtentabit in omni bono, & munimine

45. Quod ita certum eſt, quod ubi poſueris ſpem
tuam in Deum, illa non ſunt tamquam in futu-
rum habenda; ſed jam tamquam in præſenti, ac
Apoc. manu obtenta. Vide Joan. in Apocalypſi cap. 4.
num. 4. quod circa thronum Dei ſtabant: *viginti
quatuor ſeniores circumamicti veſtimentis albis,
& in capitibus eorum corona aurea.* His denotaba-
Qui à Deo ſperat, repu-tet iã ſe habe-re. tur, quod juſti, qui decertant in hoc mundo pro
Deo, & in eo habent ſuam ſpem, ab eo ſunt co-
ronandi gloriæ diademate: atqui corona non da-
tur, niſi poſt finitum certamen; quomodo ergo
illis adhuc certantibus, jam coronæ refulgent in
capite; cum ſcriptum ſit; non coronabitur, niſi
Richard. qui legitime certaverit: ait Richardus Victorin.
in Apocalypſi lib. 2. part. 2. cap. 1. *in capitibus
habent coronas in mundo ſperando, in Cælo poſſiden-
do gloriam.* Coronas, quas obtinebunt in gloriâ,
ita ſperando in hoc ſæculo, ita certiſſime jam ha-
bent, ac ſi illas jam poſſeſſas in capitibus ſuis po-
ſitas haberent.

46. Ait Chriſtus Dominus Latroni, cum peteret,
ac ſperaret à Chriſto ſui memoriam in regno Cœ-
Luc 23. lorum: *Hodie mecum eris in Paradiſo* Lucæ 23.
quando hoc cohærere poteſt, cum Chriſtus non
aſcendit, niſi poſt quadraginta dies, & extitit
primus, qui aperuit Cœlum, & ingreſſus eſt, &
ſecum aſportavit Latronem; quomodo ait illi Chri-
Idem eſt ſperare ab illo, ac jam habere. ſtus, dum pendet in Cruce: *Hodie mecum eris in
Paradiſo.* Speranti promiſit Dominus, idem eſt,
ac ſi totum habeat in illâ hora, ac momento.
Theophilact. in Catenâ Græca in Lucam ait: *Alij
autem dixerunt, quod latro nondum ſortitus ſit in
Paradiſo converſationem, ſed quia invariabilis, &
fallere nequeat Dei promiſſio, ideo dictum eſſe: Ho-
die mecum eris in Paradiſo*; eſt enim & hæc ſpe-
cies phraſis in verbis Domini, ut futuris loquatur,
tanquam de iis, quæ jam fiunt.

47. Qui ſperat à Deo, jam totum habet, & qui non
ſperat à Deo, ſed à mundo totum perdit: Mandat
David ad Ioab principem exercitus ſui: *Numera
populum, ut ſciam numerum ejus.* 2. Reg. 24. num.
2. in quo negotio David graviſſime deliquit, ut
ipſe confeſſus eſt; *Peccavi valde in hoc facto.* Ibid.
num. 10. ob quod vehementer iratus eſt Dominus
num. 15. & miſit peſtilentiam in populum, & mul-
ta millia hominum perierunt. Valde laborant in-
terpetres indagantes hujus peccati radicem; nam
valde conſuetum, & in communi uſu eſt, ut im-
peratores, ac duces recenſeant numerum ſuorum
militum, in quo extitit tam grande peccatum:
aliqui referunt ad vanam gloriam; alij ad legem
violatam de ſolvendâ pecuniâ. Exod. 30. num. 13.
Iſidor. Clarus; ad ſpem obtinendæ victoriæ in ro-
bore, ac multitudine militum: ſic ait: *iratus eſt
Dominus, quod David magis confiſus fuerit in mul-
titudine populi, quam in nomine Domini.*

Actor. 24. *v.* 16. In hoc & ipſe ſtudeo ſine offen-
diculo conſcientiam habere ad Deum, &
ad homines ſemper.

Verſiones,

QVARTA EXPOSITIO
uſque ad Verſ.21.

Verſ.16. IN *hoc & ipſe ſtudeo.* Syriac. *propterea* 48.
etiam laboro totâ meâ intentione, ac Syriac.
viribus, *ſine offendiculo*, ſine ullo ſcandalo, *con-
ſcientiam* puram, & inoffenſam, ut *nullus habeat
malum dicere de nobis, ut non vituperetur miniſte-
rium noſtrum.* 2. Corinth. 6. num. 3. ſecundum con-
ſcientiam, ſecundum noſtrum modum vivendi, & 2. Cor. 6.
agendi coram hominibus, & Deo cordium ſcruta-
tore: *Semper.* Syriac. *perſeveranter.* Syriac.

Verſ. 17. *Poſt annos autem plures*: ſcilicet à mea 49.
converſione anno 22. ipſe enim converſus eſt anno
Chriſti 36. hæc vero contigerunt anno Chriſti 58.

Eleemoſynas facturus, non ſum perturbator, & 50.
amotinator reipublicæ, ſed illius benefactor, cum
tempore famis viam arripiens in Ieruſalem in gen-
tem meam; Syriacus: filios generis meæ; qui ob ſe-
quendam vitam perfectam vendiderunt omnia ſua,
& multâ penuriâ laborabant; ad eos ſublevandos
veni Ieruſalem. 2. Corinth. 8. 9. *& oblationes*; 2. Cor. 8.
non ſum violator templi, veni ad facienda obſe-
quia, & oblata Deo.

Verſ. 18. *Invenerunt me purificatum.* Syriacus: 51.
cum expurgatus eſſem: antequam ingrederetur in Syriac.
templum, ſe ipſum purificavit cap. 21. num. 26.
& ibi explicavi.

Verſ. 19. *Quidam ex Aſia Iudæi*; ut apponunt 52.
Syriacus, Vatablus, tumultum, qui factus eſt Ie- Syriac.
roſolymis, excitaverunt, non ego; ſic frequen- Vatabl.
ter contingit, malum, quod faciunt iniqui, in
juſtos refundere intentant; *quos oportebat apud te
præſto eſſe.* Syriacus: *quos ſiſtere mecum ipſi*, de-
promant, ſiquid habent contra me, & ego reſponde-
bo, & quis eſt dignus pœnæ, videbitur.

Verſ. 20. *Aut hi ipſi*, qui modo ſunt præſentes, ſi- 53.
quid habent contra me, hîc dicant, cum ſimus in
Concilio, cui tu præes, & per angulos extra Con-
cilium non murmurent, ac loquantur, ſed hic coram
te, & Concilio dicant, ac proferant, quid habent
contra me.

Verſ. 21. *Niſi de unâ hâc ſolummodo voce.* Syriac. 54.
niſi unicum hoc verbum; quod dixi in concilio c. 23.
n. 6. *ego Phariſæus ſum de ſpe, & reſurrectione mortuo-
rum ego judicor*: & inde factum eſt magnum ſchiſ-
ma inter Phariſæos, & Sadducæos, quilibet eorum
pugnans pro ſuâ ſecta, quam ſeditionem inter ſe
ipſos illi excitarunt, non autem ego.

QUÆSTIO VIII.
*Quare Paulus tam confidenter ſtat in concilio deſ-
piciens oblatrantium voces.*

AIt ipſe in præſenti verſ. 16. *In hoc & ipſe ſtudeo*
ſine offendiculo conſcientiam habere in Deum. 55.
Cum ipſe haberet bonam, & rectã conſcientiã, dum Syriac.
optime firmus, ac ſecurus erat in omni contrarie- *Conſcientia bona*
tate omnes adverſariorum incurſus deſpiciebat: *generat*
ait ipſe Hebræo. 13. num. 18. *Confidimus enim*, *pacem, & quie-*
quia bonam conſcientiam habemus in omnibus, ſci- *tem.*
licet rebus, & actionibus. Cauſam ſuæ confidentiæ Hebr. 13.
in tot, ac tantis laboribus, quos paſſus eſt, aſſignat;
ut notant D. Chryſoſt. ac D. Thom. *bonam conſcien-*
tiam habentes, & ubi hæc vegetat, ſtatim ſerena, ac D. Chryſoſt.
placida quies omnem timorem expellens. D. Tho.

Ait idem Apoſtolus 1. Timoth. 1. num. 19. *ha-* 56.
bens fidem, & bonam conſcientiam, quam quidam Timoth.

ximè exorta eſt tempeſtas contrarietatis inter illos: timet Tribunus, ne inde aliquod malum eveniat Paulo, & iode intendit illum in tuto cooſtituere; ſed cur potius non præſumit, quod ex tanta contrarietate, ac diſſentiooe poſſet aliquid utile contingere Paulo, ut inde aperiatur oſtium, ot ipſe effugiat. Bene tameo ſciebat Tribunus, qood quamvis impij inter ſe belligerent, & diſcidant, io eo tamen maximè conveniunt, ut juſtum perimant, ac perſeqoantur.

Impij, quamvis in ſe contrarij, contra juſtum vniuntur.

42. Scribit D.Matth.9.n.14. Ad Chriſtum Dominum: *Acceſſerunt diſcipuli Ioannis dicentes: Quare nos, & Phariſæi jejunamus frequenter, diſcipuli autem tui non jejunant.* Diſcipuli Joannis ſequeotes ſuum magiſtrum maximè adverſabantur Phariſæis, quos Joannes Matth.3.n.7.vocaverat; genimina viperarum, cur modo ad ſe eos advocãt, & ut ſocios habẽt; & qui ſe jactabát de molta ſanctitate modo ſe aſſociant vitioſis viperis Res agebatur contra Chriſtũ, ejuſque diſcipulos, & quamvis diſcipuli Joannis, & Phariſæi eſſent inter ſe diverſi, & contrarij ad oppugnandam ſupremam juſtitiam, ac ſanctitatem Chriſti, ac diſcipulorum ejus, facile inter ſe coovenniunt, & uniuntur. D.Chryſoſt. ſerm.31. ait: *Cum diſcipulis Ioannis, qua ſocietas Phariſæis? niſi quia junxerat invidia, quos disjunxerat diſciplina.* Judæi poſtponi Moyſi Domioum noo ferebaot; diſcipuli Joannis Chriſtum nolebant Joanni ullatenus anteferri, Chriſtum fremebant utroque livore communi.

Matth.9. — Math.3. — Vniti cõtra Chriſtum. — D.Chryſoſt.

43. Cum meus Jeſus eſſet comprehenſus, ſtabat Petrus in atrio Pontificis, quidam vero ex illis affirmabat dicens: *Vere hic cum illo erat*, Luc.22.0.59. ſic & Joan.18.n.26. ſcribit, quod unus ex ſervis Pontificis Petrum urget, quod ille erat ex Chriſti diſcipulis: aliter vero D.Matth. rem proſequitur cap.26.n.73. & ait: *Poſt puſillum acceſſerunt, qui ſtabant, & dixerunt Petro; Vere tu ex illis es.* Similiter & Marc.14. Unde hæc rerom varietas? an quod Matth. refert, Lucas negat? id ego pernego: ſed quod unus ſervus facit ad urgendum, & vexandum Petrum, reliqui approbant, & exurgunt io Petrum; & quod ille ſervus incipit, cæteri proſeqoontur. Janſenius (ait) maximè cum in tam unanimi malorum conſortio quidquid uous ageret, omnium fieret nomine.

Luc.22. — Ioan.18. — Math.26. — Cũ unus inſurgit in iuſtũ omnes ſequuntur.

QVÆSTIO VII.

Quare Chriſtus Dominus prædicit Paulo, quod, ut, cum teſtificatus fuerat in Ieruſalem, oportebat eum Romæ teſtificari.

44. APparet Chriſtus Dominus nocte Paulo, ac proinde videtur quod in ſomnis, & ait illi: *Conſtans eſto, ſicut enim teſtificatus es de me in Ieruſalem; ſic te oportet & Romæ teſtificari.* Erat Paulus in carcere, in vinculis, & catenis: adſtat Chriſtus Dominus dans ei magnam conſolationem, & non dixit ei: ceſſat perſecutio, ac tempeſtas adverſariorum, ſed teſtatur eadem eſſe paſſurum Romæ: pati pro Chriſto magnum erat Pauli gandium, & magnum levamen. Vide verbum Paulus.

Pauli gaudium pati pro Chriſto.

45. Conſidera tamen, quod ſic eum exhortatur ad ipſum Chriſtum teſtificandum Romæ, ſicot teſtificatus eſt in Ieruſalem, *ſic te oportet*; ac proinde Chriſtus ſuo dicto approbat, quæ fecerat in Ieruſalem, ac tanquam laudans ibi facta, ut notat D. Chryſoſt. homil.49. in Acta, & ait: *Vide quanta conſolatio*, primo illum laudat; deinda non ſinit incertam profectionem illius Romam; ut laudata, & approbata geſta in Ieruſalem ſint calcar, & excitamentum, ut quæ ei denunciantur Romæ perpatranda; beoc, & optimè adimpleantur. Unde rectè ait D.Thom. orat. 3. *Præclarè factorum prædicatio vehementiorem illis, à quibus ſunt, cupiditatem ad potiora ingerit.*

D.Chryſoſt. — Laudat Magiſter, ut diſcipulus bene gerat.

46. Maximè multis proclamationibus divinus Sponſus extollit animam ſanctam: *Pulchræ ſunt genæ tuæ, ſicut turtis: collum tuum ſicut monilia: murenulas aureas faciemus tibi vermiculas argento*, Cant.1.n.9. Chriſtus Dominus omnia altâ, & ſupremâ ſapientiâ diſponit, & ordinat, ad quid tot, & tam magnifica encomia accumulat in ea, dixerat illi Dominus: *O Pulcherrima inter mulieres egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hædos tuos*, diſpoſuerat, ut ipſa curâ paſtorili gelo, & æſtu multa ſollicitudine paſceret hædos ſuos; & ut inter tot, & tantos labores animo noo caderet, ſed vires reſumeret; ideo tam præclaris laudibus corroborat, ut illis ſtimula addita, quæ ſui muneris ſunt, generosè adimpleat omni perturbatione depoſitâ. D.Bernard. ſerm.42. ait: *Vti pavidior, quam oportuerit, ac dejectior animo facta eſſet, talium commendationum conſolationes erigerent eam.*

Cant.1. — Laus optimum ad bene agendũ. — D.Bern.

47. Maximè notandum, ac expendendum eſt, quod Chriſtus D. poſtquam à Patre eſt laudatus: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*, Matth.3.n.17. Tunc pergit io ſolitudinem, orat ibi, teritur jejunio, teotatus à Diabolo glorioſus victor eſt, Matth.4.n.1. & tunc omnium magiſter Scholam aperit. Ibidem n.17. *Exinde cœpit Ieſus prædicare.* Similiter cum in vertice Thaboris transfiguratur coram ſuis diſcipulis vox Patris auditur: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite*, Matth.17.n 5. Ac laudatione peracta à monte deſcendit, Apoſtolos de ſuâ cruce, morte, & paſſione nobili mooet. *Sic & filius hominis paſſus eſt ab eis*, Ibid.n.12. Et iterum n.21. *Filius hominis tradendus eſt in manus hominum, & occidens eum.* Antequam Chriſtus tendat in deſertum, & Diabolum proſternat, laudatur à Patre. D.Chryſoſt. ſerm.160. & ait: *Ut quem Pater voce Filium probaverat, Deum ſe virtutibus approbaret.* Deinde prius Chriſtus in Thabor à Patre laudatur: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui*; & tunc ipſe ad crucem, & necem ſe properantem declarat, ut notavit D.Chryſoſt. homil.58. in Matth. inquit, *Quando prædicatus fuit Chriſtus, & Filius Dei eſſe, tunc apertius de paſſione prædixit*: Ac ſi laus à Patre proclamata multum conveniret ad rem ſtrenuè gerendam, non quod Chriſtus hoc indigeret, ſed ut ſupremus Magiſter in hoc nobis daret Magiſterium, & magnum documentum, quod prælatâ majorum laude magnum eſt minoribus excitamentum, ad præclara geſta virili, ac forti animo perpatranda.

Matth.3. — Matth.4. — Math.17. — D.Chryſoſt. — Laudes inſerviunt ad rectè agendum.

48. Dixit Jeſus mulieri Samaritanæ: *Vade, voca virum tuum*, cui illa: *Non habeo virum.* Veritate confeſſâ, gratiæ gerendæ jam erat auſpicium, confeſſione probatâ, manum addit Chriſtus, & ait illi: *Bene dixiſti*; & iterum *verè dixiſti*, Ioan.4.0.17. 18. Semel, & iterum Magiſter morum Deus eandem premit chordam, & laudem canit, ut molier timore pulſo animum erigat, & verè, & bene dicat confitens ſua peccata.

Samarit. laudibus ad pœnitentiam excitatur.

Act.23.n.12. Facta autem die collegerunt ſe quidam ex Judæis, & devoverunt ſe dicentes, neque manducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum.

Verſiones;

Verſiones,

TERTIA EXPOSITIO uſque ad verſ. 17.

49. Syriac. Arabic. Verſ. 12. F*Acta autem die.* Syriacus: *Diluculo cõvenerunt,* ſeſeque *anathemate devoverunt.* Arabicus: *Inierunt infauſtam conſpirationem;* Æthiopicus: *Iuraverunt, & concluſerunt.* Illud de Luca indicat magnum furorem, & iram contra Paulum: quidam nempe Sadducæi, qui negabant reſurrectionem devoverunt, ſcilicet multis diris execrationibus, ſe ipſos anathematizantes, ut habent Syriac. & Græcus, adjurantes, ſi comederent, & biberent antequam Paulum interficerent.

50. Syriac. Verſ. 13. *Qui hanc conjurationem fecerant.* Syriac. *Qui pepegerant jurejurando hoc pactum.* Conjurationem illam ad majorem firmitatem juramento corroborarunt, ut non liceret retrocedere.

Verſ. 14. *Qui acceſſerunt ad Principem Sacerdotum,* tanquam ad caput totius Concilij, & qui malevolo animo erat in Paulum: *Devotione devovimus:* illa geminatio magnam vim indicat; A præcipiendo præcipiam.

Verſ. 15. *Tunc ergo,* inquiunt Summo Sacerdoti, ac ſenioribus, hanc noſtram reſolutionem notam facite Tribuno, ac omni Concilio. Arabicus (Arabic.) explicat, *Petentes ab eo cras ut dimittat & tamquam volentes ſcire res ejus cognitione exacta.* (Æthiop) Æthiopic. *Interrogare, & perſcrutari eum.*

Verſ. 16. *Quod cum audiſſet filius ſororis Pauli:* an audiret caſu, vel ex induſtria, quia forte multum ſollicitus erat pro ſui avunculi ſalute, incertum eſt (Æthiop): *nuntiavit Paulo.* Æthiopic. machinationem eorum: *Introivit in caſtra;* non ita erat Paulus recluſus, quin cum illo non poſſent amici habere ſermonem, ac ei neceſſaria miniſtrare.

51. Verſ. 17. & 18. *Vocans autem Paulus unum ex centurionibus dixit ei; hunc adoleſcentem perduc ad Tribunum, habet enim aliquid ad indicandum ei,* quod fecit centurio.

QUÆSTIO VIII.

Quare iſti iniqui faciunt votum non manducandi, nec bibendi, donec interficiant Paulum.

52. *Peccatores aſſumunt ſibi pœnas.* D*Evoverunt ſe dicentes, neque manducaturos, neque bibituros, donec Paulum occidant,* quod præcedebat ex crudeli furore, ac odio, quo ferveſcebant in Paulum, & etiam proveniebat ex alta Dei providentiâ, ut ſuum peccatum peragerent, ac celebrarent jejunio, vigiliâ, abſtinentiâ, ac ſui mortificatione.

53. Achab cum intenderet ſibi arripere vineam Naboth, antequam haberet eam in ſui poſſeſſionem;
3. Reg. 21 ſic habet Text. 3. Reg. 21. n. 4. *Projiciens ſe in lectulum ſuum avertit faciem ſuam ad parietem, & non*
Mala proveniunt, & ſequuntur peccatum. *comedit panem.* Septuaginta legunt: *Turbatus eſt ſpiritus ejus, velavit faciem ſuam.* Ecce quibus ſolemnitatibus feſtive celebrat ſuum crimen; & quibus comitibus aſſociatur, turbatione, mœſtitia, vultu abſcondito in tenebris, ac jejuniis, talibus doloribus ſtipatus incedit peccatum D. Ambroſ. lib. de Naboth & ait: *Divites eripitis quidem pauperibus univerſa; pœnam tamen pauperum vos divites ſuſtinetis; illi jejunant, cum non habeant, vos cum habetis; à vobis igitur pœnam exigitis, quam pauperibus erogatis.*

54. Secundo Beda ad hunc locum ait: *Cum Dominus dicat: Beati qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam: iſti è contra iniqui eſuriunt, & ſanguinem adeo ſitiunt, ut cibos etiam corporis abdicent, donec juſti morte ſatientur:* inedias, & labores, quos juſti propter juſtitiam patiuntur, eoſdem ſuſtinent impij pro ſuis vitiis peragendis, inde forſitan multos majores tollerant labores. Beda. *Eadem patiuntur impij pro mundo quæ juſti pro Deo.*

55. Veniunt Magi de terris valde longinquis adorare Chriſtum: *Vidimus Stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum.* Matth. 2. n. 2. At de Phariſæis (Matth.) ait Chriſtus Dominus: *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui circuitis mare, & aridam, ut faciatis unum proſelytum.* Matth. 23. n. 15. (Math. 23) proſelytum id eſt unum gentilem judæum, hoc autẽ faciebant non religionis zelo Dei, ac animarum, ſed vel ob vanam gloriam, vel ob avaritiam, & ideo Chriſtus Dominus lamentatur ſuper eos *Væ,* nota in rem noſtram. Magi veniunt de longinquo, ducente ſtella, recto itinere per terram; at Phariſæi, & Scribæ ambulant in circuitum non ſolum per terram, ſed etiam calcantes tempeſtuoſum mare cum innumeris periculis, ob ſuam vanitatem, & avaritiam. D. Chryſoſt. in Imperfecto homilia 44. in Matth. ſic ait: (D. Chryſoſt.) *Non propter gloriam Dei, ut additis cultoribus honoretur Deus, neque propter miſericordiam, volentes eum ſalvare, ſed propter avaritiam, aut propter vanam gloriam, propter hoc ipſum, ut videantur gentilem convertere.*

QUÆSTIO IX.

Quare iſti impij non aliam ſibi pœnam imponunt, niſi tantum cibi, & potus.

POterant iſti iniqui dicere, ſi nobis non tradis Paulum, ut occidatur, noſmetipſos occidemus, vel filios noſtros interficiemus; ſed interponunt abſtinentiam, & jejunium in cibo, & potu. 56.

Reſpondet D. Chryſoſt. homilia 49. in Acta: Ecce jejunium homicidij mater; Tales ſunt venandi artes Diabolo, qui prætextu pietatis laqueos tendit. Hæc non Sacerdotum, ſed latronum; hæc non principum, ſed facinoroſorum. De Diaboli arte, ac malignantium nequitia venit, quod ſub virtutis tegumendo proximum perſequaris Abige hypocriſim, quæ virtutes truncat mucrone virtutum. D. Chryſolog. 9. ſerm. 7. 57. D. Chryſoſt. D. Chryſolog. 9.

Cum quidam adoleſcens accederet ad Chriſtum Dominum dicens: *Magiſter ſequar te, quocumque jeris,* addit tamen: *Domine permitte me primum ire, & ſepelire patrem meum.* Tunc reſpondens illi Jeſus: *Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Matth. 8. n. 22. Magna quæſtio inſurgit, cur clementiſſimus meus Jeſus, fons totius pietatis non concedit, ut adoleſcens debitum pietatis officium ſuis parentibus ſolvat, quodnam erat peccatum, ut parentibus honores funebres præſtaret, ut hanc curam deponendam Magiſter moneat. Solebant Hebræi ſepulturæ funus celebrare vocatis tibicinis. Matth. 9. cap. 23. *Cum veniſſet Ieſus, & vidiſſet tibicines,* & ſimul accercitis lamentatricibus. Ierem. 9. n. 17. *Vocate lamentatrices.* D. Chryſolog. ſerm. 19. *Ubi verus planctus non eſt, ubi eſt empta, & mercenaria cantilena.* Lamentatrices in funebri pompa lacrymantes dolorem fingebant, quem animo non habebant, & ob ſuorum comparandi multa falſa, & mendoſa clamabant, & ideo Chriſtus Dominus volt avellere à paterno funebri permiſto ſimulato dolore, ac fictis, & mendacibus clamoribus, nam ſuis alumnis nil permittit compoſitum, 58. Matth. 8. *Odit Chriſtus Dominus dolorem affectatum.* Ierem. 9. D. Chryſolog.

& coloratum, ſed omnia debent eſſe pura, & ſincera ſine ullâ tincturâ D. Chryſolog. modo datum ait: *Chriſtus diſcipulum ſuum profanis luctibus noluit intereſſe.*

59. Joan.17. Deo placet virtus ſine fictione. Exorans Chriſtus in cœnaculo pro ſuis Apoſtolis ait Joan.17.n.17. *Pater ſanctifica eos in veritate*; nunquid ab Actore Parente, qui eſt ipſa veritas, poteſt aliquid eſſe, quod non ſit verum; quo autem affectu id poſcat, in proximo aperit n. 19. *Ut ipſi ſint ſanctificati in veritate*, ut ita ſint ſanctificati in veritate, ut nullam ſanctitatis larvam induant. Cajetan. *Ut intelligi poſſit, ut ſanctificati ſint, non ficte, ſed vere*, & hoc eis poſtulat Chriſtus in ultimo diſceſſu ab eis, & pro magno bono hoc eis valde fervide poſtulat à Patre:

60. 1 Reg.13. Act.13. Pſal.118. Magnum elogium ex vero affectu. D.Hier. De Davide dat Dominus illud præclariſſimum teſtimonium: *Inveni David virum ſecundum cor meum.* 1.Reg.13.n.14.& Actor.13.n.22. Ex intima, & puritate cordis, qua ſemper deprecabatur Deum. Pſalm.118.n.34. *In toto corde meo exquiſivi te.*n.58. *Ut cuſtodiam illam in toto corde meo.* n. 69. *Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo.* Iterum: *In toto corde meo ſcrutabor mandata tua*; & tandem n. 145. *Clamavi in toto corde meo*; & Pſalm. 110. n.5. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo.* In quibus nota, exponens Deo cor ſuum, non ait cor tantum, vel cor meum, ſed totum cor; *Clamavi in toto corde meo*; Confitebor tibi in toto corde meo: quia totum cor ſuum erat Deo ſine dolo, & fictione, ut notat D.Hieron.& ait: Si non fuiſſet David ſimplex, & dolum habuiſſet, non dixiſſet: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo*; ex tantâ puritate, & ſimplicitate cordis promeruit illud magnum elogium ab ore Dei: *Inveni virum ſecundum cor meum.*

*Actor.*23.*n.*19. Apprehendens autem Tribunus manum illius ſeceſſit cum eo ſeorſum, & interrogavit illum, quid eſt, quod habes indicare mihi?

Verſiones,

QUARTA EXPOSITIO
*uſque ad Verſ.*22.

61. Syriac. Menoch. Verſ.19. *Apprehendens autem Tribunus manum illius.* Valde benigne excepit Adoleſcentem Tribunus, quod ſignum eſt apprehenſionis manus; *Seceſſit cum eo ſeorſum.* Syriac. *Traxit eum ad unum latus ſeorſum*: hæc tanta clementia vel fuit ex naturali benignitate, vel ut reſarciret injuriam illam Pauli, quod eum intentaverit flagellare, cum eſſet civis Romanus, vel ait Menochius: cogitavit, quod Adoleſcens aliquod munus, ſeu pecuniam deferebat, & ideo cum eo voluit in ſecreto.

62. Verſ. 20. & 21. Judæis autem convenit, rogare te, ut producas Paulum in Concilium, & ibi expectant tuam promiſſionem, non factam, ſed faciendam, ut producas Paulum in conceſſum, ut hac occaſione itructes in itinere poſſint illum occidere.

63. Syriac. D.Chryſoſt. Verſ. 22. *Dimiſit Adoleſcentem præcipiens, ut cui loqueretur.* Syriac. *Nemini patefacias te hæc mihi indicaſſe.* D.Chryſoſt. *Quod hæc nobis retuleris.* Secretum Adoleſcenti recommendat Tribunus, quia tales ſunt valde proni ad dicendum, ac loquendum, & Tribunus nolebat oſtendere, quod miſerat Paulus ad Cæſarem, tanquam ad præſidem ſuperiorem, non ob declinandas inſidias.

*Actor.*23.*n.*23. Et vocatis duobus centurionibus dixit illis, parate milites ducentos, ut eant uſque Cæſaream, & equi Septuaginta, & Lancearios ducentos à tertiâ horâ noctis.

Verſiones,

QUINTA EXPOSITIO
uſque ad Verſ. 30.

64. Syriac. Arabic. Verſ.23. *Dixit illis, parate milites ducentos.* Explicat Syriacus: *Apparate Romanos ducentos.* Milites erant Romani, ſicut & Centuriones, & quilibet Centurio habebat ſub ſuâ poteſtate centum milites. *Equites ſeptuaginta, & lancearios ducentos*; erant homines loricati longas haſtas gerentes; *tertiâ horâ noctis.* Arabicus: *Adſint in atrio ad tertiam horam nocturnam.* Iudæi utpote, & Romani, ſicut diem in quatuor partes, ita & noctem, & ſicut prima hora diei erat ab ortu ſolis, ſic & prima hora noctis ab occaſu ſolis, in noſtro conſpectu hora tertia eſt poſt mediam noctem.

65. Tacit. *Ut eant uſque Cæſaream*, quæ erat Judææ caput, & inde in ea extabat præſidis domicilium, ut patet ex Tacito lib.18. & hoc maxime ſollicitante Herode qui eam maxime amplificavit, & in gratiam Cæſaris Cæſaream nominavit, & ad majorem illius nobilitatem ordinavit, ut eſſet caput regni, & ſedes præſidis, & in ea ædificatum eſt prætorium, ut patet ex ſup.cap.15.

66. Magiſter Eccleſ. Carthuſ. Syriac. Verſ. 24. *Et jumenta præparate*, ſive equos tam pro Paulo, quam etiam pro ſociis ejus, ut exponunt Magiſter hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & Carthuſianus; tam crudele erat odium Iudæorum in Paulum, quod non ſolum contra ipſum fremebant, ſed etiam in ejus ſocios, & amicos, *ut imponentes Paulum ſalvum producerent.* Syriac. Et ereptum eum producatis à tot, & tantis inſidiis liberum.

67. Infamia evitãda. Verſ.25. *Timuit.* Hic verſus non eſt in Græco. *Tamquam accepturus pecuniam*, ideo Paulum tradidit Iudæis ad occidendum utpote pecunia corruptus, & pro tanta infamiâ evitandâ cum tantâ cuſtodia mittit Paulum.

68. Syriac. Arabic. D.Chryſ. Arias. Vatabl. Verſ. 26. *Claudius Liſias* nomen eſt Tribunus. Optimo Præſidi Felici. Syriacus: *Felici victorioſo.* Arabic. *Potentiſſimo.* Arias Vatabl. *Præſtantiſſimo.* D.Chryſoſt. *Scriptis epiſtolis in hanc formam.*

69. Lyran. Verſ. 27. *Cum exercitu* nempe militibus, *eripui, cognito, quia Romanus eſt.* Hoc dixit, ait Lyranus ad acquirendam gratiam, & benevolentiam Præſidis Romani, tanquam quod ipſe habeat magnum zelum de civibus Romanis, de eorumque privilegio.

70. Arabic. Verſ.28. *Scire cauſam, quam objiciebant illi.* Arabicus: *Pro quâ accuſabant illum.* Duxi eum in Concilium eorum, ut multorum examine res ventilaretur ad majorem veritatis indaginem.

71. Æthiop. Verſ.29. *Nihil vero dignum morte.* Æthiopic. *Et non fuit delictum, & crimen, pro quo moreretur, & pro quo vinceretur.* Maxime fulget, ac reſplendet virtus, ac innocentia Pauli, quod ab homine gentili inter tantas Iudæorum calumnias tam præclarum habeat teſtimonium, quod in eo nihil criminis ſit.

72. Arabic. Verſ. 30. *Cum prelatum eſſet de inſidiis.* Arabic. *Certior factus de fraude*, miſit illum ad te; Tribunus vult excutere cauſam à ſe; timet ne ob liberatum Paulum propter ſuam innocentiam, novis machinationibus contra ipſum tribunum inſurgant.

QUÆSTIO

QUÆSTIO X.

Quare tam crudeli odio Iudæi necem Pauli procurabant.

73. *Difficultas quæſtionis.* INſatiabili odio Iudæi Paulum ad mortem poſtulabant, ita ut quadringenti viri ſe juramento adſtrinxerint ſe non manducaturos, nec bibituros donec Paulum de medio tollerent verſ.13. & ut ad tutam Pauli cuſtodiam tot militum armata manus neceſſaria erat.

74. D.Chryſoſt. D. Chryſoſt. homil. 50. in Acta exiſtimat hanc Iudæorum iram tentantem omni impetu præcipitare Paulum à Diabolo fuiſſe exagitatam, inſtigante ipſo maxime eorum animos, ut ſolet facere contra Ioan.3. *Ex Diabolo perſequutio in fratres.* juſtos, ac Sanctos. Ioan. epiſtol. 1. cap.3. n.12. ait: *Quoniam hæc eſt annunciatio, quam audiſtis ab initio, ut diligatis alterutrum, non ſicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum.* Et unde in tam turpe facinus venit, ut occideret fratrem ſuum Abel ſanctum, & innocentem, quia *ex maligno erat*, ſcilicet Diabolo movente, & excitante cor Rupert. ejus Rupertus lib.8. in Apocalypſ. ait: *Hoc eſt ſignum, in quo cognoſcant hi, qui ex Deo ſunt, ex maligno illum eſſe malignum, qui occidit, quod non fecit, qui ex Deo eſt.*

75. Hoc autem odium Diaboli in Paulum, maxime exacutum, ac promotum eſt in eum, quia audivit eum laudatum à Chriſto Domino dicente: *Sicut teſtificatus es de me in Ieruſalem, ſic te oportet Romæ teſtificari.* Sup. verſ. 11. ut ibi dixi ex D.Chryſoſt. Chriſtus Dominus laudat, & approbat teſtificationem à Paulo datam in Jeruſalem, & ſimilem ab eo poſtulat Romæ: laudata virtus aculeum eſt Diabolo, ut urgeat tentationibus: Tertull. Tertull. lib. de pœnit. cap.7 ait: Tunc maxime ſævit, cum hominem magis liberum ſentit.

76. Aſcendit Chriſtus Dominus de aquâ Iordanis, ſcinduntur nubes, micat Cœlum, volat columba de alto, ſonat vox Patris. Matth.3. Matth.4 *Laude viri magni exultatur Diabolus ad tentandum.* *Hic eſt filius meus dilectus.* Matth.3. n.17. poſt laudes optimi parentis, ac teſtimonia magni Dei, *tunc accedens tentator.* Matth.4. n.23. Laudatur Iob, *quod non ſit ſimilis vir in univerſâ terrâ*, ſtatim Diabolus vocat eum ad certamen; *extende manum tuam & tange eum.* Iob.1. D Chryſoſt. Iob 1.n.8. ea, ut obſervat D.Chryſoſt. homilia 13. in Iob, & ait: *Propterea contra Sanctum Iobum nequitia ſua arma commovit, quia utique videbat illum à Deo armatum magnis laudibus.*

77. Apoc.3. Epiſcopum Philadelphicum Apocal.3. n.8. Dominus laudat: *Scio opera tua* utpote bona, & iterum, *Servaſti nomen meum?* nempe fidem meam; Rupert. & ſtatim exurget Synagoga Sathanæ contra eum, Ecce dabo de Synagoga Sathanæ n.9. lib.1. in Apocalypſ. ait: *Ac ſi Dominus det gloriam, quam habes ſequitur invidia.*

78. Cant.4. Mirificè Divinus Sponſus laudat animam ſanctam, quòd ſit pulchra, Cant.4 n.1. laudat ipſius oculos, capillos, genas, labia, & poſt tantam virtutum pulchritudinem, ac elegantiam annectit: *Sicut turris David collum tuum*, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex eâ, omnis armatura fortium n.4. Quid tenera Virgo cum arce, clypeis, ac armatura fortium, nitentur, ac reſplendent in ea omnes virtutes proximæ proclamatæ, requiritur ad ſui defenſionem, ac cuſto- *Virtute eminens ſuſtinet bellum.* diam, ut ſe recipiat in arce, munita omni armaturâ fortium ad extorquendos, ac reprimendos furioſos inimicorum impetus, ac aſſaltus, quibus ipſam volunt ſuffocare, ac conſumere. Gilbert. ſerm.16. ait: *Effectus libertatis tuendæ tibi de cætero incumbit negotium.* Gilbert.

Dicitur Exod.12. n.37. *Profecti ſunt filij Iſrael de Rameſſe in Socoth.* Hoc nomen Socoth. Hebraïcè idem valet, *ac tentoria militum*, ut obſervaverunt D.Hieron. epiſtol.127. ad Fabiolam. Rupert. lib.2. in Exod. cap.25. Petrus Damia. lib.1. epiſt.7. Filij Iſrael valde pacifici exibant nemini inferentes aliquod nocumentum, quomodo dicitur, quod egrediebantur ad tentoria, ſeu ad caſtra militum. Ibant Hebræi multo Dei favore, ac ejus gratia ſublimati, omnibus Ægyptiorum bonis locupletati, & tantis bonis cumulatis procedebant ad tentoria, ac caſtra militum, ad ſuſtentandum magnum bellum contra eos commotum odio, ac invidiâ inimicorum. D.Hieron. ad Man. 5. ait: *Ubi enim magnitudo gratia, ibi magnitudo diſcriminis.* 79. Exod.12. D.Hier. Rupert. Damia. *Graſſatur bellũ contra iuſta.* D.Hier.

QUÆSTIO XI.

Quare D. Paulus tam magnifico comitatu tendit in Cæſaream.

IBat Paulus, ut patet ex verſ. 23. & 24. eques ſtipatus magno comitatu 470. equitum, ac militum peditum, & quamvis hoc eſſet ordinatum à Tribuno ad cuſtodiendum Paulum ab inſidiis Iudæorum, tamen Deus ordinavit ad honorandum Paulum. Hæc eſt alta Dei providentia, quod ex inſidiis, quas iniqui machinantur contra ſanctos, & juſtos, Deus aſſumit occaſionem ad eorum honorem, & exaltationem. 80. *Divina providẽtia ad honorandũ Paulum.*

Ut patet in inſidiis, quas filij Iacob ordinaverunt in fratrem ſuum Ioſeph, unde eis dixit ille Gen 45. n.8. *Non veſtro conſilio, ſed Divinâ voluntate huc miſſus ſum, qui me fecit quaſi Patrem Pharaonis, & dominum univerſæ domus ejus, ac principem in omni terra Ægypti.* Sic ex inſidiis Aman maxime exaltatus eſt populus Iudaïcus Eſth.8. n.16. ſic ex obſervatione facta in oratione à Satrapis Baboniæ, ut Daniel mitteretur in lacum leonum, cum magnâ gloriâ ſublimatus exivit Daniel 6. n.22. quod etiam in Suſanna viſitur. Daniel.13. n. 40. In quo nota, quod Evæ, & Suſannæ in hortis tenduntur inſidiæ; contra Evam unus ſerpens ſe erigit, contra Suſannam duo ſerpentini; ſeni, & debiliori fœminæ duo inſidiantur, quia ab ipſis erat victoria reportanda, ut ita fieret glorioſior, & illuſtrior Suſanna. 81. Gen.45. Eſth.8. Daniel.6 *Glorioſa victoria ex inſidiis.*

Ait Job 40. n.16. de Diabolo *Habitat in locis humentibus*; hoc eſt in aquis, per quas ſignificantur deliciæ mundi, ut eis valeat ſuis tentationibus inſidiari hominibus, eoſque capere: alto tamen conſilio Dei aquæ præparantur, ut homines inde renaſcantur in gratiâ, ut cœleſtes triumphatores terrenis conculcatis volent in cœlum; D. Cyrillus Ieroſolym. Catech.3. ait: *Draco erat in aquis* (ut ait Iob) *qui ore capiebat Iordanem; cum igitur eſſent conterenda capita Draconis, deſcendens Ieſus in aquas ligavit fortem, ut facultatem calcandi ſuper ſerpentem capiamus.* Callidiſſimus Draco inſidias parabat in aquâ, in aquâ erat conculcandus, deſcendente Jesu in illam, & ubi ſperabat vincere, ibi vincitur. Ait Eccleſia ejus nomine divina Sponſa, Cantic. 2. n.15. *Capite nobis vulpes parvulos, qui demoliuntur vineas.* Per vulpes eſt communis ſenſus Patrum, & ait D.Augu. in Pſalm.80. *Vulpes inſidioſos, maximeque hæreticos, fraudulentos, ac doloſos ſignificant.* Iuxta illud Ezechiel.13. n.4. & ait: 82. Iob.40. *Diabolus in aquis inſidiabatur, in aquis vincitur.* D.Cyril. Ieroſol. Cant.2. D.Aug. Ezec. 13.

Quaſi

Quaſi vulpes in deſerto Propheta tui Iſrael erant. Unde ob fraudulentiam, & inſidias ſic Chriſtus
Luc.13. Dominus loquitur de Herode, Luc.13. n.31. *Dicite vulpi illi.* Dicuntur hæretici vulpes parvulæ, quia ſe fingunt humiles, & mites, ut ſuum venenum va-
D.Bern. leant inſinuare, & notandum ex D.Bernardo ſerm.
Comprehendantur, ut Eccleſia ſublimetur. 64. *Quod non jubentur vulpes ab ſponsâ exterminari, vel abigi, ſed capi*, ſeu ut legit Arias Montanus *prendere*, ut ipſi, qui intendebant ſuis inſidijs, ac fraudibus demoliri vineas Eccleſiæ comprehendantur, & tanquam captivi pereant, ut Eccleſia viatrix, ac triumphatrix exultet.

QUÆSTIO XII.

Quiſnam eſſet iſte Felix Præſes.

83. *Quis Felix.* FElix iſte (ut teſtis eſt Suetonius cap.18.) frater erat Pallanti, qui multum gratia, ac potentia apud Imperatorem pollebat, adeo, ut nuptias Agrippinæ (ex qua natus eſt Nero) cum Claudio patruo ſuo conciliaverit, & hac de cauſa Nero obtinuit Imperium ſuccedens Claudio. In gratiam ergo Pallantis Claudius felicem fratrem è ſervo fecit libertum, eumque fecit præſidem Iudææ, Samariæ, Cæſareæ, ut teſtatur Ioſeph. lib. de Antiquitate cap.22.
Ioſeph.
84. Nero etiam poſtea præfecit Iudæ præſidem, ſed ſeneſcente gratiâ, turpiter eum poſt biennium amo-
Tacitus. vir: Tacitus dat illi pronomen Antonius ab Antoniâ matre Claudij, cujus fuerat ſervus; & ita vocabatur Felix Antonius Claudius, nam liberti trinomij appellari ſolebant. Iſte Felix, cum ex ſervo factus eſſet præſes erat ſuperbiſſimus, & malis moribus præditus, quia ut cecinit Iuvenal.

85. Nil aſperius, quam humilis, dum ſubit in altum. Et cum tam peſſimus eſſet, multis magnis laudibus, ac titulis eum illuſtrat Tribunus, dicit optimum, victorioſum, præſtantiſſimum, potentiſſimum voce adulatoria: pro quo Vide cap.12.q.19.n. 143. 144. 145. De hoc Felice iterum dicam cap. ſequenti q.9.

CAPUT XXIV.

1. *POſt quinque autem dies deſcendit princeps Sacerdotum, Ananias, cum ſenioribus quibuſdam, & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præſidem adverſus Paulum.*
2. *Et citato Paulo cœpit accuſare Tertullus, dicens: Cum in multâ pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam providentiam.*
3. *Semper, & ubique ſuſcipimus, optime Felix cum omni gratiarum actione.*
4. *Ne diutius autem te protraham, oro, breviter audias nos pro tuâ clementia.*
5. *Invenimus hunc hominem peſtiferum, & concitantem ſeditiones omnibus Iudæis in univerſo orbe, & auctorem ſeditionis ſectæ Nazarenorum:*
6. *Qui etiam templum conatus eſt violare, quem & apprehenſum voluimus ſecundum legem noſtram judicare.*
7. *Superveniens autem tribunus Lyſias, cum vi magnâ eripuit eum de manibus noſtris.*
8. *Iubens accuſatores ejus ad te venire: à quo poteris ipſe judicans de omnibus iſtis cognoſcere, de quibus nos accuſamus eum.*
9. *Adjecerunt autem & Iudæi, dicentes hæc ita ſe habere.*
10. *Reſpondit autem Paulus, (annuente ſibi Præſide dicere) ex multis annis te eſſe judicem genti huic ſciens, bono animo pro me ſatisfaciam.*
11. *Potes enim cognoſcere, quia non plus ſunt mihi dies, quam duodecim, ex quo aſcendi adorare in Ieruſalem.*
12. *Et neque in templo invenerunt me cum aliquo diſputantem, aut concurſum facientem turbæ, neque in Synagogis;*
13. *Neque in Civitate: neque probare poſſunt tibi de quibus nunc me accuſant.*
14. *Confiteor autem hoc tibi, quod ſecundum ſectam, quam dicunt hæreſim, ſic deſervio Patri, & Deo meo, credens omnibus, quæ in lege, & Prophetis ſcripta ſunt.*
15. *Spem habens in Deum, quam & hi ipſi expectant, reſurrectionem futuram juſtorum, & iniquorum.*
16. *In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum, & ad homines ſemper.*
17. *Poſt annos autem plures eleemoſynas facturus in gentem meam, veni, & oblationes, & vota;*
18. *In quibus invenerunt me purificatum in templo: non cum turba, neque cum tumultu.*
19. *Quidam autem ex Aſia Iudæi, quos oportebat apud te præſto eſſe, & accuſare, ſi quid haberent adverſum me.*
20. *Aut hi ipſi dicant ſi quid invenerunt in me iniquitatis, cum ſtent in Concilio;*
21. *Niſi de una hac ſolummodo voce, qua clamavi inter eos ſtans: Quoniam de reſurrectione mortuorum ego judicor hodie à vobis.*
22. *Diſtulit autem illos Felix, certiſſime ſciens de viâ hac, dicens: Cum tribunus Lyſias deſcenderit, audiam vos.*
23. *Iuſſitque Centurioni cuſtodire eum, & habere requiem, nec quemquam de ſuis prohibere miniſtrare ei.*
24. *Poſt aliquot autem dies veniens Felix cum Druſillâ uxore ſuâ, quæ erat Iudæa, vocavit Paulum, & audivit ab eo fidem, quæ eſt in Chriſtum Ieſum.*
25. *Diſputante autem illo de juſtitiâ, & caſtitate, & de judicio futuro tremefactus Felix reſpondit: Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accerſam te:*
26. *Simul & ſperans, quod pecunia ei daretur à Paulo, propter quod & frequenter accerſens eum, loquebatur cum eo.*
27. *Biennio autem expleto, accepit ſucceſſorem Felix Porcium Feſtum. Volens autem gratiam præſtare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.*

ARGVMENTVM.

A Tertullo oratore accuſatur Paulus coram Felice, Apoſtolus tam ſubtiliter cauſam ſuam agit, ut Felix optaret inſtrui in fide Chriſti, & totus tremefactus cum audiret Paulum, quem Porcio ſucceſſori ſuo vinctum reliquit.

Actor. 24. *n.* 1. Poſt quinque dies deſcendit Princeps Sacerdotum Ananias cum ſenioribus quibuſdam, & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præſidem adverſus Paulum.

Verſiones,

PRIMA EXPOSITIO uſque ad Verſ.4.

1. Verſ. 1. P*Oſt quinque autem dies*, quibus tranſactis Paulus diſceſſerat à Ieruſalem, altero vero die poſt diſceſſum Tribunus fecit certiorem Pontificem, quomodo miſerat Paulum in Cæſaream, ut dictum eſt cap.23.n.32. conſumptis tribus diebus in itinere, ſequenti autem die nempe quinto vocatus eſt Paulus ad prætorium.

2. Deſcendit Princeps Sacerdotum, ut coram eo cauſa ageretur, tum quia erat Sadducæus, & fervebat odio in Paulum, tum quia timebat accuſari, quia juſſerat percuti os Pauli, antequam audiretur; ſuperiori cap 23. n.2. *Cum ſenioribus*. D. Chryſoſt. *Qui comparavit apud Præſidem* ex Jeruſalem, ut accuſarent Paulum, *& Tertullo quodam oratore*. Syriac. *Rectore*, ut pro eis verba faceret, & loqueretur latino ſermone, quia præſes non intelligebat Hebraicum.

D.Chryſoſt. Syriac.

3. Verſ.2. *Et citato Paulo*. Syriac. *Cum vocatus eſſet Paulus*. Adulatorio ſermone incipit Tertullus; *Cum multa pace agamus per te*. Arabic: *O potentiſſime Felix, complexa eſt pax ſua*. Facit alluſionem ad illum pſeudoprophetam Ægyptum de quo ſupra egi, qui ſeducebat populum, quem Felix deſtruxit cum ſuo exercitu, & etiam Jonatham Pontificem per ſiccarios, de quo agit Joſephus lib.20. cap.6.

Syriac. Arabic. Ioſeph.

4. *Et multa corrigenda per tuam providentiam*. Syriacus: *Propter te multæ directiones ſiunt huic genti pondere actionis*. Arabicus: *Contigerunt huic genti per gubernationem tuam beneficia plurima*. Laudat eximiam ejus providentiam in ſuâ gubernatione.

Syriac. Arabic.

5. Verſ.4. *Semper, & ubique ſuſcepimus*. Vatablus: *Comprobamus*: admirantes comprobamus, & ſuſcipimus gubernationem tuam: Optime Felix, de quo dixi ſupra cap.23.q.12.cum gratiarum actione tam Deo, quam tibi.

Vatabl.

6. Verſ.4. *Ne diutius autem te protraham*. Syriac. *Ne te diutius fatigem*. D. Chryſoſt. *Ne diutius morer paucis*. Arias: *Ne ſuper plus interpellem*; & ſubdit textus *Audias nos pro tuâ clementiâ*. D. Chryſoſt. *pro tuâ humanitate*, benignitate, ac clementiâ.

Syriac. D Chryſoſt. Arias.

QUÆSTIO I.

Quare Summus Pontifex, & Seniores Iudæorum eligunt Tertullum, ut pro eis cauſam patrocinetur, & agat.

7. COmmunis omnium gentium conſuetudo extitit procuratorem, & advocatum exponere ad earum cauſas agendas, & diſponendas; quia frequenter homines non ſunt periti jure, ac proinde indigent, à quibus illuminentur, & hi oratores nuncupabantur, qui pro ſuorum cauſis orabant.

Hunc in præſenti Ananias, & Seniores Iudæorum elegerunt Tertullum, tum ut cum multa eloquentia verborum rem proponeret, tum quia erat Italus, ut nomẽ indicat, & optime ſciebat leges Romanorum, ut ſecundum illas perite rem proponeret, deinde ut Italus loqueretur latine, ut bene eum intelligeret Præſes, qui Romanus erat, & forte non intelligebat linguam Hebraicam, & hâc de cauſâ ſolebant præſides provinciarum ſecum ducere procuratores, ac advocatos Italos in Provincias, ad quas ducebantur, ut cauſas Provinciarum latine ſuſciperent, ut bene intelligentes de eis recte diſponerent. 8.

Præſides adducebant advocatos Italos.

Etiam moraliter dicam; erant principes, & majores populi utpote ignorantes in cauſis, ac negotiis, ideo eligunt oratorem, ac procuratorem, qui pro eis dicat, ac loquatur: Saül cum eſſet malus, & peſſimus unum de ſe verum, ac regium fatetur loquens: 1. Reg. 26. n. 21. ſic ait: *Hodie appareat, quod ignoraverim multa nimis*. Cum aſſiſtentes ſemper ad placita loquantur, & inter adulatores verſetur princeps, inde integra veritas ignota eſt ei; quod dixit Seneca lib.6.de benef.cap.30.& ait: *monſtrabo tibi, cujus rei inopia laborant magna faſtigia, & quid omnia poſſidentibus deſit, ille ſcilicet, qui verum dicat, & homini intermentiente ſtupentem, ipſa conſuetudine pro rectis blanda audiendi, ad ignorantiam veri perductum*. Expende ultima verba; *ad ignorantiam veri perductum*.

1.Reg.26. *Ignorantia propria magnorum.* Seneca.

Scribit D.Matth.14. n.1. *In illo tempore audivit Herodes Tetrarca famam Ieſu*. Tam lata, & præclara erat fama Ieſu de ſuis magnis operibus, & miraculis in tota Iudæa, & Galilæa, ut nullus eſſet, qui ignoraret ſuſcitata filia principis, Synagogæ: ſcribit D.Matth.9.n.26. *Exiit fama hæc in univerſam terram illam*; ſi divina, ac miraculoſa Chriſti opera totum impleverant orbem, quomodo tam tarde fama illorum pervenit ad Herodem? Hæc eſt miſera conditio principum, qui ignorantia laborant eorum, quæ ipſis maxime utilia ſunt. D.Chryſoſt.homil.49.in Matth. ait: *Non otioſe tempus evangeliſta notavit: non enim ab ipſis ſtatim miraculorum exordiis famam Ieſu, ſed poſt multum tempus percepit Herodes; Hujuſmodi enim ſunt, qui in principatu vivunt, nam quoniam faſtum rerum plurimorum ſibi arrogant, parvi facientes cætera raro ea perdiſcunt*. Sæpe contingit, ut quod apud omnes eſt vulgare, ac notum, à ſolo principe ignoretur. 10.

Math.14. Matth.9. *Notum omnibus princeps ignorat.* D.Chryſoſt.

QUÆSTIO II.

Quare Tertullus laudat Præſidem Felicem de ſuâ providentiâ in gubernatione,

IN præfatione orationis ait Tertullus ad præſidem verſ.2. *Cum multa pace agamus per te, & multa* 11.

multà corrigantur per tuam providentiam. De magno bono pacis jam egi ſupra cap.11. q.11. n.9.10.11. & cap.11.q.9.n.10.

12. Et cum etiam laudat de providentià in recte diſponendo, ac agendo omnia. Dicitur Pſalm.59.n.4.
Bene providet, qui bene pravidet. *Ephraim fortitudo capitis mei.* Ex Hebræo legitur *Virtus ducis mei.* Ac ſi tota virtus, ac ratio bene agendi, ac diſponendi in duce, ac gubernatore tota conſiſtat in integro, ac ſano judicio, ac ſi nemo ducat bene populos, rebuſque publicis recte provideat, quinam ſit ſano cerebro; ac ſi nemo imperio valeat, qui non valeat ingenio; pro quo communiter facit, quod Reges, & animalia circumſtant
Apocal. thronum plena oculis ante, & retro Apocalypſ. 4.
Rupert. n.6.Rupert.lib.5.in Apocalypſ.ait: *Internâ contemplatione cauti ſunt, & provida.*

Loquens Deus cum Moyſe ait: quod tendat in
13. Ægyptum, & congreget ſeniores populi, & dicat illis; Dominus Deus Patrum veſtrorum apparuit mihi, qui deſcendit, ut liberet vos, & deducat in terram fluentem lac, & mel. Reſpondet Moyſes
Exod.4. Exod. 4. n. 1. *Non credent mihi, neque audient vocem meam, ſed dicent: non apparuit tibi Dominus.*
Optimus proviſor præmeditatur futurū. Cur Moyſes in annunciandis magnis rebus dubitat de conſenſu populi, & omnes difficultates, quas ſibi prævidebat, objiciendas, Deo proponit, nihil inconſultum, ac præmeditatum vult aggredi, ut à Deo accipiat, quid debeat agere, & reſpondeat opportune Oleaſter. ait: *Adverte Moyſis providentiam, qui nunc omnia impedimenta legationis ſuæ Deo apponit, ne poſtmodum ad eum redire cogeretur.*

14. Cum Chriſtus Dominus eſſet ſolicitus de paſcen-
Ioan.16. dis hominibus inde certo ſcribit Joan. 6. n.8. *Dicit ei unus ex Diſcipulis ejus Andreas frater Simonis Petri; eſt puer unus hîc, qui habet quinque panes.* Signanter dicitur hîc Andreas Frater Simonis Petri, cum in aliis locis nominetur Andreas tantum,
Ioan 12. & non dicatur frater Petri; ut Joan 12. n.22. Cum
In prælato multa providentia. Gentiles voluiſſent videre Jeſum; venit Philippus, & dicit Andreæ, *& Andreas rurſum & Philippus.* Cur ergo peculiari in illo dicitur frater Petri; quia conſtituebatur Petrus Princeps totius orbis, ac proinde ut frater illius agebat de providendis, ac paſcendis miſeris, qui ob tantam ſuam providentiam maxime agnoſcendus erat.

15. Ait Iſaias 19. n. 11. *Principes Tanis.* Tanis erat
Iſai.19. metropolis civitas Regia Ægypti, in qua Moyſes tot, & tanta mirabilia, ac prodigia eſt operatus. Principes ejus cur dicuntur ſtulti, quia cum ſcirent, quod armata manus multorum millium hoſtium ſuperveniebat adverſus eos, ad eorum deſtructionem, non ſe præparant ad bellum, nec ad reprimendos hoſtium aſſaltus, ſed quando res jam erat in ultimo, ac extremo periculo, tunc vocant conſilium, & conſulunt de his, quæ erant agenda in vanum, cum illa tractanda fuerant, antequam res deveniret ad extremum punctum; Elias Cretenſis oration.5.Nazianz. ait: *Eſt Tanis urbs Ægypti, cui is, qui præerat, cum ea in hoc diſcrimen adducta eſſet, ut jam, jamque capienda videretur, graviſſimo metu percuſſus ſapientes quidem ad ſe accercebat, atque quàm ſtudioſiſſime de rerum eventu conſultabat.*
Stultus non providet, ſed de re agit in ultimo periculo.

Actor.24. n.5. Invenimus hunc hominem peſtiferum, & concitantem ſeditiones omnibus Judæis in univerſo orbe, & actorem ſeditionis ſectæ Nazaræorum.

Verſiones.

SECVNDA EXPOSITIO uſque ad Verſ. 9.

Verſ.5. I*Nvenimus hunc hominem peſtiferum.* 16.
Syriac. *perniciosum.* Syriac. Reg. *Vaſtatorem.* Arabic. *Corruptorem.* D. Epiph. *Corrumpentem populum.* Æthiopic. *Blaſphemum*, non exprimunt nomen Pauli; notat Lyranus; ac ſi ob ſuam malitiam nominari indignus eſſet. *Concitantem ſeditiones.* Cum tamen eſſet prædicator pacis, & Iudæi ubique contra eum ſolebant ſeditiones, & tumultus excitare; ut vidimus cap.9. n.13. cap.13. n.50. cap.14. n.5. cap.18. n.12.cap.20.n.30.malum, quod ipſi perpatrabant; Paulo adſcribere intendunt. Syriac. Regia. Arabic. D. Epiph. Æthiop.

Auctorem ſeditionis ſecta Nazaræorum. Arias: 17.
Antiſtitem ſecta. Æthiopic. *Docentem hæreſim*; nam Arias.
Iudæi Chriſtianos per contemptum vocabant Na- Æthiop.
zaræos ut notarunt D. Hieron. epiſtol. 89. & Beda D Hier. Beda.
bis, ut patet ex cap.2. verſ. 22. propter Ieſum Na- Act.2.
zarenum, ſicut & Iulianus Apoſtata dicebat Galilæos, ut teſtatur D Greg Nazianz.

Verſ. 6. *Qui etiam templum violare conatus eſt.* 18.
Syriac. *Voluit polluere.* Arabicus: *Fœdare tentavit.* Syriac. Arabic.
Æthiopic. *Profanavit*, Introducendo in illud Tro- Æthiop.
phim Gentilem, de quo diximus cap. 21. verſ. 29. Ipſi potius profanaverant templum manus violentas imponentes in Paulum: *Iudicare ſecundum legem hîc iterum mentitur*; nam ipſi contra legem volebant occidere Paulum nondum judicatum. cap.23.n.10. Act.23.

Verſ. 7. *Superveniens Tribunus Lyſias.* Arabic. 19.
Dux mille virorum irruens violentâ vi eripuit eum Arabic.
de manibus noſtris. Gloſſa; *magnâ vi.*

Verſ.8. *A quo ipſe judicans de omnibus iſtis pote-* 20.
ris cognoſcere. Syriac. *poteris eum interrogare, diſ-* Syriac.
cere ab eo ea omnia. Ita erant ira, ac odio obcæcati, & frementes in Paulum, ut mala, quæ ipſi fecerant, commovere ſeditiones, violare templum, de ſe ipſis judicantes ſimilia cogitabant de Paulo, & quod ipſe ea negare non poſſet. *Ex ſe ipſis judicabant de Paulo.*

Verſ.9. *Adjecerunt autem.* Arabicus: *Quibus aſ-* 21.
ſenſus eſt etiam cætus Iudæorum. Æthiopic. *Vere ſic* Arabic.
eſt. Notat D. Chryſoſt. quomodo malitià Iudæorum totus judicialis ordo pervertitur; nam Iudæi, qui erant accuſatores Pauli, fiunt teſtes contra illum.

QUÆSTIO III.

Quare tam fervide Iudæi procurabant mortem Pauli, cum ille omnibus viribus intendebat illorum ſalutem.

MAximè Iudæi fremebant in Paulum, ut eum 22.
occiderent, ſic in Ieruſalem eum intentarunt interficere, & ad Tribunum clamabant: *Tolle eum; extirpa eum* Actor. 22. n.22. At Paulus cum tanto fervore, ac diligentià intendebat eorum ſalutem, quod, ut ab Ieruſalem diſcederet, neceſſe fuerit habere mandatum à Chriſto Domino Actor. 23.num.11.

Et quid magis durum, & aſperum, quam pro be- 23.
neficio impenſo recipere injuriam, calumniam, & Ierm.16.
omne maleficium? Dixerunt impij *mittamus lig-* D.Ambr.
num in panem ejus. Ierem.11. n.19. Quæ verba præclare expendit D.Ambroſ Præfat. in Pſalm. 45. & ait: *Hoc igitur Dominus exprobrat Iudæis: ego propter vos pauper, & vos mihi impias manus intuliſtis dicentes:*

dicentes: injiciamus lignum in panem ejus. Bene panem dixit pro carne ejus. Ille alimentum detulit; iſti pro beneficio retulerunt ſupplicium. Quæ crudelitas, & improba malitia major eſt, quam quod ipſe Dominus dedit divinum panem ad vitam, & ſalutem; ipſi pro recompenſatione tam ſalutiferâ panis retulerunt ei lignum crucis ad ei mortem inferendam. *Ille alimentum dedit: iſti pro beneficio retulerunt ſupplicium.*

Pro dono vitæ inferunt mortem.

24. Math.26 Ait Chriſtus Dominus Matth. 26. num. 23. *Qui immittit mecum manum in paropſide, hic me tradet*; ex quo bene infertur, quod pro ſingulari gratiâ datum eſt Judæ, ut in paropſide cum Chriſto mitteret manus, ſed tot, & tantis beneficiis tam communibus omnium Apoſtolorum, quam particularibus, Judas malignâ naturâ depravatus non potuit emoliri, beneficiis inſtigatus ad tradendum Dominum in manus ſuorum inimicorum pergit, & numquam ad tam crudele facinus tam ſollicite peragendum tendit, niſi quando majoribus beneficiis eſt cumulatus in Cœna. D. Chryſoſtomus homilia 83. in Matth. ait: *O cæcitatem proditoris, qui cum ineffabilibus myſteriis communicaſſet, idem permanſit, divinâ menſâ ſuſceptus in melius commutari noluit: majus enim utrâque manu fiebat, quia tali animo myſteriis ſuſceptis nec timore, nec beneficio, nec honore melior factus eſt.*

Beneficiis fit deterior. D. Chryſoſt.

25. Cant. 1. Ait anima ſancta Cantic. 1. n. 6. *Filij matris meæ pugnaverunt contra me: poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodivi* Fratres ejus in pugnam ſurrexerunt contra illam, & quam ob cauſam ipſa explicat *poſuerunt me cuſtodem in vineis; vineam meam non cuſtodivi*: cum tanto zelo, ac vigilantiâ cuſtodivi aliorum vineas, ut meæ eſſem oblitus. D. Bernard. ſerm. 30. ait: *effectus charitatis, ob quam pia anima non quærit, quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorum, quorum poſita eſt cuſtos.* At pro tantâ ſollicitudine circa aliorum vineas, quam mercedem ei retulerunt: *pugnaverunt contra*; & nunquam in toto Canticorum libro legitur, quod filij matris ejus inſurrexerint in eam, niſi modo, quanto erant magis obligatione adſtricti, tanto magis ob pravitatem naturæ fuerunt diſſoluti in eam.

D. Bern. *Magis obligatus magis diſſolutus ad malefaciendum.*

QUÆSTIO IV.

Quare Iudæi tanta opprobria contumelioſa congerunt contra Paulum.

26. VOciferant Iudæi contra Paulum, ut patet verſ. 5. cum dicunt hominem *peſtiferum, vaſtatorem, blaſphemum, corrumpentem populum*; quia eum intelligerent præſidem propenſum in Paulum, timebant, quod Paulus non eſſet condemnandus morti ab eo, & intendebant ſaltem tot opprobriis eum fœdare, ac maculare.

27. 2. Reg. 16 Cum Abſalon uſurpans regnum ſe erigeret contra Patrem ſuum David, dicitur de eo 2. Reg. 16. n. 22. *Ingreſſus eſt ad concubinas patris ſui coram univerſo Iſrael.* Cur tam patenter tam fœdum crimen perpetratur, quod maxime à naturâ auditum eſt, ut fiat ſecrete, & abſcondite. Salvian. lib. 2. de Provid. ait: *Impurior, neſcias an crudelior filius: quia interficere patrem, non poteſt parricidio, fœdat inceſtu.*

Si non vales interficere, vult fœdare. Salvian.

28. 3. Reg. 21 Execrabilis illa nefanda Jezabel 3. Reg. c. 21. fremens odio in juſtum Nabothum, ut ipſum perdat, ad magiſtratus Iezabel ſcribit: Prædicate jejunium, ſedere facite Naboth inter primos populi; *ſubmitte duos filios Belial contra eum, & falſum teſtimonium dicant; benedic Deum, & Regem, & educite eum, & lapidate, ſicque moriatur.* Facile Iezabel poterat Naboth interficere per homines crimínoſos, ut paſſim fit, vel poterat eum criminare de latrocinio, de inceſtu, ſed mandat eum accuſari de graviſſimis criminibus, de blaſphemia in Deum, crimine læſæ majeſtatis in Regem, & inſuper mandat, *educite*, ut explicat Lyranus, extra civitatem, tanquam hominem valde ſceleſtum, & execrabilem, indignum moriendi in civitate. Illa maledicta fœmina non ſolum voluit perdere hominem juſtum, & ſanctum, ſed etiam omni graviſſimo crimine fœdare.

Vita, & honore intendit privare. Lyranus

29. D. Math. Hoc ſtudio cum meus Jeſus eſſet exaltatus in Cruce, ſcribit D. Matth. 17. *Crucifixi ſunt cum eo duo latrones*, in quorum medio erat Jeſus quod nomen ſacratiſſimum erat valde illuſtre, ac celebre in toto mundo, & perverſitas Iudæorum non ſolum voluit vitam adimere Chriſto Domino, ſed etiam latronum ſordibus ejus ſanctiſſimum nomen maculare. Noſter D. Cyrill. Alexand. lib. 12. in Ioan. cap. 28. ait: *Inter duos latrones crucifixus eſt ex malitiâ Iudæorum, qui ut turpiſſimam mortem ejus oſtenderent, juſtum cum iniquis condemnarunt.* Et D. Chryſoſtomus in cap. 2. epiſtol. ad Epheſ. ait: Propterea Iudæi ſtudio illâ morte Interimere eum ſatagebant, ut probroſum quoque efficerent.

Peſtifera malitia intendit Iuſtum facere probum. D. Cyrill. D. Chryſoſt.

Actor. 24. num. 10. Reſpondens autem Paulus (annuente ſibi præſide dicere) ex multis annis te eſſe judicem genti huic ſciens, bono animo pro me ſatisfaciam.

Verſiones,

TERTIA EXPOSITIO

uſque ad Verſ. 15.

Verſ. 10. R*Eſpondens autem Paulus, annuente ſibi præſide.* Syriacos: *Innuit præſes Paulo, ut loqueretur*; & audiatur; reſpondet Paulus non per procuratorem, nec tremula, ac tremenda voce, ut contingit reis; ſed generoſo, ac conſtanti animo confiſus in Deo, & ſuæ innocentiæ; *ex multis annis te eſſe judicem.* D. Chryſoſtomus, *judicem juſtum*; quod eſt illuſtriſſimus titulus judicis. 30. Syriac. D. Chryſoſt.

Genti huic. Æthiopicus: *Index fuiſti hæres gentium, & ſcis mores earum*, & agnoſcis eorum reprobum ingenium ad omne malum, & ſcis, & agnoſcis nullam querelam de me tibi eſſe factam; ex quo deprehendis, quod ego non ſim homo ſeditioſus, peſtiferus, ut ipſi modo proclamant contra me; *bono animo pro me ſatisfaciam.* Syriac. *cum gaudio depromam ſpiritum pro me ipſo.* Arabicus: *Cauſam rerum mearum libenter dicam.* 31. Æthiop. Syriac. Arabic.

Verſ. 11. *Potes enim cognoſcere*, per teſtes fide dignos, quod non ſunt mihi plus dies, quam duodecim, ex quibus novem dies in vinculis egi: ſuperſunt ergo tres dies, ex quo veni adorare in Ieruſalem; quomodo in tam brevi ſpatio trium dierum: ego homo peregrinus, ignotus, & ſolitarius poteram tumultum facere in civitate? 32.

Verſ. 12. *Invenerunt eum aliquo loquentem.* Syriacus: *nec etiam turbas concitantem.* Arabicus: *ſeditionem facientem.* Æthiopicus: *nec commoventem populum.* 33. Syriac. Arabic. Æthiop.

Verſ. 13. *Neque probare poſſunt.* Syriacus: *neque in eorum poteſtate ſitum eſt*, ut aliquid probare poſſent, nam, cum ſint accuſatores, ſunt prohibiti ad teſtificandum. Arabicus: *neque rationem* 34. Syriac. Arabic.

 afferre

afferre poſſunt, ob quam ego debeam judicari, ac condemnari.

35. Verſ. 14. *Confiteor hoc tantum tibi.* Generoſe fidem confitetur, *quod ſecundum ſectam.* Græcus: *Inſtitutum.* Syriacus: *doctrinam* Chriſtianorum, *quam dicunt* hæreſim ſuo maledicto ore, *ſervio*, Syriacos: *colo*, latriæ cultu, *Patri*, *& Deo meo*: Patri tanquam filius; Deo, ut Creatori; tamen aptiſſime legendum eſt cum Græco, Syriaco, Oecumenico, Cajetano, Tigurina: *Deo Patruo*, *ſeu Deo Patrum*; ac ſi dicat; Deus, quem ego prædico, & adoro, non eſt quid novum, & inventum, ſed valde antiquum à tempore patrum noſtrorum; & iſte talis Deus eſt declaratus, & prænunciatus in Prophetis.

Græcus. Syriac. Syriac. Græcus. Syriac. Oecum. Caietan. Tigurin.

36. Verſ. 15. *Spem habens in Deum*, de conſequenda ejus beatitudine, *quam hi ipſi expectant*, qui credunt reſurrectionem juſtorum ad gloriam, iniquorum ad pœnam.

QUÆSTIO V.

Quare Paulus in conventu malignantium tam imperterritus generoſe ſtat.

37. ERat Paulus in medio conventu malignantium, qui rabido, & diabolico ore fremebant in eum, & tamen ipſe maxime firmus abſque ullo timore loquitur, unum verum Deum prædicat, cauſam ſuam tuetur, & illos pro nihilo reputat, quia cum malos, & peſſimos videret, pro certo habebat, quod eorum impietas eos deſtrueret, & divinam iram contra eos advocaret.

38. Ait Deus ad Ezechielem cap. 2. num. 6. *Tu ergo fili hominis, ne timeas eos, neque ſermones eorum metuas, quoniam increduli, & ſubverſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas, verba eorum ne timeas: & vultus eorum ne formides, quoniam domus exaſperans eſt.* Res ſane omni expenſione digniſſima; iſti mali dicuntur ſubverſores, increduli, ſimiles ſcorpionibus, exaſperantes, quæ omnia magnum ingerebant timorem; quomodo his objectis, dicitur, quod non timeat: merito tamen cum tales proponuntur, dicitur, quod non timeat, quia cum agnoſcat impios, & nequiſſimos; ipſi cito peribunt, & conſummabuntur, & iram Dei contra ſe concitabunt, & ideo tales contemnendi ſunt in ſuis perſecutionibus: ibi Theodoret. *Cauſa idonea eſt ad contemptum eorum, qui inſidioſi aggrediuntur, improbitas: leges enim violatores, & à divinâ ope vacui ſunt; neque utique hujuſmodi viri metuendi, quamvis more ſcorpionum lædant; quamvis temeraria verba proferant.*

Ezech.2. *Impij à iuſtis contemnendi.* Theod.

39. Ait Regius Vates Pſalm. 10. num. 1. *In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ tranſmigra in montes, ſicut paſſer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt ſagittas ſuas in pharetra, ut ſagittent in occulto rectos corde.* Mandatur David fugere in montes ob armatas inimicorum manus: & unde unus homo ſolitarius, tanquam Paſſer tantas copias valeat evitare, ac deſpicere: ex eo, quod dicitur: *Quoniam ecce peccatores:* cum eos injuſtos, & peccatores agnoſcat, & ſe totum in Deum recipiat, nihil timendum eſt ab eis, ſed omnino deſpiciendi. Euthymius ibi: *Hâc*, inquit, *de causâ ego confido, quia peccatores ſunt, qui pugnant adverſum me: peccant enim dum me temere inſequuntur, & morte afficere volunt.*

Pſal.10. *Peccatorum ſeculo contra iuſtos in vita.*

QUÆSTIO VI.

Quare nefandi, ac execrabiles homines Sanctam religionem Chriſtianam dicebant hæreſim.

AIt Apoſtolus in præſenti: *Confiteor tibi, quod ſecundum ſectam, quam dicunt hæreſim*; hoc eſt ſecundum doctrinam Chriſtianam, quam iſti peſtiferi mei accuſatores dicunt hæreſim; Valde mirum ſanam doctrinam Chriſtianam cohærentem cum Sacrâ Scripturâ, prædicatam per homines ſacratiſſimos cum omni puritate, humilitate, & cæteris omnibus virtutibus, dicere impios accuſatores Pauli hæreſim, & ſuum malum, & diabolicum inventum, introductum per homines, omni vitio, ac turpitudine plenum reputare bonum, & ſanctum. 40.

Chriſtianam religionem impij dicunt hæreſim.

Ad quod reſpiciens: Tertullian. in Apolog. c. 46. ait: *Unicuique manifeſtatur veritas noſtra, interim incredulitas, dum de bono hujus ſectæ obducitur (quod de uſu jam, & de commercio innotuit) non utique divinum negotium exiſtimat, ſed magis Philoſophiæ genus*; Veritas Chriſtiana valde nota, & manifeſtata eſt, quod maxime patet ex uſu, & commercio Chriſtianorum, ſed ſunt homines ita depravati, ut hoc noſtrum negotium Chriſtianiſmum, non eſſe quid Divinum, ſed quoddam Philoſophiæ genus dicant, ita ut veritatem mendacium, & mendacium veritatem affirmet. 41.

Tertull. *Mundani volūt mendacium ut veritati haberi, & veritatem ut mendacium.*

Mandat Deus Moyſi: *Extende manum ſuper aquas Ægypti, & ſuper fluvios eorum, & rivos, ac paludes, & omnes lacus aquarum, & vertentur in ſanguinem*, & fecit Moyſes, ut ei fuerat mandatum; fecerunt & Magi ſimiliter *incantationibus ſuis, induratum eſt cor Pharaonis, & non dimiſit eos*: Exod. 7. 22. Abulen. *Quia Magi fecerunt ſimiliter*, & non credebat, quod Moyſes faceret illud *virtute divinâ*; immo potius exiſtimo, quia ideo induratum eſt cor ejus, quia ibi perſuaſit iniquus Pharao, quod Moyſes arte malâ operabatur, & malefici ejus supernâ ope, ut ita mendacium prævaleret veritati, & veritas reputaretur mendacium, & mendacium veritas; quod etiam idem confirmari poteſt ex hiſtoriâ Suſannæ, contra quam ſenes inveterati ſe fiebant *teſtes*: Daniel. 13. n. 40. ut ait Cardinalis Hugo oculati, ut falſitatem facerent credibilem, & falſificarent veritatem. 42.

Exod.7. Abulen. *Pharao potius credit malo.* Dan.13. Hugo.

Ait Deus Sophon. 1. n. 5. Quod deſtruet venerantes Baal, & eos, qui adorant *ſuper tecta militiam Cæli.* Indignatur contra hos idololatras, qui ſuper tecta fabricabant quædam tabulata, ut fit in Palæſtinâ, ut non ſolum die, ſed etiam nocte adorarent militiam cœleſtem, & per quaſdam obſervationes mathematicas, tanquam per quædam oracula publicabant figmenta contra eloquia prophetarum, ut eſſent in contemptum, ut eorum mendacia eſſent in venerationem, ut credibilia; D. Hieron. ibi ait. *Adorarant ſuper tecta militiam, qui elevantur adverſus ſcientiam Dei, & omne, quod geritur in ſæculo, ſtellum ſibi ſcientium pollicentes referunt ad artes ſtellares, ut occubitus, & mathematicorum ſequuntur errores*, quos ut ſolidas veritates prædicant. 43.

Impij figmēta venerabantur, oracula prophetarū reſpuebant.

QUÆSTIO VII.

Quare Apoſtolus ait coram Præſide ſe habere ſpem in Deum.

STabat Apoſtolus, ut judicaretur coram Præſide, oſtendens nil timere ſuum judicium, cum habeat 44.

Pſal. 54. Caldæut. habeat ſpem ſuam in Deum. Dicebat David Pſal. 54. num. 23. *Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet.* Caldæus legit: *Iacta ſpem tuam.* Pagnio. *Pondus tuum*, & etiam alij: *onus*, quo gravaris, ac moleſtiam ſuſtines, projice in Deum, & ipſe in ſe ſuſcipiet onus, ut exponit noſter Incognitus: *& ipſe te enutriet*; ſeu ut habet alia lectio: Suſtentabit in omni bono, & munimine (Incogn.)

45. Quod ita certum eſt, quod ubi poſuerit ſpem ſuam in Deum, illa non ſunt tamquam in futurum habenda; ſed jam tamquam in præſenti, ac manu obtenta. (Apoc.) Vide Joan. in Apocalypſi cap. 4. num. 4. quod circa thronum Dei ſtabant: *viginti quatuor ſeniores circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.* His denotabatur, quod juſti, qui decertant in hoc mundo pro Deo, & in eo habent ſuam ſpem, ab eo ſunt coronandi gloriæ diademate: ſiqui corona non datur, niſi poſt finitum certamen; quomodo ergo illis adhuc certantibus, jam coronæ refulgent in capite; cum ſcriptum ſit; non coronabitur, niſi qui legitime certaverit: ait Richardus Victorin. in Apocalypſi lib. 2. part. 2. cap. 1. *in capitibus habent coronas in mundo ſperando, in Cælo poſſidendo gloriam.* Coronas, quas obtinebunt in gloriâ, ita ſperando in hoc ſæculo, ita certiſſime jam habent, ac ſi illas jam poſſeſſas in capitibus ſuis poſitas haberent.

Qui à Deo ſperat, reputet iā ſe habere. — Richard.

46. Ait Chriſtus Dominus Latroni, cum peteret, ac ſperaret à Chriſto ſui memoriam in regno Cœlorum: *Hodie mecum eris in Paradiſo* Lucæ 23. (Luc 23.) quando hoc cohærere poteſt, cum Chriſtus non aſcendit, niſi poſt quadraginta dies, & extitit primus, qui aperuit Cœlum, & ingreſſus eſt, & ſecum aſportavit Latronem, quomodo ait illi Chriſtus, dum pendet in Cruce: *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Speranti promiſit Dominus, idem eſt, ac ſi totum habeat in illâ hora, ac momento. Theophilact. in Catenâ Græca in Lucam ait: *Alij autem dixerunt, quod latro nondum ſortitus ſit in Paradiſo converſationem, ſed quia invariabilis, & fallere nequeat Dei promiſſio, ideo dictum eſſe: Hodie mecum eris in Paradiſo*; eſt enim & hæc ſpecies phraſis in verbis Domini, ut futuris loquatur, tanquam de iis, quæ jam fiunt.

Idem eſt ſperare ab illo, ac jam habere.

47. Qui ſperat à Deo, jam totum habet, & qui non ſperat à Deo, ſed à mundo totum perdit: Mandat David ad Ioab principem exercitus ſui: *Numera populum, ut ſciam numerum ejus.* 2. Reg. 24. num. 2. in quo negotio David graviſſime deliquit, ut ipſe confeſſus eſt; *Peccavi valde in hoc facto.* Ibid. num. 10. ob quod vehementer iratus eſt Dominus num. 15. & miſit peſtilentiam in populum, & multa millia hominum perierunt. Valde laborant interpetres indagantes hujus peccati radicem; nam valde conſuetum, & in communi uſu eſt, ut imperatores, ac duces recenſeant numerum ſuorum militum, in quo extitit tam grande peccatum: aliqui referunt ad vanam gloriam; alij ad legem violatam de ſolvendâ pecuniâ. Exod. 30. num. 13. Iſidor. Clarus; ad ſpem obtinendæ victoriæ in robore, ac multitudine militum: ſic ait: *iratus eſt Dominus, quod David magis confiſus fuerit in multitudine populi, quam in nomine Domini.*

Actor. 24. n. 16. **In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum, & ad homines ſemper.**

Verſiones,

QVARTA EXPOSITIO uſque ad Verſ. 21.

Verſ. 16. IN *hoc & ipſe ſtudeo.* Syriac. *propterea etiam labore* totâ meâ intentione, ac viribus, *ſine offendiculo*, ſine ullo ſcandalo, *conſcientiam* puram, & inoffenſam, ut *nullus habeat malum dicere de nobis, ut non vituperetur miniſterium noſtrum.* 2. Corinth. 6. num. 3. ſecundum conſcientiam, ſecundum noſtrum modum vivendi, & agendi coram hominibus, & Deo cordium ſcrutatore: *Semper.* Syriac. *perſeveranter.* 48. Syriac. 2. Cor. 6.

Verſ. 17. *Poſt annos autem plures*: ſcilicet à mea converſione anno 22. Ipſe enim converſus eſt anno Chriſti 36. hæc vero contigerunt anno Chriſti 58. Syriac. 49.

Eleemoſynas facturus, non ſum perturbator, & amotinator reipublicæ, ſed illius benefactor, cum tempore famis viam arripiens in Ieruſalem in gentem meam; Syriacus: filios gentis meæ; qui ob ſequendam vitam perfectam vendiderunt omnia ſua, & multâ penuriâ laborabant; ad eos ſoblevandos veni Ieruſalem. 2. Corinth. 8. 9. *& oblationes*; non ſum violator templi, veni ad facienda obſequia, & oblata Deo. 50. 2. Cor. 8.

Verſ. 18. *Invenerunt me purificatum.* Syriacus: *cum expurgatus eſſem*: antequam ingrederetur in templum, ſe ipſum purificavit cap. 21. num. 26. & ibi explicavi. 51. Syriac.

Verſ. 19. *Quidam ex Aſia Iudei*; ut apponunt Syriacus, Vatablus, tumultum, qui factus eſt Ieroſolymis, excitaverunt, non ego; ſic frequenter contingit, malum, quod faciunt iniqui, in juſtos refundere intentant; *quos oportebat apud te præſto eſſe.* Syriacus: *quos ſiſtere mecum ipſi*, depromant, ſiquid habent contra me, & ego reſpondebo, & quis eſt dignus pœnæ, videbitur. 52. Syriac. Vatabl.

Verſ. 20. *Aut hi ipſi*, qui modo ſunt præſentes, ſiquid habent contra me, hîc dicant, cum ſimus in Concilio, cui tu præes, & per angulos extra Concilium non murmurent, ac loquantur, ſed hic coram te, & Concilio dicant, ac proferant, quid habent contra me. 53.

Verſ. 21. *Niſi de unâ hâc ſolummodo voce.* Syriac. *niſi amicum hoc verbum*; quod dixi in concilio c. 23. n. 6. *ego Phariſæus ſum de ſpe, & reſurrectione mortuorum ego judicor*: & inde factum eſt magnum ſchiſma inter Phariſæos, & Sadducæos, quilibet eorum pugnans pro ſuâ ſecta, quam ſeditionem inter ſe ipſos illi excitarunt, non autem ego. 54.

QUÆSTIO VIII.

Quare Paulus tam confidenter ſtat in concilio deſpiciens oblatrantium voces.

AIt ipſe in præſenti verſ. 16. *In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſcientiam habere in Deum.* Cum ipſe haberet bonam, & rectā conſcientiā, dum optime firmus, ac ſecurus erat in omni contrarietate omnes adverſariorum incurſus deſpiciebat: ait ipſe Hebræo. 13. num. 18. *Confidimus enim, quia bonam conſcientiam habemus in omnibus*, ſcilicet rebus, & actionibus. Cauſam ſuæ confidentiæ in tot, ac tantis laboribus, quos paſſus eſt, aſſignat, ut notant D. Chryſoſt. ac D. Thom. *bonam conſcientiam habentes*, & ubi hæc vegetat, ſtatim ſerena, ac placida quies omnem timorem expellens. 55. Syriac. *Conſcientia bona generat pacem, & quietem.* Hebr. 13. D. Chryſoſt. D. Tho.

Ait idem Apoſtolus 1. Timoth. 1. num. 19. *habens fidem, & bonam conſcientiam, quam quidam* 56. Timoth.

repellentes circa fidem naufragarunt: ubi, ot notat D. Chryſoſtomus, eleganti metaphorâ fidem navi comparat, in quâ, anchora, quæ navim hanc roborat, ut in tribulatione, ac ſæviente omnium laborum tempeſtate, ioconcuſſa perſeveret, eſt bona conſcientia, quæ firma in Deo omnia terrena deſpicie nil metuens.

D.Chryſoſt.
Bona conſcientia fidei anchora.

57. At mala conſcientia valde ſibi ſæviens, multo cogitationum cruciatu perturbata, & undique ſibi timens. D. Ambroſius lib. 3. de officio cap. 4. ait: *Quænam pœna gravior, quam interioris vulnus conſcientiæ? Quod ſeverius judicium, quam domeſticum, quo unuſquiſque ſibi eſt reus, ipſoque ſe arguit.* Nullum judicium aſperius, ac crudelius homini, quam ipſamet cooſcientia, quæ interius corrodit, & vehementi cruciato vulnerat, ac eruentat ſive in menſa, ſive in lectulo, ac deambulatione.

D.Ambr.
Tribunal conſcientiæ valde rigidum.

58. Loquens Chriſtus Domious de crudelibus tormentis damnatorum Marc.9.num.47.ait: Ubi vermis eorum non moritur; quod deſumptum eſt ex Iſaia 66. num.24. Conſcientiæ morſus dicitur vermis damnatorum; nam ſicot vermis interior corrodit, & conſumit lignum, & in fructu in ejus medulla gignitur vermiculus, qui totum ipſum perdit, ac deſtruit: ſic etiam in intima hominis mente prodit conſcientiæ vermis, qui maxime hominem percutit, affligit, ac dilacerat, & inſenſibiliter ipſum mordet; ut inter infernales cruciatus maxime torqueat perenne conſcientiæ tormentum. Victor. Antioch. ad cap. 9. D. Marc. ſic ait: *Deſignatur hoc vermis nomine, impura, ſceleratąque conſcientia, ſiquidem una hæc animam peccatricem, nulliuſque boni ſibi conſciam, inutilis pœnitentiæ aculeis, inſtar edacis vermis continuo pungit, & rodit: unuſquiſque ergo ſceleratorum ſui ipſius accuſator erit, etiam dum ea ſecum perpendet, animoque jugiter revolvet, quæ improbe geſſit, vel invitus ſe reum confiteri compelletur: omni ſupplicio gravius eſt immortalem illum vermem, dıreque corrodentem circumferre.* Perpende ultima verba.

Marc.9.
Conſcientia morſus ex omni parte rigidior.
Victor. Antioch.

Actor.24.n.22. Diſtulit autem illos Felix, certiſſime ſciens de viâ hâc, dicens: cum Tribunus Lyſias deſcenderit audiam vos.

Verſiones,

QVINTA EXPOSITIO uſque ad Verſ.27.

59. Verſ.22. *Diſtulit autem*, noluit tunc Felix tem determinare, ac judicare, *certiſſimè ſciens de viâ hâc.* Arabicus: *Cupiens exactum habere, quæ circa viam ſunt.* Aliqui hoc referunt ad viam, ac doctrinam Judæorum; ſed cum ille à multo tempore eſſet Judææ præſes, planam de illâ habebat notitiam, & ideo melius D. Chryſoſtomus, Lyranus, Carthuſianus, Hugo referunt ad viam, & doctrinam Chriſtianorum, de quâ non habebat tantam notitiam; & Paulus cum multâ ſapientia, modeſtia, abſque alicujus odio, & calumniâ prædicabat; & hoc corroboratur.

Arabic.
D.Chryſoſt.
Lyran.
Carthuſ.
Hugo.

60. Verſ. 23. *Iuſſit Centurioni cuſtodire eum* in arce, & habere requiem à tot, & tantis fatigationibus: juxta radicem Græcam, legit D.Chryſoſt. *Sinereque eum relaxari*, id eſt, ut non eſſet in tam rigida cuſtodia, ſed laxius, ac mitius haberi, *nec quemquam de ſuis miniſtrare ei.* Syriac. *nemo ex familiaribus ejus prohiberetur.* Arabicus: *nec vetaret illi miniſterium ipſum, nec ingreſſum ad eum.* Vatabl. *Subminiſtrare ei, & adire ad eum*; eſſetque liberum cum eo agere.

D.Chryſoſt.
Syriac.
Arabic.
Vatabl.

Verſ. 24. *Poſt aliquos dies*: aliquibus diebus 61.
tranſactis poſt narrata, venit Felix cum Druſillâ uxore ſuâ, quæ erat filia Herodis Agrippæ qui Jacobum occidit, & Petrum conjecit in carcerem Actorum 12. num. 1. quæ relicto priore marito in adulterio erat cum Felice præſide, de quo quæſtione ſequenti, *vocavit Paulum*, ut audiret aliqua de fide Chriſti, & ad hoc exhortatus eſt ab uxore ſuâ, quæ erat Judæa.

Act.11.

Verſ. 25. *Diſputante Paulo de juſtitia, & caſtitate.* Syriacus: *Cum verba faceret ad eos.* Arabicus: Loquutus eſt eis de juſtitiâ ſervandâ, & erga proximum, ac de caſtitate ad ſe ipſum, *& de judicio futuro*; quod ſcilicet non crederet perfectâ fide; fuit tamen opinative anceps, & manſit cum formidine illius. 62.

Syriac.
Arabic.

Quod nunc attinet, vade: ut notant Lyra, Gloſſa, Carthuſian. Hugo; eum liberavit à clauſurâ carceris, dans ei facultatem deambulandi per civitatem, ita tamen, ut rediret, cum eſſet vocatus. 63.

Lyran.
Gloſſa.
Carthuſ.
Hugo.

Verſ. 26. *Simul ſperans, quod pecunia ei daretur à Paulo.* Syriacus: *ut munus ſibi donetur à Paulo:* Æthiopicus: *exiſtimabat, quod habuiſſet pecunias*, ac proinde ſperabat ab eo eſſe ei dandas, de quo q.10. 64.

Syriac.
Æthiop.

Verſ. 27. *Biennio expleto*; magna eſt varietas opinionum in hâc re, pro unâ quâque ſtant graves Authores, graveſque conjecturæ, ac obſervationes: quidam computant biennium à Pauli comprehenſione; alij à Neronis Imperio, alij à Felicis præfectura in Judæâ. 65.

QUÆSTIO IX.

Quare D. Paulus Proconſuli maxime commendat caſtitatem, eumque de illâ commonefacit.

VT dicitur verſu 25. *Diſputante*, ſeu ut habet Syriacus: *Cum loqueretur cum illo de juſtitia, & caſtitate:* ad rectam Proconſulis, ac Præſidis functionem non ſolum pertinet juſtitia, ſed etiam vigilantia, ſolicitudo, puritas, ac integritas ab omni munerum correctione. 66.

Ratio eſt in promptu; quia Felix erat in publico, ac manifeſto adulterio cum Druſillâ, nam ejus amore captus ob ſuam elegantem pulchritudinem, induſtriâ Simonis cujuſdam Magi eam ad ſe pellexerat relicto ſuo primo marito Azixio Rege Emeſenorum ad ſuum matrimonium tranſire fecit; deinde de hoc Felice infeliciſſimo referunt fuiſſe valde libidinoſum Joſephus lib. 20. Antiquitat. cap. 6. Cornelius Tacitus libro quinto Hiſtor. & cum Paulus ſciret ipſum eſſe adulterum; inde libertate Apoſtolicâ de caſtitate commonefacit. 67.

Felix adulter.
Ioſeph.
Tacitus.

Secundo; quâ ratione Apoſtolus commonefaciens præſidem ei maxime commendat caſtitatem, ut maxime neceſſariam ad animi rectitudinem, & vigilantiam, & ut mens ſit libera ac pravis ac malis paſſionibus, ait Oſeas 4.n.11. *Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor*, perturbant mentem, & hominem inſanire faciunt, & nota, quod prius Vates poſuit fornicationem, tamqoam quid fortius, quâ vinũ, & ebrietas, & plus valet ad perdendum hominem una fornicatio, quam duplicatum vinum, & ebrietas. 68.

Oſeas 4.
Luxuria facit inſanire hominem.

Et ideo Apoſtolus 2.Corinth.6.n.6. agens de Dei miniſtris ait, quod ſint: *In caſtitate, in ſcientia, in longanimitate*; Ubi vides caſtitatis locum priorem, deinde ſapientiæ poſteriorem eſſe: caſtitas 69.
præparat,

2.Cor.6.

A mente caſtâ viris ad ſapientiam. Caſſian. D.Paul. præparat, & facit locum ad ſapientiam, ſic ait Abb. Neſtor. apud Caſſian. collatione 14. cap. 16. *In qua virtutum conjugatione evidentiſſime nos voluit erudire de caſtitate ad ſapientiam perveniri*, ac nemo poteſt aſſequi, niſi prius caſtitate præparentur, ac diſponatur; unde ait D. Paulin. epiſtol. 33. *Quanto vir caſtior moribus, tanto vivacior ſenſibus.*

70. Ait Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis: *Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi.* Matth. 5. num. 13. & quænam combinatio inter ſal, & viros Apoſtolicos; conſtituebantur ipſi principes orbis terrarum, *Chriſti miniſtri fulgeant caſtitate.* ac mundi rectores, ac lux mundi, ad quod prius debebant in ſe aſſumere naturam, ac conditionem ſalis, quæ exiccat carnes ab omni pravo humore, & præſervat à corruptione: tales requiruntur principes, & Doctores, ut exſiccatis pravis humoribus ſint caſtitate incorrupti, & tunc ut lux fulgebunt, ut alios valeant in verâ luce, ac doctrinâ illuminare. Rupert. Rupertus lib. 4. de gloriâ, & honore filij hominis ait: *Quorundam ſal ſuperfluos, ſive nocivos humores carnium deſiccat, & à putredine purificat, ſic Apoſtolica doctrina cuncta juſtitia purificare habebat, & ubique terrarum conſilio caſtitatis ſalire credentium corpora, quatenus non putreſcerent, aut uſquequâque potenti non corrumperetur luxuriâ.*

71. Malac. 4. Ait Malachias cap. 4. num. 5. *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis*: & cur ex tot, ac tam magnis prophetis unus eligitur Elias, ut ſit ejus miniſter in ultimo adventu Filij Dei. D. Ambroſ. D Amb. *Elias ob Virginitatem Chriſti miniſter,* lib. 1. de Virginibus ait: *Elias nullius corporei coïtus fuiſſe permixtus cupiditatibus invenitur: ideo cum Domino apparet in gloriâ, ideo Domini venturus eſt præcurſor adventus.* Ecce Parens Elias ob ſuam virginitatem, & caſtitatem in tantum ſublimatur, ut cum Domino apparet in gloriâ, in Thabore, & cum eo loquebatur de exceſſu, & pro ultimo adventu deſtinatus eſt præcurſor Filij Dei: Deus ſuos miniſtros maxime caſtitate conſpicuos eligit.

72. 1. Reg. 17 Gen. 28. Exiens David cum Goliath: *Elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente* 1. Reg. 17. num. 40. paſſim in Sacrâ Scripturâ referuntur lapides; Gen. 28. quod *Iacob tulit unum de lapidibus, qui jacebant, & ſuppoſuit capiti ſuo*: & iterum: *erexit lapidem in titulum*; & iterum: *amovit lapidem* ab oſtio putei; at nunquam dicuntur limpidiſſimi lapides niſi in præſenti: in aliis locis commemorantur lapides ad accubitum, vel in ſignum gratitudinum, vel amoris; at hîc dicuntur lapides tamquam inſtrumentum ad regiam dignitatem, in quâ tanta limpiditas, & puritas requiritur, ut etiam in inſtrumentis, quæ ei inſerviunt, & cum illâ conjunguntur, limpiditatis candor debet nitere, quanto magis in ipſo Rege debet reſplendeſcere.

QUÆSTIO X.

Quare Felix præſes frequenter vocabat Paulum, & loquebatur cum eo.

73. Dicitur in Textu, quod Felix præſes, verſ. 26. *Frequenter accerſens eum*, ſcilicet Paulum, *loquebatur cum eo.* Quonam animo hoc præſtabat homo gentilis advocans ad ſe magum, & Apoſtolum prædicatorem, non ſalutis cauſa, ſed rationem explicat Textus dicens; *Sperans, quod pecunia ei daretur à Paulo*: quod notans D. Chryſoſt. D Chryſoſt. ibidem ait: *Accerſit illum, ſubinde non admirans illum, neque laudans, quæ dicebantur ab illo, neque credere volens*; Sed quid? *expectans dandas ſibi pecunias*: non ſolum expectavit, ſed etiam poſtulavit, ut diſſerit Tertullian. lib. de fuga in perſequutione cap. 12. & ait: *eâ de re in ſecreto tractavit cum illo*: Tertull. *Salutis negotium contemnitur ob pecuniam.* Unde merito notat Iſidorus Clarus, timorem, & tremorem, quem Felix debebat accipere de judicio futuro, commutavit in cupiditatem comparandæ pecuniæ ab eo, ſic ait citatus Clarus. Auctor. Sperabat, quod pecunia ei daretur à Paulo, nec quærebat inſtrui potius, quo pacto intrepidus ſtaret ante illud tribunal, cujus appellatio ita eum perterruit; & tantâ re neglectâ, frequentius accerſebat Paulum, lumen illud orbis terræ, & cum illo verſabatur ob ſolam accipiendæ pecuniæ ſpem.

Ait Iſaias 1. num. 23. *Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera.* 74. Iſaias 1. Damian. Quæ verba ponderans Petrus Damianus lib. 2. epiſtol. 23. ait: *Hic non notantur ij, qui munera quærunt, ſed tantummodo diligunt; qui etiam ſocij furum non immeriſo dicuntur; qui dum furtiva dant, ſuſcipiunt, deprehendi velut in furti crimine non perhorreſcunt*: non notantur, qui quærunt, ſed qui diligunt, quia ex ipsâ dilectione, ac cupiditate nullam turpitudinem recipiunt infideles in ſuo munere adminiſtrando; *Qui diligunt munera omne crimẽ devorãt.* omne jus violant, & contemnunt: ſocij furum juſtitiam vendunt, & eam à ſuo poſſeſſore adimunt, & non habenti dant, ut ipſi pecunias habeant.

Scribens Paulus ad Timotheum 1. cap. 3. num. 2. ait: *Oportet Epiſcopum non eſſe cupidum*: non ait, oportet Epiſcopum eſſe juſtum, rectum, charitativum, ſed non eſſe cupidum: 75. 1. Tim. 3. ut notavit D. Anſelm. ibi: *non cupidum*, ait, quia cito deviaret à juſto, D. Anſel. *propter cupiditatem munerum, ſicut filij Samuelis*; Si prælatus fuerit munerum cupidus omne nefas devorabit pro comparandis muneribus, eſt enim omnium malorum radix cupiditas. *Cupidus à juſtitiâ deviat.*

CAPUT XXV.

1. *Feſtus ergo cum veniſſet in provinciam poſt triduum aſcendit Ieroſolymam à Cæſarea.*
2. *Adieruntque eum principes Sacerdotum, & primi Iudæorum adverſus Paulum & rogabant eum.*
3. *Poſtulantes gratiam adverſus eum, ut juberet eum perduci in Ieruſalem, inſidias tendentes, ut occiderent eum in viâ.*
4. *Feſtus autem reſpondit, ſervari Paulum in Cæſareâ: ſe autem maturius profecturum.*
5. *Qui ergo in vobis (ait) potentes ſunt, deſcendentes ſimul, ſi quod eſt in viro crimen, accuſent eum.*
6. *Demoratus autem inter eos dies non amplius, quàm octo, aut decem, deſcendit Cæſaream, & alterâ die ſedit pro tribunali, & juſſit Paulum adduci.*
7. *Qui cum perductus eſſet, circumſteterunt eum, qui ab Ieroſolyma deſcenderant Iudæi, multas, & graves cauſas objicientes, quas non poterant probare.*
8. *Paulo rationem reddente; Quoniam neque in legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cæſarem quidquam peccavi.*
9. *Feſtus autem volens gratiam præſtare Iudæis, reſpondens Paulo, dixit: vis Ieroſolymam*

aſcendere, & ibi de his judicari apud me?
10. *Dixit autem Paulus, Ad Tribunal Cæſaris ſto, ubi me oportet judicari: Iudæis non nocui, ſicut tu melius noſti.*
11. *Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuſo mori; ſi vero nihil eſt eorum, quæ hi accuſant me, nemo poteſt me illis donare. Cæſarem appello.*
12. *Tunc Feſtus cum Concilio locutus reſpondit, Cæſarem appellaſti? ad Cæſarem ibis.*
13. *Et cum dies aliquot tranſacti eſſent, Agrippa Rex, & Bernice deſcenderunt Cæſaream ad ſalutandum Feſtum.*
14. *Et cum dies plures ibi demorarentur, Feſtus regi indicavit de Paulo, dicens, Vir quidam eſt derelictus à Felice vinctus.*
15. *De quo cum eſſem Ieroſolymis, adierunt me Principes Sacerdotum, & Seniores Iudæorum, poſtulantes adverſus illum damnationem.*
16. *Ad quos reſpondi, Quia non eſt Romanis conſuetudo dãnare aliquem hominem, prinſquam is, qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.*
17. *Cum ergo huc convenisſent, ſine ullâ dilatione, ſequenti die ſedens pro tribunali juſſi adduci virum.*
18. *De quo cum ſtetiſſent accuſatores, nullam cauſam deferebant, de quibus ego ſuſpicabar malum.*
19. *Quæſtiones vero quaſdam de ſuâ ſuperſtitione habebant adverſus eum, & de quodam Ieſu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere.*
20. *Hæſitans autem ego de hujuſmodi quæſtione, dicebam ſi vellet ire Ieroſolymam, & ibi judicari de iſtis.*
21 *Paulo autem appellante ut ſervaretur ad Auguſti cognitionem, juſſi ſervari eum, donec mittam eum ad Cæſarem.*
21. *Agrippa autem dixit ad Feſtum, volebam & ipſe hominem audire. Cras, inquit, audies eum.*
23. *Altera autem die cum veniſſet Agrippa, & Bernice cum multâ ambitione, & introiſſent in auditorium cum tribunis, & viris principalibus civitatis, jubente Feſto adductus eſt Paulus.*
24. *Et dicit Feſtus, Agrippa Rex, & omnes, qui ſimul adeſtis nobiſcum viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellavit me Ieroſolymis, petentes, & acclamantes non oportere eum vivere amplius.*
25. *Ego vero comperi, nihil dignum morte eum admiſiſſe. Ipſo autem hoc appellante ad Auguſtum judicavi mittere.*
26. *De quo, quid certum ſcribam Domino, non habeo. Propter quod perduxi eum ad vos, & maxime ad te, Rex Agrippa, ut interrogatione facta habeam, quid ſcribam.*
27. *Sine ratione enim mihi videtur, mittere vinctum, & cauſas ejus non ſignificare.*

ARGVMENTVM.

POSTULANT Judæi, ut Paulus iterum remittatur in Jeruſalem, quod negat Feſtus, & Paulus appellat Romam coram Cæſare; & interim Agrippa Rex benevolo, ac læto animo audit Paulum.

*Actor.25.num.*1. Feſtus ergo cùm veniſſet in Provinciam poſt triduum aſcendit Ieroſolymam à Cæſarea.

Verſiones,

PRIMA EXPOSITIO uſque ad verſ.6.

1. Syriac. Verſ.1. *FEſtus cum veniſſet in provinciam.* Syriac. *Cum veniſſet Cæſaream præfecturæ ſuæ*, quæ erat caput ſui regiminis dati à Romanis, poſt triduum tranſactum aſcendit Ieroſolymam, quæ erat caput regni Iudæorum, quæ erat magna pars, ac præcipua de his, quæ veniebant ſub ejus præfecturâ, ut optimus præſidens voluit videre, ac viſitare ea, quæ erant ſub ejus regimine, ac curâ.

2. Verſ 1.& 3. *Adierunt ad eum principes Sacerdotum, ac primi Iudæorum*, ut hanc gratiam, & favorem eis concederet, ut Paulus à Cæſarea remitteretur in Ieruſalem, ut per inſidias eum interimerent in itinere.

3. Syriac. Verſ.4. *Feſtus reſpondit ſervari Paulum in Cæſarea.* Syriac. *Aſſervari.* Feſtus rejecit petitionem Iudæorum, qui forte ſubodoratus eſt eorum malitiam, & quia illud erat cauſa mortis, quæ non erat judicanda, niſi in magno tribunali magnorum virorum, ut erat in Cæſarea, & maturo conſilio, quod tunc

Arias. non poterat fieri: *Se autem maturius profecturum.* Arias: *Futurum in feſtinatione proficiſci.*

4. Verſ.5. *Qui ergo in vobis potentes ſunt*: ait Feſtus, qui ex vobis, ut explicant Hugo, Cajetan. Vatabl. Arias, ſunt potentes, ut abſque ſuo, ſuarumque rerum incommodo, valeant conficere iter trium diætarum de Cæſarea ad Ieruſalem, proficiſcantur, vel qui ſunt potentes ſermone, probationibus ad eum accuſandum veniant; & hæc ſecunda expoſitio mihi eſt verior; nam illi profecti ſunt de Ieruſalem in Cæſaream ad arguendum Paulum, ut patet ex cap.14.v.1. & debebant redire ad locũ ſuum, nempe Ieruſalem. Hugo. Vatabl. Caietan. Arias.

Verſ.6. *Demoratus autem inter eos*, ſcilicet in Ieruſalem; *quam octo, vel decem dies*; redit Cæſaream, *& altera die*, poſtquam venit in Cæſaream, vocat Paulum ad tribunal: Lectio Arabica ſic habet: *& aſſignat eis decem dies, & amplius.* Aſſignavit eis decem dies, quibus tantum moras traheret in Ieruſalem, & inde reverſus in Cæſaream. 5. Arabic.

QUÆSTIO I.

Quare Feſtus tam celeriter, ac feſtinanter venit de Jeruſalem, & ſtatim vocat Paulum ad tribunal.

CUm Feſtus jam proficiſceretur in Ieruſalem, inſtabant Iudæi, ut Paulus judicaretur, ſed cum eſſet ferè in itinere, non potuit detineri, ſed citiſſime ſe expedit à Ieruſalem, intra decem, vel octo dies, & ut pervenit Cæſaream, ſtatim ſequenti die advocat Paulum ad tribunal ut dijudicaretur ad mortem, ut gratiam iniret Iudæis: Unde tot adverſarij in Paulum in Ieruſalem, in Cæſarea, in præſide, ac miniſtris? 6. Difficultas quæſtionis.

Erat

7. Erat Paulus innocens, juſtus, & ſanctus, inde totus mundus conglutinatus contra eum, ut omni perſecutione, morte, ac ignominia afficerent, ſcribit D.Matth.11. n.2. *Ioannes autem cum audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos ex diſcipulis ſuis, ait illi; Tu es qui venturus es, an alium expectamus.* Conſtans eſt Doctorum ſententia, quod Joannes bene agnoſcebat Chriſtum Dominum verum eſſe Meſſiam, mundi Redemptorem per mortem, & paſſionem ſuam; & unde conſtat, quod Joannes cognoverit mortem, & paſſionem Chriſti à ſuis inimicis inferendam: ipſe cognovit dicens: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,* Joan.1.n.29. Cum autem eum Agnum puriſſimum, ac innocentiſſimum teſtificatur, ibi ejus injurioſam mortem ab iniquis inferendam denunciat; D Chryſoſt. in Catena; D.Thom.ad locum Matth. elegantiſſime ait: *Ioannes paſſionem non ignorabat, ſed hoc primum teſtatus eſt dicens: Ecce Agnus Dei; ecce qui tollit peccata mundi: Agnum vocans, crucem divulgat:* ubi innocentia Chriſti prædicatur, ibi mors, & crux denunciatur: *Agnum vocans crucem divulgat.*

Math.11.

Contra innocentiam inſurgunt mala.

Ioan.1.

8. Job 1. n.8. Job publicatur magnis virtutibus illuſtris, & excellens; *quod non ſit ei ſimilis in terrâ, homo ſimplex, & recedens à malo;* atqui ex tot, & tantis publicatis magnalibus ſequitur cultus, honor, ac veneratio erga illum? minime; ſed ut furiæ infernales omnium malorum tempeſtate debacchantur in eum. D.Chryſoſt homil.5.in Job. *Si igitur quando virum juſtum, magnorum operum perfectum fulgere videris, multiſque ſubeſſe malis, non mireris.*

Iob 1.

Qui virtute fulget multis ſubjicitur malis.

9. Cum Abſalon ſe erigeret contra ſuum Patrem Davidem dixit Achitophel ad Abſalonem: *Eligam mihi duodecim millia virorum, & conſurgens perſequar David hac nocte,* 2.Reg.17.n.1. Mala intentione verum dixit: *Perſequar David:* erat David juſtus, conſequens erat, ut ſuſtineret perſecutiones, D.Chryſoſt. homil. de Abſalon ait: *O innocentia, quantum apud reos pericula ſuſcipis: quantum malitia per flagitioſos incurris: David ſanctiſſimus, tot dementes exercitus, quia non deliquit, offendit: tot populorum rabiem, quia non læſit, incurrit.* Cum innocens fueris omnem populorum rabiem contra te excitas, ac provocas.

2.Reg.17

D.Chryſoſt.

Innocentia multis perſecutionibus expoſita.

*Actor.*25.*n.*7. Qui cum perductus eſſet, circumſteterunt eum, qui ab Ieroſolymâ deſcenderant Judæi, multas, & graves cauſas objicientes, quas non poterant probare.

Verſiones,

SECVNDA EXPOSITIO
*uſque ad Verſ.*11.

10. Verſ.7. *Circumſteterunt eum;* ut eorum multitudine perturbaretur, ac timore afficeretur, ut reſpondere non poſſet; at innocentia in omni eventu ſecura, ac firma eſt: *Objicientes multas cauſas graves, quas non poterant probare.* Syriac. *Demonſtrare:* Arabic. *Non poterant oſtendere veritatem illorum.* Æthiop. *De quibus non poterant convincere,* quæ objiciebant Judæi cum apertè falſa eſſent.

Syriac.
Arabic.
Æthiop.

11. Verſ.8. *Paulo rationem reddente*, ac manifeſtè oſtendente ſe nihil commiſiſſe, nec contra legem Judæorum, nec contra Templum, nec contra Cæſarem Imperatorem, ut patet ex cap. præcedenti.

Cap.24.

Verſ.9. *Feſtus autem volens gratiam Iudæis præſtare.* Syriac. *Volens fœnerari gratiam.* Arabic. *Conferre favorem Iudæis.* D.Chryſoſt. *Volens gratificari,* Æthiop. *Gratias præſtare Iudæis;* timebat (ait Lyranus) ut ab eis accuſaretur apud Romanos, ut contigit alijs ejus præcedentibus in eodem officio. 12.

Syriac.
Arabic.
D.Chryſoſt.
Æthiop.
Lyran.

Vis de his judicari Ieroſolymâ apud me: Arabic. *Me imperante.* Æthiopic. *Cum illis argumentari apud me,* id eſt, me præſente; non imperat, ſed in electione Pauli relinquit, cum ait: *Vis,* quia (ut inquiunt Gloſſa Interlin. Hugo) voluit cum eo habere hanc urbanitatem, quia Romanus erat. 13.

Arabic.
Æthiop.

Verſ.10. *Dixit Paulus ad tribunal Cæſaris ſto.* Æthiop. *In Concilium Imperatoris veni.* Animadvertit Paulus, quod Feſtus præſidens erat inclinatus favore ad Judæos, ſui accuſatores, ac falſo criminatores; inde Paulus prudentiſſime, & ſecundum omne jus; ejus judicium declinat, & ad imperatorem, ac ſuperiorem appellat Romæ; maximè cum ipſe eſſet civis Romanus; *& Iudæis non nocui; non læſi.* Arabic. *Sicut tu melius noſti* à multis magnis viris. 14.

Æthiop.

Arabic.

Verſ.11.12. *Si enim nocui*, vel ſi aliquod nocumentum dedi, vel aliquid dignum morte egi, paratus ſum mori; ſed nil tale feci, nec commiſi, & ideo iniquè, & injuſtè agitur, ut me illis velint donare ad omnem mortem, & injuriam, in quo pungit præſidem, qui ob ineundam Judæorum gratiam, ipſum tradere volebat, ideo merito: *Cæſarem appello.* Verſ.12. *Tunc Feſtus dixit illi: Cæſarem appellaſti? ad Cæſarem ibis,* 15.

QUÆSTIO II.

Quare cum Feſtus præſidens agnoſceret innocentiam Pauli, ipſum tamen volebat tradere ad mortem.

PRæſidens bene agnoſcebat innocentiam Pauli, ut ipſe Paulus proclamat in publico Concilio cum eo loquens: *Iudæis non nocui.* Syriac. *Non peccavi.* Arabicus: *Non læſi:* & addit Apoſtolus: *Sicut tu melius noſti:* cum ipſe bene, & optimè ſciret innocentiam Pauli, quod nihil peccavit, nihil læſit, tamen ut gratiam captaret Judæorum, ipſum volebat in eorum manibus tradere. 16.

Syriac.
Arabic.
Ratio difficultatis.

Hoc habet innocentia, ut etiam inter iniquos, & perverſos, qui eam accuſant, ac damnant, ibi glorioſè vincat, ac triumphet; ſui ſplendidiſſimos fulgores emittit, ut etiam ipſi accuſatores, ac condemnantes ipſius puritatem, & integritatem fateantur, ac pleno ore prædicent. 17.

Refert D.Matth.27.n.13. quod multa falſa teſtimonia jactabantur contra Dominum meum Jeſum; *& tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta adverſus te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei verbum.* Refert teſtimonia, & ſimul admiratur de profundo, ac magno ſilentio JESU, & tunc recedens ad proferendam ſententiam mortis, clamat: *Innocens ego ſum à ſanguine juſti hujus,* n.27. Unde Pilato in mentem venit, quod Chriſtum Jeſum juſtum dicat? Princeps Sacerdotum contrarium teſtificat; totus populus ut reum clamat, ut reum dignum morte; ipſe Jeſus tacet, nulla defenſio pro eo producitur: ſanè ea eſt innocentiæ vis, & efficacia, quæ etiam in judicio iniquorum, & dum condemnatur, ibi victrix apparet, ibi ejus puritas, & integritas agnoſcitur, & alta voce prædicatur, & in damnationis 18.

Math.27

Innocentia in judicio condemnationis victrix.

tionis ſententiâ de ſuâ probatione teſtimoninm habet, D.Auguſt. ſerm.118. de Temp. ait: *Chriſtus, cum condemnatur exuperat, cum judicatur, vincit; ſicut ait Prophetn: Ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum judicaris: quod ergo opus erat ei loqui ante judicinm, cui ipſum judicium erat plena victoria? Vincit ergo, cum judicatur Chriſtus, quia ſic innocens approbatur, nnde ait Pilatus: Innocens ego ſum à ſanguine hujus juſti*: Vincit innocentia dum damnatur, & in condemnationis ſententia, ſuæ teſtimonium puritatis comparat: *Vincit ergo cum judicatur Chriſtus, quia ſic innocens comprobatur.*

D.Aug.

19. D.Aug. *Suſanna ſuâ innocentiâ bis victrix.* Quod optimè D.Auguſt. citatus confirmat ex hiſtoria Suſannæ, de quâ ait: *Biſque victrix reos facit teſtimonij, quos reos facit adulteros*; ſemel in horto, dum de eorum impudicâ laſciviâ triumphat, *quos reos facit adulteros*: Secundo victria de eorum teſtimonio, dum diſcrepant inter ſe, unus eorum dicit, quod vidit *ſub ſchino*, alter, *ſub prino*, Daniel.13.n.54. & 59. ipſique tantâ diſconvenientiâ, ac diverſitate teſtimonij ſuam indicant falſitatem, & Suſanna in ipſo judicio victrix exultat.

Dan.13.

QUÆSTIO III.

Quare cum Feſtus ſe offerat Paulo judicem in ſuâ causâ Paulus rejicit, & recuſat dicens Cæſarem appello.

20. *Ratio dubitandi.* Dixit Feſtus Paulo verſ.9. *Vis aſcendere Ieroſolymam, & ibi judicari apud me*: recuſat, & rejicit Paulus; *ad Tribunal Cæſaris ſto: Cæſarem appello*; quod optimo jure, & ſapientiſſime fecit Paulus, quia vidit Feſtum correptum, & totum inclinatum ad gratiam, & favorem impendendum Judæis; & in tali caſu leges præcipiunt, & diſponunt judicium declinare, & ſuperiorem advocare. Unde ait Turrecremata in Summa de Eccleſia cap.96. ad 3. quod *Feſtus erat de facto judex Pauli, quamvis non de jure*, cum eſſet totus propenſus ad partes contrarias, & ideo inutiles ad munus judicis obeundum.

Turrecremata.

21. Exod.18. *Iudex integer affectus, ut peculiares valeat domare.* Ait Jethro Moyſ. Exod.18.n.21. *Provide autem de omni plebe viros potentes timentes Dominum*, nempe ad judicandum populum, *potentes*, ait, ut nulli indigeant, & ſibi ſufficiant, vel *potentes*, ait, qui ſint valde generoſi, ut valeant compeſcere animi affectus, nec magis ad hanc, vel illam partem inclinare, ſed ut recto tramite ambulent: non ſolum ſufficit, quod judex, ſit doctus bonis moribus imbutus, ſed inſuper requiritur, ut ſit potens conſtantiâ, & fortitudine, ut puniat, & abſolvat, prout juſtitia dictat, & poſtulat. Abulenſ. ibi q.6. ait: *In judice requiritur quadam conſtantia, & vis animæ, ut ipſe judex ſit fortis animo, non formidans rectè judicare, & executioni mandare ſententiam propter aliquam perſonam, ſed cogat omnes in virga ferreâ, id eſt, rectâ, & directâ.*

Abulenſ.

22. Caietan. Caietanus ex Hebræo legit: *Viros veritatis*; Vir mulieris eſt ejus Sponſus; cum ergo Judex dicatur; *Vir veritatis*, eſt tanquam ſponſus illius, & ab ea non debet ſeparari, ac dividi, Caietan. ait: *Clarius habetur in Hebraeo viri veritatis, ſicut dicitur vir ſanguinum, qui effuſor multi ſanguinis; ita dicitur Vir veritatis, qui ſectator eſt veritatis, & quod ſit verax tum dicendo, tum faciendo, quod dixit, & veritas rerum geſtarum, & teſtium, & ejuſmodi inveniet locum ſuum.*

23. Diſponit lex Divina Exodi 28. n.8. de rebus furto ablatis, cum de Latrone non conſtat, ait lex: *applicabitur ad Deos*; magnâ indagine quærunt interpretes, quinam ſunt iſti, qui dij vocantur. D. Gregor. in Ezechiel. intelligit Sacerdotes: at Iſidorus Peluſiot.lib.5.epiſtol.175. judices: nam ſicut ſummus Deus, ſummus omnium judex pollet ſagaciſſimâ mente ab omni paſſione liberâ, ſic & judices, ut dij cenſeantur, ſagaciſſimo ingenio debent eſſe præditi ad cauſas diſcutiendas, ac examinandas, & ab omni affectu mens eorum ſit libera, ut nullius gratia flectatur ad hanc, vel illam partem: Iſidorus citatus ait: *Iudicem opus eſt & ſagacem, & integrum eſſe, pudoreque, ac blanditijs, & metu ſuperiorem, nam ſi cujuſvis horum affectu ſuccumbat, judicis religionem obteret.*

Exod.18 *Iudex Deus dicitur, ut ſit liber à paſſionibus.* D.Greg. D.Iſid.

QUÆSTIO IV.

Quare D. Paulus non vult judicari Ieruſalem, ſed Tribunal Cæſaris requirit?

Ait Feſtus Paulo: *Vis Ieroſolymam aſcendere, & ibi de his judicari apud me.* Nil magis gratum, ac jucundius poterat homini contingere, quam quod ei darentur judices compatritij, ac naturales ex eadem patriâ, ac civitate, quod pro magno beneficio concedebat Deus populo ſuo, Oſe.2.n.15. *Dabo vinitores ex eodem loco.* At Paulus refutat, & recuſat, & ait: *Ad Tribunal Cæſaris ſto.* Cur potius vult judicari ab homine ethnico ſine fide, & verâ cognitione Dei, quam à Jeroſolymitano, qui pollebat Dei doctrinâ, pietate, ac lege. 24. *Difficultas quæſtionis.* Oſe.2.

Reſpondet Philippus Abbas epiſtol.9. & ſic ait: *Vis ad Civitatem Ieroſolymam proficiſci, ut ibi merearis, quod juſtum æſtimas, plenius adipiſci, ubi lex tua viget, ubi Principes tua gentis converſantur, qui pondus, & pondus abhorrentes, examen ſubdolum averſantur: ubi fons miſericordiæ, ubi ſedes juſtitiæ reperitur? At ille ſciens in Ieroſolyma tale quid non haberi, eamque legis vinculo, miſericordiæ affectu, juſtitiæ perpendiculo non teneri; exhorret, & recuſat illius judicio præſentari, prudenti conſilio magis eligens apud extraneos judicari: Ad tribunal* (inquiens) *Cæſaris ſto.* Sciebat Apoſtolus, quod quamvis Jeruſalem eſſet Civitas gentis ſuæ, & quaſi communis patria, tamen jam in eâ non vigebat lex, juſtitia, & pietas, ſed prævaricatio, æmulatio, & ideo Apoſtolus prudentiſſime eorum judicium declinat, & extraneum, ac ethnicum requirit dicens: *Ad tribunal Cæſaris ſto.* 25. Philipp. *Eccleſiaſtici deficientes crudeliſſimi.*

Scribit D.Lucas 18. n.2. *Iudex quidam erat in quadam Civitate, qui nec Deum timebat, nec homines reverebatur*: tamen vidua quædam Civitatis illius vehementer eum præcipuè urgebat, ut eam vindicaret de injuriâ ſibi illatâ per ſuum adverſarium; & illius precibus fatigatus judex ſecum dixit: *Et ſi Deum non timeo, nec hominem revereor, tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in noviſſimo veniens ſuggillet me*; & quamvis tam malus, ac peſſimus eſſet, cauſa viduæ apud illum bene judicatur: verte oculos ad Iſaiam 1. n.21. ubi deplorans Propheta ait: *Quomodo facta eſt meretrix, Civitas fidelis plena judicij? juſtitia habitavit in eâ, nunc autem homicidæ: Principes tui infideles, ſocij furum: omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones: pupillo non judicant; & cauſa viduæ non ingreditur ad illos.* Ecce apud judicem infidelem, & peſſimum, qui nec Deum timebat, & homines contemnebat, cauſa viduæ auditur, & dijudicatur: apud illos ſecus contingit, apud Iudices, & 26. Luc.18. *Viri perfectioris vita ſi deficiunt peiores omnium.* Iſai.1.

Principes

Principes Ieroſolymitanos, qui erant enutriti in Civitate ſanctâ, ſub doctrinâ legis Divinæ, ac imbuti fide divina: *pupillo non judicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos.* Unde tanta rei differentia? Crede mihi, ſi illi, qui perfectioris vitæ ſunt, ac ſub bonâ diſciplinâ educati, paſſione aliquâ moventur, ac pravis moribus immerguntur, crudeliſſimi, ac valde inhumani omnium peiores debaccantur.

27. Math.27 Cum in cruce moritur meus Ieſus facta ſunt prodigia magna; Sol obſcuratur; terra tremet; petræ ſcinduntur: ut ſcribit D.Matth.27.n.14. *Centurio autem, & qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum, viſo terramotu, & his, quæ fiebant, timuerunt valde dicentes: Verè filius Dei erat iſte*; & poſt pauca videamus, quid ſcribat D.Matth. n.61. *Convenerunt Principes Sacerdotum, & Phariſæi ad Pilatum dicentes: Domine recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit*, &c. Confer modo inter ſe Centurionem Romanum, & Sacerdotes Iudaïcos; milites Romanos, & Phariſæos legis Doctores, & tanquam religioſos perfectioris vitæ: omnes iſti viderunt Christi crucifixi virtutes in tot prodigijs, ſignis, & mirabilibus; Romani ethnici dicunt *Filium Dei*: Sacerdotes, & Phariſæi dicunt *Seductorem*: Sacerdotes, & Phariſæi erant perfectioris ſtatus, maximè in lege, ac ejus doctrinâ; cum tamen eſſent depravatis, ac peſſimis moribus imbuti, & multa paſſione, ac odio inficionati, omnium maligniſſimi, ac nequiſſimi, facta illa, quæ inſenſibilia cenſebant, & teſtificabantur, ipſi ſuâ peſtiferâ obduratione non agnoſcebant. D.Leo ſer.17.de Paſſ. ait: *Cum Centurio territus ijs, quæ viderat diceret: Verè Filius Dei erat iſte homo: impietatem tamen Iudaicam monumentis, & petris omnibus duriorem nulla proditur digna compunctio; ut appareat paratiores ad intelligendum filium Dei fuiſſe Romanos milites, quam Iſraeliticos Sacerdotes.*

Invidia religioſorum crudelior.

D.Leo.

QVÆSTIO V.

Quare D.Paulus, qui vehementer optabat mortem, nunc occaſione datâ illam differt?

28. Philip.1. Dicebat Paulus Philip.1.n.23. *Deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.* Apoſtolus vehementer exoptabat mori; nunc datur occaſio mortis ſententiâ prolatâ à Feſto, ac à cæteris Sacerdotibus, eam differt, & ad illam interponit multum temporis dicens: *Ad tribunal Cæſaris ſto, ubi me oportet judicari.*

Difficultas quæſtionis.

29. D.Atha. Reſpondet primò D. Athanaſ. in Apologia de fugâ ſuâ, & ait: *Non enim præ timore operam fugæ præbuit, quin potius fugam habebat pro paleſtra, & meditatione adverſus mortem.* Fugit Paulus mortem, & multum tempus interponit ad illam, & id non timore mortis, ſed amore, ut tanto tempore dilatato majus haberet ſpatium ad paleſtram, exercitium, ac meditationem mortis, ut ſic de illâ glorioſè triumpharet; dum quis fugit aliquem, ſemper illum habet in mente, & ante oculos. Fugit Paulus mortem, ut per multum tempus in eâ habeat meditari, & ad illam ſe diſponere, ac præparari; & ſi hoc faciebat D.Paulus, quid nos facere debemus. Vide ſupra cap.20.q.6.n.61.62.63.

Meditatione mortis vincitur mors.

30. Secundò, (ut jam dixi) vicit Paulus Feſtum præſidem inclinatum ad favorem Iudæorum, & iden ſecundum omne jus ad ſuperiorem appellat: deinde pro honore Reipublicæ Chriſtianæ noluit infamari, ac condemnari per falſos teſtes, tanquam amotinator populorum, templi violator, ac legum contemptor, ut jam dixi cap.22.q.7.n.49.50.51.52. ne diceretur, quod Doctor, ac Magiſter Chriſtianorum erat ſeductor, ac violator Templi, & Legum.

Nolebat infamiâ.

Tertiò cum Paulus eſſet in Ieruſalem cap.23.n.1. *Nocte aſſiſtens ei Dominus ait: Conſtans eſto, ſicut enim teſtificatus es de me in Ieruſalem, ſic te oportet & Romæ teſtificari.* Alia divinâ Providentiâ erat ordinatum, ut ipſe teſtimonium perhibeat de Chriſto Romæ, inde ipſe ad tribunal Cæſaris appellat, ut divina diſpoſitio impleatur, & ad multorum ſalutem, ac converſionem ad fidem, & ad majus meritum Pauli, nam quamvis ipſe vehementiſſime optaret eſſe cum Chriſto, & ejus præſentia gaudere, tamen pro ſuâ vehementiſſimâ charitate magis eligebat inſervire, ob utilitatem aliorum, quam pro ſua exuberanti lætitiâ frui optatâ Dei præſentiâ. 31. Act.23.

Magis volebat inſervire Romæ, quam gaudere in Cælo.

Vehementiſſime deſiderabat Moyſes videre Dominum, unde dicebat: *Oſtende mihi faciem tuam*: Exod.33.n.19. Cui reſpondit Dominus: *Non poteris videre faciem meam: non videbit me homo, & vivet.* Ibidem n.20. Unde merito admiratur D. Auguſt. in Soliloquijs, cur Moyſes ſtatim non exclamat: *Fac Domine moriar, ut te videam*, ſi audit, quod non poteſt Deum videre, niſi interveniente morte, cur ipſam non poſtulat, ut ſui deſiderij ſitim adimpleat? Tam alta, & ſublimis erat Moyſis charitas, quod potius volebat vivere inter populi contradictiones, ut Deo inſerviret inſtruens, & illuminans populum in Dei religione, ac adoratione, quam maximè ejus præſentiâ exuberanter delectari, ac ſupremo gaudio ex ejus viſione repleri, eligebat magis famulare, quam illâ ſupremâ gloriâ ſatiari. 32. Exod.33. D.Aug.

Moyſes magis vult ſervire, quam poſſidere.

Scribit Iſai.6.n.2. quod vidit Dominum in throno pompoſo, & magnifico *Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ uni, & ſex alæ alteri; duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus*: ex Hebræo multi legunt, *velabant facies ſuas.* Seraphim vehementiſſimo affectu appetunt Dei viſionem; *in quem deſiderant Angeli proſpicere.* Si Seraphim circunſtant Dei thronum, ejus Divinâ præſentiâ gaudentes, ad quid velant facies ſuas? quo motivo volunt ab illâ ſuprèmâ Dei viſione ſe privari? Aſpiciebant illi divini Spiritus, quod neceſſarium erat volata in terram ad purificandum Iſaiam: *Et volavit ad me unus de Seraphim, & tetigit os meum, & dixit; ecce hoc tetigit labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur*, Ibid.n.6. Seraphim facies ſuas velant, ne ſupremæ illius majeſtatis viſione retineantur, & impediantur, ut ſubveniant homini peccatori. Ecce quantum refulget charitas Sanctorum Seraphim, qui ſunt Spiritus toto amore inflammati, qui eligunt pro brevi morula, noſtro dicendi modo ſuſpendi ab illa ſuprema præſentia, ut hominem pollutum valeant mundare, eique inſervire ad Dei obſequium. 33. Iſai.6.

Seraphim maximè fulgent charitate.

Actor.25.n.13. Et cum aliqui dies tranſiſſent, Agrippa Rex, & Bernice deſcenderunt Cæſaream ad ſalutandum Feſtum.

Verſiones,

TERTIA EXPOSITIO uſque ad Verſ.18.

Verſ.13. Aliquot dies tranſacti eſſent, venit Rex Agrippa Chalcidis cum Bernice ejus ſorore, vel uxore ſecundum diverſos Auctores 34.

Syriac. res *ad ſalutandum Feſtum.* Syriacus : *Ut poſtula-*
rent pacem, id eſt, ut darent ſalutationem pacis,
nam iſte Agrippe obtinuit regnom à Cæſare, &
quia Feſtus miſſus erat à Cæſare, ot locum illius
teneret in Iudæâ præſideos, de oovo adveniens,
cum ſorore ſuâ ad eum ſalutandum venit Rex
Agrippa, de quibus q. ſequenti.

35. Verſ.14. & 15. Et poſt plures dies narrat Feſtus
Regi, quomodo à ſuo anteceſſore Felice ei fuerit
relictus quidam vir vinctus, qui in Ierusalem for-
titer poſtulatur ad mortem.

36. Verſ.16. *Non eſt Romanis conſuetudo damnare*
Syriac. *aliquem :* Syriac. *Ad mortem* ; oiſi prius accuſato-
res crimina proferant, & reus audiatur ; & hoc eſt
de jure naturæ, de quo q.7.

37. Verſ.17. 18. *Cum ergo conveniſſent omnes*, & ſe-
dens ego pro tribunali meo, aſtiterunt accuſatores,
& nullam cauſam deferebant, de quibos ego ſuſpi-
Syriac. cabar. Syriacus : *Culpam flagitioſam adverſus eum.*
Arabic. Arabic. *Ex ijs, quibus criminabatur :* ita ut nullum
crimen ſuſpicari poſſem.

QUÆSTIO VI.

Quiſnam eſſet Rex Agrippa, & Bernice.

38. Act.12. HIc Agrippa non fuit ille ſenior, qui ab Ange-
lo percuſſus interijt cap.12. n.23. ſed ejus fi-
lius, & frater Druſillæ, & ut aliqui volunt Berni-
ce, de quo ſtatim ; & cum iſte Agrippa puer eſſet
Quis Agrippa. Romæ, mortuo patre à Claudio Imperatore crea-
tus rex Chalcidis ; deinde Tetrarcha Philippi, &
Traconitis ei adjecta, & Judæa erat ſub præſidibus
Romanis, & ideo ipſe venit ad ſalutandum novum
Præſidem Romanum Feſtum.

39. Agrippa nomeo eſt Romanum, & non Hebræum,
ſic dictum ab ægro partu, vel ab ægritudine, qui ut
Gellius. teſtatur Gellius lib.6. cap.16. naſcendo, non caput,
Agrippa nomen. ſed pedes primi extiterunt, & ſuus partus eſt diffi-
cillimus ; vel ſic dictus in gratiam M.Agrippæ, qui
fuit gener Auguſti Cæſaris.

40. Bernice. Bernice ; multæ fuerunt hoc nomine dictæ ; iſta,
de quâ eſt ſermo in præſenti, fuit filia Herodis Aſ-
calonitæ, & Herodis junioris non ſolùm ſoror, ſed
Ioſeph. etiam concubina extitit ; de quo Joſeph. lib.20.
D.Chryſoſt. Antiquit.cap.5. Unde à D.Chryſoſt. uxor ejus ap-
Arabic. pellatur, quod etiam habet lectio Arabica ; & ſe
intime diligebant, ut ſemper ſe mutuo adhærerent,
Tacitus. & minimè ſepararentur. Addit Tacit. lib.1.Hiſtor.
quod Veſpaſianus eam cum filio ſuo Tito nupſit ;
de his duobus multa plura referuot Lyraous, &
Cornelius.

QUÆSTIO VII.

Quare Feſtus ait, quod non ſit conſuetudo Roma-
nis aliquem inauditum condemnare, cum hoc
ſit de jure gentium.

41. AIt præſidens Feſtus, tamquam quid valde pe-
culiare verſ.16. *Non eſt Romanis conſuetudo*
aliquem inauditum condemnare ; cum illud ſit de
jure gentium, & majori ex parte multæ nationes
habebant in oſu, & maximè hoc vigebat apud Ju-
dæos lege Divina illuminatos, ut dixit Nicodemus
in quodam Concilio : *Numquid lex noſtra judicat*
hominem, niſi prius audiatur, & cognoverit, quid
Ioan.7. *faciat*, Ioan.7. n.51.

41. Reſpondeo, verum eſſe non judicare, ac con-
demnare, niſi audita parte, erat legis ordinatio
apud Romanos, Judæos, & alios ; ac hoc diſcrimi-
oe apud Romanos, obſervatâ lege, prout ipſa diſ-
ponebat, res verè, & ſincerè determinabatur ; at
apud Judæos, & alios, non rigor legis, ſed affectio,
ac malevolentia dominabatur io ſententiâ profe-
rendâ.

Et ubi lex violatur, idem eſt, ac ſi nulla ibi eſſet 43.
lex ; dicitur Thren.2.n.9. *Non eſt lex, & Propheta* Thren.2
non invenerunt viſionem : quomodo dicitur, quod
in Jeruſalem non eſt lex, cum ibi maximè vigeret
lex Divioa. Rabbanus, Theodoret. Vatabl. non erat Rabban.
lex Divina obſervata, ſed neglecta, & ubi lex Di- Theod.
vioa violatur, idem eſt, ac ſi ibi nulla eſſet lex. Vatabl.

Et ferè in eodem ſenſu Ezech.7.n.16. *Lex peri-* 44.
bit à Sacerdote, & conſilium à Senioribus : Ecce Ezech.7
juxta D.Gregor. extrema Reipobl. miſeria ; quod *Lex perit, ſi cū veritate*
vera, & genuina intelligentia legis prævaricatur à *non explicatur.*
Sacerdote, contra veritatem detorqoetur ad falſos
ſenſus, ut inde arripiat artem licentioſius vivendi,
ac agendi. Diſponebat lex, ut Pontifex in pectore
quadratum rationale judicij, in quo erat ſcriptum
Doctrina, & Veritas : Exod.28.n.10. Quia Sacerdo- Exod.28
tes, cum ſuſtinent officium judicis ejus doctrina ſit
in purâ, & ſincerâ veritate, cum vita quadrata, &
perfecta. Arnald. tract. de ſeptem Verbis, quæ ad Arnald.
Divinam judicis regulam quadrare debet, quæ-
cumque vel doceat, vel agat, vel ſtatuat, vel corri-
gat, ſcilicet ad veritatis doctrinam.

Cum Moyſes eſſet in monte loquens cum Deo, 45.
prolapſus eſt populus in idololatriam adorans vi-
tulum, & cum appropinquaſſet, & vidiſſet Moyſes,
Iratus valde projecit de manu tabulas, & confregit
eas ad radicem montis, Exod.32.n.20. Tabulæ illæ Exod.32
cum eſſent ſcriptæ digito Dei in ſummo cultu erant
habendæ, cum id illuſtriſſimum habens, quod eſſent *Supervacanea eſt*
ſcriptæ manu, ac digito Dei ; tamen fregit illas, *lex, ubi*
cum vidiſſet populum legis Dei contemptorem, & *violatur.*
merito judicavit fruſtraneam eſſe illi legem, nam,
qui illam ſpernit, ſic vivit, ut nulli ſubjiciatur, &
nulla eſt illi talis mandatorum obſervantia. D.Am- D.Ambr
broſ. lib. de Elia, & jejunio, ait : *Quo ſpectaculo*
motus Moyſes fregit tabulas, indignum judicans, ut
ebrio populo lex daretur.

Actor.25. num.19. Quæſtiones vero quaſdam
de ſuâ ſuperſtitione habebant adverſus
eum de quodam JESU defuncto, quem
affirmabat Paulus vivere.

Verſiones,

QUARTA EXPOSITIO
uſque ad Verſ.22.

Verſ.19. QUæſtiones vero quaſdam circa ipſo- 46.
rum Judæorum religionem, & verè
eam appellat ſuperſtitionem ; ſuperſtitio eſt vana,
& ficta religio, nam per legem Chriſti, Judæorum
religio evanuit, & reddita eſt ficta, & tota mendax
ſine ullâ veritate. *De quodam Ieſu defuncto*, & lo-
quitur per contemptum.

Verſ.20. *Hæſitans autem ego.* Mentitur Feſtus, 47.
nam ipſe noo hæſitabat, ſed poſitivè volebat mit-
tere Paulum in Jeruſalem, ut ibi condemnaretur ad
mortem ; ſed ita loquitur, ut coloraret ſuum pec-
catum, ut notat Chryſoſt. D.Chryſoſt.

Deinde Feſtus ſibi ipſi contradicit, nam ſupe- 48.
riori Verſ.5. religionem Judæorum appellavit ſu-
perſtitionem, id eſt, vanam, & fictam, & quia Pau-
lus

lus eam talem prædicabat, ideo accuſatur, incarceratur; Si tu ô præſidens Feſtus agnoſcis verum eſſe, quod Paulus prædicat, cur contra omne jus, eum retines in carcere.

49. Verſ.21. *Paulo autem appellante ut ſervaretur ad Auguſti cognitionem*; nempe Neronis. Omnes Imperatores Romani vocati ſunt Cæſares à Julio Cæſare primo Imperatore; ita etiam vocabantur Auguſti ab Auguſto Cæſare, eo quod multum auxit Imperium, & etiam, quia Auguſtus quid venerandum ſignificat, & inſtar numinis colendum.

50. Verſ.22. *Agrippa autem dixit ad Feſtum:* Agrippa Judæus erat, & multa magna audierat de Paulo, & ex his, quæ retulit Feſtus, maximè ex curioſitate excitatum eſt illi deſiderium videndi, & audiendi Paulum.

QUÆSTIO VIII.

Quare Feſtus tractans de Chriſto Domino ait, quod Paulus loquebatur de quodam JESU *defuncto?*

51. AIt Feſtus, quod accepiſſet verba Pauli: *De quodam* Jſsu *defuncto, quem affirmabat Paulus*; tamquam per contemptum, & quaſi quid ignotum, & quod ipſe ignorabat; de quodam JESU defuncto, dicebat; cum ſanctiſſimum nomen Jſsu, tot, & tantis mirabilibus, quæ ipſe eſt operatus, ac ejus ſanctiſſimo nomine operabantur Apoſtoli, totum implerent Orbem, & tamen dicit, de quodam Jſsu defuncto, tanquam per contemptum, ac quid ignotum.

52. D.Chryſoſt. Rectè reſpondet D.Chryſoſt.homil.51.in Acta: *Feſtus* (ſic loquitur) *merito de quodam Ieſu dicit, utpote principatum gerens, eaque non curans, quæ erant ad ſalutem*: ignotum magnatum vitium, quod ſolum cogitant de pompoſo eorum ſtatu, ac de vanitate ſæculi, de his vero, quæ ad eorum ſalutem ſpectant, nihil cogitant; tamquam poſt tergum mittunt, nec ſcire nomen, nec in ejus ſchola verſari deſiderant, totumque negotium animæ prohibitum erat; Feſtus ut præſeos, ac principatum gerens de illis non cogitabat, ſed in oblivionem habebat, *utpote* principatum gerens, eaque non curans.

Ea, quæ Dei ſunt, non curat prætor.

53. Cum adduceretur meus JESUS ad Caïpham Pontificem, *Qui interrogavit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina ejus*, Ioan.18.n.18. Doctrina Chriſti valde publica, & notoria erat: unde Chriſtus Jeſus ait: *Ego in occulto nihil loquutus ſum; interroga eos, qui audierunt.* Sic & diſcipuli Chriſti valde cogniti, & noti; unde frequenter Iudæi de illis faciebant quæſtiones. *Quare diſcipuli tui non*

Math.15. *lavant manus?* Matth.15.n.22. *Quare diſcipuli tui*

Matth.9. *non jejunant?* Matth.9.n.14. Cum Chriſti diſcipuli colligerent ſpicas in Sabbato, accuſant Phariſæi dicentes Chriſto: Quare diſcipuli tui faciunt

Math.12. ea, quæ non licet facere in Sabbato? Matth.12.n.2. ſi tam noti, ac cogniti erant: Cur Pontifex de eis interrogat, ac ſi de eis nullam penitus haberet notitiam; ſicut & de Chriſti doctrinâ: unde illi tanta ignavia? erat Caïphas magnus Princeps, utpote Summus Pontifex, Chriſti doctrinam tenere, ejus diſcipulos agnoſcere, omnino ab animo exciderat, & nihil de ſpirituali emolumento cogitabat, ſed totus erat ad captandos vanitatis ventos.

Salutaria Principes contemnūt.

54. Luc.23. Scribit D.Lucas de Herode cap.23.n.8. *Erat cupiens ex multo tempore videre Ieſum; eo quod audierat de eo multa:* ſi tanto deſiderio videndi Chriſtum tenebatur; cur per Legatos non vocat eum ad ſe maximè, cum frequenter verſaretur Chriſtus in Galilæa? vel cur non quærit, vel advenit ad ipſum Divinum Magiſtrum? ſicut modo venit in Ieruſalem ad celebranda Paſchalia feſta, vel ut ad civitatem regiam ad plura ſua negotia? In hoc Principum conditionem gerebat Herodes, qui toti mundialibus implicati, de cœleſtibus nullo modo dedignantur agere. Huc advoco id, quod dicit D.Chryſoſt.homil.49. in Matth. *Hujuſmodi certè ſunt, qui vivunt in principatu, quoniam facta rerum plurimarum ſibi arrogant, parvi facientes cætera, & fere perdiſcant.*

Principes temporalia in magnū, cætera parvi.

D.Chryſoſt.

QUÆSTIO IX.

Quare tam impudenter loquitur Feſtus de JESU *Sanctiſſimo veluti de uno defuncto?*

FEſtus diabolica malitia plenus loquitur de quodam Ieſu defuncto, quia ipſum contemnebat, nolens eum ſcire, & audire, & ideo in grandem iram incidit, & ſibi mortem crudeliſſimam negotiavit, ut accidit eis, qui verba contemnunt audire. 55.

Ait Zacharias Propheta 5. n.2. *Video volumen volans:* ex Græco; D.Chryſoſt.homil.15.& 19.ad populum, Theod. D.Cyril.& Græci ibi legunt, *falcem*, ac ſi dicat Propheta; *video falcem*, ut volans; & quæ eſt connexio inter librum, & falcem; explicat Propheta ſtatim n.3. *Hæc eſt maledictio*, qui enim volumen legis Dei nec legit, nec audit, habet pro maledictione falcem Divinæ iræ ad interitum. D.Gregor. lib.15. Moralium cap.8. ait: *Quia hæc ſacra eloquia ad æternam damnationem ſunt iis, qui ea vel ſcire nolunt, vel ſciendo contemnunt, rectè de libro ille dicitur, hæc eſt maledictio.* 56.

Zach.5. D.Chryſoſt. D.Cyril. Theod.

Graviter puniuntur, qui verba Dei non audit.

Hanc grandem pœnam minatur Moyſi Sacerdoti, dum extremam partem auriculæ ejus, extremamque manum, & pollicem ſanguine reſpergit, Levit.8. n.23. ſumens Moyſes *de ſanguine ejus*, ſcilicet victimæ, *tetigit extremum auriculæ dexteræ Aaron, & pollicem manus dexteræ.* Cur ſanguis in auricula, & manu? manu opus, auriculâ ſignatur auſcultatio. Oleaſt. ibidem ait: *Ut intelligat Pontifex ſe ſanguinis pœnas daturum, ſi divina mandata, aut non audiret, & opere non compleret.* 57.

Levit.8. *Ignavia in audiendo dabit grandes pœnas.* Oleaſt.

Actor.25. n.23. Altera autem die cum veniſſet Agrippa cum multâ ambitione, & introiſſet in auditorium cum Tribunis, & viris principalibus Civitatis, jubente Feſto adductus eſt Paulus.

Verſ.23. *CUm ambitione multa.* Syriac. *Cum multo apparatu.* Arabic. *Cum multo faſtu.* Cum Rege Agrippa introierunt *in auditorium*, ubi partium cauſæ audiebantur, multis magnis viris aſtantibus, adducitur Paulus ex cuſtodiâ. 58.

Syriac. Arabic.

Verſ.24. *Et Feſtus* primus ait: Hic eſt ille, quòd cum ego eſſem Ieruſalem, multitudo Iudæorum clamavit oportere hunc virum non vivere, ut multitudine clamoris obtinerent, quod meritis non poterant impetrare. 59.

Verſ.25. *Ego vero comperi*; quamvis Feſtus eſſet maximè inclinatus in gratiam, & favorem Judæorum, tamen fatetur nil criminis in eo inveniſſe, ac proinde, appellante Paulo, ad Auguſtum determinat mittere. 60.

Verſ.26.

Verſ.26. *Et quid certum ſcribam Domino*, ſcilicet Neroni Cæſari, certè ſic appellabatur Imperator, cum ſub ſuo Imperio obtineret ſubjectam majorem partem orbis, tamen hunc titulum recuſavit (Auguſtus Cæſar), & noluit ut appellaretur (Dominus), ut reſtatur Tertull.in Apolog.34. & Dion. lib.11. & hoc factum eſt Divinâ Providentiâ, quia tunc naſcebatur Chriſtus noſter Salvator, Dominus dominorum, & Rex regum: Turcæ ſuum Imperatorem vocant; Magi, Dominum, & Perſæ dicunt Sultanum, id eſt, Dominum.

Tertull. Dion.

CAPUT XXVI.

1. *Agrippa verò ad Paulum ait, permittitur tibi loqui pro temetipſo. Tunc Paulus extensâ manu cœpit rationem reddere.*
2. *De omnibus, quibus accuſor à Iudæis, rex Agrippa, æſtimo me beatum, apud te cum ſim defenſurus me hodie.*
3. *Maximè te ſciente omnia, quæ apud Iudæos ſunt conſuetudines, & quæſtiones: propter quod obſecro patienter me audias.*
4. *Et quidem vitam meam à juventute, quæ ab initio fuit in gente meâ in Ieroſolymis, noverunt omnes Iudæi.*
5. *Præſcientes me ab initio (ſi velint teſtimonium perhibere) quoniam ſecundum certiſſimam ſectam noſtræ religionis vixi Phariſæus.*
6. *Et nunc in ſpe, quæ ad patres noſtros repromiſſionis facta eſt à Deo, ſto judicio ſubjectus.*
7. *In quâ duodecim tribus noſtræ nocte, & die deſervientes, ſperant devenire. De qua ſpe accuſor à Iudæis, rex.*
8. *Quid incredibile judicatur apud vos, ſi Deus mortuos ſuſcitat?*
9. *Et ego quidem exiſtimaveram, me adverſus nomen Ieſu Nazareni debere multa contraria agere.*
10. *Quod & feci Ieroſolymis, & multos Sanctorum ego in carceribus incluſi, à Principibus Sacerdotum poteſtate accepta: & cum occiderentur, detuli ſententiam.*
11. *Et per omnes Synagogas frequenter puniens eos, compellebam blaſphemare: & amplius inſaniens in eos, perſequebar uſque ad exteras Civitates.*
12. *In quibus dum irem Damaſcum cum poteſtate, & permiſſu Principum Sacerdotum.*
13. *Die media in via, vidi, rex, de cœlo ſupra ſplendorem Solis circumfulſiſſe me lumen, & eos, qui mecum ſimul erant.*
14. *Omneſque nos cum decidiſſemus in terram, audivi vocem loquentem mihi Hebraica lingua: Saule, Saule, quid me perſequeris? durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.*
15. *Ego autem dixi, Quis es Domine? Dominus autem dixit, Ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris.*
16. *Sed exurge, ſta ſuper pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, ut conſtituam te miniſtrum, & teſtem eorum, quæ vidiſti, & eorum, quibus apparebo tibi.*
17. *Eripiens te de populis, & gentibus, in quas nunc ego mitto te.*
18. *Aperire oculos eorum, ut convertantur à tenebris ad lucem, & de poteſtate Satanæ ad Deum, ut accipiant remiſſionem peccatorum, & ſortem inter Sanctos per fidem, quæ eſt in me.*
19. *Unde, rex Agrippa, non fui incredulus cæleſti viſioni.*
20. *Sed his, qui ſunt Damaſci primum, & Ieroſolymis, & in omnem regionem Iudææ, & gentibus annuntiabam, ut pœnitentiam agerent, & converterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes.*
21. *Hac ex cauſa me Iudæi, cum eſſem in Templo, comprehenſum tentabant volentes me interficere.*
22. *Auxilio autem adjutus Dei, uſque in hodiernum diem ſto, teſtificans minori, atque majori, nihil extra dicens, quam ea, quæ Prophetæ locuti ſunt futura eſſe, & Moyſes.*
23. *Si paſſibilis Chriſtus, ſi primus ex reſurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus eſt populo, & gentibus.*
24. *Hæc loquente eo, & rationem reddente, Feſtus magna voce dixit, Inſanis Paule: multæ te litteræ ad inſaniam convertunt.*
25. *Et Paulus, non inſanio* (inquit) *optime Feſte, ſed veritatis, & ſobrietatis verba loquor.*
26. *Scit enim de his rex, ad quem & conſtanter loquor,; latere enim eum nihil horum arbitror. Neque enim in angulo quicquam horum geſtum eſt.*
27. *Credis rex Agrippa Prophetis? Scio, quia credis.*
28. *Agrippa autem ad Paulum: In modico ſuades me Chriſtianum fieri.*
29. *Et Paulus: Opto apud Deum, & in modico, & in magno: non tantum te, ſed etiam omnes, qui audiunt hodie fieri tales, qualis & ego ſum, exceptis vinculis his.*
30. *Et exurrexit rex, & præſes, & Bernice, & qui aſſidebant eis.*
31. *Et cum receſſiſſent, loquebantur ad invicem, dicentes, Quia nihil morte, aut vinculis dignum quid fecit homo iſte.*
32. *Agrippa autem Feſto dixit, dimitti poterat homo hic, ſi non appellaſſet Cæſarem.*

ARGVMENTVM.

AGRIPPA rex, & Feſtus præſes faciunt facultatem Paulo dicendi; ipſe vero tam ſublime, & alte, & cum multo fidei zelo, ac ardore dat rationem de totâ ſuâ vitâ, ac moribus, & rebus à ſe geſtis, ut exclamet Feſtus eum per multam ſapientiam inſanire, & rex Agrippa inclinatur in religionem Chriſtianam.

Actor.26.n.1. Agrippa vero ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipſo: tunc Paulus extentâ manu cœpit rationem reddere.

Verſiones,

PRIMA EXPOSITIO
uſque ad Verſ.6.

1. Verſ.1. A*Grippa ad Paulum: Permittitur tibi.*
Arabic. Arabic. *Præcipimus tibi, ut propriam*
Syriac. *cauſam dicas.* Syriac. addit: *Deprompſit ſpiritum*; id
eſt, valde generoſè cum multâ fiduciâ loquutus eſt,
extenta manu, non ad ſilentium captandum, ut vole
Apuleus. Apuleus ſed more concionatorum ad multam li-
bertatem, & authoritatem indicandam.
2. Verſ.2. *De omnibus, quibus accuſor à Iudæis, rex*
Agrippa; dirigit ſermonem ad ipſum, quia jam co-
ram Feſto dixerat ſuam cauſam; & ait: *Beatum me*
exiſtimo, id eſt, multæ meæ eſſe felicitatis, quod ta-
lem judicem obtineam; & hæc non adulando dicit
Paulus, ſed verè, & ſincere dixit, quia ipſe Agrippa
Ioſeph. erat vir bonæ indolis, & ſedatæ mentis, prudens, &
D. Chryſoſt. intelligens, ut de eo teſtatur Joſephus lib.2. Belli
cap.16. & D.Chryſoſt. homil.33.in 1.Corinth.
3. Verſ.3. *Maximè te ſciente omnia*, præſertim, ac
præcipuè cum agnoſcam te ſcire omnia, quæ ad
præſentem controverſiam cum Judæis pertinent;
nam ipſe Agrippa erat Judæus, ut jam dixi, ex Jo-
ſepho, & alijs, ideo, obſecro, *ut patienter me au-*
Syriac. *dias.* Syriac. *Ut attento animo me audias.*
4. Verſ.4. *Et quidem vitam meam à juventute*, id eſt,
Syriac. meos mores, ac actus: Syriac. *Converſationes meas à*
Arabic. *pueritiâ.* Arabic. *Meam quidem rationem*, ſcil. vitam.
5. Verſ.5. *Præſcientes me ab initio*, nempe à pueritiâ
mea apertè ſciunt me vixiſſe; *ſecundum certiſſimam*
Syriac. *ſectam noſtræ religionis vixi Phariſæus.* Syriac. *Præ-*
Arias. *ſtantiſſimâ diſciplinâ Phariſæorum.* Arias: *Diligentiſ-*
Caietan. *ſimam.* Caiet. *Exactiſſimam*; qui, ut refert Mariana,
teſte Talmud; apud Phariſæos ſeptẽ extabant ſectæ,
quarum meliorem (ut ait Arias) amplexatus eſt
Act 23. Paulus: de ſecta Phariſæorum dixi ſupra c.23.verſ.6.
6. Verſ.6. *Et nunc in ſpe*; ſeu (ut habet Syriac.) *per*
ſpem, quæ facta fuit patribus noſtris; de Chriſto
redemptore ego prædico; nam quod illis fuit fa-
ctum in repromiſſione, ego jam factum, & adimple-
tum prædico, nam illi in ſpe, ego jam in præſentia,
& facto ante oculos noſtros vidimus.

QUÆSTIO I.

Quare D.Paulus cum tantâ rerum diſpoſitione loquitur?

7. LOquitur D.Paulus multa mira rerum diſpoſi-
tione, ac fœcundâ eloquentiâ, ut animos ad ſe
vehementer alliceret, & traheret; quid eloquentiâ
fortius? unde ſapienter Judith orabat ad Dominum
Iudith 9. c.9.n.13. *Capiatur laqueo oculorum ſuorum in me, &*
percuties eũ ex labijs charitatis meæ. Ex quo expendo
ad ipſum ſubjiciendum, & devincendum proponit
pulchritudinem oculorum; at vero ad ipſum totaliter
perdendum, ac perimendum, labiorum blandities, ac
ſuavitas: fortior ad vincendum labiorum elegantia,
quam quæcumque faciei ſpecioſa venuſtas.
8. Ait David Pſ.17.n.48 *Qui ſubdis populos ſub me:*
Pſal. 17. Hebræ. ex Hebræo habetur *Alloquens populos ſub me.* Tam
ſuave, ac dulce erat elegantia ejus eloquij, ut bar-
baras gentes ſub ſe ſubjiceret, & quod ferro fieri
non poterat, verborum dulcedine comparat.
9. Ad hoc pertinet, quod ait Iſaias c.5.n.17. *Paſcen-*
tur agni juxta ordinem ſuum; ex Hebræo legitur:
juxta verbum, id eſt, Hebræi, qui verbis valde po-
tentiſſimi, juxta verborum ſuorum diſpoſitum ſua- *Suavitas*
viter paſcuntur, & vivunt agni cum lupis, leones *verborũ*
cum mitibus aviculis; Clem.Alex. in exhortatione *feras red-*
ad gentes videns mundum per Chriſti verbum mu- *dis manſuetos.*
tatum, ſic ait: *Meus cantor ſolus quidem ex ijs, qui* Clem.
numquam fecerunt difficillimas feras, homines man- Alex.
ſuetos fecit; volucres quidem eos, qui ex ipſis ſunt le-
ves; ſerpentes vero, eos, qui deceptores; leones, eos, qui
ſunt ad iram concitati; lupos, eos, qui rapaces ſunt;
lapides, & ligna ſunt iniquitates: has omnes imma-
niſſimas feras, & tales lapides, ipſe cœleſtis cantus
in manſuetos homines transformavit.
Ait Regius Vates de Chriſto D. Pſal.44. *Accin-* 10.
gere gladio ſuper femur tuum potentiſſime, ſpecie tuâ, Pſal.44.
& pulchritudine tuâ, intende proſpere, procede, &
regna. Verte vero modo oculos ad Apoc.1. & vide- Apoc.1.
bis Chriſtum D. *Et de ore ejus gladius utraque par-* *Verba ab*
te acutus exibat; propheta conſiderat gladium ad *ore pul-*
latus, ac ſuper femur, ad ſuam elegantiam, & pul- *chro effi-*
chritudinem: at vero *ut intendat*, ſeu ut legit Ter- *caciſſima.*
tull. *extendat*, ſuum imperium per totum mundum,
& regnet, gladius ſit in ore, qui eſt formoſiſſimus
ejus ſermo, cujus ſonus exivit in omnem terram,
quam ad ſe traxit, & ſubjecit glorioſè regnans, &
triumphans. Tertull. lib.3. contra Marcion. ſic ait: Tertull.
Licuit ergo Chriſto creatoris enſe ſermonis præcingi,
cui ſupradicta tempeſtivitas congruat, & gratia la-
biorum, qua tunc cingebatur ſuper femur apud Da-
videm; hoc eſt enim, quod ait, extende, properare,
& regna; extendens ſermonem tuum, *proſperatu-*
rus ſucceſſum fidei.

Act.26.n.7. In quam duodecim tribus noſtræ nocte, & die deſervientes ſperant devenire, de qua ſpe accuſor à Judæis, rex.

Verſiones,

SECVNDA EXPOSITIO
uſque ad Verſ.11.

Verſ.7. I*N quam*, ſcilicet ſpem; non ſolum 11.
Phariſæi; ſed etiam *duodecim tribus*,
id eſt, totus populus Iſraëliticus, qui ex duodecim
tribubus conſtat, *nocte, & die deſervientes ſperant*;
addit Syriac. *Precibus aſſiduis.* Arab. *Inceſſanter.* D. Syriac.
Chryſoſt. *inſtanter* ſperant ſalutem conſequuturos Arabic.
per Meſſiam. *De qua ſpe accuſor à Iudæis.* De qua D.Chryſoſt.
ſpe licet ego, & Iudæi conveniamus, quod ſalus ob-
tinetur per Meſſiam: in hoc tamen multum diſcre-
pamus; quod ego affirmo Meſſiam jam veniſſe, &
eſſe Ieſum Chriſtum filiũ Dei quod Iudæi peſtifere,
& malignè negant, & ideo in præſenti textu prius
nominatur nox, quam dies: qui talem ſpem habent
in nocte, ac tenebris, ambulant, ut perfidi Iudæi.
Verſ.8. *Quid incredibile judicatur apud vos.* Diſ- 12.
ſolvit rationẽ, quare Iudæi nolunt credere in Chri-
ſtum, quia dicunt *incredibile*, ſeu impoſſibile judica-
tur Ieſum à Iudæis occiſum; alioſque mortuos ſuſ-
citari à Deo, cum Deus ſit omnipotens, ſi enim po-
tuit homines, & totum mundũ ex nihilo creare, cur
non poterit eos jam creatos, & per mortem ſolutos,
iterum redintegrare, & ad vitam revocare, quod le- 3.Reg.17
gimus factum ab Elia, 3.Reg.17. & ab Eliſ.4.Reg.4. 4.Reg 4.
Verſ.9. *Et ego quidem exiſtimaveram.* Græcus: 13.
Mihi perſuaſeram. Æthiop. *Mihi viſum eſt bonum* Græcus.
oppugnare, contra Sanctiſſimum nomen Ieſum. Æthiop.
Verſ.10. *Quod feci Ieroſolymis*, perſequens mul- 14.
tos Sanctos Chriſtianos, ac proinde non ſolum fuit
ipſe in perſecutione Stephani, ſed etiam aliorum
Sanctorum: *detuli ſententiam* damnationis ad mor-

tem Chriſtianorum latam à Judicibus ad officiales, ut graviſſimis tormentis Chriſtianos afficerent.

15. Syriac. Arias. Verſ.11. *Per omnes Synagogas frequenter puniens eos.* Syriac. *Saviebam in eos.* Arias: *Immoderate inſaniens in eos*, & addit, quod gravius eſt, *compellebam blaſphemare* Jeſum eſſe verum Meſſiam, ac Salvatorem mundi.

QVÆSTIO II.

Quare D. Paulus refert ſuam perſecutionem quam faciebat contra Chriſti Eccleſiam.

16. LAtè hic refert D. Paulus ſuam crudelem, & ſævam perſecutionẽ in Chriſtianos, quomodo eos trahebat ad carceres, ad mortem, ad dira, & crudelia tormenta, ad quod etiam recipiebat mandata à ſuperioribus ad inferiores, ut etiam compelleret Chriſtianos blaſphemare n.11. quod non ſolum hic

1.Cor.15. repetit, ſed frequenter in ſuis epiſt. 1. ad Cor. 15. n. 9. *Non ſum dignus vocari Apoſtolus, qui perſecutus ſum Eccleſiam Dei.* Ad Galat. 1. 14. *Proficiebam in Judaiſmo ſuper omnes coætaneos meos in genere meo*; & ſic frequenter in multis alijs.

17. D. Chryſoſt. Ad quod præclarè reſpondet D. Chryſoſt. homil. in 1. Cor. *Aculeis peccatorum pungebatur, & de gratiarum flumine multum bibebat*; ipſa repetitio peccatorum ad multum doloris, ac compunctionis intervenit, & inde multũ germinat gratiarum fructus.

Ex iterato dolore multiplicatur gratia.

Maximè notandum, quod David in illo Pſal. 50. *Miſerere mei Deus*, multoties repetit ſuum peccatũ, ſemel lacrymans: *Dele iniquitatem meam*: & ſtatim;

18. Pſal. 50. *Amplius lava me ab iniquitate mea*; & iterum, *à peccato meo munda me*, & quarto: *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco*: & quinto, *& peccatum meum contra me eſt ſemper*: ſexto *Tibi ſoli peccavi*: ſeptimo, *Et malum coram te feci*: octavo, *Averte faciem tuam à peccatis meis*: nono, *Et omnes iniquitates meas dele*: & totus Pſalmus tendit ad repetitionem ſui peccati de adulterio cum Betſabeth; cum jam ejus peccatum, teſtante Propheta, eſſet à Domino remiſſum, ac indultum, ſic ei dixit Nathan: *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum* 2. Reg. 12. n. 13. ſi jam peccatum eſt condonatum, ad quid gemens, & lacrymans illud toties voce multiplicat? Animã Prophetæ erat valde ſitiens Divinæ gratiæ, & nõ tantum ſatiabatur uno gratiæ gradu, ſed multiplicem exoptabat, ut multiplicato dolore multiplicaretur & gratia. D. Ambroſ. Apolog. 1. de Davide c. 8. ſic ait: *Delicta ſæpe repetendo, merito magnam miſericordiam poſcit, nec ſolum magnam miſericordiam, ſed multitudinem miſerationum. Quod ergo peccatum talis non diluet deploratio.*

Repetitio peccati ad maiorem gratiam. 2. Reg. 12. D. Amb.

19. D. Ambr. Ex quo merito admonet D. Ambroſ. loco citato: *Ille pro uno peccato miſerationis multitudinẽ deprecatur: nos pro pluribus peccatis vix ſemel ejus miſericordiam credimus obſecrandam.* Ille vero, ut majori miſericordia impleretur dicebat: *Amplius lava me.*

20. Pſal. 66. Eodem ſpiritu idem Regius Vates Pſ. 66. n. 4. ait: *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes*: & idem habet n. 6. *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur*: quater repetit *Confiteantur*: idem antidotum commendans ad morbum pie ſanandam, & ad gratiam multiplicandam, ut, ſicut ipſe iterato confeſſionis dolore adaugebat, ſic & populus iterato dolore augeretur. Aliter ſic exponit,

David exoptat omniam gratiam augeri.

21. Hugo. Card. Hugo, & ait: *Notandum, quod in hoc Pſalmo quater ponitur (Confiteantur) in quo frequentia confeſſionis commendatur; frequentanda tamen eſt, quia frequenter cadit homo*: quod ex arte medicinæ

Tertull. firmat Tertull. lib. 1. de Pœnit. c. 7. & ait: *Iterata valetudinis iteranda medicina eſt.* Optimum ſane eſſe, non recidere hominem in peccati morbum, at ſi infirmetur, iterum medicina applicanda. Iterum Tertull. ſupradictus ait: *Pigeat ſane peccare rurſus; ſed rurſus pœnitere non pigeat; pigeat iterum periclitari, ſed non iterum liberari*, & ſalutis remedium quærere.

QUÆSTIO III.

Quare D. Paulus tam latè proponit ſuam mutationem ex perſecutore in defenſionem Chriſtianam?

EXplicat Paulus in præſenti, quomodo ipſe perſequebatur Eccleſiam Dei, & Chriſtianos deducens eos in carceres ad tormenta, & mortem, & quomodo mutatus eſt, & factus eorum Doctor, prædicator, ac defenſor, ut Judæi, & aſſiſtentes, qui perſequuntur Chriſtianos, jam non perſequantur, ſed fiant eorum defenſores, & fautores, ejus exemplo commoti. 22.

Ait Chriſtus D. ſuis diſcipulis *Lucernæ ardentes in manibus veſtris*, Luc. 12. n. 35. quos conſtituebat Principes orbis terrarum, ad quid lucernæ in manibus? quia Principes orbis terrarum, ſuo vivendi modo, operibus, & actionibus, tamquam accenſis lucernis, ſuo nempe exemplo dabant cunctis illuminare, ac ducere in vitam æternam opportunè. D. Chryſolog. ſerm. 22. ait: *Opus bonum, dum factum in uno lucet, cunctis illuſtrat exemplo.* 23. *Vita bona cum dux eſt lucerna.* D Chryſol.

Ait D. Luc. 4. n. 25. *Multæ viduæ erant in Iſrael in diebus Eliæ*; & cur illi dies peculiariter dicuntur Eliæ? optimè explicat D. Ambr. ibi: *In diebus Eliæ*, ait, *non quia Eliæ dies fuerunt, ſed in quibus Elias operatus; aut quia dies faciebat illis, qui in ejus operibus lucem videbant gratiæ ſpiritualis, & convertebantur ad Dñm.* Elias merito Sol interpretatur, quia fulgentiſſimis radijs ſuarum virtutum, ac operationum dies clariſſimos, ac lucidiſſimos afficiebat, ut omnes ſuo exemplo ducerentur ad ſalutem, & converterentur ad Dominum: *In ejus operibus lucem videbant gratiæ ſpiritualis, & convertebantur ad Dñm.* 24. *Eliæ vita erat dies, & Sol illuminans ad ſalutem.*

Egreſſi Iſraëlitæ de Ægypto, cum deveniſſent ad Jordanem, impediebantur tranſire tunc, ut refertur Joſue 3. n. 8. Ingreſſiſque eis Jordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis... ſteterunt aquæ deſcendentes in loco uno, ad inſtar montis intumeſcentes: & unde aquæ fluminis, quæ rapidiſſimo impetu feruntur in unum coaleſcunt, ut iter ſiccum, & ſolidum darent Iſraëliticis, ut mare præberet locum populo Iſraëlitico, neceſſe fuit, *ut flante vehementi, & urenti vertit in ſiccum*, Exod. 14. n. 21. & nihil tale factum eſt in Jordane, & tamen ipſe ſui facit diviſionem, ut populus incedere valeat ad alteram partem: Optimè rem moralixat Nazian. Mare parens, caput omnium fluviorum, ac princeps: cum ergo illud factum fuiſſet à mari; fecerunt & flumina, ſuum caput, ac principem imitantes, ac ſequentes. D. Greg Nazianz. orat. 12. ait: *Fluvij etiam cognatum mare imitantes cedebant Iſraëlitis.* 25. Joſue 3. *Avide arripitur id, quod in maribus cernitur.* Exod 14. D Naz.

A Verſ. 12. uſque ad 23. narrat, & quomodo cum iret Damaſcum, vocatus eſt à Chriſto, & quomodo ejus ſanctiſſimum nomen prædicavit, quod eſt explicatum ſupra ad cap. 9.

Actor. 26 n. 24. Hæc loquente eo, & rationem reddente Feſtus magnâ voce dixit: Inſanis Paule, multæ te litteræ ad inſaniam convertunt.

Verſiones,

Verſiones,

TERTIA EXPOSITIO
uſque ad Verſ.27.

26. Arabic. Verſ.24. L*Oquente eo.* Arabic. *Cam ſe defendiſſet his ſermonibus.* Præ furore, ac irâ clamabat Feſtus, præſes: *Inſanis Paule,* dum talia, & ſimilia paſſionis, mortis, & reſurrectionis Filij Dei proponis, quæ nobis videntur delitamenta; *multa* Arabic. *littera te ad inſaniam convertunt.* Arabic. *Multa te* Æthiop. *Scriptura.* Æthiop. *Diverterunt te.* De his quæſt. ſeq.

27. Verſ.25. *Et Paulus: Non inſanio:* Non dico inſania, nec delitamenta, & quæ ad rem non pertinent: Syriac. *Optime Feſte.* Syriac. *Victorioſè Feſte.* Arabic. *O po-* Arabic. *tentiſſime Feſte.* Deinde nota, ut jam adverti tom.6. *Pacifica reſponſio ad contumeliã.* in Evang. ad c.8. Ioan. q.1.n.4. Feſtus vocat Paulum *inſanum,* ipſe verò eum appellat, *optimum, victorioſum, potentiſſimum,* quia ut ait Jacobus in ſua Canonica c.3.n.17. *Quæ enim deſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica:* pudica, ac pacifica eſt in dicendo, ac reſpondendo, ſolum ſuam cauſam tuetur, nihil moleſtum, aut injurioſum proferens alicui.

28. *Sed veritatis, & ſobrietatis verba loquor.* Æthiop. Æthiop. *Vera, & recta loquor:* non ſunt delitamenta, neque ſomnia, quæ dico, ſed veriſſima, *& ſobrietatis:* mente ſanâ, & integrâ, non commotâ, & perturbatâ vino, vel aliquâ paſſione.

29. Verſ.26. & 27. Scit Rex Agrippa omnia, quæ ego dico de morte, & paſſione Chriſti, quia hæc non in occulto, ſed publico facta ſunt; & ſi tu ô Agrippa, utpote Judæus credis Prophetis; credis & Chriſto, quia de ipſo apertiſſimè loquuti ſunt Prophetæ. & omnia, quæ ipſi prædixerunt de Chriſto, ſunt in ipſo adimpleta: unde Chriſtus D. dixit ad Judæos: Si crederetis Moyſi, & crederetis forſitan Ioan.5. mihi, de me enim ille ſcripſit, Ioan.5.n.46. ac diſcipulis euntibus in Emaüs, & dubitantibus dixit illis Chriſtus: *O ſtulti, & tardi corde ad credendum* Luc.24. *in omnibus, quæ loquuti ſunt Prophetæ,* Luc.24.n.25.

QUÆSTIO IV.

Quare Feſtus vocat Paulum inſanum.

30. CUm Feſtus audiſſet loquentem Paulum, inſanum dicens altâ voce præ furore, & ira, ut notat D.Chryſoſt. (D Chryſoſt.) *Inſanis Paule.* Feſtus uſque modo animo propenſo erat in Paulum, ideo noluit eum in Jeruſalem dijudicari cum Judæis ejus crudelibus inimicis, & modo cum Rege Agrippa de eo vult tractare; cur ergo tam cito mutatur, ut dicat eum inſanum, & fatuum? Locutus eſt Paulus vera, & ideo ſtatim cum mundanis reſcinditur amicitia. Tamen veniamus ad rationes magis particulares.

31. Primo: Perantiqua conſuetudo mundalium, ac *Quæ ſublimia homo nõ intelligit, ſtultitiam indicat.* temporalium hominum hujus ſæculi eſt, ut ſublimia, & alta myſteria, quæ Sancti dicunt, ac prædicant, cum ipſi mundani non intelligant, ac capiant, ſtultitiam vocari; ſic ait Paulus 1.Cor.2.n.14. *Animalis, & carnalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritualia Dei; ſtultitia enim eſt illi;* & ſic ait ipſe ea- 1.Cor.1. 1.Cor.3. dem epiſt.1.c.1.n.13. *Nos autem prædicamus Chriſtum cruci affixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentilibus autẽ ſtultitiam:* imo cum Chriſtus D. ſublima, & alta myſteria doceret: *dicebant multi ex ipſis:* Ioan.10. *dæmonium habet, & inſanit,* Ioan 10.n 20. & cum unus ex filijs Prophetarum aſcenderet ad ungendum 4.Reg.9. Jeſum, aſtantes ei dixerunt, 4 Reg.9.n.11. *Quid venit inſanus iſte ad te:* ſic enim vocabantur Prophetæ Abulenſ. communiter, ut ibi notat Abulenſ. quod etiam ipſi iniqui fatentur: *Nos autem vitam illorum æſtimabamus inſaniam,* cap.5.

Secundo: ait D.Chryſoſt. *Feſtus furore, ac indignatione plenus loquitur:* nam ipſe Gentilis, & ido- 32. D.Chryſoſt. lolatra cum videret cultum, & adorationem ſuorum deorum deſtructam, & novam Chriſti religionem ſapientiſſime confirmatã, & exaltatam, & quod ipſe non habebat aliquid, quod reſpondere poſſet, ac diceret, tunc contumeliam irrogat, & Doctorem gentium inſanum vocat, quod dicit Theodoricus lib.1. Theod. epiſt.27. *Ad injurias tunc proſiliunt, cum ſe ſuperatos turpiter erubeſcunt:* Dicitur Eccl.1. n.18. *Quod in* Eccleſ.1. *multa ſapientia, multa ſit indignatio.* Superbus Philoſophus multum præſumens, cum ſe ſuperatum videt, & non habet, quid dicat, indignatione fervet, *Convicti ad convitia prorumpunt.* ita Judæi rationibus convicti à Chriſto, probris rem determinare conantur: *Benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes,* Ioan.8.n.47. Rup. Ioan 8. Rupert. lib.9. in Ioan. ait: *Igitur, quia cauſa ceciderunt, & ratione ſuperati ſunt, furiosè ad convitia prorumpunt.*

Tertiu Oecum. ait: *Quoniam ad Regem* (Agrippam) *ſemper verba dirigebat, commotus eſt aliquantum Feſtus, & libertatem intuitus ex animi perturbatione, & ira* (*Inſanis*) *inquit;* Indignatur Feſtus 33. contra Paulum, cum aliàs animo benevolo eſſet in eum (ut jam dixi) quia Paulus totum ſuum ſermonem ordinabat ad Agrippam, quod optimâ ratione faciebat Apoſtolus; tum quia ſuam cauſam jam propoſuerat coram Feſto; tum quia denuo juſſus eſt co- *Ex levi occaſione iraſcitur.* ram Agrippa proponere: ex tam levi occaſione, quod cum ipſe non loqueretur, tam furibundus Feſtus inſurgit, ut eum alta voce inſanum dicat.

Scribit D.Luc.23 n.8. *Quod Herodes viſo* JESU 34. Luc.23. *gaviſus eſt valde, erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo:* & cum loqueretur ipſe cum Chriſto, & Dominus ex altiſſimis, & ſupremis rationibus, ei non reſponderet, ſprevit eum *Herodes cum exercitu ſuo: & illuſit indutum veſte alba tamquam inſanum, & fatuum dimiſit eum.* Herodes multa audierat de magnis, & *Homo levis ex levi occaſione mutatur.* mirabilibus operibus Chriſti, de ſupremâ, & altâ ejus ſapientiâ, & quia coram eo tacet, & non reſpondet, eum fatuum, & inſanum veſte albâ publicat, & demonſtrat: Sic ſæpè contingit, ut ea, quæ Lyran. ex multis, & magnis rationibus, & largâ tempo- Hugo. rum experientiâ, ſublimia, ac excelſa reputamus, ex levi occaſiunculâ contemnamus, an tamquam deſpectabilia, & nihilum reputemus.

35. Homo magnanimus, & prudens in omni eventu, ſive in magnis, ſive parvis idem conſtans, & firmus perſeverat. De Chriſto loquens Iſai.53.n.7. *Sicut* Iſai.53. *ovis ad occiſionem ducitur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet.* Valde diſpar eventus ponitur in ove, & agno: ovis ad valde rigidum, & aſperum, ad macellum nempe, & ad lanienam in fruſta dividitur; agnus vero ad ſuave, & leve, ut tondatur, licet agreſtis tonſor tondendo pungat, quod erit ingratum agno; ſive cum, ut ovis ducitur ad occiſionem, & mortẽ crucis, ac duriſſima tormenta; ſive ut tamquam agnus coram tondente, dum multis verbis injurioſis inficitur; Gloſſa Interl. *Non repugnat, cum caderetur à militibus obmutuit* æqualem *In omni caſu eadem animi tranquillitas.* animum pacatum, ac quietum oſtendens, ſive dum, ut ovis ducitur ad Crucis occiſionem, ſive tamquam agnus coram tondente patitur irriſiones Interlinealis *non repugnat, cum caderetur à militibus obmutuit:* in utroque caſu eadem eſt ſocietas, ac tranquillitas animi, ſive ut ovis, ſive ut agnus.

*Act.*26.*n.*28. Agrippa ad Paulum in modico ſuades me Chriſtianum fieri.

Verſiones,

QVARTA EXPOSITIO uſque ad Verſ.32.

36. Syriac. Verſ.28. IN *modice ſuades me.* Syriacus: *Minimo negocio perſuades mihi :* tamquam ſi dicat Agrippa : Paule tuis rationibus vehementer me urges, & parum diſtat, ot mihi perſuadeas fieri Chriſtianum.

37. Arabic. Verſ.29. *Paulus : Opto apud Deum :* Arabicus legit, & explicat : *Precor Deum :* omni affectu exoro Deum ; *in modico, & magno,* id eſt, juxta radicem Græcam, per omnem modum ut id, quod tibi, & alijs eſt quaſi perſuaſum, omnino perſuadeatur, & omne perficiatur, *fieri tales, qualis &* Syriac. *ego ſum.* Syriacus : *Evaſiſſent mei ſimiles* in conſtantiâ, ac fervore fidei ; *exceptis vinculis his :* Æthiop. Æthiopicus : ſine vinculis meis ; nam vincula, ac labores ſibi ſoli volebat.

38. Verſ.30. & 31. Exorrexit rex Agrippa, & Feſtus præſes, & Bernice, & cum ceceſſiſſent tamquàm ad partem, in ſecreto dixerunt ad invicem, nil culpæ, aut criminis eſſe in homine illo.

39. Verſ.32. *Dimitti poterat, ſi non appellaſſet Cæſarem ;* ſed ſtante appellatione bene poterat dimitti, qnia Paulus appellavit coactus ad evitandum ſuorum inimicorum judicia : deinde Paulus per appellationem intendebat ſuam libertatem, ac dimiſſionem : ergo ſi hæc daretur tuta appellatio ceſſabat ; ſed præſes, & Agrippa Judæus maximè intendebant favere ; & ne eos offenderent colorem appellationis propoount.

QUÆSTIO V.

Vtrùm Agrippa occultè fuerit Chriſtianus?

40. Occum. Arias. *Quomodo Paulus loquitur cum Agrippa.* SUperiori Verſ.27. dixit Paulus regi Agrippæ : *Credis prophetis ;* quæ verba vel fuerunt dicta per interrogationem, ut volunt Occumen. Ganeos, Arias : vel ſunt dicta per admirationem, ut exponunt Clarus Vatabl Caiet. tamquam ſi dicat, *Credis prophetis,* ot ego ſcio, quod credis, & de his, quæ ego dico, dubitas.

41. D.Cyril. D.Chryſoſt. Carthuſ. Hugo. Cui Agrippa reſpondet ; *In modico ſuades me Chriſtianum fieri,* id eſt, parom deeſt, modicum diſtat, ut mihi perſuadeas fieri Chriſtianum. Sic ait D.Cyril.Ieroſ.Catech.17. *Parum abeſt, quin me feceris Chriſtianum.* Similiter D.Chryſoſt.homil.16. ad popul. Carthuſ.Hugo, Caietan. & alij.

42. Ganæus. Salm. *Agrippa non erat Chriſtianus,* Ex qoo Ganeus, Salmeron exiſtimant Agrippam fuiſſe Chriſtianum, tamen hoc non ſtat, quia Paulus dixit : *Opto apud Deum & in modico, & in magno, non tantum te, ſed & omnes :* ergo ille adhuc non erat. Deinde cum Feſtus diceret, quod in Paulo nihil morte, *aut vinculis dignum eſt,* ut in eis retentus, ac proinde quod dimittendus erat, reſtitit Agrippa, quod illud fieri non poterat ſuppoſitâ appellatione, quæ nihil obſtabat, ut dixi in Expoſitione ultimi Verſ.32.

QUÆSTIO VI.

Quare D.Paulus optabat, ut omnes eſſent, ſicut ipſe.

43. IN illo ſupremo charitatis apice volebat Paulus non eſſe ſolus, ſed volebat ſecum habere ſocios. D. Auguſtin. tractat.8. in epiſtol. Ioan. ait: *Audivi Apoſtolum dicentem de viſceribus charitatis vellem omnes homines eſſe, ſicut me ipſum. Quomodo volebat omnes eſſe æquales, ideo erat omnibus ſuperior, quia charitate optabat omnes æquales.* Inde maximè exaltatur charitas Pauli, quia vehementer exoptabat, ot omnes pietate, juſtitia, ac unitate eſſent pares. *Vera virtus omnes unit pares.*

44. In primo rerum molimine dixit Deus : *Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus ſuum,* Gen.1.n.11. Gen.1. Ad quid exprimitur *juxta genus ſuum :* nam manifeſtum eſt, quod ligna ex ſuâ naturali virtute urgebantur ad germinandos fructus ſui generis, & non alterius : cur ergo dicitur *juxta genus ſuum :* ſi virtus arboris eſt vigoroſa, & perfecta producit fructum valde pulchrum, & perfectum ; quin aliter, valde debilem, & maſcilentom. In illa prima rerum diſpoſitione Summus artifex in cunctis, quod à ſuis creaturis exigebat, erat, quod in eis oſtenderetur virtus perfecta, & conſummata, quando producerent fructum ſibi ſimilem in omni virtute, ad imitationem ſupremi divini Parentis generat filium ſibi ſimilem : pulchrè D.Auguſt. q.9. D.Aug. ex utroque ait; *Qui habui ergo filium totis ſimilitudinis partibus congruentem ; hoc eſt, unus unicum, probus probum, bonus benignum, beatus beatum, maximus maximum, ſempiternus æternum, habuit utiq; ante mundum creata ſobolis principatum, de quo rebus oriundis impertiebat exemplum, ut gignentium germina ſuis reſpondere ſeminibus cogerentur.* Hæc fuit ordinatio divioi Creatoris, ut unaquæque creatura ad ſui ſimile producendum ordinaretur, ad exemplum æterni Parentis. *Verus virtutis amator ſibi ſimiles intendit producere.*

45. Cant.4. Divina Sponſa, ſeu Eccleſia decantat Cant.4.n.4. *Dentes tui, ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro, omnes gemellis fœtibus ;* ecce perfectorum militum fœcundiſſimi greges, ut omnes fœtus dicantur gemelli, nullus dicitur unicus, ac primogenitus, nullus ſolos aſcendit, ſed omnes ſunt gemelli, omnes pares, ac aſſociati veniunt, tamquam inde maximè ſpecioſi, ac illuſtriſſimi apparent Gillib. Abbas ſerm.27.in Cant. ait : *Ideo dicuntur gemelli, quia fides nullis gradibus ſeparat, quos æquè regenerat: alioquin qui neſciunt eſſe gemelli, effecti ſunt nulli, locum occupantes primum, jam nec habent noviſſimũ,* Gillib. Optimo jure à claſſe virtutis, qui in ea volunt eſſe primi, excluduntur; cũ illâ ex ſuâ intrinſecâ ratione, ac charitate omnes vult habere pares, ac gemellos. *In re virtutis pares habendi & quærendi.*

QUÆSTIO VII.

Quare D.Paulus vult ſecum omnes habere in eadem diſciplina excipiendo tamen vincula ſua.

46. AIt Apoſtolus in præſenti Agrippæ : *Opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tantum te, ſed etiam omne, qui audiunt me, hodie fieri tales, qualis & ego ſum, exceptis vinculis his.* Optabat Apoſtolus, ut omnes eſſent ſecum in eâdem diſciplina; fide, & charitate, non tamen in eiſdem vinculis : Cum vincula pro Deo ſiot valde pretioſa, & multæ, & magnæ æſtimationis ; cur etiam illis non optat communicari ? & ſi vincula pro Deo ſint multum pretioſa, non tamen omnibus, ſed tantum fortioribus, qui habent vim, robur, & valorem ad eorum rigorem ſuſtentandum ; nam debiles, & incipientes facile deficient, & ſuccumbent. *Magna non niſi fortibus committenda.* D.Chryſoſt.homil.52. ait: D. Chryſoſt. *Vide gloriatur vinculis, qui profert illa, ſicut catenam auream, ijs ea non deprecatur, & ne mireris : infirmiores adhuc erant, attemporabat illis ſermonem.* Sapientiſſimus Magiſter ſe accommodabat diſcipulorum viribus.

Clamat

47. Clamat David ad Dominum Pſalm.25. num.1. *Proba me Domine, & tenta me: ure renes meos, & cor meum.* Profunde ſapientiam exorantis conſidera, ante emiſſam tentationem, exorat ad Deum; *Proba me*; examina, & perpende vires meas, fortitudinem meam, D.Gregor.Magn.in Iob lib.2.c.7. ait: *Prius vires inſpice, & tunc, ut ferre valeam, tentari permitte.* Unde Deus ſuâ infinitâ ſapientiâ ſemper permittit tentationem proportionatam Viribus noſtris, ut ait ipſe Paulus 1.Corinth.10.n.13. *Fidelis Deus eſt, qui non patitur vos tentari ſupra id, quod poteſtis.*

Pſal.25. Tentatio ſecundò vires.

D.Greg.

48. Secundo idem Chryſoſt. homi.16. ait: *Propterea dicit abſque vinculis his*, non ipſa vincula recuſans, abſit, ſed illius condeſcendens infirmitati, *quoniam ipſe ſic illa diligebat, ut ambitioſa mulier monilia ſua*: dicit abſque vinculis condeſcendens illorum infirmitati (ut modo dixi), cum quia ipſa vincula, cum valde in ſe ipſis dura, ideo ad eorum rigorem, & aſperitatem, ut valde ardua ſibi reſervabat, ut pretioſum, ac magnificum ſui ornatum, quo ſponſa in die deſponſationis ſuæ ſplendeſcit, ſic & vincula Pauli, nihil illi erat pretioſius, quam pati pro Chriſto. Sic ait D.Martyr Ignatius epiſt. ad Tarcenſ. *Non horret nunc vincula, ſed potius ut rem chariſſimam ſibi reſervavit.*

D. Chryſoſt.

Vincula pro Chriſto valde glorioſa.

49. Accipe non vulgarem expoſitionem, acceſſit ad Chriſtum mater filiorum Zebedæi petens pro filijs priora loca, *ut unus ſedeat ad dexteram, & alter ad ſiniſtram in regno tuo*, Chriſtus ad liberos converſus ait: *Neſcitis, quid petatis: poteſtis bibere calicem, quē ego bibiturus ſum? Dicunt ei; poſſumus*, Math.20. n.22. Vos pro magnâ veſtrâ exaltatione petitis dexteram, & ſiniſtram; *neſcitis, quid petatis*: & qui ſint primi accubitus in regno Dei? non ſunt hæc prima ſedilia, & aliud his ſublimius, & excelſius, nempe pati pro Chriſto, & de calice Paſſionis ejus participare, quo bibito omnibus ſuperiores, ac ſublimiores evadetis, ejus enim hauſtus ſuper omnia extollit. D.Chryſoſt. homil.8.in epiſt.ad Epheſios ait: *Si quis Chriſtum diligit, hanc intelligit virtutem, agnoſcit, quantum ſit illud, quod humano generi largitus eſt Deus, nimirum largiri pro eo. Illud forſan illuſtrius etiam eſt, quam ſedere ad dexteram ipſius, beneſtius, quam ſedere ſuper duodecim thronos*: Et poſt pauca ſubdit: *Non ita beata prædico vincula, quod in cœlum deſtinant ligatum, ſed quod pro cœli Domino, & inde illuſtriora, quam quod cœlorum non participes faciant.*

Math.20

Glorioſius pati pro Chriſto, quā ſedere in throno cœleſti.

D.Chryſoſt.

50. Quærit Tertull. cum Job in ſuâ felicitate fuerint omnia duplicata, quæ in perſecutionis ærumna, jacturaque ſubierat, quare pariter filij non ſunt geminati; nam ſeptem in ſævâ Damanis tempeſtate amiſit, ſeptem poſtea acquiſivit; cur ergo filij non multiplicantur ad majorem conſolationem, ac recreationem Job, cum illi primi eſſent optimi filij, & multâ charitatis unione inter ſe vivebant facientes mutuo convivia, ac proinde magno illorum deſiderio tenebatur Job; cur ergo hi pro magna illius felicitate ob reviviſcunt. Pro magna illius felicitate non duplicantur, nec reviviſcunt; à ſua tempeſtate exorgit Job valde ſublimis, & glorioſus, & ad tantam ſublimitatem ſpectabat, ut haberet exercitium patientiæ ex dolore, ac deſiderio ſuorum priorum filiorum, quia nulla major ſublimitas, quā in multâ patientiâ ſuſtinere adverſitates. Tertull. lib. de Patient.c.14. ait: Et ſi filios quoque reſtitui voluiſſet, pater iterum vocaretur, ſed maluit in illo die reddi ſibi tantum gaudij, ſecurus ſic de Domino diſtulit, ſuſtinuit tam voluntariam orbitatem, ne ſine aliquâ patientia viveret.

Tertull.

Patientia in laboribus maximè ſuper omnia exaltat.

Tertull.

CAPVT XXVII.

1. *VT autem judicatum eſt navigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis cuſtodijs Centurioni nomine Iulio cohortis Auguſtæ.*

2. *Aſcendentes navem Adrumetinam, incipientes navigare circa Aſiæ loca, ſuſtulimus, perſeverante nobiſcum Ariſtarcho Macedone Theſſalonicenſi.*

3. *Sequenti autem die devenimus Sidonem. Humane autem tractans Iulius Paulum, permiſit ad amicos ire, & ſui curam agere.*

4. *Et inde cum ſuſtuliſſemus, ſubnavigavimus Cyprum: propterea quod eſſent venti contrarij.*

5. *Et Pelagus Ciliciæ, & Pamphiliæ navigantes, venimus Lyſtram, quæ eſt Liciæ.*

6. *Et ibi inveniens Centurio navem Alexandrinam navigantem in Italiā, tranſpoſuit nos in eam.*

7. *Et cum multis diebus tarde navigaremus, & vix deveniſſemus contra Gnidum prohibente nos vento, adnavigamus Cretæ juxta Salmonem.*

8. *Et vix juxtà navigantes, venimus in locum quendam, qui vocatur Boni Portus, cui juxtà erat civitas Thalaſſa.*

9. *Multo autem tempore peracto, & cum jam non eſſet tuta navigatio, eo quod jejunium jam præteriſſet, conſolabatur eos Paulus.*

10. *Dicens eis, Viri, video quoniam cum injuria & multo damno non ſolum oneris, & navis, ſed etiam animarū noſtrarū incipit eſſe navigatio.*

11. *Centurio autem gubernatori, & nauclero magis credebat, quam his, quæ à Paulo dicebantur.*

12. *Et cum aptus portus non eſſet ad hiemandum, plurimi ſtatuerunt conſilium navigare inde, ſi quomodo poſſent devenientes Phœnicem, hiemare, portum Cretæ reſpicientem ad Africum, & ad Corum.*

13. *Aſpirante autem Auſtro, æſtimantes propoſitum ſe tenere, cum ſuſtuliſſent de Aſſon, legebant Cretam.*

14. *Non poſt multum [illegible]em miſit ſe contra ipſam ventus Typhoni[illegible] qui vocatur Euroaquilo.*

15. *Cumque arrepta eſſet navis, & non poſſet conari in ventum, datâ nave flatibus ferebamur.*

16. *In inſulam autem quandā decurrentes, quæ vocatur Cauda, potuimus vix obtinere Scapham.*

17. *Quâ ſublata adjutorijs utebantur, accingentes navem, timentes ne in Syrtim inciderent, ſummiſſo vaſe ſic ferebantur.*

18. *Validè autem nobis tempeſtate jactatis, ſequenti die jactum fecerunt.*

19. *Et tertia die ſuis manibus armamenta navis projecerunt.*

20. *Neque autem ſole, neque ſideribus apparentibus per plures dies, & tempeſtate non exigua imminente, jam ſublata erat ſpes omnis ſalutis noſtræ.*

21. *Et cum multa jejunatio fuiſſet, tunc ſtans Paulus in medio eorum, dixit, Oportebat quidem, ô Viri, audito me, non tollere à Cretâ, lucrique facere injuriam hanc, & jacturam.*

22. *Et nunc ſuadeo vobis bono animo eſſe, amiſſio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquā navis.*

23. *Aſtitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cujus ſum ego, & cui deſervio.*

24. *Dicens, Ne timeas Paule, Cæſari te oportet aſſiſtere: & ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum.*

25. *Propter quod bono animo eſtote Viri: Credo enim Deo, quia ſic erit, quemadmodum dictum eſt mihi.*

26. *In inſulam autem quandam oportet nos devenire.*

27. *Sed poſtquam quarta decima nox ſupervenit, navigantibus nobis in Adria circa mediam noctem, ſuſpicabantur nautæ apparere ſibi aliquam regionem.*

28. *Qui & ſummittentes bolidem invenerunt paſſus viginti: & puſillum inde ſeparati, invenerunt paſſus quindecim.*

29. *Timentes autem ne in aſpera loca incideremus, de puppi mittentes ancoras quatuor, optabant diem fieri.*

30. *Nautis vero quærentibus fugere de navi, cum miſiſſent ſcapham in mare, ſub obtentu quaſi inciperent à prora anchoras extendere.*

31. *Dixit Paulus Centurioni, & militibus: Niſi hi in navi manſerint, vos ſalvi fieri non poteſtis.*

32. *Tunc abſciderunt milites funes ſcaphæ; & paſſi ſunt eam excidere.*

33. *Et cum lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes ſumere cibum, dicens, Quartâ decimâ die hodie expectantes jejuni permanetis, nihil accipientes.*

34. *Propter quod rogo vos accipere cibum pro ſalute veſtrâ; quia nullius veſtrum capillus de capite peribit.*

35. *Et cum hæc dixiſſet, ſumens panem, gratias egit Deo in conſpectu omnium; & cum fregiſſet, cæpit manducare.*

36. *Animæquiores autem facti omnes, & ipſi ſumpſerunt cibum.*

37. *Eramus vero univerſæ animæ in navi ducentæ ſeptuaginta ſex.*

38. *Et ſatiati cibo alleviabant navem, jactantes triticum in mare.*

39. *Cum autem dies factus eſſet, terram non agnoſcebant: ſinum vero quendam conſiderabant habentem litus, in quem cogitabant, ſi poſſent ejicere navem.*

40. *Et cum anchoras ſuſtuliſſent, committebant ſe mari, ſimul laxantes juncturas gubernaculorum: & levato artemone ſecundum auræ flatum, tendebant ad litus.*

41. *Et cum incidiſſemus ad locum dithalaſſum, impegerunt navem; & prora quidem fixa manebat immobilis: puppis vero ſolvebatur à vi maris.*

42. *Militum autem conſilium fuit, ut cuſtodias occiderent: nequis cum enataſſet, effugeret.*

43. *Centurio autem volens ſervare Paulum, prohibuit fieri: juſſitque eos, qui poſſent natare, emittere ſe primos, & evadere, & ad terram exire.*

44. *Et cæteros alios in tabulis ferebant: quoſdam ſuper ea, quæ de navi erant. Et ſic factum eſt, ut omnes animæ evaderent ad terram.*

ARGVMENTVM.

PAulus deducendus Romam cum alijs vinctis Centurioni traditur, Cretam appulit; imminentem tempeſtatem, aut naufragium ſed ab eo omnes eſſe liberandos prædixit, ut ſibi erat revelatum.

Actor.27.n.1. Ut autem judicatum eſt navigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum alijs cuſtodijs Centurioni Julio cohortis Auguſtæ:

Verſiones,

PRIMA EXPOSITIO uſque ad Verſ.8.

1. Verſ.1. *VT autem judicatum eſt* à præſide Feſto, ut Paulus mitteretur Romam, ad quem appellaverat, tradidit Paulum *cum alijs cuſtodijs*, hic non ſumitur pro cuſtodibus, ſed metonymicè pro cuſtoditis, ſeu incarceratis, & ſic legit

Syriac. Syriacus: *Tradiderunt Paulum, & quoſdam alios vinctos*, qui mittebantur Romam cum Paulo, vel quia ad Romam appellarunt, vel ob magna eorum crimina: *Cohortis Auguſtæ*; cohortes habebant ſua peculiaria nomina, per quæ agnoſcebantur, & diſtinguebantur, ſic & Cornelius dicitur Cohortis Italicæ cap.10.

Act.10. 2. Verſ.2. *Aſcendentes navem Adrumetinam.* Syriac. *Ex Adrumanto civitate*, & idem habet Gloſſa; quæ eſt urbs in Africa, ut teſtantur D.Hieronymus de locis, Plinius lib.6.cap.34. & fortè ad eandem Civitatem redibat, & valde probabile eſt, ut exiſtimat Cornelius ex Joppe exibat, quæ prope eſt Cæſaream, ubi Paulus tenebatur vinctus.

(Syriac. Gloſſa. D Hier. Plinius. Cornel.)

3. *Suſtulimus*: Pagni. *Solvimus* anchoras, & addit Ipſe Pagnius, *& vela fecimus, perſeverante nobiſcum Ariſtarcho Macedone*, de quo ſupra facta eſt mentio cap.20.n.4. addit Chryſoſt. quod ibant, ut narrant omnia acta Pauli.

(Pagnin. D.Chryſoſt.)

Verſ.3. *Sequenti autem die devenimus Sidonem*, 4.
quæ eſt urbs in Phœnicia diſtans à Tyro ſtadijs ducentis; *Centurio Iulius* dedit facultatem Paulo, ut iret ad ſuos amicos, & reficeretur de tot, & tantis laboribus.

Verſ.4. Deinde ſuſtulimus anchoras, *ſubnavigavimus Cyprum.* D.Chryſoſt.Pagn.Tygurina: *juxta Cyprum*, videtur, quod non ſunt ingreſſi Cyprum. 5.

(D Chryſoſt. Pagnin. Tigurin.)

Verſ.5. Et Pelagus Ciliciæ, illius nempe mare navigavimus, venimus Lyſtram. Græca exemplaria, Syrus, D.Chryſoſt. Iſidor. Hugo, Vatabl. legunt, Miran, quæ eſt in Lycia, cum Liſtra patria Timothi. 6.

(Græcus. Syrus. D Chryſoſt. D Iſid. Hugo. Vatabl.)

Verſ.6. Et ibi inveniens Centurio navem Alexandrinam euntem in Italiam, tranſpoſuit nos in eam, Syriacus; tranſtulit nos. 7.

(Syriac.)

Verſ.7. *Devenuiſſemus contra Gnidum*: Gnidus promontorium eſt Aſiæ objectum Cretæ *Salmonem*, teſt. . . . lib.2. eſt Orientale promontorium Cretæ. 8.

Verſ.8. *Vocatur boni Portus*, quam alij appellant bonum litus, & dicunt eſſe Cretenſium civitatem. 9.

QVÆSTIO I.

Quare Paulus mittitur Romam?

RAtio in promptu, quia ipſe appellavit ad Cæſarem, extitit tamen alta divina diſpoſitio, ad ſalutem multorum, & ad majorem gloriam Pauli, ut id, quod ejus inimici ordinabant, ad ejus interitum, inſerviret ad majorem ejus gloriam. 10.

Valde notum, ac repetitum eſt illuſtre facinus David, quod Goliam peremit, ac proſtravit, ut dicitur 1.Reg.17.n.5. Ibat ille potentatus Gigas ſuo gladio 11.

(1.Reg 17)

gladio armatus, ut David, ac totum Iſrael jugularet, tamen divino auxilio prævaluit David adverſus Philiſthæum in fundâ, & lapide, percuſſumque Philiſthæum interfecit; *Cumque gladium non haberet David in manu, cucurrit, & ſtetit ſuper Philiſthæum, & tulit gladium, & eduxit eum de vaginâ ſua, & interfecit eum.* Valde illuſtre fuit, quod David fundâ, & lapide proſterneret Philiſthæum, ſed illud maxime glorioſum; quod gladio illo, quo præcinctus incedebat ad interficiendum Iſraël, ipſe periret, & jugularetur; & quod ipſe paraverat in aliorum offenſionem, verteretur in eorum defenſionem, ac exaltationem. Macarius Philadelph. Epiſcop. orat. in exalt. Sanct. Crucis apud Grethſer. ſic ait: *Superna gratia David munitus, lapidiſque jactu talem, ac tantum proſternit; deinde micantem contra ſe gladium ipſe vibravit, eoque blaſphemum trucidavit. Hunc in modum David Rex inſtrumentum, quod mortis alioquin cauſa erat, in præſidium ſalutis, verti poſſe docuit:* illud, quod erat Iſraëli inſtrumentum mortis, extitit præſidium, & exaltatio.

Quod erat inſtrumentũ mortis extitit ſalutis præſidium.

12. Ioan.3. Ait Christus Dominus Ioan.3.n.14. *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto; ſic exaltari oportet filium hominis.* Cum Iſraël incederet per deſertum, egreſſi ſunt venenoſi ſerpentes, quorum peſtifero morſu peribant omnes; exaltat Moyſes ſerpentem, cujus aſpectu ſanabantur omnes, ut per ſerpentes, qui inferebant mortem, verterentur in inſtrumentum ſalutis, & vitæ, quod demonſtratum eſt, cum Chriſtus Jeſus eſt exaltatus in Cruce, nam Cruces, ligna, mortem, totum in remedium noſtræ vitæ, ac ſalutis convertit: ſic procedit citatus Macarius, & ait: Chriſtus autem cunctarum rerum Rex lignum Crucis, quod dæmon adverſus naturam erexerat, per illud mundo libertatem largitus eſt.

QUÆSTIO II.

Quare Iulius Centurio dat facultatem Paulo eundi ad ſuos amicos.

13. Dicitur verſ. 3. Humana autem tractans Iulius Paulum *permiſit ad amicos ire, & curam ſui gerere.* Syriacus legit: *miſericordia uſus eſt cum Paulo.* Gloſſ.Interl.Lyran.Hugo exiſtimant, ut acciperet ſibi, & ſociis neceſſaria: non placet, quia cum illa navigatio facta fuiſſet ex diſpoſitione Imperatoris, ab illo fuit proviſum de neceſſariis. Carthuſ. Quod Pauli modeſtia, ac ſapientia hunc favorem ſibi conciliavit.

14. D. Chryſoſt. ait, *erat autem Paulus valde afflictus à vinculis, à metu, circumductione: nec ſiluit Lucas, humano more Paulum in curam cepiſſe:* à laboribus, ab oppreſſionibus danda eſt aliqualis requies, ne vires oppreſſæ deficiant. Devenerant Apoſtoli peregrinatione confecta; *Convenientes ad Ieſum renunciantes ei, quæ egerant*, & docuerant.
Marc.6. Marc.6 n.30. Liber Divinus Magiſter audit, & approbat facta, & ait illis: *Venite ſeorſum, & requieſcite.* n. 31. ut laxentur animi ad acceſſum ruſticanæ amænitatis. Exiſtimat Theophil. hic à Chriſto eſſe
Theoph. inſervatum, *Ut ſciant paſtores laborantes in verbo, & doctrinâ dignos eſſe, quibus ſuadetur quies, & non ſemper intendant laboribus:* & Cajetan. ait: *inſtruens*
Caietan. *Prælatos, quid agere debeant cum ſuis miniſtris.*

Danda quies à laboribus.

15. Valde diverſimode, cum anima ſancta modo introducitur cuſtos in vineis: *Poſuerunt me cuſtodem*
Cant.1. *in vineis.* Cantic.1.n.6. modo dormiens, & non vigilans cap. 2. n. 7. *Ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam:* modo ipſam vocat ad laborem Cantic.2.n.10. *Surge propera amica mea, & veni:* modo ſedens ſub jucundiſſima, ac florida arbore, cum dulciſſimis fructibus ad recreationem. Cantic.2.n.3. Cant. 2.
Sub arbore malo ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo. Ecce quomodo hæc miſcentur; Vigilia cuſtodis cum ſomno lectuli; labor itineris cum amæniſſimâ quiete ſub arbore; ſic ſupremus omnium proviſor omnia hæc componit, ne viros deficientes opprimantur. D.Bernard.ſerm.57.in Cantic. & ait; *Ut* D.Bern.
petita vicis anima aliquatenus, tanto ardentius redeat in id ipſum, quanto fructuoſius intermiſiſſe meminerit, & iterum ſumpto contemplationis guſtu, vulentius ad conquirẽda lucra ſolitâ alacritate recurrat.

Labor cum otio temperandus.

Ait Deus per Iſaïam 45. n. 7. *Ego Dominus formans lucem, & creans tenebras:* quod Deus ſit Auctor lucis, bene ſe res habet, cum à luce diſpenſanda cognomentum Deus capiat, ſed cur noctis ſe Auctorem laudat dicens, *creans tenebras*, cum ſint nihil, & mera privatio lucis: dicitur *creans tenebras*, effective, per tenebras ſuſtentat, creat, & reficit vires humanas. D. Cyrill. Ieroſolymit. Catechiſm. 9. ait: *non enim accepiſſet à Domino ſervus quietem, niſi tenebræ eſſent inducta ad hunc præſcriptam neceſſitatem.* Dicit Geneſ.1. n.4. *Diviſit lucem à tenebris.* D.Chryſoſt. homil.11. in Geneſ. ait: *Segregavit Deus diem in opus humanæ naturæ.* 16. Iſai.45. D.Cyril.

Deus facit noctem ad quietem.

Actor.27 n.9. Multo autem tempore peracto, & cum jam tuta non eſſet navigatio, eo quod jejunium jam præteriſſet, conſolabatur eos Paulus.

Verſiones,

SECUNDA EXPOSITIO à Verſ. 9. uſque ad 13.

Verſ.9. *Multo autem tempore peracto.* Syriacus: *Ubi egimus multum tempus, uſque ad hunc diem*, quo verſamur in hoc periculo, & ideo ſubditur, *cum jam tuta non eſſet navigatio*; & jejunium jam præteriſſet, nempe dies jejunij, qui facti fuerunt in voto pro liberando periculo, de quo quæſtione ſequenti. *Conſolabatur eos Paulus.* Arabicus: *Commonuit* ut in tanta moleſtia confiderent in Deo, & haberent animum. 17. Arabic.

Verſ. 10. *Viri, video*, non tam ex temporis conjecturis, ac prognoſticis, ſed ſpiritu Prophetico, *quoniam cum injuriâ, & multo damno.* Syriacus: *Cum ærumnis, & jacturâ multa:* ac ſi dicat, multam injuriam, & damnum inferimus non ſolum navi, ſed etiam mercibus, ac eorum dominis mercatoribus, & etiam animabus noſtris, cum manifeſto periculo intendimus navigare, hiberno tempore, & hæc expoſitio maxime cohæret cum textu. 18.

Verſ. 11. & 12. *Centurio* Gubernatori, ac nauclero dicentibus navigandum, quam Paulo, qui dicebat, quod ibi ſiſterent gradum. Verſ.12. Cum portus non eſſet aptus ad hiemandum, conſilio inito determinarunt venire ad Phœnicem; non eſt Phœnicia Syriæ regio, cujus caput eſt Tyrus, & Sidon; ſed eſt urbs, & portus in Auſtrali latere Cretæ reſpiciens ad Africum ventum, qui ſtat ab occaſu brumali ex Plinio lib. 2. cap. 47. & eſt ventus medius inter Auſtrum, & occidentem ad corum. 19.

Verſ.13. Aſpirante autem vento Auſtrali apto ad navigandum, cũ ſuſtuliſſent anchoras, & vela de Aſſon, quæ eſt urbs, & portus Cretæ ad Septentrionem, legebant Cretam, id eſt, præternavigant ad Cretam. 20.

QUÆSTIO III.

Quare dicitur quod jejunium jam erat tranſactum.

21. D.Chryſoſt. Oecum. Syrus Bellarm. Baron. Tyrin. Menoch.

AIt textus: Cum jam tuta non eſſet navigatio, *eo quod jejunium jam præteriiſſet.* Maxime dubitatur, quod eſſet hoc jejunium: D. Chryſoſtomus, Oecumenius, Syrus, Sanches exiſtimant eſſe jejunium Iudæorum: alij vero, ut Bellarminus, Baronius, Tyrinus, Menochius affirmant eſſe Chriſtianorum quatuor temporum, quæ à tempore Apoſtolorum dicunt incepiſſe.

22. Sed contra utramque ſententiam urget, quod in illâ navi nullus erat Iudæus; unus tantum Chriſtianus Paulus; nam Centurio, Gubernator, nauclerus, & nautæ erant omnes gentiles: ergo nullo valido fundamento affirmari poteſt, quod obſervaverint jejunium Iudæorum, vel Chriſtianorum.

23. Mihi videtur magis apte dicendum cum Lyra, hoc jejunium inditum fuiſſe in mari ſuadente Paulo, ut cum jejunio Deum orarent, ut eos liberaret ab imminenti periculo, ac tempeſtuoſo mari hiberno tempore, ut tuti, & ſalvi eſſent, & valde veriſimile eſt, quod Paulus eos ad hoc exhortaretur.

24. Iejunium enim magnam vim habet ad impetrandam Divinam miſericordiam, ut rigores, ac temporum adverſitates in noſtrum commodum, noſtramque convenientiam tranſmutentur. Valde notum eſt omnibus, quod diebus Eliæ clauſum erat Cœlum, ne plueret ſuper terram, & omnia ariditate, ac veluti terra fierent; in perditionem ibant univerſa: tunc oravit parens Elias, & ait text. 3. Reg. 18. n.45. *Ecce Cœli contenebrati ſunt, & nubes, & ventus, & facta eſt pluvia grandis.* Unde tanta mutatio, ut tanta ſterilitas tranſiret in tantam rerum abundantiam. D. Ambroſius de Eliæ jejunio ait: *Tunc Elias ſanctus reſeravit jejuniis ſuis Cœlum, terram ſuis orationibus fœcundavit*, Expende verba *reſeravit jejuniis ſuis Cœlum.* Cœleſtia omnia, ac Divina ad voluntatem jejunantis reſerantur, ac mutantur.

Ieiunanti omnia obediunt. D.Ambr.

25. Iejunans omnibus dominatur, & de omnibus triumphat. Ad ſuam dilectam ſponſam clamat Divinus Sponſus Cantic. 4. num. 8. *Veni de Libano, Veni coronaberis de capite Amanâ, & Seir de vertice Hermon; de manibus Pardorum, & cubilibus Leonum*; & cur de his montibus agreſtibus, & infructiferis ei componitur corona? cur non potius de amœnis, & fœcundis? ſed ſterilibus, & infœcundis? In quibus abſtinentia, & jejunium denotatur; in quibus cibus, & potus denegantur, ex his componitur pulchra, & elegans corona. Gillibertus ſermon. 29. ſic ait: *Neſcio, quid aſperum, quid ferum, quid fraudulentum in his montibus, in his naturis datur, intelligi, dum hæ triumphata corona miniſtrant materiam!* ſuam infertilitatem. Vide ſupra cap. 21. quæſt. 7. num. 56. 57. 58.

Cant.4. *Ieiuniū triūphat de laboribus.* Gilliber.

* * *

QUÆSTIO IV.

Quare cum Paulus ſuadeat non eſſe ultra navigandum, omnes fere ſtant in contrariam ſententiam.

DIcebat Paulus verſ. 10. Quod cum magno periculo incipiebat eſſe illa navigatio, ac proinde ab illa quieſcendum: at ut dicitur verſ. 11. Centurio, Gubernator, ac nauclerus non attendebant ad ea, quæ Paulus dicebat. Gubernatorem, ac naucleum idem ſignificare tenent Interlinea. Gloſſa, Hugo: at Carthuſianus ſumit primo pro rectore, ſecundo pro Domino navis: Lyranus interpretatur Dominus navis; Gubernator illius rector. 26.

Interlin. Gloſſa. Hugo. Carthuſ.

Paulus attentis omnibus circumſtantiis, cum eſſet hiemale tempus, mare tempeſtuoſum, venti furioſe debacchantes, prudentialiter dicebat, non eſſe navigandum: at Centurio, Gubernator, & Dominus navis, quibus communiter adhærebant cæteri nautæ, ut eſt probabile, fortiter inſtabant eſſe vela danda ſine ulla ratione, ac fundamento, ſed ex mero appetitu, & fere omnes in hoc conveniebant; unde recte dicitur *Stultorum infinitus eſt numerus.* 27.

Stultorū infinitus numerus.

Ait Deus per Iſaïam 3. num. 1. *Ecce ego dominator Dominus exercituum auferam à Ieruſalem, & Iuda validum, & fortem, & omne robur panis, & omne robur aquæ, fortem, & virum bellatorem..... & dabo pueros principes eorum.* Expende diverſum loquendi modum, *auferam virum fortem, & bellatorem* in ſingulari; *pueros* in plurali: Vir fortis, & robuſtus, ut prudentialiter, & aliâ ratione omnia diſponens, & ordinans, unus ſingularis, *fortem & robuſtum*: at vero pueri ob ætatem ſtulti, & ignorantes in plurali ob eorum amplam multitudinem ſuper omnem computum, quorum infinitus eſt numerus. D. Baſilius ibi exponens locum ſic ait: *Roma quidem expreſſit ſingulariter, puta fortem, validum, &c. malorum autem comminatio excrevit in numeroſam multitudinem, ſic ſunt juvenes, principes, & illuſores, dominabuntur vobis.* Ubi ſtulti, & mali ponuntur, eorum numerus multum excreſcens oſtenditur. 28. Iſaï 3.

D.Baſil.

Ait noſter Apoſtolus 2. ad Timoth. 4. num. 3. *Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coarcervabunt ſibi magiſtros.* D. Anſelm. *Acervum ſibi congregabunt magiſtrorum, qui doceant omnia, quæ deſiderant.* Nota quod dicitur *acervus magiſtrorum.* Acervus ſignificat magnam multitudinem, ſine ullo ordine, & numero, tam ampla eſt multitudo ſtultorum, ac iniquorum, ut in eis 29. 2. ad Timoth.

D.Anſel.

Ait David Pſalm. 11. num. 9. *In circuitu impij ambulant:* alia littera *inſipientes.* In circulo & ſi in infinitas partes fiat diviſio, in eis nullum eſt principium, nec finis præ eorum numeroſa multitudine. 30.

Actor. 27. num. 14. Non poſt multum autem miſit ſe contra ipſam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo.

Verſiones,

TERTIA EXPOSITIO à Verſ. 14. uſque ad 20.

31. Syriac. Verſ. 14. **M**Iſit ſe contra ipſam. Syriacus: *Impingit ventus turbinis, qui vocatur Typhonicus*; eſt ventus ſubitaneus procelloſus, de quo quæſtione ſequenti: qui dicitur *Euroaquilo*, Plin. quia teſte Plinio lib. 2. cap. 48. eſt medius inter ventum Orientalem, & Aquilonem Septentrionalem, & eſt valde turbulentus, & magnas commotiones faciens.

32. Syriac. Arabic. Æthiop Verſ. 15. *Cumque arrepta eſſet navis* à vento ſcilicet, *& non poſſet conari in ventum.* Arabicus: *non potuit ventum ſecare.* Syriacus, Regius *in incertum ferebamur.* Æthiopicus: *Agitati de latere ad latus* in gyrum verſabamur.

33. Verſ. 16. *In inſulam quandam decurrentes*, quia tempeſtatis vi non potuimus eam tenere; quæ vo- Plin. catur Cauda; Plinius lib. 2. cap. 8. vocat eam Gaulon, creditur eſſe illam, quæ appellatur Gozo, & Melitæ vicina.

34. Arabic. *Potuimus vix obtinere Scapham.* Arabicus: *Vix potuimus retinere naviculam*; eam ad nos applicare, quod ſolent facere nautæ, tum ad fortificandam navem ex aliqua parte externâ, ſi neceſſe ſit, tum ad imponendas merces navis, ut ipſa ab onere alleviaretur.

35. Verſ. 17. *Qua ſublata*, ſcilicet Scaphâ, adjutoriis utebantur nautæ cingentes navem funibus, catenis, & aliis adjutoriis, ne navis frangeretur, *timentes ne in Syrtim inciderent.* Syrus. Syrus: *in præcipitium* inciderent in loca vadoſa.

36. Syrus. D. Chryſoſt. Marian. Menoch. Summiſſo vaſe, duæ ſunt expoſitiones probabiles juxtà varias lectiones: Syrus: *Sumus antennam*: collegimus velam, unâ parvâ relictâ, ut ſolet fieri in tempeſtatibus, ne à ventis navis ſubmergatur. Ita D. Chryſoſt. Marian. Menoch.

37. Altera expoſitio, *Summiſſo vaſe*, id eſt, navi, ejuſque ventre, & fundo, quantum poſſibile fuit, in mare depreſſo per anchoras jactatas, vel per ſaxa, aliaque ponderoſa, in imum navis dejecta, ne tam facile ventorum impulſu moveretur, & in Syrtim ageretur. Salmer. Cornel. Tyrin. Arabic. Ita Salmeron. Cornelius à lapide, Tyrinus; huic expoſitioni favet lectio Arabica Navim obfirmarunt.

38. Syriac. Verſ. 18. *Validâ nobis tempeſtate jactatis, ſequenti die jactum fecerunt.* Syriacus: *ſupellectilia noſtra in mare projecimus*, nempe merces, & quæ erant minus neceſſaria.

39. Verſ. 19. Tertia die ſuis manibus projecerunt omnia, quæ erant in navi, retentis ſolum his, quæ erant neceſſaria ad navigationem. Verſ. 20. *Neque enim ſole*, tanta nubium, imbrium, ventorum, fulminum, ac tonitruum multitudine, ut nulla ſydera cœleſtia apparerent.

QUÆSTIO V.

Quare ventus Typhonicus, tam vehementer exurgit contra hanc navim.

40. Plinius. Græcus. **V**Alde fortis tempeſtuoſus eſt; Unde Plinius lib. 2. cap. 48. *Vocat præcipuam navigantium peſtem*, Sic dicitur à verbo Græco conephiam, id eſt, è nube erumpens, veluti per exiguum foramen, & inde cum magno impetu, & tamquam in orbem, ac gyrum verſans, ex quo maxime navigantibus contrarius, ac nocivus.

Divus Chryſoſtomus tenet, quod hic ventus maxime excitatus, & commotus eſt à diabolo, ut 41. D. Chryſoſt. Typhon. Diabol. emergeret, ac perderet Paulum, & merito Symbolice Typhon denotat diabolum, quia multa, & magna pericula impellit, & ſubmergit homines, magnas perturbationes excitat in mente ad perturbandam conſcientiam, & tamquam fulmina erumpit, non ut illuminet, ſed ad excæcandum.

Volens Deus graviſſimam omnium plagam immittere in Ægyptum, diabolum miniſtrum advo- 41. *Diabolus inferens omne malum.* cat; *Tranſit Dominus percutiens Ægyptios, cumque viderit ſanguinem, in ſuperliminari, tranſcendet oſtium, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras.* Exod. 12. Exod. 12. n. 23. Illum percuſſorem fuiſſe diabolum D. Chryſoſt. graviſſimorum patrum eſt ſententia. D. Chryſoſtomus, D. Auguſtinus, D. Hieronymus, D. Gregorius, Rupertus, quos citant, & ſequuntur Lyran. Abulenſ. Lahay, juxta illud Pſalm. 77. *miſit in eos iram indignationis ſuæ, & immiſſiones per Angelos malos.* D. Aug. D. Hier. D. Greg. Rupert. Pſal. 77.

Ex quo inſurgit grandis difficultas. In Exodo 43. dicitur unus tantum non *ſinet percuſſorem*; in Pſal. 17. Pſalm. 17. multi ſcribuntur *per Angelos malos.* Tanta ſævitiâ, ac ferventi furore diabolus armatur, & perſequitur hominem, tamquam ſi tota *In uno diabolo omnes ad nocendum;* dæmoniorum malitia ſit conglomerata in uno ſolo diabolo, & idem unus valeat, ac omnes, in eo enim ſunt omnes nocendi, ut ait Andreas Cæſarien. ſerm. 8. ad cap. 12. Apocalypſ.

Et non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras: 44. poterat dicere, & non ſinet interficere vos, ut interfecit primogenita Ægyptiorum, ſed ait; non ſinet introire in domos veſtras, ut nos doceat, *Quidquid diaboli perditio eſt.* quod ſi diabolus non debet habere ingreſſum in domum terrenam, quanto magis vigilandum ne habeat ingreſſum in domum ſpiritualem animæ noſtræ, vel *non ingredi domos veſtras*, quia ipſa præſentia diaboli valde peſtifera eſt, & omnia ad perditionem inficit, & trahit, quia diabolus ſub ſerpentis figura decepit Evam, omne ſerpentum genus externum maledictionem contraxit, dixit Deus ad ſerpentem, *Quia feciſti hoc maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ, ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes.* Geneſ. 3. numero decimoquarto. Divus Chryſoſtomus homilia decimaſeptima. *Quia diaboli ſervivit malitia.* Gen. 3. D. Chryſoſt.

Non ſines percuſſorem ingredi domos veſtras. 45. Cohibet Deus ipſum percuſſorem diabolum, ne *Diabolus ut pirata in mari.* ſua nequitia in totum deſæviat juxta illius furorem, & iram, quia aliàs univerſa in extremam ruinam præcipitarentur, ut latè diſſerit D. D. Laur. Iuſtin. Laurentius Iuſtin. lib. de obedient. cap. 6. nam omnis vis, & conatus diaboli eſt ad omnia deſtruenda, & deſolanda; quod ſic explicat D. Nilus de octo vitioſis, & ait: Niles. *Quemadmodum prædones in eam potiſſimum navim, quæ mercibus onuſta eſt, impetum faciunt, eodem quoque modo diabolus peccatoribus, nam admodum infeſtus hoſtis eſt, verum juſtis acerrimum bellum indicit.* Vide ſupra cap. 5. quæſt. 3. num. 21. 22. 23.

QUÆSTIO VI.

Quare tot, & tanta adhibent nautæ ad evitandum navis naufragium.

46. NAvis rigidis ventis, tempeſtuoſo mari, fluctibus maaime commotis, ac intumeſcentibus in extremo periculo verſabatur; tune nautæ navim ipſam fuoibus, ac catenis cingunt, vela contrahunt, anchoras mittunt in prufundum maris, merces projiciunt io mare; unde illis tot, & tanta ſubeunt in meotem, & veniunt in eogitatione.

47. Ad quæſtionem recte teſpondet D. Naxiana. epiſtol. 66. ad Philagrium; & ait: *Neque enim quidquam eſt, quod inveniendi arte magis valeat, quam dolor*; maxime oculos aperit, & mentem acuit. Juaia Dei mandatum ibat Moyſes eum uaore, ac filio ſuo io Ægyptum, eumque eſſent in diverſorio oceurrit Angelus Domini, & volebat iotetficere Moyſen, tunc uaor ejus *tulit illico Sephora acutiſſimam petram, & circumcidit præputium filij ſui*. Exod. 4. oum. 25. Cauſa ub quam Angelus vulebat occidere Moyſen communiter aſſignatur, quia non cuſtodierat legem circumcidendi filium ſuum, & ideu circumciſione factâ ceſſavit comminatio, & Angelus abiit; ſed cur potius uaor, quam Moyſes, quid opus eſt facto intelligi; cum Moyſes eſſet vir doctiſſimus, & maxime inſtructus in omni doctrinâ, & ſapientiâ, planum eſt, & evidens, quod Moyſes ſapientioe erat; tamen uaurem, urpote mulierem graviter premebat doloris metus, ne vie, vel filius ejus intetficeretur, & præ anguſtia, ac dulore, quo iotime cruciabatur, citius penetravit tem, quam Muyſes cum omtu ſuâ ſapieotiâ. Iſidor. Peluſiot. lib. r. epiſtol. t25. ait: *Gravier Sephoram, uti mulierem premebat metus, ſiqnidem mulieres, cum urget neceſſitas, diligentioribus, quam viri, artibus uti conſueverunt.*

Exod. 4.

Doloris vexatio magis acuit ingeniū, quā ſapientia.

48. Urgente fame io terrâ Chanaan, Jacob patre præcipiente, ot peragrent in Ægyptum ad conquitenda frumenta, ut valeant vivere, reſticit Judas, quod illud fieri noo poteſt, oiſi ſecum adducant Benjamin, quia vir ille magnus jurejurando obſtruaic, non videbitis faciem meam, niſi frater veſter minor venetit nobiſcum, ſi vis eum dioittere: tum illis Jacob: ſie neceſſum eſt, facite, quod vultis: ſumite de optimis terræ frugibus in vaſis veſtris, & deferte viro monera, modicum reſinæ, & mellis, &c. Geneſ. 43. num. 11. Valde mirum eſt, quod nullus fratrum habet in mente, ot gubernatori deferantur munera, maxime eum Judas eſſet vir magnus, & jam judicis munus obierat, & maxime ſe obligaverat ad Beniam in ſalvum adduceendum, ſed ſolus Iacob hoc eogitat, & hoc advertit, & tractat, ut mittantue munera? quia ille ſulus unus maaime dolote vexabatur de abſentia Benjamin, ac valde ſulieitus erat de cuſtodiâ illius, & ideo illius dulore ingenium provocavit ad remedium indagandum: Præelare ait D. Gregurius Naaiauzenus urat. 18. *Ingenioſus enim, ac ſolers eſſe ſolet, quiſquis premitur.*

Gen. 43.

Laboris valde ingenioſum faciunt hominem.

Actor. 27. *num.* 21. Et cum multa jejunatio fuiſſet, tunc ſtans Paulus in medio eorum dixit: Oportebat quidem ô viri, audito me, non tollere à Cretâ, lucrique facere injuriam hanc, & jacturam.

Verſiones,

QVARTA EXPOSITIO uſque ad Verſ. 28.

Verſ. 21. ET *cum multa jejunatio fuiſſet*. Syriacus: *Cum nemo quidquam cibi cepiſſet*; tuio metu naufragij, tum ub continuas occupationes ſubveniendi navi, agendique illius mioiſteria. Paulus cum magno ſpiritu, ac animo, *oportebat non tollere à Creta*. Syriacus; *non ſolvere à Cretâ*, ſed ibi permanere, ac hiemare: addit Arabicus: *Oportebat vos acquieſcere conſilio meo* ibi permanendi: *lucri hanc jacturam*; ſi meum conſilium ſequeretur, noo fieret talis jactura lucri, ac mercedum, quæ jactaiæ ſunt in mare. 49.

Syriac.

Syriac.

Verſ. 22. *Et nunc ſuadeo vobis*. Arabicus: *Et nunc hortor vos*. Syriacus: *Et nunc conſilium do vobis*, quod ſitis booo animo, & nullus ex vobis peribit; ſed ſola navis: Advertit Lyra, quod Paulus hoc diait, ut omnes agnuſcereut in eo ſpiritum pruphetieum, & credant ejus dictis, maximè in his, quæ pertinent ad ſalutem. 50.

Arabic. Syriac. Lyra.

Verſ. 23. *Aſtitit mihi hac nocte Angelus Dei*. Tales revelationes frequenter fiunt nocte, quia tunc ſenſus magis quieti, & à terrenis ſeparantur. 51.

Verſ. 24. *Ne timeas Paule*: cum inter rot pericula verſaris, dunavit tibi Deus hos omnes tui gratiâ ſalvos fieri; de quo quæſtione ſequenti. Verſ. 25. *Propter quod eſtote bono animo*. Verſ. 26. *In inſulam quandam oportet nos devenire, ut in eam deſcendamus.* 52.

Verſ. 27. *Navigantibus nobis in Adria*. Syriacus: *in mare Adriaticum*, ſic dictum à veteri populo, & portu: & cum eſſet media nocte, obſcuco, & tenebroſo tempore eaiſtimaruut nautæ ſibi terram apparere. 53.

Syriac.

Verſ. 28. *Qui ſummittentes bolidem*, & inſtrumentum, quo tentatur prufundum maris; v. g. ut pondus funiculo alligatum, quo eaploratur maris altitudo. 54.

QUÆSTIO VII.

Quare omnes nautæ ex ſibi Paulo aſſociato ſalvi fiunt.

VErſ. 24. Diaie Angelus Paolo: *Ne timeas; ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum*: D. Chryſoſtomus ibi inquit: *Quaſi diceret; digni quidem erant, qui perirent, quoniam inobedientes fuerunt; veruntamen in tui gratiam ſervabo eos*: ſemper enim juſtorum præſentia, & aſſiſtentia tutamen, & defenſio ratitit aliis. 55.

D. Chryſoſt.

Iuſtorū præſentia cuſtodit alios.

Ait Regius Vates Pſalm. 46. *Quoniam Dij fortes terræ vehementer elevati ſunt.* D. Hietonymus ea Hebræo legit: *Quoniam dij ſcuta terra.* Chaldæus: *Quia Domini ſunt clypei terræ*; ubi ſermo eſt de ſactis Apuſtulis; ut expunuut D. Chryſoſtomus, Theodoretus, D. Thomas, ooſter Incognitus; quia ideo dicuntur ſcuta, & elypei terræ, quia ſuis orationibus, ac virtutibus, ac præſentiâ, tamquam ſcuta protegunt, ac tuentur peccatores à gladiis Divioi furoris, & irâ. 56.

Pſal. 46. D. Hier. Chald.

Iuſti, ſ. utum defenſiones erga peccatores.

Ad hujus rei guſtum ait Divina Sponſa: *Adjuro vos* 57.

vos filiæ Ieruſalem per capras cervoſque camporum. Cantic. 2. num. 7. In Græco legitur: *Per potentias, & fortitudines agri.* Ibi Theodoretus ait: *per potentias, & fortitudines agri, ſanctos vocat Apoſtolos, qui Divino repleti ſpiritu per univerſum vagantes orbem terrarum, Dei adverſarios dæmones expulerunt.* Sacri Apoſtoli non ſolum aliquibus hominibus, regno, vel provinciæ, ſed univerſo orbi fuerunt magna potentia, & fortitudo, ad eum magno robore protegendum, ac defendendum.

Cant. Theod.

58. Pſal. 65. Ait David Pſalm. 65. num. 15. *locutum eſt os meum in tribulatione mea. Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum, boves cum hircis:* maxime notanda eſt illa conjunctio *boves cum hircis*; nam boves denotant juſtos, & ſanctos, ideo apparent juxtà Thronum Dei Apocalypſi 4. Ezechiel. 1. at per hircos peccatores, ac reprobi ſignificantur, & ideo ab agnis, & ovibus ſeparantur; ſi enim hirci ab ovibus ſeparantur in perditionem ibunt; at vero ſi ſectis aliis animalibus conjungantur, de eorum conſortio ad aram Dei, ac ad ſuam ſalutem pertinent. Valde opportune D. Auguſtinus ait: *Adjunctione ipſa ſalvantur hirci, per ſe non poſſunt accipi, adjuncti bobus accipiantur.*

Apoc. 4. Ezech. 1. *Ex conſortio juſtorum iniqui ſalvantur.*

59. Apoc. 4. Apocalypſi 18. num. 2. Angelus deſcendens de Cœlo clamat: *Cecidit, cecidit Babylon magna:* Nonne ſufficiebat dicere ſemel, *cecidit Babylon*, ad quid dupliciter ingemiſcit? per Babylon intelligitur Jeruſalem, ut ibi dixi, & bis cecidit; primò, & principaliter, quando ab eâ ejecti, & ſeparati ſunt juſti, quæ extitit illius totalis ruina, & inde ſequutum fuit; ſecundus caſus; *cecidit*, quando ſolo adæquata eſt. D. Ambroſius ibi inquit; *Quæ bis cecidiſſe dicitur, quia cecidit primum, cum per doctrinam evangelij maximam multitudinem electorum amiſit, qui ab ea per fidem Chriſti, præciſi cives ſanctæ civitatis, id eſt, Sanctæ Eccleſiæ facti ſunt*; & hic fuit primus caſus, ac ruina florentiſſimæ, ac magnificæ civitatis, quòd ab iſtâ juſti, & electi Dei.

QUÆSTIO VIII.

Quare non in principio tempeſtatis, ſed jam in fine apparet Angelus confortans Paulum annuncians omnium ſalutem.

60. POſt multos dies, ac noctes, Paulus, & ſocij ex tempeſtate exorta paſſi ſunt multam tribulationem, quam ſuſtinuerunt patienter; tamen Angelus non in illo principio, ſed tamquam in fine Paulo apparet cum multâ fiduciâ corroborans eum, quod in ejus gratiam Deus cuſtodit, & ſalvat omnes exiſtentes in navi.

61. Hæc eſt alta diſpoſitio Divinæ providentiæ, ut prius anima afflictionibus, ac doloribus prematur, & poſtea magnis gaudiis, & honoribus impleatur; de afflictione, ac dolore, & tribulatione exoritur fructus Divinæ gratiæ. Cum vehementer populus eſſet commotus contra Moyſen, & Aaron, & penè eos interficerent: *Cum oriretur ſeditio, & tumultus increſceret; Moyſes, & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis; quod poſtquam ingreſſi ſunt, operuit nubes, & apparuit gloria Dei.* Num. 16. num. 43. & deſævit plaga magna in populo, ut ferè quatuordecim millia hominum perierint: Unde tot, & tanta mirabilia erga Moyſen, & Aaron, ut nubes tamquam ſcutum operiret tabernaculum, & ipſa Dei gloria ſeſe patenter manifeſtaret in eorum defenſionem? Unde illi in tantum ſublimantur, quod ſimilia aliis non legantur conceſſa? Afflictione, & vexatione, qua deprimuntur, triumphatores à Deo exaltantur; valde peculiaribus, ac magnis ſignis. Origen. homilia 11. in Numer. ait: *Quamvis magni ſint vitæ merito Moyſes, & Aaron; quamvis animi virtutibus polleant apparere tamen Dei gloria non potuiſſet, niſi in perſecutionibus, in tribulationibus, in periculis, in ipſâ penè morte conſtitutos.* Tribulatio ſuper omnes virtutes magna mirabilia parturit.

Num. 16. *Tribulatio ſuper omnes virtutes mirabilia perducit.* Origen.

62. Mich. 5. Ait Michæas 5. num. 2. *Et tu Bethleem Ephrata parvulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael.* Bethleem, idem eſt, ac Dominus panis; Ephrata, idem eſt, ac videns furorem; ex quo magna exoritur difficultas, quomodo fieri poteſt, quod ubi Chriſtus naſcitur totus pacificus, & clemens, dicatur Dominus furoris; quid furor? Cum manſuetudine Ieſus: de furore perſecutionum naſcitur fructus ſalutis, Ieſus reficiens nos ſuo pane cœleſti. D. Ambroſius epiſtol. 18. *Ecce tibi domus furorem videntis erat, ibi domus panis eſt; ubi pœna innocentium, ibi univerſorum redemptio, ſicut ſcriptum eſt; & tu Bethlem domus Ephrata non es minima inter principes Iuda, ex te enim exibit princeps Iſraël. .... Bethlem domus panis, Ephrata domus furorem videntis.* De his multa cap. 2. quæſt. 26. num. 233. 234. 235. & cap. 5. quæſt. 11. num. 72.

De furore tribulationũ naſcitur fructus ſalutis. D. Ambr.

Actor. 27. *num.* 29. Timentes autem ne in aſpera loca incideremus de puppi mittentes anchoras quatuor optabant diem fieri.

Verſiones,

QUINTA EXPOSITIO
à Verſ. 29. uſque ad 37.

Verſ. 29. T*imentes*, cum non invenirent fundum maris, *ac in aſpera loca*, Syriacus: *ne in loca ſcopuloſa*; in ſcopulos, aut ſyrtes; mittunt quatuor anchoras, ut fortiter ſuſtinerent navim. 63. Syriac.

Verſ. 30. *Nautis*, ſcilicet peritis *quærentibus fugere de navi in ſcapha, ſub obtentu.* Arabicus: *Sub prætextu volendi anchoras extendere*, quod totum fictè faciebant ad deſerendum navim, & ut fugerent. Verſ. 31. Paulus dixit; niſi hi, qui ſunt periti in arte navigandi manſerint in navi, ut ſuâ arte eam gubernent, vos omnes peribitis. 64. Arabic.

Verſ. 32. *Tunc abſciderunt milites funes ſcaphæ*, ne poſſent periti nautæ fugere. Verſ. 33. *Quarta decimâ die jejuni permanetis nihil accipientes*, id eſt, parum, quod erat tamquam nihil ad vitam, & debitam refectionem. 65.

Verſ. 34. *Rogo vos accipere cibum.* Syriacus: *ad confirmationem vitæ veſtræ*, ad reficiendas vires veſtras, ut poſſitis tollerare pericula naufragij, ac agenda miniſteria neceſſaria. 66. Syriac.

Verſ. 35. *Sumens panem gratias egit Deo.* Syriacus: *glorificans Deum cum omnibus.* Arabicus: *benedixit* 67. Syriac. Arabic.

benedixit Deo de mote ſuo, exbottans omnes ad hoc faciendum.

68. Syriac. Arabic. D.Chryſoſt. Arias. Verſ. 36. *Animaquiores facti omnes* verbis Pauli. Sytiacus: *Conſolationem acceperunt.* Atabicus: *latificati.* D. Chryſoſtomus: *anima recreati.* Arias: *bone animo.* Æthiopicus: *Reverſum eſt cor.* Verſ. 37. *Eramus univerſa anima*; à nobiliori partu computa homines.

QUÆSTIO IX.

Quare omnes qui erant in navi dicuntur ſalvari ob gratiam Pauli, cum Paulus dicat, quod, ſi nauta exirent omnes peribunt.

69. DIxit Angelus Paulo ſupra verſ. 24. *Ecco donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecnm,* & tamen poſtea, cum vidiſſet Paulus, quod oautæ, ſeu magiſtri navigarionis volebant fugere à navi, dixir Ceoturioni verſ. 31. *Si hi in navi non manſerint, vos ſalvi fieri non poteſtis:* unum cum altero videtur repugnare; Angelus ait, quod omnes ob gratiam Pauli ſalvabuntur; Paulus ait, quod, ſi gubernatores exietint, omnes peribuot: quomodo ergo hæc poſſunt ſtare, & cohætere

Cũ quis eſſet in ſuo munere omnia ſunt ſalva. inter ſe? Paulus ut magous Doctot, optimus interptes Angeli vetborum, quod omnes ſalvabuntur à periculoſa maris tempeſtate, ſi rectores, ac gubernatores navis recte adimpleverint ſuum navis gubernandæ munus: Cum quis ſtat in ſuo officio omnia proſperantur; aliter in præcipicium

Occum. ruunt. Oecumenius ſic ait: *Quod autem dicis, niſi hi in navi manſerint, vos ſalvi fieri nen poteſtis, diſpenſatione dixit Paulus, ut confunderet eos, ne excideret prophetia,* quæ erat ſtantibus, & permanentibus nautis.

70. 1.Cor.1. Ait noſter Apoſtolus 1. Corinth. 1. num. 14. *Gratias age Deo meo, quod neminem veſtrnm baptizavi, niſi Criſpnm, & Cainm, neqnis dicat, qued in nemine meo baptizati eſtis. Baptizavi antem & Stephana domnm; caterum neſcio, ſi quem alinm baptizaverim; non enim miſit me Chriſtns baptizare, ſed evangelizare.* Magnus Paulos dat

Suo muneri quiſque ſtudeat, ut fiat magnus. gratias Deo, quod tantum tres baptizaverit, & cur pro tam magno beneficio habet, quod tam paucos baptizatet, cum ſit præclarum pietatis opus illud ſacrum lavacrum miniſtrare: ait ipſe; *Nen enim miſit Chriſtus baptizare, ſed evangelizare,* & ideo pro magno beoeficio à Deo accepto referebat, quod in ſuo munere commiſſo ſe contineret, & quod ad aliud breviſſime, ac pro caſu urgenti manum extendetet, & quia in ſuâ ſpherâ ſe ſemper retinuit, iode ſe tam magnum agnoſcebat, pro quo multas gratias Deo perſolvebat.

Occum. Oecumenius ibi ait: *Cur gratias agis Paule, qnod neminem eorum baptizaveris prater illos, qnos numeraſti; an baptiſmus inter illa penendus eſt, quornm parva habenda eſt ratio? neqnaqnam, inquit; ſed de hoc dnplici modo gratias age: altere, quod neque ad hanc rem apoſtolatum à Chriſto acceperim.*

71. *Nulla maior magnitudo, quam in ſuo munere perſiſtere.* D.Ambr. Dicitur Geneſ. 1. oum. 16. *Fecit Deus due luminaria magna, lnminare maius, ut praeſſet diei, & luminare minus, ut praeſſet nocti:* Si Luna quando numeratur cum Sole etiam dicitur lominare magnom; quomodo ſtatim dicitur *luminare minus?* nomquid Deus retractat magnitudinem, quam aotea prædicaverat? operâ Dei ſunt abſque pœnitentia. Recte dubium ſolvit ibi D. Ambroſius & ait: *Fecit Deus duo lumnaria magna, luminare maius, ut praeſſet diei, & luminare minus, ut praeſſet nocti; magna poſſnmus accipere, non tam aliornm comparatione magna, quam ſuo munere.* Luna luminare eſt magnum, cum ita prædicitur à ſupremo artifice, tamen dicitur luminare minus, quia minus eſt lucere nocte quam die; tameo luna ſemper eſt lumioare magnum, cum ſe exerceat, & contineat in ſuo munere, qood quamvis illud ſit minus, tameo cum luna ſe cohibens in illo, & ejus metas non tranſilit, magnum luminare eſt; *magna poſſnmus accipere, nen tam aliorum comparatione magna, quam ſuo mnnere.* Nulla major magnirudo, quam in ſuo officio quiſque perſiſtere, & illius limites noo tranſilire. Vide ſupra cap 20.q.7.0.68.69.70.

QUÆSTIO X.

Qnare Paulus tam vehementer exhortat omnes ad manducandum.

AIt Paul. verſ. 33. *Quarta decima die hodie expectantes jejuni nnllnm pabulnm accepiſtis,* 72.
ideo exhattatur ad accipiendum temporale ad reficiendas vires natutales, & ad ſuſtentandam vitam naturalem, & ad ſuſtioendum laborem oavigationis, ac tantæ tempeſtatis.

Ex cibis materialibus liceat coojectutari ad 73.
ſpiritoalem, & Divinum, ac cœleſtem cibum. D. *Sacrâ Euchariſtiâ reficiuntur vires.*
Paſchaſ. lib. de corpore, & Sanguine Chriſti cap. 9. & ait: *Qnatenus ſicnt*, ſcilicet vires corporales *aluntnr cibis terrenis, ut vivant ad tempns, ſic alantur ſpiritualiter per hac nd vitam perpetnam, ne deficiant in viâ.* Ait Paulus 1. Corinth. 11. num. 23. *Dominns Ieſus in qua nocte tradebatnr accepit panem*; & cur potios io illa nocte, quam in aliâ hoc altiſſimum myſterium inſtituitur? In illa nocte ſeſe diabolus cum omnibus machinationibus ſuis armavit contra ſacros Apoſtolos, ut eos conturbatet, *expetivit vos Sathanas* Luc. 22. num. 31. ideo ſupremo, & altiſſimo myſterio eorum vires fuerunt corroborandæ, ac omnimode muniendæ. D. Bernard. ſerm. 2. de Ramis ait: *expetiverat Sathanas, ut cribraret, opns erat refectione.* Luc.22. D.Bern.

Magna proſperitate pergit Hebtæus per deſer- 74.
tum, ut canit David Pſalm. 104. num. 17. *Nen fuit in tribnbns eornm infirmus*, & quonam mediante, ita illc populus vitam protogavit per tot vias, & aſpera loca, ſanus adeo, ut morbo oumquam tentaretur; rationem iovenit Tertullian. lib. adverſus Iudæos cap. 3. ſic inquit: manna cibatus ad inſtar immortalitatis redactus, nec bumanis paſſionibus cootaminatus; ſalutis, & vitæ eſt panis iſte, ait: Chriſtus Ioan. 6. oum. 5. & Euchariſtia medicina dicitur à Tertullian. lib. de pudicitia cap. 18. Pſal.104. *Euchariſtia dat ſanitatem, & vitã.* Tertull. Ioan. 6.

De Sapientia Divina decaotatur Proverbiorum 75.
9. numero tertio: *Poſnit menſam ſuam, & miſit ancillas ſnas, ut vocarent ad arcem.* Valde mirum eſt quod menſa ſubito mutata ſit in arcem militum, quia hæc cœleſtis menſa eſt etiam fortiſſima turris ad repellendos omnes diabolicos incorſus ad cuſtodiendam animam ab omni vitiorum turpitudine D. Cypriao. epiſtol. 54. ſic ait: *Cnm ad hoc fiat Encbariſtia, ut poſſit accipientibus tntela eſſe; qnos tutos eſſe contra adverſarinm* Proverb. *Euchariſtia defendit, & cuſtodit ab omni malo.*

verſarinm volnmus munimento ſaturitatis Domiaica armemus.

76. Ait Iſaïas 33. agens de vero, & juſto parti-
Iſai.33. cipante Sacrum Euchariſtiæ num. 16. *Illo ia excelſis habitabit, manmmenta ſaxorum, ſublimitas ejus.* Uode illi tam excelſa habitatio munita omni lapide pretioſo Eccleſiæ! ipſe propheta explicat; *panis illi datus eſt*; ſtatim in illo omnis celſitudo eminet, munita, ac reſplendens omni lapide pretioſiſſimo Eccleſiæ, totiuſque illios ſpleodore, ait noſter D. Cyrillus Alexand. lib. 3. in Iſaï. cap. 33. *Habitantibus enim in Eccleſia, panis vita Chriſtus datur*, fideles, & ſtabiles efficientes eos.

Ab Euchariſtia omnis certitudo, & firmitas.

77. De illo maona, quod actum fuit populo Iſ-
Sap.16. raëlitico, dicitur Sapient. 16. num. 20. deſerviens unius cujuſqoc voluntati, id eſt; referebat ſaporem juxta volontatem comedentis, ac guſtantis;
Apoc.2. at de noſtro diviniſſimo dicitur Apocalypſ. 2. num. 17. *Manna abſconditum*, qoia ejus dulcedines, ac ſuavitates guſtari poſſunt à bonâ, & ſanctâ coofcientiâ; explicati vero, ac declarari non poſſunt: abſcondita ſunt nobis, & ſuperant omnem loquelam. D. Bernard. ſermon. ad clericos cap. 21. ais: *Sine cauſa paginam conſulis, experientiam magis require, manna abſconditum eſt, non illud eruditio, ſed conjanctio docet, non ſcientia comprehendit, ſed conſcientia.*

Delitias Euchariſtiæ humana mens nõ capit.
D.Bern.

QUÆSTIO XI.

Quare Paulus adhuc in medio periculi dat Deo gratias coram omnibus.

78. ADhuc navis erat in magno periculo, urgente tempeſtate, & nautæ ignoraotes altitudioem maris, & portum, ad quem remearent: tunc Paulus (ut dicitur verſo 25.) gratias egit Deo in conſpectu omnium, ot ſuo exemplo omnes admoneret, ot Deo referrent gratias.

79. Sanat Jeſus homioem in Piſcina, & dixit illi, *Tolle lectnlum tuum*: urgebant Judæi hominem, Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. Joan. 5. num. 9. at ille ait: *Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit*; & iterum num. 15. ait; quod *Ieſus eſſet, qui fecerat eum ſanum*: de lectulo nec verbum agit, ſed totus erat in poblicanda ſanitate à Chriſto accepta, ut ſuis verbis, ac exemplo omnes ſtimularet, ac excitaret ad dandas grarias Deo pro tam magno beneficio, ac miraculo. D. Chryſoſtomus homilia 37. in Matth. ait: *Intuere hominem in pietate perſeverantem, & cum illi creditum ſemper crimen adducerent; hic ſemper excuſationem, & medicum profitetur, ut populum ad ejus cognitionem, ac familiaritatem alliceat.*

Ioan.5.
D.Chryſoſt.
Gratus omnes excitat ad gratificandum.

80. Quæſtio priocipaliter inquirit; cur Paulus dat gratias Deo, cum adhuc periculum urgeret, & navis funibus præcincta magnis fluctibus jactaretur: Paulus altâ, & magna prudeotia io medio tantorum periculorum totus gratulans ſtat daos gratias, quia gratiæ præſolutæ Deo in medio tribulationum faciunt tribulationes evaneſcere, & de illis triumphare.

81. Mittuntur tres pueri in fornacem ardentem, at illi ibi ſtantes ooo ceſſabant laudare Deum: Benedicite omnes Angeli Domini Domino; benedicite Cœli, & aquæ, &c. Tunc Nabuchodonoſor acceſſit ad oſtium fornacis, & admirabundus exclamat; *Ecce ego video quatuor viros ſolutos ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis eſt in eis, & ſpecies quarti ſimilis Filio Dei.* Daniel. 3. oum. 92. Unde fieri potuit, ut illi tres pueri ſic trahant ad ſe Filium Dei, ut cum illis ſit, illiſque aſſiſtat? non miror, cum illi in medio fornacis, in medio tribulationum, eſſent toti intenti, ut Deum glorificarent; ideo meruerunt, ot Deus eos glorificaret, aſſiſtente eis in eorum adjutorium Filio Dei. D. Auguſtinus ſerm. Barbatio ait: *In quibus patris micans gratia, ita eaituit, ut ligati in fornacem mitterentur, deambalantoſque viderentur, os aperientes, Dominumque landantes, flammas ad ſe non admitterent, & ſecum Filinm Dei habere meruiſſent, antequam in mundo homo appruiſſet.* Expende verba: *Dominum landantes, flammas ad ſe non admitterent, & ſecum Filinm Dei habere meruiſſent.*

Daniel.3
Qui inter pericula Deũ laudat, triũphat victor.
D.Aug.

Actor. 27. num. 38. Et ſatiari cibo alleviabant navim jactantes triticum in mare.

Verſiones,

SEXTA EXPOSITIO
uſque ad Verſ. 43.

Verſ. 38 ET *ſatiati cibo.* Syriacus: *expleti:* 82.
jactantes aliqua. Verſ. 8. jactarunt Syriac.
in mare non tantum triticum, quod erat ad cibum neceſſarium, ut modo faciunt, quando multum urget tempeſtas.

Verſ. 39. *Terram non agnoſcebant.* Arabicus: 83.
Cajus litus minime deprehendebant: textus: *ſinum quendam*; receptaculum in inſula, quæ apparebat, *cogitabant ejicere navim.* Syriacos: *impellere navim*: Æthiopicus: *impingere navim.*

Syriac.
Arabic.
Æthiop.

Verſ. 40. *Et cum ancheras ſuſtuliſſent*; elevaſ- 84.
ſent de mari, *committebant ſe mari* navigantes oempe; *laxantes vincula, ſea juncturas gubernaculorum*: Syriacus: *ſolventes*; nam quandio navis detenta erat anchoris, ligaverunt gubernaculum, modo ſolvunt ad navigandum; *levato antemone*: recte explicat Arabicus: *Velum parvum erexerunt*, ut ſolet fieri in tempeſtate, navigando parvo velo.

Syriac.
Arabic.

Verſ. 41. *In lacum dithalaſſum*, vox eſt Græ- 85.
ca, & idem valet ac bimaris, ut transferunt Arabicus, Æthiopicus, ac Tigurina, eſt locus inter duo diverſa maria, ſeu cingitur duplici diverſo mari, ubi magnum ſolet eſſe naufragium, locus autem ille etiam modo Zaçala de S. Paolo, id eſt portus, vel appulſus D. Pauli. Ita Philippus Cluverius, Cajet.

Arabic.
Æthiop.
Philipp.
Caietan.

Verſ. 41. *Ut cuſlodias occiderent*, nempe reos cu- 86.
ſtoditos occiderent: Syriacus: *Ut interficerent vinctos*; nam (ut jam dixi) cum Paulo deferebantur multi criminoſi Romam, qui ob gravitatem ſuorum criminum erant rigide Romæ puniendi, ideo metuerunt milites, quod cum prope eſſet litus, ſe emitterent in mare, ut natando fugerent, & milites punirentur, eo quod oon bene eos cuſtodirent.

Syriac.

Verſ. 43. *Centurio volait ſervare Paulum*, aliis, 87.
qui poterant natare, dedit facultatem, ut ſe emitterent in mare, & ſic natando à periculo effugerent, alij vero, qui neſciebant natare, io tabula ſe ſalvarent.

CAPUT XXVIII.

1. *ET cum evaſiſſemus, tunc cognovimus quia Mitylene inſula vocabatur. Barbari vero præſtabant non modicam humanitatem nobis.*
2. *Accenſa enim pyra reficiebant nos omnes propter imbrem, qui imminebat, & frigus.*
3. *Cum congregaſſet autem Paulus ſarmentorum aliquantam multitudinem, & impoſuiſſet ſuper ignem, vipera à calore cum proceſſiſſet, invaſit manum ejus.*
4. *Ut vero viderunt Barbari pendentem beſtiam de manu ejus ad invicem dicebant; Utique homicida eſt homo hic, qui cum evaſerit de mari, ultio non ſinit eum vivere.*
5. *Et ille quidem excutiens beſtiam in ignem, nihil mali paſſus eſt.*
6. *At illi exiſtimabant eum in tumorem convertendum, & ſubito caſurum, & mori. Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, convertentes ſe, dicebant eum eſſe Deum.*
7. *In locis autem illis erant prædia principis inſulæ, nomine Publij, qui nos ſuſcipiens, triduo benignè exhibuit.*
8. *Contigit autem Patrem Publij febribus, & dyſenteriâ vexatum jacere. Ad quem Paulus intravit: & cum oraſſet, & impoſuiſſet ei manus, ſalvavit eum.*
9. *Quo facto, & omnes, qui in inſulâ habebant infirmitates, accedebant, & curabantur.*
10. *Qui etiam multis honoribus nos honoraverunt, & navigantibus impoſuerunt, quæ neceſſaria erant.*
11. *Poſt menſes autem tres navigavimus in navi Alexandrina, quæ in inſula hiemaverat, cui erat inſigne caſtrorum.*
12. *Et cum veniſſemus Syracuſam, manſimus ibi triduò.*
13. *Inde circumlegentes devenimus Rhegium, & poſt unum diem ſtante Auſtro, ſecunda die venimus Puteolos.*
14. *Ubi inventis fratribus rogati ſumus manere apud eos dies ſeptem: & ſic venimus Romam.*
15. *Et inde cum audiſſent fratres, occurrerunt nobis uſque ad Apij forum, ac tres Tabernas: Quos cum vidiſſet Paulus gratias agens Deo, accepit fiduciam.*
16. *Cum autem veniſſemus Romam, permiſſum eſt Paulo manere ſibimet cum cuſtodiente ſe milite.*
17. *Poſt tertium autem diem convocavit primos Iudæorum. Cumque convenissent, dicebat eis, Ego, viri fratres, nihil adverſus plebem faciens, aut morem paternum, vinctus ab Ieroſolymis traditus ſum in manus Romanorum.*
18. *Qui cum interrogationem de me habuiſſent, voluerunt me dimittere, eo quod nulla eſſet cauſa mortis in me.*
19. *Contradicentibus autem Iudæis, coactus ſum appellare Cæſarem, non quaſi gentem meam habens aliquid accuſare.*
20. *Propter hanc igitur cauſam rogavi vos videre, & alloqui. Propter ſpem enim Iſraël, catenâ hâc circumdatus ſum.*
21. *At illi dixerunt ad eum; Nos neque litteras accepimus de te à Iudæa, neque adveniens aliquis fratrum nuntiavit, aut locutus eſt quid de te malum.*
22. *Rogamus autem à te audire, quæ ſentis: nam de ſectâ hâc notum eſt nobis, quia ubique ei contradicitur.*
23. *Cum conſtituiſſent autem illi diem, venerunt ad eum in hoſpitium plures, quibus exponebat, teſtificans regnum Dei, ſuadenſque eis de Ieſu ex lege Moyſi, & Prophetis à manè uſque ad veſperam.*
24. *Et quidam credebant his quæ dicebantur: quidam vero non credebant.*
25. *Cumque invicem non eſſent conſentientes, diſcedebant, dicente Paulo unum verbum. Quia bene Spiritus ſanctus locutus eſt per Iſaiam Prophetam ad Patres noſtros.*
26. *Dicens, Vade ad populum iſtum, & dic ad eos: Aure audietis, & non intelligetis; & videntes, videbitis, & non perſpicietis.*
27. *Incraſſatum eſt enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos ſuos compreſſerunt; ne forté videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & ſanem eos.*
28. *Notum ergo ſit vobis, quoniam gentibus miſſum eſt hoc ſalutare Dei, & ipſi audient.*
29. *Et cum hæc dixiſſet, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter ſe quæſtionem.*
30. *Manſit autem biennio toto in ſuo conducto; & ſuſcipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum.*
31. *Prædicans regnum Dei, & docens, quæ ſunt de Domino Ieſu Chriſto cum omni fiducia, ſine prohibitione.*

ARGUMENTUM

ARGVMENTVM.

PAulus è naufragio Melitam ingreſſus viperam è manu excutit illæſus, Publij patrem ſanat, & multos alios, quâ de causâ multis magois hoooribus Paulus veoeratur; Romam venit; convocatis Judæis cauſam ſui adventus proponit, Chriſtum prædicat; ut etiam facit Romæ generoſe per biennium libero carcere degens.

Actor. 28. *num.* 1. Et cum evaſiſſemus, tunc cognovimus, quia Mitylene ioſula vocabatur. Barbari præſtabant noo modicam humanitatem nobis.

Verſiones,

PRIMA EXPOSITIO

1. Verſ. 1. ET *cum evaſiſſemus* è oaufragio, & periculo, *tunc cognovimus* per habitatóres terræ, *quia Mitylene inſula vocabatur*, deducto nomine ab optimo melle, quod io ea datur. *Barbari*, id eſt, Melitenſes, ſeu incolæ Maltæ, dicuntur à Paolo Barbari, quia non erant Græci; ſed moribus, linguâ, ac diſciplinâ erant omnino inculti, & iode maximè laudabiles, quod io Paulum, ac ſocios tantam præſtiterint humanitatem;
Syriac. Arabic. Æthiop. Syriacus: *charitatem*: Arabicus: *beneficium*: Æthiopicus: *Ruſtici benefecerunt nobis multum.*
2. Verſ 2. *Accenſa autem pyra*, id eſt, magna congeſtie lignorum ardentium *reficiebant nos*: Syriacus:
Syrus. *calefecerunt nos*, quia ventus, imber aquarum, *qui*
Oecum. *imminebat frigidus*: Oecumenius: qui oppreſſerat nos.
3. Verſ. 3. *Cum congregaſſet Paulus ſarmentorum aliquam multitudinem*: ſarmenta ſuot propriè ſegmina vitium ſicca, & inde omne lignum combuſtibile
Æthiop. ſarmentum vocatur, & ideo Æthiopicus transfert *viticulorum faſciculum*: ecce magna Charitas Pauli, quod cum ipſe eſſet frigore moleſtatus non ſe calefaciebat, ut aliis præſtaret materiam igni ad alios fovendos: vipera à calore ignis momordit maoum Pauli; de quo in qoæſtione.
4. Verſ. 4. *Dicebant utique homicida eſt homo hic*; nam apud omnes gentes homicidæ mors adjudicata
Syriac. eſt, *& ultio non ſinit eum vivere*: Syriacus: *Iuſtitia*
Æthiop. *non ſinit eum vivere*; juſtitia, ſcilicet, Divina: Æthiopicus: *ultio ſanguinis.*
5. Verſ. 5. *Excutiens beſtiam in ignem*, nil mali pa-
Syriac. Arabic. Æthiop. tiens eſt: Syriacus: *nihil adverſi ei contigit*: Arabicus: *nec accidit ei infortunium malum*: Æthiopicus: *non ſentiens doloris quicquam.*

QUÆSTIO I.

Quare Melitenſium charitas tantum laudatur, & ſublimatur.

6. D.Chryſoſt. CUm eſſent egreſſi è navi in inſulam, dicitur verſ. 1. *Barbari vero præſtabant non modicam humanitatem*: D.Chryſoſt. *multam charitatem*; nam accenſo igne eos fovebant, ac calefaciebant, & ad hanc eorum charitatem magis declarandam, ac ſublimandam dicuntur *Barbari*, hoc eſt, non moribus, ac diſciplina expediti, & cum tales eſſent, tantam charitatem erga naufragos impendebant, ut expendit D.Chryſoſt. & virtus ab indiſciplinato, & ruſtico maxime laudabilis, & glorificanda.

Laudabilis virtus ab indiſciplinato.

Cum Chriſtus pergeret in domum Ceoturionis 7.
ad ſanaodum puerum ejus, ipſe Centurio obvius Chriſto ait illi: *Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus*: audiens Chriſtus Dominus dixit ſequentibus ſe: *Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Iſraël.* Matth. 8. o. 11. Quomodo dicis Domine, Math. 8.
quod non inveniſti tantam fidem in Iſrael? nonne magna fides fuit illa Sancti Simonis, qui te puerum in manibus ſuſcepit, & te *ſalutare Dei vocavit*, *& lumen ad revelationem gentium.* Luc. 2. n. 29. noone Luc. 2.
magna fuit illa fides Nathanaël, qui primus omniũ Ioan. 1.
confitetur: *Tu es Filius Dei Rex Iſrael*: Joan 1. n. 49. merito tamen Chriſtus Domioos extollit fidem Centurioois, ut de eo dicat, *non inveni tantam fidem in Iſrael*: nam Simeon, & Nathanaël, & alij erant ioſtructi doctrinâ ſcripturæ, & illuminati oraculis prophetarum; at vero Centurio omoium ignarus, & ruſticus, & tamen tam præclara fide Chriſtum verom Deum confitetur, & veneratur; ideo ejus fides valde præclare magnis laudibus fuit proclamanda. D.Baſilius. Seleuc. orat. 19. *unicus gentilis* D.Baſil.
ſuper totam Iudæorum multitudinem fide ſe extollit.

Multum laudatur fides Centurionis.

QUÆSTIO II.

Quare D. Paulus Melitenſibus magnum gratiarum cumulum dedit.

ILli Paolo ad ſe calefaciendum à taoto frigore de- 8.
derunt ignem, ille vero eis multa, & multo majora: 1. Eos adducens à ſuis erroribus illuminavit, ac inſtruxit in fide Chriſti, & ita ſtabiles, ac firmi ut etiam inſulâ redactâ ſub poteſtate Maurorum, numquam fidem amitterent: 2. In Melitâ viperæ, ſcorpiones, & ſerpentes ſuo morſu venenum non impingunt, nec defendunt: 3. Glebæ, herbæ Melitenſes ſunt magna antidota adverſus venenata; ſanantque morſus quoſcumque venenatos canum, aut aliorum rabidorum; febres malignas, & alias infirmitates: 4. Totam inſulam, qoaſi ſibi ſacratam, ſub ſuo præſidio tueri deprebeoſus eſt Paulus; Sæpiſſime adverſus peſtem, famem, ac hoſtiles incurſus, ut multis exemplis probant Octavius, Cajetan. Thomas Tazellus, Ganellus apud Tirinum.

Magna beneficia Paulus in Melitenſes.

Octav. Tazell. Ganell. Tirin.

Sancti maxime grati, ac remuneratores ſuot be- 9.
neficiorum, qoæ in eorum obſequium exhibentur. Cum Abrahamus ab Hethæo Dei princeps cognominaretur: *Audi nos Domine, princeps Dei apud eos*:
Gen. 23. n. 5. Bonus ſenex tã honorifico nomine affectus, ac condecoratus honorem externo ſigno valde magnifico rependit: *Surrexit Abraham, & adoravit populum terræ.* n 7. non ſolũ adoravit Hethæũ, ſed etiã univerſũ populũ terræ: addit Hethæus honores honoribus, & iterũ Abrahamũ vocat Dominũ: *Nequaquã ita fiat Domine mi.* n 11. ſed Abrahamus tot, ac tãtis honoribus cumulatus, *adoravit corã populo terræ.* n. 12.

Gen. 23. Boni viri ſe invicem gratificantur.

ac publice, & patenter; & ſic onus quiſque alterum ad iuvicem honorabat. Procopius ait: *licet ipſum confiterentur Regem*, non tamen erubuit illos adorare.

Procop.

10\. Et hoc tantâ magnificentiâ præſtant juſti in largieodis beneficiis, ut magis ſe conſiderent debitores, quam largitores; magis exiſtimant recipere, quam dare Iſaï.1. n.3. & dicent; *Venite aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob:* nequaquam appellaberis Jacob, ſed Iſraël erit nomen tuum, ait Angelus: Cur ergo hic non appellat Iſraël, ſed Jacob? Cur ergo non dicitur, *Aſcendamus ad domum Dei Iſraël*? Iſraël fuit nomen datum ei à Deo ob ſuam eximiam fortitudinem: Jacob autem eſt nomen luctatoris meritum innoentis, & magnos Dominos tacer magnificum nomen, quod dedit, & commemorat id, quod importat meritom tamquam in ejus obſeqoium: prætermittitur nomen Iſraël, quod ob victoriam fuit datum, & ſcribitur nomen luctatoris tamqoam ſit ſemper coram Deo. Ibi D. Baſilius eleganter, & ait: *Ad domum Dei Iacob; quandoquidem Iacob nomenclatura eſt adhuc ſupplantantis, & athleta; Iacob ſupplantator vocatur ob fortem luctam contra Iſrael adverſitates; denique obtentâ victoriâ recipit præmium nomen reportans Iſraël.*

Iſai.1.3. *Magnificus Dominus commemorat, quod das, non quæ recipit.*

D.Baſil.

11\. Ait Regius Vates Pſalm. 115. *Quid retribuam Domine pro omnibus, quæ retribuit mihi*; non ait; qoi tribuit mihi, ſed retribuit, tamquam in recompenſationem rei acceptæ, ac ſi Deos magis velit agnoſci debitor, quam dator. D. Baſilius homilia in martyrem Iulitam ait: *Quid retribuemus Domino pro omnibus, quæ retribuit nobis? etenim rurſus magnificus dator, haud quaquam dictus eſt tribuiſſe, ſed retribuiſſe, ac ſi is non cœpiſſet prior in nos gratiam conferre, ſed reſolveret acceptam.*

Pſal.115.

Magnus exiſtimat ſe non dare, ſed accipere.

QUÆSTIO III.

Quare vipera mordens Paulum nullum nocumentum ei dedit.

12\. VIpera non dicitur, ot aliqui dixerunt, quaſi vi parens eraſa per fœtum alvo matris, hoc enim falſum eſt, ut experientia compertum eſt, ſed dicitur quaſi vivipera, eo quod ſola inter ſerpentes pariat vivum fœtum, non ova, ut inquit Theophractus, & ex eo Ælianus lib.9. hiſtoriat. cap.31. & 32. qui ex Galleno, & Plinio addunt viperam adeo ex ſe peſtilentem, ac venonoſam eſſe, quod non ſolum morſo, ſed etiam ſibilo, & anhelitu, quem efflat, hominem obſtupefaciat, & morbum lethalem inferat; quâ de causâ Melitenſes, ut ſimul vipera momordit Paolum, morſum mortalem in eo exiſtimabant.

Vipera valde venenoſa.

13\. Virtus aotem Pauli non ſolum effecit, ut vipera ei non noceret, ſed etiam impetravit, nt io eâ inſolâ ſerpentes omni veneno carerent, & quamvis aliquem morderent, nullum totaliter damnum inferrent, quam Inſulani vocant gratiam D.Pauli.

Virtus Pauli ſibi, & inſula.

14\. D. Chryſoſt. moraliter homilia 8. in epiſtolam ad Epheſios ait: *Admiraris Paulum tunc potiſſimum, quando nihil illi, quæ manui adhæſerat, detrimenti adferebat vipera? nil mireris catenam illam, quippe reverebatur. Immo & univerſum mare veneratum fuerat: nam tunc quoque vinctus erat.* Scilicet periculis maris manus Pauli catenis alligatus, & periculis undique circomdatus, ac vinctus, ſic fuerunt manus ejus ſanctificatæ, ac ſublimatæ, ut omne nocumentum vinceret, & de illo triumpharet, ut nihil illi lædetet.

D.Chryſoſt. *Manus Pauli catenis ſanctificantur.*

De Chriſto Domino ait Iſaïas 10. num. *Faciem meam non averti ab increpantibus, & conſpuentibus in me.* De quo venuſte loquitur Origenes homilia 35. in Matth. *Non ergo avertit faciem ſuam Chriſtus à confuſione ſputamentorum, ut magis glorificaretur vultus ejus, quam fuit vultus Moyſis glorificatus: tanta, & tali gloriâ, ut comparatione glorificationis iſtius vultus illius glorificatio deſtruatur, ſicut in conſpectu Solis lumen lucerna deſtruitur:* ecce facies Ieſo plena confuſione ſputorum magis glorificata, & glorioſa, quam facies Moyſis ſuis radiis, quia ſuprema exaltatio, & glorificatio eſt pari pro Dei voluntate, & ideo Paulus ſuis catenis maxime exaltatus, ac ſublimatus eſt. Vide ſupra cap. 16. q.19. n.81.82.83. 15.

Iſai 50. Origen. *Opprobria pro Deo magna glorificatio.*

QUÆSTIO IV.

Quare vipera excuſſa è manu Pauli non cadit in terram, nec in campum, ſed in ignem.

AIt textus verſ.5. Ille quidem, ſcilicet Paulus, excutiens beſtiam in igoem, cur non in terram, vel in campum, ſed in ignem ubi ipſa vipera periit, ac conſumpta eſt. 16.

Ad quem recte reſpondet Theodoretus q. 18. in Geneſim, & ait: *Cum nihil peccato tenerum, ac molle in eo reperiſſet, mox reſiliit, & in ignem ſe conjecit: ſupplicium de ſe ipſa ſumens, eo quod corpus ſibi conveniens nullatenus adorta eſſet.* Vipera in Pauli manu nullum intulit nocumentum, quia in eâ nihil tenerum invenit, cum eſſet virtute armata. Unde ait in præſenti Oecumenius: *Nos vere beſtias timemus propterea quia armaturâ virtutis muniti minime ſumus.* 17.

Theod. *Manus Pauli virtute armata.*

Oecum.

In ignem ſe conjecit, ſupplicium de ſe ipſa ſumens. Vipera venenoſa peccatorum peccati veneno repletum indicat, ac ſignificat, quia ſuâ nequitiâ, ac maliriâ ſibi ſupplicium advocat. Saül ſuâ Inobedientiâ, & ambitione oegotiavit; *Spiritus Domini receſſit de Saül, & exagitabat eum ſpiritus nequam.* 1.Reg.16.n.14. Septuaginta legunt *ſuffocabat eum.* Vide ſupta cap.5.q.18 n.125.126.127. 18.

Iniqui ſibi ſupplicium advocant.

1.Reg.16 Septuag.

Secundo vipera excuſſa è manu Pauli *injecit ſe in ignem*: vipera aggreſſa eſt manum Pauli, ot eam morderet, ac offenderet; ſed manus Pauli nullam læſionem paſſa, ſed magno miraculo ſoblimata, & libera ab ejus morſu evaſit ita, ot adſtantes dicerent Paulum *Deum eſſe* verſ.6. At vipera inde ſui combuſtionem reportavit: ſic ex altâ Dei providentia evenit, ut malum, quod peccatores machinantur contra juſtos non ad eorum depreſſionem, ſed exaltationem inſerviat; & totum malum in ipſos peccatores retorquetur. 19.

Perſecutio iuſtorum illis ad gloriã, iniquis ad tormentum.

Pſalm.20. agit David ſub nomine Regis de gloriâ juſtorum, ut exponont D. Chryſoſt. Buſſin. noſter Incognitus n.8. *Quoniam Rex ſperat in Domine, & in miſericordia Altiſſimi non commovebitur*: inde convertit ſermonem ad ipſos iniquos peccatores, juſtos, & ſanctos perſequentes, & ait n.10. *Pone eos in clibanum ignis*: clibanus igne conſumitur, & in cineres redigitur; at panes coctos pulchros, ac elegantes conficit: ſic peccatores, dum inſurgunt in juſtos, ſibi potius obſunt, illis proſunt: illis gloriam, ſibi ignominiam procurant. Vide ſupra cap. 29.q.8.n 61.63. 20.

Pſal.20. D Chryſoſt. Buſſin. Incogn.

QUÆSTIO

QUÆSTIO V.

Quare cum vipera dependet è manu Pauli, adſtantes judicant Paulum hominem homicidam, ac facinoroſum eſſe.

AUdiebat Paulus, quod circumſtantes dice-
21. bant, *Utique homicida eſt homo hic, qui cum*
Vir magnus tacendo reſpõdet. *evaſerit de mari, ultio non ſinit eum vivere*, & ta-
men Paulos tacet, quia ut ait D. Gregorius Mag-
nus homilia 18. in Evangel. *Glorioſius eſt injuriam*
D.Greg. *tacendo fugere, quam reſpondendo ſuperare.* Electo
Saüle in Regem dicebant alij. 1. Reg. 10. num. 27.
1 Reg. 10 *Numquid poterit nos ſalvare iſte*; at ille naros ad
regnom *diſſimulabat ſe andire.* Græcua: *factus eſt*
obmuteſcens. Magdalena compungitur à Sorore
Martha; *Domine non eſt tibi cura, quod ſoror mea*
Septuag. *reliquit me ſolam miniſtrare.* Luc. 10. num. 40.
Magdalena prudens tacet, & tacendo melius reſ-
Luc. 10. pondet, qoam loquendo.

Dicebant MeliteNſes: *homo iſte homicida*: ho-
22. rum judicium approbat D. Chryſoſtomus ex his,
Ira Dei ſemper apprehẽdit peccatorem. qoæ communiter accidunt, venenoſa vipera mor-
dens, & crimen perpetratum, non effugit Divinam
iram: *Viri ſanguinum non dimidiabunt dies ſuos.*
Pſalm. 54 num. 24. *qui gladium accipiunt, gladio*
Pſal 54. Math. 26 *peribunt* Matth. 26. nom. 52. Divina ultio impios
ſequitur.

Melitenſes larga experientia deprehendebant vi-
23. peræ morſum ex ſe ipſis eſſe mortiferum; idem
Vnuſquiſque de eo quod ſibi contingit ſuſpicatur. exiſtimabant eventurum eſſe Paulo; nam id, quod
quis eſt expertus, facile alios apprehendere poſſe
ſibi perſuadet. Proficiſcuntur filij Jacob in Ægy-
ptum ad comparandum triticum pro ſubſidio fa-
mis ait textus: *Benjamin in domo retente à Iacob,*
qui dixerat fratribus ejus ne forte in itinere quid-
piam patiatur mali. Geneſ. 42. num. 4. Valde con-
veniens videbatur, quod Benjamin fratres con-
Gen. 42. comitaretur in Ægyptum, deinde Iacob ſolum
timet, *ne forte in itinere, quid mali patiatur*, cur
etiam non timet in Ægypto inter nationes barba-
ras, ac extraneas. Benjamin frater erat Ioſeph ex
eadem matre; dictum fuerat Iacob, quod Ioſeph
dum quæreret fratres in via, devoratus fuerat à fe-
râ peſſimâ; timet Iacob, ne idem accidat fratri
ſuo uterino Benjamin. Rupertus ibi ait: *In Ben-*
Rupert. *jamin, qui erat uterinus frater Ioſeph; de quo patri*
non levis ſuſpicio eſſe poterat, quod fratrum periiſſe
malitiâ; proinde Benjamin domi retentus eſt ab eo-
dẽ dicente, ne forte in itinere quidquam patiatur mali.

Cum meus Ieſus plenos oſtenderetur eximiâ
charitate, ac amore Dei, & hominom, qood cum
24. notum fuiſſet ſuis cognatis, ſcribit D. Marc. cap.
D.Marc. 3. 3. num. 21. *cum audiſſent ſui, exierunt tenere eum,*
dicentes enim, quoniam in furorem verſus eſt; quid
Ex ſe ipſos idem præſumebãt ac de Divino Agno. furor cum mitiſſimo, ac manſuetiſſimo Ieſu, qui
totus eſt mitis, ſuavis, & dulcis. Victor Antioch.
ibi: *arbitrabantur enim id illum pati, quod ipſi re*
vera patiebantur. Cum ipſi multoties eſſent furore
ferventes ea ſe ipſis, idem præſumebant de mitiſſi-
mo Agno Ieſu.

Actor. 28. *n.*6. At illi exiſtimabant eum in tu-
morem convertendum, & ſubito caſurum,
& mori. Diu autem illis expectantibus,
& videntibus nihil mali in eo fieri, conver-
tentes ſe dicebant eum eſſe Deum.

Verſiones,

SECVNDA EXPOSITIO uſque ad Verſ. 10.

Verſ. 6. AT *illi exiſtimabant eum in tumorem* 25.
convertendum; ſecundum conſuetum
morem, illum viperæ morſum convertendum in
inflammationem, quæ ſequitur ex morſu viperæ, &
ſic legunt Pagninus, & Tigurin. *At illi exiſtimabant* Pagnin.
futurũ, ut incenderetur, aut concideret repente mortuus. Tigurin.
Diu autem illis expectantibus: Syriacus: *Et cum* 26.
multum tempus expectaſſent, & nil adverſi pati, muta- Syriac.
verunt ſermones, exiſtimantes, & acclamantes ipſum
eſſe Deum; ſicut Lycaonij videntes mirabilia Pau-
li eum acclamant *Mercurium*. Actor. 14. n. 18. Act. 14.
Verſ. 7. *In locis autem illis erant præſidia*, poſſeſ- 27.
ſiones, & domicilia *principis inſulæ*, id eſt, viri pri-
marij, ac principalis ipſius inſulæ: Arabicus addit: Arabic.
Primat illius inſulæ, & circumjacentium oppidorum: Syriac.
nomine Publij, de quo q. 8. *Suſcipiens nos triduo be-* Arabic.
nigne: Syriacus: *hilariter*: Arabicus: *cum honore*: Arias.
Arias: *amicè*: Æthiopicus: *amanter*. Æthiop.
Verſ. 8. Contigit autem patrem Publij jacere fe- 28.
bribus, & *dyſenteriâ*: Syriacus: *dolore viſcerum*,
Paulus ſanat eum. Verſ. 9. Omnea infirmi adduce-
bantur, & ſanabantur. Verſ. 10. Omnes multis
honoribus proſequebantot Paulum miniſtrantes,
quæ erant neceſſaria ad navigationem.

QUÆSTIO VI.

Quare Melitenſes cito Paulum moriturum credebant, & ſtatim eum eſſe Deum acclamant.

MElitenſes communi experientiâ ducti cogita- 29.
bant ea morſo viperæ Paulo funebrem, ac la-
mentabilem mortem evenire: Deus autem diſpo-
ſuit, ot illi magnifica exaltatio præveniret; nam
ex eiſdem factis valde diſſimilibus ordinat Deus ſi-
milia facta. Abraham de filio generaodo promiſ-
ſione *riſit ipſe*. Geneſ. 17. num. 17. Cum eadem pro- Gen. 17.
miſſio audita eſſet à Sara, *riſit illa*. Geneſ. 18. num. Gen. 18.
10. Spectato humano judicio, vel oterqoe riſos *In ſimilibus factis valde diſſimilis Dei operatio.*
probaretur, vel condemnaretur, & tamen riſus
Abrahæ, tamqoam approbatus abſolvitor, & nihil
actum eſt contra eom: At Saræ riſus arguitur, &
reprehenditur, & ait Dominus: *Quare riſus Sara?*
numquid Deo eſt quidquam difficile: citato cap.
18. num. 13. Rem præclare expendit D. Augu- Gen. 18.
ſtin. quæſt. 36. in Geneſ. & ait: *Quæritur, quare* D. Aug.
iſtam redarguit Dominus, cum & Abraham riſe-
rit, niſi quia illius riſus admirationis, & lætitiæ
fuit: Sara autem dubitationis, & de ille judicare
potuit, qui corda hominum novit; qood in multis
aliis viſitur. Pharao, & Abimelech Saram uxorem
Abrahæ eripuerunt, nil poruit eſſe ſimilius, & ta-
meo Dominus illom, ut adulterum ponit Geneſ. 12. Gen. 12.
n 17. & hunc tamqoam innocentem abſolvit Ge- Gen. 20.
neſ. 20. n. 6.

Ecce vipera mordens incolas inſulæ infligebat 30.
mortem; mordens Paulum affert illi exaltationem;
immo & multis vitam, quam multi recipiebant ag-
nita virtute Paoli, qua Paulum maximè Deus exal-
tavit, ut illico, ac ſtatim deponerent opinionem,
quam ſiniſtre de Paulo conceperant, quæ erant ho-
micidæ, ſupra verſ. 4. Non patitur Deus, ut ſui ſervi
aliquâ ſiniſtrâ opinione laborent, ac affligantur.

31. Exod.10. Ait Dominus ad Moyſem, Exod.10.n.1. *Ingredere ad Pharaonem, ego induravi cor ejus, ut faciam ſigna mea hæc in eo:* Magnâ expenſione digniſſimum, cur Deus loquens cum Moyſe multoties repetat verbum, *Ego induravi cor Pharaonis,* Exod.4. Exod.7. Exod.4.n.21. cap.7.n.3. cap.9.n.12. cap.10.n.1. & ſic per ſequentia cap. per decem vices repeties, quod Deus dixit Moyſi: *Induravi cor Pharaonis:* Nonne ſufficiebat, quod ſemel dixiſſet; *induravi cor Pharaonis:* ad quid toties reïteratur? Verba, quæ Deus dicebat Moyſi, ipſe referebat ad populum, & ideo antequam Deus mitteret plagas, dicebat: *Ego induravi cor Pharaonis*; fuit quædam præventio, ac cautela divinæ Providentiæ, ne Moyſes cum videret Pharaonem tot flagellis obduratum tædio afficeretur; & populus ne diffideret de ſuâ libertate, nec cogitaret Moyſem mentitum eſſe in tantis promiſſis de ſuo exitu; ſed intelligerent totum eſſe ex divinâ permiſſione ad oſtentationem ſuæ omnipotentiæ; & quanta mirabilia faciebat pro populo ſuo.

Deus multis depellit malam opinionē ſuorum ſervorū.

32. Abulenſ. Abulenſ. ad citatum locum Exod.10. ſic ait de Moyſe: *Prænuntiat hic Deus Moyſi, quid futurum eſſet declarandum, ut non affligeretur tædio, nam Moyſes toties ſigna fecerat coram Pharaone, & Pharao liberatus feſellerat eum nolens tenere ſponſionem, quod Moyſes tædio affectus; & idem eſt de populo, deſperare poſſe de liberatione, ut credat iſta de voluntate Dei procedere.*

33. Valde, ac miro modo Deus pugnat pro bonâ opinione ſervorum. Cum amici Job vidiſſent eum tot, & tantis calamitatibus oppreſſum malè de ejus probitate judicabant, Deus ut eorum ſiniſtram mentem doleret, & Jobi integritatem oſtenderet, non ſemel, ſed bis ait eis: *Non eſtis locuti coram*
Iob.42. *me rectum, ſicut ſervus meus,* Job.42. num.7. & 8. Unum Verbum Divinum ſufficiens extitit ad crea-
Ioan.1. tionem totius mundi; *ipſe dixit, & facta ſunt,* Ioan.1. Ad propulſandum unum malum conceptum, tot verba multiplicat Deus, & idem ad magis Jobi innocentiam manifeſtandâ addit n.8. *Servus meus Iob orabit, & faciem ejus ſuſcipiam*, ut non ſolum verbo, ſed experientia diſcant virtutem Iob quantum patrocinium ab illa, ut exinde videant ſuas erratas
Gloſſa. cogitationes. Gloſſ. Ordinaria ait: *Sententiam, quam ſemel judicando dixerat, iterum repetendo confirmat, atque manifeſtetur B. Iobi juſtitia, amicorumque ejus injuſtitia demonſtretur, ejus laus, eorum reprehenſio iterata voce depromitur, ut replicata foris appareant, quam fixa intus habeantur.*

Opinionē ſiniſtram de ſuis ſervis depellit.

QUÆSTIO VII.

Quare morſus viperæ in nullo læſit Paulum, nec in corpore, nec in opinione.

34. Ex naufragio venit Paulus in Melitam inſulam, accendit ignem, ex quo vipera proſilit, manum momordit; unde incolæ judicabant Paulum multorum criminum reum; ipſe autem citiſſimè excuſſit beſtiam in ignem; ille vero in omnium oculis illæſus, ac ſanus viſus eſt, Quid tunc ait Textus: *Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, convertentes ſe dicebant, eſſe Deum.* Unde ergo tam accelerata ac ſubitanea mutatio?

Difficultas quæſtionis.

35. D.Amb. Reſpondet D. Ambroſius in Hexamer. lib. 6. cap. 6. & ait: *Paulum momordit vipera. & putabant eum quaſi peccatorem, vix de naufragio liberatum veneno eſſe moriturum, ſed poſtea quam inviolabilis manſit excuſſâ in ignem vipera, plus apud omnes venerationis invenit:* & ſi videretur Paulus ea morſu viperæ corpore, & fame laborare, cum beſtia immediate repulſa ſit, nullum nocumentum intulit nec corpore, nec fame; inde eum venenum ſuperaſſet, eum Deum acclamarunt. Mala, quæ cito tranſeunt nullum inferunt nocumentum.

Malum tranſiens non decorat.

Ait Regius Vates Pſalm. 18. num.6. *Exultavit ut Gigas ad currendam viam à ſummo Cælo egreſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus:* Agit Propheta de Filio Dei deſcendente de Cœlo ad peragendum negotium noſtræ ſalutis per ſpatium triginta trium annorum inter multas contradictiones, ac adverſitates Phariſæorum, inter multa tormenta, & flagella, & in his omnibus, non ſolum dicitur currere, ſed etiam exultare, quod denotat magnum gaudium, ac animi præjucunditatem; & quænam ratio exultationis poterat eſſe, in ſummâ paupertate vivere, opprobriis ſaturari, flagellis, ſpinis, clavis, lancea cædi, ac percuti, ac Crucis dolores, & anguſtias pati; & in his dicitur currere, & exultare, quia in illis non erat permanendum, ſed breviſſime tranſeundum ad ſupremam majeſtatis gloriam. D. Auguſt. ibi ait: *Gigas exultavit ad currendam viam; natus eſt, crevit, docuit, paſſus, reſurrexit, aſcendit, cucurrit viam, non hæſit in viâ:* Cum ergo non hæſit, ſed brevi tranſiens ad altiſſimos gloriæ thronos, nihil idem abjectionis contraxit. 36. Pſal.18. D.Aug.

Mala tranſitoria non nocent.

QUÆSTIO VIII.

Quiſnam eſt iſte Publius.

Eius pater infirmabatur *febribus, & dyſenteriâ.* 37.
Syriacus: *dolore viſcerum:* quem Lyran. Lori- Syriac.
nus dicunt eſſe fluxum ventris ex coriatione inte- Lyran.
ſtinorum. Lorin.

Publius nomen Romanum eſt, & erat valde pri- 38.
mas in Melita, & multum dives, & ita legit Ara- Arabic.
bicus: *Primas illius inſulæ, & circumjacentium oppidorum,* & opere hoc oſtendit, ut naufragos n.276. hoſpitio excepit, & per triduum benigne, ac laude
neceſſaria ſuppeditavit, ut ait D.Chryſoſt. hos om- D.Chryſoſt.
nes ibidem à Paulo baptizatos eſſe communis ſententia eſt, & in Melitâ in ædibus Publij extare templum D.Paulo conſecratum.

Iſte Publius creatus eſt Epiſcopus Melitenſis 39.
à D. Paulo, ut tenet Ado in Martyrolog. 21. *Publius*
Januarij, & Beda 18. Januarij, & quod poſtea *Epiſcopus.*
creatus eſt Epiſcopus Athenienſis, & ſucceſſit Ado.
Dionyſio Areopagitæ. Videntur dicere Euſeb. 4. Beda.
hiſtor. cap. 20. Divus Hieronymus de ſcriptorib. in Quadrant.

Actor. 28. *num.* 11. Poſt menſes autem tres navigavimus in navi Alexandrinâ, quæ in inſula hiemaverat, cui erat inſigne caſtrorum.

Verſiones,

TERTIA EXPOSITIO uſque ad verſ.14.

Verſ.11. Poſt menſes autem tres, *poſt quos per-* 40.
venimus ad inſulam Melitam; *cui in-* Syriac.
ſigne erat caſtrorum: Syriacus: *Geminorum.* D. Chry- D.Chryſoſt.
ſoſt. *Caſtor, & Pollux* de quo q. ſequenti.

Verſ.12.

41. Verſ.12. *Venimus Syracuſam* ; præcipuam Siciliæ civitatem. Verſ.13. *Devenimus Rhegium*, quæ eſt civitas Calabriæ circumvicina Siciliæ, & venimus Puteolus, civitas Campaniæ juxta Neapolim. Verſ.14. *Venimus Romam*, id eſt, *circa Romam.*

QUÆSTIO IX.

Explicantur nomina in his verſibus contenta.

42. INſigne Caſtrorum erant duo juvenes effigiati; cui dabatur ovi pars dimidia, & jaculum in manu, & equus candidus, & ſtella ſupra capitibus imminente. Ita Lucanus. Significabatur hoc ſymbolo geminos fuiſſe, Caſtorem, & Pollucem : fingebant Poëtæ Jovem Cyſni formam induiſſe, & ex eo Leda Tyndari Regis concepiſſe unum ovum, & ex eo ovo prognatos fuiſſe hos duos geminos, cumque argonauticam artem excoluiſſens, & multos hoſtes debellaſſent ; poſt mortem inter Deos, & ſidera relatì ſunt, cœleſtique ſigno vocantur *Gemini*, & particulariter à nautis invocabantur. Hi autem in puppi affixi erant inſculpti, ut tenet D.Chryſoſt. Dicitur autem inſigne Caſtrorum deſumpto nomine à majori, & ſeniori fratre.

Caſtor. Pollux. D.Chryſoſt.

43. Syracuſa primaria Siciliæ civitas valde illuſtris prædicatione Pauli, ac martyrio Sanctæ Luciæ, ac multorum aliorum, quos latè refert Octavius, Caietan. Civitas valdè pulcherrima, cita ad radices montis Pachyni. Affirmat Plinius lib.2. cap.62. quod nullus dies eſt tam nubiloſus, in quo in aliquâ horâ non cernatur Sol Syracuſis, ſicut & Rhodi, ubertimâ fertilirate rerum, ac fructuum, illuſtriſſima ædificijs, ac templis ; cumque ibi perveniſſet D.Paulus à Mariano, quem paucis ante annis D.Petrus Epiſcopum eo miſerat, ab aliiſque Chriſtianis incredibili lætitia, ac gaudio exceptus eſt.

Syracuſa. Octav. Caietan. Plinius.

44. *Rhegium* Lyranus eam villam vocat, ſed eſt Civitas illuſtris Archiepiſcopalis Calabriæ, niſi Gallorum idiomate, Villam dicas pro civitate ; ſic dicta à verbo Græco, quod eſt *frangere*, quia cum eſſet civitas contiuna cum Sicilia, & Barbaria, vi maris interrupta, ac diviſa Strab. lib.6. & Plinius multa refert ſimilia exempla lib.2. cap.88. & cum ad ejus littus Paulus acceſſiſſet, concurrentibus civibus cœpiſſet prædicare Evangelium columna falſorum Deorum ſubito ſuccenſa eſt, quo viſo miráculo omnes ſuſceperunt fidem Chriſti, ut ibi communis traditio teſtatur Tyrinus in præſenti.

Rhegiū. Lyran. Græcus. Strab.

45. Putrolos civitas Campaniæ juxta Neapolim, quod indicat Syrus juxta Italiam, & valde illuſtria Sancti Ianuarij martyrio. Inde maximè gloriantur Neapolitani, quod ex itinere D.Paulus divertit, & venit Neapolim. Dicitur Puteolos à putore aquarum liquidarum, & calidarum è venis ſulphureis ebullientium, ut ais Feſtus, vel ut alij contendunt à multitudine puteorum earumdem aquarum ; à Samijs condita, ut vult Euſebius eo tempore, quo Tarquini per Brutum ſunt à Ruma expulſi.

Puteolos. Syrus. Feſtus. Euſeb.

Actor. 28. *num.* 15. Et inde cum audiſſent fratres occurrerunt nobis uſque ad Apij forum, ac tres tabernas, quos cum vidiſſet Paulus gratias agens Deo accepit fiduciam.

Verſiones,

QUARTA EXPOSITIO uſque ad Verſ.20.

Verſ.15. *Cum audiſſent fratres*, magnum erat nomen Pauli maximè apud Romanos, ad quos ſcripſit quandam epiſtolam, *uſque ad Apij forum.* Syriacus : *Uſque ad plateam Apij*, teſte Plinio lib.14. cap.6. erat in Agro Sitino ſic dicitur ab Appio Claudio Conſule, in quo erat ejus ſtatua, & ab his apud Romanos deſumebatur nomen, v.g. ut dicebatur *Forum Livij*, & aliud Forum Julij, & ſimilia. Arabicus legit : *Vicum lancearum*, forſitan etiam habebat illud nomen. 46.

Syriac. Plinius. Arabic.

Ac tres tabernas, qui locus nunc appellatur *ſiſterna*, quæ urbecula eſt juxta *Velitram* : patria Augusti Cæſaris trigiota tribus millibus paſſuum diſtat à Româ, ut computat Baronius ; quibus fratribus viſis multam fiduciam, ac animum accepit Paulus. Syriacus : *Confirmatus*, recreatus. 47.

Syriac.

Verſ.16. *Cum veniſſemus Romam, permiſſum eſt Paulo.* Syriacus : *permiſit Centurio, ut habitaret Paulus, quocumque vellet.* Arias : *Ut maneret apud ſemetipſum* ; ſuâ virtute, prudentiâ, ac modeſtiâ, tantam gratiam acquiſivit Paulus apud Centurionem. 48.

Syriac. Arias.

Verſ.17. *Poſt tertium autem diem*, in quibus ut ait Oecomen. explanavit Paulus qualiter Judæi ſe habent Romæ, & quid contra eum apponebant, *convocavit plures Iudaeorum.* Syriacus : *Primores*, & dicebat eis *nihil adverſus plebem*, nullam commotionem, aut diſſentionem feci, ut falſo eum accuſabant Judæi, Actor.25. *Aut morem Patrum* eum non contradicebar. 49.

Oecum. Syriac.

Verſ.18. *Qui cum interrogationem de me habuiſſent.* Syriac. *Nullam culpam mortis in me invenissent.* Arabicus : *Qui me examinantes, & explorantes.* Æthiop. *Non invenerunt in me crimen.* 50.

Syriac. Arabic. Æthiop.

Verſ.19. *Coactus ſum Cæſarem appellare* ; quia videbam judicem inclinatum in favorem Judæorum, *non quaſi gentem meam.* Æthiopicus : *Non quaſi diſpoſitus ad accuſandos populares meos*, nullo modo habens in animo accuſare gentem meam. 51.

Æthiop.

Verſ.20. *Propter hanc igitur cauſam rogavi vos videre* ad manifeſtandam vobis meam innocentiam, & propter ſpem Iſrael, id eſt, rem ſperatam, id eſt, propter Meſſiam, quem Judæi expectabant, & Paulus prædicabat ſpem eſſe completam ſecundum omnes Scripturas, & vacuam omnino eſſe ſpem, *& propter hoc, catenâ hâc circumdatus, ſum vinctus.* Arabicus : *Ligatus.* 52.

QUÆSTIO X.

Quare D. Paulus per tot, & tanta regna prædicans Evangelium Chriſti peregrinatur.

PAulus vocatus eſt ex gratia Chriſti ad ejus fidē, ac ad prædicandum ejus Evangelium ; eandem gratiam volebat, in alijs reſplendeſcere, ut omnes illuminarentur, & fidem Chriſti tenerent, & prædicarent. Servo, qui debebat Domino ſuo multa talenta, Dominus illius miſertus dimiſit omne debitum, poſtea exiens à facie Domini ſuffocabat alium conſervum ad reddendum debitum ejus : quid tunc ? *Vocavit eum Dominus ſuus, & ait illi : Serve nequam omne debitum remiſi tibi, quia rogaſti me, nonne ergo oportuit & te miſereri conſervi tui,* 53.

ſicut & ego tui miſertus ſum? iratus Dominus tradi-
Math.18 *dit eum tortoribus*, Matth.18.n.32.

Ex indulgentia data, & negata magna ruina.

Magnam quæſtionem Palacius excitat, cur Dominus tam rigidè damnat ſervum non remittentem debita debitoris: nulla enim lex, aut præceptum obligat hominem remittere debita ſui debitoris; ſi ergo nulla lex urget; unde tam ſeverè, ac rigidè iſte damnatur? Eo nempe: *Serve nequam omne debitum remiſi tibi:* iſte extitit aliquando ſervus, & debitor; & à Domino impetravit remiſſionis gratiam, ex quâ indulgentiâ ſibi à Domino conceſſa, tenebatur ſimilem conſervu impetrari, ex cujus contemptu in æternam maledictionem ruit, & cadit. Euſebius Emiſſen. ibi: *Ecce dimiſſum eſt tibi debitum; dimitte tu quoque debitoribus tuis, ſicut & tibi dimiſſum eſt debitum tuum; quod ſi facere nolueris: expecta, quod ſequitur; & iratus Dominus tradidit eum tortoribus.*

Emiſſen.

55\. Cant.4.

Ubera Dei filio, & nobis. Richard.

Cant.4.n.5. Virgini Mariæ dicitur *Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli:* ex Mariæ uberibus unicus lactatus eſt Jesus; ſi ergo unius tantum erat, quomodo dicuntur duo? hoc totum faciebat Divinum mei Jesu ingenium, qui ut lac ex uberibus Mariæ ſugebat, ſimul genus humanum adducebat, ut de hoc dulciſſimo lacte participaret. Richard. Victorin. in Cant. p.2. cap.23. & ait: *Carnalia in te, ô Virgo, Chriſtus ubera ſuxit, ut per te nobis ſpiritualia fluerent, ſicut carnem noſtram in te ſumpſit, & Spiritum ſanctum ſuum nobis dedit; cum materiale lac ex te Deus ſuxit, ſpiritualiter pariter filius Dei per te fluere cœpit.* Simul ut Jesus infans fixit labia ad ubera Mariæ Virginis, ſimul & fecit, ut nos de illo ſuaviſſimo miſericordiæ lacte guſtaremus.

56\. *Fructus Mariæ ſibi, & nobis.* Richard. de S. Laur.

Mulier illa clamat: *Beatus venter, qui te portavit*, Luc.11.n.27. quæ verba tractans Richardus à S. Laurentio lib.2 de laudibus Mariæ; *Beatus* (ait) *venter, qui te portavit, id eſt, quod ad nos te beatum portavit.* Ac laudibus acclametur ſocius Mariæ venter, quod vitæ fructum filium non uni ſibi retinuerit, ſed nobis dedit ad ſalutem cunctorum.

QUÆSTIO XI.

Quare Paulus videns fratres Romæ multam fiduciam accepit?

57\. VEniens Paulus Romam ait Text. verſ.15. *Multam fiduciam accepit*, animos. Syriacus: *Confirmatus eſt*; id eſt, recreatus aliorum ſocietate, quæ multum juvat ad rectè, & benè agendum, ac ad recreationem animi. Dicitur Eccleſiaſt.4.n.9. *Melius eſt duo eſſe ſimul, quam unum; habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ, ut ſi unus ceciderit, ab altero fulciatur; Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſublevantem ſe.*

Eccleſ.4.

58\. Luc.10. D.Ambr. Cardin. Tolet. *Diſcipuli bini ad conſilium, & ad juvamen.*

Sic & Chriſtus Dominus miſit binos ſuos diſcipulos, Luc.10.n.1. quod expendens D. Ambroſ. in Pſalm.73. ait: *Ad conſolationem, ſubſidium animi.* Cardinalis Toletus addit; *ad conſilium*, nam quamvis ſacri diſcipuli eſſent valdè eruditi in ſacrâ Scripturâ, ac verâ doctrinâ, vult Deus ad noſtrum documentum, ut unus ſit alteri in conſilio, & in hâc conſideratione; cum Deus mitteret Moyſem inſtructum in omni ſapientiâ Ægyptiorum, & cum magna poteſtate Deum Pharaonis conſtituere, aſſociat ei fratrem ſuum Aaronem, Exod.4.num.28. Quod ſignificare videtur Lippomanus.

Exod.4.

59\. Apparens Deus parenti Eliæ in monte Horeb præcepit ei, unges Eliſæum filium Sephat, qui eſt de Abelmeula, Prophetam pro te, 3 Reg. c.19.n.16. & cur Deus potius in hoc loco, quam in alio ei dat ſocium Eliſæum? Cum Propheta eſſet quæſitus à Domino, reſpondet illi: *Relictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam:* cum Dominus hæc accepiſſet, non eſt paſſus ſuum prophetam eſſe ſolum, & ſtatim ei adhibet diſcipulum, qui relictis omnibus ſequutus eſt eum.

3.Reg.19 *Non patitur Deus ſuû Prophetam eſſe ſolum.*

Venit Chriſtus Dominus ad Joannem, ut baptizaretur ab eo, recuſat Joannes, reſpondet Chriſtus: *Sine modo; ſic enim decet nos implere omnem juſtitiam*, Matth.3.n.15. ſive per juſtitiam intelligatur obedientia, ut ait Abulenſ. ſive humilitas, ut tenet D. Auguſt. omne opus juſtum eſt ſanctum, quia omnis Sanctitas confertur, ut latè dixi tom.1. in Evangelia lib.3. cap.2. q.1. tamen quocumque modo ſumatur, in ipsâ juſtitiâ adimplendâ non vult Chriſtus ſolus eſſe, ſed ſecum in miniſtrum advocat ſuum Baptiſtam dicens: *ſic nos decet modo adimplere omnem juſtitiam.* 60.

Math.3.

*Actor.*28. *n.*21. At illi dixerunt ad eum: nos quoque litteras accepimus de te à Judæa, neque adveniens aliquis fratrum nuntiavit, aut locutus eſt, quid malum de te.

Verſiones,

QUINTA EXPOSITIO uſque ad Verſ.25.

Verſ.21. NE *locutus eſt, quid de te malum.* Arabicus: *Nullus retulit de te turpem ſermonem.* 61. Arabic.

Verſ.22. *Rogamus à te audire, quæ ſentis de hâc ſectâ* Chriſtianorum, in qua prædicatur Jeſum eſſe verum Meſſiam, & jam veniſſe in ſalutem generis humani juxta omnes prophetias, *quæ ubique ei contradicitur.* Græcus: *Ubique contradictionem patitur* à Judæis tam Ieroſolymis, quàm Romæ, ac in omni loco: de his volumus à te audire, cum ſis magnus, & inſignis Doctor. Hanc interrogationem vide tom.3. & 4. verſ.6. 62. Græcus.

Verſ.23. *Cum conſtituiſſent autem illi diem.* Arabicus: *Decreverunt autem ei diem* ad prædicandum eis Evangelium *Teſtificans regnum Dei*; teſtificans ejus januam apertam per Chriſti paſſionem. 63. Arabic.

Verſ.24. Quidam credebant his, quæ dicebantur *à Paulo* adjuncti Divinâ gratiâ, quidam vero non credebant obſtinati reprobatione. Verſ.25. Ad hanc eorum proterviam, & malitiam obſtinatam refutandam adducit unum verbum illuſtre, & inſigne ex Iſaia Paulus. 64.

*Actor.*28 *n.*26. Incraſſatum eſt enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos ſuos compreſſerunt, ne fortè videant oculis, & corde intelligant, & convertantur, & ſanem eos.

Verſiones,

SEXTA EXPOSITIO uſque ad Verſ.31.

Verſ.26. INcraſſatum eſt cor populi hujus. Syriacus: *Tenebris enim effuſum eſt corporibus.* 65. Syriac. Arabic.

Arabic. Iſai 6. *corperibus*. Arabicus obduratum eſt. Locus eſt ex Iſaia 6. n.9. & dicitur in noſtrâ Vulgata *Incraſſatum eſt*, ſumpta metaphorâ, quia ſicut craſſitudo circa cor congelata ipſum ſuffocat, & vitam corporalem extinguit, ita nequitia Judæorum tenebat eorum mentes depravatas, ut omnino vita ſpiritualis in eis eſſet extincta.

66. Æthiop Et *auribus* corporalibus *graviter audierunt*. Æthiopicus: Surdè *audierunt*, non ſuſcipientes Divinum Verbum, ſed grave illud reputantes, ac dicentes: *Durus eſt hic ſermo*, Ioan. 6. *& oculos ſuos compreſſerunt*. (Ioan 6. Arabic.) Arabicus: *Occluſerunt*. Æthiopicus: *Cæcutiverunt* oculos mentales, ut intelligerent alta myſteria, ne fortè videant; hoc dicitur propter libertatem arbitrij, per quam poterant converti ad Deum, ut ſanarentur, & ob ſuam nequitiam.

67. Syriac. Arabic. Verſ. 28. *Gentibus miſſum eſt hoc ſalutare*. Syriacus: *Miſſam eſſe hanc redemptionem Dei*. Arabicus: *Salutem Dei*; & cum dicitur ſalutare Dei, id eſt, ſalutem per Chriſtum Jeſum.

68. Verſ.29. *Exierunt ab eo Iudæi*, ait Lyran. tamquam indignati, quia præponebat eis gentes, *inter ſe quæſtionem*. D.Chryſoſt. D. Chryſoſt. *Diſceptationem*, nam quidam credebant Paulo, & alij non.

69. Verſ. 30. *Manſit autem in ſuo conducto*, locato, nempe hoſpitio, & ſuſcipiebat indifferenter tam Judæos, quam Gentiles, qui veniebant ad eum.

70. Syriac. Arabic. Verſ.31. *Docebat de regno Dei*. Syriacus: *Docebat palam de Domino noſtro Ieſu Chriſto; cum omni fiducia*. Arabicus: *Cum omni libertate*; & etiam ex Græco audita de quo quæſt.

QVÆSTIO XII.

Quare ad exprimendam obſtinatam Iudæorum obdurationem adducit Paulus citatum Iſaiæ locum.

71. INnumera ſunt ſacræ Scripturæ loca allegantia Iudæorum obſtinationem; Paulus ex omnibus eligit hunc Iſaiæ *Incraſſatum eſt cor populi*, tamquam ferrum redactum, ac ſterile ad ſuſcipiendum Verbum Dei. (Marc 1. *Iudæi deſerti ab Spiritu ſancto.*) De Ioanne Baptiſta dicitur, Marc.1. n.3. *Vox clamantis in deſerto*, ut ſignificaretur terra Iudæa à ſancto Spiritu derelicta, & deſerta ad ſuſcipiendam Dei gratiam.

72. Marc. 6. Theoph. Cum multa turba Chriſtum ſequeretur, & Dominus vellet eos paſcere, accedentes diſcipuli dicunt ad Dominum; *deſertus eſt locus*, Marc.6. n.35. ſic ait Theoph. *Locum deſertum populum Iudaicum dicit, quia ob incredulitatem ſuam deſertus eſt ab Spiritu ſancto: ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta*, Matth.23.n.38. (Math.23.)

73. D.Chryſoſt. *Iudæi inter mirabilia obſtinati.* Videntes non vident, quod perbelle obſervat D.Chryſoſt. Pſalm.30. & ait: *Iudæi viderunt mortuos ſuſcitatos, leproſos mundatos, dæmones fugatos, mare infrænatum, Herodem turbatum; hæc omnia videntes crucifixerunt Chriſtum; Latro vero nihil eorum viderat; & conſiderabat ſputis repletum, crucifixum, aceto potatum, & felle, cum hæc omnia videret, non eſt ſcandalizatus, ſed Regem cœlorum confeſſus eſt.*

74. Ecce inter tot, & tanta mirabilia, quanta ſit obſtinata Iudæorum malitia, ut dæmonum nequitiam excedat. Spiritus immundus clamavit voce magnâ; *Quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti perdere nos: Scio quis ſis Sanctus Dei*, Luc.4.n.34. (Luc.4. D.Ambr.) Ad quem locum præclarè D Ambroſius ait: *Populus negat, quem dæmones confitentur.* Peiores, & crudeliores ſe exhibuerunt contra Chriſtum Iudæi, quam dæmones, quod proſequens citatus D.Ambroſius ſic probat: Tentavit diabolus Chriſtum Dominum, ut è pinaculo Templi mitteret ſe deorſum, Matth.4. n.6. at Iudæi ſuis manibus ex ſupercilio montis voluerunt Chriſtum præcipitare, Luc.4. n.29. D. Ambroſius citato loco: *O peior Magiſtro diſcipulorum hæreditas? ille verbo Dominum tentat; hi facto; ille dicit; mitte te deorſum, iſti adoriuntur, ut mittant*; Cum communiter nullus diſcipulus ſit ſuper Magiſtrum; iſti ſuum Magiſtrum diabolum malitiâ, & nequitia ſuperant. *Iudæi peiores diabolo.* Matth.4.

Hoc magnum amicitiæ, ac cognationis fœdus inter diabolum, & Judæos rectè nobis explicat Chriſtus. 75. Sanato muto; cum ille ſpiritus diabolicus exiret ab homine, & cum non inveniſſet requiem extra domum, à qua exierat; *tunc dixit, revertar in domum meam, unde exivi; tunc vadit, & aſſumit alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi*, Luc.11.n.26. (Luc.11.) quem locum de ingreſſu dæmoniorum in Synagogam venuſte explicat D.Ambroſius ibi, & ait: *Immundus ſpiritus in nationibus, & gentibus per fidem Chriſti requiem reperire non potuit; ideo ingreſſus eſt ad plebem Iudæorum, quæ forenſi, & perfunctoria ſpecie conſpecta animo manet interiore pollutior; neque enim ſacri fontis irriguo aut abluat, aut reſtingebat ardorem: meritoque ad eam ſpiritus redibat, immundusque adducens ſecum ſeptem ſpiritus nequiores ſe; itaque ut in nobis multiplicatur ſeptiformis ſpiritus gratia; ita illis immundorum ſpirituum omnis cumulatur injuria.* (*Domicilium, & requies diaboli Synagoga.* D.Ambr.) Ad quam majorem miſeriam potuit devenire Synagoga, quam quod fieret propria domus, & requies diaboli; nam diabolus exiens ab homine non potuit invenire locum in gentibus, in quibus regnabat fides Chriſti, & ideo diabolo erat locus aridus, & invius; revertitur in domum, quam multa hypocriſi, ut explicat D.Bernard. ſerm. de Aſſump.p.2. & aſſumit *ſeptem ſpiritus*, id eſt, omnem multitudinem, Ruth.4.n.15. Iſai.4 n.1. dæmonum, *ut in nobis multiplicatur ſeptiformis ſpiritus gratia, ita illis immundorum ſpirituum injuria.*

QUÆSTIO XIII.

Quare D. Paulus in tanta veneratione fuit Romæ.

AIt præſens Textus verſ.30. *Manſit biennio toto in ſuo conducto*, ſcilicet, hoſpitio. Valde mirum! 76. Miſſus eſt Paulus è Ieroſolymis tamquam vinctus, & alligatus ſub uno Centurione, ut eum perduceret Romam, ubi eſt habitus in tanta veneratione, quod non clauditur in carcere, ſed ei permittitur habitare in hoſpitio, ſive ut habet Syriacus: (Syriac.) *Conduxit ſibi Paulus proprias ædes*, in quibus habitabat, & in hoc biennio varias Provincias peragravit, & venit in Hiſpaniam, ſicut ipſe ſcripſerat ad Rom. 15. *Per vos proficiſcar in Hiſpaniam*, (Rom.15. *Paulus in Hiſpaniam.*) & poſtea iterum redit Romam, & ibi unà Petro crucifixo ipſe cum gladio mortem ſuſtinuit anno à Chriſti morte 37. Neronis 13. menſe Junij 29.

In hoc autem biennio, quod ſtetit Romæ prædicans cum omni fiduciâ. 77. Arabic. Arabicus: *Libertate*. Græcus: *Cum omni audaciâ*, ac generoſitate, *ſine prohibitione* Imperatoria ſcilicet, quia ut ſcribit Euſebius lib.2. Hiſtor.cap.22. (Euſeb.) Neronem ſuo primo Imperij quinquennio fuiſſe lenem, & facilem, &

valde

valde propenſum in Paulum, & maximè cum Paulus impugnaret Judæos, quos Imperator parvi faciebat, & maximè quia Paulus conciliavit ſibi familiares Neronis, & ſcribit D. Chryſoſt. hic homilia 54. Dicitur ſalutaſſe Neronis *pocillatorem, & concubinam*, quam Baronius, & alij cenſent fuiſſe Poppæam Sabinam, & etiam Paulus habuit amicitiam cum Seneca, & ſcripſit epiſtolam, ut teſtantur D. Linus, D. Auguſt. D. Hieronym. quos citavi in opuſc. 1. reſol. 5. q. 14. n. 699.

D. Chryſoſt.
D. Lin.
D. Aug.
D. Hier.

78. *Virtus à malis laudatur.*

Magna Pauli virtus, ut etiam apud ipſos ethicos, & extraneos, eſſet in tantâ æſtimatione, aut veneratione, ut Paulus non retineretur in carcere, & haberet facultatem publicè prædicandi, ut D. Chryſoſtom. in Pſalm. 11. ad illa verba n. 9. *Cornu ejus exaltabitur in gloria*: ait Bonos, *nemo eſt adeo imprudens, & ſceleratus, qui non laudet, & admiretur: hujuſmodi res eſt, ut etiam ab his, qui illam non ſequuntur, laudetur.*

79. *Virtus maximè attrahit animos.*

Dicitur Daniel 6. n. 3. *Igitur Daniel ſuperabat omnes Principes, Satrapas, quia ſpiritus Dei amplior erat in illo. Porro Rex cogitabat conſtituere eum ſuper omne regnum.* Unde venit Barbaro Regi in mentem velle elevare hominem externum captivum ſuper omne regnum, majora illi committere, quam ſuis clientibus, ac ſervis à nativitate: rationem indicat Text. *Spiritus Dei amplior erat in illo.* Danielis virtus fulgebat ſuper cæteros, ideo præ omnibus magis demulxit, & attraxit animum Regis. Theodoretus ibi ait: *Intelligens Rex illum eſſe virum Deo gratum, quique supernâ vi niteretur, omne ipſi regnum ad miniſtrandum commiſit.*

Theodoret.

80. Ait Propheta cap. 5. n. 8. *Erunt reliquiæ Iacob in gentibus in medio populorum multorum, quaſi Leo in jumentis ſilveſtrium & quaſi catulus Leonis in gregibus pecorum:* Ecce viri Apoſtolici inter barbaras, & indomitas gentes verſantes dicuntur Leones, tamquam cætera animantia; ſed quomodo hoc cohæret, cum Chriſtus Dominus dicat eos tamquam oves, Matth. 1. n..... *Ecce ego mitto vos, ſicut oves in medio Luporum*; quæ combinatio inter ovem, & leonem; quamvis in naturalibus maximè diſcrepent, in ſpirituali grege Chriſti multum conveniunt: ovis humilis, & mitis: Leo generoſus omnibus animantibus dominatur, & ab omnibus ſibi comparat gratiam, & reverentiam. D. Cyrillus Alexand. ibi ſic ait: *Reliquiæ igitur Iacob per fidem in Chriſtum ſalvati Evangelij præcones, erunt etiam ut catuli Leonis in grege generoſi nimirum contra inſurgentes: Dominus Ieſus dicebat: Ego mitto vos ſicut oves in medio Luporum, eorum autem fortitudo corda oppugnantium eos confregit, multamque ipſis venerationem conciliavit.*

Matth. 1. *Virtus omnibus dominatur.*

D. Cyril.

F I N I S.

Laus Omnipotenti Deo, Beatiſſimæque Virgini Mariæ, B. Sanctiſque Paulo, & Lucæ, quos ſemper in hoc opere invocavi Sanctiſque Doctricibus, ac meis Patronis Thereſiæ, & Magdalenæ de Pazzi.

APOLOGIA
CARMELITANA.

APOLOGIA CARMELITANA,

COMMENTARIA AD LECTIONES BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ DE MONTE-CARMELO.

16. Julij in 2. Nocturno.

LECTIO IV.

CUM Sacra Pentecoſtes die Apoſtoli cœlitus afflati, varijs linguis loquerentur, & invocato auguſtiſſimo JESU nomine, mira multa patrarent. Viri plurimi, qui veſtigijs Sanctorum Prophetarum Eliæ, ac Eliſæi inſtiterant, & Joannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti adventum comparati fuerant, rerum veritate perſpecta, atque probata, Evangelicam fidem confeſtim amplexati ſunt, ac peculiari quodam affectu, Beatiſſimam Virginem (cujus colloquijs, ac familiaritate feliciter frui potuere) adeo venerari cœperunt, ut primi omnium in Montis-Carmeli loco; ubi Elias olim aſcendentem nebulam Virginis typo inſignem conſpexerat, eidem puriſſimæ Virgini Sacellum conſtruxerint.

LECTIO V.

AD novum ergo Sacellum ſæpè quotidie convenientes ritibus pijs, precationibus, ac laudibus Beatiſſimam Virginem, velut ſingularem Ordinis tutelam colebant. Quamobrem fratres Beatæ Mariæ de Monte-Carmelo paſſim ab omnibus appellari cœperunt, eumque titulum Summi Pontifices non modo confirmarunt, ſed & Indulgentias peculiares ijs, qui eo titulo, vel Ordinem, vel fratres ſingulos nuncuparent, conceſſere. Nec vero nomenclaturam tantum magnificentiſſima Virgo tribuit, & tutelam, verum & inſigne Sacri Scapularis, quod B. Simoni Anglico præbuit, ut cœleſti hac veſte Ordo ille Sacer dignoſceretur, & à malis ingruentibus protegeretur. Ac demum cum olim in Europa Ordo eſſet ignotus, & ob id apud Honorium tertium non pauci pro illius extinctione, inſtarent, aſtitit Honorio noctu puriſſima Virgo Maria, planeque juſſit, ut Inſtitutum, & homines benignè complecteretur.

LECTIO VI.

NOn in hoc tantum ſæculo Ordinem ſibi tam acceptum multis prærogativis Beatiſſima Virgo inſignivit, verum & in alio (cum ubique, & potentia, & miſericordiâ plurimum valeat) filios in Scapularis ſocietatem relatos, qui abſtinentiam modicam, preceſque paucas eis præſcriptas frequentarunt, ac pro ſui ſtatus ratione caſtitatem coluerunt, materno planè affectu, dum igne Purgatorio expiantur, ſolari, ac cœleſtem patriam obtentu ſuo quantocius piè creditur afferre. Tot ergo, tantiſque beneficijs Ordo cumulatus, ſolemnem Beatiſſimæ Virginis gloriam quotannis celebrandam inſtituit.

QUÆSTIO I.

Omnia, quæ ab Eccleſia Dei ponuntur in Officio Divino magnâ reverentiâ colenda ſunt ab omnibus fidelibus.

1. 1. Petr. 1. Didym. IN perſons Chriſti ait D.Petrus epiſt.1. cap.1. n.16. *Sancti eritis, quoniam ego Sanctus ſum.* Explicat Didymus, quoniam ego Sanctus per eſſentiam, vos Sancti eritis per mei participationem, per meam gratiam, doctrinam, ac directionem; Cum enim Divina Sponſa Chriſti Eccleſia ſit Sancta, omnia, quæ ex ejus habitu, doctrina, & directione manant Sancta ſunt, magnaque, & alta conſideratione ordinata, ac diſpoſita.

2. Gregor. *Omnia ab Eccleſia magno examine perpenſa.* Quod eleganter nos docet Summus Pontifex Gregorius ad caput Apoſtolicæ 35. quæſt.9. ubi ait: *Apoſtolica Sedis ſententia, tanta conſilij moderatione concipitur, tanta patientia, & maturitate decoquitur, tantaque deliberationis gravitate profertur, ut non immutari neceſſarium ducat.* Expende *decoquitur*; tanta circumſpectione, ac examine, omnibus circunſtantijs perpenſis, adhibitiſque Gloſſa. magnis Viris, ut ibi dicat Gloſſa: *Sunt irreprehenſibilia.* Nempe quæ ab Apoſtolica Sede emanant.

3. *Hiſtoria in Breviario canonizata.* Rota. Iura. Marian. Et magis ſpecialiter in rem noſtram, Hiſtoriæ, quæ in Breviario habentur *veluti hiſtoria ab Eccleſia canonizata cenſentur.* Ut habet Ruta Romana in una deciſione Cæſar. Auguſti Cathedralis coram Domino Coccino 1630. & quanta ſit auctoritas Breviariorum conſtat ex cap. *Licet cauſam* de probationibus, & cap. *In noſtra* de Teſt. ut conſiderant Mariana tractat. de Adventu S. Jacobi in Hiſpan. Ambroſ. de Morales in Hiſtoria Hiſpaniæ lib.9.cap.14. & lib.8. fol.213.

4. Lezana. Et quod Hiſtoriæ contentæ in Breviario ſint venerandæ, ut Hiſtoriæ Canonizatæ probat noſter Doctiſſimus Lezana in Conſultis ex impreſ. anno 1656. In cauſa Cathedral fol.557.n.58. quod tales Hiſtoriæ ſint habendæ, ut Canonizatæ probatur à ſimili; quia leges Civiles in Canonum *Probatione.* Sanctionibus relatæ per Eccleſiam approbari cenſentur, quod etiam tenet Illuſtriſſimus Rodericus Cunha. à Cunha in proœmio Decreti n.21. ubi ait: *Leges Imperiales per aliquem Canonem approbata ex ipſo ſuſcipiunt vim legis Canonica* juxta communem regulam: *Omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem impertimur*, leg.2. Cod. de veteri jure enucleando Gloſſa verb. *Tractatus.*

5. Quintanad. *Hiſtoria in Breviario multum veneranda.* D. Aug. D. Bern. P. Antonius Quintanadueñas in Theologia Morali ſingulari 14. n.2. tractat.7. ubi ait, quod quamvis in Breviario antiquo aliqua emendarentur. *Tamen Breviaria, quibus modo utimur omnè ſuſpicione carere nullo modo ambigendum eſt*, ſed ſummè veneranda, ut dicta, & approbata ab Eccleſia; unde valde celebre eſt illud D.Auguſtini proloquium doctrinal. fidei *Eccleſia dicit, ſufficit.* Et D Bernard. lib. de Præcepto, & Diſpen. cap.12. ait: *Sive Deus, ſive homo Vicarius Dei, mandatum quodcumque tradiderit, pari profecto obſequendum eſt cura, parique reverentia deferendum.* Quod ſatis confirmari poteſt ex his, quæ Chriſtus D. dixit Luc. 10. ſuis Diſcipulis, & in eis ſuæ Eccleſiæ Luc.10.n.16. *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Quod argumentum latè proſequitur noſter Vvald. doctiſſimus Vvalden. tom.3. de Sacramentalibus titul. de Horis Canonicis cap.20.

6. Cogitet unuſquiſque Auctor, quod Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium habet plura, & certiora exemplaria, documenta, quam unuſquiſque particularis Auctor, & quod Sacra Congregatio ad aliquid determinandum, & agendum ad ſe advocat viros probatiſſimos, ſcientia, ſapientia, virtute, ac zelo honoris, & gloriæ Dei, ac Eccleſiæ, quos unus particularis Auctor ſecum non habet. Deinde à Sacra Congregatione cum illis Viris ſapientiſſimis, ac probatiſſimis omnia alto, & profundo examine decoquuntur, ac ventilantur. *Quanta ſit Auctoritas Sacra Congregationis.*

Quod examen non facit unus Auctor particularis; nam ſi tale examen adhibuiſſet nunquam proferret, ut modo quidam dixerunt nos vocari fratres B.Virginis de Monte-Carmelo à tempore D.Brocardi, ad quorum os comprimendum ſufficiebant præſentes Lectiones Beatiſſimæ Virginis, quæ nobis hunc præbent titulum à tempore primitivæ Eccleſiæ.Deinde Brocardus floruit circa annum 1188. & ſex Summi Pontifices ante annum milleſimum, & ferè per trecentos, & ſexaginta annos ante Brocardum in ſuis diplomatibus nos appellant fratres B.Virginis de Monte-Carmelo, ut dicam infra q.3. & quæſt.quæ diplomata circunferuntur in communibus Bullarijs,quæ per omnium manus habentur, & facile erat videre, ut non talia dicerent ſine ullo Doctore, ſine ullo fundamento, ſed tantum ex ſuo cogitatu. 7.

QUÆSTIO II.

Lectiones Beatiſſima Virginis Maria de Monte-Carmelo multa auctoritate Apoſtolica eminent; illaque ſunt roborata.

CUm Lectiones ſecundi Nocturni in ſolemni Commemoratione Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo 26. Julij ſint compoſitæ, & ordinatæ ad laudem, & gloriam ipſius Sanctiſſimæ Virginis, ut dicunt in ſuis Bullis ſtatim referendis Summi Pontifices Clemens X. 8.

SVB PAVLO QVINTO.

OFficia ſupra ſcripta propria Sanctorum Ordinis Carmelitarum ad inſtantiam Fratrum ejuſdem Ordinis reformatorum, quos Diſcalceatos vocant, qui Breviarium Romanum acceptaverunt, ad uſum dicti Breviarij Romani reformata, & Sacræ Rituum Congregationi præſentata, & de mandato ejuſdem Sacræ Congregationis diligenter recognita, & ſubſcripta ab Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo D. Cardinali Bellarmino. 9.

Facultas.

Eadem Sacra Rituum Congregatio approbavit, & ut à dictis Fratribus Carmelitanis reformatis Diſcalceatis nuncupatis, liberè, & licitè recitari, & etiam pro majori commoditate imprimi poſſint, licentiam, & facultatem dedit, & conceſſit die 20. Junij 169. Dominicus Epiſcop. Hoſtienſ. Cardinal. Pinellus. 10.

V. Pellucantius Secret. Congreg.

SVB VRBANO OCTAVO.

OFficia ſupra ſcripta Sanctorum Ordinis Carmelitarum ad inſtantiam Generalis ejuſdem Ordinis, 11.

Ordinis, & Fratrum reformatorum, quos Diſcalceatos vocant, qui Breviarium Romanum acceptaverunt, ad uſum dicti Breviarij reformata ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Cardinali de Torres recognita, & ſubſcripta, & quorum aliqua aliàs ſub die 20. Junij ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Cardinali Bellarmino de mandato Sacræ Rituum Congregationis reviſa, & approbata fuerunt.

Facultas.

12. Eadem Sacra Congregatio, ut ab univerſo Carmelitarum Ordine liberè, & licitè recitari, ac etiam pro majori commoditate imprimi poſſint licentiam, & facultatem concedit; ac dedit die 12. Junij 1628. Coſm. Cardinalis de Torres.

Fr. Fulvius Benign. Secret.

Loco † ſigilli.

SVB CLEMENTE DECIMO.

13. COnceſſit die 21. Novembris 1674. ut Officium commemorationis Beatiſſimæ Virginis de Monte-Carmelo ſub duplici majori, ab omnibus utriuſque ſexus fidelibus, tam ſæcularibus, quam regularibus Regnorum Hiſpaniarum, aliorumque Regnorum, ac Provinciarum Regis Catholici ſubjectarum, qui ad horas Canonicas tenentur recitandum die 16. Julij, vel alia die infra octavam.

SVB SANCTISS. D. INNOCENTIO XI.

14. QUidam ſcrupuloſi obtulerunt quoddam memoriale Sacræ Congregationi Eminentiſſimi D. Cardinalis, quod prædictæ Lectiones eſſent auferendæ ex Breviarijs, & loco illarum aliæ eſſent apponendæ ea homilia, aut ſermone alicujus Sancti in Laudem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, quod memoriale tantum fuit lectum, quod apud nos idem valet, ac neglectum, & Lectiones perſtiterunt integræ, & ſalvæ ſine aliqua ſui diminutione, quod factum fuit die Sabbati Beatiſſimæ Virginis Mariæ 12. Januarij 1678.

IDEM SANCTISS. D. INNOCENT. XI.

15. DIe 24. Martij anni 1679. anno 3. ſui Pontificatus ad inſtantiam Sereniſſimæ Reginæ Portugalliæ ſub authoritate Apoſtolica conceſſit Officium Beatiſſimæ Virginis de Monte-Carmelo, cum ſua Miſſa propria, ut à fratribus ejuſdem Ordinis dicitur; ab omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus utriuſque ſexus, tam Sæcularibus, quam Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur in omnibus, & ſingulis Eccleſijs præfatorum Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum, ac Provinciarum, ac ditionum quomodocumque Portugalliæ Coronæ ſubjectarum annis ſingulis, die 16. Julij, ſeu alia die infra Octavam celebrari licitè, & liberè valeant.

16. Et dum Summi Pontifices mandant, & approbant recitare Officium Beatiſſ. Virginis de Monte-Carmelo, approbant, & confirmát ipſum Officium; nam unum cum altero, ut valde connexum, *& connexorum idem eſt judicium*, ut latè cum multis Legibus, Textibus, ac numero etiam Doctorum probat Barboſa Axioma 55. & addit cum ipſis Doctoribus: *Connexa, & individua reputantur idem, & nihil poteſt fieri contra unum, quod non fiat contra alterum*, & præter Doctores ibi citatos idem habet Sanchez de Matrim. lib. 8. diſp. 2. n. 2. cum Felino

Barboſa.
Sanchez.
Felinus.

cap. Poſtulaſti n. 11. & Suarez cum alijs, quos adducit lib. de Legibus cap. 11. n. 10. Suarez.

Textus Lectionis.

Cum Sacra Pentecoſtes die Apoſtoli cælitus afflati varijs linguis loquerentur, invocato auguſtiſſimo JESU *nomine mira multa patrarent, Viri plurimi, qui veſtigijs Sanctorum Prophetarum Eliæ, ac Eliſæi inſtiterant, & Joannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti fidem comparati fuerant, rerum veritate perſpecta, atque probata Evangelicam fidem confeſtim amplexati ſunt.*

17. PEntecoſtes dies, id eſt, quinquageſimus à die Paſchatis, in quo Judæi ſolemne Feſtum celebrabant in memoriam datæ Legis in monte Sinaï, in quo die Divinus Spiritus deſcendit in Apoſtolos, qui multa, & magna mirabilia operati ſunt, ut latè explicavi in hoc libro Actorum cap. 2. ita ut in ipſo die Pentecoſtes Concione Petri tria millia hominum fidem Chriſti ſuſceperint, Act. 4. n. 41. & poſtea uno, vel altero die quinque millia nomina Chriſto dederint, & intra tres, vel quatuor dies octo millia hominum facti Chriſtiani baptizari ſint.

QVÆSTIO III.

Magnus Elias Fundator, ac Inſtitutor Ordinis Carmelitarum.

18. HAnc veram, & certam reſolutionem de inſtitutione, ac fundatione Religionis Carmelitanæ ab Elia latè tractavi in Opuſculis opuſc. 3. per ſex reſolutiones amplas, quæſtiones hic breviter attingam corroborando magis aliqua, & ſatisfaciendo cuidam objectioni contra me oppoſitæ.

19. Religio Carmelitana fundata inſtituta eſt à Magno Patriarcha Elia. Hæc veritas teſtificata, ac promulgata eſt à Romanis Pontificibus ſæpius approbata à Sacra Congregatione, à Sanctiſſima Virgine Maria proprio ore multoties declarata; perenni, ac conſtanti traditione firmata, ab Elia habitu Carmelitano manifeſtata, teſtimonio magnorum Sanctorum, ac graviſſimorum Authorum roborata, ſingula breviter oſtendo. *Numerantur fundamenta veritatis.*

20. Teſtificata, & promulgata à Romanis Pontificibus Joannes XXII. Alexander V. Sixtus V. expreſsè dicunt: *Ordinem Carmelitarum per Eliam, ac Eliſæum in Monte-Carmeli inchoatum.* Sixtus IV. Julius II. Gregorius XIII. apertis verbis ſic loquuntur, quod Carmelitani Patres *Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſæi, & Henoch, nec non aliorum Sanctorum Patrum, qui montem Sanctum Carmeli juxta fontem Eliæ inhabitarunt ſucceſſionem hæreditariam tenentes.* Et Clem. VIII. non ſolum in ſuis Bullis Apoſtolicis pro noſtris Patribus Diſcalceatis conceſſis *in Apoſtolica dignitate*, & alia *Dominici gregis*, ſed, etiam ex quadam epiſtola miſſa ad Regem Perſarum, & ex Bulla Pauli V. Urbani VIII. quæ omnia latè adduxi citata reſol. 2. q. 1. n. 1. 2. & 3. & inſuper Alexand. VII. conceſſit, ut in Collecta S. Eliæ dicamus *Patrem noſtrum*, ut dicimus *Præſta quæſumus Omnipotens Deus, ut ſicut Prophetam tuum, & Patrem noſtrum Eliam.*

Ioan. XXII. Alex. V. Sixt. V. Sixt. IV. Iulius II. Gregor. XIII. Clem. VIII. Paul. V. Vrban. VIII.

21. Secundo ſæpius approbata à Sacra Congregatione, ut vidimus ſuperiori q. & patet hoc ex præſentibus Lectionibus, ubi dicitur: *Viri quamplurimi,* *Sacra Congregatio.*

qui inſtiterant veſtigijs Sanctorum Eliæ, & Eliſæi,
S. Angelus. & ex Officijs aliorum Sanctorum Ordinis S. An-
geli die 5. Maij, in 5. Lect. ſic legitur: *Inſignem*
Sanctitatis Virum parentibus ſuis Eliæ, & Eliſæo
perſimilem miraculis Deus ſimilibus illuſtravit. Et
Spirid. in Feſto S. Spiridonis die 14. Decembris in Ora-
tione dicitur: *Sancti Spiridonis Confeſſoris, atque*
Pontificis nos Domine feſta tueantur, & ſicut ille
Religionis à Propheta Elia inſtituta Orationibus,
ac operibus fuit fidelis imitator. Et in feſto Sancti
S. Avert. Avertani die 25. Februarij in 5. Lect. habetur: *Sibi*
Chriſtum, & magnum Eliam Prophetam ſui Ordi-
nis fundatorem in exemplum paupertatis propoſue-
S. Petr. Thom. *rat.* Et Revelatio S. Petri Thomæ, de qua ſtatim,
quæ omnia multoties ſunt examinata, & approba-
ta à ſacra Congregatione.

22. Tertio à Sanctiſſima Virgine Maria proprio ore
Revel. declarata; primo ex revelatione facta à Sanctiſ-
ſima Virgine S. Petro Thomæ ait ei Virgo: *Con-*
fidito, Petre, Religio enim Carmelitarum in finem
uſque ſæculi eſt perſeveratura; Elias namque ejus
inſtitutor jam olim à filio meo id impetravit. Quæ
S. Petrus Thom. revelatio eſt authentica in Breviario, & ſæpè ap-
probata à ſacra Congregatione, & cum Vvadin-
Lucas Vvadingus. gus Magnus Ordinis Minorum Cronographus
præclarus diceret hanc revelationem factam fuiſſe
ſuo Petro Theutonico pro ſtabilitate ſui Ordinis,
& res in dubium verſaretur, ſacraque Congrega-
tio eſſet anceps in confirmatione, Deo auxiliante;
Virgine Maria patrocinante precibus S. Petri Tho-
Lect. mæ inventa eſt Bulla Innocentij VI. de qua tota
rei veritas conſtabat, ſacra Congregatio iterum
confirmavit Lectiones S. Petri, & inde Vvadingus
ſuam retractavit ſententiam.

23. Secundo ex Bulla Joannis XXII. quæ incipit
Ioan. 22. *Uti culmine*, & ſic ait: *Mihi flexis genibus Virgo*
viſa fuit Carmelita (id eſt Carmelitano habitu in-
duta) *ſequentem afflata ſermonem: O Ioannes, ô*
Ioannes Vicari dilecti Filij mei, veluti à tuo te eri-
piam adverſario (ſcilicet Diabolo) *iſtam gratiam*
amplam meo Sancto, & devoto Carmelitarum Ordi-
ni confirmationem debes præconcedere per Eliam, &
Eliſæum in Monte-Carmelo inchoato. Perpende ul-
Alex. V. tima verba, quam Bullam confirmarunt multi Ro-
Clem. VII. mani Pontifices Joannis ſucceſſores Alexander V.
qui illam integram in ſuo diplomate, cujus ini-
Paul. III. tium eſt: *Tenore cujuſdam refert*, Clemens VII.
Pius V. Gregor. XIII. Paulus III. Pius V. Gregorius XIII. de cujus ma-
gna authoritate multa dicunt Lezana tom. 4. An-
Lezana. nal. anno Chriſti 1322. n. 24. Vinea Carmeli p. 5.
Vinea Carm. cap. 5. fol 452.

24. Quarto perenni, & conſtanti traditione firmata,
Suarius. de qua ait ſapientiſſimus Suarius tom. 4. de Reli-
gione tract. 9. lib. 2. cap. 10. in exordio, dicens: *Et*
valde recepta, & antiqua traditio hanc Religionem
à temporibus Prophetarum, & ſignatim ab Elia in-
ſtitutione ſuam ducere Originem. Et tempore Chri-
ſti oſtenditur ex præſentibus lectionibus ab Eccle-
Ioſeph. ſia toties approbatis ex Joſepho Antiocheno anno
Chriſti 230. in Speculo perfectæ militiæ Chriſtia-
Ioan. 44. næ cap. 12. Joannes Ieroſolym. 44. floruit anno 444.
lib. de Inſtitut. Monach. cap. 2. 3. & 4. & hoc latè
oſtendam infra quæſt. Ubi ex graviſſimis Autho-
ribus per ſingula ſæcula ab Elia uſque ad præſens
oſtendam continuatam ſucceſſionem Religionis
abſque ulla interruptione, & cum in hac Religio-
Bertold. ne graviſſimi viri floruerint, S. Bertoldus primus
Generalis ex Latinis anno 1141. qui ſolebat, quod
Beatam Virginem, ut Matrem, *venerabatur, & S.*
D. Cyril. *Eliam, ut Patrem.* S. Cyrillus ſecundus Generalis,
qui compoſuit de proceſſu Ordinis Carmelitani,

S. Brocardus, qui moriens convocatis fratribus eos
eſt exhortatus, quod *recordarentur ſe ipſos eſſe filios* Brocard.
magni Parentis Eliæ, ut ejus veſtigia ſequerentur.
S. Angelus, S. Albertus, S. Simon Stoch, S. Averta-
nus, S Petrus Thomas, S. Andreas Corſinus, & alij
innumeri, quod ſi in hoc aliquis ſubeſſet error, &
falſitas, & illum ſemper ſuſtentarent, & nunquam
emendarent valde difficile creditu eſt.

Quinto multis viſionibus apparuit. Elias habi- 25.
tu Carmelitano indutus, & Venerabili Beatrici *Elias apparet in*
fundatrici Conventus Hiſpalenſis, & Venerabili *habitu*
Catherinæ de Cordone, & Venerabili Annæ à S. *Carmelitano.*
Bartholomæo; de Sanctitate, & virtute horum trium
magnum præbet teſtimonium S. Thereſia, quod
omnes tres teſtificatæ ſunt, ipſum vidiſſe habitu
Carmelitano, & pallio albo, quod cum ſuis Au-
thoribus retuli citata reſol. 1. q. 1. n. 15.

Dorothæus à S. Renato Commentario in Apo- 26.
calypſim lib. 2. q. 10. ſect. 3. inter varias viſiones,
quas refert de S. Elia, unam ſingulariter hic addu-
cam quod cùm in Civitate Mechlemenſi anno 1580.
Hæretici Anglici intenderent deſtruere Conven-
tum Carmelitarum S. Eliæ peculiariter conſecra-
tum ſuper conventum apparuit quidam ſenex ve- Doroth.
nerandus habitu Carmelitano indutus extenſa ma-
nu cum gladio, unde Hæretici magno correpti me-
tu in fugam agitati ſunt, & ex habitu, quo appa-
ruit rectè colligitur veſtis, qua in hoc ſæculo ute-
batur, ut dixi citato loco ex Samuele veniente
Epho linea.

Sexto ex teſtimonio magnorum Sanctorum, ac 27.
graviſſimorum Doctorum, apertè pro hac noſtra
ſententia ſtant S. Bertholdus, S. Brocardus, S. Cy-
rillus Conſtantinopolit. citati in hac q. S. Petrus
Thomas lib. de peccato Originali, his adde Sera-
phica S. Thereſia ut refertur lib. Fundat. cap. 13. ex- *Præclariſſimi*
hortans ad moderationem, & paupertatem in ædi- *Sancti*
ficijs dicebat ſuis: *Verſentur nobis ante oculos Viri* *pro hac*
noſtri Fundatores, qui ſunt Sancti illi Patres à qui- *veritate.*
bus deſcendimus, quos per hanc paupertatis, & hu-
militatis viam ad Dei fruitionem perveniſſe novi- S. Thereſia.
mus. S. Eliam in Horeb, & Eliſæum cap. 27. de
quodam Monaſterio ait: *Aditus porro illius ſubter-*
raneus eſt, veluti per Cavernam, quæ ſpeciem refe-
rebat ejus, in qua Pater noſter Elias delituerat, &
idem ferè dicitur cap. 28. & 29.

S. Angelus; ut in ejus vita Enoch Patriarcha 28.
cap 4. §. 8. refert cùm vellet tranſire Jordanem S. Angelus.
ait: *O flumen verè Sanctum per ſignum, quod in*
te fecit Sanctus Pater Elias præſente Eliſæo ad Pa-
radiſum per turbinem profectus. Mirabile dictu flu-
men diviſum eſt, & ſic ad ſuſcitandum mortuum
exorat: *Deus, qui per merita Patris mei Eliæ viduæ*
filium ſuſcitaſti.

S. Avertanus frequenter exorabat poſtulans 29.
partem ſpiritus Patris ſui Eliæ, ad cujus exemplar
totam ſuam vitam componebat: & ſunt ſeptem Carthag.
Sancti canonizati pro hac ſententia citati reſol. 1.
q. 1. n. 13. 14. 15. 16. 17. 18. Multos, & graves Au-
thores, & etiam ex omnibus Religionibus pro no-
ſtra ſententia retuli, & pluſquam centum, & quin-
quaginta poſſem adducere: Optimè ergo ait
M. Joannes Carthagena, quod in
humanis nulla major veritas
dari poteſt.

* * *

QUÆST.

QUÆSTIO IV.

Referuntur aliqua opiniones, ſi dici poſſunt opiniones, & impugnantur cum ſua objectione.

30. DE his opinionibus jam egi opuſculo 5. reſol.2.
Opinio- q.2. hic vero repeto, ut ſolvam quandam Ad-
nes fri- verſariorum objectiouem, Volaterranus *in Tropo-*
vola. *logia* lih.21. ait: Religionem incepiſſe ſub Alber-
Volater. to Patriarcha Ieroſolymitano ſuh Honorio IV. an.
D. Ant. 1286. D.Anton.3.p.tit.20.cap.5. & alij principium
Religionis aſſignant ſuh Inoocentio III. qui convocavit Concilium Lateranenſe ann.1215. Baro-
Baron. nius tom.12. ad ann. Chriſti 1181. dat principium
Religionis ſub Aymerico ſine ulla Doctore, fundamento, ſed tantum uno ſimplici verho ſuo, unde bene ait Caramuel Epiſcopus Campanienſ. *Sum jam aſſuetus Baronio non credere dicenti, & non probanti*, citato loco à me adductus, & ex veris fundamentis.

31. Er ihi has tres ſententias impugnavi, & eas merito rejiciunt noſtri Doctores per authentica inſtru-
Refutan- menta aotiquiſſimorum Conventuum, v.g. Floren-
tur. tiæ anno 743. & Conveotus Senenſis anno 797. quas adducit Lezana ad citatos annos; Ego vero per Bullas Apoſtolicas has tres ſententias rejicio ita ot nollum ſit in eis probabilitatis veſtigium.

32. Summi Pontifices Stephanus V. qui floruit an-
Steph. V. no 8 6. Leo VI anno 847. Adrianus II. anno 868.
Leo IV. Sergius III. anno 907. Joannes X. anno 915. Ioan-
Ioan. X. nes XI. anno 951. Alexander II. anoo 1061. qui
Ioan. XI. omnes ſeptem Summi Pontifices conceſſerunt va-
Adr. II. rias Indulgentias viſitantibus Eccleſias Fratrum
Serg. III. Ord. Beatiſſ. Virginis de Monte-Carmelo in certis
Alex II. diebus Feſtivis. Has conceſſiones Apoſtolicas re-
Sixt. IV. fert Sixtus IV. in ſua Bulla 2. pro Religion. Car-
Gregor. XIII. meli, & incipit: *Dum attenta quod Glorioſa*, &
Clem. VII. etiam refert Gregorius XIII. in Bulla ut *Laudes*, & modo etiam Sanctiſſimus Dom. Clemens X. in Bulla, quæ incipit: *Commiſſa nobis divinitus* data 1673. die 8. Maij, quæ Bullæ anthenticæ habentur in noſtro Conventu Tranſpontino, ac in hoc Car-
Bullar. melo Olyſſipone, & in Bullario Carmelitarum Diſcalceat fol.117.& fol.326.& apud Bullar. Rodrig.

33. Ex his ſeptem, Summi Pontifices Stephanus V. Leo IV. Adrianus II. ferè per treceotos aonos habuerunt Pontificatum ante Aymericum, & per trecentos quinqoaginta ante Albertum, & Innocentium III. & Pontifices Sergius III. Joan.X. Joan. XI. ſuom Pontificatum tenuerunt ante Aymericum excedens ſpatium pluſquam ducentos annos, & ante
Apertè Albertum, & Inoocent. III. & Concil. Lateranenſe
refutan- ferè ducentos, & quinquaginta annos Alexand. II.
tur illa floruit ante Aymericum pluſquam centum annos,
ſententia. & ante Albertum, & Innocent. III. ferè per centum qoinquaginta annos; Eccc per Bullas Apoſtolicas authenticas demooſtratur, quod Religio Carmelitana per multa aonorum ſæcula reſplenduit ante Aymericum, Alhertum, ac Innocentium III.

34. Dicent fortaſſe adverſarij, quod dum Summi Pontifices citati dicunt Religionem Ordinem im-
Objectio. propriè, ac latè loquuntur; quia Religio, & Ordo important vota; ergo cum tunc Ordo Carmelitarum ſe non haheret impropriè eſt Religio, & Ordo.

35. Reſpondetur primo, quod verba Sum. Pontificũ in vero, & genuino ſenſu, ut ait commune axioma,
Barboſa. ut latè probat Barboſa Axiom.222. n.4. ſunt accipienda, & intelligenda, inde Carmelitæ ah inſtitutione Eliæ habent vota, eaque maximè roborarunt, ac firmarunt, & cum magna perfectione, ac majori, quàm antea erant, nempe in Eccleſia primitiva, ac Apoſtolorum tempore.

Omnes enim Apoſtoli tria emiſerunt vota, ut ex- 36.
preſsè docent D. Aug. de Civit. Dei c.4. & in Pſ.131. D. Aug.
D. Hieron. de Viris illuſtribus in Philone. D. Tho. D. Hier.
a. 2. q.88. artic.4. ad 3. Nam illi illuminati gratia D. Tho.
Spiritus S. & doctrina Chriſti ohſervaruot omnimodè omnem perfectiſſimam vitam juxta Chriſti documenta ahnegantes ſemetipſos, cum abnegatione propriæ voluntatis appetituum, ac temporalium, & ut optimi Magiſtri hanc ſuos diſcipulos docue-
runt doctrinam, unde ait Paolus 1. Cor.7.n.7. *Volo* 1. Cor. 7.
autem vos omnes eſſe ſicut me ipſum. Unde de illis
primis Chriſtianis ſcrihitur Act.4. n.32. *Multitu-* Actor. 4.
dinis autem credentium erat cor unum, & anima una, nec quiquam eorum qua poſſidebat ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Unde D Petrus, ut refertur Act.5.n.3. dixit Ananiæ: *Cur tentavit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui S. & defraudari de pretio agri, & venundatum in ſua erat poteſtate.* Significat quod veoundatum antequam voverit in ſua erat poteſtate, ut illo uteretur quo
veller, at poſtquam emiſit votum paupertatis jam Suarez.
non erat, & defrandans mentitus eſt Spiritui S. Lyran.
nam ex voto violato ipſe, & uxor ejus in tàm rigi- Caietan.
dam mortis pœnam inciderunt, & hanc eſſe com- Lorin.
monem Patrum ſententiam teſtatur Suarez tom.3. Cornel.
de Relig. lib.3. cap.1.n.4. quihus accedunt Lyran. Tyrin.
Caiet. Lorin. Cornel. Tyrin. Menoch. Menoch.

Ex quihus colligunt quod in primitiva Eccleſia 37.
omnes emittebant vota, perfecti omnia tria, alij vero unum, vel alterum; cum ergo filij Eliæ eſſent ſuh doctrina Apoſtolorum, imò eis maximè intimi, ore pote, ut ait Joſephus Antiochenus, Coadjutores Apoſtolorum in prædicatione Evangelica, abſque duhio tria vota, quæ hauſerant ex diſciplina Eliæ, Apoſtolorum doctrina magis corroborarunt, & ad majorem, atque excellentiorem perfectionem ſuhlevarunt, & maximè documentis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ omnium ſupremæ doctricis, ac Magiſtræ in oniverſa probitate, virtote, ac ſanctitate, & perfectione, cujus colloquijs feliciter ipſi frui potuerunt, ut dicitur in Lectionihus, & poſtea habebant regulam Joan.44. Cum votis ut patet ex ejus libro cap.16.

QUÆSTIO V.

Ex tanta perſiſtentia diſciplinæ in filijs Eliæ colliguntur in eis vota.

HÆc quæſtio eſt præcipua difficultas hojus A- 38.
pologiæ, quam late tractavi in Opuſculis opuſc.5. reſol.5. per multas quæſtiones, nunc vero præſens materia poſtulat eam iterum tractare ſupponendo aliqua ex dictis, & multa addendo, atque aliqua addendo per ſequentes Sectiones.

SECTIO I.

Aliqua, & valde communia ſupponenda.

SUpponendum primo, quod in lege veteri valde 39.
communis, & freqoens fuerit uſus votorum, *In lege*
Levit.27.n.1. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen, di-* *veteri*
cens: Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos: Homo, *valde*
qui votum fecerit, & ſpoponderit Deo animam ſuam *commune votū.*
ſub æſtimatione dabit pretium, & latiſſimè agitur Levit. 27.
in toto capite de obſervatione votis facto, vel faciendo,

Num.30. ciendo, & Numer.30.n.3. ubi dicitur: *Iſte eſt ſermo, quem præcepit Dominus: Si quis virorum votum Dño voverit, aut ſe conſtrinxerit juramento non faciat irritum verbum ſuum*, & ibi circa votum multa diſponuntur n.1.6. & 8. & Deuteronom.12. n.8. & Deut.12. cap.23.n.21. & Eccleſiaſt.5. n.3. Eccl.5. *Quod voviſti Deo ne moreris reddere*, Pſalm.75.n.12. Pſal.75. *Vovete, & reddite Domino Deo veſtro.* Lorin. Lorinus ibi ait: quod juxta Patres Latinos exponendus eſt de rebus, quas Lex non præcipit.

40. *Vota in particulari.* Veniamus ad magis particularia: Jacob edidit votum, Geneſ.28.n.20. Gen.28. *Vovit etiam votum, dicens: Si Dominus fuerit mecum, & cuſtodieris me David*, Pſalm.21. n.26. Pſal.21. *Vota mea Domino reddam*, Pſal.131. Pſal.131. n.2. *Votum vovit Deo Iacob.* De ædificando Templo Iaphet rediens victorioſus, Iudic.11.n.30. Iud.11. *Fecit ſicut voverat.* Anna Samüelis mater 1.Reg.1.n.11. 1 Reg.1. pro obtinendo filio *votum vovit.* Et Rex Aſa repoſuit in Templo, 3.Reg.15.n.7. 3.Reg.15. *Quæ Pater ſuus voverat in domum Domini aurum, & argentũ*, & filij omnes Iſrael de populo pro reſtauratione Divinorum, 2.Paralip.31.n.2.& 12. 2.Paralip.31. *Obtulerunt quæ voverãt Domine Deo ſuo.* Et poſt decollatum Holofernem Judith 16. n. 22. Iudith 16 *Obtulerunt omnes holocauſta, & vota, & repromiſſiones ſuas*, imo & peſſimus Abſalon poſtulavit à Patre ſuo facultatem, dicens 2.Reg.15. n.7. 2.Reg.15 *Vadam, & reddam vota mea, quæ vovi Domino in Hebron.* Similiter, & alij multi.

41. Quæ vota faciebant ad maiorem operis firmitatem, & obſequium Dei, ac majus meritum comparandum, ut notat Ovandus in 4. diſtinct.3. Ovand. propoſit.8. & ait: *Notum erat Iudæis, quod opus factum ex voto erat laudabilius, & magis placere Deo virginitatem cum voto.*

42. *Obedientia, Paupertas, Caſtitas.* Supponendum ſecundo eſt, quod in Elia, & Eliſæo, ac filijs Prophetarum dabatur eximia obedientia, paupertas, & caſtitas, ut latè oſtendi citato opuſculo tertio, reſol.3.q.6. & 7. ex Scriptura, & Patribus, multiſque magnis documentis.

SECTIO II.

Tria vota in Elia, ac filijs ejus aſtruuntur ex propria ſententia.

43. AD hanc veritatem de tribus votis in Lege veteri multa, & ſolida fundamenta ponunt noſtri ſapientiſſimi Magiſtri Petrus Monox, Franciſcus à S.Maria, Lezana, Petrus Vaſtelius, Daniel à Virgine Maria, Vinea Carmeli, & Franciſcus bonæ Spei in ſuo doctiſſimo Armentario, quæ fundamenta videnda ſunt apud ipſos Authores, ex noſtra tamen minima tenuitate ſex ferè propono.

Primum Fundamentum.

44. *Vota requiruntur ad perſeverantiam Religionis.* Deſumptum ex doctrinâ D.Thomæ 2. 2. q.186. art.6. ad primum, ubi docet, quod ad perſeverantiam, conſiſtentiam, ac perfectionem ſtatus Religioſi requiritur aliquod voti vinculum; quia cum natura humana ſit valde inconſtans, & mutabilis, niſi detur aliquod vinculum totum corruet, unde ait ipſe Angelicus Doctor: D.Tho. *Non aliter homo poteſt totam vitam ſuam Deo exhibere, niſi per voti obligationem.* Quod optimè explicat Suarez tom.3. Suarez. de Religione lib.2. cap.3. n.2. *Cum hoc ſit de re valde difficili, & de non neceſſaria ſed voluntaria, niſi aliquo morali vinculo firmata ſit, facile fluctuabit.*

45. Atqui à raptu Eliæ fluxerunt nongenti ſexaginta quatuor anni uſque ad viros illos, qui ejus veſtigijs inſtiterant, de quibus eſt ſermo in prædictis lectionibus approbatis à Sede Apoſtolica: ergo in eis intercesſit aliquod voti vinculum cum perduraverit per ferè mille annos in tanta varietate Reipublicæ Judaïcæ, & ſub crudeli, & dira perſecutione Regis Antiochi, ita ut nullus auderet aliquam legis obſervationem facere, ut infra dicam: ergo ad perſeverantiam illius ſtatus per tantum temporis intervallum aliquod morale vinculum interceſſit, quod fuit votum. *Perſeverantia Religionis Carmelitanæ.*

Secundum Fundamentum.

Et ſanè apud me efficax, quod deſumo ex doctrina Suarij tom.3. de Religion.lib.3.c.1.n.2. Ubi ait, quod ſuppoſita fide, lumine naturali notũ eſt, melius ac perfectius eſſe ſervire Deo cum voto, quam ſine illo; nam per fidem Divinam cognoſcimus quantum debeamus Deo, ut Auctori naturæ, & gratiæ; nam ab eo, ut Auctore naturæ accepimus creationem, conſervationem, & multa bona temporalia; ab eo ut ſupernaturali habemus fidem, gratiam, remiſſionem peccatorum per proprium ſanguinem, & hæreditatem vitæ æternæ: lex ergo naturalis dictat, quod Domino, à quo tot, & tanta bona recipimus, meliori, & perfectiori modo, quo fieri poteſt, ſerviamus; hoc poſito ſic conficio argumentum. 46. *Serviendum Deo cum voto dictat ratio naturalis.*

Elias per lumen naturale cognovit melius, ac perfectius eſſe ſervire Deo cum voto, quam ſine illo: ergo ſuas virtutes voto firmavit. Antecedens patet ex dictis maximè cum lumen naturale mentis Eliæ eſſet multum adjunctum lumini Divinæ gratiæ. Conſequentia probatur: Elias dicebat de ſe: *Vivit Dominus ante cujus conſpectum ſto*, 3.Reg.17. n.1. & iterum, 3.Reg.18.n.15. *Vivit Dominus, ante cujus vultum ſto*, & Apoc.11.n.4. *Hi ſunt duæ olivæ, & duo candelabra, in conſpectu Domini ſtantia*, ſermo eſt de Elia, & Enoch, & quamvis illud *vivit Dominus* ſit vàlde conſuetum juramentum apud antiquos Patres, ut David 1.Reg.26.n.10. *Vivit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eum*, &c. Et iterum ibid. n.16. *Vivit Dominus; quoniam filij mortis eſtis.* Et Ierem.4.n.2. *Vivit Dominus in veritate*; at Elias amplius aliquid dixit: *In cujus conſpectu ſto.* Ex quo dicitur, quod ſemper Elias ſe conſiderabat ante faciem, ac præſentiam Dei, ut inde ſe magis obligaret ad ſummam venerationem, ac perfectiſſimum obſequium omni meliori modo ſibi poſſibili Deo exhibendum, ut exponunt Beda, & Richardus, & D.Athanaſius in vita S.Antonij, & ait: *Elias dicebat, vivit Dominus in cujus conſpectu ſto non computabat Elias præteritum tempus, ſed tamen quotidie in certamine poſitus talem ſe præbere cupit, qualem ſciebat Dei dignum eſſe conſpectibus, purum corde, & præparatum obedire voluntati Dei.* 47. *Elias cognovit ratione naturali perfectius cũ voto.* 3 Reg.17 Beda. Richard. D.Atha.

Atqui Elias deprehendebat lumine naturali majorem venerationem, ac excellentius, & perfectius obſequium Deo exhiberi cum voto, quam ſine illo: ergo ſine illo non ſe exhibebat coram Deo omni meliori modo ſibi poſſibili *nec talem ſe præbebat, qualem ſciebat Dei dignum eſſe conſpectibus*, nec verè diceretur de eo, quod ſurrexit tamquam ignis, Eccleſiaſt.48.n.1. devorans, & conſumens omnes temporales affectos, ut majori loco reſplenderet ante conſpectum Domini; maximè cum ſciret, quod alij ſuas virtutes voto firmaverint. 48. *Elias ſervivit cũ voto.*

Quod ergo tantus, & talis homo, ut Elias cognoſceret, ac intelligeret; quod melius, ac perfectius erat voto virtutes firmare, quam ſine illo, & quod etiam videret, & ſciret ex Scripturis, quod alij 49.

Illatio ex antecedentibus. alij ad majorem perfectionem, ac firmitatem virtutes ſuas voto corroboraverint, ut Jacob, David, Anna Samuelis mater, & alij, & quod ipſe ſuas operationes voto non ſtabiliret, rationabiliter videtur creditu difficile.

50. Forſitan dicent Adverſarij, ut interloquendum multoties aſtruunt, quod Deus ſua alta Providentia decreverit condere legem Evangelicam perfectiſſimam, & ſtatus Religioſus tribus votis eſt valde perfectus, ideo illum voluit reſervare ad legem Evangelicam, & quod in nulla alia lege daretur. *Adverſariorum inſtantia.*

51. Contra; tamen: Magnum Dei donum eſt vivere per totam vitam in gratia, & amicitia Dei abſque aliquo peccato mortali, ut communiter celebratur de Abel, utpote primo Iuſto, primo Sacerdote; & Martyre. Idem dicitur de Noë, de quo ait ſcriptura Geneſ. 6. n. 9. *Noë vir juſtus, atque perfectus in generationibus ſuis.* Idem habetur de Abraham, qui ab Apoſtolo Roman. 4. n. 1. appellatur: *Pater omnium credentium per fidem.* Idem affirmatur de Iſaac, & Iacob, ac Iob, de quo dicitur: Iob. 1. n. 1. *Vir ſimplex, rectus, ac timens Deum, recedens à malo,* & Ieremia ſanctificato in utero materno, de Daniele, tribus pueris, & Elia, ac Eliſæo; Item inſigniti corona martyrij, de quo ait Chriſtus Dominus Ioan. 15. n. 13. *Nullus majorem charitatem habet, quam ut ponat animam ſuam pro amicis ſuis.*

Gen. 6. Si majora conceduntur cum minora negantur. Iob 1. Ro. n. 4 Ioan. 15.

52. Tunc ſic perfectius, ac excellentius donum eſt totam vitam ducere in gratia, ac amicitia Dei, quod eſt donum confirmationis, vel inſigniri corona martyrij, quàm ſtatus Religioſus tribus votis; & tamen illud Deus dedit in ſubſtantia, & entitate Patribus antiquis, cur igitur negandum, quod dederit minus, ut ſtatus Religioſus, in quo (væ nobis) multi gravia, & grandia peccata commiſerunt? reſervavit tamen Deus, ut illa in lege gratiæ cum majori, excellentiorique perfectione, ac majori gratia darentur.

Tertium fundamentum.

53. Communiter ſancti Patres, quos adduxi citato opuſculo 3. Reſol. 3. quæſt. 9. n. 75. ut D. Gregor. Nazianz. D Hieronym. D. Auguſt. D. Chryſoſt. noſter Inſignis Vualden. Tres Cardinales Cajetanus, Damian. Bellarm. alijque multi, quos ibi citavi, argumentantes contra Hæreticos vituperantes ſtatum Religioſum ad eorum errores convincendos, opponunt Eliam, ac Eliſæum; ergo in iſtis ſanctis Prophetis agnoſcunt ſtatum Religioſum, non tamen tanta perfectione, ut in lege Evangelica. Quo poſito, ſic facio argumentum.

54. Sancti Patres argumentantes contra Hæreticos non opponunt contra eos, id quod ipſi approbant, & laudant, ſed id, quod damnant, reprobant, & condemnant; atqui hæretici laudant, & approbant vitam in Cœlibatu, ac in ſolitudine, & aſperitate, & damnant ſtatum Religioſum cum tribus votis: ergo quando opponunt contra eos Eliam, ac Eliſæum non ſolum agnoſcunt in eis Cælibatum, atque auſteram vitam, ſed etiam monachatum cum tribus votis. Major eſt certa, conſequentia recte colligit, minor in qua eſt tota vis argumenti probatur, quia Eliſabeth Regina Angliæ ſolebat dicere, quod plus gloriabatur de ſua virginitate, quam de corona Regni, & apud ipſos hæreticos, qui vivunt in multa auſteritate, & pœnitentia, & vocantur rigidi Calviniſtæ, rigidi Lutetani, ut teſtatur Hortus Paſtorum, & apud Mauros vocantur *Merabetos*: ergo quando Patres, & Doctores opponunt contra Hæreticos Eliam, & Eliſæum, non eſt ex cælibatu, & ex auſteritate, ſed ex ſtatu Religioſo.

Hæretici admittunt cælibatum, & auſteritatem, & negãt ſtatum Religioſum.

Reſpondent adverſarij, quod omnia illa, teſtante Apoſtolo, *Contingebant illis in figura*, ac proinde, quod adducitur ſtatus Eliæ, & Eliſæi tamquam umbra, & figura ſtatus Religioſi, non quod in illis verus daretur, & ex hoc capite multa congerunt in nos argumenta, aſſerentes, quod in illis tantum erat figura, & nihil reale. 55. *Inſtãtia adverſariorum.*

Primo contra, & diligenter adverte; Quamvis illa in Patribus antiquis eſſent umbræ, & figuræ, tamen in ſe ipſis cum omni proprietate, & rigore erant entia realia, veræque realitates; nam martyrium in lege veteri extitit figura martyrij legis gratiæ, & tamen extitit, & proprie martyrium, de illo ait Paulus Hebræor. 11. num. 36. *Alij ludibria, & verbera experti, inſuper vincula, & carceres lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt in occiſione gladij*, verè, & propriè effuderunt ſanguinem, & mortui ſunt; Voluntaria paupertas antiqua extitit umbra, & figura paupertatis Evangelicæ; & tamen extitit vera paupertas, dicente Apoſtolo Hebræor. 11. num. 38. *Alij circuierunt in melotis, in pellibus caprinis egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus in ſolitudinibus errantes, in montibus, & ſpeluncis.* Gloſſa Interlinealis, & communiter Patres habent ibi, ut Elias, & Eliſæus: Ecce vera, & extrema paupertas, cum dicitur abſolutè egentes, abſolute intelligitur de omni re, cibo, potu, veſtitu, ac de loco; in quo reclinent caput: Remedium legis Naturæ, ac Circunciſio erant figuræ Baptiſmi, & tamen verè, & realiter erat quædam cæremonia, & præcindebatur particula carnis, & remittebatur peccatum originale, & dabatur gratia; Vota Jacob, Davidis, Annæ, Aſſa Regis, ac Principum fuerunt figuræ votorum legis gratiæ, & tamen fuerunt vera, & realia vota, veramque, & realem obligationem induxerunt. 56. *Antiqua etſi figura realitates.* Hebr. 11.

Dicuntur autem illa antiqua umbra, & figura per reſpectum ad magnam perfectionem, ſublimitatem, ac celſitudinem, quam tales actiones obtinent, & conſecutæ ſunt ex adventu Chriſti Domini dicente ipſo: *Veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Ioan. 10. num. 10. Syriacus: *Quod abundantius eſt habeant.* Arabicus: *Ut abundantius eis ſit*, ut exponunt à me citati tom. 4. in Evang. cap. 19. ex p. 4. n. 39. D. Chryſoſt. D. Auguſt. Euthym. Theophylact. Beda gratiam, & vitam æternam abundantius, quam antea habebant. Noſter D. Cyrillus Alexandr. Abundantius habeant multiplicem Sancti Spiritus donorum copiam, & Ioannes-Baptiſta de ipſo clamat Ioan. 1. n. 16. *De plenitudine ejus nos omnes accepimus gratiam pro gratia.* Explicat D. Chryſoſt. in Catena recepimus novam gratiam cum plenitudine ejus, pro gratia, quæ dabatur antiquitus, non tamen cum plenitudine ejus. 57. *Cur antiqua dicuntur umbra, & figura.* Ioan. 10. D. Chryſoſt. D. Aug. Euthym. Theoph. Beda. D. Cyril. Alexand. Arabic. Ioan. 1.

Chriſtus Dominus veniens in hunc mundum lux fulgentiſſima, quæ totum mundum illuminavit ſua præſentia, ſuaque doctrina, omnes ditexit, & quantum èſt ex ſe omnes ſublevavit ad Cœlum exemplo ſuæ humilitatis, paupertatis, patientiæ, ac obedientiæ uſque ad mortem. D. Cyrillus Alexandr. D. Chryſoſt. D. Auguſt. D. Paſchaſ. notant ex illo, quod dicitur de Chriſto Domino moriente: *Tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram, terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt.* Matth 27. num. 45. & 51. cujus erit mens, quæ conſiderata Chriſti morte non obſcuretur, ac tenebretur ad omnia temporalia, ut illa deſpiciat, cujus animus non tremat, ac contremiſcat tantum Dominum offendere, & cujus cor ex 58. D. Chryſoſt. D. Aug. D. Paſch. *Chriſtus ad ſe traxit omnia ſæcula.*

delictis non ſcindatot contritione, ac pœnitentia.

59. 1.Cor.7. D.Greg. D.Hier. D.Hilar. *Nos in figura.* 1.Cor.13. Secundo. Nos modo in lege Evangelica ſumus tamquam in umbra, ac figuræ per reſpectum ad æternam Beatitudinem teſte Apoſtolo 1. Corinth. 7. num.31. *Præterit enim figura hujus mundi*, totum hujus mundi, ut denotant D. Gregor. lib. 6. epiſt. 26. D.Hieronym. in vita S.Hilarionis, D Leo ſerm. 5. de jejon. 7. eſſe umbram, & figuram per reſpectum ad æternam Beatitudinem, nam, ut ait Paulus 1. Corinth.13. num.12. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem*, & cum ſimos in figura noſtræ actiones ſunt veræ, & reales, ita & illæ in lege veteri.

60. *Sancti Patres exponunt Hæreticos.* Tertio ut dixi citata quæſt.9. quomodo fieri poteſt, ut Sancti Patres, ac Doctores argumentantes contra Hæreticos eis opponant ſtatum Religioſum in Elia, ac Eliſæo in figura, cum Hæretici diabolico, ac venenoſo ſpiritu, & ore, ut negent veram, & realem Chriſti præſentiam in Euchariſtia dicunt, quod illa verba: *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt Calix ſanguinis mei*, per tropum, figuram, ac ſignum ſint accipienda: è contra vero omnes Catholici pugnant, eſſe accipienda in legitimo, vero, ac connaturali ſenſu, aliàs tota veritas ſcripturæ deſtruitur, & ſic dicemus, quod per figuram, ut tropum Deus creaverit mundum, Adamus peccaverit, & omnis caro corruperit viam ſuam: ergo ut firma veritas perſiſtat, in ſuo naturali ſenſu accipienda ſunt verba, ac proinde ut argumentum habeat efficaciam in vera, ac reali acceptione intelligendi ſunt Patres, cum de Elia loquuntur, licet non ea perfectione, ut in lege gratiæ.

Quartum fundamentum.

61. *Quid ſit Zelus.* Zelus communiter definitur; Eſt præclariſſima virtus, quæ pro poſſe ac omnibus viribus quærit, ac intendit gloriam Dei, & deſtruere quidquid illi eſt contrarium, ſed magis quæritur, ac intenditur gloria Dei per virtutes voto firmatas, quam ſimplices: ergo cum Elias ſit ſummus Zelator bonoris Divini ejus virtutes fuerunt voto firmatæ: Major eſt certa, & communis definitio: Minor eſt certa, per id magis, ac magis quæritur, ac intenditur gloria Dei, per quod magis obligatur homo ad illam quærendam; ſed magis obligatur per vota: ergo magis intenditur gloria Dei cum votis, quam ſine illis, per quæ magis corroborantur.

62. *Elias ſupremus Zelator.* *Loca iuris.* D.Chryſoſt. D.Ant. D.Ath. Conſequentia eſt optima, & principalis; quia ſi virtutes Eliæ non fuerunt voto firmatæ, dabitur alius major Zelator, quam Elias, quod non eſt admittendum; Ipſe enim proponitur ab ſcriptura, ut ſummus Zelator bonoris Divini 1. Macb. 2. n.58. *Elias dum zelat zelum legis receptus eſt in Cælum*, & à Sanctis Patribus, ac Pontificibus, indeque ab ipſis omnes exhortantur ad imitandum ejus zelum, ut habetur ex jure Canonico c.23 q.4. Cap. *Si illic* univerſus populus Chriſtianos ad pugnandum, & ſtandum pro honore Dei cap. *Quod Chriſtus*, & cap. *Giuliſarius* eadem quæſtione pro populi ſalute procuranda. Cap. *Cum ſcriptura* 1. quæſt. 1. Omnes Epiſcopi, & Prælati admonentur pro virtutibus plantandis, & vitiis propulſandis. D. Chryſoſtomus lib.3. de Providentia, univerſi Reges, & Principes ad interficiendos, ac comprimendos hæreticos, ac ſacrilegos, D. Antonios Abbas, ut refert in ejus vita D.Athanaſius dicebat ad ſuos Monachos *Eliam, & Eliſæum, ac filios Prophetarum quos conſtat veraciter veteris teſtamenti monachos imitari curate.*

Quintum fundamentum.

Si aliquid obſtaret, ob quod non darentur vota, & maximè caſtitatis eſſet imperfectio illius legis; atqui hoc non obſtat, multo enim perfectius, & excellentius eſt martyrium, dicente Chriſto Domino: *Majorem charitatem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis* Joan. 15. num. 13. & tamen in illa lege dabatur martyrium, ut conſtat ex Paulo ſupra citato, & ex D.Stephano Actor. 7.num.52. *Quem Prophetarum non ſunt proſecuti Patres veſtri, & occidebant eos, qui prænuntiabant de adventu juſti:* ergo imperfectio legis non repugnat. Reſponderunt adverſarij perfectius eſſe martyrium; quàm votum, tamen quod votum pro illo tempore habebat multam repugnantiam ob affectum, quem omnes habebant ad generationem naturalem, ut fierent Patres Chriſti; Contra tamen ſic inſto: Multo magis repugnat cum generatione naturali martyrium, quod involuit mortem, quam votum, quo ſtante poteſt dari generatio licitè, vel illicitè interveniente diſpenſatione. 63. Joan.15. Act.7.

Videntes adverſarij hujus inſtantiæ vim ad aliud confugiunt dicentes, quod Martyres tenebantur ad martyrium amplectendum ne fidem defererent; nam cis data fuit optio, quod idolis ſacrificarent, vel iniquis Imperatorum mandatis obedirent, vel martyrio colla darent, & pro conſervanda fide martyrium ſunt amplexati. 64. *Rejicitur reſponſio.*

Sed contra: Imprimis, id, quod aſſumis non eſt verum; nec enim omnibus hæc optio data eſt, ut ſacrificarent idolis, vel morerentur; nam Abel mortuus eſt à Caïno ex odio, & invidia: Eleaſarus mortuus eſt, ne ſuis malum præberet adoleſcentibus exemplum 2. Machab. 6. num. 24. Daniel, quia contra Regis edictum in domo ſua oraret januis apertis miſſus eſt in lacum Leonis cap.6.n.13. Duæ mulieres, quia delatæ ſunt natos ſuos circumcidiſſe ſimul cum pueris ab uberibus ſuſpenſis præcipitantur ex muro 2. Machab. 6. num. 10. ſic omnes ferè Prophetæ Iſaïas; Jeremias Ezechiel, Zacharias, & alij occiſi ſunt; quia populum increpabant; Joannes-Baptiſta; quia arguebat Herodem, ſic & noſter S. Angelus Carmelita, qui inceſtuoſum Berengarium increpabat, & anno 1674. impreſſa eſt Madriti Hiſtoria Anglicana cum appendice multorum martyrum, qui ab Hæreticis occiſi ſunt, vel quia prædicabant fidem Catholicam, vel quia fuerunt in eorum domo Cruces, imagines & paramenta Sacra. 65. 2.Mac.6. *Impugnatur ſolutio.* Dan.6. 2.Mac.6.

Alij vero Martyres, ſi vellent, poterant vitare Martyrium, ut de D.Andrea dicitur, qui à populo liberari poterat, ſed ipſum cohibuit, ne exoptatam martyrij palmam impediret; alij ſancti poterant Deum exorare, ut eos à laqueo venantium eriperet, ut liberavit Apoſtolos à carcere Actor. 5. num.19. Petrum à vinculis Actor.12. num.7. magnum Paulum de naufragio, ac de tot, & tantis periculis, B. Teclam à multis cruciatibus, ſed ab hoc ſe abſtinuerunt ſancti, vehementiſſimoque deſiderio properabant ad coronam Martyrij, ut diceret D. Ignatius; Utinam fruar beſtiis, quæ mihi ſunt præparatæ, quas oro mihi velociores eſſe, &c. 66. Actor.5. Act.12.

Sextum fundamentum.

Votum eſt voluntaria, & liberata promiſſio facta Deo de aliquo meliore bono animæ ſe obligandi. Ita Bonacina tom. 2. q. 2. de voto, unica propoſitio & num.2. citans multos Doctores, & addit 6. 67.

quod

quod promiſſio tantum interior, & mentalis ſit, cum Deus intueatur cor noſtrum. Hæc autem promiſſio mentalis fit manifeſta dupliciter per verba externa v. g. voveo Deo vel per externam, & perennem oſtentationem factorum, ut in Apoſtolis, Joanne Baptiſta, ut tenet D. Thomas, noſter Vaaldenſis, & alij multi, quos citavi in opuſculis, opuſc. 3. quæſt. 5. num. 38. & etiam in illis, qui fuerunt in primitiva Eccleſia, ut tenet Suarius tom. 3. de Religione lib. 8. cap. 2. num. 17. & Lorinus, Cornelius, Sanches ad caput quintum Actorum, de Anania, & Saphira, atqui Elias per totam ſuam integram vitam obſervavit virginitatem, ut ait D. Ambroſius lib. de Virginitate: *Virgo erat Elias, ideo curru raptus ad Cœlum, & ideo cum Domino apparet in gloria.* Perennem paupertatem obſervavit per totam integram vitam, ut ait D. Chryſoſtomus: *quid pauperius Elia, qui nihil præter melotem habebat*; & ad illa verba Hebræorum 11. *in pellibus caprinis*, explicat Gloſſa & Septem expoſitores ut Elias, & Eliſæus & de perpetua conſtantia, obedientia ad Deum, & ejus miſſus. Conſtat ex ferventi zelo quo flagrabat in mandatorum illius obſervantiam.

Deinde dicitur Eccleſiaſt. cap. 48. num. 1. Surrexit Elias tamquam ignis, qui conſumit, & comburit quidquid eſſet terrenum, tam in ſe, quam juxta ſe, & D. Ambroſius ait: *Elias aſcendit in Cœlum triumphator non barbararum nationum, ſed propriorum appetituum.* D. Chryſoſtomus ait, quod Elias ſit homo cœleſtis, Angelus terreſtris, id eſt tam purus erat in terra, at videret magis Angelus, quam homo, ſimiliter Apoſtolus Iacobus in ſua epiſtola Canonica cap. 5. num. 17. *Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis.* Cum eum hominem vocat, addit quod erat ſimilis nobis, paſſibilem, quia tanta erat ejus puritas, quod videbatur eſſe ſuper hominem, ut ne quis cogitaret aliquid eſſe ſuper hominem, ideo tantis explicat ejus humanitatem, de quibus multa dixi citato opuſculo. 3. q 6.

Atqui docet D. Thomas ſupra num. 44. non poſſe hominem ſervare per totam vitam niſi per voti obligationem, & cum aliàs Elias eſſet valde magnus, neceſſe erat ad obſervationem talia retinere niſi per voti obligationem, quæ colligitur ex factis, non tanta perfectione, ut Apoſtoli.

Et his omnibus vide citatum opuſc. 3. q. 5. 6. 7. 8. de his omnibus latius ibi.

68. Pro quo nota, quod virtutes Eliæ, virginitatis, paupertatis, obedientiæ, valde ſublimè, ac eminentiſſimè fuerunt à Deo remuneratæ: ergo in ſe fuerunt valde ſublimes, ac eminentiſſimæ; nam ex magnitudine præmij colligitur magnitudo meriti.

D. Ambr. Virginitati Eliæ tribuit D. Ambroſius, *quod curru igneo elevatus ſit ad Cœlum, ideo cum Domino apparet in gloria, ideo Dominici præcurſor eſt adventus*, quod nulli mortalium datum eſt, ut tanto triumpho aſcenderet in Cœlum: *Cum Domino apparet in gloria*, & tunc ipſe Elias viſus eſt in majeſtate, ut ſcribit D. Lucas 9. num. 30. *Et venturus*

Luc. 9.

eſt præcurſor Domini adventus, ut Apoſtolus *reſtituens omnia* Matth. 18. ejus paupertas mirifice extollitur ab Apoſtolo Hebræorum 11. num. 31. *Circuierunt in meloſis, in pellibus caprinis egentes:* Ubi expreſſe intelligit Eliam, & Eliſæum, ut nominatim dicunt Gloſſa Interlinealis, D. Chryſoſtomus, Euthymius, Theophylactus, Theodoretus, D. Remigius, D. Anſelm. D. Thom. Hugo, Cajetan. Benedictus, Iuſtius, Cornel. & alij, nota quod cum ibi Apoſtolus loquitur de virtutibus ſanctorum veteris teſtamenti Abel, Henoc, Noë, Abraham, Iſaac, Iacob, Moyſis, Davidis, ac Sanctorum Martyrum, eorum tamen virtutes non tanto celebrat encomio, ut Eliæ, ac Eliſæi paupertatem, adjungit quippe immediate: *Quibus dignus non erat mundus*, ejus obedientia ſupra modum eſt exaltata, obediens ipſe Angelo per longam viam ambulans, *vidit in Horeb Deum, quantum fas eſt homini*, ut ait D. Baſilius, quo nullum majus præmium poterat eſſe; Virtutes ergo tam ſingulares, ac admirabiles tam eminenti, ac ſublimi præmio remuneratæ valde ſublimes, ac perfectiſſimæ in ſe perfulſerunt, quæ tanta ſublimitatis excellentia ſine voto non poterat conſiſtere; nam ex præmij magnitudine magnitudo meriti bene deprehenditur.

Math. 18. Hebr. 11. *Virtutes Eliæ admirabiles.* Interlin. D. Chryſoſt. Euthym. Theod. D. Anſel. D. Tho. D. Baſil.

Inſtabis, ut aliqui ex Adverſariis innuunt, quod Deus in lege veteri dederit uni, vel alteri viro illuſtri unam, vel alteram virtutem, v. g. vitam puram, votum caſtitatis, vel paupertatis, non tamen per modum ſtatus permanentis, quod requiritur ad ſtatum religionis. 69.

Contra: In lege antiqua dabantur Naxaræi cum multis obſervantiis, ac caſtitatis voto, ut late probavi citata Reſol. 3. quæſt. 1. per modum ſtatus permanentis. Dabantur Rechabitæ per modum ſtatus permanentis cum voto paupertatis, & obedientiæ, ut patet, ex Ierem. 35. num. 6. 7. & 8. & late tractavi citata Reſol. 3. quæſt. 3. Idem dicendum de Eſſenis, qui vivebant cum Religione, ac reformatione in vita, obedientiæ, paupertatis, ac caſtitatis, de quo latè agunt Philo, Ioſephus, Cedrenus, & alij Authores antiquiſſimi, quaſi eis contemporanei, & frequenter multi Patres, ut latè tractavi dicta Reſol. 3. quæſt. 4. Tandem ſtatus Eccleſiaſticus, & Ordo Summi Pontificis, Sacerdotum, Levitarum Pſallentium, erat per modum permanentis in lege veteri, non tamen ea perfectione, ut in lege gratiæ, cur & non ſic erit ſtatus Religioſus. 70.

In lege veteri ſtatus per modum permanētis. Ierem. 35. Philo. Ioſeph.

SECTIO III.

Ex verbis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ probatur, & confirmatur noſtra ſententia.

SEmper in omni cauſa Carmelitana adeſt patrona Sanctiſſima Virgo Maria, ſic & in præſenti ait ipſa revelatione maxime approbata ab Eccleſia D Petro Thomæ: Confidito, Petre, Religio enim Carmelitarum in finem uſque ſæculi eſt perſeveratura, ſic Elias, ejus namque Inſtitutor jam olim etiam à filio meo id impetravit. 71.

D Petrus Thom.

Religio autem in communi in ſua latitudine ex communi Doctorum ſententia ait Bordoni tom. 5. cap. 1. de profeſſione regulari num. 1. tribus modis ſumitur, ſeu in tres ſpecies dividitur in Baptiſmalem, Clericalem, Regularem, Baptiſmalis per Baptiſmum homo ingreditur in Religionem Chriſtianam, & fit membrum Chriſti, de quo dicitur in Collecta Apoſtolorum: *Per quos religionis ſumpſit exordium.* Secundo Clericalis, per quem novo, & peculiari modo aſſumitur ad Chriſti obſequium homo, eique conſecratur, ac in ſortem illius aligitur. *Tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi.* Tertio accipitur Religio pro regulari cum tribus votis firmata. 72.

Bordonl.

Cum ergo Sanctiſſima Virgo ait, quod Religio Carmelitana inſtituta eſt ab Elia, non loquitur de religione Baptiſmali, nec Clericali; quia neutra ab Elia derivatur, loquitur vero de Regulari cum 73.

tribus

Religio Carmelitana ab Elia cum votis. tribus votis; reſpondebunt, quod Sacratiſſima Virgo loquitur latè, & impropriè, ſed dicam ego, quod ipſi magis latè, & impropriè loquuntur, quàm quod ſuprema Regina totius ſapientiæ, ſcientiæ, ac intellectus aliquid improprium dixerit, & maximè cum ſint verba ſupremæ, atque ſublimis majeſtatis, in proprio, ac genuino ſenſu ſunt exponenda,
Mend. ac intelligenda Mendoz. de Privileg. *Ad inſtans*
Menoch. quæſt. 2. num. 15. Menoch. de arbitr. cap. 314. n. 3.
Gama. Cenedo. Gama Luſit. deciſ. 123. num. 2. Cenedo & alij multi
Barboſ. apud Barboſam in Diction. dictione 252. n. 2.

SECTIO IV.

Probatur noſtra ſententia auctoritate magnorum Patrum, ac graviſſimorum Doctorum.

74. AUthores, quos propoſui de hac re Opuſculo 5. reſol. 3. quæſt. 10. etiam hic repetam multis additis, ut magnum eorum numerum adimpleam. Et pro majori hujus rei intelligentia notanda ſunt illa verba Christi D. Matthæi 19. n. 12. *Sunt Eunuchi, qui de utero matris, ſic nati ſunt, & ſunt Eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus, & ſunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum Cœlorum.* Tria Eunuchorum genera proponit Chriſtus Dominus ut latè explicavi tom. 6. in Evangelia cap. 19. Matth. quæſt. 11. Primo ſunt Eunuchi ex utero matris, utpote valde frigidi, ac inepti ad generationem: Secundo arte ab hominibus facti: Tertio ſunt illi, qui mage caſtitatis voto ſe Deo dicant, & conſecrant, quia ut perbelle ex PP. D.
D. Iren. D. Aug. D. Fulg. Bellarm. Irenæo, D. Auguſt. D. Fulgentio ſcribit Bellarm. lib. 2. de Monachis cap. 23. dicens: *Ipſa Eunuchorum appellatio perſpicue indicat votum; non enim eſt Eunuchus, qui ſolum ſe continet, ſed qui non poteſt non continere.* Et etiam cum iiſdem Patribus,
D. Chryſoſt. D. Ambr. D. Tho. & D. Chryſoſt. D. Ambroſ. D. Anſelm. D. Thom. docet Suar. tom. 3. de Religion. cap. 1. num. 16. & 17. ac proinde, ille eſt Eunuchus ſpiritualis, qui ex voto eſt impotens ad generandum, & ita ait D.
Quid ſit Eunuchus ſpiritualis. Auguſt. lib. de Virginitate cap. 13. *Quid veracius, quid lucidius dici poſſit? Ieſus Chriſtus dicit eos, qui pio propoſito ab uxore ducenda ſe continuerint caſtrare ſe propter Regnum Cœlorum.* Hoc poſito.

75. D. Epiphanius hæreſi 63. ait: *Elias, & Eliſæus, & Ioannes, qui per magnam hanc formam, imitatores Angelorum, recte ſecundum Evangelicam Domini ordinationem ſe ipſos propter regnum Dei caſtraverunt.*

Tertullianus lib. de Monogamia cap. 8. agens de Transfiguratione Chriſti ſic ait: *Moyſen, & Eliam ſecum vocat, alterum monogamum, alterum ſpadonem.* Explicant commentatores Eliam cum voto.

D. Anaſthaſius Sinaïta tom. 6. in Bibliotheca in quæſtionibus Scripturæ quæſt. 66. ait: Eunuchi, qui ſe caſtraverunt propter regnum Cœlorum, *hi ſunt præclare Apoſtoli, atque deinceps fuerunt Virgines, & Eunuchi, Ioannes quidem, & Iacobus filij Zebedæi, & poſt illos quot millia monaſticam vitam agentia, ſicut Elias, Daniel in veteri teſtamento.*

D. Ephrem Syrus, quem citat, ac ſequitur Salianus anno 3123. num. 21. ait: *Sanctus Ephrem Syrus Eliam, & Eliſæum, & Ioannem, & Paulum Apoſtolum in eorum numero recenſet, qui ſe caſtraverunt propter regnum Dei.*

D. Amandus de laudibus Virginis cap. 11. referens: *Eunuchos propter regnum Cœlorum numerat Ioannem, Eliam, & Eliſæum.*

D. Fulgentius lib. de fide ad Petrum cap. 3. ait: *Quiſque ſe ipſum caſtraverit propter regnum Cœlorum, in corde ſuo continentiam voverit:* Atqui Elias dicitur à ſanctis Patribus caſtratus: ergo cum voto.

D. Hieronymus epiſt. 28. quæ eſt ad Lucianum, ait: *Eliſæus boves, & juga prioris operis vertit in vota.* Arabat Eliſæus in duodecim jugis boum 3. Reg. 19. num. 14. Ut ſequatur Eliam eum vocantem juga prioris operis vertit in vota: Nota, non ait votum, ſed vota, quia lucrum, quod ex tam copioſo aratro poterat comparare vertit in votum paupertatis, & dominium ex familia, & aratro acquirendo vertit in votum obedientiæ, & uxorem, ac filios, quos poterat ex aratro obtinere, vertit in votum caſtitatis.

Cardinalis Hugo cap. 9. Lucæ ait: *Eliſæus in aratro coxit carnes, mactavit boves, id eſt Religionis fecit votum.* Concremato aratro coxit boum carnes, & dedit pauperibus, dimiſſiſque omnibus ſequutus eſt Eliam: *Religionis fecit votum.*

D. Antonius Olyſſiponenſ. ſerm. in Dominica 5. poſt Trinitatem ait: *Eliſæus coxit carnes, id eſt carnales concupiſcentias in contritione cordis ſui,* ac proinde ex voto caſtitatis omnes ſuos contempſit appetitus.

D. Iſidorus lib. 2. de Officiis cap. 15. inquit: Quantum enim pertinet ad auctoritatem veterum Scripturarum hujus propoſiti Princeps Elias, & diſcipulus ejus fuerunt.

Joannes Ieroſolymit. de Inſtit. Monach. per totum præcipuè cap. 9. & 11. Clithoveus tom. 2. homil. 21. & ait: *Virginitatis perpetuæ votum ab Elia originem habet.*

Trithemius de laudibus Carmelit. cap. 2. *Fratres autem Carmelitæ ſancti Principis Eliæ exemplo inſtructi ad perpetuam caſtitatem voto Religionis ſe obligant.*

Rupertus Arborienſis de Cœlibatu fol. mihi 3. ait. Etiam in Cathalogo eorum, qui virginitatem voverunt, Elias, & Eliſæus ſcribendi ſunt.

Illuſtriſſimus D. Joannes Suares Epiſcopus Conimbricenſis in Matth. cap. 2. tit. 1. Ubi introducit Sanctiſſimam Virginem loquentem cum Angelo annuntiante: *Etſi ſim deſponſata, votum habeo Virginitatis; habebat enim exemplum in Elia, & Eliſæo,* & ſubdit. *Licebat igitur, prout ex præcedentibus liquet, vota emittere, & caſtitatem ſervare, quod ſemper laudabile fuit.*

Magnus Ioannes Carthagena ex Seraphico Ordine tom. 4. lib 2. object. 7. ait: *Elias tria vota ſubſtantialia Religionis emiſit.*

Ægidius Camartus digniſſimus Generalis Minimorum de rebus Eliæ cap. 6. ſect. 8. ait: *Elias omnium Monachorum parens fuit; quia tria eſſentialia vota Religionis primus ipſe opere implevit.*

M. Thomas Ferrari ex Societate IESU in hiſtoria Imaginis del Monte de la Guarda cap. 1. ait: *Elias ad honorem B. Virginis emiſit votum in Carmelo Virginitatis perpetuæ.*

Doctiſſimus Salianus tom. 4. Annal. ad annum 3139. num. 12. ait: *Eliam tamquam Cathedra Moyſis loquentem audiamus, & in ejus manibus vota veſtra offeretis.*

Inſignis Mag. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 11. cap. 1. num. 2. ait: *Ante legem novam in uſu fuiſſe tria vota, in quibus ſubſtantia ſtatus Religioſi conſiſtit, veriſimile videtur.* Et quamvis ſapientiſſimus Doctor contrariam teneat ſententiam, noſtram tamen dicit veriſimilem.

Epiſcopus Dertuſanus ſerm. S. Thereſiæ ait: *Elias fuit*

ſuis primus homo, qui caſtitatem vovit, ut infert Hieronymus, & Iſidorus.

M. Vincentius Baron. ex Sacro Prædicatorum Ordine in ſerm. de S. Thereſia ait: *Elias tempore legis ſcripta capit praſtare eminentem perfectionem Evangelicam, vota fecit caſtitatis, & voluntaria paupertatis.*

M. Petrus Valdenama ex ſacra familia D. Auguſt. in Theatro Religion. ſerm. de S. Elia Propheta, ubi *Però ſin duda Elias fue el primero que guardò virginidad, y la enſeñò a guardar en el teſtamente viejo a ſus Religioſos.*

Onufrius ſaltus Valentinus in vita S. Onufrij Regis cap. 18. ita ait: *Frayle fue Elias, y el primero que entre los hombres hizo voto de Caſtidad.*

Ioſephus Siguenda lib. 2. diverſ. 1. *de la Caſtidad*, & ait: *De los hijos de los Prophetas, que en la eſcuela de Elias, y Eliſeo vivian ſin mugeres, ſin haziendas, donde claramente eſtan calificados los tres votos.*

Petrus Lucius in Compendio Hiſtoriarum cap. 3. ubi expreſſe ait: quod *Elias, & Eliſæus fecerint caſtitatis vota.*

Ludovicus Tena in ſerm. S. Thereſiæ Matriti anno 1615. ubi ait: *La ſagrada Religion del Carme tiene ſu principio en Elias, que fue el primero hombre, que hizo voto de Caſtidad.*

M. Fr. Ioannes Saguenſis de virtutibus Moralibus lib. 4. cap. 3. num. 7. ait: *Praclarum de hac re habemus documentum, & maximè in Elia, & Eliſæo, qui tribus votis Religionis ſe Deo conſecrarunt.*

Velloſillus in advertent. ad Theologiam q. 13. ubi ait, maximè attendendum ad Religionis vota, quæ ediderunt Elias, & Eliſæus.

Richardus Al. de proprietate Monachorum cap. 31. ſimiliter idem habet apertis verbis de Elia, & Eliſæo.

Petrus Ribera de la Orden de S. Auguſt. ſerm. de S. Thereſia Matriti anno 1627. ait: *Elias fue el primero de los mortales, que en carne humana ſe conſagrò à Dios ſpontanea, y voluntariamente en perpetua virginidad.*

Patres, qui eos Monachos appellant.

76. D. Macharius verus D. Pauli Eremitæ diſcipulus in ſerm. ad Monachos ait: *Fratres chariſſimi, Eliam, & Eliſæum, & filios Prophetarum, quos veraciter veteris teſtamenti monachos imitari curate, hos ſecuti ſunt Paulus, Antonius*, & multi alij.

S. Odilo in vita S. Maſoli in Bibliothec. & apud Lipomanum, ait: *Inde cœpit ordo Monaſticus pullulare, & ut verius dicam reviviſcere, quem à Beato Elia, & Ioanne Baptiſta novimus proceſſiſſe.*

S. Hieronym. epiſt. ad Ruſticum ait: *Filij Prophetarum, quos monachos in veteri teſtamento legimus.*

Rupertus in expoſit. ad cap. 4. Cantic. loquens de Elia, & Eliſæo ait: *Quos fuiſſe monachos in veteri teſtamento conſentit auctoritas Patrum venerabilium.*

Caſſianus lib. 1. de Inſtitutione Monach: cap. 2. ait: *qui in veteri teſtamento hujus profeſſionis fundavere primordia, Eliam ſcilicet, & Eliſæum Divinarum ſcripturarum auctoritate demonſtratur.*

Bernard. Caſſinenſis in expoſitione Regulæ S. Benedicti ait: *Attendo bene, quod in veteri teſtamento, quod Elias, & Eliſæus Monachorum inventores extiterunt.*

Ex noſtris.

Doctiſſimus Thomas Vualdenſis lib. de Sacramentalibus 13. cap. 89. & lib. 3. doctrinalis fidei artic. 2. cap. 23.

Paleonidus Author antiquiſſimus & magnæ authoritatis lib. 1. de origine Ordinis Carmelitar. cap. 1.

Inſignis Mag. Petrus Corneius in Regia Salmanticenſi Academia publicus Cathedraticus in Concluſionibus habitis Romæ anno 1613. concluſ. 13. ita habet: *Forma monaſtica diſciplina ſub obſervantia trium votorum ab Elia primordialiter emanavit.*

Didacus Coria in Chronica Carmelitarum lib. 1. cap. 7.

Petrus Sarracenus in Menologio Carmelit. in vita S. Eliæ.

Joannes Molina de Inſtitutione Carmelitarum cap. 1.

M. Petrus Muñoz in doctiſſimo Propugnaculo Eliæ lib. 2. tit. 1. cap. 1. art. 5. n. 4.

Thomas à Jesu Vir inſignis Religione, ac virtute lib. de antiquitate Ordinis, ac ſuper regulam Carmelit. 1. p. cap. 3. §. 4.

Thomas Aquinas de Patriarchatu Eliæ p. 3. ſect. 3.

Franciſcus à S. Maria tom. 1. in hiſtoria prophetica & in Apologia de hac re per totum.

M. Lezana valde promeritus de Religione tom. 1. Annalium in apparatu cap. 4. à n. 10.

M. Daniel à Virgine Maria magnus antiquitatum indagator in vinea Carmeli in Appen. fol. 705. à num. 216.

Petrus Vueſtelius lib. 1. Vindicarum ſect. 5. art. 2. & 3.

M. Philippus à Sanctiſſima Trinitate Generalis noſtrûm Diſcalceatorum in hiſtoria Carmelitana lib. 1. cap. 1.

Doctiſſimus P. Franciſcus Bonæ Spei, cujus ſapientiam prædicant ejus opera de viſione Eliæ diſp. 3. & in ſuo Armentario Carmelitano multa eruditione, ac ſtudio elaborato per totum, maxime ſcuto 6.

M. Fr. Antonius ab Spiritu Sancto Epiſcopus Angolenſis vir maximè eruditus tractato de Primatu Eliæ.

Et ego tom. 1. in Evangelia lib. 2. cap. 11. q. 10. & opuſcul. 3. Reſolut. 3. per decem, & novem quæſtiones.

Ecce hic in confirmationem noſtræ ſententiæ ad- 77.
duxi quinquaginta, & tres Doctores, triginta octo ex extraneis, & maxime aliarum Sacrarum Religionum, alios verò ex Domeſticis, & quamvis Domeſtici, multam vim, & authoritatem habent ad
probãdum, ut tenent Mantica de tacita, & ambigua Mantic.
conveniente lib. 8. tit. 14. n. 11. Maſcardus de pro- Maſcar.
bat. 6. volum. 1. concluſ. 3. n. 1. ubi multos citat.

SECTIO V.

Probatur noſtra Reſolutio ex duplici Decreto diffinitivo ſancta Inquiſitionis, & etiam authoritate Magiſtri Sacri Palatij.

CUm magna controverſia fuiſſet excitata: An 78.
in lege veteri darentur tria vota ſubſtantialia Religionis, & res eſſet deducta ad Tribunal ſanctæ Inquiſitionis, convocatis viris doctiſſimis totius Hiſpaniæ

Hiſpaniæ in judicio contradictorio, re prudentiſſimè, maturo conſilio, & alto, ac profundo examine diſcuſſa, per ſententiam diffinitivam, ſequentes propoſitiones inter alias approbavit die 9. Decembris 1639.

Quid in lege ſcripta fuit votum caſtitatis, & virginitatis voluntaria?

Quid in lege ſcripta fuit votum obedientia perpetua?

Quid in lege ſcripta fuit votum paupertatis perpetua?

Quid in lege ſcripta fuit verus monachatus, & Religio?

Subdit ſententia: *Currant impreſſa, ut jacent, & de novo poſſint imprimi, dummodo declaretur, non fuiſſe monachatum in lege ſcripta cum ſolemnitate, & perfectione, & cum poteſtate clavium ſicut in lege gratia, quia iſtius (in tota ſua perfectione) Author, & inſtitutor fuit Redemptor Ieſus Chriſtus, & illius in lege ſcripta fuit cauſa exemplaris, & meritoria.*

79. Cum tamen adhuc aliqui ſcrupuloſi non quieſcerent, ſed novis inſtantiis, ac difficultatibus res agitaretur, ac verſaretur in judicio contradictorio, res deducta ad ſanctum Tribunal Inquiſitionis, iterum convocatis magnis viris totius Hiſpaniæ re minutim, & altiſſimè diſcuſſa, & examinata, iterum prædictum decretum antecedens fuit confirmatum, ac corroboratum à ſupremo Senatu Sanctæ Inquiſitionis Matriti die 6. Martij anno 1673.

Approbatio Magiſtri Sacri Palatij.

80. Approbata fuit primo: In publicis Concluſionibus Capituli Generalis præſidente Doctiſſimo Petro Corneyo coram multis Cardinalibus Romæ anno 1611.

Secunda approbatio fuit data in Propugnaculo Eliæ edito à Sapientiſſimo Magiſtro Michaële Muños prima die Octobris 1635.

Tertia approbatio in primo tomo Annalium Magni Lezanæ 21. Iunij 1644.

Quarta approbatio in publicis concluſionibus habitis in Capitulo Generali præſidente Sapientiſſimo Mag. Matthæo Orlando Generali digniſſimo anno 1666.

SECTIO VI.

Præoccupatur obiectio de voto Virginitatis Sacratiſſima Deipara.

81. VEniamus jam ad argumenta adverſariorum diluenda, & primo opponunt contra nos multas Sanctorum Patrum authoritates, ut D. Ambroſ. D. Auguſt. D. Epiphanij, D. Bernardi aſſerentium ſanctiſſimam Deiparam fuiſſe primam, quæ virginitatem voverit.

Patres.

82. Ad quod primò reſpondet M. Soar. tom. 2. ad 3. part. diſp. 6. ſect. 3. §. *Ad has obiectiones*; & ait, quod Beata Virgo votum virginitatis emiſerit, ad perfectionem ejus pertinet, *quod vero ante ipſam nullus hoc fecerit, ad ejus commendationem non admodum refert*, & poſtea ſubdit Sapiens Doctor: *Deinde dici etiam poteſt prima, quæ præpoſita eſt tamquam dux, & exemplar hujuſmodi voti, & hunc exiſtimo eſſe ſenſum Sanctorum Patrum.* Nota verba *præpoſita eſt tamquam dux, & exemplar, & hunc exiſtimo eſſe ſenſum Sanctorum Patrum*, & ſubdit etiam ipſe: *Hunc principatum Mariæ in Virginitate ſervanda ſufficienter ſalvari in eminentia, & ſpecialis prærogativa, qua in ipſa eluxit hæc virtus*, & de hoc iterum infra.

De hoc vero explicatur ſenſus Patrum.

Secundò M. Muños ait: Beatam Mariam Virginem fuiſſe primam in voto virginitatis in ratione cauſæ objectivæ, & exemplaris; quia cum Patres antiqui ex divina revelatione agnoſcerent myſteria vitæ Chriſti, & Deiparam ſanctiſſimam futuram ejus matrem cum voto virginitatis, ad ejus imitationem caſtitatis votum emiſerunt, ſic ait jam à me datus in Opuſcul.3.reſol.3.q.11. n.96. D.Methodius homil. de Simeone, & Anna, ſeu de Purific. loquens cum Sacratiſſima Virgine: *Puritatis tua Elias Propheta præſcius, atque imitator in ſpiritu, cum eſſet vita illius ſignifera, ſibi coronam colligavit, per tui imitationem. Te quoque ejuſdem ſucceſſor Eliſæus à ſapiente Magiſtro his ſacris initiatus tanquam jam exiſtentem præfigurans*, & venerans ipſam Virginem objectivè tamquã jam exiſtentem. 83.

Prior obiectio, ut cauſa exemplaris. D.Method.

Quid autem Patres ea, quæ per revelationem de Myſterijs vitæ Chriſti agnoſcebant, intenderint imitari, conſtans eſt Patrum ſententia D.Ambroſ. ſerm.11. *David Evangelica præcepta anterior licet Incarnationis Sacramento, jam tamen audiebat in ſpiritu, & quaſi Chriſti diſcipulus non ſubtrahebat ſe paſſionibus, ſed certaminibus ſe offerebat.* D.Hieronym. epiſt. ad Demetriadem de Iob ait: *O præcepta, & diſcipulum Apoſtolorum!* Similiter D.Gregor. lib.1. Moral. cap.4. D.Chryſoſt. homil. de Iob, & Abraham, D.Auguſt. tom.6. lib.4. contra Fauſtum cap.2. & patet ex Paulo Hebræor.11. n.26. dicente de Moyſe *Majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti.* Explicat Ribera, opprobria paſſionis Chriſti, quæ per revelationem cognoverat, quibus ſe conformari voluit, illiuſque veſtigia imitari. 84.

Antiqui Patres, quæ myſteria vitæ Chriſti imitabantur. D.Ambr. D.Hier. D.Greg. D.Chryſoſt. Hebr. 11. Ribera.

Tertiò dicam etiam ego, ut jam dixi loco citato in Opuſculis, quod Beatiſſima Virgo extitit prima, quæ in re ipſa fecit votum Virginitatis, Elias, Eliſæus, ac filij Prophetarum ediderunt votum Caſtitatis, & inter votum Virginitatis, ac Caſtitatis, ut docent D.Thomas 2.2.q.152. art.3. in Corp. ibi, Caietan. Leſſius de Iuſt. lib.4. cap.2. dub.14. n.99. Nam inter Virginitatem, & Caſtitatem magnum eſt diſcrimen, Virginitas enim dicit integritatem carnis, ſeu corporis, id eſt ſubjectum nunquam libidine contaminatum, ac corruptum, quod Caſtitas non dicit, nec importat, multi viduati, & cum filijs ingrediuntur Religionem, & ad Sacerdotium, ac Epiſcopatum promoventur, & dicuntur vivere cum Caſtitate, non tamen cum Virginitate. 85.

D.Tho. Caietan. Leſſius. *Diſcrimen inter Virginitatẽ, & Caſtitatem.*

Ex quo patet, quod votum Caſtitatis nihil contrariatur primatui voti Virginis Mariæ; nam multi antecedentes præceſſerunt cum tali voto, Nazaræi tale votum faciebant. D.Chryſoſt. homil.4. in Vigilia Epiphaniæ ait: *Nazaræi ſecundum legem nuncupabantur, qui Caſtitatem Deo inſigni voto mancipabant.* Sic & multi alij Patres, & Doctores, quos addoxi Opuſcul.3. reſol.3. q.2. Idem de Eſſenis q.4. 86.

Nazaræi fecerunt votum Caſtitatis. D.Chryſoſt.

Deinde revelatum fuit venerabili ſorori Mariæ de Jeſu Abbatiſſæ Conventûs Conceptionis Villæ Agrida, dicente ei Virgine Maria, quod cum eſſet quatuordecim annorum deſponſata fuit cum B. Joſeph, cum ille ageret annum trigeſimum tertium, qui edidit votum Caſtitatis duodecimo ſuæ ætatis anno, ſeptem annis antequam Sanctiſſima Virgo naſceretur, ut ibi rectè expendit Reverendiſſimus M. Fr. Joſephus Ximenes Samaniago digniſſimus Generalis Seraphicæ familiæ præclariſſimus Religione, ſcientia, ac reformatione 1.p.cap.22.n.152. 87.

D. Ioſephus fecit votũ Caſtitatis antequam Virgo naſceretur. Samaniago.

Quartò duplicem agnoſco Virginitatem, unam ſupereminentem, & excelſam, quæ non ſolum dicit 88.

integritatem corporis, ſed etiam mentis,ut nulla etiam leviſſima cogitatio inordinata potuerit ejus mentem attingere;alia vero eſt, & inferior, quæ ſolum dicit integritatem corporis, non verò mentis. In prima, & ſupereminenti reſplenduit Sacratiſſima Virgo Maria, quæ nullum habuit peccatum veniale, ut definitum eſt in Tridentino, quod nulli alij puræ creaturæ eſt datum, quod votum proceſſit in ea ex radice gratiæ plena, & non viriata culpa originali, ut in aliis, quod fecit in primo inſtanti ſuæ puræ conceptionis, & ab ipſo primo inſtanti uſque ad ultimum vitæ terminum perſeveravit ſine ulla interruptione ſive dormiens, ſive vigilans, ut explicabo ſectione ſequenti.

Duplex Virginitas.

SECTIO VII.

Sanctiſſima Virgo Maria habet ſingulare excellentia principatum ſuper omnes puras creaturas in omnibus operibus, & actionibus ſuis.

89. AD gloriam, & honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ dicamus de ſingulari,ac excellentiſſimo ſuæ majeſtatis principatu in omni ſanctitate,& virtute,pro quo audiendus eſt D.Athanaſ.ſerm.de Deipara enucleans illa verba Angeli: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te.* Luc. 1.n.35.ſic ait Sanctus Pater: *Spiritus Sanctus in Virginem deſcendit cum omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus, quæ illi per rationem Divini partus adſunt,imbuens eam in gratia.* Ad alios ſanctitatis proceres venit Spiritus Sanctus per ſua dona accidentaria,at ad Virginem Mariam venit Spiritus Sanctus per ſuammet eſſentiam ad operandum ineffabile Incarnationis arcanum,ad alios venit cũ uno, vel altero dono: *Aliis datur gratia ſanitatum, aliis donum linguarum,aliis diſcretio ſermonis.* At ad ſanctiſſimam Virginem: *Cum omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus*;nam ſicut Spiritus Sanctus venit in Virginem cum ſua eſſentia, ſic ſecum affert omnia ſua eſſentialia,ad alios per dona accidentalia,at verò ad Virginem *cum ſuis virtutibus eſſentialibus*,ut ſingulari,ac peculiari afflatu eas imprimeret in anima,ſeu viſceribus Virginis, *Ut dignum Filij Dei habitaculum effici mereretur*, ut canit Eccleſia.

Supremo, & alio modo venit Spiritus Sanctus ſuper Virginẽ, quã ſuper alios ſanctos.

90. Ex quo conſidera,excellentia Maternitatis Sacratiſſimæ Virginis Mariæ,ut ait D.Thomas attigit fines Divinitatis,tranſcendit omnem creaturam:ergo virtutes, & operationes ſanctæ, quibus ſe Virgo ad tantam dignitatem præparavit, ac diſpoſuit fuerunt ſublimes;& ſicut dignitas Matris Dei eſt ſuprema,& ſingularis ſuper omnes puras creaturas,ſic & virtutes,quibus Sacratiſſima Virgo ad illam ſe diſpoſuit, ac præparavit, fuerunt eminentes,ac ſingulares ſuper omnes puras creaturas,earumque operationes.

Ratione maternitatis virtutes ſuprema.

91. Conſidera. *Primò*: Aliorum virtutes procedunt à radice vitiata originali, Virginis vero à radice plena gratia,& omni ſanctitate. *Secundò*: Aliorum virtutes inceperunt à natura infecta originali per multum tempus annorum,vel menſium; At in ſanctiſſima Virgine ſine umbra originalis,& à primo inſtanti ſuæ conceptionis cum ampla gratiarum abundantia; Unde mihi placuit ſententia,quam jam alibi dixi,quam piè,& doctè aſtruunt Barradas tom. 2. ſuæ concordiæ lib.6.cap.1.Morales ad cap.1. Math.lib. 2.tract.6 n.12. Novatus de eminentia Virginis cap. 7.q.28.quod in primo inſtanti ſuæ puriſſimæ Conceptionis fuerit votum Virginitatis;Dico ego quod non ſolum in illo primo inſtanti fecit votum Virginitatis,ſed etiam humilitatis,obedientiæ,aliarumque virtutum; nam Sacratiſſima Deipara in illo primo inſtanti perfectiſſimè ſe dedicavit, ac conſecravit Deo, hoc autem fit per votum: ergo ita adimplevit.

Virgo ſanctiſſima emiſit votũ in primo inſtanti: Barrad. Morales. Novat.

Tertio: Alij ſancti etiam confirmati in gratia potuerunt peccare venialiter,ut tenet Suares tom.2.ad 3 p.diſp.24.ſect.4. §. *Tertiò ex his*, ubi ait: *Apoſtolos etiam poſt Apoſtolatum,& confirmationem in gratia, ac plenitudine Spiritus Sancti interdum venialiter deliquiſſe*,quod etiam probat de S. Ioanne Baptiſta non caruiſſe omni veniali culpa: At Sanctiſſima Virgo ita reſplenduit omni virtute ſuper univerſos, ut nec minimam perfectionem admiſerit, nunquam enim peccavit venialiter, ut eſt definitum in Tridentino ſeſſ.6.Can.23.ita exactiſſimè obſervavit ſua vota,& excellentiſſime adimplevit. Quarto alij ſuas virtutes, & contemplationes per aliquas actiones, & dormitiones,ac ſomnia interruperunt; At Sanctiſſima Virgo à primo inſtanti ſuæ Immaculatæ Conceptionis uſque ad ſuum feliciſſimum tranſitum, ſive vigilans,ſive dormiens ſemper fuit vigilans abſque ulla interruptione in alta, & profunda contemplatione divina. Ita docent Albert. Magnus lib.de B. Virgine c.1.6.& 177. Caniſius lib.5. c.1.D.Bern.Senenſ.ſerm.51.art.1.& ad hoc accommodat illud Ierem.1. *Virgam vigilantem ego video*,& Rupert. Abbas l.5.in Cant. *Ego dormio,& cor meum vigilat.* Cant.5. 92.

Virgo ſine peccato veniali, non ſic ſancti alij. Triden. *Virgo ſive vigilans,ſive dormiens ſemper in contemplatione.* Albert. Magn. D Bern. Ieſem.1. Rupert. Abbas. Cant.5.

Quinto Virgo Maria ſemper concipitur, ut Dei mater,ut ait D.Chryſol.ſerm.146. ſic ut Dei mater prædeſtinata,concepta, nata, & ſic in omnibus ſuis actionibus,& inde omnia ejus dona,ut Virginitas in multum eſt adaucta,& multiplicata ſuper alia dona aliarum omnium creaturarum, ut inquiunt D.Aug. to.10.ſerm.22.in natali Domini,& ſerm.15.de tempore D.Chryſol.ſerm.142. D Hildephonſus ſerm.5. de Aſſumptione: unde Sanctiſsima Virgo in omni ſumma perfectione virtutis extitit, unica ſingularis perſona, & non eſt in eodem ordine cum aliis. 93.

Maria ſemper mater. D Chryſolog. D.Aug. D.Chryſolog. D.Hild.

De virtutibus in particulari.

Deipara ſanctiſsima extitit ſingularis,& ſuprema in humilitate: Abrahamus oſtendens ſuam humilitatem dicebat de ſe: *Sum pulvis,& cinis.* Geneſ.18.n. 27. & David, *quaſi tenerrimus ligni vermiculus.* 2. Reg.23.n.8. At Sanctiſsima Virgo nihilũ ſe reputat, ait ipſa; *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ* Luc.1 n.48. ex Hebræo legitur: *Nihilum ancillæ ſuæ*; Angelo annuntianti Incarnationem ait ipſa: *Ecce ancilla Domini*,offerebat ſe ad ejus obſequiũ,nõ ut mater, ſed ut ejus ancilla D.Thom.de Villanova ſerm.1.de annuntiat.ait: *Grandi myſterio,altiſſimo Deitatis inſtinctu Conceptum Deum ſuo meminit ancillatus,ut orientem à ſe filium mundi obſequia manciparet.* 94.

Gen.18. 2.Reg.23 *Virgo ſuprema in humilitate.* Luc.1. Hebræ. D Tho. de Villanova.

Singularis,& ſuprema in puritate: Veniens Angelus ad Ioſeph proponit illi Incarnatũ Verbõ in utero Virginali,& ait: *Ipſe ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Matth.1.n 21.Aliter verò ipſe Angelus dum ipſum arcanũ ineffabile proponit Deiparæ, tantum illius magnalia prædicat. *Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur.* Luc.1.n.32. & de ſalute pro peccatis nullum facit verbum,ut cũ magno Patriarcha. In præſentia Caſtiſsimi Ioſeph,& etiã Angelus purus,peccatum tamẽ dicit,& nominat;at coram Beatiſsima Virgine,ita puriſsimã contẽplatur,& ab omni peccati cõtagione immunẽ,ut nõ audeat in ejus præſentia peccatum ore dicere, ac nominare. 95.

Virgo ſuprema in puritate. Math.1. Luc.1.

Singularis, ac ſuprema in fide cum omnes virtutes in ſummo gradu in Deipara Sanctiſſima reſplendeſcerent, eam tamen ſolam de fide laudat Eliſabeth: *Beata, quæ credidiſti.* Luc.1.n.45.in tam eminẽti culmine ejus fides enituit,pro quo ait Richard. de S.Laurent.lib.11.de B.Virgine: *Credidit Angelo* 96.

Suprema in fide ſuper Angelos.

annuntianti majori fide, quã Angelica. Major, & præſtantior extitit fides Virginis, quam Angelorum, Archãgelorũ, Cherubim, ac Seraphim in via, magnitudo fidei deſumitur ex objecto, ad quod terminatur, fides Angelorũ tẽdebat in Deum, ut Authorẽ ſupernaturalẽ, at fides Virginis reſpiciebat Deũ Incarnatũ cooperante tota Trinitate, quo nihil excelſius, ac ſublimius conſiderari poteſt, ita nec majus ejus fide.

Richard.

97. Singularis, ac ſuprema in charitate: Dum de augmento charitatis agit D.Thom. 2.2.q.24.art.5.ad 3. ait: *Hoc eſt, quod facit Deus charitatem augendo, ſcilicet, quod magis inſit, & quod perfectius Spiritus Sanctus participatur.* Ex majori participatione Spiritus Sancti charitatis augmentum deſumitur: atqui Sanctiſſima Virgo ſuper omnes puras creaturas maximè participavit Spiritum Sanctum, non ſolum per ſua dona, ſed per ſuam eſſentiam cum omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus, ut in limine quæſtionis dixi ex D.Athanaſio: ergo ex tanta participatione Spiritus Sãcti ſuprema charitas participatur.

D.Tho.

Charitate omnibus ſublimior.

98. Et quis poterit illius virtutes, & magnalia ſingillatim referre ait ipſa in ſuo Cantico: *Quia fecit mihi magna, qui potens eſt.* Luc.1.n.49. ſeu ut legit Textus Hebræus: *Fecit apud me mirabilia* per quæ intelligit dona gratiæ in ſe collata, & cur ea ſingillatim non nominat, ſicut Paulus, quod raptus fuit uſque ad tertium Cœlum, & quod de tot, tantiſque periculis eum Deus liberaverit 2. Cor.11. n.23.& c.12.n.3.& David, quod Deus ad clavem regni eum elevaverit: *Paſcere Iacob ſervum ſuum.* Pſal.77. n.75. Cur ergo etiam Sacratiſſima Virgo dona ſibi collata non exprimit? Cajetanus ait: *Et hæc tamquam inexplicabilia ſingillatim hoc unico nomine cuncta comprehendit*, & ideo tamquam in compendio, ac epilogo reducit, *Fecit mihi magna*, & addit: *Qui potens eſt.* Titus Boſtrenſis totum revocat in Dei potentiam, ut magnalia in ſe facta fide credantur.

Luc.1. *Nullus intellectus poteſt explicare Virginis magnalia.* 2.Cor.11. Pſal.77. Caiet.

SECTIO VIII.

Oſtenditur quod noſtra ſententia de votis in lege veteri non ſit repugnans Chriſto Domino, nec Beatiſſimæ Deiparæ, nec ſacris Apoſtolis, nec legi Evangelicæ, nec veteri, nec ſanctis Patriarchis aliarum Religionum.

99. TErtio conglomeratus Orbis convocatur ab Adverſariis contra nos, ut patet ex titulo ſectionis, ſed ſi bene res expendatur, potius facit pro nobis, quam contra nos, & imprimis noſtra ſententia non eſt, ut ipſi dicunt, repugnans,

Chriſto Domino.

100. Dicuntque noſtram ſententiam pugnare cum ſuprema Chriſti majeſtate, dum illi negat eſſe primum Auctorem, & Inſtitutorem Status Monaſtici, dum hoc attribuit Eliæ priori tempore Chriſti.

101. Abſit hoc à nobis, dicimus enim, quod ſicut Chriſtus D. dicitur Auctor Sacramentorum tam legis novæ, quam veteris, quia ex prævisis meritis Chriſti Deus dedit illis Patribus Sacramenta, & gratiam, ſic etiam ex prævisis meritis Chriſti dedit Eliæ gratiã, & lucem ad tantum ſtatum initiandum. Deinde ſimpliciter, & abſolutè, qui rem antiquam reſtaurat, renovat, & ad meliorem ſtatum reformat, ac reducit, illius juris patronatum acquirit, illiuſque inſtitutor, auctorque dicitur ſecundarius. Ita Maſcard. 3 p.q.5. n.31.& præcipue n.35. Gratian. tom.1.c.127. Caſtro Palaus tom.3.tract.13.diſp.2.punct. 2.n.5. & multi alij cum Barboſa de poteſtate Epiſcop. Par.3.allegat. 70.n.5.& 8. Unde inferunt, quod ille, qui Eccleſiam antiquam renovat, ac reformat, & ad meliorem ſtatum reducit, dicendus eſt ſimpliciter illius auctor, ac Inſtitutor; atqui Chriſtus Dominus antiquum Monachatum renovavit, reſtauravit, perfecit, & ad perfectiorem modum reduxit: ergo ſimpliciter illius eſt auctor.

Chriſtus auctor, & Inſtitutor ſtatus religioſi.

Maſcar. Gratian. Palaus. Barboſa.

102. Imo noſtra ſententia maximè exaltat ſupremam, altiſſimam, infinitamque Chriſti D. bonitatem; quia ut ait D.Thom. 1.p.q.65.art.3. *Quanto aliqua cauſa eſt ſuperior, tanto ad plura ſe extendit in cauſando*, & 3.contra gentes cap.24. ait: *Quanto aliquid invenitur melius, tanto ad remotiora bonitatem ſuam refundit:* Atqui nulla cauſa melior, ac ſuperior excogitari poteſt, quam Chriſtus Dominus: ergo infinitam ſuam bonitatem non ſolum diffundit in propinquos exiſtentes, nempe in lege gratiæ, ſed etiam ad remotiora, ad Patres nempe antiquos, & inde ſuam oſtentat bonitatem in cauſando, & ſic ait D. Thomas 3.contra gentes loco citato: *In quantum unumquodque bonitatem ſuam diffundit in alia, fit alter cauſa.*

D.Tho.

Ad excellentiã Chriſti pertinet ſtatus in lege veteri.

Virginis Mariæ.

Dicent noſtram ſententiam pugnare cum excellentiſſima prærogativa Virginis Mariæ, dum illi negat ducatum, ac principatum in voto caſtitatis; non talia dicimus, ſed libentiſſimè fatemur, ut ſatis eſt explicatum q. 6. & 7. imo hæc noſtra ſententia maximè inſervit ad ſupremum ejus principatum in virginitate, illiuſque ſummam bonitatem declarandam, ac explicandam. 103.

Cum Deus conderet orbem, dixit prima die: *Fiat lux, & facta eſt lux* Gen.1.n.3. Commune, & vulgare dubium, quænam lux eſſet illa lux, nam Sol creatus eſt quarta die? Communis ſolutio eſt D. Auguſt. D. Tho. Lyrani, & Abulenſ. quod prima die creata fuit nubes quædam reſplendens, quæ ſuæ lucis radios emittebat, ex qua quarta die creatus eſt Sol, unde inter illius encomia præclare dixit D.Hyſicus: *Sol adhuc in matrice luces*, Sol nempe inter cauſas antequam creatus prodeat in orbem jam lucet, ac fulget: O Sacratiſſima Virgo fulgentiſſimus Sol amicta Sole, *adhuc in matrice luces* tantus tui ſplendor, & fulgor, quod antequam nata, antequam exires ex maternis viſceribus tui cognitione illuminas, ac dirigis mortales ad virtutem, juſtitiam, & probitatem, cujus bene conſcius Elias te imitari conſtituit. 104.

Gen.1. D.Aug. D.Tho. Lyran. Abulenſ. D.Hyſic.

Virgo antequam nata illuminat

Beatiſſimis Apoſtolis.

Objiciunt adverſarij, quod noſtra ſententia multum repugnat cum ſuprema dignitate Apoſtolorum, ad quam pertinet, ut ipſi ſint primi Religioſi, & in hoc primatum teneant. 105.

Reſpondemus, quod ſicut ad ſupremam dignitatem Apoſtolorum non pertinet, quod ſint ipſi primi juſti, ſancti, Martyres, prædicatores, ac Doctores, ſic non pertinet, ut ſint primi religioſi, ſed ad eorum dignitatem ſpectat, ut ſint in ſupremo, & altiſſimo apice omnium perfectionum juſtitiæ ſanctitatis, Martyrij, prædicationis, ac religioſi ſtatus ſupra omnes, qui ante ipſos fuerunt; & erunt uſque ad finem poſt ipſos, quos omnes Sacri Apoſtoli in omni prærogativa, ac dono ſuperant. 106.

Apoſtoli in ſupremo perfectionũ apice.

Imo maxime ad eorum eminentiam, & gloriam pertinet, ut ſtatum Religioſum imperfectum, ipſi Apoſtoli ſua doctrina perficerent, illuſtrarent, & ad magnam, & ſublimem exaltationem elevarent. Venit Joannes-Baptiſta ante faciem Chriſti, *Prædicans Baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.* Luc.3. 107.

Luc.3. n. 3. Merito dubitant ſancti Patres D.Chryſoſt.homil.10.in Matth. D.Aug. tract.4. in Joan. D. Bonaven. in ſuis meditat. Quare Ioannes venit ante Chriſtum baptizans, cum Baptiſmus ille eſſet valde imperfectus,& ſolum eſſet quædam diſpoſitio ad remiſſionem peccatorum? Alta Dei providentia ſic eſt ordinatum,ut magis clareſceret,& irradiaret Divina Chriſti Majeſtas, quod aſcendente manu ejus Baptiſmus imperfectus, & rudis ſic eſt elevatus, ut fieret fons gratiarum,ac indulgentia peccatorum,& janua Cœli: *Ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto, & aqua.* Matth.3.

Magna excellentia perfecto imperfectū.

Matth.3.

Legi Evangelicæ.

108. Opponunt adverſarij,quod noſtra ſententia multum pugnat cum lege Evangelica; nam cum ſtatus Religioſus ſit valde perfectus ad legem Evangelicam pertinet, & ad nullam aliam.

109. Reſpondemus de fide certum eſſe legem Evangelicam perfectiorem, & excelſiorem eſſe omnibus aliis,ut patet ex Paulo Hebr.6.7.8. cum hoc tamen ſtat,quod cum Deus ſit Author omnium legum omnes illuſtravit ſuis magnis donis, tamen Evangelicam multo ampliori,& illuſtriori modo,in antiqua duo Sacramenta,circumciſionem, & remedium legis naturæ,in Evangelica ſeptem, ex quo patet quanto cæteris eminentior ſit Lex Evangelica, ut per decem, & ſeptem prærogativas oſtendi opuſc.1.de Sacra Scriptura Reſol.5.q.11.

Hebr. 6.7.& 8.

110. Unde de lege Evangelica D.Aug.ſerm.45. de diverſ.& in Pſal.130.D.Ambr.Beda,& alij. *Multa filiæ congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas.* Prover.31.n.29. pro quo referam id,quod revelatum fuit venerabili Sorori Mariæ de Ieſus Abbatiſſæ Conventus Conceptionis Villæ de Agrida,quod cum Chriſtus D in ultima Cœna inſtitueret Sacrum Euchariſticum Sacramentum aderant ibi Enoch, & Elias, & Divinum Sacramentum participarunt, & communicarunt,& ut ibi dicitur: *Voluit Chriſtus D. hoc divino Sacramēto honorare omnes leges Naturalē in Enoch,ſcriptam in Elia,Evangelicam in duodecim Apoſtolis, qui tamquam filij erant in circuitu menſæ Domini.* Ita habetur 2.p.Revelat.lib.6.c.11.n.1098.

D Aug. Beda.

Prov.31.

Venerabilis Maria de Jeſus.

111. Nam quamvis Deus, ut Author omnium legum omnes honoraret, tamen legem Evangelicam ſuper omnes;nam in lege antiqua habent numerum: *Ex tribu Iuda duodecim millia ſignati, ex tribu Ruben duodecim millia ſignati,*&c. At de lege Evangelica: *vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat.* Apoc.7.n.9.ut dicat Ansbertus, quod *nullus intellectus creatus poterat numerare.* In lege antiqua pauci martyres, ut prophetæ, at in lege gratiæ ampliſſimus numerus,ut in qualibet die poſſit Eccleſia celebrare triginta millia Martyrum, & ſi computes omnem numerum,efficiunt undecim milliones martyrum, ut ex multis graviſſimis Authoribus retuli tom.1.in Apocal.c.7.q.17.n.156.& 157.antiquitus pauci Religioſi in Carmelo,Bethel,Iericho,ac modo in lege gratiæ ampliſſimus numerus,ut ex Procopio, D.Ambr.& Aug.referat Leo à Caſtro ad c.19.Iſaïæ n.18. quod in una Civitate Ægypti fuerint viginti millia Monachorum unus Abbas *Or* habuerit tria millia, Noſter Sanctus Serapion decem millia Monachorum, & in pluribus aliis locis multa millia, *multiplicaſti gentem, magnificaſti lætitiam.* Iſai.

2.Revel.

Apoc.7. Ansbert.

Omnia multiplicata in lege gratiæ. Leo à Caſtro.

Legi veteri.

112. Dicuntque noſtram ſententiam repugnare cum lege veteri, quia in ea videtur extare præceptum de non ſervanda caſtitate, & conſequenter de non vovenda caſtitate;totum eſt valde alienum à veritate, illud,quod Deus dixit Adamo,& Noë Geneſ.9.n.1. *Creſcite, & multiplicamini* erat in exordio Mundi, quando in Adamo erant tres,vel quatuor filij,ſimiliter & Noë, at poſtquam genus humanum eſt maximè adauctum non eſt neceſſe impleri per omnes, ſed per magnam partem, ut notat D.Thomas in 3.

Gen.9.

In lege veteri nullum præceptū contra caſtitatem.

113. Illa autem verba, quæ adducuntur Exod.23.n.26. *Non erit ſterilis, neque infœcunda in domo tua*, non continent præceptum,ſed benedictionem obſervantibus legem,ſic ait Textus: *Servietis Domino Deo veſtro, ut benedicam panibus tuis, & aquis, & non erit ſterilis, & infœcunda in domo tua, & numerum dierum tuorū implebo.* Similiter,& illa alia Deut.7.n.14. *Non erit apud te ſterilis utriuſque ſexus,tam in hominibus, quam in gregibus tuis*, apertè non continent præceptū,cujus nō ſunt capaces pecora, ſed benedictione.

Exod 23.

Deut.7.

114. Imo ipſa Virginitas in omni populo, & maximè Hebræo fuit in magno honore,ac æſtimatione,ut teſtantur multi Patres, ac Doctores, quos in magno numero citavi opuſc.3. reſol.3 q.13.n.157.& de virginibus tāquam de perſonis magnæ,& ſummæ æſtimationis dicitur in extrema afflictione populi lib.2. Machab.c.3 n.19. *Sed Virgines,quæ concluſæ erāt procurrebant ad Oniam,*& ut exaggeretur ſumma calamitas in populum dicitur Thren. 1. n. 4. *Sacerdotes ejus gementes, & Virgines ejus ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine,*ac ſi dicatur magnas, ac venerabiles perſonas apprehendit calamitas.

Mach.2.

Thren.1.

115. Semper Virginitas inter omnes eminet,ut maximè in ipſis progenitoribus populi Hebraïci viſitur. Cum Ioſeph fratres ſuos exciperet convivio, *major pars venit Benjamin, ita ut quinque partibus excederet.* Gen.43.n.34.& unde illi tanta præeminentia,ac gloria ſuper cæteros.D.Amb.lib.de Ioſeph.c.10.ſic ait: *Ideo in convivio pars ejus quintuplicitèr major effecta eſt,quod haberet ſuperioribus anteferri,non ſolum mentis prudentia,ſed etiam militia corporis,& gratia caſtitatis.* Expende ultima verba,gratia caſtitatis.

Gen 43.

Virginitas omnibus aliis prælata.

D.Ambr.

Sanctis Religionum Patriarchis.

116. Dicent magnam nos inferre injuriam Sanctis Patriarchis Religionum Baſilio,Auguſtino, Dominico,Franciſco,Ignatio,cum eis anteponamus Eliam, qui inferior eſt eis in meritis.

117. Negari non poteſt,quod multum,& magnum obſequium præſtet Elias Sacris Religionibus;nam ſancti Patres, & Doctores refutantes hæreticos blaſphæmantes contra ſtatum Religioſum ſtatim eis objiciunt, & opponunt Eliam, ac filios Prophetarum, eorumque exemplo eorum errores trucidant, & diſſipant, qui autem tuum ſtatum, dignitatem, ac præeminentiam cuſtodit, ac defendit, maximè à te venerandus, ac recolendus eſt.

Elias magnum præſtat obſequiū omnibus Religionibus.

118. Duæ illuſtriſſimæ mulieres ab imminenti mortis periculo liberarunt populum Iſraël. Iudith. cap.13. Eſther c.8.tamen Eſther illuſtrius, ac magnificentius honoratur, ut dicatur Sol, & lux: *Parvus fons in lucem, & Solem converſus eſt.* c.10.n.6. quia non ſolum liberavit populum à morte, ſed etiam cuſtodivit, ac defendit à falſis criminibus, quibus infamabatur, ac deturpabatur, & accuſabatur, ut reus læſæ majeſtatis, illiuſque contemptor, legum, ac mandatorum tranſgreſſor; merito ergo Eſther, ut lux, & Sol acclamatur, qui luce ſuæ virtutis tenebras tantarum falſitatum diſſipavit, populumque purum, & innocentem declaravit, ſic & Elias, qui merito Sol interpretatur luce ſuæ doctrinæ,vitæ,ac exempli omnes maledictas hæreticorum blaſphæmias deſtruit, ac trucidat, & purum, ac ſanctum firmat Religioſum ſtatum.

Iudith.13. Eſther.8.

Eſth.10.

Dum defendis honorem majus præſtat obſequiū.

De merito.

119. Inter ſanctos Patriarchas, Deus eorum eſt judex, ac diſcretor, ut iſti ſe facere volunt, tamen multorum mirabilium operator fuit primus, qui habuit poteſtatem claudendi, & aperiendi Cœlum, primus, qui mortuos ſuſcitavit, qui dejecit de Cœlo ignem ter, qui in monte Horeb *vidit Deum quantum fas eſt homini*, fuit primus, & unicus, qui curru magnifico raptus eſt in Cœlum, qui vocatus ad Myſterium Transfigurationis, qui in fine mundi teſtificante Chriſto Matth.18. *reſtituens omnia*. Poſtquam Chriſtus Dominus dixit multa magnalia de Joanne Baptiſta, dicit eum Prophetam, & pluſquam Prophetam, Angelum, nullumque majorem inter natos mulierum ſurrexiſſe, & concludit Chriſtus: *Si vultis recipere Ioannes ipſe eſt Elias* Matth. 11. n. 14. alij legunt. *Si vultis approbare*, cur tamen inter tot magnifica Ioannis elogia, tamquam ultima clauſula ponitur, *Si vultis recipere Ioannes ipſe eſt Elias*? ait ibi D. Thomas: *Hic ponit excellentiam Ioannis*. Inter tot præexcelſas Joannis laudes, cum hic dicitur *Ioannes ut Elias*, hic inſigniter nobis ejus excellentia tamquam in compendio proponitur, ac ſi quid majus fortitudine, propheta, & Angelo dici viduatum. *Quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi*, ut de eo ait Eccleſiaſt.48.n.4. de quo multa dixi opuſcul.3.Reſol.1.

Math.18

Elias inſigniter magnus.

Math. 11

D.Tho.

SECTIO IX.

Solvuntur alia argumenta.

120. ET ſit ſextum in ordine, & eſt totum robur exercitus, & armatus Achiles in hunc modum: Monachatus eſt ſtatus perfectiſſimus, lex vetus extitit valde imperfecta: ergo in ea non fuit talis ſtatus, major eſt certa, conſequentia bona, minor probatur ex Paulo Hebr.7. n. 19. *Nihil ad perfectum adduxit lex* & ad Galat.4.n.3. *Ita & nos cum eſſemus parvuli ſub elementis mundi hujus eramus*. Ubi tempus legis appellat tempus pueritiæ, & infantiæ, utpote imperfectionis.

Argumentum ex imperfectione legis.

Hebr 7.
Galat.4.

121. Relictis multis ſolutionibus ad argumentum, concedo majorem, & diſtinguo minorem. Omnia in lege veteri erant imperfecta, quæ erant propria ipſius legis, & à lege veniebant, ut holocauſta taurorum, & cæterorũ, ut præcepta judicialia, cæremonialia erant imperfecta, concedo minorẽ, & de his loquitur Paulus citatus; at vero quoad eos, qui erant ſub lege, eſſet imperfecta, nego minorem Innocentia Abel, juſtitia Noë, qui dicitur *juſtus, & perfectus*, fides Abrahæ maximè laudata ab Apoſtolo, Obedientia Iſaac, patientia Iob, charitas Moyſis, ſanctificatio Ieremiæ, contritio Davidis, zelus Eliæ erãt valde perfecta, & nõ ea dictabat lex, de qua Paulus loquitur, ſed emanabãt immediatè à gratia Dei, & ita exponit locum Pauli Benedictus Iuſtinianus ex multis Patribus; & maxime ex Gregor. Nazian.orat.de Machab.ubi ſic ait: *Lex nihil de ſe ad perfectum adduxit, non quod in ea lege non fuerint plurimi valde perfecti, ſed propter fidem in Chriſtum, ac ejus gratiam.*

Quæ à lege imperfecta, ut à gratia Dei perfecta.

Iuſtin.
Nazian.

122. Quod breviter amplifico: Deus dedit Patribus antiquis dona valde magna, & perfecta, Martyrium, Chariſmata Spiritus, donum ſapientiæ, ſcientiæ, intellectus in tot, & tantis Prophetis cum præclariſſimo dono Prophetiæ, item donum interpretationis ſermonũ, diſcretio ſpirituum in Abrahamo, Ioſeph, Moyſe, Davide, Salomone, Daniele; Dedit Deus etiã gratiam, virtutem miraculorũ in multis, & magnis prodigiis, ut in Moyſe tot, & tantis prodigiis in Ægypto, & diviſio maris, & Ioſuë detinente curſum Solis, & Ezechia retrahente, & in Elia, & Eliſæo mortuos ſuſcitantibus, & tandem dedit Sacramenta, remedium legis naturæ, ac circuncisionem, quæ cum non cauſent gratiam ex opere operantis, cauſant ex opere operato, ut tenent Alexander, Bonavent. Paludanus, Major, Durandus apud Vaſq.diſp.184. & etiã Suares, Azor, Pereira, Barradas, Lorin. Valentia apud Card. Lugo to.de Sacram.diſp.5.n.4.p mihi 86. Quæ omnia, non erant à lege, ſed immediate à gratia Dei.

Multa valde magna Patribus antiquis collata.

Vaſq.
Suares.
Azor.
Barrad.
Lorin.
Durand.
Valent.
Lugo.

Dicunt adverſarij, quod hoc argumentum de Sacramentis nihil convincit: quia Deus illa dedit tamquam media neceſſaria ad ſalutem, ſed contra, ſicut Deus ſuis electis dat media neceſſaria ad ſalutem, ſic & dat media convenientia, & efficacia ad ſalutem, ut decretum prædeſtinationis impleatur, & ad illa medium valde efficax eſt ſtatus Religionis, qui intendit finem, intendit, & media. 123.

Ad confirmationem, quod *eramus tamquam parvuli ſub elementis*, id eſt, quod in lege veteri erant tamquam rudes, & imperfecti, ac tamquam pueri balbutientes, ſic & Paulus de ſuis diſcipulis incipientibus in fide ait: *Tamquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam*. 1.Corinth.3.n.2. 124.

1.Cor.3.

Septimo argumẽtãtur: Si daretur ſtatus Religioſus in lege veteri eſſet res valde celebris, ac notoria, & de tali ſtatu fieret aliqua mentio in ſcriptura; ergo cũ nõ fiat, nullus fuit talis ſtatus, & eſt quid fictitiũ. 125.

Hoc argumentum multa dura involuit, ut bene notat Theophylus Raynaud de Scapulari part.2. q. 1.§.Nimirum; qui communes traditiones reprobat, & ſcripturas quærit multum favet Calvino. Deinde Sacri Apoſtoli fecerunt tria vota, ut eſt commune. Tres Sacri Evangeliſtæ narrant inſtitutionem diviniſſimam Euchariſtici Sacramenti Matth.26. n.26. Marc.14.n.26. Luc.22.n.16. & nullus explicat, quod Chriſtus miſcuerit aquam in Calice conſecrando, quam re vera miſcuit, ut docet Alexander Papa in Concilio Tribur.cap.19. & etiam nullus Evangeliſtarum explicat, an Chriſtus conſecraverit in pane azymo, vel fermentato, de quo magna extitit controverſia inter græcos, & latinos, ut patet ex Concilio Florentino *in literis ſanctæ unionis*, de quo latè agit noſter Magn. Petrus Corneyo tom. 2. tract. 4. diſp.2. art. 4. & Chriſtus D. à ſua infantia uſque ad annum trigeſimũ multa magna, & magnalia eſt operatus, de quibus nulla in particulari fit mentio in Evangelio, ſed tantum quod cùm eſſet duodecim annorum apparuit in Templo Luc.2.num. de quo extant multæ revelationes apud Sanctos Patres, & hæc cum non ſint ſcripta in aliquo libro Canonico ſunt falſa? nullus hoc dicet, & ad hoc multa alia exempla adduxi opuſc.3.Reſol.3.q.15.n.132. 126.

Multa magna de quibus ſcriptura nõ meminit.

Math. 26
Marc. 14
Luc. 22.

Alexand. Papa.

Corney.

Luc.2.

Octavo argumentantur, quod ſtatus Religioſus ſit perfectiſſimus, lex Evangelica perfectiſſima: ergo ex Divina providentia talis ſtatus pertinet ad legem Evangelicam, & ad nullam aliam: Et confirmatur; quia voluntaria paupertas, caſtitas, & obedientia ſunt Conſilia Evangelica: ergo non fuerunt ante Evangelium. 127.

Reſpondeo, ut dixi ſupra ſect.2.num. & hic in ſolutione ad ſextum argumentum, quod Deus in entitate, & ſubſtantia Patribus antiquis multa majora dedit, quam ſtatũ Religioſũ, quia Deus omnes leges voluit honorare, ut dixi ſupra n.110. in omnique lege date proportionata, & efficacia media ad ſalutẽ: Tamen Deus multo liberaliori manu hæc omnia dedit in lege Evangelica, & majori, ac excellentiori perfectione, ut ait Chriſtus: *Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant*. Joan. 10. 128.

Deus omnes leges honorat.

Joan.10.

Ad confirmationem optimè reſpondet Medina 2. 2. quæſt. 108. art. 4. §. *Ut tamen*. Poſtquam aliquis imperfectiones legis veteris apponit, ſubdit: 129.

Sed

Sed non ex hoc inferat Theologus, quod viri juſti; & ſancti in antiqua legis ſtatu non haberent ex inſtinctu Spiritus Sancti conſilia à Deo tum virginitatis tum obedientiæ, ac etiam paupertatis, quæ & animo libenti; & forti amplectebantur. Non reddere malum pro malo, ſed bonum pro malo, & orare pro inimicis, conſilium Evangelicum eſt. Ioſeph benigne excepit fratres, à quibus venditus eſt, Moyſes inſtanter rogavit pro populo, qui ipſum lapidare intentavit: *Aut dimitte eis hanc noxam, ſi non facis*
Exod.32. *dele me de libro tuo*. Exod.32.n.32. David Saülem, à quo ſæpe requiſitus fuit ad mortem, cuſtodivit à
1.Reg.24 ſuis militibus ſemel in ſpelunca. 1.Reg.24. n.17. &
1.Reg.26 iterum in tentorio Regio 1.Reg.26.n.9.
130. Nono argumentantur, & in quo faciunt multam
Paul. vim: *Omnia*, ut ait Paulus *illis in figura contingebant*, ac proinde ille ſtatus in Elia erat quædam figura ſine ulla realitate, ergo falſo aſſumitur ad probandum verum, & realem ſtatũ. Reſpondetur, quod illa antiqua licet eſſent figuræ, tamen in ſe verè, & propriiſſimè erant realitates, ut oſtendi ſect.2. n.... & ita multa adverſariorum machina corruit.
131. Decimo argumentantur: Ad verum ſtatum reli-
De regula. gioſum requiritur regula, nulla invenitur regula data ab Elia: ergo nulla Religio. Reſpondeo, quod ad veram religionem pro regula ſufficit obſervatio votorum trium cum obſervatione manda-
Leſſius. torum Dei. Ita Leſſius lib. 2. cap. 41. num. 9. &
Baſſeus. ex eo Baſſeus Capucinus 21.Relig.5.num. 5. Dein-
Ioan. de Elias pro regula dedit ſuis diſcipulis ejus vitam
Ieroſol. imitandam cum ſua doctrina. Ita docent Joannes
Cyril. Jeroſolymit. cap. 1. D. Cyrillus Conſtantinopol.
Conſt. lib. de proceſſu Ordinis in principio Trithem. de laudibus Carmelitar. cap.3.& 4. Chriſtus Dominus in ſacris Apoſtolis inſtituit veram, & perfectiſſimam Religionem, nullamque aliam regulam eis dedit, niſi conſilia Evangelica cum exemplo ſuæ ſanctiſſimæ vitæ, & ſacri Apoſtoli magnam Religionem fundarunt in primitiva Eccleſia cum nulla alia regula, niſi exemplo ſuæ vitæ, quæ eis erat pro re-
Theoph. gula, & ut notat Theophylus Raynaudus, quod D. Antonius, & Hilarius conſtituerunt religiones, & nullam aliam regulam eis dederunt, niſi exemplum ſuæ vitæ, & Apoſtolorum, & ſic dicitur: *Capere vivere ſecundum regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam*. Et ſunt etiam graves Authores, qui aſtruunt, quod Elias ex inſtinctu Spiritus Sancti ſcripſit regulam; Ita ex Origene, & multis Rabbinis tenet
Malved. Malveda, doctiſſimus Hieronymus de Gavara ex ſa-
Hieron. de Gavara. cra Societate Ieſu, Caramatus digniſ. Minim. Gene-
Caram. ral. Et alij, quos adduxi, & citavi opuſc.3. Reſol. 3.q.19.n.170.171.
132. Undecimo argumentantur, quod Deus dederit val-
De permanentia ſtatus. de magna uni, vel alteri viro vitam puram abſque mortali, & ad facienda magna miracula v.g. Moyſi, Ioſuë, Eliæ, donum ſapientiæ, ut Salomoni, non tamen illa fuerunt per modũ ſtatus permanentis, quod requiritur ad ſtatũ religioſum. Reſpondetur falsũ aſſumere argumẽtũ; nam Deus varios, & multos ſtatus permanentes cũ magna virtute, ac obſervãtia conſtituit, ac dedit in lege antiqua, ut oſtẽdi ſupra ſect.4.n.
133. Duodecimo argumentantur: Oppoſito exemplo Giezi, qui erat ex filiis Prophetarum, & nõ habebat caſtitatem, dixit ei Eliſæus ob accepta munera à Naaman: *Lepra Naaman adhæreat tibi, & ſemini tuo uſque in ſempiternum*. 4. Reg. 5. n.27. Reſpondetur,
De Giezi. quod Giezi non erat ex filiis Prophetarum, ſed ſer-
4.Reg.5. vus Eliſæi, ſic dicitur ibi n.25. *non ivit ſervus tuus* & n.20. Dixit Giezi puer viri Dei ex Hebræo legitur: *ſervus viri Dei*. Deinde perfecti habebant tria vota, alij minus perfecti unum, vel duo. Rechabitæ, ut pater ex Ierem.35.n.6 habebant tantum obedientiæ, & paupertatis, non vero caſtitatis votum, de quo dixi Opuſc.3.Reſol.3.q.3.per totum & in primitiva Eccleſia, perfecti faciebant tria vota, minus perfecti unum, vel alterum, v.g. Ananias, & Saphira habebant votum paupertatis, non vero caſtitatis, ut ex communi Patrum ſententia dixi ſupra.n... Tandem Giezi poterat habere filios antequam eſſet adſcriptus in numero filiorum prophetarum, ut hodie multi viduati habent, & ingrediuntur Religionem.

SECTIO X.

Solvuntur alia quatuor argumenta.

Decimo tertio argumentantur nobis opponen- 134.
do D.Thomã, qui 3.p.q.28.art.4.in corpore ait: Mater Dei non creditur, antequam deſponſaretur Ioſeph, abſolute virginitatem voviſſe, ſed licet eam in deſiderio habuerit, ſuper hoc tamen virginitatem D.Tho.
ſuam divino commiſit arbitrio; *poſtea vero accepto ſponſo ſecundum mores, nota, illius temporis exigebant, ſimul cum eo votum virginitatis emiſit.* Ubi ſanctus *Virgo in*
Doctor loquitur non ex propria ſentẽtia, ſed ex ſen- *omni caſu cuſto-*
tentia aliorum *juxta mores illius temporis*, ut expri- *dienda.*
mit, & ex eo magis patet, quod virgo ante deſponſationem abſolutè non emiſerit votum, cum contraria ſententia ſit veriſſima, eamque multis in locis doceat D.Thomas, nempe, quod ipſa ſanctiſſima Virgo à ſua infantia ante deſponſationem fecit votum perfectiſſimum, & abſolutum virginitatis habita revelatione à Deo, quod in omni caſu, & eventu cuſto- Sotus.
dienda erat à Deo. Ita tenẽt Principes Thomiſtæ, So- Albert. Magn.
tus in 4. diſt. 30.q.2. art.1.ad primum Albert.Magn. Suar.
de laudibus Mariæ, Paludan. Cajet. & alij multi, quos Paludan.
citãt, ac ſequũtur Suar.to.2.ad 3.p.diſp.124.c.4.n.46. Caiet.
Imo D. Thomas multis in locis noſtræ ſententiæ 135.
favet, nam 2.2. q.187. art.2. exemplo Eliſæi probat D.Tho.
Religioſis licitum eſſe adire palatia, & tractare negotia ſæcularia, & eadem q. art.6. quærens an liceat Religioſis uti veſtibus vilioribus, affirmativè reſpondet cum loco Pauli Hebr.11. *Circuierunt in melotis*, Hebr.11.
&c. In quo loco juxta ipſum Angelicum Doctorem in ſuo commentario intelligitur Elias, & Eliſæus, ſi verò in aliquibus locis videtur innuere Chriſtum D. eſſe Auctorem ſtatus Religioſi, intelligendum eſſe, ut cauſam exemplarem, finalẽm, & cum tota ſua perfectione, ac modo.
Decimo quarto arguunt ad veram conſtituendam 136.
Religionem requiritur approbatio ſuperioris cũ poteſtate clavium, ſed hæc tunc non dabatur: ergo nec vera Religio; nam ad veram Religionem requiritur traditio perſonæ, & acceptatio ex parte Dei, hæc autem acceptatio ex parte Dei nemo poteſt habere niſi per commiſſionem ipſius Dei, quæ facta eſt Eccleſiæ.
Reſpondeo nos loqui non poſt Canonicas ſan- 137.
ctiones factas in Cõcilio Lateranẽſi ſub Innocentio *Approbatio po-*
III.& Lugdunenſi ſub Gregorio X. ſed antea, quãdo *ſitiva,*
licitum erat Epiſcopis religiones approbare, quod *vel ne-*
poterat fieri duobus modis per actum poſitivum, vel *gativa.*
negativum, videndo, conſentiendo, & non repugnan- Baſil.de
do, quod ſufficiens eſt ad approbationem Religio- Leon.
nis, ut latè probat Baſilius de Leone citato D.Tho. Bellarm. Caſtr.
Bellarm. Medin. Sanch. Azor, & aliis, & idem tenet Pallaus.
Caſtro Pallaus, ut late ex multis aliis oſtendi, opuſc. 3.Reſol.3.q 16.n.140.141.& 142.
In populo autem Hebræo, idẽ poterat facere Pon- 138.
tifex ad quem ſpectabat diſcernere cauſas pertinẽtes
ad mores, & Religionem juxta Deut.17.n.8. ubi di- Deut.17.
citur: *Si difficile, & ambiguum apud te judicium perſpexeris, aſcende ad locum, venieſque ad Sacerdotes*

Malach. 2. Malach.2.n.7. *Labia Sacerdotum cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus.* De quo latè Bellarmin. de Romano Pontifice Suar. contra Regem Angl. Valen. Bannes, Abulenſ. & alij, quos adduxi citato loco, Deus ut optimus proviſor ſemper in Eccleſia ſua dedit regulam vivam ad determinandos caſus ſæpè occurrentes, & talis approbatio poterst fieri à ſummo Sacerdote poſitivè, vel negativè.

139. Arguunt decimoquinto quod nos non habemus veram ſucceſſionem hæreditariam ab Elia, ſed tantum per denominationem, ſe imitationem; quia Elias in ſe non habuit verum ſtatum Religioſum, nec illum potuit dare, nam hoc incepit in Apoſtolis Petro, & Paulo, ut habet Eccleſia in eorum Collecta, 29.Iunij *Da Eccleſia tua eorum in omnibus ſequi præceptum, per quos Religionis ſumpſit exordium.* Ergo non ab Elia Religio Carmelitana ſumpſit exordium. *Oratio Eccleſia.*

140. Sanctiſſ. Virgo Maria Carmelitarum Clypeus hoc deſtruit argumentum, ſe totaliter diſſipat per ſuas apparitiones authenticas; nam Joan.22. apparens poſtulanti ab eo favorem ſuo Carmelitano Ordini ſubdit: *In monte Carmelo inchoato per Eliam, & Eliſæum.* Et ad D.Petr. Tho. ait: *Quod Carmelitana Religio duratura eſt uſque in finem ſæculi, ſic Elias ejus Inſtitutor impetravit à filio meo.* Ex duplici Virginis Mariæ teſtimonio habemus, quod Religio ſic inchoata ab Elia, ipſeque ſit illius inſtitutor, nec alijs verbis magis proprijs, ac expreſſivis poterat uti, quam præſentibus. Deinde Deipara loquitur de Religione, prout erat in præſenti, & de illa affirmat eſſe inchoatam, & inſtitutam ab Elia, illud autem de Collecta Apoſtolorum, per quos Religionis ſumpſit exordium loquitur de Religione Chriſtiana, ſicut, & Paulus per Evangelium. *Ego vos genui*, 1.Corinth.4.n.15. *Elias inſtitutor.*

141. D.Hier. Decimoquinto nobis opponunt D.Hieronymum, qui in vita S Hilarionis ait, quod in Palæſtina ante Hilarionem nullum erat Monaſterium, vult ſignificare Sanctus Doctor, quod poſt perſecutiones Maurorum, ac devaſtationes, quas ipſi fecerunt, primum Monaſterium fuiſſe Sancti Hilarionis, nam ante dictam perſecutionem multa fecerunt Monaſteria Eſſenorum, D.Anton. & aliorum, ut latè probat M Franciſc. Bona Spes in Armentar. à n.703. Bona Spes.

142. Arguunt decimo-ſexto: Si Religio Carmelitana eſt tam antiqua, quomodo inter mendicantes ponitur in ultimo loco, tam in Capella Papæ, quam in Diplomatibus Apoſtolicis.

143. Ad hanc difficultatem latè reſpondi Opuſcul.3. reſol.2. q.6. per totum cum tribus ſolutionibus, nunc breviter reſpondeo addendo, quod Religio Carmelitana ſemper gaudet præeminentia antiquitatis. Armac. Armacanus ſerm. de Concept. ait: *Ordo Carmelitarum igitur gaudet præ cæteris Ordinibus antiquitatis honore.* Caſſan. Caſſanæus de gloria Mundi part.4. conſ.70. ait: *Carmelitæ præferendi ſunt fratribus prædicatoribus.* Gama. Anton. Gam. *deciſ.5.n.51.* Ordo Monachorum ratione antiquioris inſtitutionis cæteros præcedit. Genebr. Genebrard. *in Chronic. circa annum* 1578. Carmelitæ primi ſunt mendicantium, quia eorum origo repetenda eſt ab Elia, & Eliſæo.

144. Tamen, qui prior eſt tempore *de Regul. juris in 6.* & juxta hæc refert Proſperus Fañanus utriuſque ſignaturæ Apoſtolicæ referendarius *ad cap.* 10. de Majoritate, & Obedientia n.20. *Delata eſt ad Congregationem Concilij controverſia inter Dominicanos, Franciſcanos, Auguſtinianos, Carmelitanos, ſumpta fuerunt informationes, & repertum conſuetudine inoleviſſe, & obſervatum ſemper fuiſſe, ut ea Religio, quæ prius in loco habet Monaſterium, illa præcedat, quam conſuetudinem Sanctiſſimus juſſit obſervari, & nihil innovari, ſecundum hoc poſtea edita fuit conſtitutio ab eodem Gregorio XIII. incipiens Expoſcit* 15. Iulij 1583. Gregor. XIII.

Quia definitum eſt inter Mendicantes, nec non inter Confraternitates Chriſti fidelium in proceſſionibus, tam publicis, quam privatis hi præcedere debeant, qui ſunt quaſi in poſſeſſione præcedentiæ, quod de quaſi poſſeſſione hujuſmodi non conſtet inter fratres quidem Mendicantes præcedere debent ij, qui antiquiores in loco controverſia, inter confraternitates vero inter ſe litigantes, qui prius ſacris uſi ſunt. 145.
Et de hac re multa adducit ſapientiſſimus Mag. Franciſcus Bonæ Spei in ſuo doctiſſimo Armentario Pharetra 6. Telo 11. folio mihi 251.n.620. M. Bonæ Spei.

Cum autem noſtra Sacra Religio ſuum exordium habuiſſet in Syria, & noſtri Religioſi multis impugnationibus, ac perſecutionibus ſuſtinuiſſent à Mauris, & tranſiſſent in Europam, ubi Ordo erat ignotus inde novæ contradictiones, ac adverſitates contra eos inſurrexerunt, maximè cum tunc florerent magnis fratribus illuſtriſſimæ familiæ Dominicanæ, & Franciſcanæ, & omnium corda ad ſe attraherent, & noſtri Religioſi adveniſſent ex Syria, & ex deſerto tot, tantiſque moleſtijs vexati, contentiones evitantes præ ſua humilitate, ac modeſtia, in quolibet loco ſe ſe accommodarunt, nemini moleſtiam inferentes, ut eos à ſuis prioribus locis amoverent. 146. *Denuo advenientes ex Syria*

Certi tamen de ſua præeminentia, ac nobilitate, quod in quolibet loco, ſive primo, ſive ſecundo primatus excellentiæ ad eos pertinebat. In primo rerũ molimine tertia die dixit Deus. *Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, lignum pomiferum, lignumque faciens fructum*, Geneſ.1. n.11. Maximè addubitant D.Ambroſ. *lib.3. Hexamer.c.7.* D.Athanaſ. Sinaïta lib.1. Hexam. Cur Deus prius terram exornavit floribus, roſis, herbis, plantis, quam Cœlum ſuis præſtantiſſimis luminaribus, ac ſtellis, videtur Cœlo injuriam inferri, quod terra primas habeat, Cœlum vero ſecundum obtineat locum, cum tamen ſit Cœlum terra antiquius: *In principio creavit Deus Cœlum, & terram:* Tamen in hoc nullam patitur injuriam Cœlum de ſua nobilitate valde ſecurum; nam in quocumque loco ſcribatur ſemper eſt Cœlum lucidum, ac reſplendens, ſuaque influentia ac rore fœcundans terram, parturire faciens, ac creans cuncta, quæ germinat. Vide quæ dixi de hac re Opuſc.3. reſol.2. q.6. & maximè n.6. ad illa verba Pſalm.73.n.16. *Tu fabricatus es Auroram, & Solem.* 147. Gen.1. D.Ambr. D.Ath.

SECTIO II.

Explicatur differentia inter vota legis novæ ac veteris, & magis explicatur noſtra ſententia.

Religio eſt ſtatus tendens ad perfectionem per tria vota obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis, & quamvis in aliquibus Religionibus antiquitus, & modo etiam, ut Divi Benedicti ſolum exprimatur Obedientia, ſub illa cætera includuntur. Hæc autem differentia, quæ datur inter vota legis gratiæ, & veteris jam explicavi Opuſc.3. reſol.2. q...: & ea, quæ ibi dixi videntur reſpicere ſolemnitatem voti, quæ introducta eſt ab Eccleſia, ideo aliter rem modo explico. 148. *Solum obedientia.*

Votum dupliciter edi poteſt, vel ore verbis prolatis, 149.

latis, v.g. *Voveo, vel promitto Deo*, vel per iotetnum affectum cordis, ſeu animi, quo homo immobiliter pet totam vitam Deo conſecrat, & dicat, ſic tale primum fuit votum Sanctiſſimæ Vitginis Mariæ, ut ex D.Auguſt. dicitur 27. q.1. cap.3. *Beata Maria*, ſic ait Textus: *Beata Maria propoſuit ſe ſervaturam votum Virginitatis in corde, ſed ipſum votum Virginitatis non expreſſit ore*, & poſtea ſubdit Textus: *Et quod corde conceperat, ſimul cum Viro labijs expreſſit, & uterque in Virginitate permanſit.* Et D.Gregorius in Paſtorali p.3. cap.22. tractans ſpecialiter de voto Virginis, ac S.Joſeph, ait: *Decretum Eccleſia docet iſtum votum Virginis fuiſſe non ſolum promiſſum, ſed prius corde, ac demum ore profeſſum, imo ab utroque conjuge Ioſeph, & Maria unicum affectu cordis.* D.Fulgentius lib.2. de fide ad Petrum cap.3. ait: *Quiſque ſe ipſum caſtraverit propter regnum Cœlorum in corde ſuo continentiam vovet.*

Votum fit etiam per internum affectum immobilem. D.Aug. Cap. Sancta Maria. D.Greg. D.Fulg.

150. Noſter inſignis Vvaldenſis tom.3. Doctrinalis fidei cap.2. tradit ex Patribus: *Quiſquis in corde ſuo continentiam Deo voverit & nubere voluerit, damnationem habebit, quia primam fidem irritam fecit*, & poſtea infra: *Intellige hic, quod votum obligat in corde celebratum, etſi non ſit ore prolatum; ſic enim dicit hic Auguſtinus quiſquis ſe Deo caſtraverit, & in corde ſuo continentiam voverit, &c.*

Vvald. Ex Patribus.

151. Quod magis explicat ipſe doctiſſimos Vvaldenſis citato lib. art.1.cap.17. ait: *Religio Chriſti perfecta, eſt ſpecialis, & ſtricta regula Charitatis voto ſolemnis emiſſione profeſſa, vel æquivalenter.* Et magis ſe explicat: *Quid autem dicitur eſſe illud, quod æquivalet voto? Dico quod eſt immobilitas affectuum tendens in Deum, & talis pro certo fuit Elias, talis etiam erat Ioannes Baptiſta, qui quamvis non vovebant vocaliter aliquam regulam Charitatis, habebant tamen inſtinctum Dei immobilitantem eorum affectus converſos in Deum*: & optimè pergit ipſe, explicans, quod ille interous affectus immobilitatis æquivalet voto vocali; quia tota ratio voti vocalis in immobilitate interioris affectus conſiſtit: ergo optimè ipſa interior immobilitas, ipſe interior affectus æquivalet voto etiam ad Religionem, aliqoo externo ſigno manifeſto, exiſtimo neceſſarium.

152. Ex quo patet, quod optimo jure à Sanctis Patribus, & Doctoribus dicitur quod Joannes Baptiſta fuerit Monachus, ac Religioſus habens votum caſtitatis per immobilem affectum per totam vitam, qua ſe dedicavit, ac conſecravit in perpetuo Cœlibatu, cum ſumma obedientia adimplente ſuam legationem oſtendens Chriſtum verum Deum, in ſumma paupertate de pellibus Camelorum, Math.3. n.4. Nec obſtat, quod aliqui objecerunt, quod ad vota Religioſa requiritur acceptatio, quæ maximè, & inſigniter datur in operibus Joannis, quæ eximiè fuerunt accepta, grata, ac perjucunda Chriſto, & ideo ab eo mirificè laudantur, ot Angelus, Propheta, pluſquam Propheta, nullus major inter natos mulierum, Matth.11.n.11.

Ioannes Baptiſta. Matth.3. Math.11.

153. Unde agens de Joanne Baptiſta, ac D.Paulo primo Eremita ait Suar. tom.4. de Relig. tract.9. lib.1.cap.2.n.12. fuiſſe Religioſos apud Deum altiori ratione ſpecialiter approbata, *peculiari Spiritus Sancti inſtinctu*, quod etiam videtur ſignificare D.Thomas 2.2.q.188. art.8. unde dicere poſſumus in eis fuiſſe ſtatum Religioſum qoaſi eminenter per abundantiam gratiæ confirmantis illos quaſi immobiliter io tali vivendi modo.

Suarez. D.Tho. *Eminenter.*

154. Et talis profeſſor fuit Elias; nam per internum affectum, & immobilem ſe Deo dedicavit, ac conſecravit cum ſumma obedientia, qua ſe dicabat in conſpectu Dei ad obediendum ejus mandatis, onde Reges non timuit, tyrannos profligavit, & potentes dejecit de lectulo ſuo: Cum ſumma paupertate, & abſque alicujus coitus labe: Unde pro noſtra ſententia ſtat efficax confirmatio; negari enim non poteſt, quod in Elia extiterit ille affectus immobilis per totam vitam cum obedientia, paupertate, & caſtitate, ac proinde cum voto: nam ille affectus interior æquivalet voto, ab interiori enim affectu votum totum ſuum valorem deſumit.

Elias cū voto.

155. Similiter Eliſæus vocatus ab Elia ſtatim intimo, ac immobili affectu ſe dedicavit, ac conſecravit Deo per obedientiam, & ſecutus eſt Eliam, qui ut ultimum vale diceret ſuis parentibus poſtulat facultatem: *Oſculer oro Patrem meum*, 3.Reg.19. n.20. cum eximia paupertate ſic dicitur: *Relictis bobus cucurrit poſt Eliam*, n.20. ad guſtum illius Apoſtolorum: *Relictis omnibus ſecuti ſunt eum*, Matth.4.n.20. cum ſingulari caſtitate, ideo in diſceſſu de patre, & matre facit mentionem, non verò de uxore, quam non habebat, ot notant Abulenſ. Lyran. & alij Commentatores; Hinc in ſuo officio noſtra canit Eccleſia: *Eliſæus namque virgo planè permanens.*

3.Reg.19. Math.4. Abulenſ. Lyran. Michael Muños.

156. Sic & filij Prophetarum immobili, ac pleno ſpiritu repleti videntes, quod ſpiritus Eliæ requieviſſet in Eliſæo in ſignum obedientiæ *proni in terram eum adoraverunt*, quorum tanta erat paupertas, quod cum locus habitationis eſſet anguſtus pro eorum multitudine poſtulant facultatem: *Eamus uſque Iordanem, & tollant ſinguli de ſylva materias ſingulas, ut ædificemus nobis locum*, 4.Reg.6. n.2. Non vocant operarios; quia non habebant pecuniam, ut ſolverent, & ferrum ad hoc miniſterium erat mutuatum, & cum cecidiſſet in aqua maximè dolebat, quia non habebat unde ſolveret; multa etiam in eis erat caſtitas, nullum cum mulieribus commercium.

Filij Prophetarū. 4.Reg.6.

157. Ex his omnibus conſtat cap. *Sancta Maria.* D. Auguſt. D Greg. D.Fulgent. Vvaldenſ. quod communiter in antiqua lege votum fiebat per intrinſecum affectum immobilem, ut patet in Sacratiſſima Virgine Maria, S.Joſeph, S.Joanne Baptiſta, S.Elia, Eliſæo, Filijs Prophetarum, & cum efficacia voti conſiſtat in illo affectu interiori, ab illoque deſumat totam obligandi vim, talem obligationem inducebat, ut dicunt D. Auguſt. & Vvaldenſ. tamen prout ſpectabat ad ſtatum Religionis, ille affectus interior aliquo exteriori ſigno erat manifeſtandus, v.g. obedientia, paupertate.

D Aug. D.Greg. D.Fulg. Vvald. Cap. Sancta Maria. *Votum antiquitus per immobilem affectum.*

158. Tamen in Lege gratiæ pro majori perfectione cœperunt vota labijs externis manifeſtari, quorum Dux, & Magiſtra fuit Sanctiſſima Virgo Maria cum ſuo Sponſo Joſeph, ut colligitur ex citato cap. *Sancta Maria*, ubi dicitur: *Quod Virgo corde conceperat, ſimul cum viro labijs expreſſit, & uterque in virginitate permanſit.* Unde antiquitus erat conſuetudo, ut Virgines Deo ſe conſecrantes dicerent: *Ego in nomine Mariæ promitto caſtitatem*, ut ex D. Athanaſio, Epiphanio, Abulenſi, Vvaldenſi, Caniſio tradunt Petrus Morales in cap.4. Matth. lib.2. tract.6. n.12. Daniel à Virgine Maria Vinea Carmeli n.1234.

Morales. Daniel.

159. Cum hoc tamen ſtat, quod quamvis in Lege veteri communis modus vovendi extiterit per actum internum immobilem, tamen aliquando fieret in uno, vel altero per actum externum, ſicut in Lege gratiæ vota fiunt ore, & labijs, ab aliquo tamen, ut à D.Paulo Primo Eremita fierent per internum affectum.

160. Secunda differentia. Illa antiqua vota cauſabant

 gratiam,

Ex pretio ſolvendo. gratiam, ut ex pretio ſolvendo veluti *de fiado*, at vota legis gratiæ ex prétio ſoluto, & hæc eſt una ex præcipuis differentijs, quam aſſignant Theologi, qui dicunt Sacramenta veteris Legis cauſare gratiam ex opere operato, quos ſupra retuli n.122. dicunt antiqua ex pretio ſolvendo, noſtra vero gratiæ ex pretio ſoluto, quod eſt nobilior operandi modus.

161. *Prima lineamenta.* Tertia differentia; quia ille ſtatus antiquus extitit primum fundamentum, & delineamentum ædificij regularis, poſtea venit ſupremus artifex, ac Architectus Chriſtus D. qui eum perfecit, & abſolvit tribuens ei vivos, & abſolutos colores ſua præſentia, doctrina, ac exemplo, & ad ſummam perfectionem elevans, ac illuſtrans.

SECTIO XII.

Succeſſio hæreditaria abſque ulla interruptione perſeveravit in familia Carmelitana ab Elia uſque ad Chriſtum D.

162. *Succeſſio dicit continuationem.* SUmmi Pontifices Xiſtus IV. Gregorius XIII. dicunt *Carmelitas habere ſucceſſionem hæreditariam ab Elia.* Illa verba *ſucceſſio hæreditaria* ex ſuo formali ſignificato indicant quandam continuationem, generationemque ſpiritualem ad inſtar generationis naturalis ſine interruptione; hoc importat verbum *ſucceſſio.* Probó ex Sacra Scriptura. Mandavit Deus, ut in Tabernaculo eſſet ſemper Lucerna, ad cujus cuſtodiam ordinavit, ut filij Aaron vigilarent noctu, dieque, & ait Textus Exod.27.n.21. (Exod.27) *Perpetuus erit cultus per ſucceſſiones eorum à filijs Iſrael.* Explicat Beda (Beda): *Secundum ordinem ſuum*, tamquam per ſtationes militares ſuccedentes quidam alijs, ut vigilia eſſet continua, & nunquam deficeret; & eodem ſenſu mandavit Deus fieri labrum æneum, ut antequam Aaron, & filij ejus ingrederentur Tabernaculum lavarent manus, & pedes, & ait Textus: *Et hoc legitimum ſempiternum erit ipſi, & ſemini ejus per ſucceſſiones*, Exod.30. n.21. (Exod.30) Erit illud perpetuum, & perenne per cunctas generationes ſine ulla interruptione, ſic & dicitur de Achior, & filijs, quod obſervabat ritus Judaïcos per ſucceſſiones, Judith 14 n.6. (Iudith 14) dicitur in præſenti ab Elia inſtitutore uſque ad Chriſtum.

163. *Ex lectionibus.* Primò hæc veritas demonſtratur ex præſentibus lectionibus toties ab Eccleſia approbatis, ubi dicitur: *Viri plurimi, qui veſtigijs Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſæi inſtiterant, & Ioannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti adventum comparati fuerant.* Ex quibus manifeſtè patet, quod in Chriſti adventu illa Eliæ diſciplina, ac vivendi modus, quem illi Viri tenebant, ac ſequebantur, perdurabat, ac vigebat.

164. *Iſai.32.* Secundò ex Iſaia 32. n.16. *Habitabit in ſolitudine judicium, & juſtitia in Carmelo ſedebit, & erit opus juſtitiæ pax, & cultus juſtitiæ ſilentium, & ſecuritas in ſempiternum.* Quæ verba de Carmelitanis exponit ſapiëtiſſimus Doctor Joſephus Andreas ex ſacra ſocietate in ſuo Decore Carmeli, Decore 49. (Ioſeph Andreas.) & ait: *Habitabit in ſolitudine*, hoc eſt in Deſerto, in quo erat mons Carmeli. *Et juſtitia ſedebit.* Per juſtitiam juxta phraſim Scripturæ omnem virtutum cumulum intelligit, ut obſervat etiam D.Bernard. epiſt.89. (D. Bern.) nota *ſedebit*: Et hæc ampla virtutum copia io habitatoribus Carmeli non erit per breve tempus, ſed valde per longum, ac multas ætates, ſic & dicitur, *requievit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſæum*, 4.Reg.2. (4 Reg.2.) ac ſuper ejus Religioſam familiam. *Et erit opus juſtitiæ pax*: Ex tanta juſtitia, ac virtute fiet pax generans animos concordes, & ſecuritas conſcientiæ cum ſilentio ſine ulla contradictione: Carthuſian. ait (*Virtus permanens in Carmelo.* Carthuſ.): *Hæc videmus in Clauſtralibus præcipuè adimpleri, qui in obſervatione ſilentij cultum juſtitiæ ſtatuunt*, & ſubdit, per longum nempe, & diuturnum tempus.

165. (Cant.4. Cant.6. Nyſſen. Rupert. Gilibert.) Probatur tertio ex illo Cantic.4.n.1. Ubi ſic dicitur: *Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.* Et quamvis communis conſenſus Patrum intelligat hic per capillos verè, & perfectos Religioſos, tamen D.Gregor. Nyſſenus homil.7. in Cantic. Rupert.lib.4.in Cantic. Gilibert. ſerm.22. Abbas Vvoletus, Grilherius, Cornel. in ſecundo ſenſu, M.Alphonſus de Flores ad cap.24. Eccleſ.p.3. ſect.36.n.1663. ex ſacra Societate JESU intelligunt particulariter filios Eliæ; quia ipſe eorum Dux, & Princeps erat ex Galaad: *Dixit Elias Thebites de habitatoribus Galaad*, ut ait D.Gregor. Nyſſen. citat. *Quia longo tempore verſatus eſt in Galaad*, & ſubditur: *ſicut grex caprarum*; nam Elias pellibus caprinis induebatur juxta illud Apoſtoli: *Circuierunt in melotis pellibus caprinis*, & dicitur: *Quæ apparuerant*; quia ut ait Rupertus: *Rectè dicuntur apparuiſſe; quia jam dictus inſtitutor eorum Elias, ſic repente illic introducitur, ut antea, nuſquam Scriptura meminerit, quis, & unde fuerit progenitus.* Repente enim ipſe introducitur in Scriptura ſine ulla generatione. Dixit Elias Propheta, 3.Reg.17.n.1. (3.Reg.17)

166. *Propriiſſimè locus de Carmelitis.* Et ſi per hos capillos intelligantur omnes Religioſi, tamen valde particulariter, ac inſigniter Carmelitæ cum ſuo magno Parente Elia, qui erat de habitatoribus Galaad, qui & pellibus caprinis induebatur, qui ſubito ſic apparuit, ac ſi antea non fuiſſet, quod nulli alteri Patriarcharum tam aptè conveniri poteſt.

167. (Ierem 35. *Rechabitæ ab Elia.* Ioan. Ieroſol. D. Hier.) Quartò probatur ex Rechabitis, qui floruerunt anno mundi 3159. & ante Chriſtum 894. de quibus loquitur latè Ieremias c.35. n.6. ſic dicti ſunt à patre Rechab, cujus filius Ionadab inſtructus eſt in vita Monaſtica ab Eliſæo, ut tradunt Joannes Ieroſolymit. D.Hieronym. Ioannes de Mulinis, quos citavi, & de his latè egi Opuſcul.3.reſol.3. q.3. per totum.

168. *Eſſeni ab Elia.* (Ioſeph. Philo. Cedren.) Quintò probatur ex Eſſenis, quorum vita Monaſtica magna cum obſervantia, ac votis obedientiæ, paupertatis, ac caſtitatis maximè laudabilis fuit apud Sanctos Patres, & Authores antiquos eis contemporaneos, Joſeph de antiquitate, Philonem, Cedrenum, & alios, eorum exordium incepit anno mundi 3545. ante Chriſtum 508. extiterunt ſoboles, ac progenies Rechabitarum ſub diſciplina Eliſæi, ut docent D.Nilus Cedrenus, Villalpandus, Salianus, Cornelius, & dicuntur Eſſeni corrupto vocabulo, cum dicendi fuiſſent Eliſeni, ut tenent Henriquez, Thomas de Jeſu, Franciſcus Lucas, quos citavi citato Opuſculo 3. reſol.3. quæſt.4. per totum.

169. (Ioſeph. Philo. Boulduc. *Eſſeni perduraverunt uſque ad Chriſtū.* Lezana.) Et certiſſimum eſt hos Eſſenos tempore Chriſti, ac Apoſtolorum extitiſſe; ut referunt Authores antiquiſſimi Joſeph lib.1. de bello cap.4. & lib.15. Antiquitat.cap.18. Philo lib. *Quod omnis probus ſit liber*, & lib. *de vita Contemplativa*, multique graviſſimi Authores affirmant Joannem Baptiſtam, Iacobum Minorem, Simonem Cananæum, Iudam Thadæū, & Bartholomæum Natanaëlem fuiſſe Eſſenos, imo Boulducus, & Sararius defendere contendunt Chriſtum D. Eſſenum inſtitutum amplexatum fuiſſe. Hæc tamen ſententia nullo modo mihi placet, & omnis rejicienda eſt. Dicendum

exiſtimo,

exiſtimo, quod Chriſtus D. converſatus eſt, cum Eſſenis, eoſque docuit, ac illuminavit in magnis myſterijs ex eis aliquos elegit Apoſtolos, ut patet ex dictis de quo agit M. Lezana tom.1. Annal. Apparat.8.num.8. & 9.

170. Pro hac veritate comprobanda aliqua Sacræ Scripturæ loca adducunt, pro illa ſtant multi, & Camart. graves Doctores Ægidius Camartus Generalis Minimorum *in libro Elias Thebites cap.5. sect.10.* scribens quomodo Eliæ discipuli perseverabant in ejus doctrina, subdit: *Donec ad Christi discipulos, atque Evangelicam doctrinam confluxerunt.* M. Joannes Carthag. Carthag. *tom.4.lib.17. homil.2. obiect.10.* ait: *Sine dubio Ioannes degit in deserto inter filios Prophetarum, tunc dictos Essenos, qui Monasticam Eliæ disciplinam profitebantur.* Ex sacra societate Jesu quatuor doctissimi Viri, magnus Salianus statim Salian. Anton. Fern. referendus, Antonius Fernand. in vision. veteris Testamenti vers.9.n.8. vision.6. *Spiritus verò Eliæ continuata serie in deserto per homines religiosæ vitæ, denique in Ioannem transfinissus, illum quoque exhibuit mundo Monachorum parentem.* Alphonsus Flores in cap.24 Ecclesiast.n.1682. Josephus Andreas Flores. Andreas. *Decore Carmeli* 41. & omitto in hac re omnes Authores nostræ Religionis.

171. Ultimo in hac re coronidem imponat Prophetia magni Parentis Eliæ, quam refert Magnus Salianus tom.4. anno Mundi 3139. n.14. qui antequam abiret in Cœlum multa documenta dixit dis- Prophetia Eliæ. cipulis suis, & inter cætera ait illis: *Credo ut non deficiat in vobis, posterisque vestris observationis sanctæ propositum, donec veniat is, qui est expectatio gentium.* Illius Messiæ sacrosanctam faciem videamus, cujus eximij vultûs splendor vos illuminabit, & in magnos, ac úberes fructus germinabit.

QUÆSTIO VII.

Qualiter Carmelitæ ſe habuerint tempore Chriſti, ac Apoſtolorum, quorum fuerunt Coadjutores?

171. CUm verus Sol Christus Deus noster jam resplendesceret in Orbe, ejus Aurora jam eluceret Ioannes Baptista, qui inter Essenos vivebat, imò eorum Princeps erat, ut cum multis tenet Bolducus lib.de Ecclesia post legem cap.7. §.*alij scientes.* Ille etiam cum Apostolis eos baptizavit, & in fide instruxit: Esseni ergo Apostolis adhærentes, utpote virtuosi astiterunt cum illis in adventu Spiritus S. ut colligitur ex illo Actor.2. n.5. *Erant autem in Ierusalem Viri Iudæi Religiosi*, in quibus intelligunt nostri Authores filios Eliæ, & favet Laurent. Laurentius Beyerlink *in Theatro vitæ humanæ tom.6. verbo* Veneta. *Religio §.In lege autem gratiæ*; & Ioannes Veneta Lezana. *de prædicat. Christi cap.2.* Lezana *tom.1. in Ap-* Vurast. *parat.cap.8.n.14.* Vurastellius *lib.1.Vindicat.sect.5.* Ioseph. Andreas. *art.8. §.7.* Doctor Josephus Andreas *Decore* 42. & inde dicunt immemorabilem consuetudinem in Religione, quod ante Missam Conventualem quotidie flexis genibus dicatur Antiphona: *Veni sancte Spiritus.* Et confirmatur, quia ubi nos habemus *Viri Religiosi* Interpretes exponunt: *Viri pij*, atqui inter pium, & Religiosum est magnum discrimen; nam pius dicit hominem bene affectum, ac benignum, tam quoad divina, quam ad humana, Religiosus vero sub regula hominem viventem.

173. Ioan. Ierosol. Quomodò etiam extiterunt Coadjutores Apostolorum, ut exponunt Ioannes Ierosolymit. *lib. de Instit. Monach. cap.36.* Petrus Vurastellius *lib.1. vindic. sect.5. art.1. §.7.* In secunda Concione ait D.Petrus veluti conversus ad filios Eliæ tanquam exhortans eos, ibi: *Vos estis filij Prophetarũ c.3.n.25.* ait Vurastel. *Alioquin puto, quod in universa Scri-* Vurast. Actor.3. *ptura non reperies ubi vocabulo filiorum Prophetarum totus ipse intelligatur populus, vel non ipsa posteritas Sanctorum Eliæ, ac Elisæi:* Quod confirmatur ex his, quæ dicuntur Actor.11.n.27. *In his autem* Act.11. *diebus supervenerunt ab Ierosolymis Prophetæ Antiochiam.* Apud Hebræos Prophetæ non solum significabant eos, qui futura prædicebant, sed etiam Viros pios, & probos, qui docebant, & prædicabant: Isti autem in Lege gratiæ dicuntur Apostoli, Discipuli, Magistri, Doctores, Prædicatores; Illi autem dicuntur Prophetæ ex nomine antiquo, quia erant ex Schola, & Ordine Prophetarum Eliæ, & Elisæi.

Ex præfatis verbis optimè deducitur, quod filij 174. Eliæ fuerint Coadjutores Apostolorum in prædi- Filij Eliæ Coadjutores Apostolorum. catione Evangelica, nam dicitur: *Viri Prophetæ supervenerunt Antiochiam*, nempe ex Ordine Prophetico ad prædicandum, sic apertè asserit Josephus Antiochenus statim in hac quæstione referendus, Ioseph. Antioch. idem affirmat Eusebius Cæsariens. etiam hic illico Euseb. Cæsar. citandus, & Sigisbertus in Histor. Ierosolymitana, Ioachimus Abbas in Concordia novi, & Ve- Sigisb. Ioach. teris Testamenti, ut habent apud RR. Espin. in Espinol. epistol. prævia ad Consulta n.72. Harmachanus Harmac. Hiberniæ Primas apud Vvaldens. tom.1.tit.9. c.89. Vvald. P.Antonius de Quintanadueñas in libro Sancto- Quintanad. rum Imperialis Ecclesiæ Toletanæ, & Ioannes Bonifacius lib.2. de Historia Virg. cap.1. Doctor Io- Ioseph. Andr. sephus Andreas Decore.46. omnes nostri Magistri Coria. Ioannes Ierosolym. Coria, Lezana, Vinea Carmeli, Lezana. D.Franciscus Bonæ Spei, quod confirmans etiam Franc. Bonæ Spei. ex alijs Actorum locis cap.15. n.32. *Iudas autem, & Sylas, & ipsi cum essent Prophetæ verbo plurimo* Act.13. *consolati sunt fratres, & confirmarunt*: & cap.13. n.1. *Erant autem in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ, & Doctores.* Dicuntur autem Prophetæ, non quia prophetizarent in Ecclesia primitiva, sed quia erant ex Ordine Prophetico ad distinctionem aliorum, qui non erant ex tali Ordine, quod maximè confirmatur in limine sequentis quæstionis in primo sæculo.

QUÆSTIO VIII.

Oſtenditur continuata ſeries Carmelitarum abſque ulla interruptione à tempore Chriſti uſque præſens.

VT clarius, & evidentius rem ostendam, per 175. singula sæcula sigillatim procedam, brevitatis tamen gratia unum, vel alterum apponam Virum ex magnis, & gravissimis Authoribus, & ferè alienis.

Primo sæculo, seu tempore Apostolorum floruerunt in Carmelo S.Enoch de quo minimè est dubitandum, cum id exprimant Summi Pontifices in suis Bullis Sixtus IV. Iulius II. Gregorius XIII. *&* Sixt.IV. Iulius II. Gregor. XIII. *Sanctorum Prophetarum Eliæ, Elisæi, & Enoch, nec non aliorum Sanctorum Patrum, qui montem sanctum Carmeli inhabitarunt successionem hæreditariam tenentes*, & præter Pontifices id ipsum affirmant Luitpr. Euseb. Luitprandus, Eusebius Cæsariensis statim citandi.

Agabus, de quo fit mentio Actor.11.n.27.28. di- 176. Act.11. citur: *In his autem diebus pervenerunt ab Ierosolymis Prophetæ Antiochiam, & surgens unus ex eis nomine Agabus significabat per spiritum famem magnam,*

gnam. Fuiſſe antem ex Carmelitana familia con-
Euſeb. ſtat ex Luitprando, & conſtat ex Euſebio Cæſa-
rienſe lib.2. Hiſtoriar. Eccleſiaſt. cap.3. poſtquam
dixit apud Antiochiam florentiſſima congregata
Eccleſia, in qua erant etiam *Prophetici Ordinis*
S.Brig. *quamplurimi*, & poſt pauca ſubdit: *Agabus unus
ex eis.* Id etiam conſtat primo ex teſtimonio S.Pa-
Carthag. ginæ apud Carthagenam tom.4. homiliat. ex Dot-
lando in vita S.Annæ cap.6. ex Honophrio, & alijs
Sanctus Enoch ſupracitatus, & S.Agabus comites
fuerunt cum D.Marco in Ægyptum ad prædicatio-
nem Evangelicam, ubi D.Enoch. martyrio eſt co-
ronatus, Agabus redijt Ieroſolymam, & in Monte-
Carmelo ſanctiſſimè mortuus eſt, ut tradunt ijdem
Authores.

177. Thom. Thamay. S.Elpidius, de quo ſic ſcribit Thomas Thamay
de Vargas Regis Catholici Hiſtoricus antiquitatis
magnus indagator in ſua Bibliotheca n.101. ex
fragmentis Luitprandi ſic ait: *S.Elpidius, quem
S.Iacobus præfecit Toletanis primum Pontificem
Carmelita Monachus fuit, & in prima Petri concio-
ne converſus ad fidem, puta Novi Teſtamenti cum
ſocijs multis venit in Hiſpaniam*, & poſtea ſubdit
n.171. *Magna pars eorum, qui diſperſi ſunt in per-
ſecutione Sancti Stephani, & ad varias partes tran-
ſierant, & ad Hiſpaniam plurimi venerant, & erant
Sigib. ex Monachis; Montis-Carmeli prædicationibus
Iulius Chriſti, & Apoſtolorum, ad fidem converſi, in qui-
Perez. bus Elpidius, & ſocij Pontifices à S.Iacobo creati, &
poſtea martyres effecti.* Cum his conſonant Sigiſ-
bertus, Gemblacenſis in Hiſtoria Ieroſolymitana,
Julius Perez Archipresbyt. S.Iuſtæ Toletanæ tract.
de Eremitis n.15. Hæc dixi ut videas quanto fun-
damento, ac veritate dicitur, quod Carmelitæ fue-
runt Coadjutores Apoſtolorum in prædicatione
Evangelica.

178. Ioſeph. Antioch. Secundo ſæculo anno Chriſti 130. Joſephus An-
tiochenus *lib. Speculum perfectæ militiæ, & Eccleſiæ
primitivæ*, ſic ſcribit: *Perfectorum militum Chriſti
Apoſtolorum Coadjutores ſurrexerunt ſtrenuiſſimi
Viri Solitariæ contemplationi dediti, Sanctorum Eliæ,
& Eliſæi imitatores, qui de Monte-Carmelo deſcen-
dentes per Galilæam, Samariam, & Palæſtinam fi-
dem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt, quique in
Virginis Mariæ honorem in Montis-Carmeli de-
clivio fabricantes Oratorium Salvatoris Matri
ſpecialiſſimè ſervierunt.* De cujus tanti Scriptoris
eminenti auctoritate ex graviſſimis Authoribus
Lezana. multa affert Lezana tom.1. Annal. cap.6. n.2.

179. Euſeb. Tertio ſæculo anno Chriſti 320. Præclariſſimus
Author, & magnæ notæ Euſebius Cæſarienſ. lib.1.
Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.8. in quo videtur de fi-
lijs Prophetarum multa agere, ac tandem ſubdit:
*Apud Antiochiam florentiſſima Congregatio Eccle-
ſiæ, in qua etiam erant Prophetici Ordinis Viri
quamplurimi.* In hoc ſæculo vixit S.Spiridon. Car-
Ruſin. melita, ut teſtatur Ruffinus Hiſtor. Eccleſiaſt. lib.1.
cap.5. & alij multi, & ad firmandam hanc verita-
tem ſat eſt Divinum Officium, quod in feſto S Spi-
ridonis die 14. Decembris ita in Collecta dicitur:
Spirid. *Sancti Spiridonis Confeſſoris tui, atque Pontificis
nos Domine feſta tueantur, & ſicut ille Religionis à
Propheta Elia inſtitutæ fuit fidelis imitator*, &c. Ad-
fuit in Concilio Niſſæno, quod celebratum fuit
anno Chriſti 320. in quo etiam adfuit S.Serapion,
ac multi alij ex Ordine Carmelitano, ut ex multis
Lezana. gravibus authoribus probat M.Lezana tom.1. An-
nal. ad prædictum annum 325. n.2.3. & 4.

180. Quarto ſæculo anno Chriſti 409. & hac ætate
floruit ille magnus, ac præclariſſimus Author Joan-
nes Ieroſolymitanus quadrageſimus quartus An-
tiſtes, & ſcripſit librum de ſtatu Monachorum, in
quo toto agitur de ſtatu Monachorum Carmelita-
rum, & pro defenſione libri latè ſcribunt M.Leza- Lezana.
na tom.1. Annal. in Apparatu cap.9. & M.Fran- Bonæ
ciſcus Bonæ Spei in libro de viſione Eliæ ad finem. Spei.

In hoc ſæculo anno 460. magna perſecutio exor-
ta eſt à Mauris contra Carmelitas, ex quibus mul-
ti martyrio coronati ſunt; & quia Maurorum Sa-
trapæ albis induebantur veſtibus, coëgerunt, ut
Carmelitæ pallio barrato, ſeu varijs coloribus ute- D.Cyril.
rentur. Ita D.Cyrillus de proceſſu Ordinis cap.2.

Quinto ſæculo anno Chriſti 578. venit renova- 181.
tio antiqui Monaſterij Carmelitarum facta à Re-
caredo Principe, ut refert inſignis Chronologicus
Urbis Toletanæ Julianus Perez Archipresbyter Iulian.
Sanctæ Julianæ tract. de Eremitis n.15. ex anti- Perez.
quiſſimo exemplari ſic habet: *Toleti in ſuburbio
S.Mariæ de Alf. à temporibus antiquiſſimis templa* Petrus
Toletanorum, quo venerunt olim Monachi Carmeli- Sanct.
tæ, Idem habet Petrus Sanctius S.Eccleſiæ Tole-
tanæ Portionarius in ſua Hiſtoria ad annum 719.
Ægidius Gelenus Canonicus Hiſtoriogus lib.3. Gelenus.
Syntag.43.5.1. & multi alij.

Sexto ſæculo ad hoc ſæculum pertinet id, quod 182.
D.Ildophonſus de Flores ad cap.24. Eccleſiaſtici
n.1683. quod Hiſpali, quod Urbs exactis trabibus
ad Chriſtianos redijt, dum novo ſubſtruendo ædi-
ficio alta effoderentur fundamenta, inter egerenda
rudera, extrahendas prictinas: *Marmoream inven-
tam fuiſſe ſtatuam Monachi Carmelitæ.* Omnium
ſententia eo loco Gothorum Imperio occluſam te-
ſtis eſt Morgadus lib.5. de Hiſtoria Hiſpalenſi
cap.13. Tempus autem Gothorum, & perditio Hiſ-
paniæ juxta probabiliorem ſententiam ſequitur D.
Bernardus de Britto a.p. Monarch. Luſitanæ lib.7.
cap.2. contigit anno Chriſti 713. proinde illa imago
fuit elaborata ad minimum anno 600.

Septimo ſæculo anno Chriſti 707. fuit funda- 183.
tus, ac ædificatus Conventus Carmelitarum Se- Convent.
nenſis, ut conſtat ex multis inſtrumentis authenti- Senen.
cis antiquiſſimis, & ex monumentis in lapidibus
exaratis, inſtrumenta authentica habentur in
Tranſpòntia, copiam inſtrumenti authentiſſimi
cum illius reædificatione affert M.Lezana tom.3.
Annal. ad annum 796. n.8.

Octavo ſæculo Stephanus V. anno 816. conceſ- 184.
ſit multas indulgentias viſitantibus Eccleſias Fra- Steph V.
trum Ordinis Beatiſſimæ Virginis de Monte-Car- Leo IV.
melo. Similiter Leo IV. anno 847. Adrian. II.
anno 868.

Nono ſæculo Sergius II. anno 97. conceſſit mul- 185.
tas Indulgentias viſitantibus Eccleſias Carmelita- Serg. II.
rum Ioannes X. anno 913. & Ioannes XI. an.931. Ioan. X.

Decimo ſæculo Alexander II. anno Chriſti 1061. Ioan XI.
multas conceſſit Indulgentias viſitantibus Eccle- 186.
ſias Fratrum Ordinis Beatiſſimæ Virginis de Mon-
te-Carmelo, quæ omnes conceſſiones referuntur in
diplomatibus authenticis Sixti IV. Gregorij XIII.
& Clementis X.

Undecimo ſæculo Concilium Lugdunenſe Lug- 187.
duni celebratum die 7. Maij anno Chriſti 1274.
ſub Gregorio X. expreſsè facit mentionem de Car-
melitanis; ait enim: *Cæterum Eremitarum S.Au-
guſtini, & Carmelitarum, quorum inſtitutio, dictum
Concilium generale* (ſcilicet Lateranenſe) *præceſſit
in ſolido ſtatu volumus permanere.*

Et deinceps non ſolum per ſingula ſæcula, ſed 188.
per ſingulos annos multa magna, & mirabilia in
Ordine Carmelitano contigerunt, & Summi Pon-
tifices magnis favoribus illuſtrarunt, quæ valde
prævia ſunt omnibus, & ad me non pertinet ea re-
ferre,

ferre, ſicut & in ſuperioribus ſeculis ex multis dicendis in unoquoque unum, vel alterum retuli, ut altius rem explicarem, & facilius memoria retineretur.

QVÆSTIO IX.

Oſtenditur regula Alberti valde ſublimis, & perfecta.

Aliquorum ora etiam Sancta non pariant. 2.Cor.6.

189. DE quibuſdam contumalioſis ait Regius Vates Pſalm.72.0.9. *Poſuerunt in Cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſivit in terram. In Cœlum nempe poſuerunt os ſuum.* Explicat Lorinus denotans per contemptum, nempe in Sanctos Dei, in quibus Deus inhabitat, 2.Corinth.6.n.16. *Et lingua eorum tranſivit in terram*, nempe in homines habitantes in terra, ſunt aliqui ita infenſi noſtræ Sacræ Religioni, ut nos calumniantur, & etiam in præclariſſimos noſtros Sanctos cum Chriſto regnantes invehantur, eiſque non parcant.

Obiectiones contra regulam Alberti.

190. Dicuntque regulam, quam nobis tradidit S. Albertus Patriarcha Ieroſolymitanus Legatus Sedis Apoſtolicæ *eſſe brevem, imperfectam, diminutam, nihilque in ea agitur de ſubernatione Prælatorum, nihil de regimine Monialium, nihil de ſtudio, nihil de canta, nihil de Choro.* Sanctiſſimi Patriarchæ Religionum in ſuis regulis tradendis fecerunt verbum abbreviatum, ut ſe habuerunt D.Auguſt. D. Baſil. D.Benedictus, D.Ignatius, cujus regula tot ferè capita habet, ac regula Alberti, & unumquodque caput tres, vel quatuor regulas habet, & poſtea in unaquaqua Religione prodierunt conſtitutiones, Statuta, Decreta, & quotidie in Capitulis generalibus creantur prout occaſio, ac tempus poſtulat.

Patriarcha in regulis verbum abbreviarunt.

191. Ad quod dicitur, quod in regula nihil de regimine Monialium, nihil de ſtudio, ac cantu habetur: S.Albertus tradebat Eremiticis, ut expreſsè dicitur in prologo Regulæ: *Albertus Dei gratia Ieroſolymitana Eccleſia vocatus Patriarcha dilectis filijs Brocardo, & ceteris fratribus Eremitis, qui ſub ejus obedientia vivant.* Eremitæ, qui vivunt in deſerto, ac ſolitudine ſeparati à ſæcularibus, & totum eorum ſtudium eſt meditatio, ac contemplatio Divinorum, quid illis cum Monialibus, cum ſtudio, cum cantico, & etiam de his nihil agunt in ſuis regulis D.Anton. D.Hilarion. D.Baſilius, D.Benedictus, D.Auguſt. ergo omnes iſtæ regulæ ſunt imperfectæ, nullus hoc dicet, imò ad hæc omnia datur poteſtas Priori generali in regula, ut ſtatim explicabo.

Albertus dabat regulam Eremitis.

192. Id autem, quod dicitur nihil eſt in regula de ſubordinatione Prælatorum, hoc autem nullo modo poteſt dici; nam de priori dicitur cap.6. *de arbitrio, ac diſpoſitione ipſius poſtmodum, qua agenda ſunt cuncta procedant* ſcilicet, quæ fuerint convenientia ad bonum regimen Religionis, ſicut ex eo, quod Chriſtus D. dixit Petro, ejuſque ſucceſſoribus: *Paſce oves meas*, Ioan.21.n.17. dedit eis amplam poteſtatem ad regendam, & gubernandam Eccleſiam in omnibus, quæ fuerint convenientia, & neceſſaria, & ad faciendam ſubordinationem Prælatorum ad creandos Legatos, Cardinales, Patriarchas, Biſpos, &c. ut latè probat Sebaſtianus Cæſar de Hierarchia Eccleſiaſtica contra hæreticos q.1. procemiali, prout tempora, & occaſiones poſtulant.

In facultate cuncta agendi poteſtas ad omnia. Ioan.21. Cæſar.

193. Sic etiam cum in regula datur poteſtas priori *ut de arbitrio ipſius cuncta procedant*, datur ei facultas ad omnia, quæ fuerint neceſſaria, & convenientia ad paſcendas ſuas oves; ut ad ſubordinationem Prælatorum, & etiam ſtudium, & Moniales & Legiſlatores in ſuis legibus nunquam potuerunt comprehendere omnes caſus futuros, & ideo noſtræ ordinationes Regni Portugalliæ, quæ fuerunt diſpoſitæ, & ordinatæ à viris doctiſſimis, juris peritis. Ita habent lib.3. titul.64. *Se aliqui contigerint caſus de quibus in Ordinationibus non diſponitur, tunc obſerventur leges Canonica, & Imperiales, & ſi in his adhuc non fuerint teneantur Gloſſa Acurri, dende deciſiones Bartoli, ac ad quod magis accedit ad communem praxim:* quam doctrinam communiter tenent omnes juriſperiti Gregor. Azevedus, Valaſcus, Caldas, Perez, Gratianus, & alij multi quos citat Emanuel Barboſa in Deciſionibus ad Ordinationes citato loco fol.421. & ideo in Religionibus in Capitulis Generalibus fiunt paſſim nova decreta, & ſtatuta prout occaſiones temporis poſtulant, ut jam notavit D.Baſil. *in Regalis Brevioribus q.*48. & eſt ſecundum jus commune ut tenet Navarrus *in cap.Nullam* 18. *q.*2.*n.*10.& 15. Bellar. *tom.*1.*tract. de Romano Pontif.* poſt initium. Thom. de Ieſu ſuper Regul.Carmel.cap.1. Gloſſ.1.

Gravissima cum conſilio. Ordinatio Portugallia. Legiſlator non comprehendit omnes caſus. Barboſa. D.Baſil. Navarr. Bellar. Thom. Ieſu.

Id autem, quod dicunt ab Adverſarijs nihil de Choro, hoc nullo modo poteſt dici; nam expreſsè dicitur in Regula cap.10. *Oratorium conſtituatur in medio Cellularum*, & cap.8. dicitur: *Hi, qui cum Clericis horas Canonicas dicere norunt, eas dicant.* Quod dicatur Oratorium, vel Chorus quæſtio eſt de nomine, & hoc eſt, quod ait D.Auguſt. *Novis nominibus, res autem ipſa ante nomina ſua erant.* Et fortè antiquitus quod dicitur Chorus Oratorium vocabatur, ſicut & Eccleſia etiam ab aliquibus Oratoria dicebatur, & patet ex Breviario die 9. Novembris in Dedicatione Baſilicæ Salvatoris in quarta Lectione, ubi dicitur; *Nam etſi jam ab Apoſtolorum tempore loca fuerunt Deo dicata, qua à quibuſdam Oratoria ab alijs Eccleſia dicebantur.* 194.

Chorus expreſſus in Regula.

Quam autem perfectiſſima, ac ſublimis ſit regula Alberti, conſidera multum in ea de abſtinentia carnium per totam vitam, *à carnibus abſtinebis*, c.13. In ea multum jejunij per ſeptem menſes *à feſto Exaltationis S.Crucis uſque ad diem Dominica Reſurrectionis cap.*12. In ea multum de oratione, ac meditatione. *In lege Domini meditantes die, ac nocte*, cap.7. & ut notant Thomas à Jeſu, & M.Lezana ibi n.78. In nulla alia regula tam continuè, ac ſtrictè commendatur Oratio, ac meditatio, ut in hac regula multum in ea de omnimoda ſeparatione, à converſatione, negotio, ac contractu cum ſæcularibus cap.7. *Maneant ſinguli in Cellulis ſuis die, ac nocte in lege Domini meditantes.* In ea multum de recitandis Horis Canonicis *ſecundum inſtitutionem Sanctorum*, cap.8. tam quoad Breviarium, tam quoad tempus diei, & noctis per varias ſtationes, & hoc eſt quoad eos, qui Horas Canonicas dicere norunt, quo vero ad laïcos etiam Horas Canonicas per multiplicatas vices Pater noſter mandatur. 195.

Ex multis oſtenditur regula Alberti perfectiſſima. Thom. à Ieſu. Lezana.

Multum in ea de non habendo proprio cap.9. *Nullus aliquid ſibi proprium dicat, ſed ſint vobis omnia communia*, ut erat in primitiva Eccleſia, & Apoſtolica, Act.5. *Nullus aliquid ſibi eſſe proprium dicat.* In ea multum de communi refectione in Refectorio, extra quod, ut tenet Joannes à Jeſu non licebat aliquid manducare; multum de humilitate, ac reverentia erga Prælatos, ac de omnibus virtutibus in particulari. 196.

Act.5. Ioan. à Ieſu.

Pro clauſula hujus, & magnæ præeminentiæ 197.
iſtius

iſtius Regulæ attente conſidera, quod tradita fuit à Saoctiſſimo Viro Alberto Patriatcha Ieroſolymitano, humiliter ſoſcepta ad cuſtodiendom, ac gubernandum à Sanctiſſimo Vito Bocardo tettio Generali. Et cum Seraphica Mater Thereſia de Jeſu cum Sanctiſſimo Viro Joanne à Ctuce, cum de reformatione Religionis agerent, nullam aliam regulam dederunt, niſi ipſam regulam Alberti. Et cum etiam ipſa Seraphica Mater Thereſia cum Sanctiſſimo Viro Petro de Alcantara de promotione Religionis agerent eadem in tegula perſtiterunt. Ecce hæc Regula fitmata, ac corroborata eſt authoritate quinque Illuſtriſſimotum Sanctorum, & non deſunt, qui eam corrodant, ac vellicare contendant, ut diminutam, & impetfectam, ac ſi illi majorem gratiam, & ſpiritum à Deo accepiſſent, quam illi quinque illuſtriſſimi Sancti, pto quo taoto ſpiritu multas referant Deo gratias.

Textus. *Et peculiari quodam affectu Beatiſſimam Virginem (cujus colloquijs, ac familiaritate feliciter frui potuerunt), adeo venerari cœperunt, ut primi omnium in eo Montis-Carmeli loco, ubi Elias olim aſcendentem nubeculam Virginis typo inſignem conſpexerat, eidem puriſſimæ Virgini ſacellum conſtruxerint.*

EXPOSITIO.

198. CUm illi ptimi Carmelitæ io ſumma teverentia haberent ſacratiſſimam Virginem Mariam, exhibitio operis probatio eſt amoris, eidem puriſſimæ Virgini ſacellum conſtruxerunt ea diligentia, ac ſervitote, qua eo modo potuerunt.

QUÆSTIO X.

Conſideratur ſumma felicitas eorum, qui digni habiti ſunt Sanctiſſimam Virginem Mariam videre, & audire.

199. O Centum millies millium feliciſſimi, & centum millies millium veſtram felicitatem invideo, qui digni habiti fuiſtis videre *Illud magnum miraculum Divinæ potentiæ*, ut eam appellat D. Damaſcenus Orat. de Dormit. Virg. nam ut rectè ait D. Amadæus homil. 7. de laudibus B. Virg. Mariæ: *Mira denique pietate primitivæ Eccleſiæ proviſum eſt, ut quæ Deum in carne hac præſentem jam minimè cerneret, matrem ejus viſu jucundiſſimo recreata videret; quid enim tam jucundum, quid tam decorum, ac delectabile, quam Matrem Salvatoris, & Redemptoris videre.* Cujus præſentia non ſolum eſt perjucunda, ac delectabilis hominibus, ſed etiam ipſi Deo, & Angelis, ut revelatum legitur B. Brigittæ ſerm. Angelico cap. 11. ubi dicitur: *Quemadmodum Deus, & Angeli de ejus anima venuſtate gloriabantur in Cœlis, ita etiam glorioſiſſima ejus corporis pulchritudo, omnibus eam cernere cupientibus utilis fuit, & conſolatoria in terris.*

D. Amad.
Præſentia Virginis gratiſſima Deo, Angelis, & hominibus.
S. Brigit.

200. Poſtquam Elias idololatriæ triumphator populum obcœcatum, ac per multos annos errantem in adoratione Baal, ad cultum, & venerationem veri, & Divini Numinis adduxit, & ut fides fortius plantata permaneret, 3. Reg. 18. n. 40. Omnes Magiſtros, & promotores malorum Prophetas Baal interfecit, ut ait D. Baſilius homil. 10. de ira: *Hoc fecit juſta, ſapientique indignatione in populi utilitatem.* Aſcendit deinde in verticem Carmeli, & *Ecce nubecula parva quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari.* Ibidem n. 44. in qua tamquam in typo ſacratiſſimam Virginem meruit videre, ut dicitur in Lectione, & eſt communis ſatis ſententia; ſed cur modo ad tantam viſionem elevatur; quia, ait, D. Auguſtinus contra Manichæum: *Non tardat Deus reddere mercedem ſervis ſuis.* Magoom obſequium præſtitit Elias Deo, ut populum errantem, atque idololatrantem ad ejus cultū advocaret, in eoque firmaret interfectis criminum auctoribus, tam magnum obſequium magna remuneratione exoptabat, quæ valde magna, & ſublimis extitit, dum ipſe ſublimatur præſentia, ac viſione ſupremæ, & omnium Reginæ.

3. Reg. 18
D. Baſil.
D. Aug.
Pro magno merito datur Eliæ videre umbrā Virginis Mariæ.

201. Si pro remuneratione magni obſequij pro præmio, ac ſumma felicitate datur Eliæ videre ſanctiſſimam Virginem in typo, exinde conſidera quantum gratiæ auſpicium ſunt aſſecuti, qui ejus præſentiam videre meruerunt, ac ejus colloquijs feliciter frui potuerunt, quod bene agnoſcebant ſodales filiæ Sion, & ab ea poſtulabant: *Revertere, revertere Sunamitis, Revertere, revertere, ut intueamur te*, Cantic. 6 n. 12. Non requirunt ab ea dona, bona, ac rerum multiplicationem, ſed ejus intuitum, & hoc cum magna inſtantia, ut per quaternas vices repetant, ut notat Juſtus Orgelitanus; ſciebant enim, quod omnium bonorum affluentia ab ejus intuitu dimanabat; ſic de Elia dicitur Eccleſ. 48. n. 11. *Beati ſunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati ſunt*, quanto majori, altiori, ac potiori jure acclamandi ſunt Beati, qui Sanctiſſimam Virginem viderunt, ejuſque amicitia decorati ſunt.

Cant. 6.
Nil poſtulant à Virgine niſi ipſā videre.
Eccl. 48.

202. Sacratiſſima Virgo: *Emiſſiones tuæ Paradiſus malorum punicorum, cum pomorum fructibus*, Cant. 4. n. 13. Cuncta, quæ à te emanabant, opera, verba, geſtus, inceſſus, odor exhalabant cœleſtem Paradiſum gratiarum, ac divinorum donorum, *malorum punicorum*; explicat Theodoret. ſummæ charitatis rubentis cum unione omnium virtutum, *ſicut malum punicum multa grana in ſe complectitur*: Unde additur: *cum pomorum fructibus.* Verba, & opera Virginis redolebant fructus, virtutes, geſta omnium juſtorum, ac Sanctorum; quæ omnia in B. Virgine, tamquam in compendio recapitulabantur. Unde merito ad illam ait Divinus Spiritus: *Sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua decora*, Cant. 2. n. 14. Vox dulcis tam interna orationis, meditationis, ac contemplationis: & externa, quia ejus verba exhalabant quendam divinum, ac lætificum odorem: *Facies tua decora*, ut ait Origen. apud Cornel. *Quia in illa, quaſi in ſpeculo imaginem ſuam repræſentatam Sponſus aſpiciat.* Theodoretus: Ejus facies tota expolita cœleſtium gloriam ac veluti repræſentabat quandam cœleſtem beatitudinem. Vel D. Ambroſ. ſerm. 6. in Pſalm. 118. *Oſtendit faciem ſuam ſignaculum crucis præferens.* Ejus facies repræſentabat victoriam, ac trophæum, quod Chriſtus ſua cruce obtinuit. O ſuprema omnium felicitas, qui talem vocem audierunt, & talem divinam faciem viderunt!

Cant. 4.
Theod.
Verba, opera Virginis cœleſtis Paradiſus.
Cant. 2.
Origen.
Theod.
D. Amb.
Ejus facies beatitudinē ac victoriā crucis repræſentabat.

203. Merito D. Bernard. ſerm. de Aquæductu: *Te ô Virgo appellat ſolare corpus, quo mundum illuminas.* Et ad illa verba *Amicta ſole*, Apocalypſ. 12. n. 1. Richard. de S. Laurentio lib. 15. Sol iſte tenebras defugat, cuncta illuſtrat, ac germinare facit in fructus: *O Sanctiſſima Virgo ſplendidior Sole tua luce tenebras errorum, ac peccatorum depellis, præſentia tua univerſa illuminas, ac in gratia, ac juſtitia fructus parturire facis.*

D. Bern.
Richard. à S. Laurent.
Virgo ſuo aſpectu producebat fructus gratiæ.

204. Quos Sanctiſſima Virgo Maria aſpiciebat ferventes

Ildeph. ventes in charitate efficiebat, ait D. Ildephunſus ſerm. 1. de Aſſumpt. *Vide Beatam Mariam, quam* *Ignis charitatis.* *velut ignis ferrum Spiritus Sanctus totam decoxit, incanduit, & ignivit tanto amore Dei, & hominum.* Veniens Spiritus ſanctus in Virginem totam eam igne divino inflammavit, reddiditque eam tamquã ferrum ignitum, qui ſuum calorem non in ſe continet tantum, ſed in circunſtantes diffundit, & ſpargit, ejus præſentia Virgines creabat, ita ait D. Ambroſ. lib. Inſtitut. Virg. ſic ait: *Beata Maria tanta* (D. Ambr.) *fuit gratia, ut non ſolum in ſe Virginitatem ſervaret, ſed etiam his, quos viſeret, integritatis inſigne conferret.* (*Virgo faciebat.*) De ejus humilitate, modeſtia, ac manſuetudine audi eloquentem Idiotam, qui ait de ipſa: *Cum multa gravitate ejus præſentia ſchola erat humilitatis, modeſtiæ, ac manſuetudinis.* Schola, in qua omnes diſcerent, tot, tantaſque virtutes.

204. Maxima expanſione dignum eſt, quod mortuo Actor. 8. Saocto Stephano, ut dicitur Actor. 8. n. 1. *Facta eſt autem in illa die perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudææ, & Samariæ præter Apoſtolos.* Ita ut Doroth. exiſtiment Dorotheus, & alij, ut ibi retuli q. 1. n. 6. quod in illa die occiſi fuerint duo millia, ex his, qui Chriſti nomine dicebantur, præter omnes alios diſperſus fugientes per varias regiones, eacepris Apo- Act. 5. ſtolis, qui fuerant incarcerati, & flagellati, Act. 5. n. 17. & 40. & tamen cum Sacratiſſima Virgo eſ- Math. 13. ſet valde cognita, ut Chriſti Mater, Matth. 13. n. 55. nec modo in hac occaſione, nec cum ſteterit apud Crucem, aliquid factum, vel dictum inordinatum, ac incompoſitum contra eam actum eſt, nec in minimo verbo ullam paſſa eſt offenſam.

205. Clamant ſodales ad Sacratiſſimam Virginem Mariam: *Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor* Cant. 4. *thuris*, Cantic. 4. n. 11. Quænam ſunt iſta Virgi- Caſſiod. D. Greg. Beda. nis Mariæ veſtimenta? Caſſiodur. S. Gregor, Beda, ſunt virtutes externæ, quæ in omnium oculis apparebant, ut modeſtia, humilitas, verecundia, reverentia, obedientia, mira doctrina in docendo: Sicut odor thuris, cur non alterius, ut balſami? Thus (*Virtutes Virginis dabant odorem divinitatis.*) inter omnia aromata, & maximè dedicatum eſt Deo, ac tamquam divino cultui pertinens; Inde virtutes, quæ in Sanctiſſima Virgine relucebant maximè videbantur ad divinum Ordinem pertinere, quam humanum, divinumque odorem ex ſe exhalabant, unde merito ait D. Amadæus citatus, *Quo ſe verteret, Paradiſus erat*, ſua præſentia virtutum Paradiſum plantabat.

266. Ex quo præclarè D. Dionyſius Areopagita cum D. Dion. Areopag. veniſſet in Ieruſalem ad eam videndam, & cum ad ejus præſentiam adveniſſet exclamavit: *Niſi fides me doceret, te ut verum Deum crederem, & adorarem.* Tanta ea majeſtas, ac ſublimitas relucebat, ac radiabat.

QUÆSTIO XI.

Qualiter ſe habuit Sanctiſſima Virgo Maria cum ſuis devotiſſimis Carmelitis, & ipſi erga eam, ſupremam Reginam?

207. Conſtans, ac firma doctrina erat inter filios Eliæ, quod ipſe in vertice Carmeli in nubecula parva vidiſſet Sacratiſſimam Virginem Mariam, eamque ſummo cultu veneraſſe: *Pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua*, 3. Reg. 18. 3. Reg. 18 n. 42. utpote Matrem Redemptoris, in ejuſque honorem ædiculam ei ædificaſſe; Hac doctrina educati filij Eliæ paterno quodam affectu æſtuabant, ut ipſam Virginem Matrem Dei viderent, & adorarent; Cum autem adveniſſet tempus conſtitu- (*Filij Prophetarũ deſiderabant Virginem videre.*) tum noſtræ ſalutis, & Joannes Baptiſta, & Apoſtoli prædicarent fidem Chriſti, eorum vocibus filij Eliæ confeſtim Catholicam fidem ſunt amplexati, & illico tamquam paterno, ac hæreditario impulſu ſe conſtituerunt ad oſculandos pedes Sacratiſſimæ Virginis, ut viderent, & adorarent *illud magnum miraculum*, ut ait D. Damaſcenus de dormit. Virginis *Divinæ Omnipotentiæ*, quod per tot ſæcula magno deſiderio flagrabant.

Eoſque Sanctiſſima Virgo tamquam eorum af- 208. fectibus vicem rependens, materno, ac benevolo amore excepit, & ut D. Hieronymus, Caniſius, D. Hier. Caniſius. Eſoph. lib. 1. de Virgine inquiunt: *Ipſa eſt ſcientiarum illuſtratrix.* Et Divus Eſophonius ſerm. de Aſſumptione eam appellat *Normam, & formam diſciplinæ Chriſtianæ.* Et ut ſuprema omnium Doctrix, ac Magiſtra ſuos Eliæ filios in multis, magniſque fidei myſterijs illuſtravit, diſciplinam, ac doctrinam Chriſtianam docuit, multa, & alta documenta præbuit ad perfectionem virtutis, & ad implendum prædicandi Evangelium miniſterium.

Inſuper honoravit Sacratiſſima Virgo præſen- 209. tia ſua viſitans Carmelum, ut Sancta Emeren- S. Emerentia. tia, Mater Sanctæ Annæ, Aviaque Sacratiſſimæ Virginis frequenter viſitabat Carmelum, ut te- ſtantur Petrus Dorlandus apud Ludolphum de Sa- Ludolph. Trimet. Paleod. xonia *in fine vitæ Chriſti.* Trimerus *de Scriptoribus Eccleſiaſtic.* Paleonidorus *de antiquitate Ordinis Carmelit. lib. 2. cap. 5.* Joſephus de Jeſu Ma- Ioſeph. ria *in Hiſtoria Virgin. lib. 2. cap. 6. n. 4.* quod faciebat S. Emerentia ob magnas, & præclaras virtutes, quæ in filijs Prophetarum ibi, ut latè deſcribit inſignis Author Joſeph. *lib. 18. antiquitat. cap. 18.* & poſt multa ſubdit: *Quod ita reſplendebant in omni perfectione, ac exercitio omnium virtutum perſeverantes per multa tempora, ut ſuperexcederent cæteras nationes.* Similiter Plinius Plinius. de eis agens lib. 1. naturalis Hiſtoriæ cap. 17. ait: *Gens Sola, & toto Orbe præter cæteras miranda.* Euſebius de præparatione Evangelica li- Euſeb. bro 8. cap. 4.

Sanctiſſima Virgo ex ſua ſumma benignitate, 210. ac clementiſſimo affectu in filios Eliæ, paternis (*Virgo viſitat Carmelum.*) inhærens, eximiaſque illorum virtutes honorare, ac condecorare volens, ut magis in virtute creſcerent, ac proficerent, Carmelum viſitat, eiſque ſuam ſaluriferam benedictionem impendit, ut narrantur Joannes Groſſus *in ſuo Viridario clavi 1.* Joannes de Cimento *in Speculo Or-* Ioan. Groſſ. Ioan. Cimeok. Mant. Adrian. Michov. Catthag. Ioſeph. Andr. Armach. *din. cap. 4.* & canit Mantuan. *in Parthenic. lib. 3.* Adrianus Lytæ *in Triſagio Mariano lib. 1. ſer. 15.* ex familia Prædicatorum Iuſtinus Michovienſis *tom. 2. ſup. Litan. Lauret. diſcurſ. 231. num. 6.* ex Seraphica M. Carthagena *lib. 17. homil. 3.* ex Sacra Societ. Doctor. Joſephus Andreas Decore Carmeli 11. Illuſtriſſ. Epiſcop. Armach. apud Vvaldenſ. tit. 9. cap. 83. qui dictus Epiſcopus rectè conſiderat, quod Carmelitæ cum vidiſſent Sacratiſſimam Virginem venientem ad eos ipſam exceperunt verbis S. Elizabeth, *Unde hoc mihi, ut mater Domini mei veniat ad me.*

Cur Carmelitæ Coadjutores Apoſtolorum eſ- 211. ſent profecturi per totum Orbem cum ipſis Apo- (*Virgo benedixit Carmelitis.*) ſtolis, ut Sanctus Elpidius, & ſocij ejus cum S. Jacobo in Hiſpaniam, S. Enoch cum D. Marc. in Ægyptum, ut dixi ſupra q. 8. n. 176. Oſculantes pedes Sanctiſſ. Virgin. ipſa dedit eis ſuam benedictionem, quæ ipſis fuit tamquam fœcundiſſimum germen ad

uberes fructus in prædicatione procreandos, & præſidium in omni labore, ac preſſura, in omni neceſſitate, & anguſtia. Mittens Chriſtus D. ſuos diſcipulos ad prædicandum *præcipit eis ne quid portarent in via, niſi virgam*, Marc.6.n.8. Quænam eſt; hæc virga, quæ portari mandatur? Eſt illa, de qua agitur, Iſai.11.n.1. *Egredietur virga de radice Ieſſe*, quæ eſt Sanctiſſima Deipara, cujus umbra portanda eſt ab omnibus ad illuminandum in doctrina, & prædicatione, & umbracula in omni labore, & tribulatione. Richard. de S. Laurentio lib.12. de laudibus Virgin. ait: *Maria eſt via prædicationis, ac doctrina, quæ ſola datur Prædicatoribus, ac Doctoribus ad portandum in via, qui enim habere poſſet hanc virgam comitem, non deeſſet ei gratia, non doctrina, vel aliquid neceſſarium.*

Marc.6. Iſai.11. *Maria Virga ad illuminandum, & cuſtodiendū.* Richard. de S. Laur.

QUÆSTIO XII.

Expenditur viſio Eliæ in Monte-Carmelo.

212. *Montis-Carmeli magna opinio.* Montis-Carmeli ſemper fuit alta, & ſublimis opinio, ac veneratio illius excellentiæ ob virtutem, ac probitatem morum habitantium in eo nō ſolum apud Hebræos, ſed etiam apud exteras nationes, ut jam notavi ſuperiori quæſt. & etiam tradunt Joſephus *lib.2 de Bello Iudaico cap.7.* Sueton. *in Veſpaſiano n.5.* ibi: *Apud Iudæam Carmeli Dei oraculum conſulentem*, & Tacitus *lib.2. Hiſtoriæ ad finem*, Iamblicus *apud Eugubinum lib.2. cap.2. ad quæſtionem.*

Ioſeph. Sueton. Tacit. Iamblic.

213. Poſt peractum ſacrificium illud magnum, ac Releamites errorum, ac malorum Magiſtros occiſos, aſcendit Elias ad verticem hujus ſancti Montis-Carmeli tamquam omnia terrena ad ſe dimittens, ac ſuper illa ſe elevans: *Pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua*, flexiſque genibus proſtratus totus in faciem ſuam ſuper terram cum ſumma humilitate, fervendo, ignito, ac modeſto animo, Deum exorat, tot, tantiſque præparationibus Divino Spiritu inſpirante, ut ſe præpararet, ac diſponeret ad tam ſublimem, & altam Virginis Mariæ viſionem, quam Deus ordinabat illi manifeſtare in remunerationem tam magni meriti idololatriæ per eum deſtructæ.

Præparat ſe Elias ad ſanctam viſionem.

214. Cum Elias eſſet in vertice Carmeli, qui eſt contra mare dixit puero ſuo: Reſpice, & vide, an aliquid aſcendat de mari, quod cum contemplatus eſſet per ſex vices, & nihil videret, quod aſcenderet, *In ſeptima autem vice ait: Ecce nubecula parva, quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari*, 3.Reg. 18.n.44. In qua nubecula ei repræſentata fuit, ac revelata Sanctiſſima Virgo Maria in ſua pura, & immaculata Conceptione, ut habet graviſſimorum Authorum conſenſus.

3.Reg.18 *Revelatio Conceptionis.*

215. Antiquiſſimus, & magnus Author Joannes Ieroſolymitanus floruit anno 400. lib. de ſtatu Monachor.cap.32. & ſic ait: *Per illam nubeculam revelavit Deus Eliæ, quod quædam infantula, ſcilicet Beata Maria per illam nubeculam ſignificata eſt, & inſtar illius nubeculæ per humilitatem parva naſceretur de humana natura peccatrice deſignata per mare, quæ infantula jam in ſuo ortu eſſet munda ab omni peccatorum ſorde, quemadmodum nubecula illa fuit de mari amaro; tamen ſine aliqua amaritudine, licet tamen nubecula illa eſſet originaliter à mari, alteriuſque proprietatis; mare quippe ponderoſum eſt, & amarum, ſed nubecula illa levis fuit, & dulcis, ſic etiam Beata Maria de Mari, ſcilicet natura humana, aliter tamen fuit orta.* Idem aſtruunt, & affirmat Epiſcop. Armac. *ſerm. de Concept.* & ſimiliter tenet explicant, & docent Vvaldenſ. *tom.3. de Sacram. tit.19. cap.86.* M. Carthagena *tom.4. homil. pro Carmelit.* Petrus Ozeda *in forma pro illibata Conceptione Virginis.* Ægidius Luſit. *de Concept. Virg. lib.3.quæſt.4. art.1. §.1.n.8.* Fernand. de Salazar *de Concept. Virg. cap.38. n.11.* D. Anton. Eſcobar de Mendoza *ad 3.Reg.18. n.4.* D. Alphonſus Flores *in Eccleſiaſt. n.577. & 1668.* Adrianus Liræus *Triſſag. Mariæ lib.1. ſon.30.* Laurent. Chryſogonus *in ſuo mundo Mariano diſcurſ.17.num.49.* Maratius *de fundatoribus Marian. cap.1.* Iodocus Clithoveus Canon. Colonienſis *in ſerm. pro Ordin. Carmelit.* Iuſtinus Michovienſis Ordin. Prædicatorum *in oper. ſuper Litanias Lauretanas diſcurſ.212.* Doctor Ioſephus Andreas *Decore Carmeli.30.* Ecce tot Doctores ex omnibus Sacris Religionibus, ac ex ſacra Societate Jesu.

Ioan. Ieroſol. Armac. Vvald. Carthag. Ozeda. Ægid. Luſit. Salazar. Eſcobar. Flores. Liræus. Chryſog. Maratius. Clithov. Michov. Ioſeph. Andr.

216. Ex noſtro ſacro Ordine omnes, qui ſcripſerunt, & præter Vvaldenſ. jam allegatum quinque citabo Doct. Ioan. Bachon. *in 4.diſt.2.q.3.art.1.* M. Lezan. *de Concept. cap.2. fol.7. & 1.tom. Annalium ad ann. mundi 4037.n.8.* M. Vvaſtal. *Vindic.* Mag. Daniel à Virgine *Vinea Carmeli n.77. & 230.* M. Franciſcum Bonæ Spei *lib. de Concept. diſp.3. Præſuppoſit.2.n.130. & deinceps*, & ego ipſe *tom.1. in Evang. lib.1. cap.3. q.1.n.5. & opuſc.3. reſol.1.q.3. per totum.* Rem tamen altius expendamus.

Vvald. Bachon. Lezana. Vvaſtal. Bona Spes.

217. *In ſeptima autem vice ecce nubecula.* Per illam ſeptimam vicem ſignificantur ſeptem Spiritus dona quæ in Virgine eminent, ſed ante ipſam nubeculam, ſeu Virginem ſeptem dona divini Spiritus apparent, quia prius fuit in illa gratia, quam natura, D. Damaſcen. de Nativit. Virg. ait: *Natura progredi non eſt auſa, ſed parumper expectavit, donec gratia, fructum ſuum peperiſſet.* Ad hoc pertinet illud, quod dicitur in Pſal.77.n.69. *Ædificavit ſanctificium ſuum in terra, quam fundavit in ſecula.* Arabic. D. Hieron. Chaldaic. *Sanctuarium ſuum.* Humanus artifex in conſtruendo ædificio, prius cogitat de fundamento, & poſtea de tecto componendo; at in magno Mariano conſtruendo, prius ordinat illius Sanctuarium omni gratia, ac cœleſti dono, deinde illius fundamenta ponit, ac creat, ſcilicet humanam naturam, ita totum locum explicat D. Bonavent. in Speculo de Sanctiſſ. Deipara adducens etiam illud *ſanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus*, Pſalm 45.n.5.

In Virgine prius gratia, quam natura. D. Damaſc. Pſal.77. Arabic. D. Hier. Chald. D. Bonavent. Pſal 45.

218. Ecce nubecula, Ecce, rem grandem denotat, nubecula parva per humilitatem. Et cur Sanctiſſ. Virgo apparet in nube, cur non potius in nebula, vel radio? Ioan. Ieroſol. *Quia prius dictum erat; Ecce gloria Domini apparuit in nube*, Exod.16.n.10. quæ tota in hac Mariana nube maximè reſplendet.

Ioan. Ieroſolym. *Gloria Dei reſplendet in Maria.* Exod.16.

219. *Aſcendebat.* Non ait, exibat, tamquam aliquid ſecum ferens de mari, ſed aſcendebat ſuper omnem naturalem conditionem, Iſai.53.n.2. *Aſcendet ſicut radix de terra ſitienti*, quod de B. Virgine exponunt Procop. D. Aug. D. Hieron. quod ego ſic explico ad noſtrum intentum: Ipſa Deipara radix, ac mater Filij Dei, ac omnium *aſcendet de terra ſitienti* ſicca abſque aliquo terreno humore, nihil illius participans in ſua Conceptione, ſed ſuper omnia ab illis libera aſcendebat de mari hujus vitæ peccaminoſæ.

Iſai 53. *Aſcendebat de ſitienti ſine peccato.*

220. Mare ſalſum eſt, & amarum, Virgo tota ſuavis, & dulcis, & ita de ea canit Eccleſia: *Mater miſericordiæ, vita, dulcedo.* Unde de ea dicitur Cantic.4. n.11. *Favus diſtillans labia tua, mel, & lac ſub lingua tua*, Eccleſiaſtic.24 n.27. *Spiritus meus dulcis.* Hugo: *Pro omnibus exorans.* Unde D. Ambroſ. in Pſ.21. eam Manna appellans, ait: *Quin potius ipſam Mariam*

Cant.4. Eccl.24. Hugo. D. Ambr.

Maria veluti Manna.

Mariam manna dixerim; quia eſt ſubtilis, & ſplendida, ſuavis Virgo, qua vel è Cælo veniens, cunctis Eoeleſiarum populis cibum dulciorem melle defluxit, tam in filio ſuo Jesu, quam in ſuis orationibus exorans pro omnibus nobis in omnium neceſſitatibus ſubvenit.

D. Hier. D. Cyrill. Alex. D. Ambr. Procop. Iſai. 19.

221. Mare grave, & ponderoſum eſt, ipſa vero levis ſine pondere peccati, & in hoc ſenſu D.Hieronym. D.Cyril.Alexand. Procopius, S.Ambroſ. in exhortation. ad Virginem intelligunt Iſai.19. n.1. *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum.* Per nubem levem intelligunt Sacratiſſimam Virginem levem ſine pondere peccati, & in hoc ſenſu dicuntur etiam Sancti nubes: *Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant,* Iſai.6.n.8. utpote, non gravari ſarcina peccati, ex quo profundè nota, quod Sancti ſemel dicuntur ſine onere peccati, ut appellentur nubes, at Virgo Maria bis, ſemel in ſignificato, quod denotat nubes, ſecundo dum exprimitur levis: *Aſcendet Dominus ſuper nubem levem.* Alij Sancti leves ſemel ſine onere peccatorum actualium, at Sacratiſſima Virgo bis, ſine onere peccati originalis, & actualis.

Iſai 6. Virgo ſine peccato originali, ac actuali.

222. Mare tempeſtuoſum, & valde fluctibus agitatum eſt; at Sacratiſſima Virgo tota benigna, & pacifica, tam cum Deo, cum quo ſemper extitit in ſua gratia, & pace, à primo inſtanti Conceptionis, & etiam cum hominibus, in quibus pacem, & omnem tranquillitatem procurat, & exoptat. Eccleſiaſt.24. n.19. de Deipara dicitur: *Quaſi oliva ſpecioſa.* Græcus: *Decora in campis.* Valde notum eſt, quod oliva tam ſecundum literas Divinas, ac humanas, ſit ſymbolum pacis, & cum Virgo hanc ſecum aſportet ſe decoram exhibet, quod nomen ſibi non appropriat cum dicitur Roſa, Platanus, Palma, nihil magis decorum, quam pax. Dicitur *in campis* in plurali, quia ejus affectus quærendi, ac ſollicitandi pacem non in uno coarctatur, ſed in omnes ſe extendit, ac exundat. Sic ait Petrus Damianus ſerm.3. de Nativit. Virginis: *Per Evam potus mortis porrigitur, per Mariam vita, & pacis poculum exhibetur.*

Eccl. 24. Græcus. Pax valde decora. Petr. Damian.

223. Mare tenebroſum, & obſcurum eſt, Maria tota lucida, ac reſplendens, hinc Sancti Patres varijs Epithetis celebrant, Chryſippus Presbyter *ſerm. de laudibus Mariæ* ſic eam ſalutans clamat: *Ave fons lucis omnem hominem illuminantis, Ave Solis ortus, qui nullum ferre poteſt occaſum.* Ezichius eam veneratur, ut *Matrem lucis* S. Thomas de Villanova Concion. de Annuntiat. inquit: *Tolle Solem, quid eſt in Mundo niſi tenebræ? Tolle Mariam ab Eccleſia, quid reſtat niſi caligo?* De his Stellis, ac hoc Sole ad Mariam dirigens ſermonem pulchrè loquitur D.Bernardus ſerm.7. de Maria, dicens: *In capite ejus corona ſtellarum duodecim: Dignum ſane ſtellis coronari caput, quod ipſe longè clarius micans ornat eas potius, quam ornatur ab eis; quidnam coronant ſydera, quam Sol veſtit.* Alta, & divina Providentia Deipara apparet in Apocalypſi 12. n.1. *Amicta Sole, Luna ſub pedibus, & in capite ejus corona ſtellarum duodecim.* Quæ ſunt magna Mundi luminaria; quia ipſa Deipara altius, ac ſublimius fulget, & reſplendet, & potius ipſa lumina illuſtrabat, quam ab eis exornaretur: *Ipſa longè clarius micans ornat eas potius, quàm ornatur ab eis.*

Chryſip. Ezech. Deipara plus lucet, quã Sol, Luna, ac Stellæ. D.Bern.

224. *Quaſi veſtigium hominis.* Et cujuſnam hominis? explicat D.Auguſt. ſerm.201. de Tempore, ubi ſic ait: *Ne fortè aliquis dubitet nubem illam veſtigium hominis habuiſſe dixit illius utique hominis, qui dixit: Quem dicunt homines eſſe filium hominis.* Semper Deipara Chriſti veſtigia eſt ſecuta, ille purus, & Sanctus per eſſentiam, & naturam, utpote verus filius Dei, illa vero ſancta, & pura per gratiam, & ſummam benignitatem.

Veſtigiũ hominis Chriſti.

De Sanctiſſima Virgine dicitur Eccleſiaſtic.24. n.14. *Sicut plantatio Roſæ in Iericho.* Ex Græco legitur: *Sicut Achantus in Iericho,* quæ eſt herba ad Solem ſemper converſa, ſemperque ipſum ſequens, Beatiſſima Maria veluti Acanthus ſemper filium ſuum Solem juſtitiæ ſequebatur, & quocumque convertebatur ipſe, illa adhærenter ei inhærebat. 225.

Eccl. 24. Virgo adhærenter Chriſtũ ſequebatur. Græcus.

QVÆSTIO XIII.

Circa ſacellum in Monte-Carmeli arguitur quorundam dicendi modus.

NOn defuerunt, qui ita ſcriberent: *Dicere oratorium in Monte-Carmeli eſt quid fictitium, & ſine fundamento.* Rectè ſcio, quod graves ſunt Authores, qui non ſequuntur hiſtorias prout habentur in Breviario v.g. prima die Maij in feſto S.Jacobi in 6.Lectione dicitur: *Unam ſcripſit Epiſtolam, quæ de ſeptem Canonicis eſt,* tamen aliqui ſunt Authores, qui dicunt ſcriptam à D. Jacobo Zebedæo, ſeu ut dicitur Majori, ut Gaſpar Sanchez, Iacobus Daza, Philippus Bergomenſ. lib. Supplementi ad annum 43. Laurentius Ramires in Comment. Luitp. Sebaſtian.Ferra a.p.diſcurſ. prædicat. & alij, qui dicunt ſanctum Breviarium loqui juxta valde probabilem, & communem ſententiam majorum Authorum. & ita reverenter loquuntur. 226.

Aliquorum dictum. Breviar. Sanchez. Daza. Bergom.

In Officio Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo 16. Julij multipliciter ab Eccleſia Sancta approbato, ut dixi quæſt. 2. & dicam quæſt. ſequenti in 4 Lectione ita habetur: *Ut primi omnium in eo Carmeli montis loco, ubi Elias olim aſcendentem nubeculam Virginis typo inſignem conſpexerat; eidem puriſſimæ Virgini ſacellum conſecrarunt.* Et cum ita ſint, non defuerunt, qui affirmarent *dicere Oratorium in Monte-Carmelo eſt quid fictitium, & ſine fundamento.* Qui ſermo non ſolum mihi viſus eſt durus, ſed etiam viris doctiſſimis, ac Religioſis, & multa cum admiratione, & quod ipſi dixerunt Deus ſcit, & ego modeſtiæ cauſa ſubtaceo. 227.

Quæ ſunt in Breviario cum reverentia tractanda.

Tamen injuriam, quam in nos impingere intendunt, etiam in patrocinantes, ac approbantes retorqueri videtur; cum ſacri Apoſtoli præ fame colligerent ſpicas in Sabbatho videntes Phariſæi accedunt ad Chriſtũ dicentes: *Ecce diſcipuli tui faciunt, quod non licet facere in Sabbatho,* Matth.12.n.1. quod ut explicavi tom.3. in Evang. cap.3.n.27. & 30. juxta D.Chryſoſt. Bedam, Albertum Magnum, quod fecerunt non tantum, ut arguerent diſcipulos, ſed ut calumniam retorquerent in Magiſtrum, qui talia patiebatur, ac permittebat in diſcipulis ſuis, & non increpat eos. 228.

Math. 12. D.Chryſoſt. Beda. Albert. Error diſcipulorum retorquetur in Magiſtrum.

Eodem maligno, ac perverſo ſpiritu ducti accedunt ad Chriſtum D. dicentes: *Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum, non enim lavant manus cum panem manducant,* Matth.15.n.2. D.Paſchaſius lib.7. in Matth. ſic ait: *Mira Phariſæorum, Scribarumque ſtultitia Dei filium arguunt, quoniam quidquid in diſcipulis reprehenditur ad calumniam Magiſtri infidioſè ab eis refertur.* Cum Phariſæi Chriſtum apertè arguere non auderent, diſcipuli criminantur, ut eorum crimen in Magiſtrum refundatur. 229.

Math. 15. D.Paſch.

QUÆSTIO XIV.

Firmo, ac ſtabili veritatis fundamentò aſtruitur ſacellum in Monte-Carmelo Deipara conſecratum, ut veroſimile ſub titulo Conceptionis.

230. LEctiones Deiparæ de Monte-Carmelo teſtantur, quod Carmelitæ eidem puriſſimæ Virginis in eo Carmeli montis loco, in quo Elias illius typum conſpexerat, ſacellum ædificaverint, quæ Lectiones multipliciter ſunt approbatæ à ſancta Sede Apoſtolica,& confirmatæ,ut oſtendi q.2. quia tanta, ac tam ſublimi auctoritate ſatis firmæ, ac ſtabilitæ ſunt, deinde adſunt pro hac re graviſſimi Authores.

231. Ioſeph. Antioch. Primus ſit Joſephus Antiochenus vicinus tempori Apoſtolorum floruit anno à Nativitate Chriſti 130. In Speculo perfectæ Militiæ primitivæ Eccleſiæ cap.12. & 72. ſic ait: *Profectorum militum Chriſti Apoſtolorum Coadjutores ſurrexerunt Viri ſtrenuiſſimi Solitarij, contemplationi dediti Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſæi, ſequaces, qui de Monte-Carmeli deſcendentes Galilæam, Samariam, & Palæſtinam fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt.* Nota ſequentia: *Quippe Virginis Mariæ honore in Carmeli montis declivio fabricantes Oratoriam Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſervierunt.* Quæ verba habentur in Conſtitutionibus approbatis à Clemente VII. anno 1524. Aprilis 2.

232. Armach. Secundo Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Hiberniæ Armachanus an.1341.in quodam ſerm. Conceptionis B.Virginis Mariæ de Carmelitanis inter alia ait: *Illi Eremitæ prædicantibus Apoſtolis inter cæteros ſunt converſi, & in latere ipſius montis primò Eccleſiam, ſeu Oratorium in honorem Beatæ Mariæ Virginis conſtruxerunt, & ob hanc cauſam Dominæ noſtræ primitus ſunt adſcripti, ut dicerentur fratres Beatæ Mariæ Virginis de Monte-Carmelo,* ut refert Vvald. Thomas Vvaldenſis tom.3. de Sacrament. titul.9. cap 83.

233. Trith. Trithemius de ortu, & laudibus Carmelit. c.7. ait: *Enim vero non dici poteſt Domini paſſionem creſcente per Iudæam fide Chriſtiana fratres Montis-Carmeli Cappellam in ejuſdem montis latere in Dei genitricis honorem conſtruxerunt.* Idem habet Iodoc. Cliehoo. Jodocus Clithoveus *in quadam Concione pro Ordine Carmelitarum.* Ecce valde antiquiores.

234. Navarr. Deinde Doctor Navarrus *tractat. de Horis Canonicis cap.21. n.27. adducens Mantuani verſus.* Yeſpes. Didacus Yeſpes Tireſonienſis Epiſcopus *in vita Sanctæ Thereſiæ cap. 1.* Caſſar. Alphonſus Caſſarrul. *in Compend. Privileg. Mendicant. dum de Ordine Carmelitarum agit.* Tapia. Carolus Tapia *in Authentic. Ingreſſi, verbo Monaſterium cap. v. n.2.* Carthag. Joannes Carthagena *tom.4. homil. Homil. pro Carmelitanis lib. 13.* Paulus Moriga *de origine Religionis lib.5. cap. 30.* Plant. Hieronym. Plantus *de bono ſtatu Religioſo lib.2. cap.22.n.2.* Beyerl. Laurentius Beyerlink *in Theatro vitæ humanæ lit.R. verbo Religioſus, ſeu Religio cum de Ordine Carmelitano agit §.In loco antecq.* Reverendiſſimus Ægidius Camatus Generalis Minimorum *de rebus Eliæ cap.6. ſect.8. vel 10.* Rodrig. Emmanuel Rodriguez *tom.1. qq.Regul. quæſt.2. artic.5.* Miræus. Anbertus Miræus *tract. de Ordine Carmelit.* Hieronym. Rodriguez *in Compend. reſol.23.* Calvus. Petrus Calvus Dom. *in defenſ. Religion. lib.2. cap.13.* Ferrar. Ex ſacra Societate Thomas Ferratius *in Hiſtoria Imaginis de la Guardia.* Flores. Doctor Idelphonſ.de Flores *in Eccleſiaſt.n.1665.* Ioſeph. Andr. Doctor Joſephus Andreas *Decore Carmeli 33. aliàs 227.*

235. Ioan. Ieroſol. Ex noſtris Joannes Ieroſolymit. *de Inſtitut. Monachorum cap.36. aliàs 43.* D.Cyril. D.Cyrill.Conſtantinopolit. *de proceſſu Ordinis cap.3.* Vvald. Thom. Vvaldenſ. modo citatus ſupra, Bacco. perilluſtris Joan.Bacco. Antiquus Author habetur *in Speculo Ordinis c.5.* De Mal. Joan. de Malinis vetuſtus Author *in Speculo Ordinis c.5.* Ciment. Joannes de Cimento *in Speculo Ordinis c.4.* Olerius. Joan. Olerius Generalis *pro quadam informatione Religionis ad Summum Pontificem art.1.* Veneta. Joannes Vineta *in tractatu, qui incipit: Cum quidam fratres.* Groſſus. Joannes Groſſus *in Viridario Claus 1.* Maur. Mantuan. *lib.3. Parthenices,* & ſic canit:

Propterea, Montana Viri ſpelæa colentes
Audito illius fato ſublime ſacellum
Apricis poſuere jugis, atque quotannis
Sacra inſtaurantes hymnos, & thura ferebant.

236. Italus. Paleod. In eadem ſententia eſt Martinus Italus apud Paleonydorum *lib.2.cap.8.* & ibidem ipſe Paleonydorus, Muños. Michael Muños *in propugnaculo Eliæ ad finem.* Lezana. Mag. Lezana *tom 2. Annal in Appar.cap.6. à n.7.* referens multorum Authorum verba. Vinea. M.Daniel à Virgine Maria *Vinea Carmeli c.113.n.330.* M.Bona Spes *de Viſion.Eliæ diſp.3.dub.3. fol.mihi 99.* Et ego ipſe *tom.1. in Evang. lib.1. cap.3.q 2.*

237. Hoc ſacellum in Monte-Carmelo multa, & magna auctoritate tam Eccleſiaſtica, quam Hiſtorica corroboratur, & ſtabilitur, Eccleſiaſtica, quia de prædicto ſacello fit mentio in Lectionibus Beatiſſimæ Virginis de Monte-Carmelo, quæ Lectiones fuerunt examinatæ, & approbatæ ab Eminentiſſimis D.Cardinalib.Bellarmino, & Torres, qui tanquam duo luminaria magna fulgebant in Eccleſia Dei. (Bellar. Torres.) Deinde prædictum Officium approbaverunt & recitandum conceſſerunt pro Carmelitis Sanctiſſimi Domini Paulus Quintus, & Urbanus Octavus,& etiam Sanctiſſimi Domini Clemens X. & Innocentius XI. (Paul V. Urban. VIII. Clem X. Innoc. I.) conceſſerunt recitandum ab omnibus perſonis utriuſque ſexus, qui ad Horas Canonicas tenentur pro Regnis Hiſpaniarum,Portugalliæ Algrabiorum, cum ampliſſimis ſuis dictionibus ab Oriente uſque ad Occidentem. Deinde hæc ſententia hiſtorica eſt ſtabilita auctoritate trigintaquinque Doctorum, ex quibus multi ſunt antiquiſſimi, viginti extranei; quindecim ex noſtris, & bonæ notæ; & cum hæc ita ſe habeant, nam defuerunt, qui ſcriberent, dicere Oratorium in Monte-Carmeli, eſt quid fictitium ſine fundamento *ſit nomen Domini benedictum.* (*Sacellum in Carmelo ſtabilitur multa auctoritate.*)

238. Duo hic maximè notanda ſunt. Primum valde probabile eſt mihi quod hoc primum ſacellum à Carmelitis erectum fuit, ab eiſque conſecratum Virgini Mariæ ſub titulo Conceptionis; nam Elias in nubecula parva agnovit in typo Deiparam puram, & Immaculatam in ſua Conceptione, in cujus honorem ædiculam conſtruxit, ut oſtendi ſupra quæſt.12. ubi cum cæteris Eremitis ejus laudes canebant, & cum in hac traditione retinuiſſent filij Eliæ videntes, ac venerantes præſentem Virginem Sacratiſſimam, morem paternum ſequentes, ac imitantes ſacellum in honorem ejus Conceptionis ædificarunt. (*Sacellum in honorem Conceptionis.*)

239. Armac. Et quanto affectu tenebantur Carmelitæ ad celebrandum Conceptionis Myſterium Sacratiſſimæ Virginis declarat Richard. Rodulphus Archiepiſc. Armacanus in ſerm. Conceptionis apud Vvaldenſem

ſem de Sacramental. titul.9. cap.89. ubi ait Archiepiſcop. *Utique hanc illuſtrationem in ſuo ortu ille antiquus ordo ſam Carmelitarum prætendit in habitu, qui hoc feſtum ipſius Conceptionis ſingulariter ſolemnizat candorem habitus ſui, ut exiſtimo prudenter, & devotè referens ad hoc feſtum.* Si enim antiqui Carmelitæ alba pallia ſibi aſſumunt ad celebrandam albedinem, ac candorem Conceptionis, quanto magis conſequens eſt, ut Oratorium ab eis fabricatum eſſet totum ad myſterium Conceptionis celebrandum. *Pallia alba ob puritatẽ Conceptionis.*

240. *Ioan. Ierosol. Duplex reædificatio.* Secundo nota, hoc Oratorium, ſeu ſacellum duplieiter fuiſſe à Carmelitis ædificatum. Primo poſt Chriſti Aſcenſionem, ſecundo ad annum 83. de quo facit mentionem Joannes Ieroſolymit. lib. de Inſtitut. Monachor. cap. 43. iterum reædificarunt, vel quia primum injuria templum collapſum eſt, vel fortè ſub Tito Veſpaſiano, qui anno Chriſti 69. deſtruxerunt Ieruſalem cum omnibus ſuis ſuburbanis, & ut aliqui Authores referunt, ſuum collocarunt exercitum in Monte-Carmelo, & deſtruxerunt omnia, & ſacellum reædificatum eſt citato anno 83. ut notarunt D. Cyrillus de proceſſu Ordinis cap.5.

QUÆSTIO XV.

Carmelitæ primi omnium ædificarunt templum in honorem Beatiſſimæ Virginis?

241. *Lectiones.* HOc apertè probatur ex prædictis Lectionibus ſæpè à Sacra Congregatione approbatis, ac confirmatis, ubi ſic habetur: *Ut primi omnium in eo Carmeli loco, ubi Elias aſcendentem nebulam Virginis typo inſignem conſpexerat, eidem puriſſimæ Virgini ſacellum conſtruxerint.*

242. *Ioſeph.* Probatur etiam ex Authoribus citatis ſuperiori quæſtione, Joſephus Antiochen. lib. ſupra citato de perfecta Militia cap.11. ait: *Viri Prophetarum Eliæ, & Eliſæi ſequaces, qui de Monte-Carmelo deſcendentes per Galilaam, &c. Conſtantiſſimè ſparſerunt, quique Virgini Mariæ honore, in Carmeli Montis declivio fabricantes Oratorium Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſerviverunt.* Omnia connectit connexione temporum. *Armach. Vvald.* Armachanus *ſupra citatus* apud Vvaldenſ. de Carmelitis agens ait: *Inter cæteros ſunt converſi ad fidem, & in uno latere montis ipſius primò Eccleſiam, ſeu Oratorium in honorem B. Virginis conſtruxerunt.*

243. *Tritheː.* Trithemius citatus ait: *Non diu poſt Domini paſſionem in latere Montis-Carmeli idem fratres Capellam in Dei Genitricis honorem conſtruxerunt.* *Carthag.* Carthagena citatus ait: *Graviſſimi Authores tradunt, nempe quia fratres Carmelitæ fuerunt primi, qui in Eccleſia Dei Templum, ſeu ſacellum in honorem B. Virginis Mariæ erexerunt.* Sic & cæteri Authores loquuntur.

244. *Obiectio. ex D. Iacobo.* Contra hæc objicimus; quia ut referunt omnes Annales Hiſpaniæ, Sanctiſſima Maria Virgo adhuc vivens Ieroſolymæ apparuit inſiſtens in columna B. Jacobi Cæſarauguſtæ, & præcepit ſe ibi fieri Oratorium, ſeu Capella, quod à multis dicitur fuiſſe primum in toto Orbe.

245. Tamen facta temporum compreſſione res ſit manifeſta, Apoſtoli à Jeroſolymis ad ſuas Miſſiones, & Provincias anno Chriſti 17. ſunt profecti, ut dixi ad cap.12. Actor. quæſt. 5. n.30. Similiter D. Jacobus profectus eſt in Hiſpaniam anno Chriſti 37. tribus annis cum dimidio ab Aſcenſione Chriſti, quod oſtenditur; quia Paulus in ſua Epiſtola ad Galatas cap.1. n.19. teſtatur, quod triennium poſt ſuam converſionem, quæ contigit anno Chriſti 35. ſe aſcendiſſe Ieroſolymam, & ex Apoſtolis ſolum vidiſſe Petrum, & Jacobum fratrem Domini: ergo tribus annis cum dimidio Jacobus erat in Ieroſolymis, & adhuc non erat profectus in Hiſpaniam, ac proinde ad illam non acceſſit, niſi poſt tres annos cum dimidio ab Aſcenſione Chriſti. Imo Doctor Bernard. de Britor magnus antiquitatum indagator tom. 2. Monarch. Luſitan. lib.5. cap.3. cum alij teneant veniſſe in Hiſpaniam anno Chriſti 41. filij autem Eliæ facta prædicatione Evangelica agnoſcentes, & venerantes Sacratiſſimam Virginem more paterno eidem ſtatim Oratorium conſecrarunt, ut tradunt Authores modo ſupra citati non diu poſt paſſionem.

Proh quantum, & ſublime eorum meritum, qui primi omnium dedicaverunt Deo altare, & templum. 246. Tranſacto diluvio benedixit Deus Noe, & filijs ejus ſuper omnia, quæ dederat Adamo, dans eis, ut notant D. Ambroſ. D.Auguſt. Hilarius, & alij: *Omne, quod movetur, & vivit erit vobis in cibum, quaſi olera virentia tradidi vobis omnia*, Geneſis 9. n.3. Dantur ei carnes in cibum, & quod totum mundum repleat, & promiſſione facta quod amplius non erit diluvium, & in hujus rei firmitatem datur ei ſignum: *Arcum meam ponam in nubibus.* Unde illi tantum meritum, ut tantam recipiat mercedem? ait Textus: *Ædificavit Noë altare Domino tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare*, Geneſ.8. n.20. quod altare non legimus feciſſe, nec Abel, nec Adamum, quamvis Deo ſacrificaverint pro beneficijs acceptis, ſed primus extitit Noë, qui ad Dei honorem erexit Altare, quod maximè gratum extitit Deo, ut pro mercede omnem benedictionem ei contulerit, quod Claudius Marius lib.3. in Geneſ. canit. *D.Aug. D.Ambr. Hilar. Gen.9.* *Primus erexit altare ad Dei honorẽ.* *Marius.*

Non prius officij quicquam ſervatur inire
Conſtituit, quam ſacra Deo, laudeſque rependat,
Grateſque evaſo referat diſcrimine Noë
Mox niveo ſacra exurgat altaria ſaxo,
Agnovitque hæc prima recens Altaria ſaxo.

Facit Deus Davidi illam magnam, & ſupremam omnium benedictionum benedictionem: *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam*, Pſalm.131. num.11. 247. *Pſ.131.* Promittitur Chriſtus Dominus è ſemine tuo, quo nullum aliud majus donum poterat excogitari, quam quod Filius Dei fieret Filius Davidis, & quonam merito ad tantum donum evectus eſt? In Abrahamo legitur illud præclarum, & magnum opus, ut pro Dei obſequio ſuum primogenitum, quem diligebat, offerret ei in ſacrificium, Geneſ.22. n.16. *Gen.22.* At in Davide quid relucet, ut tanto dono reſplendeat, imò in ſerie generationis Davidis proponitur Abrahamo: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij David, filij Abraham*, Matth.1. n.1. *Matth.1.* Unde ergo David in tam altum ſublimitatis apicem evehitur? Recole eundem Pſalm. 131. n.4. *Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Id eſt, ut explicat Euſebius, & Ruffinus, nec die, vel nocte habeam ullam requiem, donec erigam, & ædificem templum, & tabernaculum Deo. *Euſeb. Ruffin.* Ecce magnum illius præclarum meritum. Primus extitit David, qui inter omnes toto animi affectu templum intendit conſtruere, & tabernaculum Deo, tantum ſublimatur, ut pro mercede accipiat, ut in ſanguine ejus Deus faciat *Pro primo templo ſumma merces datur.*

Incogn. tabernaculum filio ſuo. Noſter Incognitus: *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam, iſtam exaltationem humani generis premiſit Deus ipſi Davidi, qui domum fecerat Domino.*

Textus. *Ad novum verò ſacellum ſæpè quotidie convenientes ritibus pijs precationibus, ac laudibus, Beatiſſimam Virginem, velut ſingulum Ordinis tutelam colebant. Quamobrem fratres B. Mariæ de Monte-Carmelo paſſim ab omnibus appellari cœperunt, cumque titulum Summi Pontifices non modo confirmarunt, ſed Indulgentias peculiares ijs, qui eo titulo, vel ordinem, vel fratres ſingulos nuncuparent, conceſſere.*

EXPOSITIO.

248. Conſtructo, & ædificato templo Carmelitæ, multique alij devotiſſimi Sacratiſſimæ Virginis conveniebant ad Laudes celebrandas, offerentes thura, & alia cultus monumenta canentes Hymnos, & Pſalmos, multis effuſis precibus, & multoties die, ac nocte ſequentes Parentis Eliæ exemplum, qui poſtquam habuit in nubecula parva illam Beatæ Virginis viſionem, ipſe Elias cum filijs, ut ex multis teſtatur ſapientiſſimus Doctor Fr. Leo à D. Thoma Priſnatius Sacræ Theologiæ Lector in Regia Conimbricenſi Academia Benedictinus in prima parte ſuæ Benedict. præludio 1. §. 1. quod in quadam Carmeli Montis concavitate, mane, veſpere, & meridie conveniebant ad laudes Dei decantandas.

QUÆSTIO XVI.

De Auguſtiſſimo, & magnificentiſſimo nomine Virginis Mariæ de Monte-Carmelo.

249. *D. Method.* VT jam alibi notavi ex D. Methodo lib. 1. de Virg. qui ait: *Varia ſunt nomina, quibus Sanctiſſima Virgo ab omnibus appellatur.* Quibos ejus tributalia dona, quibus hominibus ſubvenit, deſignantur, & hac de cauſa dicitur Virgo Sanctiſſima pietatis, miſericordiæ, conſolationis, mercedis, & ſimilium; at quod dicatur Regina Carmeli, à nullo alio datum eſt hoc nomen ei, niſi tantum ab Spiritu S. *Caput tuum, ut Carmelus.* Cant. 7. n. 5.

Nomen datum ab Spiritu ſancto.

Cant. 7.

250. Apoc. 2. Paſſim mandatur Joanni in Apocalypſi: *Scribe quæ vidiſti* cap. 1. n. 11. & 19. & *Angelo Epheſi, & Angelo Smyrnæ ſcribe*, cap. 2. n. 1. & 8. & ſic multoties; at cum venitur ad ſcribendum nomen Dei, & Civitatis Jeruſalem ait Chriſtus D. *Scribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen Civitatis Dei mei novæ Ieruſalem*, Apoc. 3. n. 11. & cætera, & valde magna, quæ pertinebant ad Eccleſiæ regimen mandantur Evangeliſtæ ſcribere, & denuntiari, cur vero nomen Dei, & Civitatis Jeruſalem literis mandandum ſibi Chriſtus appropriat, ac reſervat? Sunt quædam, quæ ab humano intellectu capi, & intelligi poſſunt, ſunt tamen alia adeo excelſa, & ſublimia, ad quæ mens humana evolare nequit, & ſolum ab infinita Dei ſcientia comprehenduntur, & ſi alia concedantur homini ſcribi, non tamen altiora, quæ ſolum ad infinitum Dei intellectum pertinent. Anſbertus Abbas ait: *Solus ille agnoſcit quæ ſunt Dei, & Spiritus Dei:* Nomina Virginis Victoriæ, Salutis, & Vitæ imponuntur, & dicantur ab hominibus, at nomen Reginæ Carmeli, cætera omnia excedit, & tranſcendit, ut ejus magnalia ſolum infinito Dei lumine comprehendantur, & ab eo dicantur: *Caput tuum ut Carmelus.*

Apoc. 3. Suprema, & alta à ſolo Deo ſcribuntur.

Anſbert.

Nomen Reginæ Carmeli à ſolo Deo datum.

251. Hanc celſitudinem Reginæ Carmeli prævidens Deus in primo mundi molimine creavit montem Carmelum ſublimiorem, ac excelſiorem ſuper omnes Judææ montes, ut notat Theodoretus ad citata Cantic. verba: *Caput tuum, ut Carmelus*, & ſic ait: *Sicut Carmelus ſuo capite eminet ſuper cæteros Iudææ montes, ſic Sanctiſſima Virgo capite omnium virtutum extollitur, & ſublimatur ſuper cæteras omnes puras Creaturas.* Mons Carmeli ſuper omnes Judææ montes, ſic nomen Reginæ Carmeli ſuperextollitur, ac ſublimatur ſuper omnes ipſius Virginis appellationes, v. g. pietatis, vitæ, ſalutis, ac bonæ mortis, quæ omnes nomenclaturæ deſumuntur ab illius donis, & virtutibus, quibus maximè refulget.

Theod.

Mons Carmeli excelſior ſuper cæteros Iudææ montes.

252. Secunda excellentia nominis Reginæ Carmeli extitit primum illius nomen Scriptor Canonicus ait Gen. 1. *In principio creavit Deus*, in Hebræo legitur *Elohin*, id eſt *Iudices*, & in ſcriptura hoc eſt primum Dei nomen, & obſervant Tertullian. lib. 2. adverſus Marcion. cap. 12. Caietan. ibi, & ex tantis Dei nominibus, hoc eſt primum Dei nomen. Uſelmus lect. 3. ait: *Quamobrem dicerem, Moyſen nunc voluiſſe nobis hoc nomine Dei declarare praexcellentem, & indicibilem in creando Mundo majeſtatem.* In hoc primo Dei nomine veluti in compendio recapitulantur omnia Dei magnalia attributaria. *Iuſtitia*, ut ipſum nomen importat; *Miſericordia* prout occaſio poſtulat, *Bonitas*, qua diviſit lucem à tenebris: *Scientia*, qua cuncta videt, & penetrat: *Fortitudo*, qua non eſt acceptor perſonarum: *Providentia*, qua cuncta prævidet, & diſponit: *Potentia*, qua univerſa operatur, & ſicut juſtitia omnes virtutes involuit, ſic juſtus.

Secunda excellentia.

Geneſ. 1. Tertull.

Vſelmus. In quo recapitulantur cætera.

253. Præclarum ſanè fundamentum, ſicut primum Dei nomen denotat omnes illius attributales perfectiones, ſic & primum nomen Reginæ Carmeli omnia ſecum involuit dona, ac nomina, quibus nobis ſuccurrit ad decantandam, ac declarandam ſupremam Virginis Mariæ magnificentiam in ſuis donis, ac favoribus conferto, ac comparatur cum illuſtrioribus arboribus, & plantis totius Iudææ, & ait: *Quaſi Cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi Cypreſſus in monte Sion, quaſi palma exaltata ſum in Cades, & quaſi plantatio Roſæ in Iericho: quaſi oliva ſpecioſa in campis; & quaſi platanus exaltata ſum juxta aquam*, Eccleſiaſtic. 24. num. 17. Deſcribuntur fructus, quos per nobiliora loca, proferebant illuſtriores arbores, Cedrus, Cypreſſus, Palma, Roſa, Oliva, Platanus, & quid proferat Carmelus non dicitur, nec ſcribitur, meritò ſanè referuntur, quæ particularia germinant: At Carmelus, utpote fertiliſſimus, & abundantiſſimus omnia ſuppeditabat, omnibuſque impinguabatur: *Sicut Cedrus in Libano*, qui ob incorruptibilitatem denotat fortitudinem: *Sicut Cypreſſus in monte Sion.* Tendens in Cœlum per contemplationem innuens. *Sicut palma in Cades.* Victrix in tentationibus: *Quaſi Roſa in Iericho*; gratiarum dono lætificans: *Quaſi Oliva in Campis*, dans nobis pacem; *quaſi platanus exaltata ſum*, ramis, & folijs protegens, ac defendens à calore, ac frigore: ſi hæc omnia germinabantur per varios montes, & campos Judææ, tamen ſuprema Regina Carmeli univerſa fœcundabat,

Omnia in nomine Reginæ Carmeli recapitulantur.

Eccl. 24.

fœcundabat, & parturiebat in ſuo monte. Hæc præ-
Mich. 7. videns Propheta Michæas cap. 7. n. 14. obnixe exo-
rabat Deum: *Paſce populum in virga tua, in medio*
Theod. *Carmeli*, & ait in Virga tua Theodoretus divina
Providentia *in medio Carmeli*, utpote largienter
affluentis omnia, ut explicat D. Hieronymus, ita
Cornel. ut dicat Cornelius. *Symbolum fertilitatis, ac abun-
dantiæ*, & nominat etiam Propheta, Baſan, & Ga-
laad, qui à Carmelo participabat.

254. Iſai. 32. Id ipſum confirmatur ex Iſaia 32. n. 15. *Habita-
bis in ſolitudine, judicium, & juſtitia in Carmelo
ſedebit*, quem locum ſupra explicans q. 12. n. 263.
per juſtitiam denotatur in Scriptura omnium vir-
Iſai. 11. tutum amplitudo Iſai. 11. n. 5. *Erit juſtitia cingulum*
Pſal. 16. *lumborum ejus*. Pſal. 16. n. 15. *Ego autem in juſtitia*
Omnium apparebo in conſpectu tuo. Hæc autem omnium vir-
virtutũ tutum copia ſedebit in Carmelo. Ibi omnium virtu-
*cumulus tum nexus perdurans, & conſiſtens, ut indicat ver-
*in Car- bum *ſedebit*.
melo.

255. Tertia excellentia nominis Reginæ Carmeli ſe-
cum importat ſummum bonum, ſupremamque fe-
licitatem, nempe viſionem Dei, conſidera, ac ex-
pende textum: *Datus eſt ei decor Carmeli, & Sa-
ron ipſi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei*
Iſai. 35. *noſtri*. Iſai. 35. n. 2. Cui enim datur decor Reginæ
Regina Carmeli elevatur ad ſupremum donum, ad viden-
Carmeli dum gloriam, & pulchritudinem illius Divinæ
elevat majeſtatis, & nota, quod eodem nomine, ac ver-
ad viſio- bo, quo dicitur, & explicatur elegantia, ac pul-
nem Dei. chritudo Reginæ Carmeli, exprimitur, ac declara-
tur Dei gloria. De Virgine appellatur, *Decor Car-
meli*, Gloria Dei acclamatur: *Decorem Dei noſtri*,
maximè Sanctiſſima Deipara Deo adhæret, de il-
loque in omnibus participatur.

256. Orans Sanctiſſimus Pater Elias in monte-Car-
melo: *Ecce nubecula parva quaſi veſtigium homi-*
3. Reg. 18 *nis aſcendebat de mari*. 3. Reg. 18. n. 44. In nube-
cula ſe ſe oſtentabat Sacratiſſima Virgo Maria, ut
eſt communis ſententia, *quaſi veſtigium hominis*,
D. Aug. Chriſtus Jeſus, ut tenet D. Auguſt. citatus ſupra
q. 12. valde enim conſequens erat, ut ubi Maria
Virgo apparebat ſecum dilectiſſimi Filij ſui Jeſu
Chriſti repræſentationem aſportaret, *Vidimus glo-*
Ioan. 1. *riam ejus quaſi unigenitum à Patre*. Joan. 1.

257. Quarta excellentia, nomen Sacratiſſimæ Virgi-
nis de Monte-Carmelo efficacius, & fortius ad
impetrandum, quàm ſub quocumque alio nomine
cum ob contumelioſa, & incompoſita Nabalis
verba irâ, & indignatione exarſiſſet David, ut ip-
ſum, totamque ejus familiam perdere decreviſſet,
audiens Abigail occurrens de Monte-Carmeli, de-
precanſque Davidem ſtatim ejus, militumque fu-
rorem pacavit, dixitque ei David: *Vade pacifice
in domum tuam, ecce audivi vocem tuam, & ho-*
1. Reg. 25 *noravi faciem tuam*. 1. Reg. 25. n. 35. quod ita quieſ-
ceret furor David non provenit ex ipſa Abigail, ſed
ex ipſa Mariæ Virgine, quam repræſentabat. Ita
D. Bon. ait D. Bonaventura in ſpeculo cap. 13. *Abigail man-
ſuetam Mariam ſignificat*. At etiam Rebecca de
ſuorum filiorum ſalute valde ſollicita agens adum-
brat ſanctiſſimam Deiparam, ut ex Petro Damiano
Gen. 27. probat Ioannes Lahay cap. 27. Geneſ. verſ. 46. n. 240.
Lahay. & non valuit mitigare indignationem filij ſui Eſaü
Regina adverſus fratrem Iacob, & Abigail potuit compeſ-
Carmeli cere rabiem Davidis, illiuſque exercitus, cum eſſent
valet extranei, Rebecca innuebat Virginem in multis, &
potens ad miti- magnis operibus ſuis, at Abigail cum eſſet de Mon-
gandam te-Carmelo Virginem Carmelitam denotabat, &
irã Dei. ideo ob excellentiam, ac præſtantiam tanti nomi-
nis ſuper cætera omne, quod intendit, impetrat, &
aſſequitur.

QUÆSTIO XVII.

Arguitur, & reprobatur quidam fabuloſus dicendi modus de origine montis fratrum Virginis de Monte-Carmelo.

ALiqui ſomniarunt, ut aſtruerent nos dici fra- 258.
tres Mariæ Virginis de Monte-Carmelo à S. *Somnia*
Brocardo, qui floruit circa annum 1200. hoc profe- *aliquo-*
runt abſque Authore, fundamento, ac ratione, vel *rum.*
conjectura, ſed tantum ex ſuo affectu, & qualis
ille ſit, Deus videat.

Et ad eorum ora obturanda ſufficiebant præſen- 259.
tes lectiones officij Divini multoties à Sancta Ec-
cleſia Romana viſæ, examinatæ, approbatæ, ac
confirmatæ, in quibus aperte dicitur, quod hoc no-
mine inſigniti ſumus vivente adhuc Sacratiſſima
Virgine, quam *ut ſingularem ordinis patronam co-
lebant, quam ob rem fratres B. Mariæ de Monte-
Carmelo cœperunt paſſim ab omnibus appellari*. Et ad
hujus rei confirmationem poterant referri multas
fundationes multorum Conventuum per inſtrumen-
ta authentica, in quibus fit mentio expreſſa hujus
nominis fratrum B. Mariæ de Monte-Carmelo, *Lectiones*
brevitatis gratia tamen pono diplomata ſum- *Virginis*
morum Pontificum, quæ ab omnibus fidelibus *Mariæ.*
ſummè debent venerari.

Stephanus V. floruit anno 816. Leo IV. anno 260.
847. Adrianus II. anno 868. Sergius III. anno 907. Stephan.
Ioannes X. anno 913. Ioannes XI. anno 931. Ale- V.
xander II. anno 1061. qui omnes Summi Pontifi- Leo IV.
ces conceſſerunt multas, & varias indulgentias vi- Adrian. II.
ſitantibus Eccleſias fratrum Ordinis Beatiſſimæ Sergius
Virginis Mariæ de Monte-Carmelo in certis, & III.
peculiaribus feſtivis diebus, vel dantibus eleemo- Alexand.
ſynas fratribus Ordinis Beatiſſimæ Virginis de II.
Monte Carmelo, quas conceſſiones Apoſtolicas
refert Sixtus IV. *in ſua Bulla ſecunda* pro Religio- Sixtus
ne Carmelitarum, quæ incipit: *Dum attenta, quod* IV.
glorioſiſſima & etiam eas refert Gregor. XIII. in ſua Gregor.
Bulla *Ut laudes*, quæ habentur authenticæ in noſtro XIII.
Conventu Tranſpontino, & in hoc Ulyſſiponenſi Bull.
Carmelo, & in Bullariis Carmelitarum Diſcalcea- Diſcal-
torum *fol.* 117. *& fol.* 326. & apud Bull. Rodrigues. ceatorũ.

His omnes Summorum Pontificum antiquorum Rodrig.
conſtitutiones refert, & approbat, & confirmat 261.
Sanctiſſimus Dominus Clemens X. in ſua Bulla Clem. X.
data pro Carmelitis anno 1673. die 8. Maij, ex quibus
aperte conſtat, quod ſex Summi Pontifices ante an-
num milleſimum nos vocant fratres Beatiſſimæ
Virginis Mariæ de Monte-Carmelo, & Stephanus
V. & Leo IV. fere per quadringentos annos ante Bro-
cardum tali magnifico nomine nos condecorantur,
& per lectiones Beatæ Virginis de Monte-Carmelo
multoties à Sede Apoſtolica approbatas conſtat
nos tali nomine gaudere à tempore Apoſtolorum,
ac primitivæ Eccleſiæ Unde rectè ait Iodocus Cli-
toveus in quadam concione: *Nomen ſibi vendi-* Clitov.
*cant fratres B. Mariæ, qui quidem titulus non no-
vus eſt, neque arbitraria recentiorum inſtitutione,
ſed Apoſtolorum tempore illi adſcriptus*. Ex quibus
advertant Auctores omnia cautè, & cum multa in-
dagine ſcribere timeant id, quod ait Menochius de Menoc.
arbitrariis: *nulla major injuria Auctoribus, quam
quod mendaces, ac falſi deprehendantur*.

QUÆSTIO XVIII.

Quam ſublime, ac magnificum ſit nomen dici fratres Ordinis Beatiſſimæ Virginis de Monte-Carmelo.

Verba Sixti IV.

162. PRo hujus rei commendatione maxime omni conſideratione notanda, ac exponenda ſunt verba, quibus ſummus Pontifex Sixtus IV. loquitur in hac re in ſua Bulla, quæ incipit. *Dum attenta meditatione penſamus*, ſic ait: *Virgo Dei genitrix glorioſiſſima, cujus pulchritudinem Sol, & Luna mirantur..... ineffabili Spiritus Sancti cooperante virtute nota genuit, produxitque Sacrum Ordinem Beatæ Mariæ de Monte-Carmelo à Sede Apoſtolica, pluribuſque Romanis Pōtificibus approbatum.* Et poſtea ſubdit: *Quem Ordinem ejuſdem glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis ſpeciali titulo voluit inſigniri, ut ob ejuſdem Virginis reverentiam Ordo ipſe à Chriſto fidelibus, meritoque amplius veneraretur.*

Matres dant filiis nomina.

163. Multa, & valde magna in noſtram laudem dicit ſummus Pontifex, & ait, quod Virgo: *Genuit, produxitque Sacrum Ordinem de Monte-Carmelo*, & in omnibus ſe exhibuit, ut vera Mater in multis donis, ac favoribus, ut patebit ex infra dicendis, & quia valde commune erat, ut Matres filiis nomina imponerent, ſic Eva primogenitum ſuum vocavit Cain Gen.4.n.1. ſic & Rebecca nomen dedit Eſaü, & Iacob, ut multorum eſt ſententia Gen.25.n.22. ſicque Samſonis mater nomen ei impoſuit Iudic.13.n.24. ſic & Anna Samüelis mater filio ſuo nomen dedit 1.Reg.1.n.20. ſic & mater Salomonis ei nomen indidit 2.Reg.12.n.24. ſic & Sanctiſſima Virgo, ut ſe vere Matrem oſtenderet nobis nomen impoſuit, ut ait citatus Pontifex: *Quem Ordinem ejuſdem glorioſæ Virginis Dei Genitricis ſpeciali titulo voluit inſigniri*, ob ejuſdem Virginis reverentiam.

Gen.4. Gen.25. Iudic.13. 1.Reg.1. 1.Reg.23 2.Reg.12

164. Dicitur Gen.6.n.2. *Videntes Filij Dei filias hominum*, quinam ſunt iſti Filij Dei? vera, & communis ſententia eſt, quod ſunt filij Seth, Enos, Enoch, Lamech, ut tenent D.Chryſoſtom. Noſter D.Cyrillus, Theodoret. Rupert. D.Hilarius in Pſal.132. qui ob ſuam ſanctitatem, juſtitiam, ac reverentiam, & cultum erga Deum, ita ut Enos fuerit primus, *qui cœpit invocare nomen Domini*. Gen.4.n.26. qui ergo in veneranda, ac recolenda ſupremâ Dei majeſtate ſunt primi, primi nominis ſplendore gaudeant, & exultent, ut Filij Dei dicantur; Carmelitæ in cultu, ac veneratione Virginis Mariæ cum in ejus honorem omnium primi Sacellum conſtruxerunt, ac ædificarint, inde ex ejus ſingulari benignitate habent, ut filij, ac fratres Beatæ Virginis de Monte-Carmelo dicantur.

Gen.6. D.Chryſoſt. D.Cyrill. Theod. Rupert. D.Hilar. Gen.4. *Carmelitæ primi in cultu Virginis, primi ejus nomine nobilitantur.*

165. Magnis, & altiſſimis donis condecorat Deus Abrahamum conſtituens eum Patrem multarum gentium, ut ſemen ejus poſſideat portas inimicorum ſuorum, & init pactum cum eo in carne ejus in fœdus ſempiternum, datur ei ſupremum donum, ut ſit, & dicatur Pater filij, ac Virginis Mariæ, & in ſignum tantorum magnalium mandatur ei: *Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham.* Gen.17.n.5. in quo ut notant D.Hieron. Lippomanus, & alij, antiquo nomini *Abram* addidit Deus unam literam *H*, ex ſuo magno nomine *Tetragramaton*. Lippoman *In quo magnam prærogativam ei concedit.* Si una litera nominis Dei data Abrahamo eſt illi in magnam prærogativam, quanta, & valde ſublimitate, ac honore nos condecoramur à Sanctiſſima Virgine Maria, cum non una tantum litera, ſed toto ejus nomine gloriamur, ut dicamus fratres Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo.

Gen.17. D.Hier. Lyppom. *Virgo non unam literam, ſed totũ ſuum nomen nobis dat.*

Quem ordinem, ait Pontifex, *ipſa Virgo genuit, & produxit*, & ideo ſuum eximium amorem erga nos declarat ſæpe filios dicens, ut oſtendam infra q.20. filij autem nomen ſupremum, & eximium amoris affectum importat, & manifeſtat. In ultima Cœna ait Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis: *Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum.* Ioan.13.n.33. Chriſtus ſemper intimè dilexit ſuos Apoſtolos, nunquam eos dixit filios, niſi modo in ultima cœna, quando miro, & admirabili modo omnes amoris exceſſus prodierunt, tunc *lavit pedes diſcipulorum ſuorum*, eiſque promiſit ſupremum donum Spiritus Sancti, *Cum autem abiero mittam eum vobis.* Ioan.15. pro eis ad Patrem orat cap.17. *Pater, tui erant, tu mihi eos dediſti*, alta, & ſublimia præbet documenta, & quod maximum, & majus eſt omnium, inſtituit Diviniſſimum Sacramentum, in quo ut ait, Tridentinum declaravit divitias ſui amoris, & tunc, & non antea eos dicit filios, niſi modo inter tantos amoris exceſſus, non occultatur, ſed prodit nomen filij; quia in eo exundat omnis amoris affectus Rupertus Abbas ibi: *Uno, eodemque nomine.* 166.

Ioan.13. *Exuberantia amoris in nomine filij declaratur.* Ioan.15

Maxime exaggeratur Divini Patris amor erga homines, ut notat D.Aug. tract.2. in Ioan. ponderans illius ſublime, & altum arcanum illius Evangelij: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*, id eſt: *In principio*: In Patre Æterno, qui per excellentiam eſt principium ſine principio, & eſt principium totius entis tam increati, quam creati. *Et Verbum erat apud Deum* per intimam, ac ſubſtantialem identitatem, ac ſubſtantialem naturam cum Patre. *Et Deus erat Verbum.* Et ipſum Verbum erat verus Deus æqualis cum Patre: Deinde pergit Evangeliſta per altiſſimos, ac ſublimes diſcurſus, & deſcendit agens de generatione adoptiva, quam Æternus Pater conſtituit in hominibus: *Dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri his, qui credunt in nomine ejus.* Ad quid ſublimis Aquila cum incipias agere de generatione æterna, ad quid divertis ſermonem ad filios adoptivos? Ut declararet, ac exprimeret ſupremam exabundantiam Divini paterni amoris erga nos. Inter homines datur filiatio adoptiva ex defectu generationis naturalis; at tantum in exceſſu crevit amor Æterni Parentis, quod cum haberet unicum filium perfectiſſimum, & naturalem, utpote verum Deum ſibi æqualem, ſic tantum dilexit homines, ut etiam per gratiam eos filios crearet, ſic in præſenti in perſona Chriſti exaggerans ejus amorem loquitur D.Aug. citatus: *Magna benevolentia, unicus natus eſt, & noluit manere unicus.* Ex quo conjice quàm magna, ac ſublimis extiterit benevolentia Sanctiſſimæ Virginis, quæ multoties apparens cum unigenito filio ſuo Ieſu in brachiis, ut dicam infra q.20. in præſentia tanti, ac talis filij per ſuum eximium favorem, ac gratiam nos etiam filios appellat, ac dicit. 167.

Ioan.1. D.Aug. *Eximius amor Virginis Mariæ, quæ nos etiam vult habere filios per gratiam.* D.Aug.

In primo rerum opificio ſupremus Artifex dixit: *Fiat lux, & facta eſt lux.* Gen.1.n.3. Quæſtio eſt, quæ erat lux? nam quarta die Deus fecit *duo luminaria magna luminare majus, ut præeſſet diei, luminare minus, ut præeſſet nocti, & ſtellis.* Gen.1. n.11. Communis eſt ſententia, quod iſta luminaria creaverit Deus ex illa nube lucida creata primo die. Unde eleganter dixit Magnus Hyſicus: *Primogenitus lucis Sol*, poſtea verò creata ſunt alia; nubes lucida, ac refulgens totius Eccleſiæ eſt Virgo Maria, ſic etiam appellant Sancti Patres *luminare corpus, quod totam Eccleſiam illuminat*, ut dixi ſupra q.10. *Primogenitus autem lucis Sol.* Primogenitus autem filius, ac primogenita Religio Sacratiſſimæ Virgini Mariæ dedicata, 168.

Gen.1. Hyſicus. *Sol primogenitus lucis.*

ac

ac conſecrata eſt Religio Carmelitana, quæ ejus luce illuſtrata, ejuſque favoribus fomentata, uberes fructus protulit in Eccleſia Dei, ut dicunt Summi Pontifices infra citandi.

QUÆSTIO XIX.

De Indulgentia conceſſa ab Urbano VI. nominantibus Ordinem Carmelitanum, vel fratres Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo.

269. *Titulus fratrum B. Mariæ per multos Pontifices cõfirmatus.* IN præfatis lectionibus dicitur, quod hunc titulum fratres Ordinis B. Mariæ de Monte-Carmelo Summi Pontifices *non ſolum confirmarunt, ſed & indulgentias peculiares iis, qui eo titulo, vel Ordinem, vel fratres ſingulos nuncuparent conceſſere.* Quod Summi Pontifices hunc titulum fratrum Ordinis B. Mariæ confirmarunt, patet ex multis Bullis conceſſis à Sede Apoſtolica ſub hoc nomine, ut vidimus .q. 17. quod vero attinet ad dicentes hoc nomen, de quo eſt quæſtio.

270. *Multi inimici contra Religionem.* Multi invidioſi inique ferentes quod tanto nomine eſſemus inſigniti, variis calumniis illud auferre intendebant, dicentes nos dici fratres cujuſdam Mariæ peccatricis, ac pœnitentis, & ut talis error contra conſtitutiones Apoſtolicas, ac diplomata Summorum Pontificum extingueretur, & omnino expurgaretur ab hominum memoria Procurator Generalis Ordinis M. Fr. Nicolaus de Luca per Eminentiſſimum D. Cardinalem Bartholomæum tit. S. Marcelli protectorem Ordinis, hanc fecit ſuæ ſanctitati ſupplicam.

271. *Supplica Procuratoris Generalis.* *Supplicat igitur ſanctitati veſtræ Fr. Nicolaus de Luca Procurator Ordinis B. Virginis de Monte-Carmelo, & omnium, & ſingulorum veſtræ ſanctitatis devotorum fratrum, Ordinis prædicti, quatenus ſanctitas veſtra dignetur opportune remedio providere contra talia obloquentes, & detrahentes in favorem, & honorem Ordinis prædicti, & omnibus Chriſti fidelibus, qui ordinem ipſum, & fratres ejuſdem ordinis; Ordinem & fratres Beatiſſimæ Mariæ Genitricis Dei vocaverint, nominaverint, ſeu appellaverint, ſi in gratia extiterint Indulgentiam trium annorum, & tot quadragenarum concedere gratioſe perpetuis temporibus duraturam.*

Indultum.

Indultum Urbani VI. *Cui ſupplicationi de benignitate Sedis Apoſtolicæ annuens, ipſam liberè in eandem formam conceſſit. Data Romæ in hoſpitio habitationis noſtræ. Septimo Kalendas Maij Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Urbani Papæ Sexti anno ſecundo, qui fuit annus 138. nam Urbanus VI. creatus fuit Pontifex anno 1378,*

272. *Singulare beneficium.* *Quod eſt valde ſingulare* beneficium hujus Ordinis, quod ſolum ex *ejus nomenclatura concedatur Indulgentia, in quo videntur Summi Pontifices imitari tenerrimam*, ac ſingularem Virginis benevolentiam erga hunc Ordinem, ut notat Theophylactus, Reynald. de Sacro Scapul. & ait: *Ideo Summi Pontifices merito conſueverunt tantæ Matris affectum, ea gratitudinis ſignificatione eſſe recolendum.* *Theoph. Reynald.*

273. *Indulgẽtia nõ revocãtur.* Quæ indulgentia licet fuerit vivæ vocis oraculum per dictum Cardinalem ſancti Marcelli, tamen non eſt revocatum per conſtitutionem Urbani VIII. Primo quia gratiæ, quæ ſunt merè favorabiles, & nullum Eccleſiæ conferunt detrimentum, non ſunt revocatæ per talem cõſtitutionem, ut ex verbis ipſius, conſtitutionis conſtat, ut valde probabiliter tenent Sapiẽtiſſimus ac digniſſimus noſter Generalis Theodorus, Statius de Inſtructione noſtræ Religion. c. 20. n. 7. M Lezana in ſumma verbo Oraculum n. 5. & ego opuſc. 2. reſol. 46. cũ Bellizario, Bordono, & aliis. *Statius. Lezana. Bellizar. Bordon.*

274. Secundo, & fortius: Illa, quæ erant vivæ vocis oracula, & poſtea per alias conceſſiones Pontificias habentur tamquam in Bulla publica non ſunt revocata; quia jam exuerunt naturam oraculorum, ut communiter tenent Doctores circa quandam Bullam Pauli V. anno 165 . die 23, Maij, & alteram conceſſam pro noſtris Diſcalceatis ab eodem Paulo V. 1610. die 3. Aprilis, ut dixi citato opuſc. citat. Reſol. 46. q. 2. n. 13. *Aſſignantur aliæ Bullæ.*

275. *Sixt. IV.* Tunc ſic probo: Urbanus VI. dedit illud vivæ vocis oraculum anno 1380. poſtea verò Sixtus IV. in ſua Bulla, *Dum attenta meditatione.* Datum Romæ anno 1473. & ſua ſanctitas approbans, & ex certa ſcientia omnia nobis conceſſa, & ſic ait: *Ex certa ſcientia, & motu proprio approbat, innovat omnes gratias plenarias, & gratias ſpirituales, & temporales ordini veſtro, veſtriſque domibus, aut fratribus in genere, vel ſpecie quomodolibet conceſſas.* Illa dictio *quomodolibet* valde latè comprehendit, ut late probat Barboſa diction. 330. n. 1. Omnia quocumque modo, ſub quacumque verborum formâ fuerint conceſſa, & n. 2. comprehendit omne jus, ſive directum, ſive indirectum, ſive proprium, ſive improprium, pro hoc citat multos, & magnos Doctores. Cum ergo dictio: *Quomodolibet* comprehendat omnia, nullamque patiatur exceptionem, & Sixtus IV. in ſua Bulla innovet, & confirmet omnia quocumque modo Religioni conceſſa, hoc non ſolum ad Bullam, ſed etiam ad oracula pertinet, quæ omnia ſunt innovata, & inſerta in Bulla Sixti IV. & non comprehenduntur in revocatione facta in oraculis. *Barboſa. Incorporatã in Bulla.*

276. Tertio, quia multorum graviſſimorum Doctorum Fr. Antonij ab Spiritu Sancto, Bellizarij, Hurtadi, Perinis, quos adduxi citata Reſol. 46. q. 2. n. 11. ſententia, quæ tenet, & docet privilegia Regularium vivæ vocis non eſſe revocata per generalem revocationem oraculorum, ſed eſſe in ſua viridi, & valida obſervantia. *Religionum non revocata. Anton. Hurtad.*

Textus. *Ne vero nomenclaturam tantum magnificentiſſima Virgo tribuit, & tutelam, verum etiam inſigne Sacri Scapularis, qui dignoſceretur, & à malis ingruentibus protegeretur, ac demum cum olim in Europa ordo eſſet ignotus, & ob id apud Honorium Tertium, non pauci pro illius extinctione inſtarent, adstitit Honorio noctu puriſſima Virgo Maria, planèque iuſſit ut inſtitutum, & homines benignè complecteretur.*

EXPOSITIO.

277. VAlde vulgare eſt apud sãctos Patres, & Doctores, quod nomina à Deo impoſita magnã important ſignificationem in multis mirabilibus, & magnis operandis prodigiis; ſic cum olim Magnus ille Patriarcha diceretur Abram, mandat illi Deus, ut dicatur Abrahamus, id eſt Pater multarum gentium, ſic & Princeps Apoſtolorum cum diceretur Simon Ioannis præcepit Chriſtus, ut diceretur Petrus, utpote petra, ac fundamentum totius Eccleſiæ, ſic & cum noſtri Religioſi antiquitus dicerentur filij Prophetarum, nutu Virginis dicuntur fratres B. Virginis de Monte-Carmelo, utpote Sacratiſſimæ Virgini conſecrati, ac ſub ejus tutela, quam in multis ſunt experti, & hoc ab exordio, ac à primitiva Eccleſia. *Gen. 12. Ioan.*

QUÆSTIO XX.

De multis, ac magnis mirabilibus, quibus Sacratiſſima Virgo ſe prabuit matrem, ac Tutelarem Carmelitarum.

278. Pſ.105. Chald. *Nullus poteſt.* AIt Regius Vates Pſalm. 105.n.3. *Quis loquetur potentias Domini, & auditas faciet omnes laudationes ejus.* Chaldæus explicat: *Quis poteſt tot ejus mirabilia declarare, ac annuntiare,* quibus Sacratiſſima Virgo Maria voluit ſuum Ordinem Carmelitanum condecorare, ac nobilitare, quæ tot, & tanta ſunt numero, magnitudine, ac excellentia, ut noſtrum intellectum excedant, ac ſuperent.

279. *Vos filios, fratreſ que appellat.* In illa primitiva Eccleſia; promulgato Evangelio, noſtri antiqui Patres illud amplexati ſunt ſine ulla mora, ad pedes Sacratiſſimæ Virginis convolarunt, ipſam venerantes, ac adorantes, ipſoſque benignè excepit, & ut omnium Magiſtra illos docuit, & illuminavit in multis, & magnis fidei myſteriis, eoſque viſitare, ac honorare dignata eſt in Monte-Carmelo, ut ſupra dixi q.11. eoſque ſua eximia benignitate fratres, ac filios B Virginis Mariæ de Monte-Carmelo vocari conceſſit, ut inquit Sixtûs IV. in ſua Bulla prima, & ſecunda pro Carmelitanis: *Ipſa Sacratiſſima Virgo, cujus pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, immenſa Sancti Spiritus cooperante virtute genuit, produxitque Sacrum Ordinem Beatæ Mariæ de Monte-Carmelo.* Et poſt pauca ſubdit Pontifex: *Prædicti Ordinis profeſſores in firmamento Catholicæ fidei militantes, tamquam Religionis ſpeculum, & exemplar, ſpeciali Charitate fulgentes.* Et tandem apponit dictus Pontifex: *Fructus quoque uberes, quos dictus Sacer Ordo in agro militantis Eccleſiæ in propagatione Religionis, & fidei Orthodoxæ hactenus produxit utiliter, & producit, ac in futurum producturum fore indubitanter ſperamus.* Quæ omnia luculenter explicat Gregorius XIII. *in ſua Bulla ad laudes* dicens: *Beatiſſima Virgo Maria viſceribus ſuis Carmeliticum Ordinem ſpiritualiter genuit, & ad ubera lactavit.* Ex tanta Virginis gratia, ac peculiari protectione innumerabilium, quæ nobis contulit, pauca videamus.

Sixt.IV.

Carmeliticum ordinem genuit Beata Virgo.

Gregor. XIII.

280. Primo: Cum in Syria magna perſecutio à Turcis, & Mauris eſſet exorta in Chriſtianos, & maximè in Carmelitas, qui crudeliter vexabantur, ac multis cruciabantur, à Priore Generali convocato Capitulo multi dicebant, quod tranſeundum erat ad partes Occidentales, eo quod ibi nullo modo poterant conſervari, ſed quotidie minuebantur. Alij è contra dicebant non eſſe recedendum à ſuo antiquo loco, milites fortes terga non vertunt, ſed ad mortem uſque perſiſtunt. Cum res maximè verteretur in dubium Sanctiſſima Virgo apparuit Sancto Priori Carmeli; *Admonuitque ut petitioni fratrum, qui Orientale lumen tenebris occiduis inferre volebant nequaquam obſiſteret, innuens à ſe, & à filio ſuo hunc egreſſum eſſe ſermonem, quatenus Carmeli flores, non ſolum Paleſtinam, & Syriam, ſed orbem adornent univerſum.* Ita referunt Guillelmus Samueus Paleonyd. Arnoldus, Boſtius apud vineam Carmeli n.497. fol.mihi 251.

Admonet Virgo tranſeundum ad Occidentales plagas.

Guillel. Samuc. Paleon. Arnold. Vinea Carmel.

281. S.Cyrill. *Ubique auxiliat.* Thom. Et jam Sanctiſſima Virgo hanc tranſmigrationem revelavit S. Cyrillo Eremitæ Montis Carmeli promittens ei *ubique Religioni eſſe auxiliaturam.* Ita referunt Guillelm. Mame. de multiplicit. Ordin. c.3. Arnold. cap.5. Paleonyd. lib.3. cap.4 Thomas de Ieſu lib.2. de fratr. Carmeli cap.11.

282. Hon.III. Secundo ut dicitur in lectionibus: *Cum ordo eſſet ignotus in Europa, & apud Honorium III. non pauci pro illius extinctione inſtarent. Aſtitit noctu puriſſima Virgo, planeque juſſit, ut inſtitutum, & homines benigne complecteretur.* Et tunc mirabiliter contigit, ut illa, eadem nocte duo Palæſtini crudeles adverſarij Religionis perierint, & mortui fuerint; quod cum audiiſſet Honorius, dato diplomate, dictum ordinem, ac ſtatum confirmavit, & approbavit, Bullam integram refert Cherubinus Bull. tom. 1. in Honorio III. Conſt. 8. & de hoc magno miraculo ſcripſit Caſſanæus *de gloria Mundi 4. p. conſid.* 8. Pineda in Monarch. *cap.* 23. Rodrigues *tom. 1. q. 2. art. 5.* Bellarm. *in ſua Chronologia lib.* de *Scriptoribus Eccleſiaſticis.* Ægidius Luſit. lib. Cui titulus *Primas Auguſti lib.1. cap.3.* Abraham. Brovius *tom.13. Annal. anno Chriſti* 1217.n.12

Caſſan. Pineda. Bellarm. Ægid. Luſitan. Brovius.

Tertio: Cum in Europa multi Conventus Carmelitarum ædificarentur quod valdè ægrè ferebant quidam Prælati, qui omni acerbitate moleſta, ac vexatione perſequebantur Carmelitas, illi ad ſolitum Virginis Mariæ patrocinium recurrentes, eamque invocantes ipſa puriſſima Virgo apparuit Sancto Simoni Anglico Generali, & ait: *Vade ad Innocentium quartum intrepidè, qui juxta ſui nominis interpretationem partem innocentium fovere debet, inflictis gravaminibus remedium imponat.* Generalia divinæ Virginis monitis obediens ad Innocentium abiit, ſua mandata expoſuit, & à Pontifice valde benignè exceptus, multis remedium impoſuit, & veluti ex Divino afflatu omnia quieverunt. Ita ſcribunt Boſtius *lib. de patron. Virg. cap.* 9. Abraham Brovius *tom.13. Annal. ad an.* 1245. Trithem. *de laudibus Carmeli* & alij. 283.

Ex Innocentio mitigatur tempeſtas.

Boſtius. Brovius. Trith.

Quarto: Valde in hac re celebris eſt Bulla Ioannis XXII. vulgo dicta Bulla Sabbatina, ut ipſe teſtatur: *Mihi flexis genibus viſa fuit Virgo Carmelita,* id eſt Carmelitano habitu induta, *Sequentem effata ſermonem ô Ioannes, ô Ioannes, Vicarie, dilecti filij mei à tuo te eripiam adverſario,* ſcilicet diabolo, *iſtam gratiam, & amplam meo ſancto, & devoto Carmelitano Ordini confirmationem debes præ concedere per Eliam, & Eliſæum in Monte-Carmelo inchoato.* Quam Bullam confirmarunt alij Pontifices ſucceſſores. Alexander V. eam integram refert in ſuo diplomate cujus initium: *Tenore cujuſdam.* Clemens VII. Paulus III. Gregor. XIII. & de hoc multi omnes noſtri Authores Ioannes XXII. 284.

Ioannes XXII. *Virgo mandat dare confirmationem.*

Alexand. V. Clemens VII. Paulus III. Gregor. XIII.

Quinto: Ad annum 1264. In quodam Conventu Tholoſaiæ Provinciæ cum quidam Religioſus valde devotus Virginis Mariæ, qui ab ea multas viſiones receperat: *Vidit Sacratiſſimam Virginem geſtantem filium ſuum Ieſum Chriſtum ſuper brachia, erat autem veſtibus albis induta ad modum Sororum Ordinis, excepto quod in capite gerebat coronam, vidit & Angelos duos, unum à dextris, & alium à ſiniſtris ejus tenentes pallium album, & extendentes, ſub quo videbantur recipere viros albos, & mulieres nitide indutas, ſub quo etiam ipſe frater recipi videbatur, & quaſi à vento, & turbine videbantur omnes defendi,* nempe ab omni adverſitate, ac contrarietate, ita referunt Arnoldus Boſtius Hiſtoriali ſpeculo, Balduinus, Leſſius, *In collectaneo exemplorum.* Doctor Ioſephus Andreas decore Carmeli 13.n.22. & alij apud ipſum. 285.

Virgo ſub pallio ſuo recipit.

Arnold. Boſtius. Leſſius. Ioſeph.

Sexto: In Conventu Barbariæ, in Alemania miſſa ſolemniter celebrata cum fratres ſtarent in Choro in fervida oratione quidam magnæ, & inſignis virtutis vir vidit Beatiſſimam Virginem habentem filium ſuum in brachiis, quæ & fratres benignè reſpiciebat, & procedens per chorum flores per fratres dividebat, cuidam rubicundos in ſignum fervidæ charitatis, alteri lilium candidum in ſignum puritatis, 286.

Dividit flores.

tatis, & alteriſimiliter, quod cum dictus frater aliis narraſſet, omnes glorificaverunt Deum, & ejus ſanctiſſimam Matrem, ex aliis refert Lexana *Maria Patrona* cap.5.n.38.

Lezana.

287. Septimo: Cum in Anglia multi ſæculares duriſſima, & crudeli infeſtatione noſtros Religioſos omni modo vexarent, ac perſequerentur, ita Dei venit ſuper eos, & divinitus puniti ſunt, multique ſubitanea morte perempti, & propter hæc, & alia ordinata fuit quædam proceſſio, in qua noſtri Religioſi Carmelitæ cùm incederent accedentes ad quandam imaginem ligneam B. Virginis inclinantes ſe fratres ad illam, & dicentes: *Ave Maria* (ô rem mirabilem.) Ipſa imago lignea inclinavit caput, & ter alta voce dixit: *Ecce ſunt fratres mei*. Refert ex multis Daniel à Virgine Maria vinea Carmeli n.528 alias fol.569.

Clamat Virgo ecce ſunt fratres mei. Daniel.

288. Octavo valde mirabile eſt illud, quod contigit in noſtro Conventu Bononiæ, quod cum fratres decantarent Antiphonam *Salve Regina*. Cumque perveniſſent ad illa verba: *Et Ieſum Benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende*. Proh magnũ miraculum! adfuit Sacratiſſima Virgo, dicens: *Pſallite devotè filioli, vobis enim filium meum Ieſum & in præſenti, & in futuro ſæculo oſtendam.* Et illis puerum, quem in ulnis geſtabat, videndum tradidit. Palæonyd. lib.3. cap.11. Ioſeph Andreas decore 11.n.22.

Virgo oſtendit filium ſuum. Palæon. Ioſeph.

289. Nono: Valde mirabile, quod apud Toloſam contigit, cum noſtri Religioſi ædificarent conventum in certo loco, à quodam Iudæo converſo dato cum dotè, ac ægre tuliſſet Dux, ſeu Capitanus illius loci monaſterium circundedit tamquam muro, ut de victualibus nihil poſſent habere Religioſi, ſed perirent. Illi ad devotiſſimam Imaginem exorantes cantantes illam Antiphonam: *Ave Stella matutina, peccatorum medicina, tu nos in hoc carcere ſolare propitia*. Circulus factus à Duce, tamquam muri Jericho, cecidit, & oculi ducis ceciderunt uſque ad maxillas, qui tamen facti pœnitens confugiens, ac orans ad B Virginem cum Religioſis, oculi redierunt ad ſuum locum, & ipſe ſumpſit habitum Religionis: Ita ex multis refert Lezana *Maria Patrona* cap.5.n.51.

Mirabiliter liberantur Religioſi canentes antiphonam. Lezana.

290. Decimo anno 1578. die 15. juxta Viluordiam, cum quidam milites hæretici invaderent Monaſteria Monialium B. Virginis de Monte-Carmelo, viſa fuit quædam matrona valde mirabilis, & venerabilis albo induta pallio ambulans ſuper muros Monaſterij, injectas flammas, & prædones aſcendentes abigebat, quorum plures in terram conſternati ceciderunt, & ſimul idem paſſi ſunt, qui dormitorij ingreſſum tentarunt; Ita refert Antonius Sanderius in Britannia illuſtrata lib.7.c.74.

Moniales liberantur.

291. Undecima, & duodecima ſint duo illa & valde particularia beneficia, ac ſingularia, unum revelatio facta ſancto Petro Thomæ de perſeverantia Ordinis uſque in finem ſæculi, de quo multoties eſt dictum, alterum Sacrum Scapulare, de quo pauca pro dignitate à nobis dicenda ſunt.

S. Petrus Thom. S. Simon Stoch.

292. Sicut de multis; & magnis beneficiis, quibus noſtra ſacra familia à Virgine Maria eſt nobilitata, de quibus late noſtri Authores, duodecim hic tantum appoſui, qui eſt numerus certus, ſub quo cæteri comprehenduntur numeri.

293. Dicitur Cantic.5. num.11. *Caput ejus aurum optimum*, id eſt coronatum corona aurea cap.7. n.5. *Caput ejus, ut Carmelus*, id eſt coronatum Carmelo, ſeu floribus Carmeli, nam omnes virtutes, & illuſtria merita ſanctorum Carmeli ab interceſſione, ſe favore Virginis procedunt, & ideo in eorum operibus ipſa coronatur.

Cant.5. Cant.7. *Maria ſanctorũ Carmeli ex Virgine.*

294. Apparet Virgo ſanctiſſima amicta Sole, & in capite ejus corona ſtellarum duodecim. Apocalypſ. 12. num. 1. per quas duodecim ſtellas, duodecim Apoſtoli intelliguntur, quia eorum illuſtria facta per Virginem ſunt exhibita, & adimpleta. Carthuſian. de laudibus Mariæ art. 16. ubi ſic ait. *Virgini attribuitur tota Corona duodecim Apoſtolorum, quoniam meritis ejus fuerunt vocati, ac per ejus inſtructionem edocti, per ejus quoque ſuſpiria, & orationes Spiritu Sancto repleti; Unde & Virgini ſanctæ ſingulariter attribuitur tota per Apoſtolos facta mundi victoria.* Merito Apoſtolis coronatur, quia per interceſſionem Virginis habuerunt Apoſtoli, ut replerentur Spiritu Sancto, & illuſtria facta ederent.

Apoc.12. Carthuſ. *Maria Apoſtolorum ex Virgine.*

295. Et in hoc convenit id, quod dicitur Apocalypſ. 19. num. 12. de Chriſto Domino: *In capite ejus diademata multa*. Sicut dictum fuerat per Zachariam 6.n.11. *Facies coronas, & pones in capite Ieſu filij Ioſedech Sacerdotis Magni*, ad quem locum ſic ait D. Hieronymus: *Imponuntur Corona Ieſu filio Ioſedech, quia nobis proficientibus, & reverſi ad meliora per ſingulas virtutes noſtras Dominus coronatur: imo nobis per pœnitentiam coronatis Salvator in ſingulis coronam accipit* Rupertus: *Scimus per ſingulas virtutes noſtras Dominum coronari, & multa in capite ejus diademata.* De his multa dixi citato cap.19.q.26.

Apoc.19. Zachar.6 D. Hier. *Chriſtus noſtris operibus coronatur.*

QUÆSTIO XXI.

De circunſtantiis, quibus Sacrum Scapulare fuit datum, ac receptum à Sancto Simone, ac de nomine Scapularis?

296. AB hoc ſecundò incipio relictis illa, qui dixerunt ſignificare tegumentum capitis. Duæ ſunt probabiliores expoſitiones. Prima tenet deduci *ab Scapulis* obumbrantibus juxta illud Pſalm.90. n.4. *Scapulis ſuis obumbrabit tibi.* Explicant D. Auguſt. noſter Incognitus, Eſtetius tamquam brachiis, ſeu alis extenſis, veluti gallina, quæ ſub alis ſuos pullos cuſtodit, ſe defendit.

Pſal.90. D Aug. Incogn. Eſtetius. *A cuſtodiendo.*

297. Secunda, & probabilior, quam tenent Theophylus, Raynaud. in prœmio tractatus Scapularis. quod Scapulare deſumitur ab Scapulis, ſeu humeris, eſt veſtis monaſtica, ſeu Religioſa deſcendens ab humeris, ſeu Scapulis in totum corpus, ut ipſum ſuo monaſtico ſigno cuſtodiat, & defendat, veniamus ad circunſtantias.

Theoph. Raynaud. *Veſtis ab Scapulis.*

298. Cum noſtra Religio eſſet ignota in Europa, & denuò adveniſſet ex Syria, multi apud Honorium inſtabant, ut Religio extingueretur, Honorio apparet Virgo Sacratiſſima, præcipitque Religioſos benigne excipere, ut habetur in lectionibus, & ſæpe dictum, & in illa nocte crudeles adverſarij mortui ſunt, quibus viſis Honorius valde benigne excepit Religioſos, & multis, magniſque favoribus eos condecoravit, cum tanta Virginis Mariæ miraculoſa cuſtodia, ac protectio eſſet nota in Religione Sanctus Simon Stock tunc generalis de conſilio aliorum fratrum ann. 1226. ut quotannis die 16. Iulij fieret in tota Religione Solemnis Commemoratio B. Virginis Mariæ pro tanta protectione; Ita refertur in lib. Flores Carmel. in feſt. commemorationis n.23.

Solemnitas ab antiquo celebrata.

299. Quia vero Deus beneficiis beneficia addit eadem die 16. Julij anno 1251. cum totam noctem tranſiſſet Sanctus Simon in fervida oratione, ut ipſe teſtatur, inter cætera rogabat, ac exorabat multis eum ſuſpiriis: *Flos Carmeli, vitis florigera, ſplendor Cæli, Virgo puerpera, ſingularis mater mitis;*

viri

Virgo dat Scapulare.

viri neſcia, Carmelitis das privilegia, ſtella maris Virgo apparuit mihi cum grandi comitatu, & tenendo habitum Ordinis dixit: Hoc erit tibi, & cunctis Carmelitis privilegium. In hoc moriens æternum non patietur incendium. De hac magna gratia, privilegio, & favore, innumeri ſunt Authores, qui illud celebrent, & ſcribant, quos refert Lezana Maria Pattona cap 5. num. 10. de illo faciunt mentionem in ſuis diplomatibus (octo) vel novem Summi Pontifices, de quibus infra cum de Bulla Sabbathina fuerit ſermo.

Excipitur cum feſtivitate.

300. Et ſicut Sanctiſſima Virgo cum magno comitatu Angelorum, tamquam valde feſtivè dans Sacrum Scapulare B. Simoni, ſic ille cum magno applauſu feſtivo illud excepit cum omnibus Religioſis gratulantes tam eximium, & magnum beneficium B. Virgini, & tunc compoſuit illam Antiphonam: *Ave ſtella matutina peccatorum medicina contra tela inimici clypeum pone*, quæ antiphona juxta noſtrum breviarium dicitur in Sabbatho, ac in officio commemorationis, etſi antiquitus à tempore Honorij feſtivè celebrabatur, poſt vero acceptum Sacrum Scapulare pro tam ingenti beneficio multo majori applauſu, ac pompa recolitur.

Solemnitas commemorationes valde grata Virgini.

301. Quæ ſolemnitas commemorationis Sanctiſſimæ Virginis inde oſtenditur, quod ſit ei maximè grata ex facto, quod contigit anno 1619. in noſtro Conventu de Burgos, cum à noſtris Religioſis ſolemniter, & devotè veſperæ ejuſdem ſolemnis commemorationis cantarentur, quædam perſona magnæ, & inſignis virtutis vidit ad latus majoris altaris adeſſe B. Virginem Mariam habitu Carmelitano indutam, & pallium album habentem multis ſparſis ſtellis apparebat, ad cujus latus dexterum aderat S. Joſephus ad ſyniſtrum S. Simon Stock tamquam feſtivitatis author, & tamquam ſua præſentia honorantes illam feſtivitatem. Ita refert Fr. Alfonſus à Matre Dei lib. de Sacro Scapulari.

Flores Carmeli.

De hoc Sacro Scapulari tria ſunt agenda

I. Magnitudo doni

II. Illius prærogativa

III. Illius obligationes.

QUÆSTIO XXII.

Suprema Regina Carmeli in Sacro Scapulari nobis adminiſtrat Divinum cibum, cæleſtem veſtem, ac victricem trophæum de inimicis.

302. *Cant. 7.* MAxime alta indagine notandum, quod cum dicitur Cantic. 7. num. 5. *Caput tuum, ut Carmelus.* Subjungitur: *Statura tua aſſimilata eſt palma* merito Sanctiſſima Virgo Carmeli dicitur *aſſimilata palma*, nam inter cætera, palma, quatuor prærogativis illuſtriſſimè ſublimatur: *Prima* ſua altitudine, ut notat D. Hieronymus *in cap.* 31. Job, excedit, & extollitur ſuper omnes alias arbores, plantas, & flores. *Secunda* dat fructum ſuaviſſimum, ac dulciſſimum, tamquam mellis. *Tertia prærogativa* dat etiam indumentum; nam ex ejus foliis apud antiquos multæ veſtes componebantur D. Paulus primus Eremita togam, quam in ſolemnibus diebus induebat, de foliis palmarum ſibi intexerat, ut teſtatur D. Hieronym. in ejus vita. *Quarta* palma datur in ſignum victoriæ: Tum ob ejus ſublimitatem, tum quia multum durabilis, & vincit quodammodo corruptionem; Unde ait Job 29. n. 18. *Sicut palma multiplicabo dies.* Tum quia ejus folia ſunt tamquam radij, quibus denotatur victores radiare, ac reſplendeſcere ſuper ſuos inimicos.

Palma quatuor prærogativis illuſtriſſima. *D. Hier.* *D. Paulus Eremita.* *D. Hier.* *Job. 29.*

Hinc Chriſtus D. cum ingrederetur Ieruſalem Pueri cum Ramis Palmarum, ac Olivarum obviaverunt ei. Matth. 21. n. 8. Marc. 11. n. 9. triumphum applaudentes, quem Chriſtus D ſuo ingreſſu de principe tenebrarum reportabat, ut notat D. Iſidorus de Divinis Officiis, quæ omnia mirificè reſplendent in Sereniſſima Regina Carmeli. *Math. 21* *Marc. 11.* *D. Iſid.*

Primò, Pulchrè ſuprema Regina Carmeli dicitur *aſſimilata palma*; quia ſicut palma ſua altitudine, ac ſublimitate, excedit omnes arbores, & plantas, ſic nomen Reginæ Carmeli ſuperat omnes alias ejus invocationes, & nomenclaturas, ut pacis, ſpei, victoriæ, ut dixi ſupra q. 16. per totum. 303.

Nomen Reginæ Carmeli cæteris ſublimius.

Secundo Regina Carmeli aſſimilatur palmæ, prout nos adminiſtrat, properat, ac diſponit ad cœleſtem cibum: Cum Parens Elias dormiret ſub Junipero: Ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit: Surge, & comede: Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis 3. Reg. 19. num. 6. qui panis datus eſt Eliæ in figura Divinæ Euchariſtiæ, ut eſt valde communis vox Patrum: Cur panis iſte potius adumbrat Sacram Euchariſtiam, quam ille, quem Angeli ſub ſpecie corvorum, ut vult Abulenſ. 3. Reg. c. 17. q. 15. miniſtrabant ei in Charith, vel potius, quam alius panis, qui miraculosè datus eſt ei in domo viduæ Sarephtanim 3. Reg. 17. n. 9. Si panis datus eſt ſub Iunipero miniſtratus ab Angelo eſt typus Sacræ Euchariſtiæ, cur etiam tantùm myſterium non adumbrat ille, qui apud Charith eſt oblatus, cum ejus miniſtri fuerint etiam Angeli, vel cur tantum honorem non obtinet panis à Divina potentia datus in domo viduæ? Cur tanto decore ſublimatur panis ſub Iunipero oblatus? Ad Iuniperum venit Eliæ deſcendens de Monte-Carmelo, ubi in nubecula parva adoravit, vidit, magnoque cultu reveritus eſt Reginam Carmeli, & ex ejus apparitione, ac venerationia cultu ſe diſpoſuit, ac præparavit, ut particeps fieret iam altiſſimi myſterij in figura, & typo. 304.

3. Reg. 19 *Abulenſ.* *3. Reg. 17* *Ex adoratione Reginæ Carmeli præparatur Elias ad figuram Euchariſtiæ.*

Cum terra promiſſionis divideretur à Ioſuë per ſingulas tribus, dicitur: *Cecidit ſors quinta filiorum Aſer per cognationes, fuitque ſors eorum uſque ad Carmelum maris* Ioſuë 19. n. 24. & cur Carmelus venit potius in ſortem Aſer, quam Ruben Simeonis, Iſachar, & notanter dicitur, quod terminus ſortis Aſer eſt uſque ad Carmelum maris, & non ad quamlibet ejus partem, ſed uſque ad illam, quæ reſpicit mare *uſque ad Carmelum maris.* In illa parte Carmeli, quæ reſpicit mare orans Elias: *Ecce nubecula parva quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari* 3. Reg. 18. in qua Elias Reginam Carmeli agnovit, & adoravit reverenter. *Aſer panis pinguis, & præbebit delicias Regibus* Geneſ. 49. num. 20. In quo pane pingui cœleſtes Euchariſtiæ deliciæ denotantur, ut docent communiter Patres Euchoricus, Paſchaſius, Angelonus, deliciæ autem Euchariſtiæ in nullo alio participantur, ac guſtantur, niſi ubi Regina Carmeli apparet, ſub ejus nempe umbra, ac protectione tales deliciæ habentur, & comedentes Reges conſtituuntur: *Præbebit delicias Regibus.* 305.

Gen. 49. *Gen. 49.* *Sub umbra Reginæ Carmeli deliteſcit Euchariſtia.* *3 Reg 18* *Gen 49.* *Euchor.* *Paſchaſ.* *Angel.*

Tertio *aſſimilata eſt palma.* Regina Carmeli prout nobis hanc cœleſtem veſtem dat, quæ nos liberat, ac cuſtodit, inde optimè comparatur cum palma, nam ut ait Amalarius lib. 1. cap. 20. *Cæleſtes radij, ac fulmina, dum magno impetu cadunt palmam non tangunt, nec lædunt,* ſic veſtis data à Regina Carmeli abſque ulla offenſa nos cuſtodit ab igne. 306.

Amalar. *Ignis non tangit palmam.*

Vidit Moyſes illam viſionem grandem, quod *Rubus arderet, & non combureretur.* Exod. 3. n. 2. Quomodo Rubus inter ardentiſſimas flammas non ardet, ſed integer perſeverat? quomodo ab igne ne leviſſi- 307. *Exod. 3.*

mento

mum quidem patitur damnum? Unde ligno tantæ
vires contra voraces flammas, quibus nihil ſublu-
nare poteſt reſiſtere? Rubus adumbrabat ſanctiſſi-
mam Virginem Mariam, quæ concipiens Æter-
num Verbum lumen de lumine nec in corpore, nec
in virginitate paſſa eſt aliquam minimam læſio-
nem. Ab umbra Mariæ manavit virtus ad refræ-
German. nandam ardentem ignis flammam. Ita Germanus
Conſtantinopolit. orat. de adorat. Crucis, & ſic
ait: *Non ſua virtute rubus inconſumptus, & illaſus*
ſuavi igne perduravit, ſed propter Mariam, qua in
mortali, & ad corruptionem prona natura ignem
Damaſc. *Deitatis portavit.* Joannes Damaſcenus orat. 2. de
Aſſumptione ait: *Ardens Rubus illaſus manet per*
ſimulachrum quoddam, & umbram Mariæ. Si per
Umbra umbram Mariæ à vorace igne cuſtoditur Rubus in-
Virginis tactus, bene infertur, quod per cœleſte donum ſa-
liberat cris ejus manibus compoſitum, ac datum, à flam-
ab igne. meſcente igne ejus adoptivi filij erunt liberi, ac
immunes, maximè, & præcipuè cùm ipſa Virgo
in Sacro Scapulari adumbretur: quia, ut ait D.
D.Hier. Hieronymus ſerm. de Aſſumptione: *Beata Virgo eſt*
Pſal.71. *lana mundiſſima.* Unde dicitur in Pſalm. 71. n. 6.
Deſcendet ſicut pluvia in vellus. Virgo eſt veluti la-
na mundiſſima, quæ in ſe recepit totum Divini
Verbi, ad cujus umbram Sacrum Scapulare Car-
melitanum ex pura lana compoſitum ſuo nativo co-
lore ſine aliqua mixtura cœleſti rore Virginis Ma-
riæ fœcundatum tot, & tanta mirabilia operatur.

308. Cum ex crudeli mandato Nabuchodonoſoris tres
illi ſancti pueri Sidrach, Miſach, & Abdenago eſ-
ſent miſſi in medio fornacis ignis ardentis, *Ange-*
lus autem Domini deſcendit, & fecit medium forna-
cis quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos
ignis, neque contriſtavit, nec quidquam moleſtiæ in-
Daniel.3 *tulit.* Daniel. 3. num. 50. Ignis non offendit nec eo-
rum corpora, nec veſtimenta, nec calceamenta, ut
D.Hier. notant D. Hieronymus, Carthuſ. Hugo, & alij:
Carthuſ. Majus tamen miraculum videretur, ſi intactis cor-
Hugo. poribus eorum veſtimenta, & calceamenta eſſent
conſumpta ab igne, cur ergo permanent illæſa,
cur ab igne non devorantur? Ad majorem oſtenta-
D.Paſch. tionem Divinæ Omnipotentiæ. D. Paſchaſ. in
Thren. cap. 3. ait: *Ignis non tetigit corpora ſancto-*
Igni ve- *rum, nec eorum veſtimenta, quæ ſua erant.* Si veſti-
neratur menta cum eſſent illorum ſanctorum, ita venera-
veſtimē- tur ignis, ut inter voracia flammarum incendia ma-
ta ſanctorum. neant intacta, & illæſa, quanto magis venerabitur
ignis Sacrum Scapulare Virginis Mariæ indumen-
tum, ab illa confectum, ejuſque manibus imper-
titum.

309. Cum ſuis militibus Ioſuë ingrederetur civitatem
Iericho, eamque totam incenderet, ac deſtrueret;
at domus Rahab cum ſuis parentibus, fratribus,
omnibuſque cognatis manet libera, & ſuperſtes à
tanto incendio ex dato ſigno appenſo in feneſtra;
nam ob beneficium præſtitum exploratoribus,
quos recepit in domo ſua promittunt illi domum
ejus eſſe cuſtodiendam appoſito illo ſigno: *Si in-*
gredientibus nobis terram, ſignum fuerit funiculus
coccineus, & ligaveris eum in feneſtra, per quam
dimiſiſti nos, & patrem tuum, & matrem, fratreſ-
que, & omnem cognationem tuam congregaveris in
Ioſue 2. *domum tuam.* Ioſuë 2. num. 18. omnes iſti ſalvi
erunt: Cur pro defenſione domus Rahab ab uni-
verſo incendio, ac devaſtatione nullum aliud ſig-
num datur, niſi tantum funiculus, cur non potius
ſanguis ſuperliminaribus, ut in domibus Hebræo-
Exod.12. rum in Ægypto Exod. 12. num. 22. vel cur pro ſigno
non datur gladius, lancea, vel ſcutum appenſum?
Rahab gerebat figuram, vel umbram Virginis Ma-
riæ, ut ait D. Bernardus ſerm. 2. de Aſſumptione: D.Bern.
Felix mulier, quæ jam non exploratorem Iericho,
ſed potius illum fortiſſimum exploratorem meruit ſuſ-
cipere Ieſum Filium Dei. Et idem clarius tenet Se- Serarius.
rarius in Ioſuë q. 4. Rahab repræſentat umbram
Virginis Mariæ, inde unum filum in domo ejus *Signum*
appenſum ſignum ſalutis eſt ab incendio, ac omni *veſtis*
devaſtatione; quanto magis unum integrum veſti- *Mariæ*
mentum; atque Sacrum hoc Scapulare tutamen *cuſtodit*
erit ab omni voraci flamma, ac incendio omnia *ab omni*
devaſtante. *malo.*

Hinc recte dicitur de Regina Carmeli: *Statura* 310.
tua aſſimilata eſt palmæ. Olim dies indulgentiarum
apud ſanctos Patres dicebantur dies palmarum, ut
teſtatur Theatrum vitæ humanæ tom. 1. verbo *Be-* Theatrū
nedictio fol. 100. lit. E. dies Reginæ Carmeli dies vitæ hu-
ſunt omniū indulgentiarū nō pro tempore determi- manæ.
nato, ſed pro omni temporum univerſitate, ut no-
tat Heropolus lib. 1. cap. 3. *Quod palma in omni Lu-* Herop.
næ ortu ſingulis menſibus ramum novum profert, &
inde Eccleſia de ſancto, ac juſto decantat: *Iuſtus,*
ut palma florebit. Lunæ curſus Symbolum univer- *Regina*
ſitatis, Regina Carmeli aſſimilata eſt palmæ, ipſa *Carmeli*
enim pro omni temporum univerſitate novos ra- *multa*
mos, novoſque fructus cœleſtium donorum, ac be- *profert*
neficiorum producit, ac creat. *dona.*

Quarto: *Statura tua aſſimilata eſt palmæ.* Palma 311.
victoriæ ſignum, quæ maximè per Reginam Car-
meli aſſequitur, & obtinetur: Devaſtato, ac de-
ſtructo Amalech per Regem Saül: *Nuntiatum eſt*
Samueli quod veniſſet Saul in Carmelum, & erexiſ-
ſet ſibi fornicem triumphalem. 1. Reg. 15. n. 12 Expli- 1.Reg.15
cat Lyra *arcum triumphalem ex palmis, & olivis,* Lyran.
& dicitur fornax, ait Abulenſis, quia in eo deſcri- Abulenſ.
pta erat victoria Saülis de Amalech. Tamen maxi-
me inquirendum, cur ad hunc arcum triumphalem
erigendum nullus alius mons eligitur, niſi Carme-
lus, qui erat in tribu Aſer, cur non potius alius
mons, Libanus, vel Thabor? maxime cum Saül *Ubi Regi-*
eſſet de tribu Benjamin? Ad tantum triumphum *na Car-*
magno, & alto impulſu præ cæteris deſignat Saül *meli ibi*
Carmelum, nam eo ſpecialiter demonſtratur, ac *certa vi-*
fulget Regina Carmeli, & inde præ omnibus aptior *ctoria.*
erat mons Carmeli ad triumphum; nam ſub umbra
hujus ſupremæ Reginæ maxime trophæa, ac victo-
riæ de inimicis reportantur, & glorioſè trium-
phatur.

Ut daretur adoratio vero Deo Creatori Cœli, 312.
& terræ, & deſtrueretur omnino cultus, qui impio
Baal deferebatur convocat Elias totum Iſrael ad
Montem Carmeli 3. Reg. 18. n. 19. ibi illo admira- 3.Reg.18
bili ſacrificio igne de Cœlo adveniente: *Quod cum*
vidiſſet omnis populus cecidit in faciem ſuam, & ait,
Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. Ibi- 4.Reg.22
dem. n. 39. Deinde apprehenſis omnibus Sacerdoti-
bus Baal: *Duxit eos ad torrentem Ciſon, & interfe-*
cit eos ibi n. 40. Cur Elias ad tantum triumphum de
Idololatria, & Baalitis, de Rege Achab, ac Ieſa-
bele non alium eligit locum, niſi Carmelum, cur
Baalitis non dat optionem, ut eligant locum, ſi-
cut eis dedit, ut primi facerent ſacrificium, vel cur
Elias non eligit alium locum, v. g. Thabor? quia
ut notat Abulenſis citato cap. 18. q. 34. erat prope Abulenſ.
torrentem Ciſon, ubi interfecit Prophetas, vel po- *Sub um-*
tius cur non eligit Galgata, Bethel, vel Iericho, *bra Re-*
quæ loca Elias frequentabat 4. Reg. 22. n. 4. Cur tan- *gina Car-*
tùm Carmelum? Divina inſpiratione repletus E- *meli cer-*
lias præ omnibus ad certamen eligit Carmelum, *ta victo-*
quia cum ibi adeſſet Regina Carmeli, certa vi- *ria.*
ctoria, indubitabileque magnum tropheum repor-
taretur.

QUÆSTIO XXIII.

Sub auſpiciis Reginæ Carmeli omnia felicia, & proſpera.

313. CUm Populus maxima premeretur ſterilitate ob negatam pluviam, & per tot annos orante Elia: *Ecce nubecula parva aſcendebat de mari.* Seu, ut ex Hebræo legitur *vola hominis*, vola autem idem eſt, ac palma manus, vel pedis, qua viſa pro certo habuit Elias magnam aquarum abundantiam citò, ac feſtinè exundare, ita ut per puerum mandaret Achab: *Iunge currum tuum, & deſcende, ne occupet te pluvia* 3. Reg. 18. n. 34. id eſt concitatis, ac agitatis equis curre, ut explicant Lyranus, & Abulenſis: Quomodo Elias ex tam parvula nubecula veluti *vola hominis* cum Cœlum eſſet ſerenum, aër quietus, nullaque ventorum commotio agitaretur, tam feſtinam aquarum exundantiam deprehendit? Aqua totius felicitatis ſignum eſt. *Pluviam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ.* Pſalm. 66. num. 10. In illa nubecula veneratus eſt Sacram Reginam Carmeli, & inde pro certo ſtatuit, quod omnis ſterilitatis præſſura extincta erat, & omnium felicitatum, ac donorum copia reviviſceret citò, & velociter ad majorem doni illuſtrationem.

3. Reg. 18. Lyra. Abulenſ. *Regina Carmeli omnem felicitatem annuntiat.* Pſal. 66.

314. Ierem. 2. Cum Jeremias deſcriberet latè cap. 2. quomodo Deus traduxiſſet populum ſuum de ergaſtulo Ægyptiorum per deſertum, & terram inhabitabilem, terramque inviam ſitis, & imaginem mortis, per terram, in qua non habitavit homo, nec ambulaſet vir ſubdit num. 7. *Induxi vos in terram Carmeli, ut comederetis fructus ejus.* Quæ verba explicans D. Hieronymus ait: *Pro duriſſimo labore itineris dedi vobis abundantiam omnium rerum, quam ſignificat Carmelus.* Pro tot, & tantis laboribus ante toleratis in itinere ex Ægypto, volens Deus facere oſtentationem ſuæ multitudinis gratiarum, largamque exhibere recompenſationem tot calamitatum, ac laborum eos introduxit in Carmelum tamquam in omnium felicitatum abundantem copiam, ac ſi in terrenis nil majus eſſet deſiderabile, quia cum ibi peculiariter dominetur Regina Carmeli, ibi ſub ejus umbra omnium fertilis viget pinguedo, amænitas omnium deſiderabilium, ac profluentes cunctarum deliciarum rivuli dimanant.

D. Hier. *Vbi adeſt Regina Carmeli omnia abundant.*

315. Cum Eliſæus iter ageret, ut aſcenderet in Bethel, pueri illudebant ei dicentes; Aſcende Calve, aſcende Calve, tunc Eliſæus divino furore repletus maledixit eis in nomine Domini; *Egreſſique ſunt duo urſi de ſaltu, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros, abiit autem in Montem Carmeli.* 4. Reg. 2. num. 25. Si Eliſæus dirigebat viam in Bethel, modo poſt pueros occiſos ipſo itinere relicto aſcendit in Carmelum. Menochius: *Indignationem populi propter mortuos pueros declinatus.* Et cur Eliſæus magis exiſtimavit declinare iram populi in Carmelo, quam in Bethel? Carmelum aſcendit tamquam ad tutiora loca; Cum enim ibi regnet Regina Carmeli omnia ſub ejus patrocinio ſunt ſecura, ac valde munita, ut nulla adverſariorum armata manus poſſit illuc irrumpere.

Menoc. *Sub protectione Reginæ Carmeli omnia ſecura.*

316. Cum Rebecca audiſſet Iſaac dicentem filio ſuo primogenito Eſaü, ut pergeret in campum, & afferret ei de venatione ſua, ut comedat, & benedicat ei, Rebecca coxit duos hædos, *Et veſtibus Eſaü valde bonis, quas apud ſe domi habebat, induit eum.* Geneſ. 27. n. 15. Et Thomas Anglicus: *Veſtes valde bona, quæ ope Rebecca fuerant contexta* & perſuadet Iacob ut ſe præſentet patri, ad obtinendam benedictionem. Nonne magna matrona, vides in quantum periculum tuum dilectum filium exponis, poteſt Iſaac cognoſcere, quod non ſit filius ſuus Eſaü, & quod ſit Jacob, & inde indignationem patris incurrere, & quod dum Iſaac comedit cibum, ſuperveniat Eſaü, unde multæ diſcordiæ pullulabunt, cur hæc non prævidit? Rebecca, ut jam ſupra dixi gerebat typum Virginis Mariæ, & ut dedit Iacob veſtem à ſe compoſitam, & intextam, ſecutus ibat, quod Iſaac ſentiens illius odorem, ſeu fragantiam, nulla erit maledictio, ſed ſumma omnium rerum benedictio.

Gen. 27. Anglic. *Vbi veſtit Maria omnia felicia.*

At vero ſi ob peccata, & ſcelera noſtra hujus cœleſtis Reginæ affluens benignitas divertitur, ac deeſt, ibi omnium malorum ſæva tempeſtas ruit, ac debacchatur. Maximè deplorat Amos cap. 1. n. 2. *Luxerunt ſpecioſa paſtorum exſiccatus eſt vertex Carmeli.* Communiter per verticem Carmeli Reges Iſraël intelligunt Theodoretus, vel alij Jeruſalem civitatem primariam totius Regni Iudææ; non incongruè per verticem, & ſupremum Carmeli intellige ſupremam Reginam Carmeli. In Scriptura *exſiccare* denotat negationem divini auxilij, ac adjuvaminis. Ioël. 1. n. 20. *Exſiccati ſunt fontes aquarum.* Oſeæ 9. n. 16. *Percuſſus eſt Ephraim, radix eorum exſiccata eſt.* Per radicem intelligunt D. Hieron. & alij divinum auxilium, & adjuvamen, Cornelius, Menochius intelligunt eorum Patres Abraham, Iſaac, & Iacob, qui ob eorum peccata, eos non adjuvabunt ſua prece, ac merito: Si Regina Carmeli non influit ſua prece, ac adjuvamine, *Omnia amæna paſcua paſtorum lugebunt.* Omnia, quæ noſtra ſunt, & quæ ſub paſcuis noſtris paſcebantur exſiccata, & conſumpta ſunt, ſolum enim illius rore omnia germinant, & fœcundantur. 317.

Amos 1. Theod. Ioel 1. Oſeæ 9. D. Hier. Cornel. Menoc. *Si non adſit influxus Reginæ Carmeli omnia pereunt.*

QUÆSTIO XXIV.

Sacrum Scapulare ſignum amoris, fœderis, ac ſalutis.

VAlde notum eſt, quod Deus ſuos electos, ac ſervos per aliquod externum ſignum vult notari, ac ſegregari à reprobis, ac damnatis, quod facit Deus ob ſingularem amorem erga ſuos ſervos, & ut cuſtoditi ſint ab omni malo, indeque ut ſalutem aſſequantur, ſic in univerſali lege omnium primogenitorum Ægypti mandat Deus, ut filij Iſraël: *Sumant de ſanguine agni, ac ponant ſuper poſtem in ſuperliminaribus domus.* Exod. 12. n. 7. & poſtea ſubdit: *Videbo, & tranſibo*, ſic ne ut dilecti involvantur in communi excidio Ieruſalem, & quod ſint liberandi à cæde Chaldæorum, mandat Deus Ezechieli cap. 9. n. 4. *Tranſi per mediam Civitatem, in medio Ieruſalem: ſigna Thau ſuper frontes virorum gementium.* Illud ſignum *Thau* Crucem denotari communis eſt Patrum ſententia, D. Hieron. Tertullian. Origenes, D. Ambroſ. D. Auguſt. ſic & Angelus habens ſignum Dei vivi clamat ad quatuor Angelos, *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quouſque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum:* quod ſignum erat Crux ſanctiſſima. Apocalypſ. 7. n. 13. tenent D. Chryſoſt. D. Cyrillus, Hilarius, & alij, quos citavi tom. 1. in Apocalypſ. c. 7. q. 4. n. 75. & 76. 318.

Deus ſuos electos vult agnoſci ſignis. Exod. 12. Ezech. 9. D. Hier. Tertull. Origen. D. Ambr. D. Aug. D. Chryſoſt. D. Cyril. Hilar. Apoc. 7

QUÆSTIO XXV.

Sacrum Scapulare ſignum amoris Virginis Mariæ.

319\. APparet Sacratiſſima Virgo Maria magno Angelorum comitatu Sancto Simoni afferens in manibus ſacrum Scapulare, illudque ſuis manibus dat Sancto Viro: Deus ſignans ſuos electos hoc facit per ſuos miniſtros, ut ipſi homines ponant ſanguinem ſuper utrumque poſtem in Ægypto, Ezechiel in Ieruſalem, & Angeli ſignacula ponant per totum Orbem; at Sacratiſſima Virgo dum Carmelitis dat ſignum, licet multi adſint Angeli, non Angeli deferunt, & dant Scapulare, ſed Sacratiſſima Virgo ſuis aſportat manibus, ſuiſque manibus in humeris ſervi ſui impoſuit pro eximio ſuo amore ipſa totum præſtat.

Virgo ſuis manibus dat veſtem.

320\. Sic dicitur de Anna Samuelis matre, 1.Reg.1. n.19. *Et tunicam parvam faciebat ei mater ſua, quam afferebat ſtatutis diebus*, in quibus accedebat ad templum: *Faciebat*, alia litera habet intexerat. Ibi Mendoza exiſtimat quod pro eximio amore erga filium ipſa proprijs manibus tunicam faciebat, & ipſa eam aſportabat, ſic & Sanctiſſima Virgo fecit tunicam inconſutilem Chriſto, ut ex communi Patrum traditione tenet Euthymius, Ioan.19.n.23. & ibi multa dixi ad hujus rei aliqualem umbram, ac veſtigium, ſuis dilectis filijs adoptivis dat veſtem, quam faciebat.

1.Reg.1. Mendoza. *Præamore facit tunicã, & fert.*

321\. Poſt peccatum primorum Parentum ait Textus: *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos*, Geneſ.3.n.2. Maximè notandum, quod primis parentibus peccatoribus faciat Deus veſtes, non vero ſummo Sacerdoti, qui ad magna, & alta myſteria diſponebatur, ſed eam mandat fieri per miniſtros, ait Deus Moyſi: *Facies veſtem Sanctam Aaroni fratri tuo*, Exod.28.n.2. & latè inde procedit; Summus Sacerdos tanta ſua dignitate certo ſe cognoſcebat in Dei gratia, & benignitate; at primi Parentes videbant ſe peccatores, multiſque miſerijs repletos, & è Paradiſo ejectos, indeque ſe ſuſpicabantur ejectos à Dei benignitate, ac favore, & omni pœna repletos, ut ergo benignius eos Deus conſolaretur, eoſque animaret, & certos faceret de ſua providentia erga eos, eis dat veſtimenta, eoſq; induit, quo nullum majus poterat eſſe benevolentiæ, ac amoris ſignum. Cajet. *Vide divinam benignitatem erga primos parentes (quamvis inobedientes ei) quod nec inter puniendum omittit providere ſingulariſſima cura, ut qui ſe ipſos reddiderant indigentes veſte, nec habebant unde ſe veſtirent, habeant veſtes divinitus factas.* Sic Sanctiſſ. Virgo nos miſeros voluit habere veſtes divinitus factas.

Gen.3. Exod.28. *Benevolentia perſeverans.* Caietan.

Signum fœderis.

322\. De perpetua, ac conſtanti perſeverantia Religionis ſub protectione Beatiſſimæ Virginis Mariæ uſque ad finem ſæculi, ut ipſa revelavit S.Petro Thomæ, ut ſæpè dictum eſt, & jam antea hoc manifeſtavit D.Cyrillo Conſtantinopolit. quod Religio ob Turcarum perſecutionem à Syria, & Palæſtina diſcederet, ut ad Occidentales plagas tranſiret, & quod maximè ibi Religio erat amplianda, & dilatanda. Hoc etiam ipſa Virgo revelavit prædicto Priori Generali, ut altercaretur inter fratres, an ob adverſarios Mauros eſſet tranſeundum in Europam, quod non contradiceret, ibi enim ipſa futura erat adjutrix, & propitia; & hoc apertè corroboratur ex magnis mirabilibus, exhibitis ab ipſa Virgine cum Summis Pontificibus Honorio III. Innocentio IV. Joanne XXII. ut retuli ſupra q.10. & ibi etiam retuli alias tempeſtates contradictionum contra Religionem exortas à multis Principibus, Prælatis, ac Ducibus, quas omnes Sacratiſſima Virgo deſtruxit, ac diſſipavit: Unde hic venit illud dicendum: *Bellabunt adverſum te, & non prævalebunt, quia ego tecum ſum, ut liberem te*, Ierem.1.

Virgo ſemper patrona defendis Carmelitas. Ierem. 1.

323\. Et ideo in ſignum tantæ protectionis, ac auxilij tamquam memoriale perenne dat nobis ipſa Virgo ſuæ providentiæ, ac amoris erga nos memoriale. Mandat Deus filijs Iſrael, ut ponant ſanguinem Agni ſuper utrumque poſtem in ſuperliminaribus: Quia: *Tranſit Dominus percutiens Ægyptum, cumque viderit ſanguinem in ſuperliminari in utroque poſte, non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras, & lædere*, Exod.12.n.23. ſic & Deus ait Noe: *Arcum meum ponam in nubibus, & recordabor fœderis mei*, Geneſ.9.n.14. Nunquid Deo ſunt iſta neceſſaria, ut recordetur, & videat, cui omnia ſunt præſentiſſima; hæc autem omnia facta ſunt non propter Deum, ſed propter nos, ut nobis tamquam memoriale perenne, ac ſignum perpetuum ante oculos, ejus eximiæ providentiæ, curæ, & amoris erga nos, ut tantorum beneficiorum memores illa veneremur. Theodoret. ad citatum locum Exodi: *Notandum quod Deus juſſerit poſtes ſanguine tingi, ut cum exterminator tranſierit, ut Ægyptiorum primogenita perderet, ſanguinem ſuper poſtes Hebræorum aſpiciens, domos illæſas ſervaret, non quia his natura illa corporis expers indigeret, ſed ut illi hoc ſigno docerentur, quanta erga illos eſſet Dei cura, ac providentia.* Nota ultima verba.

Exod.12. Gen.9. *Memoriale beneficiorũ Dei.* Theod.

Signum ſalutis.

324\. Hoc apertè oſtenditur per innumera miracula, quæ auxiliante Sanctiſſ. Virgine Maria facta ſunt, quæ per omnes caſus facile diſcurri poſſunt, tam in aqua, igne, ruina ædificiorum, ſcopulorum trajectu, à gladijs, lanceis, furia, feris, ac beſtijs indomitis, morbis inſanabilibus, ac etiam à morte, quod referunt Tilocalus Caputus *in lib. Monte-Carmelo.* Cyprianus à Sancta Maria *in Theſauro Carmelitar.* Leo à S.Joanne *in lib.Gallico*, & aliqua attigit Theophyl. Raynaud. *tom.7. tractat. de ſacro Scapulari cap.7.* Lezana Maria Patrona *cap.5. n.16. & cap.9.n.4. & 5.* & deinceps Daniel à Virgine Maria Vinea Carmeli *n.616. & 617. & 840. & 605. 606.* de quibus nos aliqua diximus ſupra quæſt.10.

Innumera miracula per Scapulare. Tilocal. Cypr. Leo à S. Ioanne. Rayn. Lezana. Vinea Carm.

325\. Dicitur Cantic.7.n.5. *Caput tuum, ut Carmelus*, & ſtatim ſubjungitur, *Quam pulchra es, & quam decora chariſſima in delicijs.* Ultima verba vertit Vatablus: *In delicijs primatum obtinens*, & quænam ſunt hæ deliciæ, in quibus primatum obtinet? Explicat Philo: *Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum*, Proverb.8. n.31. Et quomodo cum eis habet ſuas delicias *Pulchra, & decora.* Exponit Honorius *Pulchra* in operibus externis tot, & tantorum miraculorum, ac mirabilium, quibus eos adjuvat, patrocinatur, ac defendit. *Decora* in internis, dum ſuis orationibus, ac precibus pro eis exorat, & rogat apud ſuum ſacratiſſimum Filium: *Caput tuum, ut Carmelus.* Regina Carmeli primatum tenet eſſe cum filijs ſuis adoptivis, & devotis Carmelitis. Pulchra in tantis mirabilibus, quæ pro eis operatur, & Decora in perpetua, & continua oratione, ut de ſua benignitate confidimus. Vide ſupra q.16. n.167. & q.22. & 23. per totam, tom.3.4. & 6. in Evangel. primo, & 2. in Apocalypſ. verbo Carmeli, ubi multa.

Cant.4. Vatabl. Prov.8. Honor. *Regina Carmeli patrocinatur in externis, & internis.*

QUÆSTIO XXV.

Quomodo intelligenda ſint illa verba : In hoc moriens æternum non patietur incendium.

326. QUæ verba dicta ſunt à Sacratiſſima Virgine ad ſanctum Simonem cum præberet Scapulare : *In hoc moriens æternum non patietur incendium*, quæ quidem verba non ſunt unde accipienda, ſed cum ſua expoſitione intelligenda, ut exponunt Reverendiſſimus Generalis Stratius in tract. de Indulgent. Scapular. Thomas à Ieſu lib. de confraternitate Carmelitana Lezana to.4. ad an.1251. Leo à S. Ioanne; Irenæus à S. Iacob. Theoph. Raynaud. to.7. tract. de Scap. Marian. p.2. q.7. Vinea Carmeli à an.804. & triplex eſt expoſitio, quæ altius eſt explicanda.

Stratius. Thomas à Ieſu. Lezana. Leo. Irenæus. Rayn.

327. Ioan.6. Ioan.3. Marc. ultim. Prima : Quod prædicta verba ſunt exponenda, ſicut, & alia multa Sacræ Scripturæ, ut Ioan.6. *Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum.* Ioan.3. ait : Chriſtus D. *Ut omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Marc. ult. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus erit.* Rom.10. *Si confiteaaris ore tuo Dominũ Ieſum, & toto corde credideris, ſalvus eris.* Quæ omnia, & ſimilia, ut ſuo loco dixi exponenda ſunt, ſi Dei mandata adimpleveris, & feceris, quæ præcepta ſunt, ſic ait ſanctiſſima Virgo. *Æternam non patietur incendium.* Si obſervanda obſervaverit.

Rom.10. *Si obſervanda obſervaverint.*

328. Dices : Ergo Sacrum Scapulare nullum dat privilegium, negatur illatum; magnum quippe eſt privilegium, tunc enim Sacrum Scapulare eſt veluti pignus, ac veluti teſſera ingentis gratiæ, & auxilij, ut ſi in peccatis es, ad pœnitentiam exciteris, ſi in gratia, ut in ills perſeveres, & removendo omnia, quæ te ab illa poſſunt detrahere: Sanctiſsima Virgo in omnibus imitabatur, & ſequebatur filium ſuum Ieſum, Chriſtus D. ut eſt communis ſententia Patrum, & Doctorum, ut dixi multis in locis, quos ſanabat in corpore, ſanabat in anima, eoſque gratia ſua illuſtrabat, ſic Sanctiſsima Virgo innumeros geſtantes ſuum Scapulare ſua interceſsione ſanavit in corpore, & eadem interceſsione in anima ſanavit impetrans illis gratiam, & pœnitentiam peccatorum. Adoleſcens furibundus geſtans Scapulare præ furore ter pugione evaginato ſe percutit in pectore, nulloque vulnere inflicto tanto miraculo compunctus confitetur, & agit pœnitentiam. Quidam famoſus latro ſuſpenditur in furca impœnitens, & per tres dies ſuſpenſus permanet, poſtea extractus inventus eſt vivus, quod virtute Sacri Scapularis, quod geſtabat, teſtatur, recepit Sacramenta, & moritur. Quidam infans mortuus prodit ex matris utero, & dolentibus ſummopere parentibus, eò quod non ſolum corpore, ſed anima moreretur, impoſito illi Sacro Scapulari revivixit puer, baptizatuſque poſt undecim dies moritur, ſicque in multis aliis.

Sacrum Scapulare magnum adiuvamẽ.

Virgo, quibus impetrat ſanitatẽ corporis, & animæ conciliat.

329. Secunda expoſitio: Prædicta verba intelligenda eſſe, quantum eſt ex parte Virginis, illiuſque interceſſione, niſi per nos ſteterit, ſicut intelliguntur illa verba: *Deus vult omnes homines ſalvos fieri*, quantum eſt ex ſe. obſtaculum, & impedimentum eſt ex nobis, ac ex noſtra malitia. In Bethſaida offerebant Chriſto D. hominem cæcum, & deprecabantur ei, ut imponeret ſuper illum manus ſuas, ut viſum reciperet: *Ieſus verò impoſitis manibus ſuis interrogavit eum, ſi quid videret, reſpondens ait : Video homines velut arbores ambulantes; deinde impoſuit manus ſuper oculos ejus, & cœpit videre.* Marc.8. n.23. Cur quando Chriſtus primo imponit manus ſuas, in quibus *omnia dedit Pater*, non bene vidit; quia fides hominis non erat perfecta, at poſtquam fides crevit, & perfecta, tunc vidit, ut ex Vict. Antiocheno, D. Chryſologo dixi to.6. in Evang. ad c.8. Marc. q.3. ſic ex parte Virginis promptum eſt auxilium, cum ejus interceſſione, ne quis patiatur incendium æternum, & in hoc ſenſu ipſa dicitur janua Cœli, porta Paradyſi, Scala Iacob. Ita Stratius, & Lezana, & in hanc ſententiam magis inclinat Theophylus Raynaud. citat. Tertia expoſitio de Purgatorio dabo infra q.27.

Virgo quãtum eſt ex ſe.

Marc.8.

Vict. Antioch. D. Chryſolog.

Textus. *Nomen hoc tantum ſæculo Ordinem ſibi tam acceptum multis prærogativis Beatiſſima Virgo inſignivit, verum & in aliis (cum ubique, & potentia, & miſericordia plurimum valeat) filios in Scapularis ſocietatem relatos, qui abſtinentiam modicam, preceſque paucas eis præſcriptas frequentarunt, ac pro ratione ſui ſtatus caſtitatem coluerunt, materno plane affectu, dum igne Purgatorij expiantur ſolari, ac in cœleſtem patriam obtentu ſuo quantocyus piè creditur afferre.*

Bulla Pauli Papæ V.

FRatribus Ordinis Carmelitarum permittatur prædicare, &c. quod populus Chriſtianus poſſit piè credere de adiutorio animarum fratrum, & confratrum ſodalitatis B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo, videlicet Beatiſſimam Virginem animas fratrum, & confratrum in Chriſto decedentium, quæ in vita habitum geſtaverint, & caſtitatem pro ſuo ſtatu coluerint, officiumque parvum recitaverint, & feria quarta, ſexta & Sabbatho à carnibus abſtinuerint, niſi ubi in iſtis diebus Nativitas Domini inciderit, ſuis interceſſionibus continuis, piiſque ſuffragiis, ac meritis, ac ſpeciali protectione poſt eorum tranſitum, præcipuè in die Sabbathi, qui dies ab Eccleſia eidem Beatiſſimæ Virgini Mariæ dedicatus eſt adiuturam.

Romæ 11. Februarij 1613,

EXPOSITIO.

ACcedamus jam ad explicandam magnam illam, & valde ſingularem, particularemque Indulgentiam de ſolari adjutorio Virginis Mariæ pro animabus fratrum, ac confratrum Ordinis B. Virginis de Monte-Carmelo, ob cujus ſpecialem gratiam, ac excellentiam geſtarunt Summi Pontifices Ioannes XXII. Alexand. V. Gregor. XIII. Greg. XIV. Clemens VII Clemens VIII. Greg. XV. Paulus V. Alexander VII. Urbanus VIII. omnes fere Reges Hiſpaniæ, ac Galliæ, & Sereniſſimus noſter Rex Sebaſtianus in hac noſtra Olyſſiponenſi Eccleſia coram optimatibus multa cum devotione ſuſcepit. 330.

Summi Pontifices, & Reges.

QUÆSTIO XXVI.

Sanctiſſima Virgo Maria vehementer exorat, ac intercedit pro animabus Purgatorij.

IN hoc imitata eſt Sanctiſſima Virgo filium ſuum Jeſum Chriſtum, qui frequenter pro animabus Purgatorij orabat ad Patrem, ut dixi tom. 5. in Evangelia lib.8. c.2. q.5. n.4. ex D. Paſchaſ. explicante illa verba Matth.26. n.27. *Triſtis eſt anima mea.* Sic ait S. Pater : *Ea omnia ferè mala in momento vidit* 331.

D. Paſch.

Chriſtus

Chriſtus, quæ imminent generi humano, & mundus per partos admiſit; pro quibus omnibus non ſibi, ſed pro nobis gemuit. Quæ verba non ſolum de hominibus in hoc ſæculo, ſed etiam de animabus Purgatorij intellige, de malis pœnæ, quæ ibi ſuſtinent; quia ut docet D.Aug.tom.10.ſerm.44. ad fratres in Eremo ſummæ pietatis Chriſtianæ eſt orare pro animabus Purgatorij; at Chriſtus D. eſt ſupremus Magiſter totius pietatis, ac clementiæ, & eam docuit; ergo etiam pro his animabus oravit; Deinde, quia ut ibi dixi, & tenent Recentiores, Salmeron, Cornelius, Eſtius, & alij: Chriſtus triſtatus eſt, & oravit pro laboribus, & afflictionibus, quas Martyres, Confeſſores, Virgines; & ſervi ſuſtinent: ergo etiam pro pœnis, & moleſtiis, quas animæ in Purgatorio patiuntur, quæ maxime indigent.

D Aug. *Chriſtus orabat pro animabus Purgatorij.*

332. Eccl.24. *Virginis pietas in animabus Purgatorij.* D.Bern. Senenſis.

Tum ex ſumma, ac intrinſeca pietate, ac viſceribus Miſericordiæ explicans D.Bernardinus Senenſis tom.3.ſerm.3.art.2.c.3. Illud Eccleſiaſt.24.n.8. à Virgine Maria dictum pro animabus Purgatorij exiſtimat: *In fluctibus maris ambulavi*, ac ſi dicat: *In Regno Purgatorij Dominus tenet. Pœna ſiquidem Purgatorij adeo dicitur fluctus, quia tranſitoria eſt, ſed additur maris, quia nimiũ amara eſt, & ab his tormẽtis liberat Beata Virgo maximè devotos ſuos.* Et rectè Purgatorij pœnæ dicentur fluctus maris, quia perpetuo ſine intermiſſione agitantur, ac concutiuntur, & ab his tantis pœnis Beatiſſima Virgo animas in Purgatorio ſua liberat interceſſione.

333. *Revelatio facta B.Brigittæ.* D.Aug.

Ut ipſa revelavit S.Brigittæ lib.4.Revelat.c.138. dicens: *Sum mater omnium, qui ſunt in Purgatorio; quia omnes pœnæ, quæ debentur purgandis pro peccatis ſuis, in qualibet hora propter preces meas quodammodo mitigantur.* Mater ſe dicit eorum; quia ut pia mater non ceſſat pro eis agere, ac rogare, præcipuè, cum, ut ait D.Aug. *Chriſtianæ pietatis eſt pro eis orare*, quanto magis ipſa pro eis orat cum ſit mater totius pietatis.

334. *Chriſtus traxit Animas Purgatorij.* Bellar. Zach.9.

Hanc ſummam ejus pietatẽ voluit ejus Filius Ieſus Chriſtus maximè honorare, nam & ſicut ille deſcendens ad Limbum, ut educeret animas ſanctorum Patrũ, ad majorem majeſtatem declarandam ſecũ etiam adduxit animas Purgatorij, ut ex D.Aug. tenet Doctiſſimus Bellarm.lib.1.de Purgatorio c.3. ex illo Zachariæ loco c.9.n.15. *Eduxiſti vinctos de lacu, in quo non eſt aqua.*

335. Gerſon. Boſtius. *In die aſſumptionis evacuatus eſt Purgatorius.*

Sic etiam cum Sacratiſſima Virgo aſcenderet in Cœlum magno Angelorum comitatu ei conceſſum fuit à filio ſuo ad majorem diei feſtivitatem, ut omnes animas Purgatorij ſecum deferret in Cœlum. Ita affirmat Gerſon tr.4.in Magnificat, & Boſtius part. 11.Marial.ſer.1.de Aſſumpt. ex aliis ait: *Piè creditur Dei privilegio in Virginis aſſumptione evacuatum eſſe Purgatorium.* Et hãc ſingularem pietatem in animas Purgatorij exiſtimat citatus Bernardinus de Buſtio eſſe unam ex duodecim ſtellis, quibus coronatur Sacratiſſima Virgo, cujus nomen Mariæ pronuntiatum, ac auditum magnum conſolationis levamen eſt ipſis animabus, ut ex aliis tradit Fr. Anton à Nativitate Sylva ſuffrag.lib.5.cap.12.n.19.& 21.

QUÆSTIO XXVII.

De magno, ac inſigni adjutorio animarum Purgatorij erga Carmelitas.

336. *De indulgentia Purgatorij.*

SAnctiſſima Virgo Maria apparens S.Simoni dat ei Sacrum Scapulare, & ait: *Hoc erit ſignum tibi, & cunctis Carmelitis privilegium, quod in hoc piè moriens æternum non patietur incendium*, & eſt pars Bullæ Sabbathinæ, quam dedit Ioannes XXII. & ad integrum refert, & confirmavit Alexand. V. Clem. VII. duplici diplomate, Paulus III. Pius V. Gregor. XIII. Paul.V. Clem.X. & habentur in Officio Divino in feſto S.Simonis 16.Maij, & circa dicta verba jam dedi duas expoſitiones graviſſimorũ Authorum.

Ioannes XXII. Alex.V. Clem. VII. Paul.III. Gregor. XIII. Paul.V. Clem.X. Pius V.

Tertio: *Non patietur incendium æternum.* In Purgatorio nempe, & hæc mihi videtur vera, & genuina, & eam etiam tradit Generalis Stratius, & M. Leaana, & altius explicemus: nam *æternum* non ſemper dicit tempus, ſeu durationem ſine termino, 337. ſed etiam frequentiſſimè dicit tempus finitum, & determinatum, vel longum.

Stratius. Leaana. *Æternũ aliquando pro tempore determinato.*

Poſtquam Deus caſtigavit primos Parentes ob ſuum peccatum ejiciens eos de Paradiſo ait: *Ne forte Adam mittat manum ſuam, & de ligno vitæ comedat, & vivat in æternum.* Geneſ.3. n.22. Iam contra eum erat promulgata ſententia mortis, *vivat in æternum* id eſt longum tempus. Ita Rupert. Lyppom. Lytan. Abulenſ. Hugo, Cajet. Pereira, Cornel. Lahoy, & ſic explicant illud dictum à Deo Abrahamo Geneſ. 17. n.7. *Dabo tibi, & ſemini tuo terram Canahan in poſſeſſionem æternam*, nempe uſque ad Chriſtum, nam poſtea ejecti ſunt ab illa, ſicque dicitur eodem c.17. n.13. *Eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum*; Eſt ſermo de Circunciſione, ut ait Interlinealis, quæ duravit uſque ad Baptiſmum Baruch. 4. n.1. *Hic liber mandatorum Dei, & lex, quæ eſt in æternum*, & duravit uſque ad Evangelium, & eodem ſenſu idem habetur Exod. 31. num.17. Idem docet D.Auguſt. q.43. ſuper Exod. cap. 12. num.14. *Et facietis diem hunc in progenies veſtras, legitimum æternum*, quod erat legis veteris, quæ in morte Chriſti finita, & extincta eſt.

338. Gen.3. Rupert. Lippom. Lyra, Abulenſ. Hugo. Caietan. Gen.17. Interlin. Baruc.4. Exod.31. D.Aug. Exod.12.

Sicque dicitur de ſervo Deuteron.15.n.17. *Perforabis aurem ejus & ſerviet tibi uſque in æternum.* Origenes apud Gloſſam per multum tempus ſicque Ioſuë 4.n.7. in Iordane: *Poſiti ſunt iſti lapides in monumentis filiis Iſraël uſque in æternũ*, hoc eſt in multum tempus, ſicque acclamabat David 3.Reg.1.n.31. *Vivat Dominus meus Rex David in æternum.* Sic etiã D.Tho.1.p.q.10.art.2.ad 2. explicans illud Exod.15. n.18. *Dominus regnabit in æternum, & ultra.* Ubi advertit *Æternum* ibi ſumi pro tempore certo, & determinato, quod etiam habet Suar.lib.9.de leg.c.10. n.19. cum ſupra æternum additur ultra.

339. Deut.15. Origen. Gloſſa. Ioſue 4. 3.Reg.1. D.Tho. Exod.15. Suarius.

Senſus ergo eſt, quod illi Carmelitæ, qui in gratia decedunt, quorum animæ ſunt in Purgatorio, non patientur incendium æternum, id eſt per multum tempus, ſed per interceſſionem Virginis Mariæ liberabuntur, ad quod nobis maximè perſuadet ejus ingens pietas, & etiam ſuo dato verbo æternum non patientur, & ad hoc dedit in ſignum ſui amoris Sacrum Scapulare. Cum Judas non agnoſcens mulierem fornicatus eſſet cum Thamar; & ob id ei dediſſet annulum, & armillam, & cum inventa eſſet concepiſſe, & accuſaretur à Iuda judice mandata eſt comburi; Illa vero armillam, & annulum miſit oſtendere Iudæ, dicens *de viro, cujus hæc ſunt concepi.* Ille verò cum vidiſſet ſui amoris ſigna eam ab igne liberavit. Geneſ. 38. num.25. Vide ſupra q.24. num.219. Si Iudas, & alij ut Angeli in Apocalypſ. 7. ut jam dixi ſupra, viſo ſui amoris ſigno liberant ab igne, ac communi devaſtatione, quanto magis ipſa pietatis, ac Miſericordiæ Regina ſuos devotos, ac filios tanto ſui amoris ſigno, Sacro nempe Scapulari adjuvabit, & defendet, ut ab igne exeant.

340. *Virgo clemens ſigno amoris viſo.* Gen.38. Apoc.7.

341. Pro filiæ ſanitate clamat Chananæa, ob cujus importunitatem pro ea rogant Apoſtoli: *Dimitte eam, quia clamat poſt nos*, quibus Dominus reſpon-

dens ait: *Non ſum miſſus, niſi ad oves, quæ perie-*
Math.15 *runt domus Iſrael.* Matth. 15. n.24. In quo ut ait D.
D.Paſch. Paſchaſius: *Iſraëli declaravit ſe valde propitium,* &
quomodo in hoc tam affabilis Dei benignitas in Iſ-
raël reſplendet? Cum ipſe ſanaverit valde mirabili-
Benigniſ- ter filiam mulieris: maximè ſanè, ſi ipſe tam cle-
ſima in menter ſe exhibuit cum aliena muliere, inde aperte
filios. fiebat manifeſtum quanto meliori, ac affabiliori
modo ſe exhiberet cum filiis populi ſui: Si ipſa
Miſericordiarum Mater tanta indulgentia proſe-
quitur omnes animas Purgatorij, ut vidimus ſupe-
riori quæſtione, quis poterit dubitare de extenſa
ejus benigniſſima manu erga nos, quos ipſa ſuos
voluit vocari filios.

QUÆSTIO XXVIII.

Quare hoc tantum Virginis patrocinium animabus Purgatorij dicitur præcipue in die Sabbathi.

342. HOc Virginis adjutorium erga animas fratrum
Carmelitarum dicitur in diplomatibus Sum-
morum Pontificum: *Præcipue in die Sabbathi?* Quia
hic dies ab antiquiſſimis temporibus dedicatus, &
Vrban. conſecratus fuit Beatiſſimæ Virginis; Urbanus II.
II. anno 1096. in Concilio Claromontano inſtituit
officium B. Virginis in Sabbatho, ut ex aliis refert
Gavant. Gavant. lib. 8. de communi dedicationis Eccleſ. cap.
6. fol. mihi 147. Rationem, & fundamentum hujus
dedicationis in Sabbatho quærimus.

343. Primo Alenſis 3. p. ſummæ q. ult. mem. 5. art 1. &
Alenſis. Auguſt. Vuichmans lib. cui titulus Sabbathinus
Celebrā- Marianus cap. 4. exiſtimant, quod ſicut feria ſexta
tur dolo- Paſſioni Chriſti dicata eſt, ſic & Sabbathum an-
res, ac guſtiis, & doloribus ejus matris, dicam etiam de-
deſideria ſideriis, quæ Sanctiſſima Virgo patiebatur de filio
Virginis. ſuo, quæ ſolemnitas deſideriorum Virginis multa
devotione celebratur in Hiſpania, ac Portugalia.

344. Secundo Petrus Damianus lib. 2. epiſt. 14. Gre-
Damian. gor. Calvenerius Kalend. Virg. in principio cap.
7. Quia Sabbathum dies eſt requies Dei, quia in
Gen.2. eo *requievit ab univerſo opere, quod patrarat.* Gen.
2. num. 3. Sic Sanctiſſima Virgo eſt Divini Verbi
requies, ut ipſa de ſe teſtatur. Eccleſ. 24. num. 12.
Eccl.24. *Qui creavit me requievit in tabernaculo meo.* Sic ait
Virgo re- D. Bernard. ſerm. de B. Maria: *Altiſſimus ſibi Ma-*
quies *riam, quaſi mundum ſpecialiſſimum condidit, hæc*
Dei. *eſt unica illa ſalutaris fœmina, in qua ſola quaſita in*
D.Bern. *omnibus requiem invenit.*

345. Tertio ait Durandus in Rationali Divin. offic.
Durand. lib. 4. cap. 1. num. 35. Sabbathum proximum, ac
Virgo juxta Dominicam diem, ideo conſecratum eſt
porta ad Virgini, quia ipſa eſt janua, & porta, per quam
Deum. introimus, ac habemus acceſſum ad Deum, &
per illam pervenimus ad Dominicam Reſurre-
ctionem.

346. Quarto hanc rationem deſumo ex doctiſſimo
Idiota, qui ait: *Manus Mariæ perennes Cana-*
les omnibus diebus, horis, & momentis cæle-
ſtium donorum in nos. Ideo Eccleſia Sancta Di-
Grati- vino Spiritu gubernata ultimam diem totius heb-
tudo. domadæ conſecrat B. Virgini Mariæ, tamquam
celebrans, ac gratificans tot, & tanta dona, quæ
continuò recuperat per totam hebdomadam, ac
per ipſum Sabbathum; ſicut Deus in primo re-
rum opificio, benedixit diei ſeptimo, & ſancti-
ficavit illum, quia in eo ceſſaverant omnia ope-
ra, quæ creavit. Geneſ. 2. num. 3. & dabat ho-
minibus; ſic Eccleſia ſanctificat diem ſeptimum in
honorem B. Virginis ob præelata dona per tot illos
dies ab ipſa facta, hominibuſque elargita

Quinto ut habet Coſterius meditat. 38. de B. Vir- 347.
gine ab Ethnicis Sabbathum dicatum erat Saturno Coſter.
Prothoparenti ſuorum falſorum Deorum; Eccleſia
ſancta omnia reformans in melius, & ad cultum *Eccleſia*
Dei, ipſum Sabbathum conſecrat B. Virgini Ma- *vertit in*
riæ Matri Unigeniti Filij Dei, ſicut dicitur in Bre- *cultum*
viario 1. die Auguſti de Catenis D. Petri ob magnum *Dei.*
ejus miraculum, *honor, qui eo die Auguſto Cæſari*
tribui ſolitus erat, Petri vinculis haberi cæpit.

Ad calcem hujus quæſtionis notandum eſt id, 348.
quod refert M. Lezana Maria Patrona cap. 5. num. Lezana.
29. ad finem, ex gravibus Authoribus Cæſario Heu-
terbachenſi, Vincentio Bellovacenſi, Thoma Can-
tiptatano, qui omnes, & alij meritò nobis fratri-
bus, ac etiam fratribus Carmelitanis applicant illud
Iob. 5. n. 19. *In ſex tribulationibus liberabo te: In ſe-*
ptima, (ſcilicet Sabbatho) *non tanget te malum* ob
ſingolare Virginis Mariæ patrocinium in Sabba-
tho, quo non amplius tanget te malum ignis.

QUÆSTIO XXIX.

Quæ conditiones requirantur ad has Indulgentias lucrandas?

PRimo juxta Conſtitutiones Joannis XXII. Ale- 349.
xand. V. Clement. VII. Greg. XIII. Debet portare Ioan.
Scapulare Religionis, coloris griſei, ſeu uvæ paſtæ, XXII.
qui pro prima vice debet eſſe benedictum à Prælato Alex. V.
Religionis, vel de ejus commiſſione, quam Genera- Clem. VII.
lis poteſt dare pro tota Religione, Provincialis pro Gregor.
ſua Provincia; Prior pro ſuo conventu. Ita Rodri- XIII.
gues tom. 1. qq. Regul. q. 58. art. 1 Luc. *In compend.* *Scapula-*
Hiſtor. Carmelit. Thomas à Ieſu *lib. 2. confr. cap. 4.* *re bene-*
dict.

Secunda conditio eſt juxta noſtras Conſtitutiones 350.
p. 2. c. 28. n. 7. ac Bullam Pauli V. ac *Decretum ſanctæ* Paul. V.
Inquiſitionis. cum ſit ultima conſtitutio, ſcribi in li-
bro, quamvis Bulla Greg. XIII. loquatur ſub disjun-
ctione, ingredi confraternitatem, vel confratrum nu-
mero adſcribi, ſicut in confraternitate cordæ S. Fran- *Scriptū*
ciſci debet ſcribi in libro, ut tenet Rodrig. to 1. qq. *in libro.*
Reg. q. 58. art. 1. Cherub. comp. Bull. in Sixto V. n 13. Rodrig.
Cherub.

Tertia conditio ſervare caſtitatem pro ratione ſui 351.
præſentis ſtatus, ad quod non requiritur votum, ſed *Servare*
ſimplex animi diſpoſitio, & de uno ſtatu bene poteſt *caſtita-*
tranſire in alium, ut Virgo quæ ſervabat caſtitatem *tem.*
Virginalem, poſtea tranſiens ad matrimonium, de-
bet ſervare caſtitatem conjugalem.

Pro hac tamen re id notandum eſt, quod ſi aliquis 352.
ex humana fragilitate, ter, vel pluries contra caſti-
tatem deliquerit, ſi tamen ex corde pœniteat firmi- *Si pœni-*
terque proponat iterum ſervare caſtitatem hujus In- *teat.*
dulgentiæ fit particeps; Ita Thom. à Ieſu citatus,
M. Lezana Maria Patrona cap. 12. n. 23. & optimè
fundatur in illo Ezechielis 18. *Si impius egerit pœ-* Ezec.18.
nitentiam de omnibus peccatis ſuis, omnium iniqui-
tatum ejus, quas operatus eſt, non recordabor. De
quo D. Thom. 3. p. q. 80. art. 5. D.Tho.

Quarta conditio eſt in lectionibus appoſita *Pre-* 353.
ces paucas. Paulus V. apponit officium parvum B. Paul. V.
Mariæ recitare, quæ conditio bene ſuppletur & ad-
impletur per recitationem magni officij Divini juxta *Cum of-*
Breviarium approbatū ab Eccleſia; nam una, eadémque *ficio ſa-*
actione poteſt quis ſatisfacere pluribus præceptis, & *tisfacit.*
præcepto, & Indulgentiæ, v.g. Qui cōmunicat in die Diana.
Paſchatis ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, & poteſt lu-
crari indulgentiā. Ita Sāctarellus, Comitolus, Laym.
Fernand. & alij, quos citat, ac ſequitur Diana Ordi-
natus

natus tom.4. tract 4. *de Iubilæo reſol.34. aliàs p.5. tract.12.reſol.54.& 55.* Qui autem Officium parvum B.Mariæ neſciunt, vel non poſſunt recitare, poteſt in aliud opus commutari, ut ſtatim dicam.

354. *Adoleſcentes tenentur ieiunare diebus Iubilæi.* Quinta, & ultima conditio eſt, ut à carnibus ſe abſtineant Feria quarta, ſexta, & Sabbatho, quod ad lucrandam hanc indulgentiam obſervandum eſt, ut in Hiſpania, Gallia, Brabantia, ex quibus ex conſuetudine in Sabbatho libet aliquid carnis manducare, tamen ad hanc Indulgentiam lucrandam tenentur illis diebus à carnibus abſtinere, excepto ſi in illis incedat feſtum Nativitatis, ſicut adoleſcentes, qui non attingunt annum vigeſimum primum, ſi volunt lucrari Jubilæum præcipiens jejunia, tenentur jejunare. Ità Alphonſ. de Leone *tract. de Iubil.p.2.q.14.ſect.3.n.144.* & Azor, Graſſis, Bonacin. Tolet. & alij Fagundez *Præcept.lib.1. cap.8. n.5.* (Alphonſ. — Fagund.)

355. *Diſpenſatio.* In hac abſtinentia carnium ratione infirmitatis, indiſpoſitionis, debilitatis, ac ſenectutis poteſt fieri aliqua diſpenſatio, vel meliùs commutatio judicio Confeſſarij, ac Prælati, ut tenent communiter citati Doctores de jubilæo præcipiente jejunia.

Textus. *Tot ergo tantiſque beneficijs Ordo cumulatus ſolemnem commemorationem Beatiſſimæ Virginis ritu perpetuo ad ejuſdem Virginis gloriam quotannis celebrandam instituit.*

EXPOSITIO.

356. CUm Sacratiſſimæ Virginis Mariæ ſint perenniter perpetua beneficia in hanc ſuam Religionem, & quotidie illius dona in nos defluant, hanc ſolemnem commemorationem ad illius gloriam, & honorem inſtituit, quæ commemoratio 16. Iulij jam habuerat ſuum initium ſub Honorio III. anno 1226. & inſtituta fuit in gratiarum *Feſtum Iulij.* actionem ob magna beneficia, & miracula, quibus per interceſſionem Virginis Mariæ Religio liberata eſt à multis perſecutionibus, ac adverſitatibus, ut dixi ſupra q.20. Cum vero Beatiſſima Virgo eadem die 16. dederit ſacrum Scapulare Sancto Simoni, inde majori pompa, ac ſolemnitate cœpit recoli, ac venerari.

QUÆSTIO XXX.

Proponuntur aliqua obſequia ex parte Religionis Carmelitanæ erga Sacratiſſimam Virginem, quæ omnia dimanant ex ejus ſingulari auxilio, gratia, & patrocinio.

357. *Boſtius. Lezana.* MUltis, & ampliſſimis verbis in hoc intentu ſpatiatur Boſtius de Virginis patronatu c.13. ubi multa verborum copia ſe habet, & ex eo Lezana Maria Patrona cap.11. ex quibus aliqua dicemus, & aliqua addamus.

358. Primò Elias in vertice Carmeli in nubecula parva Sanctiſſimam Virginem cognovit, & adoravit, ſuam puriſſimam Conceptionem venerans, eique filios ſuos dedicavit, ut oſtendi ſupra q.11. per *Sacellum ædificat.* totum. Secundò Elias in eodem Monte-Carmelo in honorem ejuſdem Virginis ſacellum ædificavit, ut magno Authorum numero probavi q.14. & 16. n.148. ut valde probabile dixi ſacellum fuiſſe erectum ſub titulo Conceptionis Virginis.

359. Tertiò Carmelitæ fuerunt primi omnium, qui adhuc ipſa Sacratiſſima Virgine vivente, ei ædificaverunt; atque conſecraverunt Templum in ejus honorem, ut dixi ſupra q.15. in quod quotidie conveniebant veſpere, & mane, ac meridie ad decantandas Virginis laudes, ut dixi ſupra n.158. *Carmelitæ primi omnium.*

360. *Domus in qua concipitur B. Virgo. Hildenſinus.* Quartò, in illa ſacra domu Ieruſolymis juxta portam auream, in qua Beatiſſima Virgo fuit concepta, & nata, ſic de illa ſcribit antiquiſſimus Joannes Hildenſinus diſcipulus Sancti Petri Thomæ lib. de principio Ordin. Fratrum B.Mariæ de Monte-Carmelo cap.14. ubi ait: *Traditum tenemus à Patribus, quod primus Conventus Ordinis, poſt Montis-Carmeli Collegium, fuit in loco, qui porta aurea dicitur, in quo Ioachim, & Anna convenerunt, & in illam conjunctionem conſenſerunt, ex qua Virgo fuit concepta, & nata.* Expende verbum *Traditum habemus.* Idem ſcribunt Balduinus, Laërtius Atrebatenſis Author ferè à ducentis annis, *in collectanea exemplorum, & miraculorum cap.1.* Joannes Veneta etiam Author antiquus, tract. de Carmelit. Palæonyd. lib.2.cap.1. Petrus Lucius Belga *in Compend. cap.8.* Reverendiſſimus Generalis Joannes Groſſus *in ſuo Viridario cap.1.* Arnold. Boſtius *lib.5.Hiſtor. cap.23.* Joſephus Andreas *Decore Carmeli 15. n.45.* quod poſtea à Sancta Helena Conſtantini matre fuit reædificatum. (Balduin. Laërt. Ioan. Venet. Palæon. Petr. Lucius. Groſſus. Arnold. Ioſeph. Andr.)

361. *Domus Nazareth.* Quintò illud magnum beneficium in nos Sacratiſſimæ Virginis non eſt prætereundum, ſuppoſito quod de illis templis egimus mentionem, quod illa ſacratiſſima domus Nazareth, in qua facta fuit Annuntiatio Angelica, & illud ineffabile, & ſane admirabile Incarnationis Myſterium in virginali utero Sacratiſſimæ Deiparæ celebratum fuit, pluſquam per mille annos extitit in Galilæa ſub Cura Carmelitarum, & reſtituta eſt ab Innocentio VIII. anno Chriſti 1489. ubi cum multis Authoribus Bzovius *n.17.* Lezana *in ſuis Annalibus n.4.* & plures citat de patronatu, & hæc eſt illa præclariſſima Domus, quæ hodie Lauretana dicitur, & in toto Orbe veneratur. (Bzov. Lezana.)

362. *D.Dion.* Sextò Carmelitæ extiterunt propugnatores excellentiarum Sacratiſſ. V.Mariæ. D.Dionyſius Papa Paulum Samoſatenum negantem Chriſti Divinitatem, ac conſequenter Deiparam eſſe Dei Matrem duplici Antiochiæ coacto Concilio condemnavit. S.Cyrillus Alexandrin. Neſtorium, illiuſque *D.Cyrill.* ſequaces aſſerentem Virginem Mariam non eſſe dicendam Matrem Dei, ipſe Cæleſtini I. Legatus in Concilio Epheſino eorum peſtiferum dogma damnavit, ac delevit; ac B.Virginem Mariam Dei Matrem veram eſſe definivit, ac confirmavit. D.Joannes Damaſcenus contra pravos, ac peſtiferos hæreticos, qui Virginitatem Mariæ diabolicè negabant *D. Damaſc.* doctiſſimè multa ſcripſit de Virginitate Mariæ, fortiſſimiſque argumentis eorum errorem convicit, unde illi exacerbati in ejus Cellam ingrediuntur, manum dexteram amputant, & inter ſtercora, ac fæces abſcondunt, divinitus illi reſtituitur, ut ex ejus vita ad initium ſuorum operum conſtat.

363. *Noſtri Conventus ferè omnes ſub Virginis titulo.* Septimò: Cum noſtra ſacra Religio ſit valde ampla, & diffuſa per totum ferè Orbem, omnes noſtræ Eccleſiæ majori ex parte ſunt ſub titulo Virginis Mariæ, & ejus honori dedicatæ, ac conſecratæ, quod ſibi beneplacitum eſſe teſtificans per has ſacras Imagines multa edidit miracula, ut per ſacram Imaginem Neapoli, Olyſſipone, Vidiguera, & aliarum, & in hoc Regali Conventu Olyſſiponenſi in ejus magnifico Templo ſunt viginti tres Capellæ, ſeu Altaria, & in omnibus reſplendet Imago Sanctiſſimæ Virginis Mariæ ſculpta, ſeu depicta.

364\. *Antiphona Salve Regina.* Octavò, magna repetitione Antiphonarum *Salve Regina*, decies in die dicitur, ſepties in fine ſeptem Horarum Canonicarum, octavo in fine Miſſæ, nono dum terminatur Miſſa Conventualis, decimo in gratiarum actione poſt prandium, quando redduntur in Choro, & quam grata ſit Beatiſſimæ Virgini repetitio hujus Antiphonæ conſtat ex his, quæ dixi ſupra quæſt.20. n.198. eamque dicimus flexis genibus, exceptis diebus Dominicis ob reſurrectionem Chriſti.

365\. *Author illius.* Quis fuerit illius Author, ac Compoſitor dubitatur, Durandus in Bethleem tribuit Petro Epiſcopo Compoſtellano. D.Anton. 4.p. ſum. D. Joanni Damaſceno, Ægidius Aureæ Vallis in geſtis Pontificum D.Bernardo.

366\. *Regina Cœli.* D.Greg. Tempore Paſchali totidem decies dicimus *Regina Cœli*, quæ compoſita fuit ſimul ab Angelis, ac D.Gregorio tempore peſtis, Durand. *in Rational. lib.6.cap.89.n.3.* D.Anton. Caniſ & alij multi apud Loetium *lib.1.cap.29. & lib.7.cap.7.*

367\. Nono Officium Divinum omnes ferè Feſtivitates Beatiſſimæ Virginis Mariæ inſtitutæ in Breviario Romano celebramus Octavario, excepto Feſto Annuntiationis, ne Quadrageſimale Officium impediatur, ſic etiam, & Feſtum ſolemne Commemorationis cum illa Antiphona: *Ave Stella Matutina.* Quæ etiam dicitur in Officio Sabbathi, & compoſita fuit à Sancto Simone Stoch, ut ſæpe dictum eſt ſupra quæſt.20. n.210. in omnibus Miſſis Votivis Beatiſſimæ Virginis ad majorem ſolemnitatem dicimus Hymnum *Gloria in excelſis, &c.* In fine cujuſlibet Horæ Canonicæ Romanum dicit *Pater noſter*, nos vero *Pater noſter*, & *Ave Maria.* *Feſtivitates Virginis.*

368\. Decimo licet hodie per totam Eccleſiam celebrentur feſta S.Annæ, ac Joachim; feſtum S.Annæ repoſuit in Breviario Gregor.XIII. feſtum S.Joachim Gregor. XV. tamen à multo antiquiſſimis temporibus reſpectivè ad B.Virginem Mariam eorum feſta ſolemniſat Religio in Breviario, & hodie ut duplex majus, quod apud Romanum dicitur totum duplex. *Feſtivitates Sãctorum Annæ, & Ioachim.*

Undecimo Corona Virginis, quæ compoſita tribuitur Petro Ambianenſi Eremitæ, ſeu Accola Carmeli, vel ut alij volunt, noſtro P.Cyrillo, alij B. Bertholdo; unde anno 1468. Venerabilis Joannes Soreth Generalis, Bruxellis ac per totum Belgium, ita commendavit Coronæ devotionem, ut ab eo tempore maximè in uſu, ac frequentia fuerit. Lezana Maria Patrona *cap.11.n.17.* 369. *Corona Virginis.*

Duodecimo. Ad tranſitum feliciſſimum Beatiſſimæ Virginis Mariæ convenerunt Carmelitæ, ut ex Mantuano, & alijs tenet Joſephus Andreas *Decore Carmeli* 16. *n.*148. Qui omnes cum Apoſtolis dum ſacrum Corpus deferretur ad ſepulchrum in itinere canebant illam Antiphonam ab Apoſtolis compoſitam: *Ave Regina Cœlorum, Ave Domina Angelorum*, ut ex antiquiſſimo Coſma Veſtitore habet Palbartus *in Stellario Coronæ Virginis lib.*10. *p.5.art.5.cap.*2. Et cum perveniſſent ad tumulum, illud ſacratiſſimum omnium vitæ cadaver Apoſtoli, ac Carmelitæ ſummè venerantes, ac profundiſſimè adorantes, & centum mille illius pedes oſculantes dicebant illam aliam Antiphonam ab Apoſtolis etiam compoſitam: *Alma Redemptoris Mater, quæ pervia Cœli, &c.* & terminabatur: *Sumens illud Ave, peccatorum miſerere.* O Sacratiſſima Virgo omnis pietatis Mater mihi omnium peccatorum miſerrimo miſerere. 370. Coſma Veſtitor. Palbart.

FINIS.

Laus Omnipotenti Deo, ac Sacratiſſimæ Reginæ Carmeli. Meiſque Patrinis Sanctis Thereſiæ, & Magdalenæ de Pazzi.

INDEX

RERUM MEMORABILIUM, Quæ in hoc Tomo continentur.

Litera C. indicat Caput. N. Numerum marginalem. A. Apologiam, & P. Paginam.

A

Abſcondere.

ABSCONDERE magnitudinem, & manifeſtare firmiter valde ſublime. c.14.n.17.18. p.314

Abſentia.

Præſentia viluſcunt, abſentia venerantur, c.12.n.99. & 100. p.293

Academia.

Academia literarum dicitur Civitas literarum, & Solis. c.11.n.44.45.46.47 p.278

Accommodare.

Ut Prælatus, ac Prædicator omnes ad ſe alliciat, debet omnibus ſe accommodare, c.16.n.10.11.12.13.14. p.330

Audacia.

Ex multa audacia magna timiditas. cap.5.n.174. p.137

Adulatio.

Adulationes fugiendæ, & execrandæ. cap.8.n.58. p.200

Æthiops.

Æthiopia unde dicta. c.8.n.135. p.209

Affectus.

Ex terrenorum affectu ingreſſus diaboli. c.5.n.20. p.121

Albertus Patriarcha.

Dedit regulam Carmelitis valde ſublimem & perfectam. A.n.191.192.193.194. p.467

Ejus regula multa reformatione plena. A.n.195. p.467

Prædicta regula à multis Sanctis approbata. n.193. ibidem.

Alimentum.

Qui dat documenta det etiam alimentum, & panem. c.4.n.16.17. p.101

Amor, ſeu Amans.

Amor Dei contemnit omnia pericula & expellit timorem. c.2.n.54. p.47

Homo debet diligere Deum pluſquam ſe. c.2.n.73. pag.50

Amor inimicorum importat omnes virtutes.

Amor, ac illius ſigna veneranda. c.12.n.48. p.287

Amor inimicorum. Vide *Inimicus.*

Amicus.

Solus amicus cognoſcit tuas laudes non verò inimicus. c.1.n.123. p.18

Bonum præſidium vitæ. c.11.n.41. p.386

Ambitio.

Ardor, ac ambitio dominandi omne divinum contemnit. c.4.n.30.31. p.103

Ananias.

Mors Ananiæ inflicta eſt à Deo, & à Divo Petro promulgata. c.5.n.38.39. p.123

Mors Ananiæ ob multas, & varias rationes illi contigit c.5.n.41.42.43. &c. p.123

Ananias, & Saphira an in æternum damnati quidam affirmant; probabilior ſententia negat. c.5.n.54.55.56.57. p.125

Ananias, qui Paulum baptizavit quis & qualis fuit? c.9.q.17. per totum. p.228

Ananias fecit votum Paupertatis. c.5.n.4. p.119

Angelus.

Angeli noſtras orationes offerunt Deo. c.10.n.38. pag.149

Angeli primi prædicatores Evangelij. ibid. n.34. p.250

Angeli dicuntur oculi Dei ad magna negotia agenda. n.35. ibid.

Angeli in auxilium, & in obſequium hominum. n.36. ibid.

Angeli dantur nobis à Deo ad cuſtodiam contra Dæmones. n.37. ibid.

Summa ſolicitudine ſe Angeli habent erga nos.

Angeli dati à Deo, ad noſtram cuſtodiam volant. c.12.n.115.116. p.295

Angeli pugnant pro ſuis clientibus. c.11.n.116. p.295

Angeli dant gratias pro beneficijs in nos collatis. c.12.n.123. p.296

Angeli omnimodo procurant noſtram ſalutem. c.12.n.118. p.295

Angelus tutelaris peccatorem adverſatur. cap.12.n.146. p.298

Angelus humilium defenſor. n.149. ibid.

Angeli habent diverſa nomina à modo quo ſe habent ſeu habuerunt in via. c.13.n.27.28. p.304

Apollo.

Apollo, id eſt vibrans radios. c.18.n.84. p.360

Extitit doctiſſimus diſcipulus Pauli. n.85. ibid.

Inter Sanctos adſcribitur. ibid.

Apoſtoli.

Magno affectu Chriſtum ſequebantur. c.1.n.151. pag.22

Benignitas Apoſtolica triumphat de pœnis peccati. c.2.n.48. p.46

Summa paupertas Apoſtolica. c.3.n.41. p.86

Apoſtolica

Apoſtolica virtus magis oſtenditur patiendo, quàm impugoando. c.4.n.15. p.101
Apoſtoli dum impugnabantur, magis augebantur. n.18.19. ibidem.
Apoſtoli fecerunt tria vota Religionis. cap.5.n.3. p.119
Apoſtolorum præſentia ſanctitatem exhalabat.c.14. n.15. p.313
Cur Chriſtus ordinavit ut ſui diſcipuli non eſſent in amore, ſed odio. c.14.0.43. p.316

Aquila.

Quis eſſet Aqoila de quo Apoſtolus loquitur.c.18. num.2. p.353

Athenienſes.

Apud eos in Areopago erat tribunal magnæ auctoritatis, & ſeveritatis. cap.17. q.7. n.65. 66. 67. p.346
Athenienſes ſub ignoto Deo colebant verum numen. c.17.n.73.74. p.347

Avarus, Avaritia.

Avaritia plus dementiat, quàm ebrietas. c.7.n.72. p.163
Avaritia Eccleſiaſticorum ruina totius Regni. c.8. n.94. p.204
Avarus qoamvis multum hábeat, idem eſt, ac ſi nihil haberet. c.8.n.102. p.205
Avaritia corrumpit miniſtros. c.9.n.241. p.241
Avarus crudelior Diabolo. c.16.n.55.56. p.334

Audire.

Ille verba Dei audit, qui opere adimplet. c.2.n.82. pag.51
Auditoribus Verbi Dei multa bona. cap.20. n.34. p.376
Principes tardè audiunt ſibi neceſſaria.
Prædicatores noo audire. *Vide Prædicator.*

Auctor.

Tota pœna criminis convertitur in auctorem illius. c.9.0.54. p.221

Aulici.

De nullo recordantur. c.7.n.149. p.172

B

Baptiſmus.

IN adulto ante baptiſmum dolor peccatorum neceſſarius. c.2.n.267. p.73
Ubi aqua Baptiſmi, ibi Dei benedictio. c.15.n.53. p.325
Ubi umbra baptiſmi, ibi Dei benedictio, & nulla maledictio. n.54. ibid.
Ab aquis mirabiliter naſcuntur filij Dei. num.55. ibidem.
Multa differentia inter baptiſmum Chriſti,& Joannis. c.19.q.1. p.362

Beatitudo, ſeu Beatus,

Beatitudo cœleſtis non poteſt explicari verbis. c.1. n.155.156. p.23
Ad cœleſtem beatitudinem obtinendam; operandum eſt à nobis. c.4.n.54.55. & 56. p.106

Bellum.

Bella afferunt ſecum omnia mala. c.18.n.13. & 14. p.354
Inferentes bella ſunt carnifices divinæ juſtitiæ. ibidem.

Beneficium, ſeu Beneficus.

Idololatriæ cauſa ex beneficijs. c.14.n.44. p.316
Chriſtus manifeſtat ſuam gloriam benefaciendo. c.2.0.19. p.43
Deus ſpontaneus ad beneficia,invictus ad ſupplicia. c.2.n.25. p.44
Deus beneficia dat largè; ſupplicium in menſura. c.2.n.56.57.58. p.48
Liberalis occultat beneficia. c.2.n.64. p.49
Facere beneficium, abſcondens ſe benefactor, magna excellentia benefaciendi. cap.5. n.89.90.91. p.128
Hæc tanta ratio benefaciendi non eſt hominis, ſed Dei. n.91. ibid.
Sæpè beneficia fiunt à Rege contra Regem. c.7. n.124. p.169
Valdè durum in benefactorem inſurgere. c.9.0.78. p.223
Per id, quod fit obſequium recipitur beneficium. c.9.n.260.261. p.243
Divina bonitas per beneficentiam demonſtratur. c.10.n.215.216. p.269
Benefacere gratis ſine mercede, Divinum eſt. c.14. n.16. p.313
Animus magis trahitur Beneficijs, qoàm verbis. c.14.n.25.26.27. p.314

Benignitas.

Plus devincitur benignitate, quàm fortitudine. c.2. n.164.165. p.61
Plus trahitur benignitate, ac clementia quàm potentia. c.2.n.274. p.74
In prælato benignitas cum rigore. c.7.n.13.14.15. p.156
Benignitate, ac ſuavitate omnia vincuntur.

Bona.

Dei gloria apparente temporalia nihil ſunt. c.7. n.17.18.19. p.157

Barnabas Apoſtolus.

Cur dicatur filius conſolationis. c.4.n.143. p.116
Diſtinctus eſt ab eo, qui cum Divo Matthia propoſitus eſt ad Apoſtolatum. c.4.n.154. p.117
Fuit Levita. n.155. p.118
Natus eſt Cypro. n.156. ibid.
Fuit unus ex 72. Diſcipulis eodem numero.
Magna laus, quod dicatur à Spiritu ſancto bonus. c.2.n.28.19. p.44
Unus Barnabas pro omnibus. c.11.0.31. p.277

C

Claudius Imperator.

CUm præcepit Judæos exire à Roma. c.18.0.10. & 11. p.353

Cor.

Deus non quærit externa, ſed Cor. c.7.q.8.n.57.58.
Cor verum, & ſincerum quærit Deus ſine ullâ fictione. c.23.n.59.60. p.404

Carcer.

Epilogus omnium malorum. c.12.n.39. p.286
Carcer ſecum importat omnia ludibria. n.40. ibid.
Carcer extremum omnium malorum. n.41. ibid.

Carmeli Regina.

Lectiones B.Mariæ Virginis de Monte-Carmelo multa auctoritate Apoſtolica ſunt corroboratæ. A. q.2. per totam. p.446
Conſideratur ſumma felicitas eorum qui fuerunt digni Sanctiſſimam Virginem videre, & audire. A. p.468
Qoaliter ſe habuit Sanctiſſima Virgo cum ſuis devotis Carmelitis. A. n.207. p.469
Virgo ſine peccato originali oſtenditur in Nubecola Eliæ. A. n.212. p.470
Sacellum Virginis Mariæ dedicatum in Carmelo firmo oſtenditur fundamento. A. n.230. p.472
Multa de auguſtiſſimo nomine Virginis Mariæ de Monte-Carmelo. A. 0.249. p.474

Multis ac magnis mirabilibus Sanctiſſima Virgo ſe præbuit Matrem ac Tutelarem Carmeli. A. n.178. p.478
Sub auſpicijs Reginæ Carmeli omnia felicia, & proſpera. A. n.313. p.482
Sanctiſſima Virgo vehementer intercedit pro animabus Purgatorij. A. n.331. p.484
De magno, ac inſigni adjutorio Virginis animarum erga Carmelitas. A. n.336. p.485
Quare hoc patrocinium Virginis dicitur præcipuè in die Sabbati. A. n.341. p.486

Carmelitæ.

Habent ſucceſſionem ab Elia continuatam abſque ulla interruptione. A. n.161. & ſeq. p.464
Qualiter ſe habuerunt Carmelitæ tempore Chriſti, & quomodo fuerunt Coadjutores Apoſtolorum. A. n.172. & ſeq. p.465
Carmelitæ primùm & primi amplum ædificaverunt templum Virgini. A. n.141. p.473
Per Bullam Apoſtolicam authenticam demonſtratur Carmelitas dici fratres Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo. A. n.258. p.475
Valde ſublime, & magnificum eſt nomen dici fratres de Monte-Carmelo A. n.262. p.475
De Indulgentia ab Urbano IV. pro nominantibus fratres B.Mariæ de Monte-Carmelo. A. n.269. p.477
Referuntur aliqua obſequia Carmelitarum erga Sacratiſſimam Virginem, quæ omnia præcurrunt ex ejus patrocinijs. A. n.357. p.487

Carmelitarum Scapulare.

De multis circumſtantijs quibus ſacrum Scapulare fuit datum, & receptum à ſancto Simone. A. n.326. & ſeq. p.484
Suprema Regina Carmeli in ſacro Scapulari nobis adminiſtrat verum, cibum ſalutem, veſtem, ac trophæum de inimicis. A. n.302. p.480
Sacrum Scapulare ſignum amoris, fœderis, ac ſalutis. A. n.318. p.482
Quomodo intelligenda ſint illa verba in hoc moriens æternum non patietur incendium. A. n.316. p.484
Quæ conditiones requiruntur ad Indulgentias Scapularis lucrandas. A. n.349. p.487

Caſtitas.

Neceſſaria in Prælato ad bene gubernandum. c.24. n.59.60.61.61. p.411

Catena.

Catenæ pro Chriſto maximè nobilitant. c.11.n.43. 44. p.287
Petri Catenas maximè Deus condecoravit. c 12. n.46.47.48. p.287

Charitas.

Perfecta Charitas non ſeneſcit, ſed ſemper floreſcit. c.2 n.148. p.58
Perfecta Charitas vult omnia bona eſſe alijs communia. c.2.n.314.315. p.79
Charitas vult omnes ſuorum donorum participes fieri. c.3.n.74. p.90
Per Charitatem amputantur omnia mala. cap.4. n.146. p.116
Ubi fraterna charitas nullus neceſſarius Iudex. c.7. n.147. p.172
Ubi Charitas magis æſtimatur ſalus proximi, quàm propria. c.18.n.36.37.38.39. p.356
Ubi Charitas magnus dolor, & compaſſio de aliorum peccatis. c.20 n.51.52.53. p.375
Juſtus ex charitate vult ſocios in meritis. cap.22. n.42.43. p.387
Juſti ex charitate magis volunt inſervire Deo, quàm frui. c.25.n.31.32.33. p.417
Vide *Communicare.*

Character.

Eſt quædam qualitas, quæ in anima imprimitur in tribus Sacramentis. c.19.n.10. p.363

Chriſtus.

Chriſtus quod aſſumit ad ſui decorem communicat ſuis. c.1.n.115. p.18
Chriſtus & ſi abſconditus, ſui cœleſtem rorem dat. c.1.n.119. ibid.
Chriſtus maximè vult exaltari ſuos Sanctos. c.1. n.125. p.19
Chriſtus manifeſtat ſuam gloriam benefaciendo. c.2.n.30. p.43
Summa Chriſti clementia; ac humilitas. cap.1. n.147. p.22
Chriſtus ſuavis, ac benignus. c.1.n.161. p.23
Chriſti Aſcenſio; ac de ejus myſterijs. c.1.n.176. 177.178. p.25
Chriſtus in Cruce tamquam ebrius amore divino. c.2.n.144. p.58
Qualiter Chriſtus aſcendit. c.1.n.96.97.98. p.15
Chriſti paſſio nos excitat ad lachrymas. c.2.n.161. 162. p.60
Efficaciter oſtenditur Chriſtum Dominum verum eſſe Meſſiam. c.2.n.207.208. p.65
Efficaciter oſtenditur Chriſtum Dominum verum eſſe Deum. n.109. 210. & 211. p.66
Corpus, & Caro Chriſti dicenda eſt Sancta. c.2. n.128. p.68
Magna differentia inter regnum Chriſti, & Davidis. c.2.n.159.
Chriſto ſepulto inſervire magnorum ac principum. c.2.n.253.254.255. p.72
Chriſtus in ſua paſſione, ac Cruce maximè manifeſtat ſuam divinitatem. c.2.n.253.n.254.255.
Quare Chriſtus Dominus dicitur ſedere ad dexteram Patris. c.2.n.161. p.72
Chriſti humilitatem Deus Pater exaltavit. c.3.n.57. p.88
Nec omnes, quos Chriſtus ſanabat corpore, anima juſtificabuntur. c.3.n 99. p.93
Chriſtus quamvis ſit in Cœlo, multoties apparuit in terris. c.3.n.121. p.96
Chriſtus Dominus fuit verè Propheta. c.3. n.119. pag.97
Chriſtus dicitur petra, ſeu lapis angularis. c.4.n.51. 52. p.105
In Chriſto omnis pleniſſima, & perfecta bona. c.4. n.57 58.59. p.106
Ab umbra Chriſti convertitur Sanctus Latro. c.5. num.98. p.130
Chriſti magnum imperium in Dæmones. c.5.n.104. 105. p.130
Tempore Nativitatis Chriſti Iudæi benè intelligebant eſſe tempus adventus Meſſiæ. c.5.n.170. p.137
Chriſtus ita purus, ut ad ſui obſequium requirat pura inſtrumenta. c.7.n.43. p.160
Valdè diverſimodè Chriſtus æſtimatur ab hominibus, ab uno diligitur magis quàm ab alio. c.7. n.77.78. p.164
Ex Chriſti præſentia omne peccatum deſtruitur. c.7.n.161.162.163. p.173
In Chriſto Domino duæ naturæ inconfuſæ. cap.7. n.180. p.175
Chriſtus valdè promptus in noſtris adjutorijs; & delectus certamine ſuorum. c.7.n.190.193. p.187
Gaudet Chriſtus videre fortitudinem ſervorum ſuorum. n.293.294. ibid.

In

Io Chriſti nomine ſuavizantur omnes lepores. c.7. n.324.325.326. p.291
Chriſti ſanguis poſtulat miſericordiam. c.7.n.340. pag.193
Chriſtus noſtra peccata in ſe portavit. cap.10.n.88. p.255
Chriſtus Judex vivorum, ac mortuorum. cap.10. p.270
Chriſtus ceditoi ſui diſcipuli præcedant io magnalibus, motte, & paſſione; ipſe omnes præcellit.

Chriſtianus.

Nota veri Chriſtiani alios adducere ad Chriſtum. c.18.n.87.88.89. p 360
Omnes Chriſtiani; ac fideles dicuntur fratres. c.2. n.204.205.206. p.29
Verus Chriſtianus ſolus ioteotus in Deum. cap.2. n 316. p.80
Magna celſitudo nomiois Chriſtianī. c.12.n.51.52. p 279
Chriſtianus cum nomine reſpondeat operibus. c.11. n.56.57. p.279
Malus Chriſtianos Aotichriſtus. n.59. p.280

Cœlum Cœleſtia.

Ut videas cœleſtia claudito oculos à terrenis. c.9. n.103.204. p.216
Ut Cœleſtia contemplentur, dimittantur terrena. c.9.n.193.194. p.137
Qui ſe Deo dedicant ſuperna petunt. c.10.n.66.67. pag.253
De Cœleſtibus, & non de temporalibus agendum. c.10.n.214. p.169
Ad Cœleſtium intuitum omoia temporalia diſpereunt. c.7.n.27.18 19. p.157
Ad Cœleſtia percipienda dimitte temporalia. c.7. num.199. p.177
Qui vult impleri cœleſtibus dimittat temporalia. c.7.n.205. p.1-8
Vt Chriſtum habeas dimitte terrena quære cœleſtia. c.7.n.261.262.263. p.184
Ex Cœli aſpectu multa bona. c.9.n.35. p.819

Circumciſio.

Cur data fuit. c.7.n 50. p.161
Cur cum Sanguinis effuſione. n.54. ibid.

Cognitio.

Qui ſe agnoſcit peccatorem, non invidet aliorum fœlicitates. c.2.n.277.278.279. p.75
Defectus propriæ cognitionis occaſio multorum malorum. c 10.n.277.178. p.265

Communicare.

Iuſti volunt omnia ſua bona alijs communicare. c.4.n.147.148. p.226. & c.2.n.314.325. p.79
Iuſti volunt alijs fidem communicare. c.18. n.87. 88.89. p.360

Confeſſio.

Vbi deeſt confeſſio, ibi damnatio. cap.5. n.41. pag.123
Reſipicio peccatorum valde ſterilis. cap.26. n.18. & 19. p 422
Labor nos ducit ad peccatorum confeſſionem. c.5. num.72 p 117
Ex Confeſſione corona, ac ſalus vitæ. num.74.75. ibidem.
Confeſſio maximè Deo placet, & multa bona adducit. c.10.n.127.128.129. p.260

Confirmatio.

Conformitas cum divina voluntate. c.9.n.84 p.824
Confirmationis Sacramentum à Chriſto inſtitutum in ultima Cœna, ejus materia, forma, effectus, c.8.n.70.72.72.73. p.201

Conſcientia.

Bona qoieta, mala perturbata. cap.12. num.53.54. pag.288
Deus magis verſatur in corde puro, quàm in qoolibet alio loco. c.17.n.94.95.96. p.349

Concilium.

Concilium Senerdim, ad quid, & de quibus conſtabat. c.4.exp.2. p.102

Conſilium.

Magna multo conſilio facienda. c.2.n.209. p.89
Prudentis eſt innare conſilium. c.12.n.23. p.275
Maiorum conſilium inferiores ad ſe trahunt. c.20. n.46.47. p.375

Cooperatio.

Vt dona Dei permaneaot, requiritur noſtra cooperatio. c.9.n.99. p.226

Contemptus.

Ex contemptu temporalium, magnus proventus. c.4.n.149. p.127
Valde durum cum ſe homo exiſtimat cootemptus. c.6.n.8. p.141
Maximè evitandus alicujus contemptus. num.9. pag 142
Qui ſe Deo dedicat cætera contemnit. c.10. n.67. p.253
Temporalium contemptus. Vide *Cœleſtia.*

Conſervatio.

Deus alia provideotia nos conſervat. c.17. n.210. & 111. p.311
Deus mioima animalia conſervat. ibidem.

Contritio.

Multi in diluvio, ac ultima hora per contritionem ſalvantur. c.5.n.58. p.125
Quod homo ex peccato veniat ad contritionem, ex Deo eſt. c.9.n 45. p.220

Contemplatio.

Contemplativi Ebrij amore divino. cap.2. n.139. pag.61
Plus cognoſcitur de Deo contemplatione, quàm ſtudio, ac ſcientia. c.8.n.164.165.166. p.218

Converſio.

Vt peccatores convertantur, eorum culpæ extenuandæ. c.3.n.111.112.113.114. p.95
In Cooverſione gentium, non homo, ſed gratia Dei operatur. c.4.n.14. p.102

Cornelius.

Vir nobiliſſimus Centurio ex prima cohorte, ac ferens vexillum Romanorum. c.10.n.50. p.247
Iuſtus fide viva antequam veniret Petrus. num.12. 13. 14. ibid.
Cornelius multis virtutibus inſigois. c.10.n.15.16. p.248

Correctio.

Ibi danda, ubi eſt ſpes emendationis. cap.5. n.49. p.124
Vide *Reprehenſio.*

Credo.

Vide *Fides.*
Homioes difficile credont, quæ ſunt contra ſuam voluntatem. c.1.n.91.92. p.14
Aliena laus difficiliter creditur ſecus ignominia. num.93.94. ibid.

Cor

Cor ut in principio literæ C.

Crudelitas.

Frequenter in Regibus, c.7.n.168. p.174

Crux.

Chriſtus magis vult ut veneremur ſuam Crucem, quàm ſe. c.1.n.115. p.19
Crucis effigies protegit, ac defendit. cap.8. n.76. p.202
A ligno Crucis ſalus mundi. n.77. ibid.
A Cruce initium omnium mirabilium. num.78. ibidem.
Fortiſſima tutela à Cruce Chriſti. cap.8. num.82. p.202
A Cruce Chriſti, victoria, ac triumphus.
Crux cuncta illuminat. c.9.n.183. p.235
Crux dat fortitudinem. n.184. p.236
Eccleſia fundatur, ac firmatur in Cruce. c.10.n.92. p.256

D

Dare.

Illuſtrius eſt dare, quam accipere. cap.20.n.111. p.381
Magnificus Dominus commemorat, quod dat non quæ recipit. c.28.n.10.11. p.436
Deſiderium juſtorum ſine voce clamat. c.9. n.226. 227.128. p.240

Defenſor. Vide *Patronus.*

Defectus.

Defectus aliorum, etiam publici, ſunt tacendi, & non vulgandi. c.5.n.68.69.70. p.126
Defectus in magnis Viris, ægrè, ac durè permittuntur. n.118.119.110. p.107
Defectus Prælatorum ſunt occultandi, & tegendi. c.9.n.187.188.189 p.236

Deus.

Deus ſpontaneus ad beneficia, invictus ad ſupplicia. c.2.n.29. p.44
Vox Dei efficax ad omnia trahenda. cap.2. n.38. pag.45
Ubi adeſt divina virtus, non eſt neceſſaria lingua humana. n.39.p.46
Deus prius in ſe demonſtrat formam quam in ſuis amat. n.40. ibid.
Deus requieſcit in Sanctis ſuis, ut in throno. c.2. n.84.85. p.52
Deus à ſuis ſervis nomen habet. c.1.n.260. p.36
Qui aliquid accipit de Deo, jam totum habet. c.2. n.300.301. p.78
Deus laudatur verbo, & opere. c.3.n.71. p.90
Ex opere bono Deo danda gloria, nobis verò humilitas ſemper. c.3.n.94.95.96. p.93
Noſtra bona opera Deo referenda. cap.4. nom.98. p.111
Ad Dei præſentiam omnia timore moventur. c.4. n.119. p.113
Deus ſcelerum principum agnitor, & vindicator. c.5.n.39. p.123
Deus pro parvo multum dat. c.7.n.47. p.160
Id quod inimicus fabricatur ad mortem; Deus convertit in ſalutem, & remedium. c.7.n.118. 119. p.168
Deus de juſtis, & bonis ſervis ſuis gloriatur. cap.7.
Cur Deus dicitur ignis. c.7.n.170.171.172.
Deus cum vulnerat, ſanat. ibid.
Ita Dei eſt ad noſtram ſalutem. ibid.
Qualis homo Deo, talis Deus eſt illi. c.7. n.183. 184.185. p.175
Quiſquis fuerit Deo, talem ſibi Deum inveniet. ibidem.
Deus omnia diſponit ſuaviter. c.9.n.29. p.218
Deus ſuos cuſtodit ab omni malo, ſed etiam ab omni timore. n.31. p.219
Deus noſtrum bonum reputat ſuum. cap.9. n.147. p.231
Deus per ſuam beneficentiam innoteſcit. c.10.n.215. 216.217. p.169
Deus nos trahit ſuis donis ſuaviter. c.13.n.56.57. p.307
Abſcondere divinitatem, & manifeſtare humanum valde ſublime.
Deus cuſtodit ſuos juſtos, & non permittit ut Tyranni exequantur omnem rabiem ſuam in eos. cap.16.num.81.82.83.p.338. & cap.17.n.14.15. p.342
Deo ſerviendum integro corde, & non partito. c.17.n.78.79.80.81. p.347
Deus ut abſconditur, bene veneratur. c.17.n.75.76. p.347
Deus magis veneratur in corde puro, quàm in alio loco. c.17.n.94.95.96. p.349
Deus ita ſollicitus de unoquoque, ac ſi illum ſolum haberet. c.17.n.101.103. p.350
Deus habitat in juſto, ut in magnifico Palatio. c.18.n.40. p.356
Deus omnia facit juſto, ne aliquid illi deſit. n.41. ibidem.
Deus ante inflictam pœnam monet. c.21.n.22.23. p.384

Diabolus.

Diabolus per terratum affectum ingreditur in animam. c.5.n.20. p.121
Per vanitatem, ac vanam gloriam Diabolus in animam; ac eam in perditionem adducit. n.21.22. 23. ibid.
Diabolus ſuos decipit, & illis mentitur. c.5.n.124. p.132
Miniſtri Diaboli peiores, quàm Diabolus. c.14.n.7. p.313
Diabolus ſi dicit verum eſt cum dolo. c.16. n.52. 53.p.334. n.58.59. p.335
Diabolus laudat, ut vehementer accuſet. ibid.
Quare Diabolus dicitur mendacij Pater. cap.16. n.60.61. p.335
Hinc Diabolus multis, & varijs nominibus dicitur. n.61. ibid.
Diabolus, quos ad peccandum adducit eos pœna afficit. c.19.n.54.55.56. p.367

Diaconus.

Quales nam fuerint ſeptem Diaconi. cap.6. n.38. p.145
Diaconatus ordo Sacer. c.6.n.53.54. p.146
Diaconi creantur ad adminiſtrandum in ſacris. num.55. ibid.

Dignitas.

Iniquus rapinis comparat dignitatem, & rapinis vult illius bona dare. c.8.n.92.93.94. p.204
Dignitas ex benemerito honoratur. c.1.n.285. 286. pag.99
Ad dignitates homines non eligant, niſi ſapientes. n.288. ibid.
In dignitate cognitio propriæ vilitatis. c.1.n.140. 141. p.11

Dignitas electorum redundat in eligente. c.1.n.258 pag.36
Indignus in dignitate idem eſt, ac ſi illam non haberet. c.1.n.176.277. p.38
Juſti volunt in dignitate alios ſecum habere. c.1. n.245.245. p.34
Iniqui in nulla dignitate ſunt apud juſtos. c.3.n.94. pag.95

D.Dionyſius.

Mirabiliter convertitur. c.17.n.119. p.352
Adeſt morti, ac funeri Beatiſſimæ Virginis Mariæ. n.110. ibid.
Illuſtris per Martyrium. n.110. ibid.
Diſtributio donorum, vel dignitatum, res valde periculoſa. c.6.n.10. p.142
Ut in diſtributione dignitatum evitatur murmuratio ſignum de Cœlo. n.11. ibid.
In dignitatibus majora majoribus, minora minoribus danda ſunt. c.6.n.17.18. p.143
Quos Deus vocat ad dignitates, eis dat vires ad ſuas functiones. c.6.n.76.78. p.148
Dignitas indebita non eſt ad honorem, ſed ad vilipendium. c.7.n.221.222. p.180

Diſcipulus.

Diſcipuli Chriſti reputabantur ab infidelibus, tamquam ebrij. c.4.n.29. p.102
Ex malo Magiſtro peior diſcipulus. c.14. n.6. 7. 8. p.312

Diſcere.

Diſcant potentes ſuam ignorantiam noſcere, & fateri. c.8.n.149. p.210
Sapientiæ non eſt numerus, ideo ſemper diſcendum. ibid. n.50. ibid.
Divus Auguſtinus vult multa diſcere. ibid. n.149. n.151. ibid.
Ille bonus Doctor, qui vult doceri. n.152. ibid.
Paulus Doctor gentium fit etiam diſcipulus. n.153. ibidem.

Diſcordia.

Diſcordiæ, ac querimoniæ ſunt evitandæ in electione. c.1.n.267. p.37
In multis diſcordia, in paucis unitas. cap.6. n.7. p.141
Ignobiles, & viles quærunt diſcordias ac diviſiones. c.13.n.8. & 9. p.322
Una diſcordia, ac diviſio multas parit, ac generat. c.15.n.11.12.13. p.321
Ubi diſcordia nulla eſt Dei benedictio. c.15. per totam. p.326

Diſputatio.

Cum ſe Doctores mali vident convictos in diſputationibus, ad convitia, ac opprobria confugiunt. c.4.n.90.91.92. p.110

Doctor, ſeu docere. Vide *Diſputatio.*

Sæpe majores illuminantur, ac docentur à minoribus. c.7.n.22.23. p.158
Doctor deponat carnis affectus. c.7.n.160. p.177
Deus vult nos inſtruere per Magiſtros, & Seniores; c.9.n.96.97. p.226
Doctrina cum humilitate percipitur. cap.12. n.11. p.393

Dona.

Dei dona ad multos ſe extendunt. c.4.n.53. p.103
Dona Dei non ſunt danda intuitu lucri. c.9.n.273. p.244
Dona Dei ampliſſima. c.3 n.78. p.91

Dolor.

Dolores mortis, & inferni quid ſignificent. cap.2. per totum p.68. & maximè. n.118 219.273.
Dolor dilecti ſui magnum dolorem cauſat. cap.21. n.27.28.29. p.385

Divitiæ.

Sint in potentibus ad pietatem. cap.10. num.18. pag.148
Divitiæ malis ſunt ad condemnationem, bonis ad ſalutem. c.10. n.19.20.21. p.148

E

Ebrietas.

Ebrietas corporalis ſecum adduxit omne malum. c.2.n.36.57. p.57
Ebrietas deteſtanda. c.3.n.135. p.134

Eccleſia & Eccleſiaſticus.

Chriſtus, & Eccleſia ſub eodem nomine veniunt. c.9.n.62. p.222
Eccleſiaſtici fugiant colloquia multorum, & non habitent cum eis. c.9.n.274.275.276. p.245
Ex rebus Eccleſiaſticis, nec filum, ſeu corrigia ſit ad ſtipendium milimm. cap.12. num.83. 84. 85. p.291
Eccleſia Dei inter contrarietates fundatur, & extollitur. c.17.n.68.69. p.346
Eccleſiæ, & templa maximè laudanda. c.17.n.95. p.349
Eccleſiaſtici vocantur Clerici. c.1.n.213. p.30
Arguuntur Eccleſiaſtici, qui cum habeant multa bona non dant Eleemoſynas. cap.3. n.62.63.64. pag.89
Eccleſia vult eſſe in vulneribus Chriſti. c.3.n.76. pag.90
Maximè dolendum de Eccleſia Dei polluta. c.4.n.9. p.100
Pro cuſtodienda Eccleſia contemnenda eſt vita. num.11. p.101
Angelus D. cuſtodit Eccleſiam. ibid.
Perit Orbis deſtructa Eccleſia. n.12. ibid.
Eccleſia dum impugnatur, magis creſcit, & augetur. c.4.n.18.19. p.101
Eccleſia magnum Imperium habet in Dæmones. c.5.n 106. p.130
Miniſtri Eccleſiæ habent poteſtatem, & auctoritatem ſuper Diabolum. c.5.n.123. p.132
Eccleſia perſecutionibus non minuitur ſed creſcit. c.7.n.177. p.175
Chriſtus diligit Eccleſiam ut animam ſuam. Vide *Templum.*

Educatio.

Homo educatus in Civitate habet urbanitatem, non vero Educatus in campo. c.22.n.8. p.392
Bona Educatio in pueritia perficit ad totam vitam. c.22.n.12.13.14. p.393
Id, quod homo bibit in pueritia retinet per totam vitam. c.22.n.15.16.17. p.398

Electio.

Ad dignitates, & Eccleſiam non ſunt eligendi, niſi bene cogniti. c.1.n.248.249.250. p.34
Deus vult ut ſui Miniſtri venerentur, & ſint venerabiles. c.1.n.258.259. p.36
Multa puritas ad Electionem faciendam. n.264. pag.36
Ad eligendum Prælatum magna conſideratio. n.265. ibidem.
Diſcordiæ, ac querimoniæ in Electione ſunt evitandæ. n.267. p.37
Ad evitandam invidiam in Electione ſignum de Cœlo. c.1.n.271.272. p.37

Indignus

Indignus videtur habere dignitatem, ſed non habet. c.1.n.276.277.278. p.38
Ignobilis etiam eligitur à Deo. c.7.n.175. p.175

Eleemoſyna.

Qui dat Eleemoſynam magis accipit quàm qui accipit. c.4.n.149.150. p.117
Eleemoſyna in pauperes theſaurus omnium bonorum. c.9.n.238. p.141

Eloquia. Vide *Verbum.*

Elias.

Dux Pater, & Fundator Carmeli. A. q.5. p.447
Refutantur aliquæ opiniones.
Elias fecit tria vota Religionis, non tamen ea perfectione, & poteſtate clauſus, ut in lege gratiæ. A. n.43. p.450
Elias ſemper ſe conſiderat in Dei præſentia, ut perfectiſſimo modo operetur. A. n.48. p.450
Elias lumine cognoſcit melius eſſe ſervire Deo cum voto, quàm ſine illo. ibid. n.47. ibid.
Virtutes Eliæ valdè ſublimes. ibid. n.67.68. p.453
Vide *Carmel.*

Epiſtola.

Faciunt abſentes ut ſint præſentes. cap.8. num.65. p.201

Epicurus.

Epicurus cujus diſcipulus. c.17.n.42. p.344
Quanti eorum errores. ibidem.

Epiſcopus.

Epiſcopus unde dicatur. c.1 n.231. p.32

Euchariſtia.

Sacra Euchariſtia in corde avaro non perſiſtit. c.1. n.224. p.31
Majus peccatum indigna Euchariſtiæ ſuſceptio, quàm venditio Chriſti facta à Iuda. cap.1.n.225. pag.31
In Euchariſtico poculo omne bonum. c 2.n.141.
Miniſtrare Sacræ Euchariſtiæ tam ſublime eſt, ut Chriſtus per ſe ipſum præſtet, & non alteri committat. c.2.n.265. p.73
In Sacra Euchariſtia triplex unio. cap.2. num.287. pag.76
Per Euchariſtiam omnes unum ſumus in Chriſto. n.188. ibid.
Chriſtus in Euchariſtia omnia ſua nobis communicat. n.290. p.76
Per Euchariſtiam floret in nobis imago Dei. n.291 ibidem.
Ubi non eſt unio, non datur participatio menſæ Euchariſtiæ. ibid. n.192. p.77
Illi bene ſumunt Euchariſtiam, qui perfectè uniuntur cum Chriſto. c.2.n.298. p.77
Euchariſtia turris fortiſſima ad defenſionem. ibid. n.299. p.77
Cibo Euchariſtico confortatur Paulus. c.9.n.178. p.255

Evangelium.

Doctrina Evangelica lux, ſine illa tenebræ. c.13. num.39. p.305

Eunuchus.

Græcè idem eſt, ac princeps, & perfectus. cap. 8. n.134. p.209
Miniſtri Regij dicebantur Eunuchi. n.135. ibid.
Eunuchus Reginæ Candacis proſelitus Iudæus religione. n.136. ibid.
In multis partibus Chriſtum prædicavit, & ob fidem patitur. n.139. ibid.

Exemplum.

Iniqui malorum exemplum ſequuntur. cap.8.n.92. p.204

Exorciſmi.

Fuerunt in lege antiqua. c.19.n.47. p.366
Poteſtas ejiciendi dæmones datur in Eccleſia. n.48 ibidem.
Cur aliquando dæmones non exeunt. num.51.52. pag.367

F

Fames.

Cum diſcrimine vitæ fameſcentibus ſubveniendum. c.11.n.74. p.281
Qui ſubvenit fameſcentibus à Deo veneratur. n.75. ibidem.
Fames omnium malorum congeries, civitates, & regna deſtruit. c.11.n.67.68.69. p.280
Pro magno ſupplicio, ac pœna infligitur à Deo. ibid. n.70.71. p.281

Felix.

Præſes Cæſareæ ex ſervo ad tantam fortunam. c.23. n.83.84. p.406
Adulter & valdè libidinoſus. c.24.n.67. p.412

Felicitas.

In felicitate modeſtia, in adverſitate animoſitas. c.1.n.163.164. p.24
Qui in felicitate, ac fortuna bona eſt de alijs non recordatur.

Fides.

Fides nos facit ſecuros, & firmos in omni preſſura, & labore. c.3.n.104.105. p.94
Ubi fides nullius rei eſt timor. ibid.
Fides miniſtrat id, quod quilibet deſiderat. n.106. ibidem.
Fidei myſteria attendenda, non ſecundum ſenſus, ſed ſecundum Dei verba. c.7.n.198. p.177
Fides ſine operibus otioſa. c.10.n.46. p.251
Novellæ plantationes in fide ſunt fovendæ. c.14. n.3. p.312
Fides non comparatur diſputatione, nec humana ratione, ſed Dei gratia. cap.17. num.45.46.47. p.345

Filius.

Arguuntur Filij degeneres à parentum virtutibus. c.7.n.66. p.163
Filij debent imitari, & ſequi parentum virtutes. c.7.n.67.68.69. ibid.

Fortis.

Deus vult ſuos miniſtros fortes. c.1.n.139. p.18
Fortitudo, ac ſapientia devincit. c.6. n.83.84.85. p.149
Vir fortis, & ingenuus in omni adverſitate tenet animi robur. c.12.n.52.53. p.288

G

Gallio.

Quiſnam eſſet. c.18.n.49. p.357
Dat exemplum judicibus ſæcularibus ne ſe intromittant in rebus Eccleſiaſticis. n.56. p.358

Gamaliel.

Fuit Vir Sanctitate inſignis. c.5.n.159. p.136
Magnus, & inſignis Doctor. n.160. ibid.
Multum favebat Apoſtolis, ac Chriſtianis. n.162. ibidem.

Gaudium.

Magnum gaudium ex præcedenti triſtitia c.2.n.12. & 13. p.42

Gaudium internum exterius erumpit. cap.7.n.299. p.188

Gaza.

Duplex Civitas, una in terra Philiſthiim, altera in Perſide. c.8.n.127. p.203

Gens.

Quilibet magno amore afficitur ad gentem ſuam. c.3.n.129.130.131. p.97

Gloria vana.

Diabolus per vanitatem ingreditur in animam, & eam perdit. c.5.n.21.22.23.24. p.121

Vana gloria excludenda, ut Chriſtus animam ingrediatur. n.24. ibid.

Vana gloria vitanda. cap.10. num.172. 173. 174. p.265

Gloria vana ad ſe trahit omnia ſupplicia. cap.12. n.151.152. p.299

Gloria Dei.

Apparente Dei gloria, temporalia nihil ſunt. c.7. n.17.18.19. p.157

Vide *Beatitudo.*

Gratia.

Per Dei gratiam renovamus in nova vita, ac Dei ſervi. c.2.n.193. p.77

Gratus vult eſſe cum ſuo benefactore. cap.3. n.75. p.90

Gratia Chriſti perſeveravit in Apoſtolis. c.5.n 98. p.130

Gratia Dei reſpuit otium & quærit exercitium, & operationem. c.14.n.68.69. p.319

Gratiarum actio.

Gratiarum actio valdè perjucunda cap.12. n.122. 123.124. p.296

Gratiarum actio valde utilis. c.7.n.79.80. p.164

Boni Viri invicem gratificantur. c.8.n.9. p.195

Gula.

Voracitas gulæ multa mala infert. c.1.n.233.

Generoſus.

Vide *Homo.*

H

Hæreticus.

HÆretici, ut peſtilentes fugiendi ab eorum converſatione, & halitu.

Herodes.

Quatuor fuerunt. c.12.n.5. & 6. p.282

Homo.

Multa mala maximè invigilant contra hominem. c.3.n.11. p.83

Qualis Homo fuerit Deo; talis Deus eſt illi. c.7. n.183.184.185. p.175

Qualis homo fuerit Deo, talem ſibi Deus inveniet. ibidem.

Homo ab humo, ſeu terra dictus, ut humilietur. c.10.n.174.175. p.265

Homo ſuum principem habeat ante oculos. ibid.

Homo generoſus in utraque fortuna tenet ſui animi robur. c.12.n.52.53. p.288

Homo bonæ indolis nulla mala ſocietate corrumpitur. c.13.n.8.9. & 10. p.301

Quilibet homo alliciendus eſt ſua conditione. c.17. n.82.83.84. p.348

Hiſpania.

Hiſpania fidei, ac Eccleſiæ columna. cap.12.n.17. p.281

Honor.

Honor indebitus non eſt ad honorem ſed ad vilipendium. c.7.n.221.222. p.180

Hoſpitalitas.

Prudens non vult eſſe gravis, ac moleſtus hoſpitio. c.18.n.18.19. p.354

Humilitas.

In proſperis humilitas, in adverſis animoſitas. c.1. n.164.165. p.24

Sapientia, & fortitudo in humilitate devincit. c.6. n.83.84.85. p.149

Multum requiritur ad celebrandas humilis laudes, non ſic ad excelſi. c.9.n.68. p.223

Humilitate vincitur ſupèrbia. ibid. n.69.

Deus prælatos humiles vult. c.10.n.175.176.177. p.265

Humilitas nos elevat, ac diſponit ad magnam dignitatem. c.10.n.179.180. p.265

Valde ſublime manifeſtare infirmitatem, & abſcondere magnitudinem. c.14.n.17.18. p.314

Humilitas ad ſe trahit Angelos. cap.12. num.148. p.298

In eo, quo quis ſe humiliat, exaltatur. cap.13. n.60. p.308

Hypocrita.

Hypocriſis maxima deteſtanda. c.23.n 60. p.404

Longè abeſt à Chriſti diſcipulis. n.61.62.63. ibid.

I

Iacobus.

ZElo fervidus. c.12.n.11. & 12. p.283

Iacobus, & Ioannes Alpha, & Omega Collegij Apoſtolici. n.13. ibid.

Iacobus primatum tenet. n.14. ibid.

Jacobus devotiſſimus Virginis Mariæ. num. 16. ibidem.

Ejùs nomen fecit Deus celeberrimum, ut ad eum omnes gentes devotionis cauſa confluant. n.18. p.284

Jacobus magnæ Sanctitatis, ac auctoritatis Vir. c.21.n.44. p.387

Iactantia.

Vide *Gloria vana.*

Idololatria.

Idololatriæ cauſa hominum benefactorum. cap.14. n.43.44. p.316

Chriſtus in ſuis Apoſtolis voluit amputare idololatriæ cauſam. n.44. ibid.

Ieſus.

Ieſus nomen proprium filij Dei, & impoſitum eſt non ab hominibus, ſed à Deo Patre. c.2.n.209. 210.211. p.66

In Nomine Ieſu omnia miracula facta. c.3.n.59. pag.88

Ieſus Nomen maximè venerabile ſuper omne aliud nomen. c.3.n.108. p.94

Tres rationes pro magna excellentia nominis Jeſu. n.109. p.95

Jeſus nomen ad nos defendendum. num. 110. ibidem.

Magna, & excelſa ſublimitas Nominis Ieſu. c.3. n.111. ibid.

Magnitudine nominis Ieſu confunduntur ejus inimici. c.4.n.44. p.104

In Ieſu omnia ſunt pleniſſima, & perfecta bona. c.4.n 57.58.59. p.106

Ieſus Nomen corroborat ad martyrium. c.7.n.282. p.136

Jeſus

Index Rerum.

Jeſus Nomen allicit, & vincit omnia. cap.9. o.73. 74.75. p.223

Plus Jeſus gloriatur de Nomine Salvatoris, quàm Dei. o.72. ibidem.

Jeſus Nomen dat robur, & fortitudinem ad omnia vincenda, & nihil timendum. cap.9.n.74.75. ibidem.

Jeſus nomen ſalutiferum, & omnia boaa ſecum importat. e.9.o.168.169.170. p.234

Jeſus Nomen etiam feræ belluæ venerantur. n.571 ibidem.

Jeſus Nomen omnes tenebras depellit. c.9. n.172. ibidem.

Omoe malum propulſat, & advertit. n.173. 574. ibidem.

Majora operatur per ipſum Nomen Jeſus, quàm ipſe Chriſtus egerit in vita per ſeipſom. e.16. n.37.38.39. p.333

Ex lectura Nominis Jeſu coovertitur Latro. e.19. n.75. p.369

Jejunium.

Dat alas orationi, & facit eam exaudire. cap.11. n.56.37.38.59. p.388

Eſt adjuvamen orationis. e.10.n.72. p.254

Juſtus currit ad labores, ad oblectamenta moroſus. c.21.n.15.26. p.385

Ignis.

Cœleſtis ignis non comburit, ſed vivificat. cap.2. num.69. p.49

Cur Deus dicitur ignis. e.7.n.170. p.174

Ignobilis.

Etiam eligitur à Deo c.7.n.175. p.175

Inimicus.

Cum inimicis caotè agendum. cap.3. num. 67. pag.89

Ut inimicus pro amico habeatur multum requiritur. c.5.n.87. p.128

Magna pulchritudo, ac formoſitas, benevolentia in inimicis. e.7.n 330 p.192

Qoi inimicos diligit de aliorum malo ſuam juſtitiam cumulat. c.7.n.335. p.192

Diligere inimicum de Spiritu Dei venit. c.7.n.336 ibidem.

Indulgentia inimicorum facit filium Dei. cap.13. num.62. p.308

Ingratus.

Ingrati pro beneficio accepto referunt malum. c.24.n.22.23.24. p.403

Ignorantia.

Potentes agnoſcant, & fateantur ſuam ignorantiam, ut diſcant. cap.8. n.149. p.210

Ingenium.

Ingenium, ac indoles propria maximè conducit ad magna. c.9. n.15.56. p.217. & n.137. p.250

Unoſquiſque trahendus ſuo ingenio.

Innocens.

Innocens dum condemnatur, innocens cognoſcitur, & prædicatur. c.25.n.7. p.415

Injuria.

Injuria, & contumelia gravior viro iogenuo, quàm mors. c.8.n.158. p.211

Injuria illata in ſervos Dei, eſt in ipſum Deum. c.9.n.60.61.62. p.212

Iojurias ſuſtinere forti animo, magnum miraculum. c.12.n.50. p.287

Injuria illata in una lingua in multis deletur. c.1. n.109.110. p.54

Invidia.

Invidia fratrum in fratres crudelis. cap.7. n.133. pag.170

Ob evitandam invidiam multa ſunt diſſimulanda. c.1.n.167.168. p.37

Ad evitandam invidiam in electionibus ſignum de Cœlo neceſſarium. n.270.271. ibid.

Qui cooſcius eſt ſui criminis, oon invidet. cap.2. n.277.278.279. p.75

Invidia tenaciſſima nullo miraculo miteſcit, ac frangitur. c.5.n.119.120. p.132

Intellectus.

Lux in intellectu neceſſaria, ne depravetur à voluntate. c.2.n.73. p.50

Vexatio dat intellectum. e.9.n.107. & 108. p.227

Ioannes Apoſtolus.

Joannis admirabilis conſtantia, ac generoſitas. c.4.n.64. p.107

Iſraelita.

Tempus captivitatis in Ægypto. e.7.n.36.37.p.159

Cur Ægypti tam crudeliter perſequebaotur Iſraëlitas. c.7.n.101. p.166

Ioſeph.

Joſeph io multis exiſtit Chriſti figura. cap.7.n.71. 72.73.74. p.165

Qoare tam diverſimodè ſcribitur de pretio venditionis Joſeph. ibid. n.75. p.164

Quare Joſeph non fecit certiorem patrem ſuum de ſuo ſtatu in Ægypto. c.7 p.164

Interpres.

Sub interprete aliquando falſitas. c.2.n.109. p.54

Iudicium finale.

Dies magnus, & horribilis. c.2.n.189. p.63

In omni feſtivitate de judicio finali ſemper habenda eſt memoria. c.2.n.191. p.63

Memoria jodicis univerſalis maximè condocit ad ſalutem. cap.2. n.193.194.196.197. p 64

Ira.

Ubi ira nulla eſt ſapientia, ſed ſtultitia. c.7.n.106. p.166

Ira Dei ad noſtram ſalutem. cap.7. n.172. & 173. pag.174

Inter magnas iras affectus charitatis reſplendet. c.7.n.243.244. p.182

Dandus eſt locus iræ. c.18.n.51.52. p.357

Iudas Galilaus.

Quis fuerit, & cujus ſectæ Auctor, & quomodo perijt.

Iudas proditor.

Iudas fecit ſigna, & miracula. cap.1. num.214. pag.30

Iudas ſtrangulatus occubuit. e.1.n.219. p.30

Extraordinarius fœtor ex corpore Iudæ. num.221. pag.31

Iodæ viſcera diffundontur per medium. num.222. ibidem.

Omnia contra Iudam inſurgunt. n.226. ibid.

In Iudam triginta maledictiones. c.1.n.232. p.32

Iudei.

Iudæi, ac Hæretici adumbrantur. cap.3. num.71. pag.90

Iudæorum crudelitas. c.7.0.160. p.173

Index.

Sit integer affectu, ut peculiares ſuos affectus valeat domare. c.25.n.22. p.416
Iudicet cùm veritate, ac prudentia. c.25.n.22. ibid.
Nullum majus teſtimonium veritatis quàm adverſarios appellare in judicio. cap.4.n.93.94. & 95. pag.111
Ubi fraterna charitas, nullus neceſſarius Index. c.7.n.147. p.172
Iudex ſuarum actionum det rationem. cap.11.n.8. pag.274
Iudex ſæcularis non ſe intromittat in rebus Eccleſiaſticis. c.18.n.50. p.357
Index ſit integer affectu, nt non corrumpatur. c.25. n.20.21.22. p.416
Iudex, ut puniat. Vide *Supplicia.*

Iudicare.

Qnilibet ex ſe judicat de alijs. c.4.n.29. p.103. & c.8.n.96. p.204
Iracundus abſtinear ſe à judicando. c.9.n.5. p.216
Homo non judicat ſecundùm præſentia, ſed præterita. c.10.n.137. p.261

Iuramentum.

Grandis pœna mendaciter jurantis. cap.5.n.28.29. pag.122

Iuſtitia.

Una puerilis vox pro juſtitia ſufficit pro toto orbe. c.4.n.65.66.67. p.107

Iuſtus.

Iuſtus nihil timet. c.4.n.65. p.107
Iuſtorum præſentia arguit, & confundit iniquos. cap.4. n.74. pag.108
Iuſtus ſemper quærit majorem augmentum gratiæ. c.4 n.129.130. p.114
Deus maximè providus abundantiſſimè in ſuos juſtos. c.3.n.11. & 12. p.82
Vit juſtus alienus à fallacia, & dolo. cap 5. n.23. p.121
Iuſtus nnus, & fortis, iniqui multi, & invalidi. c.6.n.79.80.81. p.149
Iuſti pauci, iniqui multi. n.82. ibid.
Iuſtus habet bellum cum carne, & ſanguine. cap.7. n.53.54. p.161
Iuſti laboribus non conſumuntur, ſed creſcunt. c.7. n.176.p.175. & c.28.n.19.20. p.436
Iuſtus de aliorum malo ſuam juſtitiam accumular. c.7.n.33. p.192
Iojuria illa in juſtos, ac ſervos Dei eſt in ipſum Deum. c.9.n.60.61.62. p.222
Iuſtorum deſiderium, & affectus ſine voce clamat. c.9.n.226.227.228. p.240
Iuſti quærunt loca ſeparata à tumultu.
Juſtis eſt Dei virtus, iniquis eſt maledictio. c.10. n.210.211. p.269
In mundo juſti vexantur incarcerantur, iniqui ſplendent, & ſublevantur. c.12.n.95.96. p.293
Quod juſti eximantur in mundo à vexationibus videtur ſomnium. n.97.98. ibid.
Iuſtus omnia impetrat.
Si Deus in peccatoribus multa peccata diſſimulet; non ſic in juſtis, quos vult expolire. c.8.n.118. 119.120. p.207
Deus maximè punit crimina in ſuos ſervos, quàm contra ſe. c.13.n.42.43.44. p 305
Iuſtitia, & Sanctitas in diſſimilibus actionibus oſtenditur. c.14.n.48. p.317
Deus cuſtodit ſuos juſtos, & non permittit ut iniqui exercitent in eos omnem ſuam rabiem. c.17. n.14. & 15. p.342
Deus habitat in juſtis, ut in palatio ampliſſimo. c.18.n.40. p.356
Deus omnia fit juſto, ne quid illi deſit. num.45. pag.157
Deus ſuos juſtos in laboribus recreat. Vide *Labor.*

L

Labor.

DEns permittit Labores, ut per eos juſti exaltentnt. c.2.n.133.234. p.68. & c.27.n.62.63. pag.431
Labores catervatim veniunt. c.3.n.13. p.83
Labores vigilant contra hominem. n.12. ibid.
Labor ducit nos ad confeſſionem, ac ad remedium peccatorum. c.5.n.72. p.127
Iu laboribus magna dulcedo; ſolùm Sanctis nota. c.5.n.189.190. p.139
Labor pro Chriſto prælibatio vitæ æternæ. ibid.
Gaudium patiendi pro Deo, noctem vertit in diem. n.191. ibid.
Magis gratificandum in laboribus, quàm in præmio. n.197. p.140
Labor, ac afflictio prognoſticum felicitatis, quæ ſequitur. c.7.n. 38.39.40. p.159.160
A laboribus danda eſt requies. c.27.n.15.16. p.427
De Laboribus naſcitur fructus juſtitiæ. c.27.n.61. 62. p.431
In aliorum labore time tuum. c.7.n.113. p.167
Iuſti Laboribus non conſumuntur, ſed creſcunt. c.7.n.176. p.175
Ex Chriſti nomine ſuavizantur omnes labores. c.7. n.324.325.326. p.191
Non judicatur malum; ac labor, quod parturit magnam gloriam. c.8.n.156.157. p.211
Labores aperiunt oculos, & dant intellectum. c.14. n.107. & 108. p.227
Deus non ſinit ſuos juſtos diu in laboribus vexari, ſed citò ſubvenit. c.16.n.91.92.93. p.338
Iuſtos in ſuis laboribus maximè Deus recreat, ac fovet. c.18.n.33.34. p.355
Deus dat laborem ad majorem gloriam. c.18.n 56. 57.58. p 358
Labores, quos ſuſtinemus pro Deo, etiam pro mundo, ſunt majores. c.23.n.57.58.59. p.403

Lachryma.

Lachrymæ cuſtodiunt ab omni periculo, & exaltant. c.7.n.123. p.169
Per lachrymas evaporatur dolor animi. cap.8.n.33. pag.197
Orator cum lachrymis valde efficax. cap.20. n.50. p.375
Iuſti, & pij dolent, & lachrymantur de aliorum peccatis. ibid. n.52. p.176
Lachrymæ dilecti viſæ dolorem cauſant. c.21.n.27. 28.29.30. p.385

Laus.

Aliena Laus difficiliter creditur; ſecus ignominia. c.1.n.92.93. p.15
Illa præclara Laus quæ non fit ab homine obligato. c.3.n.48.49.50. p 87
Deus laudatur, verbo, & opere. c.3.n.73. p.90
Multum requiritur ad humilia Laudes credendas. c.9.n.68. p.223
Qui verè Deum laudat; alios ad ejus laudes convocat. c.11.n.17. p.275
Virtus Laudata maximè impugnatur. c.23.n.78. & 79. p.405

Lex.

Lex gratiæ multas excellentias habet ſupra legem veterem. c.2.n.6.7. & 8. p.41
Spiritus ſanctus venit in obſervantes legem. cap.2. n.14. & 15. p.43
Lex vetus tranſivit; Lex nova permanet. c.2.n.81. pag.51
Lux antiquæ legis obcæcabat, lux legis Evangelicæ illuminat. c.6.n.105. p.152
Lex Evangelica ponit ſignum in anima & corde. c.7.n.56.57.58. p.161
Lex vetus valde gravis ac ponderoſa multitudine peccatorum. c.15.n.27.28.29.& 30. p.323
Lex Evangelica valde ſuavis, & levis. c.15.n.35. p.325
Inter legem novam, & veterem multum diſcrimen. c.15.n 35.36.37. ibid.
Leges novæ non ſubito introducendæ ſed paulatim. c.16.n.15.16 17. p.312
In lege veteri ſigna corporalia, in lege Evangelica, ſpiritualia. c.19.n.12. & 13. p.363

Liberalitas.

Liberalitas dona dat largè pœnam cum menſura. c.2.n.55.56.57. p.48
Summa liberalitas occultat beneficia exhibita. c.2. num.66. p.49
Dei liberalitas pro parvo multum dat. cap.7.n.47. p.160

Libertini.

Erant nati ex illis qui fuerunt captivi per Romanos; poſtea libertate donati ſunt. cap.6. n.67. pag.148

Liber.

Liber malæ doctrinæ comburendus. c.19.n.66.67. p.368
Libris malæ doctrinæ pereunt regna. n.68.
In Libro malæ doctrinæ interiùs latet venenum. num.69. ibid.
Libri bonæ doctrinæ faciunt homines Sacros & Sanctos. c.19.n.70. ibid.
Libri Sacri, ac bonæ doctrinæ valde utiles. n.71. 72.73. ibid.

Locutio Lingua.

Lingua ex ſe malum, gubernata à Spiritu ſancto quid optimum. c 2.n.72. p.50
Maledicus, & mala Lingua ſemper invenit quid ad murmurandum. c.2.n.150.151. p.59
Malevola Lingua etiam contra Deum armatur. n.52. ibid.
Aliquando laudabile tacere, aliquando loqui.
Qui loquitur contra voluntatem irridetur. cap.17. num.39. p.344
Donum linguarum quatuor importat. cap.2. n 99. p.53
Donum linguarum in B.Virgine Maria. num.100. ibidem.
Et in alijs perſonis ſtantibus in Cœnaculo. n.101. ibidem.
In quibus Linguis Apoſtoli loquebantur. n.102. 103.104. ibid.
Quot ſunt Linguæ in Orbe. ibid. n.106. p.54
An linguæ, quæ poſtea ſuccreverunt, fuerint infuſæ Apoſtolis. n.107. ibid.
Quod una mala Lingua finxit in multis compenſatur. c.2.n.109. p.54
Varietas Linguarum multum convenit ad ornatum Eccleſiæ Dei.n.110. ibid.

Lucrum.

Ob Lucrum temporale, magis volunt homines habere ſecum Diabolum; quàm Deum. c.16.n.66. 67.68. p.336
Ob lucrum homines adorant Diabolum, n.67.69. ibidem.
Lucrum pecuniæ impedimentum ad Cœlum. cap.3. num.32. p.85
Reprobantur Sacerdotes, qui non de ſpirituali, ſed de lucro agunt. c.3 n.37.38. p.86
Lucri acquiſitio diviſionem parit. c.4.n.133. p.115
Mundialis non agit de anima, ſed de lucro. cap.8. n.95. &c. p.204
Valde execrabile ex divinis lucrum quærere. c.8. n.103.104. p.205
Multa diligentia ad lucrandum, illius perditio. c.11.n.104.105. p.293

Luxuria.

Deus maximè nos vult liberos à Luxuria.c.7.n.44. p.160
Diaboli eſt vires frangere, luxuriam fomentare. c.7.n.113. p.167
Luxuria plus dementat, quàm vinum, ac ebrietas. c.24.n.68. p.415

M

Magiſter.

Magiſter honorandus. c.8.n 143. p.110
Ex malo Magiſtro priores diſcipuli. cap.14. num.6.7.8. p 312
Vide *Verba: Diſcere, ac docere.*

Magiſtratus.

Qualis, & ad quid eſſet Magiſtratus in populo Iſrael. c.4.n.7. p.100

Majeſtas.

Suprema Majeſtas ſuperlucet inter lucentes. cap.2. n.67.68. p.49

Malum.

Multa mala maximè invigilant contra hominem. c.3.n.12. p.82
Ex malis, ac inſidijs parat Deus remedium ac victoriam.

Malitia.

Malitia, ac nequitia hominum nulla evidentia, ac miraculo quieſcit, ac mitigatur. cap.6. n.116. 117.118. p.153
Malitia humana paulatim creſcit, & de uno malo in aliud majus venit. cap.4. num.104.105.106. p.112

Maria Deipara.

Virgo Maria optimè omnia ſciebat. cap.1. n.138. pag.21
Maria Virgo erat inter Apoſtolos in medio, ut omnium illuminatrix. c.1.n.198.199. p.28
Ubi Maria adeſt, ibi Dei benignitas, & ſecuritas, c.2.n.62.63. p.48
Corpus, & Caro Virginis Mariæ dicenda eſt Sancta. c.2.n.159. p.68
Omnia beneficia per Virginem Mariam velociſſimè veniunt. c.3.n.24.25.16.27. p.84
In Nomine Mariæ omnia miracula facta. cap.3. num 59. p.88
Caro Virginis Mariæ pro decore fuit Chriſto Domino. c 4.n.48. p.105
Deipara Virgo pura in partu; in quo ejus Virginitas eſt adaucta. c.7.n.178. p.175
Virgo Maria ſine peccatu originali concepta.n.179. ibidem.
Puritas Virginis Mariæ tranſcendit omnem mentem. c.7.n.198. p.177

Deiparæ Magnalia tranſcendunt omnem creatam intelligentiam; ut nullo modo poſſint comprehendi. c.7.n.206.207.208. p.178
Virgo Maria orat pro Stephano. c.7.n.316. p.190
Per Mariam Virginem gentes veniunt ad fidem, ac Eccleſiam. c.10.n.5.6.7.& 8. p.246
Per Virginem gentes illuminantur ad fidem. ibid.
Orationes Deiparæ pro ſua reverentia ſtatim exaudiuntur. c.10.n.40. p.250
Maria Virgo unà cum filio ſuo idem computatur. ibid. n.48.41. p.251
Chriſtus cognoſcitur in mundo filius Dei, quia filius Virginis Mariæ. n.45. ibid.
Maria Virgo nullum habuit peccatum nec originale, nec actuale. c.10.n.109. p.258
Virgo puriſſima in primo inſtanti ſuæ Conceptionis. n.110.111.112.113.114. ibid.
Pater Æternus gloriatur quod filius ſuus ſit filius Virginis Mariæ. n.112. ibid.
A Mariæ Nomine certum patrocinium contra omne periculum. c.12.n.101. p.293
Virgo Maria Apoſtolorum Magiſtra omnes eorum quæſtiones determinabat. cap.15.n.48.49. & 50. p.324
Maria totius ſapientiæ doctrix, Organum Spiritus ſancti per quod loquebatur. ibid.
Maria Sol illuminans Eccleſiam militantem, ac triumphantem. ibid. n.51. p.325
Magna cautela adhibetur; ne quis de Verbis Mariæ dubitaret. n.52. ibid.
Mariæ nomen non referunt Apoſtoli in ſuis Epiſtolis ob multam ipſius nominis reverentiam. c.18.q.11.n.75. p.359
Valdè dulce audire nomen Mariæ. n.76. ibid.
Nomen Mariæ inter omnia ejus magnalia valde ſublime. ibid.n.77. p.360
Sanctiſſima Virgo Maria habet quemdam excellentiæ principatum in omni virtute ſuper omnes puras Creaturas. A. ſectione 7. per totam. p.457
Virgo antequam nata illuminabat mundum. n.104. p.458
Magna felicitas eorum, qui fuerunt digni videre, & audire Virginem Mariam. A. q.10. per totam. p.468
Virgo Concepta abſque ullo peccato originali. A. n.281.282. p.471
Virgo Maria orat, & intercedit pro animabus Purgatorij. A. n.331. & ſeq. p.474
De aliquibus Antiphonis B. V. A. n.357. p.487

Manus.

Per manuum impoſitionem conſtituuntur Diaconi. c.6.n.52.53. p.146

Martyr, Martyrium.

Martyres inebriati amore Dei. c.2.n.140. p.57
Suprema dignitas Martyrium. c.5.n.194. p.140
Magnum Dei donum Martyrium. n.195. ibid.
Maximè gratificandum in Martyrio, quàm in præmio. ibid. n.196. ibid.
Martyres habent ſecum Deum pro ſocio. num.197. ibidem.
Sanguis Martyrum, ſemen producens fructus. c.6. num.2. p.141

Mathias.

Sors ſuper Mathiam fuit aliquo Cœleſti ſigno demonſtrata. c.1.n.183. p.39
Sors dum cadit ſuper Mathiam maximè nobilitata eſt. ibid. n.184
Elogium D.Mathiæ. c.1. n.187. p.39
Significatio nominis Mathiæ. ibid. n.188
Nomen datum à Deo. ibidem num.189.

Mendacium.

A conſpectu veritatis omne mendacium; ac falſitas deſtruitur, & diſſipatur. cap.4. n.79. 80. 81. p.109
Mendaa grandi pœna punitur. c.5.n.29.30. p.122
Mulierum ingenium mendax. c.5.n.62. p.125
Mendacium ea modo dicendi cognoſcitur. cap.6. num.100. p.151
Deus abominatur fictiones, & mendacia. cap.10. n.190.191. p.267
Mendaces benè audiunt apud Principes. c.12.n.134. p.297

Meritum.

Ad obtinendam beatitudinem, noſtra opera, ac merita neceſſaria. c.4.n.54.55.56. p.105
Per Spinas merentur magna. c.7.n.198. p.177
Bonus Vir vult in meritis habere ſocios. cap.21. n.42.43. p.377.
Vide *Præmium.*

Miſericordia, Miſericors.

Qui miſericordiam eſt aſſecutus facile miſeretur. c.7.n.120.121. p.168
Non in feliciiate, ſed extra illam homo miſeretur. c.7.n.149 150. p.172
Vide *Eleemoſyna.*

Miſſa.

Multa bona confluunt audientibus Miſſam. c.20. n.21.22. p.373
Repletur donis Spiritus ſancti. ibid.n.23.
Fit Civis Cœleſtis. ibid. n.24. p.376
Fit ſocius Angelorum. n.25. ibid.
Multa bona recipit à Deo. n.28. & exp.3. cap.20. num.34. ibid.

Miles.

Res Eccleſiaſticæ non veniant ad milites. cap.12. num.83. p.291
Ex rebus Eccleſiaſticis, nec filum, vel corrigia ſit ad ſtipendium militum. n.85. 86. ibid.

Myſteria.

Mundani non percipiunt, nec intelligunt divina Myſteria. c.7.n.308. p.184

Miracula.

Miracula maximè inſerviunt ad confirmandam fidem, quæ hæretici non poſſunt facere. c.2.n.283. pag.75
Quæ cauſæ interveniunt in faciendis miraculis.
Miracula non ſunt requirenda, quando res fieri poteſt per vires naturæ. cap.9. num.242.243.244. p.241

Mors.

De morte triumphat, qui illam ſemper cogitat. c.20.n.61.62.63. p.376
Pro meditatione mortis magnum documentum dat Paulus. n.30.31. p.374
Mors ac ſepultura poſt Chriſtum magnus honor. c.2.n.240. p.69
In hora mortis Charitas erga ſibi infenſos. cap.7. n.242. p.182
Ea morte Chriſti mors fit levis, & ſuavis. cap.7. n.284. p.187
Mortui ſunt plorandi, ac pro eorum ſepultura. c.8. q.4.per totam. p.197

Mores.

Multum diſtant mores hujus temporis à primitiva Eccleſia. c.1.n.187. p.26

Miniſter.

Miniſter non eſt impediendus in ſuo officio. cap.3. n.48. p.87

Miniſtri

Miniſtri non in publico, ſed in occulto accipiunt. c.8.n.97.98. p.204
Chriſtus ſolus clemens, cùm miniſtris ſeverus. c.1.n.165. p.24
Sciant Miniſtri quod de donis acceptis ſint reddituri rationem. c.1.n.167.168. ibid.
Bonus Miniſter non excedit ſuam commiſſionem. c.1.n.169.170.171. ibid.
Miniſtri maximè honorandi, ut venerabiliores ſint. c.2.n.75.76. p.50
Deus vult ſuos Miniſtros eſſe venerabiles, & ut honorentur. c.1.n.258.259. p.36
Bonus Miniſter vult ſecum habere Miniſtros bonos, non verò malus. cap.1.n.243.244.245.246. pag.34
Miniſtri expleto ſuo officio recedant. cap.8.n.183.184.185. p.214
Si Miniſter accipit, hebetatur integritas. c.9.n.242. p.241
Bonus Miniſter perſiſtit in officio ſibi commiſſo, ultra non tranſcendit. c.10 n.53.54. p.252
Miniſtri Diaboli peiores, quàm Diabolus. cap.14. num.7. p.313
Miniſter diſpenſans communia bona ut credatur, quod non ſibi aliquid lucratus fuerit, neceſſe eſt ut fiat miraculum. c.20.n.104. p.381

Mulier.

Mulier cum ſolo Angelo loquatur. c.1.n.135.136. pag.20
Mulier ex brevi colloquio cum hominibus invenit Deum. n.137. p.21
Colloquium mulierum fugiendum. cap.9.n.274.275.276. p.245.

Mortificatio.

Mortificatio neceſſaria ad magna merita aſſequenda. c.7.n.42. p.160

Murmuratio.

Vide *Lingua.*
Ad murmurandum homines non cogitant præſentia, ſed præterita. c.9.n.142.143. p.131
Ut homo valeat murmurare, ac calumniare non judicat ſecundum ea quæ ſunt de præſenti, ſed de præterito. c.10.n.137.138. p.261

N

Natura.

NAturæ affectus, ac inclinatio non poteſt occultari. c.7.n.141.142.143. p.171
Quod eſt à natura negari non poteſt. ibid.

Nicolaus.

Advena unus ex ſeptem Diaconis, multi graviter condemnant, alij multis liberant, & dicunt virum probum. c.6.n.50.51. p.146

Nicanor.

Unus ex ſeptem Diaconis, fide, & gratia inſignis, martyrio coronatur. c.6.n.47. p.146

Nobilitas.

Nobilitas multum conducit ad gubernatorem. c.7.n.125. p.169
Gubernator nobilis, lenis, ignobilis, durus. ibid.
Nobilis magna, ac difficilia aggreditur. c.17.n.18.29. & 30. p.343
Nobilis fidem tenet, & ſervat. n.29. ibid.
Nobilis à ſua nobilitate pignoratur ad magna. n.29. ibid.
Nobilis aptus ad bellum. n.30.31. ibid.
Nobiles antiqui ſe exercebant in arte mechanica. c.18.n.15. p.334

Nomen.

Nomen virtutes indicat. c.9.n.258. p.243
Nomen à magnis factis ſumitur, ac appropriatur. c.13.n.27.28.29. p.304
Nomen in dignitate ſine fructu valdè execrabile. c.23.n.16.17.18. p.399

Nova.

Multi in doctrina damnant novitatem ſententiarum, cum multoties ſint præſtantiora. cap.17. n.51.31. p.343
Sæpè junioribus Deus dat majorem lucem quàm antiquis. n.53.54.55. ibid.

O

Obedientia.

PErfecta Obedientia prophetizat voluntatem Superioris. c.2.n.296. p.77
Elementa docent homines obedire Deo. c.7.n.253. p.183
Perfecta Obedientia non expectat mandatum, ſed prævenit. c.9.n.88.89. p.225
Obediens non diſcurrit, nec diſcutit mandatum, ſed indilatè adimplet. c.10.n.53.57. p.252
Bonus ſubditus mutus ad præcepta. cap.10.n.168. p.266
Perfectè Obediens, omnes difficultates contemnit, ut obediat. c.11.n.14. p.275

Obſequium.

Obſequia facta Deo, ipſe anticipatè remunerat. c.3.n.69. p.90
Pueri à ſua infantia ſunt Deo dedicandi in ejus obſequium. c.7.n.46. p.160
Obſequium non voluntarium; idem eſt, ac ſi non eſſet.
Per id quod fit obſequium recipitur beneficium. c.9.n.259.160. p.243
Iuſtus & ſi dormiat, vigilat ad obſequium. c.16. n.35.36. p.332

Occaſio.

Bona occaſio non omittenda. c.8.n.168. p.212
Occaſione bona utendum. c.22.n.26. p.394

Oculus.

Oculi intenti in Ieſum ſagena omnium bonorum, & ipſum habent defenſorem. c.1.n.109.110.111. pag.17
Oculi attenti in Deum multam vim ac efficaciam habent. c.23.n.10. p.198
Oculus eſt index, animus affectus. ibid.

Odium.

Odium nulla evidentia, ac miraculo quieſcit, etiam ſuo damno proprio.
Odium, & amor de eadem re pariunt diverſos effectus. c.10.n.210.211. & 212. p.269

Offerre.

Offerenda Deo cum magno cultu. cap.14.n.35. p.316
Perfectiora, ac meliora offerenda Deo. c.14.n.37.38.39. p.316

Officium.

Miniſter expleto ſuo officio recedat. cap.8.n.184.185.186. p.214
Officium ante omnia ſatisfaciendum, ac correſpondendum. c.20.n.68.69.70. p.377

Opus.

Quilibet ex ſua apparentia, ac operibus judicatur. c.1.n.130.132. p.20

Verba cum operibus adjungenda. c.3.n.70. p.90
Iniquorum ora, non verba, ſed opera comprimunt. c.3.n.91. p.92
In omni opere bono danda gloria Deo, nobis retinenda humilitas. c.3.n.96.97. p.93
Ex uno opere, ſeu facto colligitur aliud. c.4.n.30. p.103
Opus non dicitur magnum ex dato, ſed ex animo. c.7.n.49. p.161
Ille magnus Prælatus, qui verbis, & opere agit. c.8.n.68.69. p.201
Opera bona clamant pluſquam verba. c.9. n.247. 248.249. p.242

Oratio.

Oratio adducit ad ſe filium Dei, & eſt clavis Cœli. c.2.n.29.30.31. p.44. & c.1.0.190. p.27
Oratio pignus Spiritus ſancti. c.1.n.189. & 190. pag.27
Oratio multorum multum efficax. c.1.n.191. p.27
Oratio aſſidua efficax. n.192.193.194. ibid.
Qui per orationem aliquid accipit de Deo, totum habet. c.2.n.300. p.78
Præparatio ad orationem impetrat. c.3.n.6. p.82
Multorum Oratio exauditur. c.3.n.8. & 9. p.82
Oratio ex adjunctis bonis operibus multum efficax. c.3.n.17.18.19. p.83
Oratio frequentanda, mutatione temporis & tum maximè Deo grata. cap.5.0.134.135.136.137. p.133
Oratio hora matutina, valdè excellens. num.137. ibidem.
Orandum pro peccatoribus obſtinatis. c.7.n.241. p.182
Oratio debet eſſe aſſociata pœnitentia & mortificatione. c.8.0.122.123.124. p.207
Mortificatio, & pœnitentia debent antecedere orationem. ibid.
Oratio cum lachrymis tanquam de jure impetrant. 0.125. ibid.
Oratio adjuta bonis operibus multum prævalet. c.9.n.263. p.243
Oratio promptè, & facile impetrat omnia. cap.9. n.266.267. p.244
Maximè orandum tentationis tempore. c.10.n.73. p.254
Bonus Prælatus orat pro populo ſuo. n.71.72.73. ibidem.
Oratio, quæ fit media nocte valde Deo grata, & efficax. c.16.n.77.78. p.337
Oratio cum lachrymis maximè grata. cap.20.n.56. p.375
Jejunium & ſaccus dant alas orationi. c.21. n.56. 57.58.59. p.388
Oratio ante Electionem præmittenda. c.1.0.260. 261. p.36

P

Parens, vel Pater.

Patres maximè moventur honore filiorum. c.2. n.169. p.61
Patres ſæpè illuſtrantur à filijs. c.7.n.12.23. p.158
Pater, qui non reprehendit filios punitur cum eis. c.10.n.24. p.149
Paterfamilias intendat totam domum ſuam componere in obſequio Dei. c.10.n.12.23. p.248

Paſſio.

Chriſti paſſio maximè ad ſe allicit omnes affectus. c.20.n.85. p.379
In Chriſti paſſione omnes noſtræ iniquitates conſumptæ. c.20.n.86. ibid.
Chriſtus in ſua paſſione maximè ſuam divinitatem oſtendit. c.2.n.253.254.255. p.71
Paſſio Chriſti maximè nos corrobotat ad ſuſtinendas omnes perſecutiones. c.5.n.149. p.135
Dulce Sanctis pati pro Deo, durum non pati. c.5. n.187. p.139
Gaudium patiendi pro Deo noctem vertit in diem. n.192. ibid.
Suprema dignitas pati pro Deo. c.5.n.195.196.197. p.140
Conſiderata Chriſti Paſſione mors noſtra ſuavis. c.7.n.284. p.187
A Paſſione Chriſti venit noſtra ſanctificatio. c.19. n.16.17. p.363
A ſua Paſſione Chriſtus publicatur Rex. c.20.n.80. p.378
Chriſtus diſcipulis concedit magnalia, at Paſſionem, & mortem ſolum ſibi vult. cap.20. n.82. p.378

Patria.

Peregrinari à patria ob amorem Dei, ac ejus obſequium, magnum meritum. cap.9. n.210. 211. p.239
Homines maximè nobilitantur à patria. c.11.n.83. 84 85. p.390
Etiam ex vili loco, magni viri. ibid.
Amor patriæ vehemens. c 1.0.72. p.12
Amor patriæ maximè nos allicit. c.7.n.16. p.158

Patriarchalis Sedes.

Patriarcha unde derivetur. c.11.n.21. p.276
Quatuor primariæ Patriarchales Sedes. num.22. ibidem.
Cur Antiochena dicitur tertia. n.23. ibid.

Patronus.

Qui habet patronos eſt in bona reverentia. cap.4. num.32. p.103
Qui habet Patronos ab alijs timetur. n.33.34. ibid.

Paulatim.

Paulatim res magna diſponenda. c.3 n.88. p.92
Ad magna paulatim eundum, & non ſubito. c.9. n.105.106. p.227
Nova non ſubito, ſed paulatim introducenda. c.16. n.15.16.17. p.331

Paulus.

Tantus Sanctus Paulus, ut ejus culpæ minuantur, ut leves appareant. c.7.n.306. p.188
Cur dictus eſt Paulus. c.9.n.6.& 7. p.216
Cur Saulus. ibid.n.7. c.15.n.26. p.303
Quare Paulus in antiquis picturis ponitur ad dexteram Salvatoris. c.9.n.10. p.216
Petrus ad ſiniſtram. n.11. ibid.
Magnus Deus ex Paulo perſecutore fit illuſtrator Eccleſiæ. c.9.n.14. p.217
Ingenium Sauli ad magna, ſed ante vocationem incultum. c.9.n.15.16. p.217
Maximè Dei potentia reſplendet in Paulo. num.21. p.217
Ad Converſionem Pauli magna convenerunt, ut ad magnum ædificium in quo omnia. n.24.25. p.218
Multa Pauli Elogia. n.26. ibid.
Alij Apoſtoli peculiares Provincias habuerunt; Paulus totum orbem. n.17. ibid.
In converſione Divi Pauli fit converſio totius Orbis. c.9.n.37.38. p.219
Paulus ſua doctrina irrigat, ac fœcundat Eccleſiam. n.40. ibid.
Paulus Cor Eccleſiæ. ibid.

Paulus

Paulus copioſa luce reſplendet. ibid.n.41.42. p.219
Paulus iter ageret pedibus. c.9.n.43. p.220
Paolo datur maior pars quinquies alijs. num.46. p.220
Paulus Secretarius Trinitatis, & vidit eſſentiam Divinam. n.47. ibid.
Ejus converſio opus Divinæ Omnipotentiæ. n.48. ibidem.
Charitas Pauli non potuit capere in toto mundo. c.9.n.51. p.225
Paulus dilectiſſimus Dei, in quo ipſe requieſcit, ut in thalamo. c.9.n.57.58. p.221
Paulus in vinculis ſe conſiderat in cœleſtibus. c.12.n.68. p.290
Mirificè Deus condecorat Paulum. c.9.n.65. p.222
In vocatione Pauli reſplendent omnes virtutes.c.9. n.83.84.85. p.214
Excæcatur Paulus à terrenis, ut videat cœleſtia. c.9.n.103.104. p.226
Rigida Pauli pœnitentia per totam vitam. cap.9. n.110.111 112.113. p.2·7
Chriſtus fundavit Eccleſiam, Paulus plantavit, ut ejus Coadjutor. c.9.n.117.118. p.228
Unus Paulus pro omnibus n.119. ibid.
Paulus dormiens, vigilabat in aliorum ſalutem, & Deo obediebat. c.9.n.130. p.229
Paulus inter omnes Sanctos inſigniter condecoratur à Deo. c.9.n.133.134. ibid.
Paulus totus transformatus in Chriſtum, & præ cæteris maximè Chriſto unitus. cap.9. n.160. 161 162. 233
Alia Pauli Elogia. n.163. ibid.
Paulus ex multiplici ratione dicitur vas Electionis. c.9.n.147. p.231
Sapientia Pauli ad totius Orbis ſalutem. num.15. p.217
Paulus divina Sapientia plenus. c.11.n.45. p.278
Pauli verba tamquam tonitrua,& fulgura. c.14. num.31. p.315
Pauli vincula valdè glorioſa, & fortiſſima. c.16. n.81.82.83. p.338
Pauli virtutes aliorum virtutibus maximè celebrantur. c.19.n.15. p.364

Pauper.

Pauper gravis, & moleſtus. c.3.n.14. p.83
Mundi paupertas dat cœleſtem poteſtatem, & ſubdit omnia regna mundi. cap.3. n.41. 42. 45. 44. p.86
Verus pauper omnia dimittit, & ſolum Deum vult habere. c.20.n.112.113. p.381

Pax.

Chriſtus multipliciter nobis dat pacem, & recommendat. c.10.n.204.205. p.268
Chriſtus ſuis operibus pacem nobis perſuadet. n.106. ibid.
Ex Chriſti præſentia pax, ex ejus abſentia diſcordia. n.207. ibid.
Chriſtus in pace. c.11.n.9. p.274
Tota Civitas firmatur in pace. n.10. ibid.
Principes Civitatis ſint io pace. n.10. Ibid.
Pacifici maximè Deo aſſimilantur. cap.15. n.69. p.326
Pax valde pulchra, & decora. cap.18.n.52. & 13. p.354
Pax affert ſecum omne bonum, & omnem felicitatem. n.13.14. ibid.

Phariſæus.

Quinam erant Phariſæi,& nominis Æthymologia. c.5.n.157. p.135
Quomodo veſtiebantur. ibidem. n.158. p.136

Pœnitentia, vel Pœnitentes.

Peccatores trahuntur ad pœnitentiam, & trahendi ſunt. c.2.n.272.273.274. p.74
Ut peccatores trahantur ad pœnitentiam, eorum culpæ non ſunt exigendæ, ſed attenuandæ. c.3. n.111.112.113. p.95
Ad trahendos peccatores ad pœnitentiam multa ſagacitas requiritur. ibid. n.120. p.96
Pœnitentia extinguit, ac delet cicatrices peccati. c.13.n.63.64.65. p.308
Pœnitentia feſtina valde efficax. ibid.

Peccatum.

Peccata publica publicam requirunt pœnitentiam. c.2.n.271. p.74
Peccata in initio, ac exordio amputanda. c.5.n.50. p.124
Peccatum ſecum adducit pœnam. cap.5. n.125. 126. 127. p.132
Unum peccatum aliud gravius ſecum importat. c.7.n.248.249.250. p.183

Peccator.

Nullus crudelior in peccatorem, quàm ipſemet in ſeipſum. c.1.n.215.216. p.50
Peccatores ſimiles in delicto, ſimiles in pœna. n.220. p.53
Peccatores recenter converſi benignitate ac manſuetudine trahendi. cap.2. n.272. 273. 274. 275. pag.74
Peccator valde timidus. c.4.n.75.76.
Magiſtros, ac inventores peccatorum, rigidè puniendi. c.5.n.46.47.48. p.124
Maximè damnatur peccator inter probos vivens. c.5.n.50. p.124
Inter aliorum lachrymas peccans deploratur. ibid.
Peccator fit Diaboli domicilium, & trahit ad ſe Diabolum. c.5.n.107.108. p.131
Peccatores multi, & invalidi. c.6.n.80. p.149
Peccatoria nequitia nulla evidentia, ac miraculo quieſcit. c.6.n.116.117. p.153
Pro peccatoribus obſtinatis exorandum eſt Deo. c.7.n.241. p.182
Peccatoris nomen non habet Deum in ore. cap.9. n.55. p.221
Peccator cadaver vivum, & homo mortuus. c.9. n.267.268. p.244
Peccatores ſic ebibunt ſua vitia, ut in eis convertantur. c.10.n.99.100. p.257
Peccator multis ſubditur, & invenit. c.10.n.133. 134. p.260

Philippus.

Philippus Diaconus quis. c.6.n.43. p.146
Ejus Elogia. ibid.
De ejus Martyrologio, ac ejus filiabus. num.44. ibidem.

Peregrinus.

Multa dona Dei, his qui peregrinos ſuſcipiunt, c.10.n.151. p.262
Epiſcopo potiùs commendatur hoſpitalitas, quàm charitas. n.152. ibid.
Peregrini ſunt recipiendi, ac recreandi. num.153. ibidem.
Peregrini cum multa alacritate, ac benevolentia. n.155. ibid.

Peregrinare.

In hoc ſæculo verſamur tamquam peregrini. c.18. num.23 p.355
Et hoc ſemper debemus habere in mente. ibid.

Periculum.

Cum Deus vocat, nullum periculum timendum. c.7.n.201. p.177

Perſeverantia.

Perſeverantia.

Perſeverandum in bono opere incepto. c.2.n.294. 295. p.77

Perſeverantes ſunt uſque in finem. c.11.n.36. p.277

Perſeverantes, ac conſtantes habent locum apud Deum. n.37.38. ibid.

Virtus floreat in ſenectute, quæ fuit in juventute. n.39. ibid.

Moyſes ob perſeverantiam dictus Deus Pharaonis. n.40. ibid.

Petra.

Quid ſit petra, ſeu lapis angularis. cap.4. n.49. p.105

Chriſtus dicitur petra, ſeu lapis angularis. n.49. 50. 51.

Petrus.

Petrus inſignis urbanitate. c.3.n.34.35. p.85

Petrus non vult eſſe ſolus in dignitate, ſed etiam alios ſecum habere. c.1.n.243.244.245.246.p.34. c.3.n.34. & 35. p.85

Petrus reliquit terrena, & habuit claves Cœli. c.3. num.44. p.87

Divus Petrus Prima vox in Cœlo, & in terra. c.3. n.54.55. p.88

Summa Divi Petri paupertas. c.3 n.61.

Admirabilis Sancti Petri conſtantia. cap.4.n.64. p.107

Nihil Petri valde mirabile ſuper mirabilia Sanctorum. c.5.n.85. p.120

Gratia Petri præſentibus, & abſentibus. num.87. ibidem.

Petrus filius Spiritus ſancti. c.5.n.97. p.129

Altiſſima Divi Petri cognitio. n.99. p.130

Eximius Petri amor in Chriſtum. n.100. ibid.

Petrus omnium Magiſter, & Doctor. cap.8.n.152. p.210

Petrus ut magnus paſtor viſitat oves. cap.9.n.217. p.239

In Petro recapitulantur omnia magnalia. cap.10. n.48. p.251

Petrus ne credatur aliquid divinum dicit ſe eſſe hominem. c.10.n.78. p.254

Petrus maximè, & intimè conjunctus cum Chriſto. n.79 80.81. ibid.

In Petro magna ſimilitudo cum Chriſto. num.83. p.255

Petri virtutes tranſcendunt Angelicas. c.10. n.177. p.265

Petrus propugnaculum ſuſtentans Eccleſiam. c.12. n.42. p.286

Petri manus ex catenis honorantur. cap.12. n.47. 48.49.50. p.287

Petrus valde conformis cum divina voluntate. n.51. p.288

Angeli gaudent in obſequio Petri. c.12. n.65.66. p.289

Angeli in obſequio Chriſti, & Petri multo fulgore reſplendent. c.12.n.72. p.291

Petrus docet Angelos. n.71. ibid.

Petrus valde magnus, & ſingularis in ſuis donis. n 74. ibid.

Prædicator.

In prædicatoribus eſt unus, & idem ſermo. cap.2. n.41. 42. p.46

In prædicatore Scientia, & Charitas. cap.2. n.47. ibidem.

Verus prædicator amore divino plenus. c.2. p.54

Prædicator faciat ſibi benevolos auditores. cap.2. n.153. p.59

Pro nullo opere pio omittendum eſt prædicare. c.6. n.16.17. p.143

Prædicare cæteris operibus ſpiritualibus præferendum. c.6.n.17. ibid.

Prædicator oratione, ac contemplatione ebibat priùs id quod eſt prædicaturus. c.6.n.27.28. p.144

Prædicator accommodet ſe auditoribus. c.7.n.139. p.181

Graviter delinquit, qui prædicatores offendit. c.9. n.64. p.212

Prædicationis officium non eſt impediendum. c.9. n.240. p.141

Qui contra prædicatores ſe opponunt, dirè puniuntur. c.13.n.38. p.305

Prædicator novus magis placet. c.13.n.54. p.307

Prædicator ut omnibus proficiat debet omnibus ſe accommodare c.16.n.9.10. p.330

Granda nefas Dei prædicatores non audire & contemnere. c.17.n.40. & 42. p.344

Optimus Prædicator, ac Orator unumquemque allicit, ac attrahit ſuo ingenio, ac inclinatione. c.17.n.81.82.83. p.348

Prædeſtinatio.

Ex numero Prædeſtinatorum nullus deficiat. c.3.n.9. p.311

Prædeſtinatis omnia cedunt in bonum. ibid.

Prælatus.

In Prælatis multa ſcientia requiritur. cap.2. n.36. pag.45

Prælatus eligitur, non ad ſuam, ſed ad ſuorum utilitatem. c.1.n.24. p.33

Prælatus admittat conſortes in dignitate. cap.1. n.243.244.246. p.34

Prælatus vult aliquando potius perdere vitam, quam admittere conſortes in regimine. ibid.

Prælatus, qui dat doctrinam, det & panem ac alimenta. c.4.n.16. p.101

Prælatus ſui injuriam ſuffert, non verò quæ ſui officij. c.5.n.41. p.123

Prælatus ſit præſens, ut ſubditis proficiat. c.5.n.92. p.129

Probitas, ac rectitudo Prælati in ſubditis mirabilia operatur. n.93. ibid.

Prælatus habeat miniſtros, quibus dominetur, & miniſtri non ſint ſuper Prælatum. cap.5.n.94. 95.96. p.129

Prælatus ſapientia, ac doctrina ſe, ac ſuos tuetur. c.6.n.24.25.26. p.144

In Prælato maximè neceſſaria ſapientia. c.6.n.34 35. ibidem.

In Prælato benignitas cum rigore. cap.7. num.13. p.156

Prælatus benignus, & rigidus. n.14. ibid.

Bonus Prælatus cum ſapientia, & rigore agit. c.7. num.15. p.157

Ex malo Prælato etiam Deus loquitur. c.7.n.195. p.177

Prælatus ſit denudatus ab omni affectu carnis, & ſanguinis. c.7.n.260. ibid.

Ille magnus Prælatus, qui verbis, & operibus agit. c.8.n.68.69. p.202

Depravato capite, depravatur populus. cap.8.n.94. p.204

Bonus Prælatus ſuorum diſcrimen ac ſtatum non recuſat. c.8.n.155. p.218

Bono Prælato ſufficit videre neceſſitatem, ut ſubveniat. c.9.n.246. p.142

Prælatus tamquam Dei perſona venerandus. c.10. n.50.51.52. p.252

In Prælato venerandus Deus. cap.10. num.190. p.266

Prælatus ſuarum actionum det rationem. c.11.n.8. p.274
Prælatus puniat, ac benefaciat. cap.13.num.60. p.308
Prælatus omnibus ſe debet accommodare. cap.16. num.10.11.12. p.330

Præſentia.

Dei præſentia multa bona adducit.c.17.n.104.105. 106. p.350
Præſentia Prælati, omnia augmentantur, abſentia deficiunt. c.20. n.114. 115. & 116. p.382
Præſentia Prælati multum valet ad augmentum. c.13.n.11. & 12. p.399

Primus.

In aliqua virtute maximè glorificandus, ac honorandus. cap.10. n.242. p.272

Prochorus.

Unus ex ſeptem Diaconis martyr, ac diſcipulus Joannis Evangeliſtæ. cap.6.n.45. p.145

Promiſſio.

Deus viſibili ſigno oſtendit ſuas promiſſiones. c.2. n.34.35. p.45

Propheta.

Omnes Prophetæ uno ore loquuntur.

Prudentia, ſeu *Prudens.*

Maximè neceſſaria in gubernatore. cap.24.n.12.13. 14.15. p.408
Prudens impertinentia quæſita à ſe rejicit.c.1.n.79. pag.13

Puer, ſeu *Pueritia.*

A Pueritia ſerviendum eſt Deo. cap.10.n.106.107. 108. p.257
Qui à pueritia ſe Deo conſecrat, evadit Victor. ibidem.
Pueritia bona, nulla mala ſocietate corrumpitur. c.13.n.8.10. p.301

Pulchritudo.

Pulchritudo maximè attrahit, ac devincit, quàm arma bellica. c.7.n.128.129. p.169
Vera pulchritudo externa dependet ab interna animæ. n.129. ibid.
Elegans forma digna imperio. c.14.n.21. p.314

R

Ratio.

OPerandum non potentia, ſed ratione. cap.2. num.164. p.61
Res potiùs ratione, quàm potentia ſunt agendæ. c.7.n.140. p.171

Rhodus.

Inſula illuſtriſſima, in ea Coloſſus ſeu ſtatua Apollinis valdè celebris. c.25.n.12. p.415

Religioſus.

Omnia terrena dimittit, & ſolum Deum vult habere. c.20.n.111.112.113. p.381
Qui ſunt perfectioris vitæ, ſi deficiunt, omnibus peiores. c.25.n.25.26. p.416
Qui ſe Deo dedicant, cætera omnia contemnunt. c.10.n.67. p.253
Religioſi ſua doctrina fœcundant totum Orbem. c.10.n.92. p.256
In Religionibus in omni tempore Deus colligit magnos fructus. num.93. ibid.

Reliquiæ.

Sunt ad munimen, & ad defenſionem noſtram. c.8. n.23.24.25. p.196
Reliquiæ venerantur ab Angelis. cap.19. num.39. p.365
Venerantur ab hominibus, & ſunt ſalutiferæ. n.40.41. ibid.

Remedium.

Homines quærunt remedium à quo habere poterant. c.2.n.266. p.73
Per eandem viam remedium, per quam venit interitus. c.4.n.109. p.112
Ubi magna miſeria ibi mors. c.5.n.73. p.127
Deus per contraria media ſalutem operatur, ac remedium. c.7.n.120. p.168
Inſtrumentum mortis mutavit Deus in remedium Salutis. c.9.n.14. p.216

Reprehenſio.

Sit lenis, ac ſuavis. c.7.n.135. p.170
Reprehenſio non ſit aſpera, ſed lenis, ac ſuavis. c.7.n.145. p.171
Reprehenſio danda ſubjecto capaci. cap.9. n.53. p.221

Roſa.

Roſa florum Regina, multis encomijs celebratur. c.12.n.92. p.292

Reſurrectio.

Chriſti reſurrectio valdè glorioſa ac læta, & gaudijs plena. c.2.n.257.258.259. p.72
Gloria reſurrectionis Chriſti confunduntur ejus inimici. c.4 n.45.46.47. p.194
Gloria Chriſti à reſurrectione cœpit manifeſtari, ac declarari. c.13.n.72. & 73. p.309

Reverentia.

Cum multa reverentia ad divina accedendum. c.7. n.196. p.177
Multa reverentia exhibenda eſt Deo, ac ejus miniſtris. c.21.n.44.45.46.47. p.387

Rex, Regnum.

Reges difficiliter credunt quæ ſunt contra ſuam voluntatem. c 1.n.91. p.15
Magnitudo Regis ſuperlucet interlucentes. cap.2. n.65.66. & 67. p.49
Rex benignus, & Clemens. c.2.n.166. p.61
Regibus magna reverentia exhibenda. c.2. n.245. 246. p.70
De Regibus non ſolùm falſis, ſed etiam veris non detrahendum. ibid.
Multiplex injuſtitia ob firmandum regnum. cap 7. n.109. p.166
Solo cum Deo firmantur regna. ibid.
Sæpè beneficia fiunt à Rege contra regem. cap.7. num.124. p.169
Regis animi eſt defendere humile ab injuria. c.7. n.144. p.171
Crudelitas ſæpè in Regibus. c.7.n.168. p.174
Regna contemnere valde mirabile. cap.7. n.274. p.175
Mortuo duce, vel Principe multum periclitatur regnum. c.8.n.9.10. p.195
Reges ſi iniqui cum potentia, omnia deſtruunt. c.12.n.8. & 9. p.283
Regiæ dignitatis loqui per interpretem. c.14.n.22. p.314
Rex adjungat ſibi Religioſos, ut benè gubernet. c.19.n.35. p.365
Reges, ac Principes multa ignorant.

S

Sacerdos, Sacerdotium.

SAcerdotalis dignitas valde ſuprema & alta per eam aſſimilatur homo Filio Dei. c.2. n.263. 264. p.73
Magna Sanctitas sequiritur in Sacerdote. c.6.n.36. p.145
Quanta ſit Sacerdotis Sanctitas denotatur in ejus veſte. n.37. ibid.
Sacerdos probus eſt tanquam beatus in Cœlo. n.38. ibid.
Sacerdos iniquus etiam honorandus. cap.23. n.28. 29. 30. p.400

Salus.

Prædicator maximè debet de ſalute proximorum agere. c.2. n.146.
Gratius Deo de ſalute proximorum agere, quàm orare. ibid. n.148. 149. 150.
Per eandem viam ingreditur Salus per quam mors. c.4.n.110. & 112. p.112
Salus extraneorum maximè quærenda, ac procuranda. c.7.n.29. p.158
Id, quod inimicus fabricatur ad mortem Deus convertit in ſalutem. c.7.n.118.119. p.168
Per ſpinas ad Salutem & remedium. cap.7.n.182. p.175
Homo in hac vita ſollicitus ſit de ſua Salute. c.7. n.333. p.192
Deus multum ſollicitus de noſtra ſalute. cap.8. n.17.18. p.196
Juſti gaudent de ſalute aliorum. c.8.n.66. p.201
Diſcipuli Chriſti maximè ſolliciti de aliorum ſalute. c.10.n.168.169. p.264
Salutem proximorum impedire execrabile. cap.13. num.42. p.305

Sanctus.

Deus in Sanctia requieſcit, ut in throno. c.2. n.84. 85. p.51
Quid ſit Sanctum, & quomodo diffiniendum. c.2. n.229. p.68
Ex laboribus Sancti exaltantur.c.2.n.234.235.236. pag.68

Sapiens.

Nemo Sapiens ſit ſuæ ſapientiæ multum fiſus. cap.15. n.23.
Quilibet quamvis multum ſapiens non contemnat conſilium, ſed requirat. cap.15.n.24.25. & 26. p.312

Sapientia.

Sapientia ſit homo aptus ad regnandum.c.19.n.29. p.364
Salomon erexit Academiam cum ſtipendio Magiſtri. n.31. ibid.
Sapientia neceſſaria in Prælato. cap.6. n.24 & 25. p.144
Sapientia, ac doctrina Prælatus ſe, ac ſuos tuetur. n.26. ibid.
Sapientia cum fortitudine in humilitate devincit. cap.6.n.83.84.85. p.149
Ille verè Sapiens, qui vult diſcere. cap.8. n.149. 150.151. p.210
Ille verè Sapiens, qui ſolum vera, & ſancta intelligit. c.9.n.192. p.237
Sapientia lux fulgens, Sol illuminans. c.11. n.44. 45. & 46. p.278
Academia ſapientiæ Sol. n.46. ibid.
Sapientes ut Principes venerabantur. cap.14. n.32. 33.34. p.315
Decor Regis eſt eſſe cum ſapientibus, ac literatis. num.35. ibid.

Scandalum.

Scandalum vitandum. c.11.n.32. p.277
Occaſiones ſcandali vitandæ. c.16.n.14. p.330

Scientia.

Ut tua Scientia ſit plauſibilis, & bene accepta apud homines, neceſſaria eſt gratia Dei. cap.7. num.74. p.163
Plus cognoſcitur de Deo contemplatione, quàm ſtudio. cap.8.n.166. p.212

Scriptura.

Argumentum efficax ad felicitates refutandas non ſumitur de rationibus, ſed ex Scriptura. cap.2. n.178.179.180.181.182. p.62
Chriſtus Scriptura ſe à Diabolo defendit. n.183. ibidem.
Lectio Sacræ Scripturæ miracula operatur. cap.8. n.173. p.213
Lectio Scripturæ impoſſibilia vincit.n.174. ibid.
Scripturæ notitia efficax ad ſalutem. n.176. ibid.
Sacra Scriptura Clavis regni Cœlorum. c.8.n.176. pag.213
Lectio Scripturæ nos maximè armat, & cuſtodit. n.177. ibid.
Sacra Scriptura cuſtodit, ac defendit Eccleſiam. n.178. ibid.
Scriptura, multa meditatione ſcrutanda. c.17.n.78. p.341
In Scriptura ſemper aliquid novum invenitur. ibidem.

Senex.

Per Senes intelliguntur Principes. cap.20. n.46. p.375
Seniorum conſilium alios ſecum defert.n.47. ibid.
Senex tinctus ac coloratus, valde execrabilis. n.48. & 49. ibid.
Deus vult nos inſtrui, ac doceri per Seniores. c.9. n.96.97. p.226
Senectus valde venerabilis. c.14.n.20. p.314

Sepultura.

Summa pietas ſepelire mortuos. cap.8. num.26.27. p.197
Mortui honorandi ſepultura. n.28. ibid.
Sepelire mortuos valde honorificum. n.29. ibid.
Qui honorificant mortuos, honorificantur à Deo. n.30.31. ibid.

Sequi, ſeu Servire Deo.

Ut Chriſtum ſequaris dimitte terrena. cap.7.n.161. 162.163. p.184
A pueritia ſequendum, ac ſerviendum Deo. c.10. n.106.107.108. p.257

Sermo.

Sermo, ſeu converſatio oſtendit animum uniuſcujuſque. c.1.n.80. p.23
Sermo interioris virtutis index. c.2.n.17. p.43
In prædicatoribus eſt unus, & idem ſermo. cap.1. n.41.42. p.46
Sermo compoſitus, & elegans valdè efficax ad perſuadendum. c.2.n.113.114. & 115. p.54

Servus, & Servitus.

Omnes ſervi Dei dicuntur fratres. c.1. n.204. 105. 206.107. p.29
Servi ſequuntur mores, & exempla ſuorum dominorum. c.7.n.114. p.167
Magna laus, bonus ſervus ſub malo Principe. n.114. ibid.
Serviendum Deo integro corde, & non partito. c.17.n.78.79.80. p.347

Silentium.

Silentium.

Res domeſtica tacenda, & oon publicanda. cap.5. n.67.68.69. p.126

Aliorum peccata, ac defectus ſilentio habendi. n.68. 69. 70. ibid.

Aliquando laudabile tacere, aliquando loqui. c.7. n.301. p.188

Magnitudo magis oſtenditur ſilentio, quàm verbis. c.14.n.23. p 314

Simon Magus.

Primus Hæreſiarcha Eccleſiæ Chriſti. cap.8. n.49. p.199

Quis ipſe eſſet. n.50. ibid.

Per ſuperbiam ſe Deum dicebat, & ſupra Deum ſe extollebat. n.51.52. ibid.

Simon fictè, ac ſimulatè agit. c.8.n.56. & 57. 65. & 66. p.200

Et ſi antiquitus multi fuerint Simoniaci; poſt promulgatum Evangelium primos Simoo Magus. c.8.n.92. p.204

Simon Curiarius.

Vir probus ac bonus apud ipſum hoſpitatur Petrus. c.9.0.271.272. p.244

Simonia.

Peccatum contra Spiritum ſanctum cur ita dicatur. c.8.n.88. p.203

Grande crimen, & peius illorum, qui negabant divinitatem Spiritui ſancto. n.89. ibid.

Simoniacus comparatur cum Iuda proditore. 0.91. p.204

Cum Hæreticis comparantur. n.90. ibid.

Simulatio, ſeu Fictio.

Simulatio, & fictio maximè fugienda, ac execranda. c.8.n.58. p.200

Chriſtus injurias pertulit, ſimulationes oon ſuſtinet. c.8.n.59. ibid.

Similis.

In ſimilibos factis valde diſſimile operatur Deus. c.28.n.29.30.31. p.437

Societas.

Societas mala omnia perdit. c.2.n.270. p.74

In ſocietate malorum ſervate probitatem valdè rarum eſt. c.13.n.9. & 10. p.302

Sors.

Qualis fuit ſors, quæ cecidit ſuper Mathiam. c.1. n.281.282.283. p.39

Antiquitus ſortes fuerunt in uſu. cap.1.0.279.280. pag.38

Spes.

Qui confidunt io ſeipſis pereunt. cap.12.num.155. p.299

Qui à Deo ſperat, omnia habet. cap.24. 0.45. 46. p.411

Idem eſt ſperare in Deo, ac omnia habere. n.47. ibidem.

Spiritus ſanctus.

Spiritus ſanctus ubi eſt, multis ſe manifeſtat. c.15. n.73.74. p.327

Ubi divinus Spiritus, ei ſubjiciuntur omnia. n.77. ibidem.

Ea Spiritu Dei venit deſpicere terrena. c.7.n.69.70. p.163

A Spiritu ſancto omnia bona, & perdita recuperantur. c.2.n.9. p.42

Ad Spiritum ſanctum recipiendum, magna præparatio requiritur. c.2.n.10. p.42

Spiritus ſanctus non venit, niſi in obſervantes legem. c.2.0.14.& 15. p.43

Spiritus ſanctus ex unitate cognoſcitur in ſuis. c.2. num.42. p.46

Ex Spiritu ſancto venit lux in ſermone, & opere. cap.2.n.50. p.47

Dona Spiritus ſancti pleniſſima in omnes. cap.2. num.51. p.47

Spiritus ſanctus in quos intrat puros facit. n.50. ibidem.

Spiritus ſanctus permanet io Apoſtolis, ac ſuis ſucceſſoribus. c.2.n.80. p.52

Spiritus ſanctus præſentiſſimus Eccleſiæ. oum. 81. ibidem.

Quid ſit plenum Spiritu ſancto. c.2.n.89. p.52

Solum in novo teſtamento dicitur Spiritus ſanctus. oum.93. ibid.

Cur tertia perſona Trinitatis dicitur Spiritus ſanctus. 0.94.95. ibid.

Qualiter divinus Spiritus ſanctus eſt io anima juſti. n.96. ibid.

Ingens charitas Chriſti maximè reſplenduit nobis mittens Spiritum ſanctum. ibid. n.98. p.53

Gratia Spiritus ſancti, facit fortem, & plus operatur, quàm Dei viſio. c.2.n.156. p.60

Cur Spiritus ſanctus in cordibus noſtris dicitur parvulus, & creſcere. c.4 n.127.128. p.114

A divino Spiritu io loce omnia manifeſtantur. c.5. n.26. & 27. p.122

Spiritus ſanctus gubernator, & rector Eccleſiæ. c.5. n.31. & 32. ibid.

Stultus.

Stultorum infinitus eſt numerus. cap.27.28.29.30. p.428

Superbus.

Qui multum ſe exaltat, ac ſuper alios præſumit de ſe, infra omnes cadit. c.5.n.272.273.274. p.157

Valde damnanda eſt ſuperbia in filijs, à parentibus humilibus. c.7.n.68. p.163

Superbus ſtultus Deo injurioſus, & prior Diabolo. c.8.n.53. p.199

Superbus exiſtimat ſe cum Deo poſſe contendere, & ipſum vincere. n.54. ibid.

Ad ſe trahit omnia ſupplicia ſuperbia. c.12.n.149. p.198

Superbus ad extremam humilitatem cadit. cap.12. n.154. p.299

Superfluum.

Objurgandum, ac reprehendendum. cap.1. n.145. pag.21

Superflua iram Dei ſollicitant. cap.5. oum.44.45. p.124

Supplicium.

Supplicium, ac pœna cum meoſura. cap.2.num.55. 56.57. p.48

Deus ſcelerum principorum agnitor, ac vindicator. cap.5.n.39. p.123

Supplicium unius eſt correctio multorum. c.5.n.43. p.123

Peccatum ſecum adducit ſupplicium. cap.5. n.125. 126.127. p.132

Iniqui vivi puniendi, ſed mortui honorandi. cap.8. n.21. p.196

Supplicium, & pœnas Deos imponit cum multa menſura. c.10.n.230. p.371

Supplicium ſecundum menſuram peccatorum. c.12. n.157 158. p.299

Supplicium differtur, & non aufertur. n.158. ibid.

Suppliciom non ex odio, ſed ex zelo juſtitiæ. c.13. n.36.37. p.305

Majus ſupplicium ob injuriam in ſervos Dei, quàm in ipſum Deum. c.13.n.42.43.44. p.305

Supplicia Dei in medicinam. c.13.n.47. p.306
Deus in ſupplicijs cuſtodit. n.48. ibid.
Deus antequam inferat pœnam, monet. c.21.n.22. & 23. p.384

Suſpicio.

Suſpectus de aliquo crimine maximè intendit ſe purgare. c.6.n.72. p.148
Saulus vult ſiniſtram opinionem à ſe expellere. num.73. ibid.
Unuſquiſque ex ſe ſuſpicatur de alijs. c.28. n.22. 23.24. p.437

Status.

Pro diverſitate ſtatus ſunt diverſimodi agendi. c.1. num.75. p.12
Proprio ſtatui accommodandum. n.76.

Stephanus.

Nominis Ethimologia. c.6.n.39. p.145
Ejus Elogia conglomerata. n.40. ibid.
Plenus fide. n.41. ibid.
Stephanus pugnat cum toto Orbe, & cum devincit. c.6.n.71. p.148
Quantum mirificè reſplendet Stephanus c.6.n.104. p.152
Stephanus ex Chriſti radice. c.6.n.107. ibid.
Magna virtus Stephani, minùs reſplendet exterius quàm id, quod habet. n.108. ibid.
Stephanus reſplendet facie, ut ſuos adverſarios illuminet. n.109.110. ibid.
Cur Stephanus in terra Princeps, & Dux martyrum. c.7.n.12. p.156
Stephanus in terra refulget, ut beatus in Cœlo. c.6.n.111. p.153
Stephanus in martyrio Magiſter majorum, ac omnium. c.7.n.23. p.158
Triumphus Stephani maximè celebratur & cùm Angelis, & novo miraculo. c.7.n.265.166.267. p.185
In agone Stephani multa mirabilia. n.268. ibid.
Quid vidit Stephanus aliqui affirmant quod vidit eſſentiam Divinam. c.7.0.269.270. ibid.
Chriſtus D. maximè condecoravit, & exaltavit Stephanum. c.7.n.295. p.187
Stephanus exhortat martyres ad martyrium. c.7. n.300. p.188
Stephani Corona valde excelſa. c.7.n.313. & 314. p.189
Divi Stephani martyrium. n.315. ibid.
Stephanus ſequitur veſtigia paſſionis Chriſti. ibid. n.317.318. p.190
In Stephanum innumerabilia lapidum multitudo. c.7.n.319. ibid.
Virgo Maria orat pro Stephano. c.7.n.316. p.190
Stephanus dum clamans dat aliqualem umbram rei Divinæ. c.7.n.338. p.192
Dum Chriſtus moritur Stephanus ſtetit juxta Crucem. c.7.n.337. p.199
Suaviſſima mors Stephani Inter brachia Domini. cap.7.n.343.344. p.193
Inter lapidantes erat Stephanus tamquam dormiens. n 346. ibid.
Inter lapides erat Stephanus veluti inter flores. n.347.348. ibid.

Stimulus.

Stimulus conſcientiæ valde fortiter torquet. c.24. n.56.57.58. p.412

T

Templum.

Quale fuerit Epheſinum Dianæ. c.19.n.82.p.369
Ædificare templa Deo; opus Deo gratiſſimum, & maximè remuneratur à Deo. cap.19.n.84.85. p.370
Fabricantibus templa, Deus adjuvat. n.85. ibid.
Maximè horrendum, & execrabile peccare contra reverentiam templi. c 21.n.66.67.68. p.389
Qui peccant contra reverentiam templi, rigidè percutiuntur. Vide *Eccleſia.*

Tempus.

Tempus cum bono opere, ac fructu prætereundum. c.22.n.23.25. p.394
Occaſio temporis non omittenda. n.26. ibid.

Tentatio.

Quos Diabolus ad peccandum inducit, multis pœnis afficit. c.19.n.54.55.& 56. p.367
Tentatio juxta noſtras vires. c.26.n.47. p.425

Teſtis, Teſtimonium.

In teſte ſumma virtus requiritur. c.1.n.87.88. p.14
Apud judices iniquos frequenter falſi teſtes. cap.6, n.95.96. p.151
Falſi teſtes contra juſtos. n.97. ibid.
Falſum teſtimonium durius ſuper mortem. cap.22. n.49.50.51.52. p.396
Falſus teſtis facit inſanire. ibid.

Terra, Terrenis.

Conculcare terras à Dei Spiritu venit. cap.1.n.69. & 70. p.12
Præ gaudio terra tremit. c.4.n.12. p.114
Terrenorum ingreſſus Diaboli. c.5.n.20. p.121

Timor.

Vir fortis timet ex cautela. c.7.n.167.168. p.174
Timor Dei excludit alios timores. c.8.n.171. p.252
Deus ſuos cuſtodit, non ſolum à malo, ſed etiam à timore. c.9.n.31. p.218
Iuſtus nihil timet. c.4.n.65.66.77. p.107
Iniquitas valde timida. c.4.n.77.p.109.
Expellitur timor à cordibus diſcipulorum. cap.4. num.121. p.114
Timor Dei generat ſalutem animæ. cap.4. n.123. 124.125. p.114
Timor Dei excludit omnes alios timores. cap.4. n.88. & 89. p.110
Timor Dei diſponit, & præparat animam ad ſalutem. c.9.n.78.79. & 80. p.224

Timon.

Unus ex ſeptem Diaconis, à flammis liber evadit, ac cruci affixus coronatur. c.6.n.48. p.146

Tributum.

Ob negatum tributum exciditur Ieruſalem à Tito. c.5.n.177. p.157
Tributa Regi ſolvenda ſunt. ibid.
Tributa nimia ſunt gravia, & inviſa. n.179. ibid.

Trinitas.

In prædicatione facienda eſt mentio de Trinitate. c.2.n.41. p.46

Triſtitia.

Deus non vult ſuos ſervos triſtes ſed hilares. cap.1. o.118.119.120. p.18
Ex præcedenti triſtitia magnum gaudium provenit. c.2.n.12.& 13. p.43
Dolor, ac triſtitia non ſinit loqui. cap.1.num.153. p.22
Chriſtus Dominus vult ſuos diſcipulos non triſtes c.1.n.159.160. p.13
Triſtitia ſuper omnia tormenta. c.5.n.192. p.139
Triſtitia crudelis carnifex. n.194. ibid.
Triſtitia omnium pœnarum durior. num.193. ibidem.

V

Vanitas.

Diabolos per vanitatem ingreditur in animam, ut eam perdat. cap.5. num.21.22.23.& 24. pag.121

Verbum.

Verba ſi non placent inſania reputantur. cap.2. n.149. p.59
Verba cum operibus adjungenda. cap.3. n.69.70. pag.96
Verborum elegantia valdè efficax ad trahendum. c.26.o.78. p.433

Veritas.

Vox etiam puerilis pro veritate valdè potens pro toto Orbe. c.4.n.66. p.107
A conſpectu veritatis falſitas, ac iniquitas perit,& diſſipatur. c.4.n.79.80.81. p.109
Nullum majus veritatis teſtimonium, quam adverſarios judices appellare. cap.4. num.93.94.95. p.111
Veritas ex modo dicendi cognoſcitur. cap.6.n.100. p.152
Veritas uno ore, & uno labio loquitur. n.101.102 ibidem.
Veritas vult manifeſtari,& non abſcondi. c.8.n.80. p.201
Veraces malè audiunt apud Principes ſecus mendaces. c.12.o.133.134.135. p.297

Via.

Via, quam tibi agnoſcis utilem ſequenda. cap.13. n.33.34.& 35. p.304

Vidua.

Nominis Ethimologia, ac ſignificatio. c.6.n.13. p.142
Deus Sponſus viduarum. n.14. ibid.
Deus Viduis eſt in loco mariti. ibid.
Magnus Propheta mittitur ad Viduam pro ejus nobilitate. n.15. ibid.

Vigilare.

Juſtus & ſi dormit, vigilat ad obſequium. cap.16. n.35.36. p.332
Per Vigilias cuſtodiuntur omnia. cap.20. num.94. p.379
Per Vigiliam aſſimilantur homines Angelis. o 95. 96. p 380
Per Vigiliam firmatur homo contra adverſarios. num.96. ibid.
Vigilia conſtituitur optimus præſul. n.99. ibid.

Vincula.

Per vincula, multa miracula operantur. c.12.n.46. p.187
Petrus ſuis vinculis honoratur. n.47.48.49.& 50. ibidem.
Vincula Pauli glorioſa, & fortiſſima. cap.16.n.81. 82.& 83 p.338
Omne vinculum, ac impedimentum ex Chriſti odore ſolvitur. cap.21.n.90. p.391

Virtus.

Divina Virtus id quod aſſumit in principio ſervat uſque in finem. c.1.n.115.116. p.18
Servus Dei militat in Caſtris virtutum.cap.2.n.21. 22.23. p.44
Virtus à malis laudatur & veneratur. cap.28.n.78. p.442.
Virtus maximè attrahit, ac allicit animos. o.79. ibidem.
Virtus omnibus demonſtratur. n.80. ibid.
Ex malitia impiorum, ſæpè occaſio, ut virtus manifeſtetur. cap.2.n.146. p.58
Novella virtus fortis ad vincendum. cap.2. n.318, pag.80
Magna gloria de proprijs virtutibus reſplendeſcere. c.5.n.86. p.118
Juſtus de una virtute creſcit in aliam. c.4.n.128. 129. p. 14
Virtus abſcondit id, quod habet in ſe. c.6.n.108. p.152
Virtus interior reſplendet in exteriori. o.113.114. 115. p.153
Virtus ac excellentia maximè manifeſtanda in extraneis. c.7.n 17. p.158
Virtutum opera abſcondenda. cap.7. num.45. p.160
Pueri ab infantia ſunt Deo conſecrandi. num.46. ibidem.
Splendore virtutum omnes gladij contra ſe excitantur. cap.7.n.117.118. p.168
A virtutis via, quam homo cœpit tenere, non deſiſtat. c.7.n.201. p.177
Eadem Virtus in juventute, ac pueritia. c.8.n.156. p.211
Virtus laudata maximè impugnatur. c.23.n.78 79. p 405
Virtus reſplendens multum impugnatur. ibid.

Viſio.

Viſio Dei, ſeu apparitio ad certamen vocat. cap.7. num.27. p.185

Viſitare.

Innumeras Provincias viſitat Paulus & venit in Hiſpaniam. cap.28.n.76.77. p.441

Vita.

Renovatio in vita gratiſſima Deo. cap.1.n.141. 143. p.21
Vita communis eſt tamquam vita beata, & Angelica. c.2.n.310. p.79
Hanc vitam communem ſequuti ſunt Religionum fundatores. n.311.311. ibid.
Vitæ renovatio fortis ad vincendum cap.1.n.317. 318. p.80
Vita contemplatione conjungenda, cum activa. cap.6.n.28.& 29. p.144
Tota perfectio juſti ex utraque vita coaleſcit. num.29. ibid.

Cum renovatione vitæ vincuntur omnia adverſa. c.18.n.63.64. & 65. p.358
Vita bona juſti cunctos illuminat. cap.26.num.22. 23. & 24. p.422

Voluntas.

Voluntas liberè conſentit divinæ inſpirationi. c.9. n.82. p.224
Propriæ voluntati cedat, qui Deo ſervire vult. cap.7.n.205. p.178
Obſequium non voluntarium, idem eſt, ac ſi non eſſet.

Unio.

Pro unione retinenda. cap.1. num.208. 209. pag. 29
Prima laus primitivæ Eccleſiæ unio. cap.4. n.135. p.114
Chriſtus Dominus tantam unionem vult in ſuis fidelibus, ut imitentur divinam. cap.4. num.136. p.115
Unione plures unus. n.137.138. ibid.
Unitas in Chriſto nulla [illegible]dia commovetur. cap.15.n.[illegible]6.71.72. p.326
Ubi unitas, ibi Dei benedictio. numero 73. ibidem.
Valde utile iniquorum unionem diſſolvere. cap.23. num.38. p.395

Urbanitas.

Homo educatus in Civitate politicus, & Urbanus. c.22.n.7. & 8. p.392
In campo ruſticus, & impoliticus. ibid.

Vulnera Chriſti.

Generant gaudium juſtis, iniquis timorem. cap.1. num.166. p.21.

Z

Zelus.

MAgnus zelus quietis impatiens. cap.2.n.154. pag.59.

FINIS.

Digitized